UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

Visual Library



Th. 479 a.

M. VIII
28.
21.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM.

Additæ ſunt Marculfi monachi & aliorum formulæ veteres, & Notæ doctiſſimorum virorum.

STEPHANVS BALVZIVS Tutelenſis in unum collegit, ad vetuſtiſſimos codices manuſcriptos emendavit, magnam partem nunc primùm edidit, Notis illuſtravit.

TOMVS SECVNDVS.

Ex legato Celmi Principis FERDINANDI Epi Paderb. et Monaster: Anno 1683.



Collegij Soci IESU Paderb:

PARISIIS
Excudebat Franciſcus Muguet Regis & illuſtriſſimi Archiepiſcopi Pariſienſis typographus.

MDCLXXVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



CLARISSIMI VIRI

IACOBI SIRMONDI

PRÆFATIO

AD CAPITVLA KAROLI CALVI

Edita anno MDCXXIII.

KAROLI Calvi & ſequentium aliquot Franciæ Regum Capitula, publico jam olim à Petro Pithœo poſt Karoli Magni & Ludovici Capitulorum editionem promiſſa, tibi nunc tandem, LECTOR, impar fortaſſe, ſed non invitus alieni nominis hæres exſolvo. Nec Capitula modò ſunt iſta, quæ damus, ſed aliquid amplius Capitulis. Hoc enim inter Pithœana & noſtra intereſt, quòd in Anſegiſi Abbatis & Benedicti Levitæ collectionibus, quas Pithœus edidit, nudæ Regum ac meræ ſunt leges, quæ Capitula vocabant, nullo ferè ordine digeſtæ, nulláque temporum vel locorum nota diſtinctæ. In his noſtris ſynodi & conventus ipſi regales, in quibus conſtituta fuerunt Capitula, exhibentur, & quo quique anno ac loco, quas ad res, & per quos coacti celebratíque ſint, ex-

preſſum eſt. Quod genus omnia, quæ Karoli noſtri ævo acta fuiſſe conſtat, ſi conſequi nobis, aut hæc ipſa quæ nacti ſumus integra & abſoluta reddere licuiſſet, lucem profectò, quam illuſtrandæ illorum temporum hiſtoriæ non modicam adferunt, maximam præberent. Erunt, ut ſpero, quos conatus hic noſter excitet ut plura conquirant & ſuppeditent. Nos hæc interim ex diverſis collecta locis, ſed è quinis potiſſimum, ſi tua hoc ſcire intereſt, antiquis codicibus excerpſimus. Nam cùm primi duo, quorum alter in Tiliana, alter in Thuanæa nunc eſt bibliotheca, ultra titulum XVI. non procederent, quæ ſequebantur, partim ex Bellovacenſis, partim ex Laudunenſis Eccleſiæ libris, partim etiam ex Metenſi noſtro corrogata ſupplevimus. Coronationes autem Regum, quas Capitulis ſubjecimus, unicum è ſancti Laurentij monaſterio Leodienſe nobis exemplar ſubminiſtravit. De meo ſanè, præter titulorum numeros & nomina, quibus longiores manuſcriptorum titulos commodioris, ut rebar, uſus gratia prænotavi, nihil adjectum. In quo ipſo non fefelliſſe me judicium credam, LECTOR, ſi probaris; & de Notis, quas amici extorſerunt, non inconſultò ceſſiſſe, ſi non rejeceris. Vale.

Index omnium quæ in hoc ſecundo tomo continentur.

CAPITVLA KAROLI CALVI.

Tit. I.	CONVENTVS in villa Colonia.	pag. 1.
II.	Synodi ad Teudonis villam.	7.
III.	Concilij in Verno palatio.	13.
IV.	Synodi Belvacenſis.	19.
V.	Apud Toloſam civitatem.	21.
VI.	Præceptum confirmationis pro Hiſpanis.	25.
VII.	In villa Sparnaco.	29.
VIII.	Conventus apud Argentoratum.	39.
IX.	Conventus apud Marſnam I.	41.
X.	Conventus apud Marſnam II.	45.
XI.	Synodi Sueſſionenſis.	49.
XII.	Synodi apud Vermeriam.	57.
XIII.	Apud Valentinianas.	61.
XIV.	Apud Silvacum.	63.
XV.	Apud Attiniacum.	69.
XVI.	Apud Leudicam.	71.
XVII.	Præceptum confirmationis pro Eccleſia Tornacenſi.	75.
XVIII.	Apud Bonoilum.	77.
XIX.	Ad Francos & Aquitanos miſſa.	79.
XX.	Ad eoſdem miſſa de Baſiu.	85.
XXI.	Ad eoſdem, per Adalardum Abbatem.	85.
XXII.	Ad eoſdem, per Hincmarum & alios.	87.
XXIII.	Synodi apud Cariſiacum.	Ibid.
XXIV.	Item Capitula data apud Cariſiacum.	95.
XXV.	Apud S. Quintinum.	97.
XXVI.	Sacramenta apud Cariſiacum.	99.
XXVII.	Epiſtola Epiſcoporum ad Ludovicum Regem Germaniæ.	101.
XXVIII.	Synodi Metenſis, de indulgentia Ludovici ejuſdem.	121.
XXIX.	Synodi Tullenſis apud Saponarias.	129.
XXX.	Proclamatio Karoli Regis adversùs VVenilonem.	133.
XXXI.	In baſilica S. Caſtoris ad Confluentes.	137.
XXXII.	Poſt reditum à Confluentibus.	145.
XXXIII.	Edictum in Cariſiaco.	151.
XXXIV.	Synodi Piſtenſis.	153.
XXXV.	Quando Lotharius ad oſculum receptus eſt.	163.

XXXVI. *Edictum Pistense.* 173.
XXXVII. *Apud Tusiacum.* 195.
XXXVIII. *Apud Compendium.* 203.
XXXIX. *Apud S. Arnulfum.* 207.
XL. *Apud Pistas.* 209.
XLI. *Quando Karolus Metis coronatus est.* 215.
XLII. *Pactio Aquisgranensis.* 221.
XLIII. *Divisio regni Lotharij.* Ibid.
XLIV. *Apud Gundulfi villam.* 225.
XLV. *Apud Carisiacum.* 227.
XLVI. *Reclamatio Episcopi Barcinonensis.* 233.
XLVII. *Synodi Pontigonensis.* 237.
XLVIII. *Altera editio actorum Synodi Pontigonensis.* 245.
XLIX. *Alia quædam acta ejusdem Synodi Pontigonensis.* 249.
L. *Acta Synodi Romanæ.* 251.
LI. *Exactio Nortmannis constituta.* 257.
LII. *Karoli Imp. apud Carisiacum.* 259.

CAPITVLA
LVDOVICI BALBI.

I. *Quando Compendij coronatus est.* 271.
II. *Synodi Tricassinæ.* 273.
III. *Conventus Furonensis.* 277.

CAPITVLA
KARLOMANNI.

I. *Apud Carisiacum.* 281.
II. *In broilo Compendij.* 283.
III. *Apud Vernis palatium.* Ibid.

CAPITVLVM
ODONIS REGIS.

Quando unctus est à VValterio Archiepiscopo Senonensi. 291.

CAPITVLA
KAROLI III.

I. *Constitutio dotis Friderunæ Reginæ.* 293.
II. *Tungrensis episcopatus controversia.* 295.
III. *Pactum Karoli & Henrici.* 299.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CORONATIONES.

I. *Karoli Calvi in regno Lotharij.* 301.
II. *Ludovici II. apud Compendium.* 305.
III. *Iudith Karoli Calvi filiæ.* 309.
IV. *Hermintrudis Reginæ Karoli Calvi.* 313.

CAPITVLA LOTHARII IMPERATORIS.

I. *Capitulare Romanum.* 317.
II. *Alia editio ejusdem Capitularis.* 319.
III. *Apud Olonam.* 321.
IV. *Capitula addita ad legem Longobardorum.* 327.
V. *Capitula excerpta ex lege Longobardorum.* 331.
VI. *Edictum de restitutione Ebbonis.* 341.

CAPITVLA LVDOVICI II. IMP.

I. *Conventus Ticinensis.* 345.
II. *Capitula edita in palatio Ticinensi.* 347.
III. *Capitulare interrogationis.* 349.
IV. *Constitutio promotionis exercitus.* 357.

FRAGMENTA CAPITVLARIVM. 361.

FORMVLÆ.

Formulæ Marculfi monachi. 369.
Appendix Marculfi. 433.
Formulæ Sirmondicæ. 467.
Formulæ Bignonianæ. 495.
Formulæ Lindenbrogij. 509.
Nova collectio formularum. 557.
Formulæ promotionum episcopalium. 591.
Formulæ exorcismorum & excommunicationum. 639.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Franciſci Pithœi Gloſſarium legis Salicæ. 681.
Ejuſdem Gloſſarium ad libros Capitularium. 705.
Iacobi Sirmondi Notæ ad Capitularia. 749.
Hieronymi Bignonij Notæ ad librum legis Salicæ. 825.
Ejuſdem Notæ ad Marculfum. 861.
Stephani Baluzij Notæ ad Capitularia & formulas. 985.
Appendix Actorum veterum quorum in Notis facta mentio eſt.



CAPITVLA



CAPITVLA KAROLI CALVI FRANCORVM REGIS ET IMPERATORIS.

TITVLVS PRIMVS.

Conventus in villa Colonia.

INCIPIVNT CAPITVLA QVÆ ACTA SVNT anno quarto regni Domni Karoli glorioſi Regis, Domni Hludouvici Imperatoris filij, in conventu habito in villa quæ dicitur Colonia. quæ etiam ſubſcriptione ejuſdem Principis & Epiſcoporum ac ceterorum fidelium Dei confirmata fuere, conſenſu VVarini & aliorum optimatum, Indictione ſexta.

SANCTA Eccleſia navis more, ut de prioribus ſeculis taceamus, ab initio ſuæ inſtitutionis pelagus ſeculi hujus diverſa qualitate hactenus Domino moderante tranſegit; & modò tranquillitate gravis, amodo autem procellæ alicujus tempeſtate concuſſa, ſed non uſquequaque demerſa, quin potiùs excitato fidelium precibus Chriſto ſuo gubernatore, ſalubri libertatis ſecuritate atque optata donata ſerenitate. Vnde etiam in partibus noſtri orbis, quæ tempore divæ recordationis avi noſtri & ſanctæ memoriæ Domni ac genitoris noſtri aliquandiu fuerat pacis ſuavitate lætata, inimico homine juxta ſanctum evangelium in agro dominico ſuperſeminante diſcordiæ zizania in medio tritici Deo amatæ caritatis, adeo eſt diverſis atque adverſis vexata moleſtiis ut non ſine maxima difficultate, reſpectu divino, & fidelium

Dei ac noſtrorum ſolatio, inter nos fratréſque noſtros pacificatio, & paterni regni ex conſenſu diviſio, ſeu ejuſdem ſanctæ Eccleſiæ ac fidelis populi tantorum laborum quantulacunque fieret reſpiratio. Proceſſu verò temporis, ut ſolent poſt condenſos aëris turbines nubium in pertranſeundo remanere veſtigia, reſtiterunt, fatemur, in nobis & in viris eccleſiaſticis necnon & in reipublicæ noſtræ ſolatiatoribus hujuſmodi materiæ & fomites diſſenſionum, ut manifeſtè pateſceret nos divina gratia indigere, ut omnes à contagio morbi priſtini penitùs exueremur, qua præventi eramus, ut infirmitatem communem videre poſſemus. Quapropter venientes in unum fideles noſtri, tam in venerabili ordine clericali, quàm & inluſtres viri in nobili laicali habitu conſtituti, & zelo Dei accenſi, memores etiam fidei quam ipſi & anteceſſores eorum noſtris detulerunt prædeceſſoribus, ponentéſque ante oculos dilectionem & fidelitatem quam nobis poſt defunctionem patris laudabiliter & continentiſſimè ſervaverunt, ſecundùm quod legitur in litteris divinitus
1. Mach 12. inſpiratis, hortatus eſt alter alterum, immo omnes ſe invicem monuerunt, ut cuncti univerſum animi rancorem pro quocunque conceptum negotio à corde propellerent, & in Dei voluntate ac ſanctæ Eccleſiæ competenti veneratione ſeu noſtra fidelitate ſervanda, atque debito honore & regia poteſtate ſtabilienda & conſervanda, quin etiam ſeſe in pacis concordia & vera amicitia copularent: quatenus divinæ clementiæ placerent obnixiùs, & de Regis ac regni ſtabilitate & utilitate poſſent tractare ſublimiùs, & ſuum atque totius populi communem profectum & tranquillitatem obtinerent propenſiùs. Sícque Deo amabili atque laudabili conventu unanimiter ac rationabiliter perpetrato, noſtræ manſuetudini ſuam devotionem & actionem fideliſſimè ſuggeſſerunt. Nos autem tanta fidelium erga dominationem noſtram ſubtiliter perſpecta benignitate, ut cauſa pro ſui merito exigebat, eis condignas gratiarum actiones retulimus, & nos noſtrámque poteſtatem eorum bonæ convenientiæ per benevolentiam in hoc facto, quod ſine dubio ad præſentem & æternam tendit ſalutem, ſociam & comitem fore tota devotione ſpopondimus, abdicatis omnibus, quantum patitur humana fragilitas, quæ perſona noſtri regiminis ignorantia ſeu juventute aut neceſſitate contra convenientem ſibi ſalubritatem & honeſtatem uſque modò egerat aut alterius aſtu contraxerat. Qua de re communiter inito conſilio, hoc ſcriptum fieri propoſuimus; quod etiam manuum omnium noſtrorum ſubſcriptione roborandum decrevimus. In quo quæ nobis nunc præcipuè ad communem ſalutem & regni ſoliditatem atque omnium noſtrorum utilitatem immo pleniſſimam honeſtatem viſa ſunt pertinere conſcripſimus. non loquentes diverſarum immutatione perſonarum, ut modò regalis ſublimitas, modò epiſcopalis auctoritas, modò autem fidelium loquatur commoditas; ſed ſecundùm Apoſtolum, ſub uno capite Chriſto, ut revera unus homo, in unius Eccleſiæ corpore, ſinguli autem alter alterius membra, quod proſit omnibus omnes unanimiter una voce loquamur per eum & in eo qui dixit & de quo dictum
Matth. 10. eſt: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.*

Cap. I.

De honore videlicet & cultu Dei atque sanctarum Ecclesiarum quæ auctore Deo sub ditione & tuitione regiminis nostri consistunt, communiter Domino mediante decernimus ut sicut tempore beatæ recordationis Domni ac genitoris nostri excultæ & honoratæ atque rebus ampliatæ fuerunt, salva æquitatis ratione ita permaneant, & quæ à nostra liberalitate honorantur atque ditantur, de cetero sub integritate sui serventur, & sacerdotes ac servi Dei vigorem ecclesiasticum & debita privilegia juxta reverendam auctoritatem obtineant, eisdem verò regalis potestas & inlustrium virorum strenuitas seu reipublicæ administratores, ut suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & justè concurrant.

II.

Honor etiam regius, & potestas regali dignitati competens, atque sinceritas & obtemperantia seniori debita, remota omni socordia & calliditate seu qualibet indebita quorumcunque conjunctione contra honorem & potestatem atque salutem nostram sive regni nostri soliditatem, nobis in omnibus & ab omnibus, sicut tempore antecessorum nostrorum consueverat, exhibeatur. Et si quis quemcunque contra nos & contra hanc pactam sinceritatem aliquid moliri manifestè cognoverit, si eum converti nequiverit, apertè prodat atque denotet. Et sic consilio atque auxilio episcopalis auctoritas & fidelium unanimitas, ut noster honor & potestas regia inconvulsa permaneat, totis nisibus decertare & adjuvare procuret.

III.

Quia verò debitum esse cognoscimus ut à quibus honorem suscipimus, eos juxta dictum dominicum honoremus, volumus ut omnes fideles nostri certissimum teneant, neminem cujuslibet ordinis aut dignitatis deinceps nostro inconvenienti libitu, aut alterius calliditate vel injusta cupiditate, promerito honore debere privare, nisi justitiæ judicio & ratione atque æquitate dictante. Legem verò unicuique competentem, sicut antecessores sui tempore meorum prædecessorum habuerunt, in omni dignitate & ordine favente Deo me observaturum perdono.

IV.

Quod ut faciliùs atque obnixiùs nostra auctoritas valeat observare, omnes sicut in vestra bene memorabili convenientia pepigistis conservare studebitis. Immo etiam cuncti in postmodum sollicitè præcavebunt ne aliquis pro quacunque privata commoditate aut reicienda cupiditate, sive alicujus consanguinitatis vel familiaritatis seu amicitiæ conjunctione, nobis immoderatiùs suggerat vel postulationibus aut quolibet modo inliciat ut contra justitiæ rationem & nostri nominis dignitatem ac regiminis æquitatem agamus.

V.

Et si fortè subreptum nobis quippiam ut homini fuerit, competenter & fideliter, prout sublimitati regiæ convenit, & necessitatibus subjectorum expedit, ut hoc rationabiliter corrigatur, vestra fidelis devotio admonere curabit.

VI.

Tandem autem visum est nobis adnectere, ut si quis hoc fœdus concordiæ salubris, quod propter pacis caritatisque custodiam inivimus, & chirographi virtute subscripsimus, rebelli atque animo pertinaci inruperit, Christiana dilectione admoneatur, & ad inconvulsum caritatis vinculum conservandum (quod qui tentaverit corrumpere, faciliùs poterit se ipsum disrumpere quàm illud possit inrumpere) juxta monita divina ut resipiscat hortetur. Et si audierit, fiat de societate fideli omnibus gaudium. Si verò obaudire renuerit, tunc pontificalis auctoritas & regalis sublimitas atque in caritatis connexione persistentium magnanimitas, secundùm quod res & necessitas postulaverit, ac ratio expetierit, seu qualitati personæ convenerit, zelum suæ devotionis ferventissimè exerat, & quod inspirante Deo agendum in omnem salutis & utilitatis atque honestatis partem judicaverit, inrefragabiliter peragat.

TITVLVS II.

Synodi ad Teudonis villam.

SEQVVNTVR CAPITVLA QVÆ ACTA SVNT in ſynodo ſecus Teudonis villam habita, in loco qui dicitur Iudicium, quando tres fratres glorioſi Principes, Hlotharius videlicet, Hludouvicus, & Karolus, ſimul convenerunt anno quinto regni Karoli. cui ſynodo Drogo Mettenſis Epiſcopus præſedit conſenſu eorundem Regum. quæ & ipſi Principes ante ſe fideléſque eorum relecta capitula adprobaverunt, & ſe eadem ſervaturos auxiliante Domino promiſerunt, menſe Octobrio, Indictione ſeptima.

NAvis ſanctæ Eccleſiæ ab exordio ſuo variis ſæpe perturbationibus merſa, ſed excitato fidelium precibus gubernatore ſuo Chriſto nunquam eſt uſquequaque demerſa. Quæ quondam etiam, ut nunc videtur, penè conlapſa, progenitorum veſtrorum ſtudio & devotione eſt auctore Deo juxta modum divinitus conceſſum recuperata. Vnde immenſas Domino Deo noſtro laudes referimus, qui & corda veſtra ad intentionem ſimilem excitavit, & poſt veſtigia patrum veſtrorum, quibus per temporale regnum ad æternum perveniatis, ire velle docuit & inſpiravit. Veſtræ nihilominus nobiliſſimæ dominationi multimodas gratiarum actiones rependimus, quia ad evitandum & veſtrum & noſtrum periculum, & ad communem totiúſque populi providendam ſalvationem, bonam & beneplacitam Dei voluntatem ſubſequi, & divinum conſilium, ſecundùm præceptum Domini quo dicitur *Interroga ſacerdotes legem meam*, & , *Interroga patres tuos & adnunciabunt tibi*, à nobis, quamquam indignis, Chriſti tamen Vicariis, quærere & benigna devotione velut revera ex ore ipſius Dei expectare dignamini. Quod humilitatis veſtræ ſupernum donum ſancta Eccleſia cum tanto gaudio ſuſcipit ut de vobis etiam in conſolatione ſua ſibi dictum à Domino aptare velit: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.* id eſt, pro juſtorum progenitoribus, qui te paterno affectu ditaverunt & ampliaverunt ac coluerunt, nati ſunt tibi iſti filij, qui in te & paterna munera reſarciant, recuperent, & conſervent, & te fideli devotione, ut bonæ indolis adoleſcentes, me ſuper eos intendente, eiſque manum ſolatij porrigente, tueantur & excolant.

Aggæi 2. Deut. 32. Pſal. 44

Cap. I.

HIs ita præmiſſis, nobiliſſimi Domini, ut cum pace veſtra dicamus, quia conſtat hanc ſanctam Eccleſiam ſanguine Chriſti redemptam, & prædeceſſorum veſtrorum multo labore redintegratam ac adunatam atque gubernatam, veſtra diſcordia eſſe diſciſſam & perturbatam atque afflictam, videtur nobis, ſi & in præſenti feliciter regnare & in futuro cupitis eſſe ſalvi, & ab hac eadem Eccleſia vobis ad gubernandum commiſſa, pro qua ex miniſterio regali reddituri eſtis Regi Regum rationem in die judicij, tam multiplices ac perniciosas corruptionis peſtilentias vultis amovere, & vigorem regium ac ſenioraſe & ſuper veſtros & ſuper impugnantes poteſtatem veſtram optatis habere, caritatem illam quam Apoſtolus docuit, de corde puro & conſcientia bona & fide non 2. Tim. 1.

ficta inter vos ſtudete habere, & quia ſic habeatis, & fidelibus & infidelibus veſtris omni virtute & puritate curate manifeſta-
Ioan. 13. re, ſicut Dominus docuit dicens: *In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Quæ non tantùm verbo & lingua, ſed potiùs remota quolibet modo omni occulta nocendi machinatione, aut, quod abſit, aliena à caritate aperta impugnatione, quocunque quis indiget, pro viribus vero conſilio & prompto auxilio ab altero adjuvetur, quo-
Prov. 18. niam ſcriptum eſt: *Frater qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma.* Et ita in populum vobis commendatum, pro iſta quæ hactenus operante per membra ſua diabolo verſata eſt diſcordia, pacem illam diſſeminate quam Chriſtus in cœlum aſcendens fidelibus ſuis munere magno reliquit,
Ioan. 14. dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*; ſine qua nemo videbit Deum.

II.

Quia bene poſtis ab illo qui ſolus meritò & Rex & Sacerdos fieri potuit ita Eccleſiam diſpoſitam eſſe ut pontificali auctoritate & regali poteſtate gubernetur,
Prov. 11. & ſcriptum eſſe liquidò pervidetis, *Vbi non eſt gubernator, populus corruit*, & tanto periculoſiùs quanto anima plus eſt pretioſa quàm corpus, canonum etiam inrefragabilis auctoritas ſuper Epiſcoporum ordinatione & in populi ad cuſtodiendum ſuſcepti vigilantia ac ſedium ſuarum tenaci ſtabilitate evidentiſſimè præcipiat, ferventiſſimè Dei legatione fungentes monemus ut ſedes quæ veſtra diſcordia ulteriùs nec nominanda ſine ſacro epiſcopali miniſterio & ſine Epiſcopis viduatæ manent, ſubmota funditus peſte ſimoniacæ hæreſeos, ſine dilatione, juxta auctoritatem canonicam, aut Epiſcopos à Deo datos & à vobis regulariter deſignatos & gratia ſancti Spiritus conſecratos accipiant, aut quæ ſuis Epiſcopis quacunque occaſione privatæ ſunt, canonicè eos ſine aliqua excuſatione aut tarditate recipiant.

III.

Sacrum quoque monaſticum ordinem à Deo inſpiratum, & ab ipſis Apoſtolis fundatum, ſeu à nominatiſſimis ac ſanctiſſimis patribus excultum, atque per iſtud imperium à veſtris piæ memoriæ prædeceſſoribus propagatum, & quædam etiam loca ſpecialiùs venerabilia contra omnem auctoritatem & rationem ac patrum veſtrorum ſeu Regum præcedentium conſuetudinem laicorum curæ & poteſtati in maximo veſtro periculo & illorum perditione & Dei ac ſanctorum non modica ad iraſcendum provocatione vos commiſiſſe dolemus. Quapropter pro Chriſto devotiſſimè obſecramus ut tam magnam offenſam & juſtam reprehenſionem atque periculoſam ſine exemplo præcedentium præſumptionem ab animabus veſtris & à felicitate regni veſtri pellatis, & loca venerabilia & habitum ac ordinem ſacrum eis qui ad hoc vocati ſunt, viris ſcilicet ex clericali & eccleſiaſtico vel monaſtico ordine religioſis, ſeu & in ſuo ſexu feminis Deo dicatis atque devotis, & in ſchola Chriſti eruditis, ad cuſtodiendum & providendum committatis; qui & quæ Dei ſunt Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari reddant. Qui ſi minùs perfectè & in divina religione & in reipublicæ utilitate profecerint, aut corripiantur, aut meliores & utiliores in locis eorum ſubſtituantur; & non propter pravorum nequitiam ordo religionis & loca ſacratiſſima eis quibus licitum non eſt committantur; cùm manifeſtiſſimè ſcriptura demonſtret Ozam morte damnatum, 2. Reg. 6.
qui arcam Domini quaſi cadentem relevare voluit, quam vel contingere inlicitum ei fuit.

IV.

Occaſionem etiam & fomitem, unde ordo eccleſiaſticus & canonica forma atque monaſtica religio ſæpe à longè ſuperiori tempore, cùm minus religioſos Principes habuit, titubavit, & penè conlabens deperiit, & iterum, cùm devotos & in Dei zelo ferventes Principes accipere meruit, reſurrectione quadam revixit & vigorem recepit, atque ſui proceſſus tempore ambulavit, (quod non ſine gravi dolore & metu ultionis divinæ dicimus) in veſtri regiminis tempore in deſtructionem, non
in ædificationem, ſicut Paulus docuerat, 2. Cor. 13.
accidiſſe conſpicimus. Quod & noſtris peccatis, qui diſpenſatores & paſtores Eccleſiarum eſſe debuimus, veraciter imputamus; & eorum, quorum factione res iſta adeo malè pullulavit & excrevit, alia præcedentia peccata hoc meruiſſe pro
certo auctoritate divina cognoſcimus. Vt Apoc. 22.
qui nocebant, ſicut ſcriptum eſt, nocerent adhuc; & qui in ſordibus erant, ſordeſcerent adhuc. unde Deum graviùs ad iracundiam provocarent, & ſanctos, quos interceſſores pro ſuis peccatis habere debuerant, infenſos haberent, & ſacerdotes ac viros religioſos, ſeu Chriſti pauperes, quos oratores & reconciliatores ſibi de ſuo

promereri necesse fuerat, proclamatores adversùm se fieri irritarent, & ad cumulum suorum peccatorum etiam illa peccata, unde in conspectu Dei rationem in die terribilis judicij redderent, & augerent, quæ illi commiserunt qui eadem ipsa peccata per intercessionem fidelissimarum oblationum deleverunt quas ecclesiasticarum rerum pervasores inconsultè & in perniciem sui sine reverentia abutuntur. Quod ita verum esse ut dicimus Dominus
Osee 4. protestatur dicens: *Peccata populi mei comedunt.* Peccata enim populi comedunt qui contra auctoritatem divinam res ecclesiasticas indebitè pervadunt, & nec intercessionis ope, nec prædicationis consilio, vel quocunque divino auxilio pro peccatis eorum qui eas dederant laborant, nec pio operi, ad quod fides fidelium eas tradiderat, inservire permittunt. De quo periculoso facto vos, Christianissimi Principes, venerabiliter admonemus, & devotissimè obsecramus ut memores salutis vestræ, præsentis scilicet & æternæ, memores etiam largitatis progenitorum vestrorum erga sanctas Ecclesias, propter quam feliciter regnaverunt & sibi contrarios superaverunt, memores siquidem cum
Gen. 47. quanta religione etiam ante Christi sanguinem, & in tempore famis in Ægypto, discretione sancti Ioseph apud nefandum Regem Pharaonem terra sacerdotalis extitit, innumera quoque scripturarum exempla, ut lacte Ecclesiæ nutriti, & scientiæ ipsius uberibus sufficienter repleti, ante oculos reducentes, tunicam Christi, qui vos elegit & exaltavit, quam nec milites ausi fuerunt scindere, tempore vestro quantociùs reconsuite & resarcite, & nec violenta ablatione nec inlicitorum præceptorum confirmatione res ab Ecclesiis vobis ad tuendum & defensandum ac propagandum commissis auferre tentate: sed ut sanctæ memoriæ avus & pater vester eas gubernandas vobis fautore Deo dimiserunt, redintegrate, & præcepta regalia earundem Ecclesiarum conservate ac con-
3. Reg. 11. firmate. Ne sicut intentavit Samuel Propheta ad Roboam filium Salomonis in consciissione pallij, præsens regnum, quod absit, vobis patrum labore adquisitum & hereditate relictum, à vobis ipse Christus dividat, & æternum regnum, quod promisit, non tribuat. Nec contra Dei faciem iratas hominum facies consideretis: quia si ad tempus illis displicueritis, cùm vos Deo placebitis, in vobis ille quod promisit implebit: *Cùm placuerint,* inquiens, Prov. 16. *Domino viæ hominis, omnes inimicos ejus convertet ad pacem.* Quod ut commodiùs valeatis implere, unusquisque vir ecclesiasticus & intercessionis adjutorium & solatij, quo res publica indiget, subsidium juxta quantitatem rerum Ecclesiæ sibi commissæ, salvo jure quod exinde divinis dispensationibus debet impendi, promptè & ex animo parare & impigrè, sicut tempore antecessorum vestrorum consueverat, studebit offerre.

V.

Et quia sancta Ecclesia in area trituræ dominicæ docta quædam novit redarguenda, quædam dissimulanda, quædam etiam gemenda usque ad tempus perferenda, perspeximus eo ferventiori zelo quo majora corrigenda sunt vestram potestatem & sacerdotalis consilij auctoritatem quædam ad præsens ex asse non valere corrigere. Et ideo de Canonicorum monasteriis & sanctimonialium quæ sub eadem forma vivere dicuntur consideravimus, sicut Apostolus Paulus dicit, *secun-* 1. Cor. 7. *dùm indulgentiam, non secundùm imperium,* ut si propter imminentem reipublicæ necessitatem laïcis interim committuntur, Episcopi providentia, in cujus parrochia consistunt, adjuncto sibi aliquo Abbate viro religioso, studeatur qualiter restauratio locorum, & studium ac custodia officij & religionis, atque subsidium temporalis necessitatis, in eisdem locis degentibus juxta qualitatem & quantitatem moderationis adhibeatur & ministretur. & qui eadem loca tenuerint, eis inde sicut & de aliis Christianæ religionis negotiis pro Christi & vestra reverentia obediatur. Quod si quis non fecerit, provisorum curæ erit ut ad vestram hoc notitiam referant, & vestra dominatio, secundùm sibi à Deo commissum ministerium, pro modo culpæ quæ emendanda sunt corriget. Per loca etiam monastica ejusdem ordinis provisores necesse erit disponere, cùm vestra auctoritas eos qui vices Christi secundùm regulam divinitus dictatam in monasteriis agant studuerit ordinare.

V I.

Petimus tandem ut ordo ecclesiasticus, in quibuscunque ei fuerit necesse rigorem salutis humanæ exerere, per potestatem vestram & per ministerium ministrorum dominationis vestræ secundùm antiquam consuetudinem suum vigorem recipiat; & populi generalitas unà cum ecclesiastica

devotione judicium, quod honor Regis diligit, & justitiam, qua thronus ejus firmatur, per dispositionem vestram suscipiat; seu admonitione atque consilio sacerdotali vestra sublimitas, & quisque in quolibet statu vel ordine, de rapinis & ceteris, quæ discordiæ malo acciderunt, præteritis erroribus pœnitudinem gerat, & Domini reconciliationem expostulet. Quam facilè omnis qui quæsierit inveniet, si in loco discordiæ plantata fuerit caritas, quæ cooperit multitudinem peccatorum, eúmque potiùs quàm nos in consilio, non nostro, sed Dei attendatis, qui dixit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Luc. 10. Matth. 10.

TITVLVS III.

Concilij in Verno palatio.

CANONES CONCILII IN VERNO PALATIO habiti, ubi præsedit Ebroinus Pictavorum Episcopus, & VVenilo Senonum Archiepiscopus, necnon & Hludouvicus sancti Dionysij Abbas, & Hincmarus pòst Remorum Episcopus, anno quinto regni Domini nostri Karoli filij Hludouvici Imperatoris, mense Decembrio, Indictione septima.

GRatias omnipotenti Deo referimus, inclyte Rex Karole, nos Episcopi & ceteri fideles qui ex diversis partibus ad Vernum evocati sumus, quòd deposita discordia, unde tot mala processerunt, quæ & enumerare longum est, & declinare adhuc impossibile, redistis ad pacem cum fratribus vestris, quam & natura vobis & religione debetis; in qua ut semper maneatis per Christum, qui pax nostra est, obsecramus; ut qui maximas res vestras discordia penè dilapsas videtis, concordia & fido adjutorio relevatas citò aspiciatis. Cedendum est enim Deo, de quo verissimæ continent litteræ: *Potestatem habet Excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud.* & qui dignatione mirabili pollicetur: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Ceterùm quia eodem Deo inspirante dignati estis jubere ut de statu Ecclesiæ, qui vehementer magnitudine ac multitudine peccatorum nostrorum confusus est, tractaremus, in nomine & adjutorio ejus, quæ communi deliberatione reperimus, celsitudini vestræ ac populi fidelis devotioni humiliter aperimus. Neque enim nos justos approbare contendimus. consideratione conscientiæ nostræ illud Hieremiæ suppliciter dicamus: *Misericordia Domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus.* Sed ad Deum reverti & vos nobiscum trahere meditantes, officium nostrum exequimur cunctis adquiescentibus profuturum. Quippe non vobis nostra sed illius auctoritate loquimur qui ait: *Qui est ex Deo, verba Dei audit.* Absit autem ut in vobis impleatur quod sequitur: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Daniel. 4. Matth. 5. Thren. 3. Ioan. 8.

Cap. I.

ITaque vos primò convenimus, ut quia vestra probitas cunctis vobis potest prodesse subjectis, cultum Dei rebus omnibus præferatis. Namque ipse dicit: *Qui glorificant me, glorificabo eos. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Præterea misericordiam & judicium atque justitiam 1. Reg. 2.

conservetis; scilicet ut misericordia temperet severitatem potestatis, judicium comprimat obstinatè peccantes, justitia merentibus digna restituat. Siquidem:
Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* &:
Psal. 105. *Beati qui custodiunt judicium & faciunt justitiam in omni tempore.* &:
Psal. 98. *Honor Regis judicium diligit.*
Prov. 25. Et justitia firmari thronum Regis sapientissimi Salomonis immo per eum loquentis Dei prodit auctoritas. Taliter vobis agentibus, vel incruentam vobis, ut credimus, vel justam de hostibus victoriam divina gratia providebit. Exemplo vobis esse possunt David & Ezechias, qui merito sanctitatis inimicos populi Dei vel pugnando vel orando mirabili celeritate vicerunt. Sed & domesticum lumen Imperator Karolus, qui nomen quod familiæ vestræ peperit clarissimis actibus adornavit. Nec regni vobis amplitudinem ac soliditatem tantummodo, verùm etiam vobis bene gerentibus post vitæ hujus excursum eadem Dei gratia gloriam largietur æternam, cui Rex
Psal. 16. & Propheta suspirans, *Satiabor*, inquit, *cùm apparuerit gloria tua.* Hæc autem vestræ majestati non temerè suggerimus, quia vestri quoque cura nobis commissa est, quorum ministerio per fidem atque baptisma mundati diem tremendi judicij cum ceteris fidelibus expectatis.

II.

Verùm ut ad nos Episcopos redeamus, per hanc civilem immo plusquam civilem discordiam multa interdum in nobis ipsis ac aliis nobis commissis neglexímus, interdum negligere coacti sumus, ita ut in omnibus ordinibus religio magnum detrimentum acceperit, & alij quidem per ignorantiam in interitum tendant, alij verò longa licentia assuefacti impune se peccare posse confidant. Tandem igitur ad propriam & ceterorum correctionem conversi, quæsumus ut scelerum patratores, & apostolicæ disciplinæ contemptores, missis à latere vestro probatæ fidei legatis, absque respectu personarum & excœcatione munerum coërceantur, & otio nobis, quantum possibile est, concesso, sermo Dei prædicando fructificet, & canonum reverenda auctoritas debitum in omnibus vigorem obtineat.

III.

In locis sanctis, hoc est, monasteriis, alios studio, nonnullos desidia, multos necessitate victus & vestimenti à sua professione deviare comperimus. quod petimus ut in omnibus parrochiis directi à vestra mansuetudine religiosi atque idonei viri cum notitia Episcoporum scrutentur & corrigant, ac singulorum locorum statum vestræ celsitudini & nostræ mediocritati tempore à vobis constituendo renuntient.

IV.

Monachos qui cupiditatis causa vagantur, & sanctæ religionis propositum impudenter infamant, ad sua loca jubemus reverti, & regulariter Abbatum sollertia recipi. Eis autem qui post evidentem professionem monachicam etiam habitum reliquerunt, vel qui sua culpa proiciuntur, nisi redire & quod Deo spoponderunt implere consentiant, hoc credimus posse remedio subveniri, si in ergastulis inclusi tamdiu à conventu hominum abstineantur, & pietatis intuitu convenientibus macerentur operibus, donec sanitatem correctionis admittant. Namque illi qui quondam monachi, postea relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolvuntur, Papæ Leonis decreto publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandi sunt. Ep. ad Rustic.
De Clericis autem Ecclesiarum suarum desertoribus antiqua forma Chalcedonensis Concilij servanda est; quæ præscribit ut si Episcopus susceperit Clericum ad alium Episcopum pertinentem, & susceptus & susipiens communione privetur, donec is qui migraverat Clericus, ad propriam revertatur Ecclesiam. Can. 10.

V.

Qui sanctimonialibus inlicitè miscentur, & sacrilega fœdera cum eis faciunt nuptiarum, eos Innocentij Papæ censura à communione jubet suspendi, & nisi per publicam probatámque pœnitentiam omnino non recipi, aut his certè viaticum de seculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negari. Decreta Gelas. c. 10.

VI.

Ab altero verò desponsata, & ab altero rapta puella, secundùm statuta Ancyrani Concilij ei à quo desponsata fuerat reddenda est, etiamsi vim à raptore pertulerit. De raptoribus autem id nobis videtur optimum, ut quoniam ecclesiasticam excommunicationem parvipendunt, secularium Legum terreantur austeritate. Can. 19.

VII.

Si quæ sanctimoniales causa religionis, ut eis falsò videtur, vel virilem habitum sumunt, vel crines adtondent, quia ignorantia magis quàm studio eas errare putamus,

mus, admonendas castigandásque decernimus; ne fortè veteris ac novi instru-
Can. 13. menti prævaricatrices juxta Gangrensem synodum severitate anathematis ab Ecclesiæ corpore præcidantur.

VIII.

Quoniam quosdam Episcoporum ab expeditionis labore corporis defendit imbecillitas, aliis autem vestra indulgentia cunctis optabilem largitur quietem, præcavendum est utrisque ne per eorum absentiam res militaris dispendium patiatur. Itaque si vestra consentit sublimitas, homines suos reipublicæ profuturos cuilibet fidelium vestrorum, quem sibi utilem judicaverint, committant, cujus diligentia ne se ab officio subtrahere valeant observetur.

IX.

Remorum Ecclesiam diù multùmque pastore destitutam, nuper spoliatam rebus, oneratam injuriis, absque ingenti dolore fateri non possumus. Et quia vestram sublimitatem & nostram parvitatem eruere desideramus periculo, obsecramus ut tam fœdè lacerata Ecclesia redintegretur, atque juxta venerabilium canonum constitutionem dignus ei celeriter quæratur & præficiatur Episcopus: ut clerus & populus tantis attritus & spiritalibus & corporalibus incommodis, consolatione recepta, cum suo præsule pro vestra salute ac prosperitate communi Domino studeat supplicare.

X.

Aurelianensis etiam Ecclesia confusione maxima noscitur laborare. Tamen quia superiore anno Archiepiscopus Wenilo, suis annitentibus suffraganeis, ex eodem loco Agium Presbyterum palatij vestri memoratæ Ecclesiæ ordinavit, probabilium Canonicorum ac laicorum attestatione instructus, & petitione impulsus, & eadem Ecclesia nostro & vestro vacat periculo, hujus rei alium exitum non videmus nisi ut vestra pietas quod à tantis viris factum est ratum esse permittat.

XI.

De prælatione reverentissimi Drogonis definire aliud non audemus nisi expectandum quàm maximus cogi potest Galliæ Germaniæque conventum, & in eo metropolitanorum reliquorúmque antistitum inquirendum esse consensum, cui resistere nec volumus nec valemus. Nobis tamen, si quid tale alicui committi potest, & non alia quàm quæ prætenditur latet causa, illi potissimùm convenire videtur qui & communione sacerdotij nobis & excellentiæ vestræ propinquitatis privilegio sociatur.

XII.

Veniemus nunc ad ultimam partem admonitionis nostræ; quam qua intentione fundimus, dederit Deus ut vos ac proceres ceteríque fideles ea devotione suscipiatis. Videmus enim iram Dei nobis & vobis imminere, cùm pro rapinis & immanibus aliis scèleribus, tum etiam maximè quòd Ecclesiæ facultates, quas Reges & reliqui Christiani Deo voverunt ad alimentum servorum Dei & pauperum, ad exceptionem hospitum, redemptionem captivorum, atque templorum Dei instaurationem, nunc in usu secularium detinentur. Hinc multi servi Dei penuriam cibi & potus ac vestimentorum patiuntur, pauperes consuetam eleemosynam non accipiunt, negleguntur hospites, fraudantur captivi, & fama omnium meritò laceratur. Et quidem si hæc à paganis pateretur Ecclesia, patientiam flagitaret. Nunc autem oppressi à filiis nostris, hoc est, ab his quos vel nos vel decessores nostri in Christo genuimus, Christianos eos nostro ministerio facientes, nullam patientiæ consolationem recipimus, quoniam de illorum interitu formidamus. Certè, quod nullus quamquam impudentissimus negare audebit, possessio Ecclesiæ votum est fidelium, patrimonium pauperum, redemptio animarum. Votum ergo alterius quomodo quisquam Deo audet auferre, hereditatem pauperum qua temeritate præsumit invadere? Vnde alij suas animas redemerunt, cur inde alij suas perdunt? Itaque quædam loca venerabilia, quod nunquam antea auditum est, laici ex integro possident, quorundam partem sibi vindicant, quorundam prædia multipliciter divisa in hereditatem sibi dari fecerunt. Ægyptij sacerdotes, famis necessi- Gen. 47.
tate ceteris cuncta vendentibus, suas possessiones retinuerunt, & falsi dij reverentiam à suis cultoribus meruerunt quam in hac parte solus & verus Deus non obtinet. Oza percussus est, propterea quòd nu- 2. Reg. 6.
tantem arcam sublevare præsumpsit, quam tangere nefas erat. Rideat hoc aliquis, nisi, quod summo dolore dicimus, quidam oppressores Ecclesiæ dignum suis moribus exitum nostro etiam tempore invenerunt. Propheta clamat: *Qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium Dei,* Psal. 82.

Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Postremò ipse Dominus Iesus conditor & redemptor: *Quid proficit homo si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?* Et quisquam tam audax & desperatus invenitur qui possessiones Dei ad certissimam perniciem suam occupet & invadat? O fideles Deo & vobis ipsis, nolite pro temporali abundantia divitiarum mereri sempiternam congeriem miseriarum, nec ultrà decus animæ vestræ tam pestifero, tam inaudito, tam denique certo sacrilegio polluatis. Reddite Deo sua, ut vestra cum pace possideatis, tormenta evadatis æterna, & postmodum ad gaudium Domini nostri ut servi fideles intromittamini. Seculares honores seculares possideant, ecclesiasticos ecclesiastici sortiantur. Nec nos insatiabilis cupiditatis arguatis, quia qualescunque sumus, vera nos dicere nec ipsi nescitis. & licèt pauci, sunt tamen aliqui nostrum Deum timentes, qui juxta illud propheticum exaudiantur: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* quia omnium finis cotidie appropinquat; & quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Si volumus evadere præsentes calamitates & futuras evitare miserias, in commune à nostris pravitatibus ad Dominum convertamur, & declinantes à malo faciamus bonum, ut bona Domini mereamur videre in terra viventium. Tu autem, clarissime Rex, quia verissimè scriptum est, *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*, fuge perversorum consortia & consilia, nec à te quisquam petere audeat quod majestatem tuam præstare non deceat. nec timeas iratos homines, hoc est, terram & cinerem, amplius quàm Deum qui te creavit, quique in veritate judicabit. Cujus voluntatem si perfectè secutus fueris, credimus quòd à quorumlibet hominum te contumacia liberabit, & omnibus angustiis clementer eripiet, ac post hoc temporale regnum ad perpetuum cumulata felicitate perducet. In fine omnes alloquimur, quòd si nostris salutaribus adquieveritis consiliis, vestro profectui plurimùm congratulabimur. Sin autem nos immo Deum per nos loquentem contempseritis, necessitate implendi ministerij quod nollemus facere compellemur.

Matt. 16.

Psal. 144.

1. Cor. 15.

TITVLVS IV.

Synodi Belvacensis.

HÆC CAPITVLA QVÆ SEQVVNTVR FACTA sunt in Synodo habita apud Belvacum civitatem anno incarnationis dominicæ DCCCXLV. *mense Aprilio, anno sexto regni Domni Karoli, Indictione septima. Quæ collata sunt inter eundem Principem Domnum Karolum & Episcopos regni sui. & eadem isdem Princeps glorioſus Deo teste sub fidei suæ adstipulatione se servaturum promisit erga omnes Ecclesias & Episcopos regni sui. quæ ad vicem omnium Episcoporum sui principatus qui erant, quique futuri erant, de manu horum Episcoporum conservanda suscepit, id est, VVenilonis, Erchanradi, Immonis, Rothadi, Symeonis, Lupi, Ragenarij, Heliæ, Erpoini, Aÿ, Hincmari Presbyteri & vocati Archiepiscopi.*

Cap. I.

VT jus ecclesiasticum & legem canonicam nobis ita conservetis sicut antecessores vestri, qui hoc bene & rationabiliter observaverunt, juxta quod sciri poterit & Deus vobis posse dederit, nostris prædecessoribus conservaverunt.

II.

Quòd in mea persona nec in meo ordine, nisi fortè, quod absit, in antea contra Deum & contra vos manifestè fecero, ut damnari canonicè debeam, adversùm me & meum ordinem ita damnabiliter non faciatis pro quacunque præterita causa ut mihi dehonoratio aut damnatio veniat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

III.

Quòd res ad Ecclesiam mihi commissam pertinentes & tempore principatus vestri ablatas ita præsentaliter restituatis & restitutas conservetis sicut tempore avi & patris vestri fuerunt, & excepto superposito, quod in usus possidentium vel ex ædificiis absumptum est, quomodo tunc erant, quantum ad hoc quod res usitato nomine appellamus constat, quando vos inde illas tulistis.

IV.

Vt præcepta inlicita de rebus Ecclesiæ mihi commissæ à vobis facta rescidantur, & ut de cetero ne fiant caveatis.

V.

Vt ab Ecclesia mihi commissa indebitas consuetudines & injustas exactationes de cetero non exactetis; sed sic eas conservetis sicut tempore avi & patris vestri conservatæ fuerunt.

VI.

Vt contra deprædatores & oppressores Ecclesiarum nostrarum & rerum ad eas dem pertinentium defensionem secundùm ministerium vestrum, quantum posse vobis Deus dederit, exhibeatis.

VII.

Vt præcepta quæ avus & pater vester Ecclesiis nobis commissis fecerunt & firmaverunt & stabilita conservaverunt, quæ etiam vos confirmastis, de cetero rata conservetis.

VIII.

Vt si vos contra hæc capitula, aut nos, quod absit, non malitia, nec perverso studio, sed aut per humanam fragilitatem, aut per ignorantiam, vel per subreptionem, non damnabiliter egerimus, mutuo hoc consilio corrigamus. & firmata deinceps convenientia maneat.

TITVLVS V.

Apud Tolosam civitatem.

SEQVENTIA CAPITVLA ACTA SVNT APVD Tolosam civitatem anno quarto regni Domni Karoli, Indictione sexta, mense Iunio, antequam illa quæ præcedunt facta fuerint secus Teudonis villam & in Verno palatio & in Belvaco civitate. sed ideo antè illa posita sunt quia & dignitate generalitatis & synodali præeminent auctoritate.

HÆc quæ sequuntur capitula, consulentes necessitati Episcoporum Septimaniæ, & subjectorum eis Presbyterorum providentes possibilitati, tractantes etiam sacri & justè inreprehensibilis ministerij honestatem, Presbyterorum reclamatione commoniti, moderamine mansuetudinis nostræ usque ad diligentiorem tractatum synodi generalis decernimus.

CAP. I.

VT Episcopi nullam inquietudinem sive exprobrationem Presbyteris aut apertè ingerendo, aut alia qualibet occasione machinando, pro eo quòd se ad nos hac vice reclamare venerunt, inferant: quia longa oppressio hujusmodi itineris eos fecit subire laborem.

II.

Vt unum modium frumenti, & unum modium hordei, atque unum modium vini, cum mensura quæ publica & probata ac generalis seu legitima per civitatem & pagum atque vicinitatem habetur, Episcopi à Presbyteris accipiant, & frischingam sex valentem denarios, aut sex pro ea denarios, & non amplius exigant. Et si hæc non accipiunt, accipiant, si volunt, pro his omnibus duos solidos in denariis, sicut in Toletano & Bracarense consensu Episcopi considerasse dicuntur. Brac. II. 2. Tolet. VII. 4.

III.

Vt Presbyteri qui prope civitatem quinque miliaria commanent, per famulos suos

prædictam dispensam reddi in civitate cui jusserit civitatis Episcopus faciant. Qui autem longiùs ab urbe commanent, statuant Episcopi loca convenientia per decanias, sicut constituti sunt Archipresbyteri, quò similiter & eadem propinquitate ceteri Presbyteri per famulos suos debitam dispensam Archipresbyteris aut Episcoporum ministris convehant. Et procurent Episcopi ne ministri illorum Presbyteros dehonorent, aut pignora inhonestè tollendo, vel locationem pro receptione dispensæ exigendo; sed cum gratiarum actione recipiant quæ Presbyteri cum hilaritatis humanitate, juxta Apostolum, conferre debebunt. Quòd si ministri Episcoporum Presbyteros dehonoraverint, dignam illis exinde Episcopi castigationem exhibeant: quoniam nisi fecerint, & ad nos iterum pro hoc se Presbyteri reclamaverint, motus nostros qui culpabilis repertus fuerit sentiet.

IV.

Vt in circuitione parrochiæ Episcopi de cetero singulos Presbyteros per singulas jacendo euntes Ecclesiolas, sicut hactenus, non prædentur; cùm scriptum sit eosdem evangelizare debere, non turpis lucri gratia, ne vituperetur ministerium sanctum. Sed considerent & denuntient loca sibi & populo convenientia, & illuc Presbyteri, quotquot possibilitas & moderatio providerit, plebes suas adducant, & ibidem Episcopi prædicent, confirment, & populi errata inquirant ac corrigant. Iterum autem, quia dominica voce datur licentia qui Evangelium adnuntiant ut de Evangelio vivant, licèt Paulus Apostolus nihil horum fuerit usus, Presbyteri tale conjectum faciant ut & Episcopi solatium habeant & ipsi non graventur. Quod ita nobis fieri posse videtur, videlicet ut quatuor Presbyteri ad locum ubi quintus degit & Episcopus residet, plebes suas de quatuor partibus adducere studeant, & unusquisque eorum decem panes & dimidium modium vini & frischingam de quatuor denariis & pullos duos & ova decem & modium unum de annona ad caballos in subsidium benedictionis gratia præsentet Episcopo. & similiter quintus, in cujus domo Episcopus residet, faciat. nec ampliùs ab eo exigatur, nisi fortè ligna & utensilia in opus ministerij commodet. Quapropter Episcopus providebit ne domus aut sepes illius à ministris vastentur.

V.

Vt semel in anno Episcopi hanc circumitionem tempore congruo faciant. Et si ampliùs ministerium suum per diocesim agere voluerint, hanc tamen dispensam non amplius quàm semel à Presbyteris per annum accipiant.

VI.

Quòd & si circumitionem in salutem & necessitatem populi quacunque de causa dimiserint, à Presbyteris nec hanc dispensam neque pretium illius exigant, neque aliis aut suis domesticis aut amicis exigendam concedant. Et quando circumierint, & in domo Presbyteri resederint, non sub occasione adfligendi Presbyteros immoderatè & non necessariè numerum famulorum adducant, neque vicinos ad pastum incongruè convocent. Quod & si cum caritate vocare voluerint, faciant: sed non ampliùs à Presbyteris, vel sub occasione vendendi, vel alio quolibet modo, quàm statutum est exigant, neque paraveredos aut alias exactiones tollant.

VII.

Vt Episcopi parrochias Presbyterorum propter inhonestum & periculosum lucrum non dividant. Sed si necessitas populi exegerit ut plures fiant Ecclesiæ aut statuantur altaria, cum ratione & auctoritate hoc faciant; scilicet ut si longitudo, aut periculum aquæ, vel silvæ, aut alicujus certæ rationis vel necessitatis causa poposcerit, ut populus & sexus infirmior, mulierum videlicet vel infantum, aut etiam debilium imbecillitas, ad Ecclesiam principalem non possit occurrere, & non est sic longè villa ut Presbyter illic sine periculo ad tempus & congruè non possit venire, statuatur altare: & si ita populo complacet, & commodum fuerit, ne sine ratione scandalizetur, parrochia maneat indivisa. Sin autem præfatæ causæ postulaverint, & populus non conductus, neque cupiditate vel invidia excitatus, sed rationabiliter adclamaverit ut Ecclesia illis fieri & Presbyter debeat ordinari, hoc Episcopi episcopaliter, teste Deo, in conscientiæ puritate, cum ratione & auctoritate, sine intentione turpis lucri, maturè consilio canonico tractent, & utilitati ac saluti subjectæ plebis quæque agenda sunt peragant, & secundùm quod subtraxerint cuilibet Presbytero de parrochia, de dispensa quoque debita ab illo minus accipiant, & alteri, qui quod dividitur à parrochia suscipit, sub hac eadem mensura imponant.

VIII.

Vt Episcopi sub occasione quasi auctoritatem habeant canonum, his constitutis excellentiæ nostræ nequaquam resultent aut neglegant; sed potiùs canones ut intellegendi sunt intellegere & in cunctis observare procurent: quia si aliter fecerint, omnimodis & qualiter canones fidelium decimis agendum statuant, & qualiter intellegi ac observari cum mansuetudinis nostræ decreto debeant, synodali dijudicatione & nostra auctoritate regia docebuntur.

IX.

Vt Episcopi synodos à Presbyteris, nisi sicut docet auctoritas canonum, duos scilicet, & per tempora constituta, non exigant. Sed & in eisdem synodis non per occasionem, sed per veritatem ministerij sui, teste Deo, ad quod constituti sunt, Presbyteros & tractent & teneant & absolvant.

TITVLVS VI.

PRÆCEPTVM CONFIRMATIONIS PRO HISPANIS

qui in regno Karoli Calvi morabantur, datum in eodem loco in quo & superiora capitula conscripta sunt, id est, apud Tolosam in monasterio sancti Saturnini, anno Christi DCCCXLIV. *regni autem ejusdem Karoli Regis quarto.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si enim ea quæ ob utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ imperialibus edictis sunt constituta, magnificentiæ nostræ confirmatione denuo instituentes corroboramus, ad diuturnam prosperámque regni à Deo nobis collati stabilitatem id ipsum adtinere non dubitamus, quin etiam ad capessendam æternæ felicitatis beatitudinem profuturum nobis liquidò credimus. Itaque notum sit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium atque nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, sive Hispaniæ consistentium magnitudini quia progenitorum nostrorum, magnorum siquidem orthodoxorúmque Imperatorum, avi videlicet nostri Karoli, seu genitoris nostri Augusti Hludouvici, auctoritatem imitantes, Gothos sive Hispanos intra Barchinonam famosi nominis civitatem vel Terracium castellum cohabitantes, simul cum his omnibus qui infra eundem comitatum Barchinonæ Hispani extra civitatem quoque consistunt, quorum progenitores crudelissimum jugum inimicissimæ Christiani nominis gentis Sarracenorum evitantes, ad eos fecere confugium, & eandem civitatem illorum magnipotentiæ libenter condonarunt seu tradiderunt, & ab eorundem Sarracenorum potestate se subtrahentes, eorum nostræque demum libera & prompta voluntate se subjecerunt, complacuit mansuetudini nostræ sub immunitatis tuitione defensionísque munimine benignè susципere ac retinere, & cohabitationem seu necessitatibus eorum opportunum auxilium, sicut & ab illis progenitoribus eorum & ipsis constat per imperialium apicum sanctionem concessum, clementer conferre: quatenus & nostra regalis conservatio constructa, atque innovatio in eorum bene gestis operibus exaltationi Ecclesiæ pretioso Christi sanguine redemptæ & ministret augmentum, & animabus eorum ac nostræ proficiat semper in emolumentum.

Cap. I.

IGitur, ſicut dictum eſt, ad omnium veſtrum notitiam pervenire volumus quia eoſdem homines ſub protectione & defenſione noſtra denuo receptos, ſicut in unitate fidei, ſic etiam in unanimitate pacis & dilectionis conſervare decrevimus, eo videlicet modo, ut ſicut ceteri franci homines cum Comite ſuo in exercitum pergant, & in marcha noſtra juxta rationabilem ejuſdem Comitis ordinationem atque admonitionem exploraciones & excubias, quod uſitato vocabulo vvactas dicunt, facere non neglegant, & Miſſis noſtris, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut Legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubvectionem eorum veredos donent, ipſi videlicet & illi quorum progenitoribus, temporibus avi noſtri Karoli, idipſum facere inſtitutum fuit. Si autem hi qui veredos acceperint, reddere eos neglexerint, & eorum interveniente neglegentia perditi ſeu mortui fuerint, ſecundùm legem Francorum eis quorum fuerunt ſine dilatione reſtituantur vel reſtaurentur.

II.

Eccleſiarum verò cenſus, id eſt, nec paſcualia infra eorum terminos vel eorum villas, nec telonea infra comitatum in quo conſiſtunt, nec alia quælibet redibitio neque à Comite neque à junioribus aut miniſterialibus ejus deinceps ab illis ullatenus exigatur.

III.

Et niſi pro tribus criminalibus actionibus, id eſt, homicidio, rapto, & incendio, nec ipſi nec eorum homines à quolibet Comite aut miniſtro judiciariæ poteſtatis ullo modo judicentur aut diſtringantur; ſed liceat ipſis, ſecundùm eorum legem, de aliis hominibus judicia terminare, & præter hæc tria, & de ſe & de eorum hominibus ſecundùm propriam legem omnia mutuò definire.

IV.

Et ſi quiſpiam eorum in partem quam ille ad habitandum ſibi excoluit alios homines de aliis generationibus venientes adtraxerit, & ſecum in portione ſua, quam aprifionem vocant, habitare fecerit, utatur illorum ſervitio abſque alicujus contradictione vel impedimento.

V.

Et ſi aliquis ex ipſis hominibus, qui ab eorum aliquo adtractus eſt & in ſua portione collocatus, alium, id eſt, Comitis, aut Vicecomitis, aut Vicarij, aut cujuſlibet hominis ſenioratum elegerit, liberam habeat licentiam abeundi; veruntamen ex his quæ poſſidet, nihil habeat, nihilque ſecum ferat, ſed omnia in dominium & poteſtatem prioris ſenioris pleniſſimè revertantur.

VI.

Placuit etiam nobis illis concedere, ut quicquid de heremi ſqualore in quolibet comitatu ad cultum frugum traxerint, aut deinceps infra eorum apriſiones excolere potuerint, integerrimè teneant atque poſſideant; ſervitia tamen regalia infra comitatum, in quo conſiſtunt, faciant.

VII.

Et omnes eorum poſſeſſiones ſive apriſiones inter ſe vendere, concambiare, ſeu donare, poſteriſque relinquere omnino liceat. Et ſi filios aut nepotes non habuerint, juxta legem eorum alij ipſorum propinqui illis hereditando ſuccedant; ita videlicet ut quicunque ſucceſſerint, ſervitia ſuperiùs memorata perſolvere non contemnant.

VIII.

Simul etiam præcipientes injungimus, ut nullus hominum de ſæpe memoratis eorum apriſionibus vel villis, cum propriis terminis, propriiſque earum finibus & adjacentiis, injuſtam inquietudinem illis inferre præſumat, aut aliquam minorationem contra legem facere audeat; ſed liceat eis ipſas res cum tranquillitate pacis tenere & poſſidere, & ſecundùm antiquam conſuetudinem ubique paſcua habere, & ligna cædere, & aquarum ductus pro ſuis neceſſitatibus, ubicunque pervenire potuerint, nemine contradicente juxta priſcum morem ſemper deducere.

IX.

Si autem illi propter lenitatem & manſuetudinem Comitis ſui, eidem Comiti honoris & obſequij gratia quippiam de rebus ſuis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel cenſu aliquo computetur; neque Comes ille aut ſucceſſores ejus hoc in conſuetudinem venire præſumat; neque eos ſibi vel hominibus ſuis aut manſionaticos parare, aut veredos dare, aut ullum cenſum vel tributum aut ſervitium, præter id quod jam ſuperiùs comprehenſum eſt, præſtare cogat. Sed liceat tam iſtis Hiſpanis, qui præſenti tempore in prædictis locis reſident, quàm his qui adhuc ad noſtram fidem de iniquorum poteſtate fugiendo

confluxerint, & in desertis atque incultis locis per nostram vel Comitis nostri licentiam consedentes ædificia fecerint, & agros incoluerint, juxta supradictum modum sub nostra defensione atque protectione in unitate fidei & pacis tranquillitate residere, & nobis ea quæ superiùs diximus, tam cum Comite suo, quàm cum Missis ejus, pro temporis opportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

X.

Noverint præterea iidem Hispani sibi licentiam à nobis esse concessam ut se in vassaticum Comitis nostri, sicut alij franci homines, commendent. Et si aliquod beneficium quisquam eorum ab eo cui se commendavit fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent.

Vt autem hæ nostræ regalis auctoritatis litteræ erga eosdem Hispanos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris inviolabiliter conserventur, manu propria nostra eas subter firmavimus & anuli nostri impressione signari decrevimus.

Signum Karoli glorioſissimi Regis. Deormannus ad vicem Hludouvici recognovit.

Data III. Idus Iunij, anno quarto regnante Karolo glorioso Rege.

Actum in monasterio sancti Saturnini prope Tolosam in Dei nomine feliciter. Amen.

TITVLVS VII.

In villa Sparnaco.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR CAPITVLA EXCERPTA sunt à Domno Rege Karolo & Principibus ejus ex his capitulis quæ anno DCCCXLVI. *ediderunt Episcopi in Synodis, Vvenilo scilicet cum suffraganeis suis, Guntboldus cum suffraganeis suis, Vrsmarus cum suffraganeis suis, Hincmarus cum suffraganeis suis, Amalo cum suffraganeis suis. & oblata sunt eidem Principi, sicut ipse jusserat, collecta ad relegendum in Sparnaco villa Remensis Ecclesiæ. Et quia factione quorundam motus est animus ipsius Regis contra Episcopos, dissidentibus primoribus regni sui ab eorundem Episcoporum ammonitione, & remotis ab eodem concilio Episcopis, ex omnibus illis capitulis hæc tantùm observanda & complacenda sibi collegerunt, & Episcopis scripto tradiderunt, dicentes non ampliùs de eorum capitulis acceptasse quàm ista, & ista se velle cum Principe observare.*

I. De honore & cultu Ecclesiarum.

II. De honore Episcoporum & veneratione servorum Dei.

III. De justitiis.

IV. Vt cautela fiat erga eos qui causa juventutis aut insipientiæ in aliquo fallunt sive contemnunt admonitionem Episcoporum, ne subitò aut incautè damnentur anathemate.

V. De his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur.

VI. De precariis.

VII. De hospitalibus.

VIII. De rapacibus.

IX. Vt Episcopis tempus congruum observetur ad ministerium suum peragendum.

X. Vt Clerici arma militaria non contingant.

XI. Vt Missi dirigantur qui inquirant si præcepta à nobis de rebus Ecclesiarum ad proprium sint facta.

XII. De hæresi Simoniaca.

XIII. Vt à nullo sedes episcopalis proprio infirmante Episcopo usurpetur.

XIV. Vt Canonici infra dormitorium dormiant.

XV. Vt monachi ad palatium non veniant, nisi causa obedientiæ, exceptis Abbatibus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XVI. Vt laici decimas de Ecclesiis non contingant.

XVII. De sanctimonialibus contra auctoritatem nuptis.

XVIII. De sponsis aliorum.

XIX. De sepulturis infra Ecclesiam.

Plenitudo autem capitulorum quæ in plenitudine Synodalium actionum habentur, unde hæ commemorationes excerptæ sunt, ita per loca continentur.

COmmemoratio prima, de honore videlicet & cultu Ecclesiarum, sicut suprà scriptum habetur in villa Colonia, subscriptione Regis & Principum roboratum.

Commemoratio secunda, de honore Episcoporum & veneratione servorum Dei, similiter.

Commemoratio tertia, de justitiis, similiter.

Commemoratio quinta, de his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur, similiter.

Commemoratio sexta.

Ceteræ autem commemorationes, quæ sequuntur, ita in præfata plenitudine cum suis capitulis continentur.

XX.

x i. ET ne magnificentiam vestram illuc vestræ dignitati indecens & inhonesta impellat necessitas quò non trahit voluntas, & partim necessitate, partim etiam subreptione, quia aliter quàm se rei veritas habeat vobis dictum vel postulatum fuit, maximè quod ad rem publicam pertinuit, aut præreptione in beneficiario jure aut in alode adsumptum habetur, videtur nobis utile & necessarium ut fideles & strenuos Missos ex utroque ordine per singulos comitatus regni vestri mittatis, qui omnia diligenter inbrevient quæ tempore avi ac patris vestri vel in regio speciaLiter servitio vel in vassallorum dominicorum beneficiis fuerunt, & quid vel qualiter aut quantum exinde quisque modò retineat, & secundùm veritatem renuntietur vobis. Et ubi inveneritis quia ratio & utilitas ac ordo seu veritas in absumptis vel donationibus habeantur, in statu permaneant. Vbi autem inrationabilitas vel potiùs fraus inventæ fuerint, unà cum consilio fidelium vestrorum hoc taliter corrigite ut ratio atque utilitas seu justitia non deserantur, & dignitas vestræ magnificentiæ per necessitatem ita vilis non fiat sicut vos non decere cognoscitur. quoniam domestica domus vestra aliter obsequiis domesticorum repleri non poterit nisi habueritis unde eis meritis respondere & indigentiæ solatium ferre possitis. & sic demum res publica vestra de suo suffragetur sibi, & Ecclesiæ à quibus non expedit habeantur immunes.

XXI.

Vt precariæ & commutationes tempore viduatarum Ecclesiarum factæ ab his qui loca Episcoporum occupaverant rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica vel civili denuo, si fiendæ sunt, fiant. vi.

Regino lib. 1. cap. 362.
Burchard. lib. 3. cap. 166.
Ivo par. 3. cap. 227.
Gratian. 12. q. 2. cap. 44. *Precaria.*

XXII.

Precariæ autem à nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Ecclesiæ, in suo tantùm qui dederit nomine, si res proprias & ecclesiasticas usufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantùm quis nomine sumat: quia sic eas quemque tractare oportet ut alienarum dispensatorem, non propriarum largitorem. Et à nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus propriè Deo & sanctis illius dicatis; cùm ratio & usus obtineat, neminem cui non vult contra utilitatem & rationem præstitum de proprio facere beneficium. Præcepta autem regalia super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio finit nec auctoritas quolibet modo permittit: quoniam præcepta in jure ecclesiastico firmare indignum judicet necesse est majestas regia, nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Isdem autem custos Ecclesiæ sollertissimè caveat ne sui ordinis & ecclesiasticæ communionis fortè immemor, contra auctoritatem præceptum regium pro quacunque adsentatione fieri petat. qui & si fecerit, non audiatur. Si autem obtinuerit, regia discretione & episcopali judicio idem rescindatur, & petitor injustus pro Principis injusta suggestione dignè corripiatur. & precariæ secundùm antiquam vi.

consuetudinem

consuetudinem & auctoritatem de quinquennio in quinquennium renoventur.

Regino lib. 1. cap. 363. 364. 365. 367.
Burchard. lib. 3. cap. 167. 168. 169. 175.
Ivo par. 3. cap. 228. 229. 230. 236.
Gratian. 10. q. 2. cap. 4. & 5. *Precariæ.*
Decretalium Gregorij IX. lib. 3. tit. 14. cap. 1.

XXIII.

Vt contra deprædatores & oppressores Ecclesiarum & rerum ad easdem pertinentium defensores secundùm ministerium vestrum, quantum Deus posse dederit, existatis; & præcepta quæ avus & pater vester Ecclesiis ditioni vestræ subjectis fecerunt ac firmaverunt, & stabilia conservaverunt, qúæque vos confirmastis, de cetero rata in omnibus conservetis.

XXVIII.

XI. Regino lib. 2. c. 4. 5. Burchard. lib. 1. c. 228.

Vt regia magnificentia liberiorem libertatem Episcopis ad suum peragendum in eorum parrochiis ministerium quàm hactenus propter diversas perturbationes habuissent, maximè in sacratissimis temporibus, quadragesimæ scilicet & adventus Domini, tribuat: quatenus & periculum & ipsi Episcopi, & regia dignitas salubriùs pro ministerio sibi commisso & neglecto possint evadere, & pro strenuè exsecuto divinam misericordiam sibi conciliare prævaleant. Ipsi autem Episcopi concessum sibi otium non in suas voluptates, sed in divinum & officiosum convertant negotium. quatenus studentes prædicationi atque confirmationi, quod hactenus per parrochias fuit neglectum, sollerter & devotissimè de cetero sit correctum & emendatum. Et non propter suam quietudinem Episcopi ad remotiora loca secedentes, & suum ministerium neglegentes, proprias deserant civitates; sed ut parrochias suas cum officij efficacia circumeant, aut cum religione in suis civitatibus canonicè cum suis filiis degant. & hospitalitate ornati, quæ jam penè propter diversas rapacitates adnullata est, non solùm in oculis Domini propter obedientiam mandati divini reddantur conspicui, verùm & bonum testi-
1. Tim. 3. monium secundùm sanctum adquirant Apostolum. Presbyteros etiam sibi commissos & doctrinæ castitate & sobrietate atque hospitalitate secundùm eorum ministerium ornari compellant.

XXXVII.

X. Vt quicunque ex clero esse videntur, arma non sumant, nec armati incedant; sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus & religioso habitu præbeant. Quòd si contempserint, tamquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores, proprij gradus amissione multentur, quia non possunt simul Deo & seculo militare.

XL.

VII. Admonenda est regia magnitudo de hospitalibus quæ tempore prædecessorum suorum & ordinata & exculta fuerunt, & modò ad nihilum sunt redacta. Sed & hospitalia Scottorum, quæ sancti homines gentis illius in hoc regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua adquisitis ampliaverunt, ab eodem hospitalitatis officio funitus sunt alienata; & non solùm supervenientes in eadem hospitalia non recipiuntur, verùm etiam ipsi qui ab infantia in eisdem locis sub religione Domino militaverunt, exinde eiciuntur, & ostiatim mendicare coguntur. Vnde pertimescenda est canonica sententia, & maximè decretalis Symmachi Papæ definitio, quia ut necator pauperum, & Christi traditor Iudas, idem qui hujus sceleris auctor & perpetrator esse dinoscitur, præsenti & perpetuo est anathemate feriendus. *Qui reiculam*, inquit Symmachus Papa, vel quicquid fuerit Ecclesiæ, *petunt à Regibus & corrumpendæ pietatis instinctu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione Ecclesiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur.* Item in canone Aurelianensi: *Si quis quolibet tempore contra hanc constitutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine vel facultate xenodochij ipsius abstulerit, ut xenodochium, quod avertat Deus, esse desinat, ut necator pauperum inrevocabili anathemate feriatur.*

Lib. VII. Capitular. cap. 265.

Conc. Aurel. V. c. 15.

XLIII.

XII. Cavendum & summoperè præcavendum ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum & Episcopis & Regibus & omnibus sublimioribus potestatibus atque cunctis fautoribus & electoribus quorumcunque atque consensoribus seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico ut nemo per simoniacam hæresim regiminis locum obtineat quacunque factione, calliditate, promissione, seu commoditate aut donatione, per se aut per emissam personam, cùm Spiritus sanctus inter cetera documenta ecclesiastica per os sancti dicat Gregorij: *Cur non perpenditur quia benedictio illi in maledictionem convertitur qui ad hoc ut fiat hæreticus promovetur?* & item:

Lib. 7. Indict. 2. ep. 110.

Ementes quippe atque vendentes par pœna constringit, cùm liqueat hanc hæresim in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam. & Apostolus docet, *Non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, digni sunt morte.* Et item beatus Gregorius: *Dolens, inquit, dico, gemens denuntio, quia sacerdotium, quod apud vos intus cecidit, foris diu stare non poterit.* Item idem: *Adversarius animarum callida specie suadet quasi debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari; sicut scriptum est: Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.*

Rom. 1.

Lib. 4. Indict. 13. ep. 51.

Lib. 7. Indict. 2. ep. 110.

Prov. 21.

XLVII.

XLII. Vt nemo Episcopo vivente Ecclesiam illius aut res ad eam pertinentes invadere aut dominari præsumat, neque sub voluntariæ cleri ac populi electionis obtentu, præter voluntatem Episcopi, quisquam quacunque seculari potestate præditus quasi œconomum constituat. Sed si Episcopus ministerium ecclesiasticum propter infirmitatem corpoream exhibere non potuerit, in Archiepiscopi hoc cum voluntate Episcopi ejusdem Ecclesiæ maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. Obsequium verò ad rem publicam pertinens qualiter exsequatur, per tales ex subditis & ecclesiasticis ministris, cum consensu Archiepiscopi propter pacis caritatisque custodiam, Episcopus ordinet & disponat quos succedendi in episcopatu appetitus indebitus non elevet neque vexet; nisi moratus ita extiterit ut secundùm instituta beati Gregorij in libro epistolarum, & humiliter in subditione prosit, & pòst utiliter conveniens sanctis regulis præsit. quia ob hoc in multis Ecclesiis scandalum magnum conspeximus. Si autem in Archiepiscopo talis necessitas acciderit, similiter ipse consilio coëpiscoporum suorum hujusmodi ordinationem exhibeat.

LIII.

XLV. Vt Canonici in civitate vel monasteriis, sicut constitutum est, in dormitorio dormiant, & in refectorio comedant, & in domo infirmorum necessariò subleventur, & tam sani quàm & infirmi canonicè vestiantur, atque in claustris horis congruis degant, & sub custodia canonica lectioni & ceteris divinæ institutionis insistant officiis. Qui verò Episcoporum loci convenientiam aut facultatem non habuerit ut hoc perficere & ordinare possit, Princeps secundùm constitutionem Domni Imperatoris Hludouvici annuat. id est, si vicina episcopio terra de eadem Ecclesia esse reperta fuerit, & ab alio possidetur, Ecclesiæ rectori ad claustra Clericorum vel alia quælibet Ecclesiæ commoda facienda reddatur. Si autem de fisco fuerit, regia liberalitas eandem terram ad servorum Dei habitacula construenda largiri dignetur. Si autem de alia casa Dei aut de cujuslibet proprio fuerit, ex convenientia commutandi licentia tribuatur. Et si paupertas loci ad ædificandas domos necessarias non suffecerit, eos ad adjutorium ædificandi potestas regia cogat qui res de eadem Ecclesia in beneficiis retinent.

Lib. 4. Capitular. c. 48.

LVI.

XLIV. Vt nemo Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communione privet ecclesiastica. Anathema autem sine consensu Archiepiscopi aut coëpiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema æternæ mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

Regino lib. 2. c. 306. Burchard. lib. 11. c. 10. Ivo par. 14. c. 80. Gratian. 11. q. 3. c. 41. *Nemo Episcoporum.*

LVII.

XLV. Vt monachi quibus monasteriorum cura commissa non est, passim & sine auctoritate palatium non adeant, nec in eo immorentur, vel ubi & ubi discurrere ac pervagari acephali præsumant. Sed si tales quilibet fuerint ut utiles & necessarij Ecclesiæ ac Principi reperiantur, cum auctoritate Episcopi canonicè ac religiosè pergant. Sin autem, in monasteriis suis, sicut canonica & regularis docet institutio, religiosè resideant. Quos etiam nec Episcopus, nec Abbas, vel quilibet alius eos veredariorum more in missaticis instanter transmittat: quia per quosdam illorum, contra canonicam auctoritatem, & ecclesiastica & civilia perturbantur negotia. Nec sub prætextu obedientiæ diutiùs vilicationibus inserviant: sed regulariter obedientiam vicissitudine sua peragentes, secum, ut de sancto Benedicto legitur, in monasterio habitent, atque se ipsos recolligant. Hæc autem transgredientes, sive prælati in favendo, sive subditi in obtinendo, excommunicentur.

LXIII.

XLVI. Hi verò qui ex rebus ecclesiasticis nonas & decimas persolvere & sarta tecta Ecclesiæ secundùm antiquam auctoritatem & consuetudinem restaurare debent, & hoc non solùm neglegunt, verùm & per con-

Regino lib. 2. c. 51.

temptum dimittunt, atque Clericos fame & penuria, ecclesiastica quoque ædificia dissolutione adnullari permittunt, tamdiu ab ecclesiastica communione separentur usque dum diligentia emendare studeant quod socordia neglexerunt. Quod si iterum iteraverint, post excommunicationis satisfactionem regia potestate compulsi, juxta legale & antiquum dictum, qui neglegit censum, perdat agrum. Servi autem Ecclesiarum quibuscunque potestatibus subditi, unde melior consuetudo vel devotior commendatio ex tempore & jussione Domni Hludouvici vel certè Domni Karoli seu etiam Pippini non existit, saltem viginti diebus in anno eidem Ecclesiæ ad reficiendas ipsius ruinas absque molestia servire sinantur. Vbi autem & amplior commendatio & melior consuetudo inde habetur, pro hac nostra necessitudinis consideratione non decidat.

Regino lib. 1. c. 40.

LXVII.

XVII. Qui sanctimoniales virgines vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis in conjugium sumunt, publicæ pœnitentiæ juxta modum quem præviderit Episcopus subigantur. ipsæ verò locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur. Vterque autem sine ulla spe uxoriæ copulationis perenniter maneant. Si autem, quod absit, conjugia iterare præsumpserint, acriori subdantur vindictæ, & ampliùs propellantur. Qui si fortè obedire monitis salutaribus non voluerint, anathematizentur.

LXVIII.

XVIII. Regino lib. 2. c. 157. Burchard. lib. 9. c. 32. Ivo par. 8. c. 170. De his qui sponsas alienas rapiunt, vel consensu parentum accipiunt, antiqua & synodalis sententia observetur. Quòd & si fortè in Ecclesia eventus talis reperiri dinoscitur ut pro salutis & religionis competentia humanius quiddam debeant tractare Pontifices, sicut canonica, ut eisdem verbis utamur, docet auctoritas, quia prior quidem, inquiens, definitio durius, posterior autem quiddam tractavit humaniùs, nullo modo, ut ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsæ acceptor sine publica transeat pœnitentia, & sponso legaliter multam componat. Quòd si hæc obedire renuerit, sine ulla refragatione anathematizetur. fautores verò illius juxta modum culpæ episcopali decreto pœniteant. Si verò, quod non optamus, quis de gradu ecclesiastico talibus nuptiis se consensorem vel interventorem manifestè prodiderit, à gradu proprio repellatur. Et si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, & canonicè nequiverit approbari, secundùm sanctorum patrum statuta se purgare cogatur.

LXXII.

XIX. Regino lib. 1. c. 123. Burchard. lib. 3. c. 158. Ivo par. 3. c. 221. Vt nemo quemlibet mortuum in Ecclesia quasi hereditario jure, nisi quem Episcopus aut Presbyter pro qualitate conversationis & vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat. Nec quisquam ossa cujuslibet mortui de sepulcro suo eiciat, aut sepulturam cujusquam temerario ausu quoquo modo violet; sed unumquemque in loculo sibi à Deo præparato atque concesso adventum sui judicis præstolari concedat; maximè cùm non solùm divinæ leges, sed etiam & humanæ apud humanam rempublicam sepulcrorum violatores reos mortis dijudicent. Sed & neque pro loco sepulturæ, ut verbis sancti Gregorij utamur, pretium de terra concessa putredini quærere & de alieno velle facere lucri compendium aliquo modo tentet. Si quando autem proximi vel heredes sponte aliquid offerre Ecclesiæ voluerint in eleemosyna defuncti, accipere non vetamus. peti verò aut aliquid exigi omnimodò prohibemus. ne, quod valde inreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exinde studemus modo quolibet quærere.

Lib. 7. Indict. 2. ep. 55.

TITVLVS VIII.

Conventus apud Argentoratum.

Acta ista ideo huc translata sunt, licèt in locum non suum, ut primi Regum conventus de pace tractanda non disjungerentur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXLII. XVI. *Kalend. Martij Lodhuuvicus & Karolus in civitate quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgò dicitur, convenerunt; & sacramenta quæ subter notata sunt Lodhuuvicus Romana, Karolus verò Teudisca lingua juraverunt. ac sic ante sacramenta circumfusam plebem alter Teudisca, alter Romana lingua alloquuti sunt. Lodhuuvicus autem, quia major natu, prior exorsus sic cœpit.*

ADNVNTIATIO LODHVVVICI.

QVotiens Lodharius me & hunc fratrem meum post obitum patris nostri insectando usque ad internecionem delere conatus sit, nostis. Cùm autem nec fraternitas nec Christianitas nec quodlibet ingenium, salva justitia, ut pax inter nos esset, adjuvare posset, tandem coacti rem ad judicium omnipotentis Dei detulimus, ut suo nutu, quid cuique deberetur, contenti essemus. in quo nos, sicut nostis, per misericordiam Dei victores extitimus. is autem victus unà cum suis quò valuit secessit. Hinc verò fraterno amore correpti, necnon & super populum Christianum compassi, persequi atque delere illos noluimus; sed hactenus, sicut & antea, ut saltem deinde cuique sua justitia cederetur, mandavimus. At ille posthac non contentus judicio divino, sed hostili manu iterum & me & hunc fratrem meum persequi non cessat. Insuper & populum nostrum incendiis, rapinis, cædibúsque devastat. Quamobrem nunc necessitate coacti convenimus. Et quoniam vos de nostra stabili fide ac firma fraternitate dubitare credimus, hoc sacramentum inter nos in conspectu vestro jurare decrevimus. Non qualibet iniqua cupiditate illecti hoc agimus, sed ut certiores, si Deus nobis vestro adjutorio quietem dederit, de communi profectu simus. Si autem, quod absit, sacramentum quod fratri meo juravero violare præsumpsero, ab subditione mea, necnon & à juramento quod mihi juraftis, unmquemque vestrum absolvo.

Cùmque Karolus hæc eadem verba Romana lingua peroraſſet, Lodhuuvicus, quoniam major natu erat, prior hæc deinde se ſervaturum teſtatus eſt.

Sacramentvm Lodhvvvici.

Pro Deo amur, & pro Christian poblo, & nostro commun salvament dist di in avant, in quant Deus savir & podir me dunat, si salvarai io cist meon fradre Karlo & in adjudha & in cadhuna cosa si com om per dreit son fradre salvar dist, in o quid il mi altre si fazet. Et ab Ludher nul plaid numquam prindrai qui meon vol cist meon fradre Karle in damno sit.

Quod cùm Lodhuuvicus expleſſet, Karolus Teudiſca lingua ſic hæc eadem verba teſtatus eſt.

Sacramentvm Karoli.

In Godes minna, ind durh tes Christianes folches ind unser bedhero gealtnissi, son thesemo dage frammordes so fram so mir Got geuvizei indi madh furgibit, so hald ih tesan minan bruodher..... soso man mit rehtu sinan bruoder scal, inthi ut hazermig soso maduo. Indi mit Lutherem inno theinni thing ne gegango, zhe minan vuillon imo ce scadhen vuerhen.

Sacramentum autem quod utrorumque populus quique propria lingua teſtatus eſt, Romana lingua ſic habet.

SACRAMENTVM POPVLI.

Si Lodhuvigs ſacrament que ſon fradre Karlo jurat conſervat, & Karlus meos ſendra de ſuo part non lo ſtanit, ſi io returnar non lint pois, ne io ne veuls cui eo returnar int pois in nulla aiudha contra Lodhuuvig nun li iver.

Teudiſca autem lingua.

Oba Karl thea eid, then er ſine mo bruodher Ludhuuvige geſuor, geleiſtit, ind Ludhuuvig min herro then er imo geſuor, forbrihchit, ob ih ina nes arvvenden nemag, noh ih, noh thero thein hes iruvenden mag, imo ce folluſti vvidhar Karle ne vvirdhit.

Quibus peractis, Lodhuuvicus Rheno tenus per Spiram, & Karolus juxta VVaſagum per Vuizzumburg, VVarmatiam iter direxit.

TITVLVS IX.

Conventus apud Marſnam I.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR CAPITVLA ACTA ſunt quando tres Reges fratres, Hlotharius ſcilicet, Hludouuvicus, & Karolus, ſimul convenerunt ſecus municipium Trejectum, in loco qui dicitur Marſna, anno incarnationis dominicæ DCCCXLVII. *per menſem Februarium. quæ etiam capitula ſingulorum adnuntiationes ſequuntur.*

CAP. I.

DE pace & concordia atque unanimitate trium fratrum & Regum inter ſe, & quòd veriſſimo & non ficto caritatis vinculo ſint uniti, & ut nullus deinceps ſcandalorum inter eos occaſiones ſerere poſſit.

II.

Vt ipſi mutuò ſibi auxilientur, & contra Dei ſanctæque Eccleſiæ ac ſuos inimicos ſecundùm opportunitatem temporis invicem adjuvent.

III.

Vt nemo per quamlibet cupiditatem leges pacis in cujuſlibet eorum regno convellere præſumat. Quòd ſi facere præſumpſerit, communem ab eis ultionem incurrat.

IV.

Vt Eccleſiæ Chriſti per omne eorum regnum priſtinam dignitatem honorémque retineant; & quicquid ſuperſtite Domno Hludouvico Imperatore jure legitimo poſſederunt, abſque ulla deminutione recipiant.

V.

Vt ſingulis eorum fidelibus talis lex conſervetur qualem temporibus priorum Regum & præcipuè avi patríſque eorum habuiſſe noſcuntur, ſi tamen & ipſi priſtinam fidem erga ipſos conſervent.

VI.

Vt rapinæ & deprædationes, quæ quaſi jure legitimo hactenus factæ ſunt, penitùs interdicantur, & nemo ſe impunè poſt hæc eas præſumere poſſe confidat.

VII.

Vt in ſingulis partibus regni Miſſi idonei conſtituantur, qui querelas pauperum & oppreſſiones ſive quorumcunque cauſas examinare & ſecundùm legis æquitatem valeant definire. Et ſi ab uno in aliud regnum hujuſmodi præſumptores confugerint, ibi ſimiliter opprimantur.

VIII.

Vt nullus in omni eorum regnò deinceps raptum facere præſumat. Aut ſi fecerit, legaliter puniatur.

IX.

Vt Regum filij legitimam hereditatem regni ſecundùm definitas præſenti tempore portiones poſt eos retineant; & hoc quicunque ex his fratribus ſuperſtes fratribus fuerit conſentiat; ſi tamen ipſi nepotes patruis obedientes eſſe conſenſerint.

X.

Vt legati ad Ducem Brittonum mittantur, qui de communi erga eos obſervatione pacis eum commoneant.

XI.

Vt ſimiliter ad Regem Nordmannorum legati mittantur, qui eum conteſtentur quòd aut pacem ſervare ſtudebit, aut communiter eos infenſos habebit.

ADNVNTIATIO DOMNI HLOTHARII.

Nobis & fratribus noſtris viſum fuit ut ad Dei voluntatem quærendam qualiter ſancta Eccleſia recuperata eſſe poſſit, & pacem & nos ac vos & iſte populus Chriſtianus habere poſſimus, nos ſimul conjungeremus, ſicut nunc fecimus, & ſic ſimus inter nos ſicut fratres per rectum eſſe debent. Et pro certo illud ſciatis, quia gratias Deo ſic ſumus & ſic permanere adjuvante Deo in ante volumus, & in conſilio & in auxilio unuſquiſque erga alterum parati ſumus adjutorium ferre, ſicut fratres in Dei voluntate & communi profectu facere debent, in quibuſcunque potuerimus.

ADNVNTIATIO DOMNI HLVDOVVICI.

I. Sciatis quia fratres noſtri & nos noſtros Miſſos ad communem nepotem noſtrum in Aquitaniam mittimus, & ei tales comitatus deſignatos mandamus in quibus ipſe cum ſuis interim ſufficienter eſſe poſſit, & fideles dilecti fratris noſtri Karoli de illo regno pacem habere poſſint, uſque dum idem nepos noſter ad commune placitum noſtrum veniat, ad quod cum tali ſecuritate à nobis accepta eum venire mandamus ut ſanus venire & ſanus ſtare & ſanus reverti, quantum illum Deus ſalvare voluerit, poſſit. Et ſi tunc noſtrum conſilium audire voluerit, volumus cum Dei adjutorio & veſtro conſilio conſiderare quomodo meliùs ſecundùm communem profectum & utilitatem in ante eſſe poſſit. Et ſi noſtrum conſilium audire non voluerit, tunc ſicut meliùs cum Dei adjutorio & veſtro conſilio invenire potuerimus, exinde agere volumus.

II. Sciatis etiam quia ſimiliter Miſſos noſtros ad Brittones mittimus, & illos ad communem profectum & pacem hortamur. Qui ſi audierint, aut non audierint, cum Dei adjutorio & veſtro conſilio exinde etiam facere volumus.

III. Sciatis quia communiter Miſſos noſtros ad Nordmannos pro pace accipienda mittimus.

IV. Sciatis etiam quia dilectus frater noſter Hlotharius Miſſos ſuos ad ſuos homines tranſmittit qui uſque modò in contrarietatem dilecti fratris noſtri Karoli fuerunt, & illis mandat ut per nullum ingenium in ante, ſicut de Dei & ſua gratia gaudere volunt, in illius & fidelium ejus contrarietatem aliquid faciant.

V. Et ſciatis quia volumus ut res Eccleſiarum, in cujuſcunque regno caput fuerit, tam de epiſcopatibus, quàm de abbatiis, ſine ulla contradictione rectores ipſarum Eccleſiarum, ſicut tempore Domni ac genitoris noſtri fecerunt, illas poſſideant.

VI. Similiter & de epiſcopatibus & monaſteriis, ubicunque in noſtro communi regno aliter eſt modò quàm debeat, volumus unà cum Dei adjutorio illud emendare, ut Eccleſia Dei ſuum honorem debitum habere poſſit, & populus ſuam legem & juſtitiam habeat.

Adnvntiatio Karoli.

I. Sciatis quia dilecti fratres noſtri & nos communiter noſtrum placitum ad Miſſam ſancti Iohannis apud Pariſium condictum habemus, ubi de iſtis quæ illi modò dixerunt & ceteris quæ ad Dei voluntatem & noſtrum ac veſtrum communem profectum invenire potuerimus conſideremus & unà cum Dei adjutorio ad effectum perducamus. Et volumus ut ab hinc in ante, ubicunque unuſquiſque fuerit, cum pace conſiſtat, & ad illud placitum cum pace unuſquiſque veniat: quia in iſtis miſeriis & rapinis uſque modò multùm Deum offendimus. Vnde nobis Dei miſericordiam deprecari ſatis neceſſarium eſſe cognoſcimus.

II. Volumus etiam ut unuſquiſque liber homo in noſtro regno ſeniorem qualem voluerit in nobis & in noſtris fidelibus accipiat.

III. Mandamus etiam ut nullus homo ſeniorem ſuum ſine juſta ratione dimittat, nec aliquis eum recipiat niſi ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit.

IV. Et volumus ut ſciatis quia nos fidelibus noſtris rectum conſentire volumus, & contra rationem eis facere non volumus. Et ſimiliter vos ac ceteros fideles noſtros admonemus ut vos veſtris hominibus rectum conſentiatis, & contra rationem illis non faciatis.

V. Et volumus ut cujuſcunque noſtrum homo, in cujuſcunque regno ſit, cum ſeniore ſuo in hoſtem vel aliis ſuis utilitatibus pergat; niſi talis regni invaſio quam lantuveri dicunt, quod abſit, acciderit, ut omnis populus illius regni ad eam repellendam communiter pergat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TITVLVS X.

Conventus apud Marsnam II.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR CAPITVLA ACTA sunt anno DCCCLI. *incarnationis dominicæ, quando tres fratres Reges, Hlotharius scilicet, Hludouvicus, & Karolus, secus municipium Trejectum, penes locum qui dicitur Marsna, iterum convenerunt, & consultu Episcoporum & ceterorum fidelium eadem capitula subscripserunt manibus propriis, & inter se ac inter fideles suos perpetuò se conservaturos promiserunt. quæ capitula singulorum in populo adnuntiationes sequuntur.*

Cap. I.

VT omnium præteritorum malorum & contrarietatum & supplantationum ac malarum machinationum atque molitionum seu nocumentorum in invicem actorum abolitio ita inter nos & apud nos fiat, & à nostris cordibus penitùs avellatur cum omni malitia & rancore, ut nec in memoriam, ad retributionem duntaxat mali vel contrarietatis atque exprobationis seu improperij, de cetero exinde quiddam veniat.

II.

Vt tanta Domino cooperante inter nos veræ caritatis benignitas abhinc in ante maneat de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, sine dolo & simulatione, ut nemo suo pari suum regnum aut suos fideles, vel quod ad salutem sive prosperitatem ac honorem regium pertinet, discupiat, aut forsconsiliet, aut per occultos susurrones libenter composita mendacia seu detractiones acceptet.

III.

Vt unusquisque fideliter suum parem, ubicunque necessitas illi fuerit, & ipse potuerit, aut per se, aut per filium, aut per fideles suos, & consilio & auxilio adjuvet, ut regnum, fideles, prosperitatem, atque honorem regium debitè valeat obtinere. Et veraciter unusquisque erga alterum certatim demonstret quia in fratris sui adversitate, si evenerit, fraterno modo contristatur, & in prosperitate illius lætatur. Et talem fidem sicut inter nos modò ab hinc in ante conservaturos confirmatum habemus, sic unusquisque infantibus fratris sui, si objerit, qui superfuerit conservabit.

IV.

Et quia per vagos & tyrannica consuetudine inreverentes homines pax & quies regni perturbari solet, volumus ut ad quemcunque nostrum talis venerit ut de his quæ egit rationem & justitiam subterfugere possit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat vel retineat nisi ut ad rectam rationem & debitam emendationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes in commune, in cujus regnum venerit, illum persequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de regno deleatur. Hincmar. epist. 38. pag. 675.

V.

Similiter & de eo agendum est qui pro aliquo capitali & publico crimine à quolibet Episcopo corripitur vel excommunicatur, aut ante excommunicationem crimen faciens, regnum & Regis regimen mutat, ne debitam pœnitentiam suscipiat, aut susceptam legitimè peragat. Interdum etiam incestam propinquam suam, aut sanctimonialem, vel raptam, sive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens secum ducit. Hic talis, cùm Episcopus ad cujus curam pertinebit nobis notum fecerit, diligenter perquiratur; ne morandi vel latendi locum in regno alicujus nostrum inveniat, & Dei ac nostros fideles suo morbo inficiat; sed à nobis vel per ministros reipublicæ constringatur, ut & simul cum diabolica præda, quam secum duxit, ad Episcopum suum redeat, & de quocunque crimine publico debitam pœnitentiam suscipiat, aut susceptam ut legitimè peragat compellatur. Hincmar. ibid.

VI.

Vt nostri fideles, unusquisque in suo ordine & statu, veraciter sint de nobis se-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

curi quia nullum abhinc in ante contra legem & justitiam vel auctoritatem ac justam rationem aut damnabimus aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus affligemus. Et illorum, scilicet veraciter nobis fidelium, communi consilio, secundùm Dei voluntatem & commune salvamentum, ad restitutionem sanctæ Dei Ecclesiæ, & statum regni, & ad honorem regium atque pacem populi commissi nobis pertinenti adsensum præbebimus; in hoc ut illi non solùm non sint nobis contradicentes & resistentes ad ista exsequenda, verùm etiam sic sint nobis fideles & obedientes ac veri adjutores atque cooperatores vero consilio & sincero auxilio ad ista peragenda quæ præmisimus, sicut per rectum unusquisque in suo ordine & statu suo Principi & suo seniori esse debet.

VII.

Vt sic simul conjuncti & nos fratres ad invicem, & nos cum fidelibus nostris, & fideles nostri nobiscum, & omnes simul cum Deo nos reconjungamus, & ut nobis sit propitius illi pro devoto munere offeramus ut unusquisque omnium nostrum absque sua propria excusatione vel justificatione recognoscamus in quibus aut singillatim aut communiter contra illius mandata & decreta suorum sanctorum fecimus aut consensimus in ordine ecclesiastico & statu regni, & per singula in medium illa producamus, & nemo nostrum suo aut amico aut propinquo aut confœderato, immo nec sibi seculariter parcat, ut spiritaliter & salubriter parcere possit. Quin, sicut præmisimus in præcedenti capitulo, vero consilio & sincero auxilio illa in commune certatim emendare totis viribus procuremus, quàm citiùs rationabiliter poterimus.

VIII.

Et si aliquis de subditis in quocunque ordine & statu de hac convenientia exierit aut se retraxerit, vel huic communi decreto contradixerit, seniores cum veraciter fidelibus suis hæc secundùm Dei voluntatem & legem ac justam rationem, velit aut nolit ille qui divino consilio & decreto & huic convenientiæ resistens & contradicens fuerit, exsequantur. Et si aliquis de senioribus de hac convenientia exierit aut se retraxerit, vel huic communi decreto, quod absit, contradixerit, cùm plures seniorum nostrorum fideles & regnorum primores in unum convenerint, eorum qui hæc observaverint seniorum consilio, & Episcoporum judicio ac communi consensu, qualiter de eo qui debitè admonitus incorrigibilis perseveraverit agendum sit, favente Domino decernemus. Et ut obnixiùs suprascripta capitula à nobis auxiliante Domino inviolabiliter observentur, & nos illa observaturos certiùs credatur, manibus propriis eadem subter firmavimus.

Adnvntiatio Hlotharii.

Volumus ut vos sapiatis quid noster adventus hic fuerit. Venimus hic ut simul adjuvante Deo cum fidelibus nostris de Dei voluntate & statu sanctæ Ecclesiæ ac regni & communi nostro ac vestro profectu consideraremus, sicut & fecimus. &, gratias Deo, sumus inde sic adunati & nos ad invicem & cum fidelibus nostris sicut nos recognoscimus quia & infra regnum & extra regnum per marcas nostras nobis est necessarium.

Adnvntiatio Hlvdovvici.

Sicut meus frater vobis dicit, magna necessitas est nobis & isti populo Christiano, qui nobis est à Deo commissus, ut nos ad invicem sic concordes & uniti simus quomodo Dei voluntas est & veræ fraternitati convenit. Quod usque modò, postquam Deus istud regnum in manus nostras post patrem nostrum misit, per omnia, sicut necessitas fuerat, non fuimus. Et ideo tanta Deo contraria & nobis ac vobis impedimentosa acciderunt. Et quia modò, Domino adjuvante, sic sumus unanimes sicut per rectum esse debemus, sciatis quia unusquisque nostrum paratus est ut suum fratrem, ubicunque necessitas fuerit, & infra patriam & foris patriam aut per seipsum aut per infantem vel fideles suos & consilio & auxilio sic adjuvet sicut frater fratri per rectum facere debet.

Adnvntiatio Karoli.

Sciatis quia & nos & fideles nostri veraciter recognoscimus quia partim necessitate, partim indebita voluntate, sicut meus frater Hludouvicus vobis dixit, multa acciderunt in isto regno quæ nobis necesse non fuerat. Et sciatis quia nunc gratias Deo adunati sumus & nos ad invicem & cum fidelibus nostris, & unà cum Dei adjutorio, quanto meliùs & citiùs rationabiliter possumus, procuremus qualiter quæ neglecta sunt, emendata fiant, ut & Deus sit nobis propitius, & ecclesiasticus ordo debitum

debitum honorem habeat, & regni nobis commissi prosperitas proveniat, & iste populus Christianus pacem habeat, & vobis lex & justitia conservetur, & vos nobis, sicut antecessores vestri nostris antecessoribus fecerunt, debitum honorem & auxilium exhibeatis. Et qualiter hoc consideratum & veraciter confirmatum manibus propriis habeamus, hic vobis relegetur.

Et relecta sunt in conspectu totius populi suprascripta capitula.

TITVLVS XI.

Synodi Suessionensis.

REgnante in sempiternum Domino Deo universorum, anno incarnationis ejusdem Domini Dei nostri Iesu Christi DCCCLIII. anno verò regni glorioſi Karoli filij Hludouici religioſiſſimi Auguſti tertio decimo, Indictione prima, Epiſcopis juxta inſtituta canonum ſynodum celebrare volentibus annuit idem Rex Karolus, eóſque apud urbem Sueſſionum in monaſterio ſancti Medardi & ſancti Sebaſtiani x. Kalendas Maias convenire præcepit; ubi, poſthabitis ſecularibus curis, ipſe quoque Rex adeſſe dignatus eſt, ut non ſolùm devotione Eccleſiæ ſe filium eſſe oſtenderet, verùm etiam, ſicubi opus eſſet, protectorem regia poteſtate monſtraret.

Actio I.

CVm itaque Præſules diverſarum Eccleſiarum, pio Rege multa humiliter & prudenter proponente, tractaſſent potiùs quædam quàm definiſſent, VI. Kalendas Maias ſynodo præſidentibus Hincmaro Remorum, Vuenilone Senonum, Amalrico Turonum metropolitanis Epiſcopis, idem Remorum metropolitanus Epiſcopus venerabilis Hincmarus oſtendit non paucos à deceſſore ſuo Ebbone, poſtquam canonicè depoſitus fuerit, nec verò canonicè reſtitutus, inrationabiliter ordinatos. Iam Rex abſque ulla ambitione ſynodum ſolus ingreſſus ſimpliciter cum Epiſcopis reſidebat. Serie igitur depoſitionis memorati Ebbonis pleniſſimè prolata, multis Metropolitanis pluribúſque aliis Epiſcopis, qui auctores fuerunt, recitatis, reſtitutionis autem illius non canonicæ, immo nec veriſimilis, paucis admodum & aliarum regionum Præſulibus nominatim expreſſis, claruit præfatum Ebbonem epiſcopale officium illicitè repetiſſe, quóſque gradibus eccleſiaſticis æſtimatus fuerit promoviſſe, damnationi potiùs obnoxios effeciſſe, Hincmarum autem ſucceſſorem ejus, canonicis ſanctionibus cautè ac ſubtiliter obſervatis, ad ſedem acceſſiſſe, & præter decreta majorum in hac parte nihil omnino moliri; ſicut in geſtis ſynodalibus exinde ab Epiſcopis ejuſdem Concilij more canonico confirmatis pleniùs edocetur.

II.

Poſtmodum venerabilis Wenilonis Senonicæ urbis metropolitani Epiſcopi ſuffraganeus Nevernenſis Eccleſiæ, nomine Herimannus, pro ſuis exceſſibus, quos corporali moleſtia ſæpe dicebatur admittere, à ſanctis Præſulibus modeſtè & acriter increpatus eſt, quòd priùs frequenter correptus ordini ſacratiſſimo perſeverantia levitatum adhuc injuriam faceret. Et in præſentia Principis infirmitatem paſtoris nequaquam faſtidientis injunctum eſt Metropolitano ejus ut adjunctis ſecum aliquot Epiſcopis ad oppidum Nivernenſe accederet, & omnia ibi negotia eccleſiaſtica ſapienter componeret, ipſum verò coëpiſcopum ſuum Herimannum apud urbem Senonum ſecum haberet, donec æſtivum tempus, quod valde contrarium infirmitati illius ferebatur, pertranſiret, & ſic Domino annuente abſtinentia competenti aſſuetum, epiſcopali gravitate inſtructum, apoſtolicis moribus informatum, clerus & populus eum ad ſedem propriam utiliter favente Dei gratia revocaret.

III.

De Burchardo etiam, qui Carnutum Eccleſiam tenebat, ſtatutum eſt ut aut ſe idoneum ad ſumendum epiſcopalem gradum admonitu Vuenilonis metropolitani Epiſcopi oſtenderet, aut certè pronam in ſe clementiam Principis cognoſcens cederet, in utroque Dei judicium experturus. Igitur ſequenti die cauſa illius ad medium

deducta, venerabiles Episcopi, Remorum metropolitanus Hincmarus, Lugdunensium Pardulus, Aurelianorum Agius, seorsim eum admonere præcepti sunt ut si absque discrimine valeret, officium se posse aggredi fateretur; aut si non posset, propter Dei timorem, impossibilitatem ingenuè confiteretur. Parte cleri quæ præsens erat ac laicorum bonum ei testimonium perhibente, memoratis Præsulibus suadentibus, ad Concilium intromissus, tanto quidem gradu se dignum esse profiteri arrogantiæ asseruit esse, non veritatis. Si quis verò crimen aliquod sibi vellet obicere, ad id purgandum se paratum esse firmavit. Nullo qui id conaretur existente, decrevit sancta synodus ne diù Carnutum sedes vacaret, sed directis illuc, secundùm voluntatem metropolitani Episcopi venerabilis Vuenilonis, qui electionem præfati Burchardi recognoscerent, & ipsi referrent, optantibus canonicè ordinaretur Episcopus.

IV.

Præterea Cenomannicæ urbis Aldricus Episcopus paralysi dissolutus epistolam direxit, causam suæ absentiæ insinuans, petensque ut maximè sibi adhuc viventi & quandocunque defuncto sacris precibus opitularentur. Quod exuberantes caritate se facturos omnes promiserunt, & Metropolitano illius Turonicæ urbis venerabili Episcopo Amalrico ut ad eandem urbem accederet injunxerunt, & quæcunque essent eidem Ecclesiæ proficua ut strenuè exequeretur, unanimiter præceperunt.

V.

Ante hoc tempus venerandi Concilij, obtinente Pippino, Pippini Regis filij Hludouvici piissimi Augusti filio, Aquitaniam, etiam consentiente avunculo ejus glorioso Rege Karolo, cui eadem provincia in partem obtigerat, ecclesiastica disciplina & militari soluta, eadem regio à suis indigenis valde vastata est, & multi illic impune illicita perpetrarunt. Tandem aliquando respiciente Deo populum suum, idem Pippinus à suis contemptus & desertus, atque in potestatem avunculi sui Karoli redactus, consilio reverentissimorum Pontificum & procerum attonsus, & in habitu monachico ad monasterium sancti Medardi custodiendus & docendus deductus est. Ibi duo quidam monachi habitu, sui propositi vix credibiliter transgressores, ardentes immodica cupiditate, eundem Pippinum abducere conati sunt, & pacem Christiani populi dissipare. quos præsentibus diversorum cœnobiorum religiosis Abbatibus, & causam subtiliter juxta regulam beati Benedicti examinantibus, concors congregatio sancti Medardi à sua unanimitate præcidit, attestata se ab horum crimine longè absistere, quod usitatas culpas jam inde ab initio hujus religionis monachorum omnium, præter duntaxat Eutychis & aliorum hæreticorum, facilè superaret. Ejectos jussu venerabilis Rothadi Suessionum Episcopi ad synodi audientiam Archidiaconus deduxit; & partim confessi, partim convicti conspirationis malum perpetrasse, canonum severitate depositi sunt, Presbyteri quippe erant, & separatim in monasteria sui ordinis longè distantia relegati; ut deinceps nemo tale quid committere auderet, nisi qui similia perpeti non timeret.

VI.

Post hæc gloriosissimus Domnus Rex Karolus coram sacra synodo quendam Diaconum Remensis Ecclesiæ, nomine Ragamfridum, impetiit quòd præcepta falsa regio nomine compilasset, sicut ad eum quorundam suggestionibus & verisimilibus indiciis esset perlatum. Vnde quia putatum est quibusdam significationibus ut purgationem sui isdem Diaconus subterfugere voluisset, aliis aliter dicentibus, visum est omnibus in eodem sacro conventu degentibus ut ab omni Concilio illi interdiceretur ne à parrochia Remensi quoquo modo præsumpsisset abscedere donec se ab illis quæ ei impingebantur idoneum redderet, vel competenter satisfacere procuraret. quod & omnibus singillatim Episcopis illi auctoritate episcopali præcipientibus ex divino mandato est interdictum.

VII.

Septima actione eidem sacræ synodo idem Christianissimus Domnus Rex Karolus hæc quæ sequuntur capitula proposuit, & consultu eorundem Episcoporum ea per regnum suum innotescenda, exercenda, & conservanda commonuit, præcepit, & confirmavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ista capitula constituta sunt à Domno Karolo in synodo apud Suessionis civitatem in monasterio sancti Medardi anno incarnationis dominicæ DCCCLIII. in mense Aprili.

CAP. I.

VT Missi nostri per civitates & singula monasteria tam Canonicorum quàm monachorum sive sanctimonialium unà cum Episcopo parrochiæ uniuscujusque in qua consistunt, cum consilio etiam & consensu ipsius qui monasterium retinet, quem volumus & expressè præcipimus ut præsens sit, vitam ibi degentium & conversationem inquirant, & ubi necesse est corrigant, & ubi desunt, congruas officinas construere jubeant, & ubi sunt factæ, & per neglegentiam sunt destructæ, instaurari præcipiant, & victum ac potum & vestitum atque cetera necessaria pro qualitate & possibilitate loci & inhabitantium necessitate ordinent, & hospitalitatem supervenientium hospitum & receptionem pauperum ibidem disponant & ordinent. Ecclesiæ quoque luminaria & ornatum debitum ordinent, & thesaurum ac vestimenta seu libros diligenter inbrevient, & breves nobis reportent. Inbrevient etiam quid unusquisque Ecclesiarum prælatus, quando prælationem Ecclesiæ suscepit, ibi invenerit, & quid modò exinde ibi minus sit, vel quid & quantum sit superadditum. quid etiam Nortmannis per nostram commendationem sive sine nostra commendatione datum sit, quídve relictum, vel quid à quoquam ibi in eleemosyna datum. Numerum etiam Canonicorum & monachorum sive sanctimonialium uniuscujusque loci describant, & nobis referant; ut secundùm qualitatem & quantitatem loci, cum consilio Episcoporum & fidelium nostrorum, ubi minor numerus fuerit, nostra auctoritate addamus; ubi verò indiscretione prælatorum superfuerit, ad mensuram redigamus. Inquirant quoque quot tempore avi nostri Karoli & Domni genitoris nostri Hludouvici unoquoque in loco fuerint, & quot modò sint, & ubi loca à Nortmannis sive à quibuslibet aliis destructa sunt & penitùs adnullata, quot ibi nunc propter paucitatem rerum & devastationem earundem constitui vel ordinari possint, ut inde cum consensu fidelium nostrorum ordinemus quid de cetero agendum sit. Et qualiter abbatiarum prælati, & in locis sacris inhabitantes, de his quæ Missi nostri præcepe-

rint, obedierint, nobis diligentissimè & capitulatim referre procurent.

II.

Vt Missi nostri diligenter investigent per singulas parrochias, simul cum Episcopo, de monasteriis quæ Deum timentes in suis proprietatibus ædificaverunt, & ne ab heredibus eorum dividerentur, parentibus & prædecessoribus nostris sub immunitatis defensione tradiderunt, & postea in alodem sunt data; ut describant quæ sint, & à quo vel quibus in proprietatem data sunt, & nobis renuntiare procurent; ut cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris consideremus quid & qualiter inde secundùm Dei voluntatem & nostram salutem agere debeamus.

III.

Vt Missi nostri per singulas parrochias una cum Episcopo parrochiæ ipsius requirant de capellis & abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis, qualis census inde exeat, ut Ecclesia de qua sunt exinde vestituram habere possit, & nobis renuntient, ut hoc nostra auctoritate commendetur atque firmetur, & secundùm qualitatem & quantitatem loci Clericos & luminaria ibi ordinent, & loca restaurari faciant.

IV.

Denuntiandum est omnibus & à Missis nostris ordinandum ut omnes Ecclesiæ & Presbyteri sub immunitate ac privilegio & ordinatione atque dispositione Episcoporum singularum parrochiarum, in quibus consistunt, secundùm auctoritatem canonicam & Capitularia Domni Karoli Imperatoris avi nostri & pij Augusti Hludouvici Domni & genitoris nostri permaneant. Regino lib. 1. c. 24.

V.

Vt Missi nostri diligenter investigent cum Episcopo & prælatis monasteriorum & per fideles & strenuos viros in unaquaque parrochia de rebus ecclesiasticis in alodem datis; & sicut evidentibus & veris indiciis ac auctoritatibus compererint, diligenter à quo & quibus datæ sint, vel quantum exinde sit, describant, & nobis renuntient.

VI.

Vt Missi nostri expressè & cum omni

diligentia cum Episcopo & prælatis monasteriorum per singulas parrochias requirant de rebus ecclesiasticis unde nonæ & decimæ solvi debent & non solvuntur, & persolvi ab eadem res retinentibus faciant. Et si aliqua contradictio, quæ rationabilis videatur, oborta fuerit, describatur, & prælatus ipsius casæ Dei unde res esse noscuntur, & ille qui eas detinet & nonam ac decimam solvere detrectat, simul cum Missis nostris ad nostram jubeatur venire præsentiam; ut tunc veritate comperta, & diffinitione decreta, quod rationabiliter invenerimus, inde præcipiamus. Volumus etiam ut investigent Missi nostri qualiter illi qui eadem res ecclesiasticas, unde decimæ dantur sive non dantur, illas salvas habeant, & in castitiis, & in silvis custoditis, vel si terræ aut mancipia inde perdita sint, vel aliquid hujusmodi, aut si familia oppressa sit contra legem, & omnia per breves nobis renuntient Missi nostri.

VII.

Vt Missi nostri per singulas parrochias Comitibus & reipublicæ ministris ex banno nostro præcipiant ne malla vel placita in exitibus & in atriis Ecclesiarum & Presbyterorum mansionibus, neque in dominicis vel festivis diebus tenere præsumant; sed Comes convenientem locum consideret & inveniat ubi stationem ad mallum tenendum constituat, quia nefas est ibi reos puniri ubi respectu divinæ reverentiæ misericordiam consensu fidelium & decreto prædecessorum nostrorum consequuntur.

VIII.

Regino lib. 2. c. 319. Vt Missi nostri Comitibus & omnibus reipublicæ ministris firmiter ex verbo nostro denuntient atque præcipiant ut à quarta feria ante initium quadragesimæ, nec in ipsa quarta feria, usque post octavas Paschæ, mallum vel placitum publicum, nisi de concordia & pacificatione discordantium, tenere præsumant. Similiter etiam à quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies observent; necnon & in jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus simili observatione eosdem feriatos dies venerari omnimodis studeant.

IX.

Vt Missi nostri omnibus per singulas parrochias denuntient quia si Episcopus aut ministri Episcoporum pro criminibus colonos flagellaverint cum virgis propter metum aliorum, & ut ipsi criminosi corrigantur, cum tali discretione sine ulla occasione indebita, sicut in synodo conlocutum est, & vel inviti pœnitentiam temporaliter & corporaliter agant, ne æternaliter pereant; si seniores ipsorum colonorum indignè tulerint, & aliquam vindictam inde exercere voluerint, aut eosdem colonos ne distringantur contendere præsumpserint, sciant quia & bannum nostrum component, & simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram harmiscaram durissimam sustinebunt. Regino lib. 2. c. 423.

X.

Vt Missi nostri omnibus reipublicæ ministris denuntient ut Comites vel reipublicæ ministri simul cum Episcopo uniuscujusque parrochiæ sint in ministeriis illorum quando idem Episcopus suam parrochiam circumierit, cùm Episcopus eis notum fecerit; & quos per excommunicationem Episcopus adducere non potuerit, ipsi regia auctoritate & potestate ad pœnitentiam vel rationem atque satisfactionem adducant.

XI.

Sciant etiam fideles nostri quia concessimus in synodo venerabilibus Episcopis ne super beneficia ecclesiastica vel præstarias, etiamsi Episcopus aut quilibet monasteriorum prælatus inrationabiliter petierit, præcepta confirmationis nostræ ullo modo faciamus. Et ideo ab inrationabili petitione se unusquisque compescat. Regino lib. 1. c. 368.

XII.

Vt Missi nostri omnibus per illorum missaticum denuntient ne commutationes rerum vel mancipiorum quilibet prælatus earundem rerum ecclesiasticarum sine licentia vel consensu nostro facere præsumat, neque mancipia ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet. Videlicet ut mancipia quæ pro ecclesiastico dabuntur, in Ecclesiæ servitute permaneant; & ecclesiasticus homo, qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur. Reginonis lib. 1. c. 369. Burchard. lib. 3. c. 172. 173. Ivo par. 3. c. 234. Decretal. Gregor. IX. lib. 3. tit. 19. c. 3. Manceipia.

TITVLVS XII.

Synodi apud Vermeriam.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR DIFFINITIONES in ſynodo apud Vermeriam palatium habita actæ ſunt anno ſupraſcripto, in menſe Auguſto, Indictione præfata.

Cap. I.

OMnibus ſanctæ dilectionis fratribus ad quorum hæc poterunt pervenire notitiam, Wenilo Senonum, Hincmarus Remorum, Paulus Rotomagenſium, Amalricus Turonum Archiepiſcopi, Teutboldus Lingonum, Pardulus Lugdunenſium, Hucbertus Meldenſium, Anſegaudus Abrincatum, Hrothadus Sueſſonum, Immo Noviomagenſium, Hilmeradus Ambianenſium, Yrminfridus Belvacenſium, Erpoinus Silvanectenſium, Baltfridus Bajocacenſium, Guntbertus Ebrocenſium, Eirardus Lixovienſium, Erloinus Conſtantiæ, Hildebrannus Sagorum, Godelſadus Cabillonenſium, Ionas Æduorum, Braidingus Matiſconenſium, Agius Aurelianenſium Epiſcopi apud Vermeriam palatium juſſu glorioſi Principis Karoli anno ab incarnatione Domini DCCCLIII. Indictione prima VI. Kalendas Septembris in nomine ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſynodaliter congregati ſalutem. Notum fraternitati veſtræ fieri volumus quia nuper inſtanti anno per præſentem primam indictionem apud urbem Sueſſonum decimo Kalendas Maias ad ſynodum convenientes, cui ſacro conventui idem glorioſus Rex ſuam eſt dignatus exhibere præſentiam, inter cetera eccleſiaſtica negotia, de venerabili fratre noſtro Herimanno Nivernenſis urbis Epiſcopo quæſtionalis eſt ratio nobis oblata. Videlicet quia infirmitate præoccupatus ſeu præpeditus corporea, ſæpe ineptire & quædam quæ ad naufragium rerum & facultatum eccleſiaſticarum pertinere atque ad ſalvationem ac debitam ſeu rationabilem diſpenſationem impedire poterant, niſi celeri remedio ſubventum foret, agere indiſcretè ſoleret. Cujus ſuggeſtionis certa experimentorum documenta evidentiùs perquirentes, aliquanta invenimus quæ nobis fidem fecerunt aliis quæ audieramus ſenſum accommodare. Vnde ſecundùm quod in decretalibus epiſtolis beati Gregorij exemplo reperimus, ſtatuimus illi œconomum perſuadere, qui ei ſuffragium & Eccleſiæ ſibi commiſſæ cuſtodiam debitam & canonicam exhiberet, donec annuente Domino iſdem frater venerabilis à ſua infirmitate optabiliter convaleſceret. Sed quoniam intimatum eſt nobis in ſua Eccleſia neminem poſſe reperiri qui interim eundem venerabilem, partim indebita fortè pietate, partim reverentia ſeniorali, ſecundùm modum à nobis conſtitutum cuſtodire aut vellet aut poſſet, conſilij conſultu illum hortati ſumus ut cum Domno Wenilone prænominato ſcilicet reverentiſſimo confratre noſtro & Archiepiſcopo ſuo maneret, illéque ei conveniens ſtudium impertiri curaret, & Eccleſiæ Nivernenſi ea quibus indigeret viſitatorio officio impenderet & ordinaret, quouſque æſtivum tempus, quod hujuſmodi infirmitati, qua impediri dicebatur, valde contrarium eſt, pertranſiret, & ſæpefatus dilectiſſimus ac venerabilis frater noſter, ut prædiximus, à ſua infirmitate melioraretur, & ſuæ poteſtati ſúæque ipſius cuſtodiæ ſúæve Eccleſiæ diſpoſitioni, ut eſt debitum, reſtitueretur. Quæ quoniam, gratias Deo, ad votum juxta divinam ordinationem, ut fuerant diſpoſita, ſunt quoque perducta, & canonica jubet auctoritas ut ab uno quilibet rejectus Epiſcopo, non dicamus à tantis pro tempore & ad tempus remotus ſecundùm quendam modum Epiſcopis, non recipiatur ſine teſtimonij aut litterarum evidentiſſimo documento, per hos noſtræ humanitatis apices plerunque dictum venerabilem fratrem noſtrum ſuæ ditioni & poteſtati atque epiſcopali cuſtodiæ ſúæque Eccleſiæ gubernationi debitè reſtituimus, & nos eum non morum vitiis, aut peccatis publicis, quæ cenſura damnat eccleſiaſtica, à ſua illum Eccleſia aliquantulum removiſſe, quod ſine aperta con-

victione vel manifesta confessione fieri non licet, qua de re & non libet, sed corporeæ suæ infirmitati & Ecclesiæ sibi commissæ necessitati pietative consuluisse manifestissimè demonstramus. quod ut præsentibus scilicet & futuris temporibus enucleatiùs cognoscatur, his gestis manibus propriis subterfirmare decrevimus.

II.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Episcopi qui jussu glorioſi Principis Domni nostri Karoli ad synodum in Vermeriam palatium convenimus, id est, Wenilo Archiepiscopus, Paulus Archiepiscopus, Amalricus Archiepiscopus, Hincmarus Archiepiscopus, Teutboldus Episcopus, Ansegaudus Episcopus, Pardulus Episcopus, Hrothadus Episcopus, Immo Episcopus, Yrminfridus Episcopus, Erpoinus Episcopus, Hilmeradus Episcopus, Agius Episcopus, Erloinus Episcopus, Baltfridus Episcopus, Guntbertus Episcopus, Eirardus Episcopus, Hildebrannus Episcopus, Ionas Episcopus, Godelsadus Episcopus, Braidingus Episcopus, Chuonrado inclyto & nobilissimo viro præsentem & æternam optamus in omnium salvatore salutem. Cùm inter cetera ecclesiastica negotia de ordinabili dispositione monasterij sancti Dionysij disponeremus, venerunt monachi ipsius sacri cœnobij in præsentia venerandæ synodi, deferentes auctoritates, videlicet testamentum quod sanctæ recordationis Abba Fulradus de monasterio Lebbraha, ubi sanctus Alexander martyr quiescit humatus, & de cella quæ ad sanctum Hippolytum nominatur, seu de rebus aliis quas per idem testamentum isdem venerabilis Abbas sancto Dionysio contulerat, necnon & privilegium quod exinde sancta sedes apostolica per beatum Stephanum Papam eidem monasterio super præfato testamento fecerat, dicentes quòd venerabilis Abbas illorum Domnus Hludouvicus ex præcepto glorioſi Regis Domni nostri Karoli eos consuluisset, ac consensum eorum quæsisset, quatenus præscriptum monasterium vobis in precariam acceptis rebus vestra traditione ad eandem casam Dei delegandis concessisset. quod consentire sine consultu sui Episcopi atque Archiepiscopi immo sacræ synodi non auderent. Quam causam subtiliter investigantes, & ad liquidum cognoscentes, diffinivimus juxta sacram & divinam auctoritatem atque secundùm testamentum præfati piæ recordationis Fulradi, necnon & secundùm decretum apostolicæ sedis, nullo unquam tempore jam dictum monasterium sancti Alexandri, cum rebus sibi pertinentibus, à majore monasterio sancti Dionysij quocunque ingenio divellendum, nec beneficiario neque precario jure distrahendum. Subjunxerunt etiam iidem monachi quòd vestra commendatione ac jussione, immo etiam actione, idem monasterium cum rebus sibi subditis in vestram ditionem redactum & assumptum, quin etiam usurpatum habuissetis. Quod quàm absurdum & contra legem atque justitiam sit, si tamen ita se res habet, ipsi etiam pervidetis. Vnde vestram paterna & caritativa seu auctoritativa cum interpositione divini nominis & episcopalis auctoritatis nobilitatem hortamur & obtestamur ut hoc nullatenus agere ulteriùs attentetis; sed & si molitum est, ab hujusmodi molitione vel actione vos vestróque compescatis. quia & contra Deum & contra omnem auctoritatem contráque vestram salutem esse dinoscitur. Sciatis etiam quia Domnum & seniorem nostrum Regem glorioſissimum Karolum & humili suggestione & divina auctoritate obsecravimus, præfatóque venerabili Abbati & monachis suis præcepimus ut in hoc nulli adsensum præbeant, quoniam nec vobis nec cuiquam fidelium expedit talia postulare. Valeto vir nobilissime & admodum nobis in Christo cariſſime.

III.

Sed & capitula quæ synodali consultu Domnus Rex Karolus in Concilio memorato apud Sueſſionis civitatem sacro proposuit conventui, coram fidelibus suis in eodem palatio Vermeria relegi fecit, & ab omnibus consonanter susceptа sunt & accepta.

TITVLVS XIII.

Apud Valentianas.

DE HIS CAPITVLIS QVÆ SVBSEQVVNTVR adnuntiaverunt populo Domni Reges Hlotharius & Karolus, quando in ipso anno incarnationis Domini convenerunt ad Valentianas per mensem Novembrium.

ADNVNTIATIO DOMNI HLOTHARII.

I. DE Missis directis per regnum, ut populus pacem & justitiam habeat. De raptoribus, de prædatoribus, de latronibus, & aliis malefactoribus, & de omnibus justitiis.

II. Vt ubi missatici simul venerint, Missi simul veniant. Et si de uno regno in aliud aut de uno missatico in aliud fugerint, simul eos constringant.

III. Vt ubicunque fugerint, illuc indiculus transmittatur ut Comes illos distringat, aut cum alode, aut per quodcunque potest, ut illuc reveniat, & emendet ubi malum fecit.

IV. Vt Missis commendetur ut faciant justitias. & si non fecerint, quòd ipsi pergere debeatis.

V. Vt si necessitas alicui fuerit, omnes sint parati quomodo invicem vos adjuvetis.

ADNVNTIATIO KAROLI GLORIOSI REGIS.

I. DE adnuntiatione episcopali, & de honore sacerdotum.

II. De reædificatione Ecclesiarum, & de nonis ac decimis.

III. De observatione capitulorum Domni Karoli & Domni Hludouvici de Ecclesiis.

IV. De observatione pacis, & cavenda rapacitate & oppressione rerum ecclesiasticarum ac pauperum.

V. Quòd nos cum consilio fidelium nostrorum ordinare volumus qualiter honestè & sine indigentia in curte nostra, sicut antecessores nostri fecerunt, vivere possimus. Et Comites ac ceteros fideles nostros admonemus ut ipsi sic suum esse & vivere ordinent qualiter propter illorum necessitatem vicini eorum ac pauperes non opprimantur.

VI. De concordia & mutuo adjutorio Episcopi & Comitis ad justitias faciendas & divinum ministerium exsequendum.

VII. De justitiis per Episcopos & Missos ac Comites nostros in regno nostro studendis.

VIII. De raptis & conjunctione sanctimonialium atque propinquarum seu sponsarum aliorum, ut quod in præterito actum est, secundùm consilium & judicium Episcoporum corrigatur, & de cetero omnimodis caveatur.

IX. Quòd si aliquid per necessitatem in Ecclesiis Dei aut contra aliquem fidelium nostrorum fecimus, hoc quàm citiùs potuerimus libentissimè emendabimus. Et de cetero si aliquis apud nos parem suum nocere voluerit, hoc secundùm consuetudinem antecessorum nostrorum diffinire volumus.

X. De placito nostro, & de communi adjutorio contra Nortmannos, & de conlocutione nostra fraterna.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TITVLVS XIV.

Apud Silvacum.

SEQVVNTVR CAPITVLA QVÆ IN IPSO ANNO, & in ipso menſe Novembrio, Domnus Karolus conſultu fidelium ſuorum in Silvatico edidit, & per regnum ſuum à Miſsis ſuis adnuntiari & obſervari præcepit, ſed & Miſſos ſuos, ſicut ſubſequitur, per regnum ſuum ordinavit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex dilectis & fidelibus Miſſis noſtris per regnum noſtrum conſtitutis ſalutem. Sicut vobis notum eſſe credimus, cum dilectiſſimo fratre noſtro Hlothario apud Valentianas locuti fuimus, & communi conſilio cum fidelibus noſtris communibus conſideravimus ut inter cetera ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri principatus ac regni nobis à Deo commiſſi negotia neceſſaria, de his quæ ſubſequuntur vos ſpecialiter ammoneremus; ut ſicut hic deſcripta habentur, unà cum Dei adjutorio, prout meliùs potueritis, ſtrenuè exſequi procuretis, & hoc præſentaliter neceſſarium opus ſine aliqua dilatione vel excuſatione, ſicut in miſſaticis conjuncti & deputati eſtis, ſimul conveniatis, & hoc ad perficiendum quantociùs inchoëtis, & quantum vel qualiter inde factum habueritis, unuſquiſque veſtrum, ſicut in miſſaticis conſtituti eſtis, de unoquoque miſſatico nobis ad conloquium quod in proximo cum fratribus noſtris habebimus renuntiare procuret. Et ſi contigerit ut aliquis veſtrum noſtro ſervitio vel infirmitate aut quacunque occaſione detentus fuerit, pro hoc alij non dimittant ut commendata exſequi non ſtudeant; etiamſi unus vacaverit à prædictis occaſionibus, ipſe quantum Deus dederit juſſa perficere ſtudeat.

Iſta denuntianda ſunt populo à Miſſis noſtris.

Cap. I.

NOſtri ſeniores, ſicut audiſtis, parabolaverunt ſimul, & conſideraverunt cum communibus illorum fidelibus de Dei ſervitio & ſanctæ Eccleſiæ ac regni ſtatu, & qualiter vos qui in regno conſiſtitis pacem & juſtitiam habere poſſitis. & ordinaverunt Miſſos per regnum illorum, qui in hoc decertent, quantum Deus adjutorium dederit.

II.

Inter omnes juſtitias quas ordinaverunt ut unuſquiſque habeat, primò conſideraverunt de honore Eccleſiarum Dei & orphanorum ac viduarum cauſis, & de regalibus juſtitiis. Tum maximè de raptoribus puellarum, & viduarum cauſis, & ſanctimonialium, & de his qui Preſbyteros flagellare præſumunt, & qui Preſbyteros de Eccleſiis ſine Epiſcoporum conſenſu eicere vel recipere, aut cenſum de manſo, vel ex his quæ Domnus & genitor illorum in ſuis Capitularibus Eccleſiis in immunitate conceſſit, exigere non timent, & qui cenſa de rebus eccleſiaſticis ad Eccleſias perſolvere detrectant, ut firmiter inquirantur, & acriter diſtringantur, & plena juſtitia inde fiat, ſecundùm quod in Capitularibus avi & patris illorum ſtatutum habetur. & ipſi per certos fidejuſſores ad præſentiam illius in cujus regno tales inventi fuerint perducantur, ut inde ipſe commendet quid de tali homine fiat qui nec Deum timet, nec contra ſanctos canones

canones facere, nec legem & præceptum regium infringere pertimescit. salva censura ecclesiastica & episcopalis pœnitentiæ vindicta.

III.

Similiter de collectis quas Theudisca lingua heriszuph appellat, & de his qui immunitates infringunt, & qui incendia & voluntaria homicidia & adsalituras in domos faciunt.

IV.

De latronibus autem commendaverunt ut Missi omnibus denuntient in illa fidelitate quam Deo & Regi unusquisque debet & promissam habet, & in illa Christianitate qua pacem proximo unusquisque servare debet, ut sine exceptione alicujus personæ, nec pro amicitia, vel propinquitate, aut amore vel timore, ullus latronem celet, sed illum Missis illorum manifestet, & ad accipiendum illum adjutorium quantum potuerit unusquisque præstet, & per sacramentum hoc Missi illorum firmare faciant sicut tempore antecessorum illorum consuetudo fuit. Et si aliquis Missos illorum non obaudierit, si Regis homo fuerit, per fidejussores ad illius præsentiam perducatur. Si autem alterius homo fuerit, senior cujus homo fuerit, illum Regi præsentet.

V.

Commendaverunt etiam ut si alicui denuntiatum fuerit ut ad accipiendum latronem adjutorium præstet, aut aliquis sonum inde audierit ut ad latronem accipiendum concurratur, & se inde retraxerit ut ad hoc adjutorium non præstet, si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; & si colonus fuerit, sexaginta ictus accipiat. Et si latro ibi occisus fuerit, qui eum occiderit leudem inde non solvat, & nullus illi inde faidam portare præsumat. Quòd si quis facere præsumpserit, per certos fidejussores ad Regis præsentiam perducatur.

VI.

Quicunque autem abhinc in ante latronem receperit, maximè autem illum qui forbannitus fuerit, vel qui illos quos Missi nostri forbannierunt recepit postquam forbanniti ab eisdem Missis nostris fuerunt, secundùm quod constitutum est in Capitularibus avi & patris nostri in libro III. capitulo XXIII. si Francus est, cum duodecim similibus Francis juret quòd ipse latronem eum fuisse non sciisset, licèt pater ejus sit, aut frater, vel propinquus. Si hoc jurare non potuerit, & ab alio convictus fuerit quòd latronem in hospitio suscepisset, quasi latro & infidelis judicetur: quia latro est, & infidelis est noster & Francorum; & qui illum suscepit, similis est illi. Si autem audivit quòd latro fuisset, & tamen non scit profirmiter, aut juret solus quòd nunquam eum audisset nec per veritatem nec per mendacium latronem; aut sit paratus, si ille de latrocinio victus fuerit, ut similiter damnetur.

VII.

Vt quando Missi nostri latronem forbannierint, hoc & Missis aliis & Comitibus scire faciant. Et si de uno missatico in alium fugerit, si in vicinitatem venerit, pro hoc Missus qui eum forbannivit non dimittat ut eum non persequatur & comprehendat. Et si longiùs fugerit, Missus in cujus missaticum fugerit, si alodem habuerit, illi tollat, & illum constringat ut illuc velit nolit reveniat, & ibi malum emendet ubi illud perpetravit. Et si in alicujus villam fugerit, & ipsa villa eum contenderit, secundùm quod in Capitularibus avi & patris nostri scriptum habetur inde fiat. Et si necesse fuerit, ut justitia non proteletur, Advocato denuntietur ut ipsum latronem reddat, & eos qui eum contenderint præsentet, ut debitam disciplinam inde sustineant, & emendationem inde congruam faciant. Quòd si facere neglexerit usque ad secundam vicem, bannum dominicum inde componat. & sic per fidejussores ad præsentiam eorum deducatur, ut & de illo, & de contradictoribus, & de ipso latrone secundùm quod causa conjacuerit sic decernatur, ut ceteri metum habeant.

VIII.

Hoc etiam commendaverunt seniores nostri, ut si hujusmodi malefactores, sicut prædiximus, de uno regno in aliud fugerint, similiter Missi illius, de cujus regno fugerit, ad alios Missos in illo regno, ubi fugit, hoc notum faciant, & illi Missi eos constringant ut ad illud regnum & ad illos Missos reveniant, ut ibi distringi possint ubi malum fecerunt.

IX.

De advenis qui oppressione Nortmannorum vel Brittannorum in partes istorum regnorum confugerunt statuerunt seniores nostri ut à nullo reipublicæ ministro quamcunque violentiam vel oppressionem aut exactationem patiantur; sed liceat eis conductum suum quærere & habere, donec aut ipsi redeant ad loca sua, aut senio- Regino lib. 2. c. 424.

res illorum eos recipiant. Nullus autem eos inservire præsumat, eò quòd loco mercenarij apud aliquem manserint, nec censum aut tributum exigere. Quòd si inventus fuerit ex reipublicæ ministris aut aliis quibuslibet contra hoc pietatis præceptum facere aut fecisse, bannum dominicum exinde componat.

X.

Vt omnibus denuntietur qualiter cuncti sint præparati ad quamcunque necessitatem imminentem, ut secundùm consuetudinem, prout necessitas evenerit, ad Dei servitium & illorum atque ad defendendam sanctam Dei Ecclesiam & regnum omnes sint præparati.

XI.

Capitula autem avi & patris nostri, quæ in præscriptis commemoravimus, qui ex Missis nostris non habuerint, & eis indiguerint, ut commissa per illa corrigere possint, sicut in eisdem Capitulis jubetur, de scrinio nostro vel à Cancellario nostro accipiant, ut rationabiliter & legaliter cuncta corrigant & disponant.

Lib. 11. Capitulat. c. 24.

XII.

Vt unusquisque Missus in suo missatico provisionem habeat ut si aliquis de nostris fidelibus per missaticum suum transierit, aut ibi consistens vel commanens rapinas vel deprædationes aut talia inlicita fecerit de quibus Deus offendi solet & populus pro oppressione gemere, quatenus hoc subtiliter & veraciter investiget, & nobis renuntiet, qualiter inde nos sic ordinemus ut nec ipsum nec alium hoc agere delectet.

XIII.

Vt Missi in illorum missaticis curam habeant ne homines nostri aut alij quilibet vicinos suos majores vel minores tempore æstatis, quando ad herbam suos caballos mittunt, vel tempore hiemis, quando marascalcos illorum ad fodrum dirigunt, deprædentur aut opprimant. Et si egerint, hoc etiam, ut prædiximus, veraciter Missi nostri investigent, & nobis renuntient, ut in seniore hoc sic emendemus quatenus homines suos in potestate habeat, & contenti sint debitis, & indebita injustè non appetant.

Post ista capitula sequitur in veteri codice MS. bibliothecæ Bigotianæ fragmentum epistolæ tum à Karolo Rege scriptæ ad Missos, ut reor, dominicos, hoc modo.

Mandamus præterea ut si Capitula Domni avi & genitoris nostri scripta non habetis, mittatis ad palatium nostrum de more prædecessorum vestrorum Missum vestrum & scriptorem cum pergamena, & ibi de nostro armario ipsa Capitula accipiat atque conscribat. Et vos deinde secundùm ipsa Capitula Dei justitiam populique à Deo vobis commissi necessarias proclamationes legaliter emendare sollerti vigilantia procuretis. Valete.

Istud sacramentum jurabunt Franci homines.

Ego ill. adsaliturum, illud malum quod scach vocant, vel tesceiam non faciam, nec ut alius faciat consentiam. & si sapuero, qui hoc faciat, non celabo. & quem scio qui nunc latro aut scacheator est, vobis Missis dominicis non celabo, ut non manifestem. Si me Deus adjuvet & istæ reliquiæ.

Istud jurabunt Centenarij.

Ego ill. adsaliturum, illud malum quod scach vocant, vel tesceiam non faciam, nec ut alius faciat consentiam. & si sapuero qui hoc faciat, non celabo. & quem scio qui nunc latro aut scacheator est, vobis Missis dominicis non celabo, ut non manifestem. & de Francis hominibus in isto comitatu & in meo ministerio commanentibus nullum recelabo, quantum recordari potuero, ut per brevem vobis Missis dominicis non manifestem. Si me Deus adjuvet & istæ reliquiæ.

Missi autem & pagi per missaticos qualiter fuerunt tunc ordinati.

I. Hincmarus Episcopus, Ricuinus, Engiscalcus, Missi in Remtiano, Vonziso, Stadiniso, Pertiso, Barriso, Camiziso, Catalaunio, Virtudiso, Bagensoniso, Tardaniso.

II. Pardulus Episcopus, Altmarus, Teodacrus, Missi in Lauduniso, Portiano, Suessonico, Vrciso, & Vadiso.

III. Immo Episcopus, Adalardus Abba, Waltcaudus, Odelricus, Missi in Noviomiso, Vermendiso, Adertiso, Curtriciso, Flandra, comitatibus Engilramni, & in comitatibus Waltcaudi.

IV. Folcoinus Episcopus, Adalgarius, Engiscalcus, & Berengarius, Missi in comitatu Berengarij, Engiscalchi, Gerardi, & in comitatibus Reginarij.

V. Hludouvicus Abba, Yrminfridus Episcopus, Ingilvvinus, Gotselmus, Missi in Parisiaco, Melciano, Silvanectensi, Vircasino, Belvacense, & Vindoilisо.

VI. Paulus Episcopus, Hilmeradus Episcopus, Herloinus, Hungarius, Missi in Rotmense, Tellau, Vitnau, Pontiu, Ambianense.

VII. Eirardus Episcopus, Teodericus Abba, Herloinus, Hardoinus, Missi in Aprincato, Constantino, Bagisino, Corisiso, Otlingua Saxonia, & Harduini, Oxmisо, & in Lisuino.

VIII. Dodo Episcopus, Hrotbertus, & Osbertus, Missi in Cinomannico, Andegavensi, atque Turonico, Corboniso, & Sagisо.

IX. Burcardus Episcopus, & Hrodulfus, & Heinricus Abba, Missi in Blesiso, Aurelianensi, Vindusniso, Carentino, Durcasino, Duniso, Ebricino, Stampiso, Castriso, Pincesiso, Madreciso.

X. Wenilo Episcopus, Odo, & Donatus, Missi in pago Senonico, Trecasino, Wastenisо, Miliduniso, Morviso, Proviniso, & in tribus Arcisiis, & in duobus Brionisis.

XI. Teutboldus Episcopus, Ionas Episcopus, Isembardus, & Abbo, Abba, Daddo, Missi in comitatibus Milonis, & in comitatibus Isembardi, Augustuduno scilicet, Matisconense, Divionense, Cabillono, Hatuariis, & in Tornedriso, & in Belniso, & in Dusmiso comitatu Attelæ, & in comitatu Romoldi.

XII. Hugo, Gozso, Nivilungus, Missi in Niverniso, Alciodriso, Avaliso.

TITVLVS XV.

Apud Attiniacum.

HÆC MEMORIALIA CAPITVLA QVÆ SEQVVNTVR dedit Missis suis Domnus Karolus anno dominicæ incarnationis DCCCLIV. *in mense Iunio, quando apud Attiniacum cum fratre suo Hlothario fuit locutus, ut illa unusquisque Missus in suo missatico per regnum illius exsequi procuret.*

Cap. I.

DE Missis pro latronibus, scilicet ut addantur, & suppleantur Missi qui illa peragant quæ in capitulis continentur quæ supra in Silvaco illum edidisse præscripsimus.

II. De maritima custodia, ut secundùm consuetudinem vigilanter disponeretur.

III. De viis per aquas, videlicet ut ubi noviter clausæ erant aperirentur, sicut antiquitus fuerunt apertæ.

IV. De pontibus restaurandis, videlicet ut secundùm Capitularia avi & patris sui ubi antiquitus fuerunt reficiantur ab his qui honores illos tenent de quibus antè pontes facti vel restaurati fuerunt.

Lib. IV. Capitular. c. 13.

III. 54. V. De navibus quæ vadunt sub pontibus, videlicet ut inde teloneum non exigatur.

VI. De advenis quos affligunt ministri reipublicæ, scilicet ut qui ab illis quos Nortmanni vel Brittones adflixerunt, & ideo mendicando in istud regnum venerunt, vel qui propter adflictionem Aquitanicam huc venerunt, censum vel operationes exegerunt, hoc cum sua lege illis emendent. Et qui deinceps hoc facere præsumpserit, simul cum emendatione dominicum bannum componat.

VII. De latronibus qui nunc nihil mali faciunt, & quod jamdiu fecerunt emendatum habent, & nullus modò super eos clamat, videlicet ut propter hoc modò non puniantur.

VIII. De hominibus qui in banno & in pœnitentia missi sunt, & peius semper faciunt, scilicet ut à Missis capiantur & constringantur.

IX. De monetis & falsariis fabris, videlicet ut diligenter inquirantur & emendentur.

X. De rebus Ecclesiarum in alodem datis, videlicet ut à Missis inquirantur, & describantur, & Regi denuntientur.

XI. De monasteriis circumeundis, id est, ut sicut ordinatum fuit, ita Missi exsequi procurent.

XII. De hominibus qui iterum à novo raptos faciunt, ut à Missis comprehendantur, & constringantur, & ad Regis præsentiam deducantur.

XIII. De fidelitate Regi promittenda, id est, omnes per regnum illius Franci fidelitatem illi promittant. Et qui dicunt se illam promisisse, aut certis testibus hoc adprobent, aut jurent se illam antè jurasse, aut illam ipsam fidelitatem promittant.

Sacramentum autem fidelitatis tale est.

Ego ill. Karolo Hludouvici & Iudithtæ filio ab ista die in ante fidelis ero secundùm meum savirum, sicut Francus homo per rectum esse debet suo Regi. Si me Deus adjuvet & istæ reliquiæ.

Anno incarnationis Domini DCCCLIV. V. *Nonas Iulias in mallo Remis isti juraverunt quòd juratam habuissent fidelitatem.*

ISTI IVRAVERVNT ANTIQVITVS.

Teudacrus. Amalricus. Rotboldus. Amalbertus. Dodo. Wingboldus. Berulfus. Wala. Herilo. Heirbertus. Airardus. Gotlandus. Hilpricus. Gerlegius. Amalgisus. Heico. Amalricus major de Buxido.

ISTI IVRAVERVNT FIDELITATEM.

Goderamnus. Dodilo. Sigebertus. Fidentius. Ermenulfus. Teutgriminus. Wicboldus. Ermengaudus. Rotmundus. Gisulfus. Haimiricus. Teutbaldus. Drogo. Teodericus. Ebroinus. Rodoinus. Gisslinus. Wlfridus. Haimuinus. Wandrebertus. Berecarius. Angelinus. Ado. Meinardus. Ottradus decanus. Guntbertus decanus. Hervvincus decanus. Ozias. Ailus. Teudaldus. Teodoldus decanus. Bertricus. Rothaus. Ingobertus. Amblinus decanus. Gozselmus decanus. Wlfarius. Flodoinus. Anglebertus. Emmenulfus. Sicbertus decanus. Hecto. Isaac. Gislardus. Alaricus. Gerardus. Madergaudus decanus.

TITVLVS XVI.

Apud Leudicam.

HÆ SVNT ADNVNTIATIONES QVAS HLOTHARIVS & Karolus apud Leudicam adnuntiaverunt anno DCCCLIV.

HLOTHARIVS SERENISSIMVS IMPERATOR.

CAP. I.

SCire volumus vestram omnium fidelitatem quia frequenter præsenti anno dilectissimum fratrem nostrum Hludouvicum invitavimus ut commune conloquium cum fidelibus nostris haberemus, atque cum illis de Domini voluntate, quantum ipse inspirare vellet, ac de sanctæ Dei Ecclesiæ utilitate, nostróque ac nostrorum communi profectu, honore, & necessitate tractaremus & ordinaremus. Sed quia prædictus frater noster hactenus, sicut optaveramus, quibusdam impedientibus causis, venire distulit, nos illud omittere noluimus quin utiliter nos conjungeremus.

II.

Nunc volumus vos certos reddere de nostra conjunctione, quia Christo propitio secundùm Deum ad salùtem sanctæ Dei Ecclesiæ nostrámque ac vestram communem utilitatem & necessitatem indissolubiliter corde & opere conjungere nos volumus, ut unum simus in Christo, & vos unum sitis nobiscum.

III.

Sapiatis quia legem qualem antecessores nostri, hoc est, pater & avus noster, vestris antecessoribus concesserunt & servaverunt, nos similiter vobis perdonamus & inviolabiliter atque incorruptè & præsentibus & futuris temporibus per omnia volumus observare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

KAROLVS
GLORIOSISSIMVS REX.

CAP. I.

HAnc siquidem conjunctionem facere idcirco usque nunc distulimus, quia voluimus ut supradictus frater noster nobiscum pariter conveniens in eadem conjunctione se nobis associaret. Sed quia ille aliquibus impedimentis præpeditus venire omisit, nos audita perturbatione quam filius ejus facere conatur, consociare nos voluimus. Sciatis ergo quoniam & in prosperis & in adversis simul erimus; nec poterit nos, Deo adjuvante, ullum offendiculum ab ea caritate separare qua fraternis vinculis adstricti sumus. Sed ubicunque alterno solatio & adjutorio indiguerimus, quantum Dominus permiserit, in invicem supportari & sustentari cupimus, atque contra omnem terrenum inimicum auxilium in alterutrum ferre volumus.

II.

Si autem isdem frater noster, sicut optamus & ei mandamus, hoc agere distulerit, nos ita conjuncti sumus ut unus alteri tale præbeat solatium & adjutorium quatenus ubicunque necesse fuerit, amodo & deinceps, sicut præmisimus, unusquisque regnum sibi divinitus commissum quietè obtinere possit. Et si aliquis pari suo superstes extiterit, ipse qui remanserit, nepotes suos una cum regno patris sub tuitione & defensione habeat; ut contra adversantium machinationes auxiliante Deo ita muniti existant qualiter quieto ordine regnum patris obtinere valeant.

III.

Certissimè igitur devotionem vestram scire cupimus quia veraciter nos recognoscimus in multis Deum offendisse animósque vestros negligenter molestasse. Quæ videlicet cuncta ita favente Christo pro viribus emendare voti habemus ut & Deum placare & vestræ devotioni satisfacere possimus. De quibus omnibus certiores vos reddere curabimus cùm pluriores nostri fideles convenerint, aut cùm præfatus frater noster, ut ei mandavimus, venerit, si tamen venire voluerit, quomodocunque vobis amabilius erit; ita ut veraciter cognoscatis promissionem nostram omnimodis adtendere & plenissimè nos observare velle.

IV.

Illud præterea in commune vestra & omnium comperiat sollertia quia ideo vobis in hoc sacro loco hæc sollicitè denuntiare voluimus ut noveritis cuncta quæ dicimus, Domino favente, sanctisque ejus suffragantibus, in quorum præsentia denuntiantur, inviolabiliter observaturos nos esse.

Hoc est sacramentum quod sibi mutuò juraverunt.

Ab hodierna die & deinceps, si Hludouvicus frater noster illud sacramentum quod contra nos juratum habet infregerit vel infringit, aut filij ejus ad talem partem regni quam tu contra eum acceptam habes, in quantum Dominus posse dederit, & contra ipsum & contra filios ejus ac omnes qui eam tibi auferre voluerint absque justa & rationabili occasione, si tu expetieris, adjutorium tibi defensionis præstabo. Si autem ego te supervixero, filiis tuis talem partem regni quam tu contra me & meum fratrem acceptam habes non auferam, sed consentiam. Et si ipsi vel fideles illorum expetierint defensionis adjutorium contra ipsum fratrem nostrum & filios ejus ac omnes, ut eam tenere possint, adjutorium in quantum potero præstabo, si tu aut filij tui idipsum adjutorium mihi præstaveritis, & à nobis vos non dissociaveritis.

TITVLVS XVII.

Præceptum confirmationis pro Eccleſia Tornacenſi, datum apud Vermeriam palatium regium VIII. *Kalendas Auguſti anno Chriſti* DCCCLIV. *Karoli Calvi Regis XV.*

KArolus gratia Dei Rex. Quia venerabilis vir Immo Noviomagenſis atque Tornacenſis Eccleſiæ Epiſcopus utilitatem ſibi commiſſæ Eccleſiæ & neceſſitatem Canonicorum ſuorum prævidens, ſcilicet ut rebus exterioribus adhibitis, divinum cultum ac miniſterium proprij officij liberiùs poſſit explere, deferens privilegium quoddam venerabilium Epiſcoporum noſtrorum manibus roboratum, in quo quædam res ad uſus præfatorum Canonicorum ſuorum delegatæ detinebantur, humiliter petiit ut id eaſdémque res cum appendiciis ſuis prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſemper Virginis in præfata civitate Tornaco ſitæ in uſibus ac ſtipendiis Clericorum ibidem Domino ſervientium perpetualiter habendas noſtris confirmaremus edictis. Fuerunt namque temporibus anteceſſorum ejus præſcriptæ civitatis Clericorum uſibus applicatæ, villa Lamedinius cum integritate ſua, & mariſcus unus in Flandrenſe pago, necnon etiam decimæ populi juxta antiquam conſuetudinem ad eundem locum confluentis. Præterea ab eodem venerando Pontifice acquiſitæ res & ſuperadjectæ ſunt hæ, id eſt, in pago Bragbantenſe, in loco qui dicitur Villa, quicquid Hrotſcindis Deo devota in eodem loco habuiſſe cognoſcitur, ad partem prædictæ Eccleſiæ tradidit, necnon & mariſcum in pago Flandrenſi quem Otgiſus Preſbyter & Butgiſus germanus ejus frater præfatæ Eccleſiæ contulerunt, teloneum etiam præfatæ civitatis Tornacenſis, & inſuper in Noviomo vineæ de quibus ſecundùm temporis qualitatem colliguntur modia centum viginti. Has denique res, ſicut in privilegio Epiſcoporum continetur, ſecundùm prænominati reverendi Pontificis Immonis rationabilem conſtitutionem ſumptibus & indumentis ceteriſque utilitatibus præſignatis Canonicis ſanctæ Mariæ, ejuſdem ſæpedicti venerandi Præſulis ſupplici deprecatione, perenniter habendas decernimus & firmamus; videlicet ut remota neceſſitatis inquietudine, ipſis & ſucceſſoribus eorum liberiùs per omnia tempora pro nobis & regni ſtabilitate Chriſti miſericordiam aſſiduis precibus implorare delectet.

Præterea ſtatuimus ut ultra tricenarium numerum in congregatione fratrum prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ nullus Clericorum adjiciatur, niſi fortè ſuperadjectæ fuerint aliæ præter iſtas res quæ ad uſus eorum ſine murmuratione ſufficiant: quatenus moderata rerum diſtributio præfatorum Clericorum in memorato loco ſecundùm proprij Pontificis adminiſtrationem ſufficiens non alia conſtitutione moveatur quæ eorum animos aliqua turbela in divino ſervitio tepeſcere cogat.

Vt autem hæc præcellentiæ noſtræ confirmatio perpetuum in Dei nomine obtineat vigorem, de anulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari.

Guillermus ..... ad vicem Ludovici recognovit.

Data VIII. Kalendas Auguſti, Indictione IV. anno XV. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege.

Actum Vermeria palatio regio.

TITVLVS XVIII.

Apud Bonoilum.

HOC EST CONSILIVM QVOD EPISCOPI & ceteri fideles Domni Karoli apud Bonoilum communiter illi dederunt anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCLVI. *in menſe Auguſto.*

INcrepatio quam in epiſtola Domni Apoſtolici vobiſcum & cum aliis fidelibus veſtris audivimus ſeveriſſimè nos tangeret, ſi nos aliter non egiſſemus quàm iſdem Domnus Apoſtolicus nos egiſſe, ſecundùm quod ipſe audierat, cum magna auctoritate mandavit. Nam quia nos in iſto facto, unde nos ſpecialiter redarguit, conſentientes non fuimus, & vos ac fideles veſtros, quos inde admonere convenit, & verbis & ſcriptis, ſicut ipſi ſcitis, & manentia ſcripta teſtantur, frequenter & ſalubriter commonuimus, ut quod contra ſalutem & auctoritatem factum erat emendaretur, & ne deinceps committeretur, omnimodis caveretur, damnabiliter iſta increpatione non tangimur. Sed & nunc noſtris monitis illius monita conjungentes, & illius monitis noſtra monita ſubjungentes, hortamur ut ſtatum monaſteriorum in regno veſtro conſiſtentium, aliter quam debeat & deceat perverſum ac confuſum, quanto citiùs & meliùs ac poſſibiliùs atque rationabiliùs potueritis, reſtituere & corrigere ſtudeatis. Et non ſolùm hoc vos & commiſſos vobis in regno veſtro agere commonemus, verùm etiam monemus, hortamur, & precamur ut capitula quæ vos ipſe cum fidelibus veſtris in Colonia villa manu propria confirmaſtis, ſed & ea quæ in Beluaco civitate Epiſcopis tradentibus ſub conditione notiſſima ſuſcepiſtis, illa quoque quæ cum fratribus veſtris ſecus Teudonis villam in loco qui dicitur Iudicium approbaſtis, illáque quæ in Verno palatio ſynodaliter prolata ſuſcepiſtis, ea etiam quæ in Sparnaco de epiſcopalibus capitulis cum inluſtribus viris & ſapientibus baronibus veſtris obſervanda delegiſtis, ſed & illa quæ cum fratribus veſtris apud Marſnam manu propria confirmaſtis, verùm & illa quæ in ſynodo Sueſſonica, cui veſtram præſentiam exhibere dignati fuiſtis, acceptaſtis, necnon & illa quæ in Silvaco decreviſtis, cum his quæ in Leodico cum fratre veſtro Hlothario adnuntiaſtis, diligenter & frequenter ad memoriam reducatis ac relegatis, & quæ in regno veſtro contra illa acta ſunt contráque divinam & ſalubrem auctoritatem, quam progenitores & prædeceſſores veſtri directo ordine tenuerunt & obſervaverunt, perpetrata ſunt, quantocius ratio & poſſibilitas permittit, corrigere procuretis. Et ne de cetero à quocunque contra hæc agantur, communiter omnes cooperante Domino caveamus. Et ſi quid contra hæc actum fuerit, ſtatim ut citiùs fieri potuerit, æquitate & ratione ac poſſibilitate dictante, abſque dolo, cum recta intentione & lege ac auctoritate competente unicuique ordini corrigatur. Et ne leve cuiquam videatur quod Deo teſte ac mediante manu propria confirmatum & ſponſione cum veritatis, quæ Deus eſt, aſſertione prolatum eſt, diſcat ex confirmationis cautione in terris, & ex baptiſmatis ac ceterarum obſervationum confirmatione in cœlis, quantis nexibus quiſque teneatur obſtrictus. omnéſque quod divino ſpiritu dicitur communiter audiamus: *Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit. arcum ſuum tetendit, & paravit illud, & in eo paravit vaſa mortis.* De quibus nos omnes ad ſe & ad mandatorum ſuorum obſervationem converſos & in obſervatione eorundem permanentes eripiat Ieſus Chriſtus Dominus noſter; cui eſt honor, & gloria, poteſtas, & imperium per omnia ſecula ſeculorum Amen. Pſal. 7.

TITVLVS XIX.

Ad Francos & Aquitanos missa de Carisiaco.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR CAPITVLA MISIT Dominus Rex Karolus ad Francos & Aquitanos qui ab eo discíverant anno incarnationis dominicæ DCCCLVI. *Nonis Iulij, de palatio Carisiaco, per fideles Missos suos Adalardum Abbatem, Rodulfum, Richuinum, Adalgarium, & Berengarium.*

CAP. I.

MAndat vobis noster senior quia suus avunculus Rhuodulfus illi de vestra fidelitate nuntiavit, & quòd vos illum precastis ut ad vos suos denominatos fideles in sua mercede transmitteret, & vos illi per illos vestram necessitatem & voluntatem mandare volebatis, & si aliquid factum habebatis quod necessitas fuisset emendare, voluntariè per illorum consilium emendabatis, & quod vobis consilium donaverint ad nostri senioris fidelitatem & vestram salvationem, voluntariè faceretis.

II.

Et mandat vobis noster senior quia placet ei quod illi suus avunculus de vestra fidelitate & bona voluntate nuntiavit; & secundùm vestram deprecationem transmittit nos, sicut precastis, ad vos. & mandat vobis quia si aliquis de vobis se reclamat quòd injustè alicui de vobis fecit, & ad rectam rationem & justum judicium venire non potuit, aut per insidias aliquas aut ipse senior noster aut aliquis ad illum, aliquem de vobis comprehendere voluit, & propter hoc ad tempus aliquis de vobis ab illius præsentia & ab illius servitio se substraxit; quia omnis quicunque de vobis ad rectam rationem ad illum & ante suos fideles venire voluerit, hoc ei concedit. Et si justè & rationabiliter inventum fuerit quòd rectam rationem contra eum aliquis de vobis habuerit, cum consilio fidelium suorum hoc voluntariè emendabit. Et si inventum fuerit quòd illam causam unde aliquis de vobis conquirere voluerit, per rationem fecerit, volet ut sicut per rationem fecit, ita facta per rationem permaneat.

III.

Mandat vobis ut si aliquis de vobis rectam rationem ad illum & ante suos fideles precaverit, & inde in rectam rationem venerit, & justè & rationabiliter inventum fuerit quòd rectam rationem aliquis de vobis non habeat, & ipsa recta ratio illum convicerit, quia si se concrediderit & humiliaverit, & emendare voluerit, & in ipsa emendatione permanere voluerit, quia sicut cum suis fidelibus rationabiliter invenerit ut rationabilem misericordiam faciat, voluntariè paratus est facere.

IV.

Mandat vobis quia si aliquis est de vobis qui non se confidit in sua conscientia, ut rectam rationem precare aut non valeat aut non audeat, & se recognoscit & pœnitet, & misericordiam illius & indulgentiam petierit, quia illum, tantùm ut in ante sicut debet se caveat, voluntariè unicuique qui sic se recognoscit misericordiam & indulgentiam donat.

V.

Mandat vobis ut ne aliquis de illo in antè dubitet quia ipsam rectam rationem, qui illam quærit, semper illi vult conservare, & illam misericordiam quam modò illi concedit, similiter illam semper vult conservare, si ille aliam iterum talem causam non commiserit pro qua per rectam rationem justum judicium debeat sustinere.

VI.

Mandat vobis quia si aliquis de vobis talis est qui dicat quia pro paupertate & necessitate, quia multos dies in illius servitio misit, & omnia quæ habuit dispendit, ad talem conjunctionem, ut aliquid impetraret quod per servitium impetrare non potuit, se conjunxit, quia si hoc nostro seniori ante suos fideles demonstrare potuerit, & hoc si verum inventum fuerit quòd senioris nostri culpa fuerit quòd per necessitatem aliquis de vobis rationabiliter de servitio

servitio illius se tali modo subtraxerit, quia senior noster hoc voluntariè recognoscit, & cum consilio de suis fidelibus hoc quàm citiùs & rationabiliùs potuerit emendabit.

VII.

Mandat vobis quia si aliquis de vobis dixerit quòd hoc quod fecit, non pro sua infidelitate neque pro sua desinhonorantia fecit, & timet aliquis de vobis quòd noster senior alicui de vobis reputare in ante debeat hoc factum aut pro sua infidelitate aut pro sua desinhonorantia, & propter hoc jam ultrà ad illum non debeat consilium acaptare, quia qualiscunque de vobis tali modo in isto facto commisculatus est, si in ante illi sic fidelis & obediens & adjutor ad suum regnum & debitum honorem continendum fuerit sicut per rectum homo suo Regi & suo seniori esse debet, quia nulli de ista causa volet reputare, sed totum ex corde dimittere quod in illius persona in ista causa commisit, & suum servitium, quod illi & antè fecit, & adhuc Deo juvante faciet, debitè & rationabiliter vult illi merere. Si autem aliquis illi aut alicui injustè abstulit, lex hoc, sicut consuetudo & rectum est, pacificabit.

VIII.

Et sciatis quia senior noster, sicut subinde voluit, Deo gratias, nunc ad bonum effectum perduxit, & rogavit fideles suos ut sine ulla mala suspicione de illius iracundia aut animi commotione communiter quærant & inveniant atque describant hoc quod ille secundùm suum ministerium facere debet, & quæ facere illum non condeceant. Et ubicunque inventum fuerit quòd fecit quod facere non debuit, paratus est ut cum Dei adjutorio & fidelium suorum consilio hoc quàm citiùs cum ratione & possibilitate emendare potuerit emendet & in ante corrigat, & correcta custodiat; & quod facere debuit, quod ad salutem & honestatem illius pertinuit, & aliquid minùs fecit, hoc cum Dei adjutorio & fidelium suorum consilio & auxilio facere quàm citiùs cum ratione & possibilitate potuerit faciat.

IX.

Et similiter vult ut nos quæramus & inveniamus & describamus quid & qualiter nobis fidelibus suis in unoquoque ordine contra illum conveniat facere, & quid non conveniat facere; ut illa quæ conveniunt faciamus, & illa quæ non conveniunt caveamus, & ubicunque in retro aliqua à nobis suis fidelibus in quocunque ordine facta sunt quæ non condeceant, cum Dei & illius auxilio & nostro communi consilio quàm citiùs cum ratione & possibilitate emendare potuerimus emendemus, & in ante corrigamus, & correcta custodiamus.

X.

Et sciatis quia sic est adunatus cum omnibus suis fidelibus in omni ordine & statu, & nos omnes sui fideles de omni ordine & statu, ut si ille juxta humanam fragilitatem aliquid contra tale pactum fecerit, illum honestè & cum reverentia, sicut seniorem decet, ammonemus ut ille hoc corrigat & emendet, & unicuique in suo ordine debitam legem conservet. Et si aliquis de nobis in quocunque ordine contra istum pactum in contra illum fecerit, si talis est ut ille inde eum ammonere voleat ut emendet, faciat; & si talis est causa ut inde illum familiariter non debeat ammonere, & ante suos pares illum in rectam rationem mittat, & ille qui debitum pactum & rectam legem & debitam seniori reverentiam non vult exhibere & observare, justum justitiæ judicium sustineat. Et si sustinere non voluerit, & contumax & rebellis extiterit, & converti non potuerit, à nostra omnium societate & regno ab omnibus expellatur. Et si senior noster legem unicuique debitam, & à se & à suis antecessoribus nobis & nostris antecessoribus perdonatam, per rectam rationem vel misericordiam competentem unicuique in suo ordine conservare non voluerit, & ammonitus à suis fidelibus suam intentionem non voluerit, sciatis quia sic est ille nobiscum & nos cum illo adunati, & sic sumus omnes per illius voluntatem & consensum confirmati Episcopi atque Abbates cum laicis, & laici cum viris ecclesiasticis, ut nullus suum parem dimittat ut contra suam legem & rectam rationem & justum judicium, etiamsi voluerit, quod absit, Rex noster alicui facere non possit.

XI.

Et sciatis quia ad hoc quærendum & inveniendum & statuendum atque confirmandum cum nostro & ceterorum fidelium suorum consensu habet noster senior constitutum locum Vermeriam palatium, & tempus ac diem XIIII. Kalend. Augusti. & habet ex nomine descriptos fideles suos per quorum tractatum ista causa Deo adjuvante ad perfectionem perveniat. & habet VII. Kalendas Augusti ad ipsum palatium Vermeriam generaliter omnes fideles suos convocatos, ut omni-

bus suam voluntatem & perdonationem & nostram, qui fideles illius sumus, devotionem accognitet, ut ista convenientia, quam teste Deo confirmabimus, in ante diebus vitæ suæ & diebus vitæ nostræ conservetur, & ipse suis successoribus contra successores nostros & nos nostris successoribus suis successoribus conservandam in Dei nomine relinquamus.

XII.

Et sciatis quia vult senior noster & nos ac ceteri fideles illius ut si vos, qui illius fideles & consiliarij esse debetis, volueritis, sicut vobis diximus, ad illius præsentiam & fidelitatem atque servitium venire & nobiscum in ista societate esse, quia & ipse & nos quæ voluntariè volemus, ut cum nobis hoc & quæratis & inveniatis & statuatis & confirmetis atque conservetis, & nos cum vobis similiter. & vobis aliis omnibus, sicut & nobis, debitam legem & rectam rationem dehinc in ante, sicut rectum est, vult conservare, sicut sui antecessores, qui hoc meliùs & rationabiliùs fecerunt, nostris & vestris antecessoribus in omni ordine conservaverunt.

XIII.

Et mandat vobis noster senior quia si aliquis de vobis talis est cui suus senioratus non placet, & illi simulat ut ad alium seniorem meliùs quàm ad illum acaptare possit, veniat ad illum, & ipse tranquillo & pacifico animo donat illi commeatum; tantùm ut ipsi & in suo regno vel suis fidelibus aliquod damnum aut aliquam maritionem non faciat; & quod Deus illi cupierit, & ad alium seniorem acaptare potuerit, pacificè habeat.

XIV.

Et si aliquis fuerit de vobis qui voleat dicere quia non credit senioris nostri fidem, & suspectus sit de sua perditione, & propter hoc non audeat ambulare ad illum, nos vobis damus Dei & nostri senioris Karoli fidem & de suis Episcopis & fidelibus Clericis fidem quia quantum Deus vos salvaverit, & vos vos ipsos salvaveritis, sani ambuletis, & sani cum illo sitis, & sani, si vobis cum illo, sicut debet, non convenerit, retornetis. tantùm ut pacificè & sine seditione ambuletis, & suos fideles non sollicitetis.

XV.

Et si adhuc dubitatis, & aliam firmitatem quæritis, tantùm ut contra rationem non quæratis, si ad illum, sicut diximus, ambulare vultis, etiam & ad hoc parati sumus ut faciamus: quia certi sumus quia omnia cum securitate facere possumus.

TITVLVS XX.

Ad eosdem missa de Basiu.

ISTA CAPITVLA MISIT REX DE BASIV per Hadabrannum & Bettonem.

Cap. I.

MAndat vobis senior noster salutes. Mandat etiam vobis quia valde miratur quòd placitum tale non custodistis sicut vos illi promisistis, & sicut ipse vobis mandavit.

II.

Mandat vobis senior noster quòd propterea hoc placitum dimisistis ut fratris ejus expectare voluissetis adventum, juxta quod illi mandastis, non sine aliis suis fidelibus, quos modò secum non habuit, invenire potuit, ut necesse esset inde aliquam expectationem facere.

III.

Habet senior noster constitutum aliud placitum Kal. Septemb. in villa Nielfa, ubi ei occurrere sui fideles debent. Propterea mandat vobis ut vos tali loco, & vobis congruo & eidem præmisso loco proximo, veniatis, ubi tales suos fideles transmittere ad vos possit quos vobis mittendos postulaveritis.

IV.

Sciatis quia vult vobis hoc observare secundùm quod vobis in Vermeria concessit, & sicut scriptis & verbis antea mandaverat, & quicquid amplius justè & rationabiliter postulare vultis. Pariter & de

expectatione, secundùm quod cum fidelibus suis invenerit quòd Dei voluntati & ejus fideliúmque suorum honori non sit indignum, propter Deum & nutrimentum Domni & genitoris sui ac illius, & servitium illi à vobis impensum, hoc vobis adsentire non contradicit.

V.

Mandat vobis ut memores sitis Dei & vestræ Christianitatis & nutrimenti genitoris ejus & sui & debitæ fidelitatis & regni supervenientis periculi, studeatis vos fideles sanctæ matris Ecclesiæ & sui unanimes fieri, & omnipotentis Dei voluntatem ac illius fidelitatem communémque salutem simul cum ipso fideliter explere ad resistendum inimicis & Christiani nominis persecutoribus.

TITVLVS XXI.

Ad eosdem, per Adalardum Abbatem.

ISTVM MISSATICVM TRANSMISIT DOMNVS Rex gloriosus Karolus per Adalardum Abbatem & Richuinum & Rodulfum & Berengarium.

Cap. I.

MAndat vobis senior noster salutes, & mandat vobis quia quicquid in vestra causa secundùm consilium suorum fidelium melius & honestius invenire potuit, per suos fideles & sua capitula jam per duas vices vobis mandavit.

II.

Mandat vobis quia sicut per illos suos fideles & per eadem capitula vobis innotuit, sic vult erga vos adtendere & observare. Et si vos adhuc talem causam eum postulare volueritis quæ ad suum honorem & ad vestrum profectum pertineat, paratus est etiam in hoc secundùm vestram petitionem facere juxta consilium fidelium suorum.

III.

Mandat etiam ut recordemini Dei & vestræ Christianitatis, & condoleatis atque compatiamini huic sanctæ Ecclesiæ, quæ & à vobis & ab aliis miserabiliter est oppressa & deprædata, & quæ crudeliter ex altera parte persequitur à paganis. & non vos dissocietis ab unitate & unanimitate fidelium Dei; sed acceleretis præsentaliter vos illi adunare & conjungere aliis Dei suisque fidelibus ad defensionem sanctæ Ecclesiæ & suam fidelitatem.

IV.

Si autem dicitis vos propter pares vestros, qui præsentes non sunt, hoc non posse facere, mandat ut vos qui in præsentiarum estis talem securitatem ei faciatis ut non propter aliam causam hoc dimittatis quod per nos vobis mandat, nisi propter illos vestros pares qui præsentes non sunt. & facite ei securitatem ut illos vestros pares ad Dei servitium & ad suam fidelitatem, in quantum potueritis, exhortemini & convertatis, & si illos converti non potueritis, vos ab ejus servitio non vos subtrahatis. quoniam si omnes converti ad illum volueritis, paratus est vos omnes secundùm sanctæ Ecclesiæ utilitatem & suum honorem & vestrum communem profectum recipere & salvare & honorabiles semper habere, & nulli unquam imputare, in quantum ad se pertinet, quicquid neglegenter factum habetis de ejus servitio, aut in ista causa contra illum egistis.

V.

Et mandat vobis quia postquam vestram fidelitatem cognoverit, securos etiam vos faciet ex sua parte quòd nulli debeat reputare hoc quod erga illum neglegenter egit in hac causa; ita tamen si vos quoque erga illum debitum honorem & debitam fidelitatem conservaveritis, sicut Dei suique fideles.

VI.

Et si aliqua pars ex vobis ad ejus senioratum & ad ejus fidelitatem reverti voluerit, similiter est paratus eos benignè recipere & erga illos omnimodis adimplere quæ superiùs scripta sunt.

TITVLVS XXII.

Ad eosdem, per Hincmarum & alios.

ISTVM MISSATICVM TRANSMISIT REX PER Hincmarum & Yrminfridum Episcopos, & per Adalardum Abbatem, & Rodulfum, & Richuinum, & Berengarium.

MAndat vobis senior noster salutes. & mandat vobis quia pro Dei amore & pro vestræ quondam fidelitatis servitio sibi impenso omnes vos vult salvos esse, & sine aliqua occasione omnes vos ad Dei servitium & ad suam fidelitatem adtrahere cupit. Et ut omnibus manifestum fiat quia sic omnes vos vult salvare sicut suos fideles, & nulla occasione intermissa aliquem ex vobis perdere vult, & ut etiam contra pares vestros absque læsione salvi esse possitis, sicut debetis & Christianos oportet, talem causam qualem vos eum postulastis libentissimè vobis concedit secundùm consilium suorum fidelium usque ad condictum placitum quod est V. Idus Octob. Carnutum. Ita tamen ut vos securitatem talem ei faciatis ut usque ad illud placitum in pace maneatis, & nullam dehonorationem in aliqua causa erga eum aut erga suos fideles faciatis, quam rationabiliter & possibiliter vitare & cavere potestis. neque impedimentum suis fidelibus faciatis, nec imprædationem, nec aliquam inquietudinem. Et concedit vobis ut omnes in honoribus & in alodis vestris interim consistatis, exceptis his quorum honores senior noster donatos habet. Et si aliqui sunt ex vobis qui honores non habent, si volunt in suis alodibus consistere aut cum aliis eorum paribus vel amicis, faciant. Et etiam si voluerint cum seniore nostro manere, ita tamen ut cum pace vivant, & ipsi & sui, etiam hoc clementer concedit. ea videlicet ratione ut vos securum de vobis illum faciatis, & ut nullum suum fidelem aliquo modo de sua fidelitate subtrahatis neque sollicitetis. Et si aliquis ex vobis fuerit qui hanc pacem isto modo servare noluerit, à vestro consortio omnes eum unanimiter expellatis, si emendare noluerit quod neglegenter feciſſe manifestum fuerit.

TITVLVS XXIII.

Synodi Carisiacæ.

CAPITVLA QVÆ KAROLVS FECIT APVD Carisiacum palatium.

Cap. I.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex illi Episcopo & dilectis ac fidelibus Missis illis Comitibúsque nostris salutem. Notum sit fidelitati vestræ quia XVI. Kal. Mart. secundùm sacram auctoritatem synodum venerabilium Episcoporum ac conventum fidelium nostrorum apud Carisiacum fecimus convenire. Cum quibus inter cetera ecclesiasticæ utilitatis ac regni necessitatis negotia consideravimus qualiter rapinæ & depopulationes, quæ partim occasione superinrventium paganorum, partim mobilitate quorundam fidelium nostrorum in regno nostro, per eos etiam qui Ecclesiam Dei defendere & tueri & regni soliditatem ac quietem debuerant providere, grassantur, aliquo modo annuente Domino sedari valeant & amoveri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

II.

Quorum consultu decrevimus ut quia peccata, quæ in suo initio ut sunt magni ponderis æstimantur, pernicioso processu, ipso etiam exitiabili usu pravis mentibus leviantur, & quasi insensibiles reddunt, ac si quando resipiscere moliuntur, eas sæpius obligant, ut si surgere velint non possint, antequam censura ecclesiastica & legales sententiæ hujusmodi prædatores terribiliter & damnabiliter feriant, Episcopi quique in suis parrochiis, & Missi in illorum missaticis, Comitésque in eorum comitatibus, pariter placita teneant; quò omnes reipublicæ ministri, & vassi dominici, omnésque quicunque vel quorumcunque homines in eisdem parrochiis vel comitatibus commanent, sine ulla personarum exceptione vel excusatione aut dilatione conveniant.

III.

Regino lib. 2. c. 278. Et Episcopus illius parrochiæ breviter adnotatas sententias de hujusmodi causa, evangelicæ videlicet & apostolicæ atque propheticæ auctoritatis, necnon & decreta apostolica atque canonica omnibus relegat, & aperto sermone cunctis quale quantúmque peccatum sit, & qualem quantámque pœnitentiam & quàm immanem severissimámque vindictam exposcat, cum aliis debitis & necessariis atque utilibus prædicationibus innotescere curet.

IV.

Regino ibid. Missi quoque legales sententias, sicut eas cognitas habent, adnotent, & prædecessorum nostrorum Regum atque Imperatorum nostráque capitula de hac causa in unum collecta omnibus nota faciant. Et Episcopi Dei & episcopali auctoritate tales deprædationes omnibus interdicant. Et Missi ac Comites nostri cunctis ex nostro regio banno prohibere firmiter studeant ut cognoscant omnes quia si abhinc in ante in nostro regno talia facere aliquis præsumpserit, secundùm divinas sententias episcopalem excipiet sententiam, & secundùm leges ac capitula regia emendare cogetur, & secundùm judicium fidelium nostrorum condignam vindictam suscipiet.

V.

Et si talis persona fuerit ut Episcopi vel Missi nostri ac Comites in illorum ministeriis quod pravum actum fuerit potuerint emendare, secundùm præfixum modum illud emendare studeant, aut per fidejussores ad nostram præsentiam venire faciant.

VI.

Si autem aliquis quiscunque inobediens extiterit, cum summa festinatione nobis notum facere curent, ut quantociùs ad nostram præsentiam illum venire jubeamus, & dignam ultionem secundùm judicium fidelium nostrorum sustineat.

VII.

Et si, quod absit, talis emerserit qui Dei timorem postponat, & ecclesiasticam auctoritatem contemnat, & regiam potestatem refugiat, sciat quiscunque ille fuerit quia & secundùm canonicam auctoritatem ab omnium Christianorum cœtu & à sanctæ Ecclesiæ consortio & in cœlo & in terra alienus efficietur, & regali potestate atque omnium regni fidelium unanimitate sicut Dei & Ecclesiæ inimicus & regni devastator persequetur usque dum à regno exterminetur. Regino lib. 2. c. 279.

VIII.

Et si aliquis Comes fuerit qui hoc in suo comitatu fecerit, aut ibi talia increscere permiserit ut aut ipse illa non emendet aut nobis nota non fecerit, ut nostra auctoritas talia corrigat, sciat quia talem sententiam inde sustinebit sicut tempore antecessorum nostrorum consuetudo fuit.

IX.

Et si aliqui iterantes deprædationes & rapinas per regnum nostrum fecerint, & Episcopi ac Missi vel Comites hoc emendare non potuerint, quàm citiùs possunt nobis notum facere curent, ut jubeamus ipsos deprædatores per eandem viam cum Missо nostro redire, & illa omnia quæ malè egerant legaliter emendare, & talem harmiscaram, sicut nobis visum fuerit, aut judicium, sicut cum fidelibus nostris consideraverimus, sustinere.

X.

Si autem dilecti fratris nostri aut nepotum nostrorum homines fuerint qui talia egerint, & hoc nobis innotescant, ut illis notum faciamus, & illi suos homines, sicut illis meliùs visum fuerit, de talibus castigare procurent, sicut & nos nostros homines castigare volumus, si in illorum regnis indecentia & aliqua noxia, quod absit, facere præsumpserint.

COLLECTIO DE RAPTORIBVS.

Pa. 3. c. 21. Sanctvs Gregorius in libro pastorali dicit. Ammonendi sunt qui aliena rapere contendunt ut sollicitè audiant quid veniens in judicio Matth. 26. Dominus dicat: *Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare.* & cetera. quibus dicit: *Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis ejus.* Hinc ergo colligendum est quanta damnatione plectendi sunt qui aliena rapiunt, si tanta animadversione feriuntur qui sua indiscretè tenuerunt. Perpendant quo eos obliget reatu res rapta, si tali subicit pœnæ non tradita. Perpendant quid meretur injustitia inlata, si tanta percussione digna est pietas non impensa. Audiant raptores: Habac. 2. *Væ ei qui multiplicat non sua usquequo, & adgravat contra se densum lutum.* Densum lutum contra se adgravare est terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Audiant quid Christus dicat: *Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ verò suæ* Matth. 16. *detrimentum fiat?* id est, quid prodest homini si totum quod extra se est congregat, sed hoc solum quod ipse est damnat? Audiant quòd illa quæ rapiunt in hoc sæculo deficient, aut in sæculo dimittent; sed secum ad judicium causas rapinæ, id est, damnationem secum ferent. Et alibi scriptum est. Audiant quid Propheta Esaias dicit: Esai. 3. *Rapina pauperis in domo vestra, & causa vi-*Eccl. 35. *duæ non ingreditur ad eos.* &: *Lacryma viduæ usque ad maxillam descendit, & Dominus non delectabitur in illis.* Audiant quia in cujus domo rapina est, sive in domo corporis, sive in domo mansionis, non habitat in illa domo Spiritus sanctus, sed spiritus malignus; & si accedit ad communionem corporis & sanguinis Christi ante dignam satisfactionem, non mundatur per illam communionem à peccato, sed pleniùs sicut Iudas, quando in cœna plenus rapina & iniquitate communicare præsumpsit de manu Christi, possidetur à diabolo. unde & suspensus crepuit medius. Et ad quem causa viduæ non ingreditur, nec ipse, si dignè non satisfecerit, in cœlestem Ecclesiam intrare valebit. Audiant rapaces & prædatores Esai. 33. quid iterum Propheta dicat: *Qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Videlicet quia ille qui prædatur res pauperum & Ecclesiarum ac servorum Dei, prædatur à diabolo, & præda illius fit. Audiant quid sanctus Paulus Apostolus dicat, per quem locutus est Christus, & qui raptus fuit usque ad tertium cœlum, & qui raptus fuit in paradisum, & audivit talia secreta verba quæ non 1. Cor. 6. licebat homini loqui. Ait namque quia neque rapaces, neque homicidæ, neque adulteri regnum Regino lib. Dei possidebunt. Vnde intendat quale quantúm-2. c. 280. que peccatum est rapina, quam cum adulterio & homicidio sanctus comparavit Apostolus. Item Ibid. 5. ipse dicat: *Si quis fornicator, aut adulter, aut rapax, aut homicida est, cum hujusmodi nec cibum sumere* Christi discipulo, id est, Christiano, licet ante satisfactionem, id est, correctionem ac emendationem & dignam pœnitentiam. Audiant quia sanctus Iohannes Apostolus electus & dilectus Christi, qui in cœna super pectus ejus recubuit, talem hominem salutare vetat dicens: 2. Ioan 10. *Nec ave ei dixeris, neque in domum receperis.*

Audiant quid in Toletano Concilio sancti Episcopi, qui in cœlo cum Deo regnant, & in terris miraculis coruscant, de totius mundi partibus congregati decreverunt. *Si quis*, inquiunt, *de potentibus Clericum aut quemlibet pauperem aut religiosum expoliaverit, & mandaverit ad ipsum Episcopus ut eum audiat; & si contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provincia Episcopos, quoscunque adire potuerit, ut excommunicatus habeatur donec audiat & reddat aliena.* Ecce de pauperum raptoribus. Audiant raptores & prædones rerum ecclesiasticarum quid sanctus Anacletus Papa, ab ipso beato Petro Apostolo Presbyter ordinatus, cum totius mundi sacerdotibus judicavit. Dicit namque: *Qui abstulerit aliquid patri vel matri, homicida particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater verò nostra, Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regeneravit. Ergo qui Christi pecuniæ & Ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudatur, homicida est, atque homicida ante conspectum justi judicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur. Qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, & ut sacrilegus judicandus est.* Item sanctus Vrbanus Papa & martyr: *Res & facultates Ecclesiæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, & vota sunt fidelium, ac pretia peccatorum, atque patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus est damnationis Ananiæ & Saphiræ, & oportet hujusmodi tradere Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Item sanctus Lucius Papa: *Rerum ecclesiasticarum & facultatum raptores à liminibus sanctæ Ecclesiæ anathematizatos apostolica auctoritate pellimus & damnamus, atque sacrilegos esse judicamus, & non solùm eos, sed & omnes consentientes eis: quia non solùm qui faciunt rei judicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit.* Et sanctus Augustinus in sermone evangelij sancti Iohannis ita dicit: *Fur sacrilegus loculorum sacrorum & dominicorum est Iudas; & qui aliquid de Ecclesia furatur & rapit, Iudæ perdito comparatur.* Item in sacris canonibus sancto Spiritu dictatis & Christi sanguine confirmatis scriptum est: *Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit præter conscientiam Episcopi vel ejus cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.*

Conc. Toler. 1. c. 11.

Epist. 1. Regino lib. 2. c. 282. Burchard. lib. 11 c. 18. Gratian. 12. q. 2. c. 6. Qui abstulerit.

Epist. 1. Regino lib. 2. c. 283.

Epist. 1. Regino lib. 2. c. 284. Burchard. lib. 11. c. 19.

Tract. 50.

Concil. Gangr. c. 7. Regino lib. 2. c. 286.

Episcopus autem omnibus dicere debet quid sit anathema; & ne desperent, ostendere debet quandiu duret anathema, id est, quandiu quisque errorem non corrigit & digna satisfactione non emendat, ut reconciliationem & indulgentiam valeat promereri. Si quis verò ante satisfactionem & reconciliationis indulgentiam in peccatis suis perseverans mortuus fuerit, jam anathema perpetuum illi erit, & peccatum ad mortem, pro quo non dicit Apostolus ut oretur. Sed & plura, si necesse fuerit, Episcopus quisque colligere & dicere procurabit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SEQVVNTVR CAPITVLA DOMNI KAROLI & Domni Hludouvici Imperatorum.

II. 6. VOBIS verò Comitibus dicimus, vóſque commonemus, quia ad veſtrum miniſterium maximè pertinet, ut reverentiam & honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ exhibeatis, & cum Epiſcopis veſtris concorditer vivatis, & eis adjutorium ad ſuum miniſterium peragendum præbeatis; ut & vos ipſi in miniſteriis veſtris pacem & juſtitiam faciatis, & quæ noſtra auctoritas publicè fieri decernit, ut in miniſteriis veſtris ſtudioſè perficiatur ſtudeatis. Proinde monemus veſtram fidelitatem ut memores ſitis fidei nobis promiſſæ, & in parte miniſterij noſtri vobis commiſſi, in pace ſcilicet & juſtitia facienda, voſmetipſos coram Deo & coram hominibus tales exhibeatis ut & noſtri veri adjutores & populi conſervatores juſtè dici & vocari poſſitis. Et nulla quælibet cauſa, aut munerum acceptio, aut amicitia cujuſlibet, vel odium, aut timor, aut gratia, ab ſtatu rectitudinis vos deviare compellat quin inter proximum & proximum ſemper juſtè judicetis; pupillorum verò & viduarum & ceterorum pauperum adjutores ac defenſores, & ſanctæ Eccleſiæ vel ſervorum illius honoratores juxta veſtram poſſibilitatem ſitis. Illos quoque qui temeritate & violentia in furta & latrocinia ſive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur, veſtro ſtudio & correctione, ſicut decet, compeſcite. Et ſi aliqua perſona in aliquo vobis impedimentum fuerit quin ea quæ dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum faciatis, ut noſtra auctoritate adjuti miniſterium veſtrum dignè adimplere poſſitis.

Ibid. 7. Omnes verò laicos monemus ut honorem eccleſiaſticum conſervent & dignam venerationem Epiſcopis & Dei ſacerdotibus exhibeant, & ad eorum prædicationem cum ſuis devotè occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta reverenter conſervent, & ſuos obſervare doceant & compellant. Vt etiam dies dominicus ſicut decet honoretur & colatur omnes ſtudeant. Et ut liberiùs fieri poſſint, mercata & placita à Comitibus, ſicut ſæpe admonitum fuit, illo die prohibeantur.

Ibid. 14. De pace verò in exercitali itinere ſervanda uſque ad marcham hoc omnibus notum fieri volumus, quòd quicunque auctorem damni ſibi præterito anno inlati nominatim cognoſcit, ut juſtitiam de illo quærat & accipiat.

Ibid. 15. Deinceps tamen omnibus denuntiare volumus ut unuſquiſque cognoſcat omnes qui in ſuo obſequio in tali itinere pergunt, ſive ſui ſint, ſive alieni; ut ille de eorum factis rationem ſe ſciat redditurum, ut quicquid in pace violanda deliquerint, ad ipſius debeat periculum pertinere. Ea ſcilicet conditione, ut pacis violator primùm juxta facinoris qualitatem ſive coram nobis ſive coram Miſſo noſtro dignas pœnas perſolvat, & ſenior qui ſecum talem duxerit quem aut conſtringere noluit aut non potuit ut noſtram juſſionem ſervaret, & inſuper in regno noſtro prædas facere non timuerit, pro illius neglegentia, ſi antè eum de his non admonuerit, & poſtquam neglegentia contemptoris ad ejus notitiam pervenerit, eum corrigere, ſicut decet, neglexerit, honore ſuo privetur, ut ſcilicet neuter illorum ſine juſta vindicta remaneat.

Comites verò miniſtris Eccleſiæ in eorum mi- Ibid. 23.
niſteriis, ut hoc pleniùs & de noſtris & de ſe & de ſuis hominibus obtinere poſſint, adjutores in omnibus fiant. Et quicunque prima & ſecunda vice de his à Comite admonitus non ſe correxerit, volumus ut per eundem Comitem ejus neglegentia ad noſtram notitiam perferatur, ut noſtra auctoritate quod in noſtro Capitulari continetur ſubire cogatur.

De pace admonemus ut omnes qui per aliqua III. 1.
ſcelera rebelles ſunt conſtringantur.

De pace & juſtitia infra patriam, ſicut ſæpe Ibid. 61.
per alia capitula juſſimus, adimpletum fiat.

Si quis domum alienam cujuſlibet infregerit, Ibid. 65.
quicquid exinde per vim abſtulerit aut rapuerit vel furaverit, ſecundùm legem eam illi cujus domus fuerit infracta & ſpoliata in triplum componat, & inſuper bannum dominicum ſolvat. Si ſervus hoc fecerit, ſententiam ſuperiorem accipiat, & inſuper ſecundùm ſuam legem compoſitionem faciat. Si quiſlibet homo aliquod tale damnum alicui fecerit pro quo plenam compoſitionem facere non valeat, ſemetipſum in vuadio pro ſervo dare ſtudeat uſque dum plenam compoſitionem adimpleat.

Si quis meſſes aut annonas in hoſte ſuper ban- Ibid. 66.
num dominicum rapuerit, vel paverit, aut furaverit, aut cum caballis vaſtaverit, æſtimato damno ſecundùm legem in triplum componat. Et ſi liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur. Servus verò ſecundùm legem tripla compoſitione damnum in loco reſtituat, & pro damno diſciplinæ corporali ſubjaceat.

Si quis in exercitu infra regnum ſine juſſione V. 341.
dominica per vim hoſtilem aliquid prædare voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, ſive pecora majora vel minora, domóſque infrangere vel incendere, hæc ne fiant, omnino prohibemus. Quòd ſi ab aliquo præſumptioſo factum fuerit, ſexaginta ſolidis, ſi liber eſt, ſit culpabilis, & omnia ſimilia reſtituat, aut cum duodecim teſtibus ſe purget. Si verò ſervus hoc fecerit, capitali crimini ſubjaceat, & dominus omnia ſimilia reſtituat, quia ſervum ſuum non correxit, nec cuſtodivit ut talia non perpetraret: quoniam ſi nos ipſos comedimus, citò deficiemus. Vnuſquiſque tamen cuſtodiat exercitum ſuum, ne aliqua deprædatio infra regnum fiat.

Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cui- VI. 97.
quam noſtro fideli ejúſque homini aliquid vi abſtulerit, in triplo cui aliquid abſtulit legibus componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos nobis perſolvat. Poſtmodum verò à Comite ante nos adducatur, ut in baſtonico retruſus uſque dum nobis placuerit, pœnas luat. Nam ſi publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta ſanctorum canonum ſanctionem. Si verò occultè, ſacerdotum conſilio ex

hoc agat pœnitentiam : quoniam raptores, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, graviùs inde judicetur : quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui ex eis aliquid abstulerit aut rapuerit. Extorres namque à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ atque firmiter denotandæ.

TITVLVS XXIV.

ITEM CAPITVLA DATA IN SYNODO APVD Carisiacum anno DCCLVII. *mense Februario.*

PRopter cognitas vobis necessitates & nimias perturbationes quæ in regno isto evenerunt, sicut scitis, senior noster Karolus plurimos fideles regni sui, tam Episcopos, quàm Abbates, & Comites, atque reliquos regni sui fideles mediante Februario mense apud Carisiacum congregans, hæc capitula ab ipsis confirmata nobis transmisit, ut ea vobis denuntiaremus, ut & vos cum omni timore Dei & legali imperio observare cum justitia studeatis, omnésque Christiani qui in nostro consistunt missatico.

CAP. I.

PRimo capitulo continetur ut vos moneamus de honore sanctæ Dei Ecclesiæ, qui per omnia ab omnibus fidelibus
* ejus Christianis observandus est, ut * eorum immunitates in nullo infringantur, res sacræ & fructus ejus à nullo rapiantur : quoniam qui aliena rapiunt, à regno Dei excludun-
1. Cor. 6. tur, dicente Apostolo : *Rapaces regnum Dei non possidebunt.* Nonæ & decimæ fideliter persolvantur. Sacerdotes Dei & ministri ejus non dehonorentur, non flagellentur, neque de Ecclesia sine consensu Episcopi sui eiciantur aut in ea recipiantur. Ecclesiæ destructæ restaurentur. Quòd si quis transgressus fuerit, anathematis vindicta feriatur, & Comitis districtione constringatur, & banni regalis exactione damnetur.

II.

Sanctimoniales, viduæ, orphani, & pauperes nullo modo opprimantur ; & res illorum, tam in frugibus, quàm in pratis, necnon etiam in eorum foerio à nullo per rapinam deprædentur ; & ubicunque oppressi sunt, ab Episcopis, Comitibus, & Missis regalibus subleventur ; & oppressores illorum, sicut suprà scriptum est, in omnibus constringantur.

III.

De his verò qui intra patriam residentes rapinas exercent, domos infringunt, homines sine causa occidunt, trustes commovent, aut alios damnant & opprimunt, prata defensoria depascunt, fruges aliorum devastant, ex his mandat senior noster ut primùm episcopali auctoritate judicentur, & sic postea à Comitibus legaliter constringantur, & insuper bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, componant. Et si eos constringere non potuerint, ad regalem præsentiam deducantur, ut dignam susciplant vindictam.

IV.

Mancipia aliena quæ intra inmunitates fugiunt aut intra fiscum nostrum aut aliorum potestatem, & à dominis suis insequuntur, sine ullo munere aut aliqua contradictione reddantur, aut foras eiciantur, nisi legibus sua esse probaverint. Et si quis contenderit, & reddere noluerit, & postea fugerint, legaliter eas persolvat.

V.

Vt nemo virgines aut viduas rapere præsumat, & ad eas nullo modo accedat, nisi legaliter eas nuptialiter desponsatas conjunxerit. Nullus Deo sacratam rapiat aut violet vel in conjugio sibi socier. Si quis hoc transgressus fuerit, ecclesiastico anathemate feriatur, & publico judicio damnetur.

VI.

Vt regales justitiæ cum omni diligentia perficiantur.

VII.

VII.

Vt nullus de domo sua ad aliam transiens, aut in itinere pergens, rapinam facere præsumat.

VIII.

Vt unusquisque Presbyter inbreviet in sua parrochia omnes malefactores, videlicet raptores, rapaces, adulteros, incestos, homicidas, latrones; & eos extra Ecclesiam faciat, nisi pœnitentiam agere voluerint. Si se emendare noluerint, ad Episcopi præsentiam perducantur.

TITVLVS XXV.

Apud S. Quintinum.

ADNVNTIATIO KAROLI ET NEPOTIS SVI Hlotharij apud S. Quintinum Kal. Mart. anno DCCCLVII. *incarnationis dominicæ.*

ADNVNTIATIO KAROLI.

Cap. I.

VOLVMVS vos scire quòd fuit insimul noster conventus. Postquam Deus nostrum seniorem vocavit de isto seculo, semper inveni tale consilium in meo dilecto fratre Hludouvico sicut mihi necesse fuit & ego in illo quæsivi & illum ostendere decuit; & illius adhortatione & interventione devenit, Deo gratias, talis unanimitas inter me & bonæ memoriæ fratrem meum Hlotharium sicut inter fratres esse debebat. Et propter tales causas, quæ sicut inter nos conjacuerant, invenimus cum communibus fidelibus nostris quia necesse erat ut inter nos firmitas facta fuisset secundùm Dei voluntatem, de nostro communi profectu & adjutorio, & de filiorum ac regni & fidelium nostrorum salvamento, sicut tunc adcognitavimus nostris communibus fidelibus qui adfuerunt. Et ille in sua vita contra nos conservavit, & Deo gratias nos contra illum conservavimus, & contra illius filios nepotes nostros, adjuvante Deo, quantum scimus & possumus, & illi ad nos quæsierint, conservare volumus.

II.

Post obitum verò illius, ex parte pro mea, sicut audistis, infirmitate, ex parte pro paganorum superventione, & pro aliis occasionibus quæ in regno nostro acciderunt, usque modò non fuit opportunus locus ut ego & iste meus carissimus nepos insimul parabolare potuissemus, & invicem nobis præsentes nostras voluntates demonstraremus, quas in corde unusquisque contra alterum retinebamus.

III.

Evenit autem locus congruus, quia iste meus carissimus nepos cum dilectissimo fratre meo Hludouvico parabolavit, & tale receptum & consilium in eo invenit sicut & isti necesse fuit & illum demonstrare decuit. quod mihi satis complacuit. Et nunc, quando mecum parabolavit, dixit mihi quòd in illa firmitate quam ego cum patre suo bonæ memoriæ fratre meo feci, & illum susceperi, in ipsa susceptione vellet perseverare, & illam firmitatem quam suus pater meus frater contra me fecerat, vellet, adjuvante Domino, per omnia observare.

IV.

Et invenimus cum communibus fidelibus nostris ut pro talibus necessitatibus, sicut scitis & videtis in isto regno evenire, nos invicem confirmaremus, sicut & fecimus, ut ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ & communem profectum ac fidelium nostrorum salvamentum, & regnum nostrum contra quoscunque nobis necesse fuerit continendum, invicem nos salvemus & adjuvemus, sicut avunculus nepotem & nepos avunculum per rectum salvare & adjuvare debet.

V.

Et nostri fideles, qui præsentes fuerunt, & hoc consilium nobis dederunt, dixerunt nobis quòd parati sunt nos, auxiliante Domino, in omnibus adjuvare ut istam firmitatem possimus adinvicem observare. Et propterea volumus à vobis vestrum consensum & voluntatem audire, si & hoc

vobis bene videtur, & nobis inde auxilium vultis præstare, ut hoc possimus cum Dei adjutorio & vestro observare.

ADNVNTIATIO HLOTHARII.

Sicut meus avunculus vobis dicit, quantum Deus mihi scire & posse donaverit, & in illa firmitate cum seniore meo facta in qua me susceptit, & quam senior meus contra illum fecit, volo perseverare, & illam quam contra eum feci cum Dei adjutorio volo firmiter observare.

ITEM ADNVNTIATIO KAROLI REGIS.

Volumus vos scire quia propter istas rapinas & deprædationes quæ in regno nostro increverunt, ex parte quia pagani nobis supervenerunt, ex parte pro talibus occasionibus quæ in regno nostro acciderunt, synodum Episcoporum & aliquantos de nostris fidelibus pro opportunitate temporis convocavimus, & consideravimus cum ipsis ut per omne regnum nostrum Episcopi & Missi nostri ac Comites in singulis parrochiis ac comitatibus placita teneant, & ad illa placita omnis homo qui placitum custodire debet, & in illis comitatibus commanet, sine exceptione & excusatione conveniat. Et Episcopi omnibus demonstrent quàm grave hoc peccatum sit, & qualem pœnitentiam quærit, & qualem damnationem, nisi pœnitentia succurrerit, adquirat. Et Missi nostri capitula legis & antecessorum nostrorum de hoc omnibus ostendant, & tantam miseriam interdicant. Et sciant omnes quia quiscunque abinde talia facere præsumpserit, & canonicam & regalem vindictam susceperit, sicut tunc omnibus & Episcopi & Missi nostri plenius adnuntiabunt.

ITEM ADNVNTIATIO HLOTHARII.

1. Sciatis etiam quia consideravimus ut quiscunque malefactor de uno regno nostro in alterum venerit, Episcopus vel Missus sive Comes de quorum ministerio effugerit ut justitiam non reddat aut dignam vindictam non sustineat, illis Missis in quorum missatico in alio regno fugerit notum faciant, & ipsi illum taliter constringant ut aut ad compositionem aut ad vindictam illuc reveniat ubi malum perpetravit.

2. Et sciatis quia sicut Deus per suam misericordiam, & per mei avunculi bonitatem, & per mei senioris ac meorum fidelium adjutorium, meo seniori in regno successi, ita & in omni bonitate & in observatione de illis capitulis quos meus senior cum suis fratribus meis avunculis ad Marsnam de Dei voluntate & sanctæ Ecclesiæ honore & regni stabilitate & sanctæ Ecclesiæ ac regni fidelium salvamento consideravit & confirmavit, cum Dei adjutorio & mei avunculi consilio & auxilio & vestro adjutorio permanere volo.

TERTIA ADNVNTIATIO KAROLI.

Deus omnipotens nobis donet ut vestram fidelitatem & vestrum adjutorium, quæ semper contra nos cum omni barnatu demonstrastis, vobis sic merere possimus sicut antecessores nostri vestris antecessoribus in bono meruerunt, & nos vobis cum omni bonitate volumus commerere.

TITVLVS XXVI.

Sacramenta apud Carisiacum.

ACTA SVNT HÆC SEQVENTIA APVD Carisiacum palatium anno incarnationis dominicæ DCCCLVIII. *regni autem Domni Karoli* XVIII. *Indictione* VI. XII. *Kal. Aprilis in Dei nomine feliciter.*

SACRAMENTVM FIDELIVM.

Fragmenta epistolar. Hincmari c. 1. pag. 849.

QVantum sciero & potuero, Domino adjuvante, absque ulla dolositate aut seductione, & consilio & auxilio secundùm meum ministerium & secundùm meam personam fidelis vobis adjutor ero ut illam potestatem, quam in regio nomine & regno vobis Deus concessit, ad ipsius voluntatem & ad vestram ac fide-

lium vestrorum salvationem cum debito & honore & vigore tenere & gubernare possitis. & pro ullo homine non me inde retraham, quantum Deus mihi intellectum & possibilitatem donaverit.

Sacramentum Regis.

Et ego, quantum sciero & rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque vestrum secundùm suum ordinem & personam honorabo & salvabo, & honoratum ac salvatum absque ullo dolo ac damnatione vel deceptione conservabo, & unicuique competentem legem & justitiam conservabo. Et qui illam necesse habuerit, & rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis Rex suos fideles per rectum honorare & salvare & unicuique competentem legem & justitiam in unoquoque ordine conservare & indigentibus & rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per studium aut malivolentiam vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum mihi Deus intellectum & possibilitatem donaverit. Et si per fragilitatem contra hoc mihi subreptum fuerit, cùm hoc recognovero, voluntariè illud emendare curabo.

Hincmarus Archiepiscopus, Immo Episcopus, Yrminfridus Episcopus, Hincmarus Episcopus, Hilduinus Abba.

Hungarius, Engilramnus, Isembardus, Odo, Osbertus, Ratbodus, Hunfridus, Odalricus, Rhodulfus, Engischalcus, Herluinus, Hitto.

TITVLVS XXVII.

Epistola Episcoporum ad Ludovicum regem.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR CAPITVLA MISERVNT Episcopi provinciarum Remensis & Rotomagensis à Carisiaco palatio, quò convenerant, per VVenilonem Rotomagensem Archiepiscopum & Erchanraum Catalaunensem Episcopum Hludouvico Regi in Attiniaco palatio consistenti anno incarnationis dominicæ DCCCLVIII. in mense Novembrio.

DOMNO HLVDOVVICO REGI GLORIOSO,

Episcopi Remorum diocesεos atque Rotomagensis, qui adesse potuimus.

Cap. I.

Litteras dominationis vestræ quique nostrum habuimus, quibus jussistis ut vobis VII. Kal. Decembr. Remis occurreremus, quatenus ibi nobiscum & cum ceteris fidelibus vestris de restauratione sanctæ Ecclesiæ & de statu ac salute populi Christiani tractaretis. Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, & propter incommoditatem & brevitatem temporis, & propter inconvenientiam loci, &, quod est lugubrius, propter confusionem tumultus exorti. Sed & divinis legibus, quas & vos observaturos cum vestris fratribus nobis denuntiastis, cautum esse dinoscitur, quia sicut nec Archiepiscopi sine Coëpiscopis, ita nec Coëpiscopi sine Archiepiscoporum consensu vel jussu, nisi quæ ad proprias pertinent parrochias, debent præsumere, & in tam angusto tempore Archiepiscoporum litteras non valuimus de conventu habere. Quapropter noverit vestra sublimitas quia mandatum vestrum nostra non contempsit humilitas; sed, sicut longè est ante nos dictum, qui jubet impossibile, facit se contemptibilem.

II.

Sed & tractatum de restauratione sanctæ Ecclesiæ & statu ac salute populi Christiani, quod nunc vos nobiscum habere velle dicitis, justiùs & rationabiliùs illud haberi potuisset, si nostris, quin potiùs divinis consiliis & observationibus atque

obteſtationibus ſuperno reſpectu obtemperare voluiſſetis: quia non noſtra ſcripſimus, mandavimus, diximus, ſed quæ dictante caritate, quæ Deus eſt, in litteris ſacris invenimus, & quæ naturæ inſita recognoſcimus. Ceterùm quæ contra illa quæ ſcripſimus, mandavimus, diximus, acta ſunt vel aguntur, naturalis legis morbus & vitium etiam à minùs ſapientibus eſſe dinoſcitur. Qua de re prudens quiſque reſipiſcat, & ſapiat quàm granditer Deus offenditur quando in ſic grandibus & apertis non ignoranter peccatur. Vnde
Pſal. 54. ſcriptum eſt: *Deſcendant in infernum viventes*, id eſt, labantur in peccatum ſcientes. Quæ divina permiſſione merito mundi patientis, propter communia peccata noſtra, paſtorum ſcilicet & gregum, propter delicta Regis & regni, eveniunt, ſi-
Pſal. 77. cut ſcriptum eſt: *Immiſſiones per angelos malos, viam fecit Dominus ſemitæ iræ ſuæ.* Tamen, ſicut veritas proteſtatur, non erit ſine ultione vindictæ nec ipſa virga furoris Domini. Sic legimus, ſic audivimus, ſic vidimus, & pro certo ſic citò videbimus: quoniam licèt peccatores ſimus, ſed pœnitentes, & in divina clementia fortiter confidentes, miniſterium ſacrum operante Spiritu ſancto ſuſcepimus, ſine quo ſacra non miniſtramus, & nobis di-
Matth. 10. ctum à veritate veraciter ſcimus: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.*

III.

Et licèt dominatio veſtra meliùs noverit de quibus ſcriptis, mandatis, & dictis dicamus, tamen non ab re eſt ſi etiam & nos illa ad memoriam veſtram reducamus. Primò quidem per Hildegarium venerabilem Epiſcopum ſcriptis & dictis, ſecundò per Æneam honorabilem Epiſcopum litteris & verbis, item per Æneam verbis, deinde per Hincmarum Remenſem & Wenilonem Rotomagenſem Archiepiſcopos, iterum per eoſdem, cum aliis quos ipſi vocaſtis, ea quæ ſaluti fuerunt congrua ſufficienter audiſtis, quando ſicut & antè petivimus, ut frater veſter & omnes fideles illius ante veſtram fideliúmque veſtrorum præſentiam in rationes loco & tempore congruo veniſſemus, & quæ malè geſta forent, veſtro conſilio & auxilio cum Dei adjutorio fierent emendata. Pro quibus omnibus dictis non obaudientibus
Ioan. 15. valde timemus quod dicitur: *Si ſermonem meum ſervaverunt, & veſtrum ſervabunt.* & reliqua quæ Dominus comminatur. Et ſi illa non ſunt exaudita, putari poteſt & nec iſta, quæ vos dicitis apud nos velle quærere & audire, exaudientur. Videtúrque quibuſdam, ut ſicut Dominus, quan-
Matt. 21. do quæſivit ficus in ficulnea cui maledixit, cùm non eſſet, teſte evangelio, tempus ficorum, aliud voluerit ſignificare, ita & in hoc citato & incongruo conventu, remota dominationis veſtræ ſinceritate, de qua nihil contra puritatem volumus autumare, alia quædam poſſint intelligi. Et
1. Pet. 3. quia beatus Petrus omnem monet Epiſcopum ut paratus ſit ad ſatisfactionem omni poſcenti ſe rationem, quæ nunc videmus, pro tempore damus fideliter dominationi veſtræ conſilia.

IV.

Primò quidem in ipſa radice cordis adventum veſtrum in hoc regnum inſpicite, & coram oculis Domini, cui ſecundùm Pſalmiſtam cogitatio hominis confitetur,
Pſal. 75. ſtatera æquitatis ponderate. & quicquid hortatores & conſiliarij ac laudatores veſtri vobis dicant, ad cor redite; & quicquid ad accuſationem & commendationem adventus veſtri invenire & dicere potueritis, veſtram conſcientiam interrogate; & ſi talia ſuſtinere vultis, qualia facitis, judicate. Et illam horam quam certi eſtis quia nullo modo poteritis effugere, quando anima veſtra de corpore exiet, ante mentis oculos ponite, quando totum mundum & omnem poteſtatem & omnes divitias & ipſum corpus derelinquet, & ſine adjutorio uxoris ac filiorum, & ſine ſolatio & comitatu drudorum atque vaſſorum nuda & deſolata exibit, & quicquid cogitavit & ordinare diſpoſuit infectum dimittet, ſicut dicit Scriptura: *In illa die*
Pſal. 145. *peribunt omnes cogitationes eorum.* & videbit omnia peccata ſua & ſentiet, videns diabolos ſe conſtringentes & coartantes, & quicquid contra caritatem & fidem debitam cogitavit, parabolavit, & fecit in iſto ſeculo, & per dignos pœnitentiæ fructus non emendavit, ante oculos ſemper habebit, & effugere volet, & non valebit. Nam certum eſt quia ad omnes homines, quando egrediuntur de corpore, veniunt diaboli, & ad juſtos, & ad peccatores. ſed & ad ipſum Chriſtum venit, in quo ſuum nihil invenit, ſicut ſcriptum eſt:
Ioan. 14. *Venit princeps hujus mundi, & in me non habet quicquam.* Et crede nobis veraciter, Rex utinam ſemper bone & Chriſtiane, nec longè eſt. ſed ſatis & plus quàm ſperetur propè tibi eſt illa hora. Propterea non

te seducant ista quæ vides. In tempore quippe patris vestri vidimus per aliquos incepta & facta quæ in tempore isto, per istos qui ista conficiunt, videmus fieri, & per alios videbuntur compleri. Et quando tibi advéniet hora exitus tui, sicut rident nunc, quando per te obtinent quæ volunt in hora voluntatis suæ, sic ridebunt & in hora exitus tui, & quærent quomodo per alium teneant quæ per te obtinuerunt. Quod & fieri potest ut quidam etiam quærant in tempore tuo. Sed & illi, nisi dignam pœnitentiam egerint, miserabiliter ad illam horam venient exitus sui, sicut venerunt & illi qui defecerunt á patre tuo cum fratre tuo. Nam ut illi ordinantes seditiones in paternam reverentiam, sic & isti vos excitantes in fraternam dilectionem, nomen pacis & statum Ecclesiæ & salutem ac unitatem populi obtendere studuerunt; & latebat sub melle venenum. Et completum est in illis, completúrque in istis, Psalmistæ dictum: *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* & reliqua quæ sequuntur. Et receperunt illi in seculo isto quæ nota sunt, & receperunt in seculo altero quæ in judicio pleniùs cognoscentur. Quorum isti intuentes exitum, timere debuerant actionem: & facient, si illos respexerit Dominus, qui respicit humiles, & custodit parvulos. Et sic *pestilente flagellato*, ut scriptum est, *sapientior erit parvulus.* & sapient quia non repellet Dominus plebem suam, nec obliviscetur in finem. Quoniam *propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam*, dicit Dominus. Alioqui sicut tunc dixit illis, ita & nunc dicit Dominus istis: *Tacui, numquid semper tacebo? quasi parturiens clamabo.* Nondum venit hora mea, sed nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia venient dies in te. Roga tibi quæsumus in tali loco ubi bene possis intendere homeliam sancti Gregorij legere in lectione evangelij: *Videns Iesus civitatem, flevit super illam.* Precamur vos, Domine, ut & diem ante mentis oculos habeatis quando cum omnibus hominibus anima vestra proprium corpus recipiet, & venietis ante faciem æterni judicis in conspectu omnium angelorum & hominum. in qua die, sicut dicit sanctus Paulus, judicabit Dominus unumquemque, non per alienum testimonium, sed occulta uniuscujusque per cogitationes accusantes, aut etiam defendentes, quando recipiet unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum. Et non despicientur tunc nostra verba quæ scripsimus ab eis qui nunc illa contemnunt; quando sine dubio replicata erunt in testimonium in ipso tremendo judicio, & nullus illorum te tunc adjuvabit, qui nec seipsum adjuvare sufficiet, quando ibunt qui talia agunt quæ lia audimus & sentimus atque dolemus, si in talibus perseveraverint, in ignem æternum, & justi, qui injusta patiuntur, in vitam æternam.

Psal. 27.
Prov. 19.
Psal. 21.
Isa. 42.
Heb. 10.

V.

Quia tanta & talia crudelia & abominanda fieri per parrochias quas pertransitis audivimus, & quædam sentimus, quædam sentire timemus, & illis qui senserunt & sentiunt condolemus, quæ calamitatem & miseriam quam á paganis patimur superant, quoniam à Christianis in Christianos, à parentibus in parentes, à Rege Christiano in Regem Christianum, à fratre in fratrem, contra omnes leges divinas & humanas aguntur. Contra quos clamat Ecclesia à paganis afflicta: *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Et nos omnes cunctique patientes, *sustinuimus pacem, & non venit. Quæsivimus bona, & ecce turbatio.* Propterea talia prohibete, compescite, & sedate: quoniam palatium vestrum debet esse sacrum, & non sacrilegum. Palatium enim Regis dicitur propter rationabiles homines inhabitantes, & non propter parietes insensibiles sive macerias. Et Rex à regendo dicitur, ut se sub Deo & bonos cum Deo puritate cordis, veritate oris, firmitate stabilitatis regat, & pravos á pravitate corrigat & in rectitudinem dirigat. Et si quæ malè facta sunt emendare venistis, pejora quàm viderimus à Christianis in Christianos fieri ingerere non debetis. Et si pacem facere advenistis, pacem pacificè ab auctore pacis obtinere debetis. Et si discordiam effugare & caritatem redintegrare venistis, illam quam Christus per Paulum docuit monstrare debetis. Ait enim: *Caritas non est ambitiosa, non agit perperam, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* quæ est de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta; quæ operatur per dilectionem, & non per potestatem vel indebitam cupiditatem. sine qua caritate, sicut scriptum est, etiam si quis tradiderit cor-

Psal. 68.
Hier. 19.
1. Cor. 13.

pus suum ut ardeat, nihil illi prodest. Quam omnibus Dominus in signum dedit, ut sciant si quisque est Christianus, aut si intrabit in regnum Dei an non, dicens:
Ioan. 13. *In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinvicem.* Nam qui in primordio fidei discipuli appellabantur, nunc Christiani dicuntur. Et ipsa est vestis nuptialis; quam qui non habuerit, de nuptiis cœlestis convivij in futuro judicio ejicietur in tenebras exteriores & in ignem æternum, ubi erit fletus & stridor dentium.

V I.

Ipsa caritas vos contra paganos accendat; ut qui tunc moti non sunt ad pietatem ut nobiscum irent contra eos, qui de isto regno amplos habebant & habent honores, (quod si facerent, & zelo recto accensi unanimiter vellent, expelli aut disperdi pagani, adjuvante Domino, poterant) vel nunc quacunque intentione à dominatu illorum per vestram ordinationem sancta liberetur Ecclesia, & regnum, quod contra eos redimitur, à tributo indebito eripiatur. Sed & qui fugiunt à facie paganorum, cùm in illas partes venerint in quibus degitis, refugium tranquillum inveniant, & non talem deprædationem ut nec incolæ vivere nec fugientibus solatium possint præbere. Quia nunc peccatis nostris exigentibus completur quod olim dictum est per Prophetam:
Amos 5. *Qui fugerit à facie leonis, inruet in ursum; & cum intraverit domum,*
Iob. 20. *& innixus fuerit super parietem, mordebit eum coluber. Et cùm effugerint arma ferrea, inruent in arcum æreum.* In omni enim parte miseri pro dolor: afflictionem inveniunt.

V I I.

Et si Ecclesiam Dei, sicut nobis scripsistis, quæritis restaurare, debita Episcopis & sibi commissis Ecclesiis privilegia intemerata, sicut divinitus constituta sunt, custodite. Præcepta & immunitates & honorem earum, sicut avus & pater vester conservaverunt, conservare curate. Et quæ frater vester Dominus noster, qui & paterna donatione & vobiscum, cum vestris vestrorúmque fidelium mutuis firmitatibus, regni partem accepit, pro cultu & honore Ecclesiarum egit, similiter conservate; & rectores ac pastores Ecclesiarum ut patres & Christi vicarios colite,
Eccli. 7. & 4. sicut sancta scriptura præcipit dicens: *Sacerdotes Dei sanctifica, & magnatis humilia caput tuum.* eorúmque spiritalia consilia obaudite, iterum dicente scriptura:
Deut. 32. *Interroga patres tuos, & adnuntiabunt tibi; majores tuos, & dicent tibi.* Et item:
Aggæi 2. *Interroga sacerdotes meos legem meam.* Et Dominus per Malachiam Prophetam:
Malach. 2. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Eósque tempore incongruo & inopportuno nolite inquietare; sed liceat eis ministerium sacrum, ad quod ordinati sunt, in populi salutem peragere. sibíque domestica cura subjectos nolite concutere, & non sinatis dehonestare sive opprimere. Vt Presbyteris honor congruus & jura debita, quæ canones & capitula avi & patris vestri statuerunt, conserventur satagite. Vt Episcopi quietam libertatem suas parrochias circumeundi & prædicandi ac confirmandi atque corrigendi habeant ordinate. Vt Missus reipublicæ, id est, minister Comitis, cum ipsis, si jusserint, eat, qui liberos homines incestuosos, si per admonitionem Presbyterorum venire ad Episcopum noluerint, eos ad Episcopi placitum venire faciat, commendate. Vt si Episcopus pro quacunque necessitate ecclesiastica ad vos direxerit, ad quem suus Missus veniat, per quem quæ rationabiliter petierit obtineat, in palatio vestro, sicut Comes palatij est in causis reipublicæ, ministerio congruum constitutum habete. Vt temporibus à sacris regulis constitutis comprovinciales synodos cum Episcopis & speciales cum Presbyteris habere quietè possint, annuite. Res & facultates ecclesiasticas, quæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum, stipendia ancillarum & servorum Dei, deprædari & ab Ecclesiis discindi nolite sustinere; sed fortiter, ut Rex Christianus & Ecclesiæ alumnus, resistite atque defendite. De quibus consecratis Deo rebus quod habent liberi homines Ecclesiis servientes per dispositionem rectorum ipsarum Ecclesiarum, ideo constituerunt Apostolorum successores hoc ordinari, ut quia creverunt fidelium vota, & increverunt infidelium mala, augeretur per dispensationem ecclesiasticam regni militia ad resistendam malorum nequitiam, quatenus ipsæ Ecclesiæ defensionem haberent & pacem, & Christianitas obtineret tranquillitatem. Quapropter sicut & illæ res ac facultates de quibus vivunt Clerici, ita & illæ sub consecratione immunitatis sunt, de quibus debent militare vassalli; & pari tuitione à regia potestate in Ecclesiarum

usibus debent muniri. Quia verò Karolus Princeps, Pippini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separavit atque divisit, pro hoc solo maximè est æternaliter perditus. Nam sanctus Eucherius Aurelianensium Episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus ad alterum est seculum raptus, & inter cetera quæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab angelo ejus ductore responsum est quia sanctorum judicatione, qui in futuro judicio cum Domino judicabunt, quorúmque res abstulit & divisit, ante illud judicium anima & corpore sempiternis pœnis est deputatus, & recipit simul cum suis peccatis pœnas propter peccata omnium qui res suas & facultates in honore & amore Domini ad sanctorum loca in luminaribus divini cultus & alimoniis servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderunt. Qui in se reversus sanctum Bonifacium & Fulradum Abbatem monasterij sancti Dionysij & summum Capellanum Regis Pippini ad se vocavit, eisque talia dicens in signum dedit ut ad sepulchrum illius irent, & si corpus ejus ibidem non reperissent, ea quæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ipsius Karoli humatum fuerat, sepulchrúmque illius aperientes, visus est subitò exisse draco, & totum illud sepulcrum interiùs inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus qui usque ad nostram ætatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis viva voce veraciter sunt testati quæ audierunt atque viderunt. Quod cognoscens filius ejus Pippinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum sancto Bonifacio Legatus apostolicæ sedis Georgius nomine. Nam & synodum ipsam habemus, & quantumcunque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, Ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res Ecclesiis à quibus ablatæ erant restituere, propter concertationem quam cum Waifario Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit, precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad restaurationes tectorum, & de unaquaque casata duodecim denarios ad Ecclesiam unde res erant beneficiatæ, sicut in libro Capitulorum Regum habetur, dari constituit, usque dum ipsæ res ad Ecclesiam revenirent. Vnde & Domnus Karolus Imperator, adhuc in regio nomine constitutus, edictum fecit, ut neque ipse nec filij ejus neque successores hujusmodi rem agere adtentarent. quod manu propria firmavit, cujus plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum in libro Capitulorum ejus, quicunque librum illum habet, & legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationem & in scripturis habemus, & quidam nostrum etiam viva voce Domnum Hludouvicum Imperatorem patrem vestrum referre audivimus. Sed & sacri canones Spiritu sancto dictati, eos qui facultates ecclesiasticas diripiunt, & res ecclesiasticas indebitè sibi usurpant, Iudæ traditori Christi similes computant. Et sancti qui cum Deo in cœlo regnant, & in terris miraculis coruscant, divino judicio tamquam necatores pauperum ab Ecclesiæ liminibus & à cœlesti regno secludunt. De quibus sacrilegis in prophetia Psalmi prædictum est, *Qui dixerunt, hereditate possi-* Psal. 82. *deamus sanctuarium Dei, Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Et sicut ignis qui comburit silvam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia.*

Lib. V. c. 3.

Add. I V. 32.

VIII.

Monasteria etiam religiosa atque præcipua Canonicorum & monachorum atque sanctimonialium habitacula, quæ ab antiquo tempore parentes vestri sub religioso habitu constituerunt, & in eis rectores & rectrices fuerunt, & quando parentes vestri primatum regni tenuerunt, & etiam quando sanctus Remigius Francos ad fidem cooperante Domino convertit & cum Rege ipsorum baptizavit, & frater vester Dominus noster partim juventute, partim fragilitate, partim aliorum callida suggestione, etiam & minarum necessitate, quia dicebant petitores, nisi eis illa loca sacra donaret, ab eo deficerent, & ipse aliquando per vos, sicut nunc paret, aliquando per fratrem vestrum regnum destitutus ab eis perderet, talibus, sicut scitis, personis commisit, debito privilegio restituite. Nam idem frater vester & divina inspiratione & sacerdotali redargutione, & etiam ab apostolica sede commonitus, ex aliqua parte quæ perperè egit correxerat: quæ autem adhuc incorrecta erant, quomodo emendare posset, sæpe ge-

mebundus quærebat. Absit autem ut vos, qui pro restauratione sanctæ Ecclesiæ huc venistis, aut illa quæ ipse emendavit deterioretis, & sicut ille offendit, & vos offendatis, aut quæ ipse necdum emendare potuit, inemendata sinatis: qui sæpe, sicut & nos testes sumus, fratres vestros de talibus monuistis, & in omni adnuntiatione quam communiter faciebatis, promptissimè inde disputabatis; sicut & secus Teudonis villam, in loco qui Iudicium dicitur, capitula quæ habemus cum vestris fratribus acceptastis, & in chirographo apud Marsnam manu propria confirmastis. Contra quod si fortè aliquis egit, non propterea vos immunes eritis, si illud quod teste Domino pepigistis & confirmastis observare, quod absit, non studueritis. Neminem quippe adjuvat quòd aliena mala reprehendit, nisi & ipse illa caveat. 8. quod demonstrat Paulus dicens: *Putas, ô homo, quòd tu evades judicium Dei, qui eadem agis quæ judicas.*

IX.

Rectores etiam monasteriorum, quibus monasteria committitis, firmiter & obnixe præcipite ut secundùm ordinem & habitum ac sexum, quo inhabitantes constituti sunt, sollicitè & sollerter prævideant ut secundùm debitum ordinem servi vel ancillæ Domini vivant, & necessaria stipendia in victu & vestitu & ceteris quibusque habeant, & domos ac servitores, prout competit, sicut religiosi & habitus & conversationis rectores, eis provideant. Susceptionem etiam hospitum & pauperum nullo modo neglegant. Quin & inconvenientes personæ, & res tales quæ religioni non congruunt, in monasteria non introducantur, non dicimus; quoniam religiosos rectores providentiam & curam debitam inde sumere debere non ignoramus.

X.

Hospitalia peregrinorum, sicut sunt Scottorum, & quæ tempore antecessorum vestrorum Regum constructa & constituta fuerunt, ut ad hoc ad quod deputata sunt teneantur, & à rectoribus Deum timentibus ordinentur, custodiantur, ne dissipentur, obtinete. Sed & rectoribus monasteriorum & xenodochiorum, id est, hospitalium, præcipite ut sicut canonica docet auctoritas, & Capitula avi & patris vestri præcipiunt, Episcopis propriis sint subjecti, & monasteria atque hospitalia sibi commissa ipsorum regant consilio: quoniam Episcopi paternam sollicitudinem eis secundùm ministerium illorum studebunt impendere. Et quia sæpe unicuique in omni ordine competentem legem & justitiam unà cum fratribus vestris frequenti adnuntiatione perdonastis, ecclesiastici & religiosi habitus viri ac feminæ, atque peregrini & pauperes, in quibus specialiter Christus suscipitur, perdonationem vestram sibi sentiant semper adesse.

XI.

Et quia de statu & salute populi Christiani, sicut nobis scripsistis, vultis quærere, primò à vobis ipsis incipite, qui alios debetis corrigere, sicut scriptum est: *Medice, cura temetipsum.* & munda debet Luc. 4. manus à sordibus esse quæ alienas sordes curat detergere. Et quæ in aliis debetis corrigere, nemo in vobis justè valeat reprehendere. Super quantos enim estis in regni culmine, tantorum moribus debetis servire, & sicut lucerna super candelabrum in domo posita bonitatis exempla monstrare: quia omnium oculi in vos debent intendere; quos si malo exemplo destruxeritis, qui per vos & à vobis in bonum debuerant ædificari, sub tantis sine dubio in futuro seculo in pœnis vos necesse est torqueri. Propterea oportet ut qui Rex estis, & dominus appellamini, in illum semper suspenso corde suspiciatis à quo videlicet Rege Regum & domino dominorum nomen Regis & domini mutuatis. Et sicut ille disponit orbem terræ in æquitate, & ad hoc, sicut in libro Sapien- Sap. 7. tiæ dicitur, constituit hominem ut ipse similiter faciat, imitamini illum, si vultis regnare cum illo. quia qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare, qui dicit: *Estote* Matth. 5. *& vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Et si dixeritis, quomodo possum esse perfectus, cùm alia scriptura dicat, *Si quis in verbo non offendit, ille per-* Iac. 3. *fectus est vir*, non cadit à perfectione qui non peccat malitiæ cupiditate. *Septies enim* Prov. 24. *cadit justus & resurgit: impij autem corruunt in malum.* & *: Justus cùm ceciderit,* Psal. 36. *non conlidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Qualitercunque verò quis peccet, cupiditatis voluntate, aut fragilitatis necessitate, nemo illi meliùs prævalet indicare quàm conscientia sua, quæ non potest latere oculos inspectoris sui. Propterea ita oportet vos vivere, judicare, & agere etiam in occulto, quasi sitis semper in publico: quia sæpe talis vos verbo laudabit

dabit qui corde acriter reprehendet, sæpe etiam illa quæ vobis & in vobis laudaverit, apud alios de vobis reprehensibilia judicabit. Sic autem, ut dicimus, adjuvante Domino vivere, judicare, & agere prævalebitis, si vos non stimulaverit amor privatus, si non vos inflammaverit cupiditas gloriæ, divitiarum, possessionum, & potentatus, si non plus credideritis alienæ linguæ quàm propriæ conscientiæ, si vos non roserit tinea adulationis, si non vos usserit livor alienæ felicitatis, si vos non vexaverit neglectus animæ & amor carnis, si credideritis Regem Christum non pro se, id est, non pro sua necessitate mortuum, sed pro nobis, ut viveremus qui mortui eramus, & vos plus studeatis aliis vivere in salutis suæ utilitatibus quàm vobis ipsis in propriis voluntatibus, si scieritis vos esse morituros, & vos credideritis de factis propriis rationem Domino reddituros, & quæ dignè receperitis, sine fine vel immutatione aliqua habituros.

XII.

Domum vestram domesticam sic nutrite, regite, & disponite ut quando regni populus ad vos convenerit, in vobis & in domesticis vestris videant qualiter se atque domum, cum quanta humilitate atque castitate, quàm sobriè, quàm justè, quàm piè nutrire, disponere debeant, & gubernare: quia, sicut quidam sapiens dixit, secundùm mores domini erit familia custodita. Et ideo domus Regis schola dicitur, id est, disciplina; quia non tantùm scholastici, id est, disciplinati & bene correcti sunt, sicut alij; sed potiùs ipsa schola, quæ interpretatur disciplina, id est, correctio, dicitur, quæ alios habitu, incessu, verbo, & actu, atque totius vanitatis continentia corrigat. Et vos, sicut paxillus non bene infixus, nisi in Domino virtutum innixi fortiter fueritis, & vos cadetis, & qui in vobis pendent labentur. Quapropter, sicut dominus sub potestate constitutos ex tentatorum occasione docuit reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo, ita & vos, qui sub Deo estis & super homines estis, reddite quæ sunt Dei Deo; & sicut Cæsar æquus, quæ subditorum sunt, subditis reddite. Reddite Deo puram & immaculatam fidem & sinceriſſimum cultum in sacerdotibus, in Ecclesiarum privilegiis, in sacris locis, in ecclesiasticis & religiosis viris ac feminis, in defensione Ecclesiæ & Christianitatis, in æquitate & justitia populi Christiani, in sublevatione & tranquillitate & consolatione omnium indigentium, sicut præmisimus. Reddite illi quotidianum pensum in quotidiana oratione, in justis & assiduis eleemosynis. Offerte illi devotionem vestram in sacris oblationibus & lacrymis secundùm magnitudinem ac multitudinem quotidianorum peccatorum profusis. Reddite subditis judicium cum misericordia, justitiam cum æquitate. Studete exaltare humiles & Deum timentes, & debellare atque humiliare superbos. Studete à bonis plus diligi quàm timeri. Curate ut mali, si non propter Deum, vel propter timorem vestrum malum agere metuant. Non plus apud vos lingua dolosa, manus plena, obsequium indebitum valeat quàm veritas, æquitas, & sinceritas. scientes scriptum: *Qui excutit manus* Esa. 33. *suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit.* unde consequenter intelligi debet, & non aliud. Munus enim est à lingua, favor; munus à manu, donatio; munus ab obsequio, indebita subjectio. Constituite ministros palatij qui Deum cognoscant, ament, & metuant, qui maximam curam gerant quatenus quicunque necessuosi palatium adierint, & per quos perrexeritis, patrem & consolatorem mirantes, gaudendo vos videre accurrant, non, qualiter dicere nolumus, gemendo & maledicendo refugiant. Constituite Comites & ministros reipublicæ qui non diligant munera, qui odiant avaritiam, qui detestentur superbiam, qui non opprimant neque dehonestent pagenses, qui messes & vineas & prata ac silvas eorum nequaquam devastent, qui eorum pecora vel frisingas vel quæcunque illorum sunt non prædentur neque diripiant, & per violentiam ac mala ingenia quæ illorum sunt nullo modo auferant, qui Episcoporum suorum consilio quæ Dei sunt & Christianitati conveniunt faciant, qui placita non pro adquisitione lucri teneant, sed ut casæ Dei, & viduæ, ac pupilli, & populus justitiam habeant, & plus litigantes ad concordiam salva justitia revocare studeant quàm committere ut ipsi inde aliquod lucrum possint habere; quos si pacificare non potuerint, tunc, sicut rectum est, justum judicium decerni cum magna sollicitudine faciant; scientes scriptum esse: *Indicabo tibi, ho-* Mich. 6. *mo, quid sit bonum, id est, facere judicium & justitiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* id est, ut quod illi placet, tibi placeat & facias; quod illi displicet, tibi

displiceat & non facias. Quòd si per fragilitatem feceris, non contumaciter vel pertinaciter in tuo malo facto perseveres; sed statim pedem sicut à ferro calido revoca, & in viam voluntatis Domini tui dirige. Et sicut scriptum est, *quia sunt viæ quæ videntur hominibus bonæ, & ducunt ad interitum*, fac sicut Scriptura tibi præcipit, quicunque es homo, *interroga de via bona, & ambula per eam.* quia, sicut dicitur in evangelio, *ampla via est quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam: arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam.* Propterea quicunque es homo, audi Prophetam, & ora cum Propheta: *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, & exquiram eam semper.* &: *Deduc me in semita mandatorum tuorum, & viam iniquitatis amove à me, & de lege tua miserere mei.* Quia, sicut Hieremias Propheta dicit, *non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulet & dirigat gressus suos; sed à Domino diriguntur gressus viri, & viam ejus volet.* Ipsi Comites similiter, quantum potuerint, similes sibi timentes Deum & justitiam diligentes per se ministros constituant: qui sicut seniores suos benignos & affabiles pagensibus suis viderint, & ipsi pro modulo suo illos imitari in omni bonitate & justitia certent.

Prov. 16. Hier. 6. Matt. 7. Psal. 118. Hier. 10.

XIII.

Homines etiam & potentes seculi, qui inter istas seditiones legis jugum & justitiam æquitatis refugerunt, & talia ac tanta fecerunt pro quibus ecclesiasticam & episcopalem excommunicationem meruerunt, ad leges & justitiæ tramitem revocate, & ut ad suos Episcopos humiliter, sicut eis necesse est, veniant jubete vel cogite, & ut Ecclesiæ, in quam peccaverunt, aut cum debita necessaria humilitate satisfaciant, aut humiliter & veraciter se excusent, qualiter absolvi à Domino per ministerium episcopale valeant, suadete atque regia potestate præcipite. Et si fortè vos vel quicunque alij de eorum societatis & conjunctionis communicatione infecti & condemnati sunt, pœnitentiam quiscunque se recognoscendo faciat: quia, teste sacra auctoritate, non poterit absolvi à suis qui peccatis damnabiliter gravatur externis. Sicut orans Deum sanctus Propheta David demonstrat dicens: *Ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce servo tuo.*

Psal. 18.

XIV.

Iudices denique villarum regiarum constituite qui non sint cupidi, qui non diligant avaritiam, & usuras nec ipsi faciant, nec pecunias regias vel suas ad usuras donent, neque à suis subditis usuras fieri sinant. quæ omnia vos super omnes ministros vestros odire debetis & fugere. Et servos regios judices non opprimant, nec ultra quod soliti fuerunt reddere tempore patris vestri ab eis exigant; neque per angarias in tempore incongruo illos affligant; neque per dolos, aut per mala ingenia, sive inconvenientes precationes, colonos condemnent: quia si per tales vel alias hujusmodi factiones pondus argenti vel auri habueritis in arca, majus & gravius pondus erit peccati quod habebitis in conscientia vestra & anima. Ædificent villas vestras moderatis castitiis, ut & honestas necessaria sit, & familia non gravetur. Laborent & excolant terras & vineas in tempore cum debita sollicitudine, salvent & dispensent laborata cum fideli discretione, faciant nutrimenta congrua & necessaria; custodiant silvas, unde habeant pastiones; defendant & excolant prata, unde habeant pabula; quatinus non sit vobis necesse per quascunque occasiones quorumcunque hortatibus circuire loca Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, vel Comitum, & majores quàm ratio postulat paratas exquirere, & pauperes ecclesiasticos & fidelium vestrorum mansuarios in carricaturis & paraveredis contra debitum exigendis gravare, & peccatum de facultatibus indebitè consumptis in animam vestram congerere. Neque à Comitibus vel fidelibus vestris plus studeatis quàm lex & consuetudo fuit tempore patris vestri, de hoc quod de francis accipiunt, exquirere. Quin potiùs habeatis unde sufficienter & honestè cum domestica corte vestra possitis vivere & legationes palatium vestrum adeuntes recipere, & sicut scriptum est, unde possitis de justis laboribus necessitatem patientibus tribuere: quia Rex & largus debet esse, & non quod largiatur de injustitia vel iniquitate debet conquirere. Iudices verò villarum colonos distringant ut non ecclesiasticos homines vel francos pauperiores aut alienos servos propter privilegium regium opprimant, aut silvas vel quæcunque aliorum sunt in sua vicinitate devastent. Quia Rex justus, qui justitiam debet diligere, ministros & colonos impios & iniquos non debet habere; sed omnibus in se & in suis debet imitationem debitam demonstrare:

Ephes. 4.

quia si ipse Deum dilexerit, omnes boni diligent illum; & si ipse Deum timuerit, omnes mali timebunt illum. Et Rex atque sui ministri per amorem Dei bonum faciant & omnes bona facere doceant, & per timorem Dei mala fugiant & omnes in illis mala fugere discant. Missos etiam tales per regnum constituite qui sciant qualiter Comites & ceteri ministri reipublicæ justitiam & judicium populo faciant; qui sicut Comitibus præponuntur, ita scientia justitia ac veritate eis præmineant.

XV.

Hæc, quia litteris vestris significastis quòd nobiscum de restauratione sanctæ Ecclesiæ & statu ac salute populi Christiani tractare velletis, dominationi vestræ scripto respondere curavimus: quia & pro inclementia aëris, & pro inconvenientia temporis, & propter imminentem diem Domini nostri natalis, venire ad præsentiam vestram nequivimus. Operamini vos interim ista quæ cum fidelibus vestris sine nostra corporali præsentia operari valetis. Et cùm tempus congruum & sacris canonibus designatum advenerit, quando & pro paganorum infestatione & pro exorti tumultus ac deprædationum atque rapinarum miserrima nimis confusione nobis licuerit cum Dominis & confratribus ac comprovincialibus Archiepiscopis & Coëpiscopis synodum, favente Domino, celebrare, quæ his sunt residua, cum eis sicuti cum magistris & patribus tractare & vestræ dominationi debitum consilium dare studebimus. Et si Deus soliditatem & salutem Ecclesiæ atque regni in manu vestra adunare & prosperari decreverit, quæ cum Archiepiscopis & Coëpiscopis nostris plus congruere divinis dispositionibus viderimus, agere sub famulatu recti regiminis vestri studebimus. Potens est enim Deus minus bonum initium in perfectè bonum commutare processum, cui noscitur esse possibile quod impossibile solent homines judicare. Si enim sapientia vestra dignum judicat loqui & tractare cum vicino Rege ejúsque fidelibus, secedente de ista parte regni Domno nostro, fratre videlicet vestro, multò magis nos oportet expectare tempus canonicum, ut cum fratribus & comprovincialibus Archiepiscopis & Episcopis loquamur, quia generalis causa imminet totius Cisalpinæ Ecclesiæ. Maximè autem nobis necesse est loqui cum illis Archiepiscopis & Episcopis qui consensu & voluntate populi regni istius Domnum nostrum fratrem vestrum unxerunt in Regem sacro chrismate divina traditione, quémque sancta sedes apostolica mater nostra litteris apostolicis ut Regem honorare studuit & confirmare. Legite libros Regum, & invenietis quanta reverentia reprobatum & abjectum à Domino Saül ducere dignum duxit sanctus Samuel, cujus locum in Ecclesia nos licèt indigni tenemus. Et adtendite quàm magni pendit sanctus David, in loco illius electus & unctus à Domino, mittere manum in Christum Domini; cùm Saül non solùm ex alia progenie, verùm ex alia tribu erat; & illum rejectum & se electum à Domino cognoscebat; & nihil firmitatis Saüli David fecerat, sed plurimum adjutorium & devotam servitutem ei impenderat. Et neque bello auferre neque ingenij dolo illi regnum subripere adtentavit. Et cùm multos ad hoc suasores & auxiliarios habuisset, nulli autem ut hoc moliretur accommodavit, quamvis multas persecutiones & morti proximas ab eo sæpissime sustinuerit. Insuper & bene scitis quid de illo jusserit qui, licèt mendaciter, pro illius tamen gratia adquirenda se manum misisse in Christum, id est, unctum Domini, nuntiavit. Nam si est aliquis qui hæc ignoret, nos ei dicimus quia gladio eum interficere jussit. Sic & qui infideliter & contumaciter in unctum qualemcunque Domini manum mittit, dominum Christorum Christum contemnit, & in anima proculdubio spiritalis gladij animadversione perit. Hæc dicimus, non ut exaggerationes contra dominationem vestram incongruas exquiramus, sed ut evidentiùs pro qualitate nostri ministerij quid, excepta debita fide & beneficentia, nobis in fratre vestro reverendum sit demonstremus. Talem nempe vos debemus & volumus credere ut nec vos regni augmentum cum animæ vestræ detrimento velitis habere, neque nos cum tali dedecore ad adjutorium ecclesiastici regiminis & gubernationis recipere ut sine sacerdotio simus; quo privati erimus, si contra Deum & rationis auctoritatem nos Ecclesiásque nostras vobis studuerimus committere. Ecclesiæ siquidem nobis à Deo commissæ non talia sunt beneficia & hujusmodi Regis proprietas ut pro libitu suo inconsultè illas possit dare vel tollere. Quoniam omnia quæ Ecclesiæ sunt, Deo consecrata sunt. Vnde qui Ecclesiæ aliquid fraudatur aut tollit, sacrilegium secundùm sanctam scripturam facere noscitur. Et nos Episco-

pi Domino consecrati, non sumus hujusmodi homines ut sicut homines seculares in vassallatico debeamus nos cuilibet commendare, sed ad defensionem & ad adjutorium gubernationis in ecclesiastico regimine nos Ecclesiásque nostras committere, aut jurationis sacramentum, quod nos evangelica & apostolica atque canonica auctoritas vetat, debeamus quoquo modo facere. Manus enim chrismate sacro peruncta, quæ de pane & vino aqua mixto per orationem & crucis signum conficit corpus & Christi sanguinis sacramentum, abominabile est, quicquid ante ordinationem fecerit, ut post ordinationem episcopatus seculare tangat ullo modo sacramentum. Et linguâ Episcopi, quæ facta est per Dei gratiam clavis cœli, nefarium est ut sicut secularis quilibet super sacra juret in nomine Domini & sanctorum invocatione; nisi fortè, quod absit, contra eum scandalum acciderit Ecclesiæ suæ; & inde sic temperanter agat sicut Domino docente constituerunt rectores Ecclesiæ synodali consilio. Et si aliquando sacramenta ab Episcopis exacta aut facta fuerunt, contra Deum & ecclesiasticas regulas, quæ Spiritu sancto dictatæ & Christi sunt sanguine confirmatæ, irrita sanctæ scripturæ paginis declarantur, & exigentes atque facientes medicamento exinde salutaris pœnitentiæ indigent. Propterea expectate, Domine, patienter sicut Princeps Christianus & Ecclesiæ filius, & honorate Ecclesiæ sanctæ rectores; ut vos
Luc. 10. honoret qui nobis dixit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* &: *Honorantes me honorabo; & hi qui temnunt me,*
1. Reg. 2. *erunt ignobiles.* &: *Qui vos tangit, tangit*
Zach. 2. *pupillam oculi mei.* Et in Psalmo: *Nolite tan-*
Psal. 104. *gere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* quoniam *qui malignantur*, id
Psal. 36. est maligna agunt, *exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram*, hoc est, regnum Dei. Et cùm venerit tempus & locus, sicut superiùs diximus, loquemur cum nostris confratribus; & sicut Domini justis dispositionibus viderimus convenire, sine dubio faciemus. Et non est rationabilis causa quæ contra hoc quod petimus vos debeat stimulare: quia non sumus hujusmodi homines ut cùm cognoverimus voluntatem Domini, velimus aut debeamus quoquo modo resultare, vel rixas & dissensiones seu seditiones, quas vulgus vverras nominat, debeamus commovere, conserere, vel tenere, quos Dominus pacis prædicatores & sectatores voluit ordinare, & peccata nostra atque nobis commissorum & etiam totius populi constituit plangere & curare, & bellum cum vitiis & pacem cum fratribus jussit habere. Nos equidem pacem & quietem, non rixas & bella, optamus & quærimus: quia sicut dicit Apostolus, *non sunt nobis* 2. Cor. 10. *carnalia arma, sed spiritalia, & potentia Deo*, quibus sumus calciati pedes in præparatione evangelij pacis, induti lorica justitiæ & galea salutis, accincti lumbos in veritate, habentes scutum fidei & gladium Spiritus sancti: quia non est nobis conluctatio adversùs carnem & sanguinem, sed Ephes. 6. adversùs principes & potestates, adversùs rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et non militamus terreno Regi, sed cœlesti, pro salute & nostra & terreni Regis & totius populi nobis commissi: quorum officium est nulli nocere, contra neminem infideliter agere, omnibus autem velle prodesse. Tandem, Domine nobis Rex, contra Deum & contra animam vestram non audiatis illos qui dixerint, si fortè vobis dixerint, Non tibi sit curæ, Rex, quæ tibi referunt illi fellones atque ignobiles. hoc fac quod tibi dicimus, quoniam cum nostris & non cum istorum parentibus tenuerunt parentes tui regnum. Nos autem obsecramus dominationem vestram, adtendite potiùs, si Christianus Rex estis, sicut & Deo gratias estis, & in illum creditis, & per illum regnare vultis per quem, sicut scriptum est, Reges regnant, & cujus est regnum, Prov. 8. immo orbis terræ & plenitudo ejus; quia idem Deus in carne veniens, qui solus Rex fieri potuit & sacerdos, & in cœlum ascendens suum regnum, id est, Ecclesiam, inter pontificalem auctoritatem & regiam potestatem gubernandum disposuit, & non elegit ad hoc divites & nobiles, sed pauperes & piscatores, & sicut scriptum est, *ignobilia & contemptibilia mundi elegit*, 1. Cor. 1. *ut confundat fortia.* Et fieri potest ut tales vobis ista dicant, (si fortè minùs necessariò Deum timentes vobis dixerint) cum quorum parentibus diabolus, qui secundùm Scripturam est Rex super omnes filios su- Iob. 41. perbiæ, regnum Christi, quod est Ecclesia, conturbaverit, & nunc eos in regno suo, id est, in inferno, retineat, & secum in secula retinebit. Pro certo autem sciatis quia cum nostris parentibus, id est, cum Apostolis, Christus Rex Regum regnum suum, id est, Ecclesiam, con-

quisivit, ampliavit, & rexit, & per nos & nobiscum, utinam non ad judicium nostrum dicamus, eandem Ecclesiam, id est, regnum suum, quotidie adquirit, auget, atque gubernat idem Dominus Iesus Christus, sicut dictum est à Domino Ecclesiæ per Prophetam: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.* id est, pro Apostolis creavit tibi Episcopos, qui te regant & doceant. Cum qua Ecclesia nobis à Deo commissa, Rex Christiane & Domine, sicut litteris vestris jussistis, jejuniis & orationibus ac letaniis Dominum, summum gubernatorem in navi sanctæ Ecclesiæ fluctante in hoc mare, id est, seculo naufragoso, peccatis nostris communibus dormientem pulsare & excitare & pro vobis deprecari studebimus ut quantociùs pro sua ineffabili pietate evigilet & imperet ventis & mari, id est, tentationibus diabolicis & inquietudinibus secularium hominum, ut redeat quantulacunque tranquillitas, gratia & misericordia ejusdem Domini nostri Iesu Christi, cui est & sit potestas & honor & gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Psal. 44.

TITVLVS XXVIII.

Synodi Metensis, de indulgentia Ludovici Regis.

HÆC CAPITVLA TRACTATA ET CONFIRMATA sunt ab Episcopis in synodo habita apud Mettis civitatem, de indulgentia Hludouvici Regis pro seditione & excessibus in regno fratris sui Karoli perpetratis.

Dilectis in Christo fratribus & consacerdotibus nostris, legatis videlicet divinæ pacis ac nostræ unanimitatis, Hincmaro, Gunthario, Weniloni Archiepiscopis, & venerabilibus Coëpiscopis nostris Herluino, Hildegario, Adventio, Abboni, Hincmaro, Erchanrao, Episcopi quorum nomina subter habentur adscripta, qui favente Domino & annuentibus glorioſis Principibus nostris Karolo & Hlothario in Mediomatricum civitatem anno incarnationis dominicæ DCCCLIX. Indictione VII. v. Kal. Iunias synodali decreto convenimus.

Cap. I.

Nota & (pro dolor!) nimis est nota discordia atque calamitatis pernicies quæ factione quorundam seditiosorum hominum nuper inter fratres Reges nostros Hludouvicum & Karolum accidit, unde tanta ac talia in Ecclesia nobis ad regendum divina dignatione commissa & in hoc regno perperè sunt admissa ut ipso etiam auditu horribilia cognoscantur; & si hæc discordiæ pestilentia diutiùs, operante humani generis antiquo hoste, duraverit, quàm exitiabilis & mortifera existat meliùs ipsi scitis. Qua de re memores quid veritas missis prædicatoribus jusserit, ut divinus Paulus dicit, *legatione fungimur pro Christo, reconciliamini Deo*, legatione pro Christo fungentes, vos, fratres carissimi, legatos Deo amatæ pacis, quoniam exinde jam glorioſos Principes nostros Karolum & Hlotharium episcopali auctoritate monuimus, ad Domnum Hludouvicum Regem glorioſum mediante Domino ordinamus, sicut Salvator dicit: *In quamcunque*, inquiens, *domum intraveritis, primùm dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sin autem, ad vos revertetur.* Quia aut erit quisque prædestinatus ad vitam, & cœleste verbum sequetur quod audiet. Aut si nullus audire voluerit, ipse prædicator sine fructu non fuerit; quoniam ei à Domino pro labore sui operis merces recompensabitur.

2. Cor. 5.

Luc. 10

II.

Post prædicatam verò & postulatam pacem, legatio vestræ fraternitatis hujusmodi erit conditionis ut isdem Rex nobis, & utinam Deo, semper amabilis admissorum indulgentiam consequatur.

III.

Videlicet si se de omnibus quæ per eum malitioſorum hominum persuasione atque seductione in parrochiis nostris fratrúmque nostrorum perpetrata sunt veraciter recognoverit, sicut scriptum est: *Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde,*

Psal. 39.

Psal. 50. &: *Sacrificium Deo est spiritus contribulatus.* quoniam cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Et sicut hi qui fictè Deum quærunt, invenire nunquam me-
Psal. 144. rentur, ita prope est Dominus omnibus invocantibus se in veritate.

IV.

Et si post veram recognitionem puriter confessus fuerit, quia iterum dicit Scrip-
Prov. 28. tura: *Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit*
1. Ioan 1. *ea, misericordiam consequetur.* &: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus ut remittat nobis peccata nostra & emundet nos ab omni iniquitate.*

V.

Post puram autem confessionem, si promiserit quæ malè gesta sunt per dignos pœnitentiæ fructus, prævenientе, adjuvante, & subsequente divina gratia, se pro viribus emendaturum, (quia scriptum
Luc. 3. est, *Facite fructus dignos pœnitentiæ*) ut tanto majora quærat bonorum operum quisque lucra per pœnitentiam quanto graviora sibi intulit damna per culpam,
Psal. 31. (quoniam & illi beati quorum tecta bonis operibus sunt peccata) & ut scriptum est, quia peccavit, & populum peccare fecit, tanta sint bona quæ tanta operiant mala.

VI.

Deinde si spoponderit ad pacem & concordiam præsentaliter in toto corde & ore, & quantociùs rationabiliter & possibiliter atque convenienter ex communi consensu fieri poterit, etiam præsentia corporis ad pacem & concordiam cum fratre suo Karolo se rediturum & in pace ac caritate Deo placita cum præfatis Principibus nostris Karolo atque Hlothario, si ipsi eandem pacem & concordiam erga eum servaverint, permansurum, & in se peccantibus debita dimiserit, sicut sua à Deo debita sibi cupit dimitti. Quia itidem
Hebr. 12. scriptura dicit. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Et cùm mala cuncta bonis sequentibus diluantur, tantum est discordiæ malum, quæ nisi extincta funditus fuerit, bonum nullatenus sequi evangelio teste permittat. & caritas est quæ operit multitudinem peccatorum, sine qua etiam si quis corpus suum tradat ad ignem, nihil ei nisi ad damnationis judicium proderit.
Matt. 6. Et Dominus dicit: *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra.*

VII.

Post hæc si promiserit quòd jam ulteriùs tale vel simile schisma in hac sancta Dei Ecclesia atque in ista Christianitate
Eccli. 34. non reiteret. Vnde scriptum est: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lavatio ejus?* Baptizatur quippe à mortuo qui mundatur fletibus à peccato. sed post baptisma mortuum tangit qui culpas post lacrymas repetit. Et iterum
2. Pet. 2. scriptum est: *Canis reversus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti.* Quia qui peccatum post pœnitentiam repetit, quasi in lutosa aqua semetipsum volvit, vitæ munditiam subtrahit, ipsas etiam lacrymas ante Dei oculos sordidas facit.

VIII.

Tunc demum promittat se ab illorum perditorum hominum tuitione atque favore, per quos tam graviter Deum offendit, disjungere. Et qui quasi ad ejus fidem, sed potiùs infideliter ad eum venerunt, ad rectam rationem in proximo placito ante fratrem suum Karolum & nepotem suum Hlotharium, sicut Deo teste jam apud Marsnam propria manu firmaverat, venire, si potuerit, faciat. Et quemcunque illorum recta ratio dignificaverit, dignè honore suo fruatur. Et qui per rectam rationem erga seniorem suum justificari non potuerit, & rationabilem misericordiam pro eo expetierit, eandem rationabilem misericordiam illi obtineat. De illo verò quem recta ratio & justum judicium condemnaverit, ut Rex Christianus cum Rege Regum Christo concordet, & alienæ perditioni se non commisculet: quia, ut
Rom. 1. Paulus dicit, non solùm qui faciunt, sed etiam qui malè facientibus consentiunt, digni sunt morte. Vnde sanctus Innocen-
Di. 83. c. 3. Error. tius dicit quia non multum interest inter committentis animum & consentientis favorem. Addo ampliùs, plerunque dedisci errare cui nemo consentit. Et iterum sanc-
1. Cor. 5. tus Paulus cum talibus hominibus nec cibum sumere permittit. Et sanctus David dum totum se ad fœdera pacis internæ constringeret, testatur quòd cum malis concordiam non teneret, dicens: *Nonne*
Psal. 138. *qui oderunt te, Deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Inimicos etiam Dei perfecto odio odisse est, ad quod facti sunt diligere, & quod faciunt increpare; mores pravorum premere, vitæ prodesse. Hinc Finees peccantem civem coëuntem cum Madianite perculit,

& iram Dei iratus placavit. Et Ioſaphat, qui tot de anteacta vita præconiis attollitur, de Achab Regis amicitiis penè periturus increpatur. cui à Domino per Pro-
2. Par. 19. phetam dicitur: *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia jungeris. Et idcirco iram quidem Domini mereberis; ſed bona opera inventa ſunt in te.* Hinc ſacri canones à ſancto promulgati Spiritu dicunt ut hi qui poſt excommunicationem vel interdictum cum excommunicatis communicaverint, condemnati anathema habeantur. Et ſanctus Cyprianus Regis miniſterium eſſe dicit impios de terra perdere, homicidas, perjuros, adulteros, veneficos, ſacrilegos non ſinere vivere. Et in libro Regum ſcriptum eſt, di-
3. Reg. 20. cente Domino per Prophetam: *Quia dimiſiſti virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.* Et quàm noxia ſit indebita erga iniquos miſericordia, monſtratur in opere Saul ac Samuelis: quoniam cui Saul pe-
15. Reg. 15. percit offendens Dominum, Samuel Propheta in fruſta concidit. Nam ſicut quiſque in ſe peccantibus debet propter Deum dimittere, ita in Deum peccantes, & Eccleſiam conculcantes, & regni pervaſores, & in Chriſtianitatis depopulatores, & in pacis perturbatores, & in patriæ proditores debet miniſter Domini Rex debitam vindictam propter Deum exercere. Quapropter ſciat Rex nobis amabilis quia ſicut infirmus ſanari non poteſt qui à medico coquitur, quandiu ferrum ignitum in illius tenetur corpore, ita & nemo ſanari poteſt à peccato quandiu in peccato manſerit, vel quandiu in peccato manenti ſcienter & libenter communicaverit.

IX.

Tandem ſi ſe promiſerit adjutorem & cooperatorem Dei pro viribus de cetero & rationabiliter futurum, qualiter Eccleſia Dei quæ in ſuo regno ac regnis noſtrorum Principum una eſt, ſicut & unum ſacerdotium, ſecundùm qualitatem periculoſi temporis in unoquoque ordine reſtituatur, & ſacerdotes Dei debita privilegia & eccleſiaſticum vigorem obtineant, & populus juſtitiam & pacem habeat, congregatis vobis & noſtro immo divino ſpiritu, qui eſt remiſſio omnium peccatorum, per eccleſiaſticam apoſtolicæ auctoritatis poteſtatem illi peccata in noſtris parrochiis per illum & ab illo commiſſa eccleſiaſtica pietate & canonico more dimittite, eíque indulgentiam poſtulanti donate, atque illum ſacræ communioni, qua ipſe ſe privaverat excommunicatis communicans, reſtituite.

X.

Et licèt multorum annorum ſecundùm præfixos à ſacris canonibus gradus pœnitentiæ hæc perpetrata facinora indigerent, tamen confiſi de Dei miſericordia, apud quem non ſic acceptatur menſura temporis ut doloris, nec abſtinentia ciborum ſicut mortificatio vitiorum, non præjudicantes patrum ſententiis quæ de hujuſmodi decreverunt, ſed potiùs eorum ſequentes humaniorem diffinitionem, hæc ſcribimus. Ait ſancta Synodus Africana: *Pœnitentibus ſecundùm differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora diſcernantur.* Et S. Leo apoſtolicæ ſedis Pontifex: *His*, inquit, *qui in tempore neceſſitatis & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confeſſio, dicente Dei ſpiritu per Prophetam: Cùm converſus ingemueris, tunc ſalvus eris. & alibi: Dic iniquitates tuas prior, ut juſtificeris. & item: Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio. In diſpenſandis itaque donis Dei non debemus eſſe difficiles, nec ſe accuſantium gemitus lacrymaſque neglegere, cùm ipſam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo: Ne forte det illis Deus pœnitentiam, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem.* Et ſanctus Gregorius in evangelij homelia dicit: *Veniat foras mortuus, id eſt, culpam confiteatur peccator. Venientem verò foras ſolvant diſcipuli, ut paſtores Eccleſiæ ei pœnam debeant amovere quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit.*

Concil. Carthag. III. c. 31.
Leo I. epiſt. 91. Halitgar. lib. 3. c. 9. Regino lib. 1. c. 108. Burchard. lib. 18. c. 4.
Eſa. 44.
Pſal. 129.
2. Tim. 2.
S. Gregor. hom. 20. in evang.

XI.

His perpenſis, fratres cariſſimi, ſi, ut diximus, jamdictum Regem à nobis amabilem ita contemperatum divinæ voluntati & ſacræ auctoritati inveneritis, ſecundùm miniſterium vobis à Deo traditum cum noſtra unanimitate abſolvite. Sin aliàs, vos nullo modo cum eo, quem abſolvere non poteritis, ligare nolite: quoniam nec coram Deo nec in ſynodo nos inde auctores habebitis, ſi agere aliter, quod abſit, præſumpſeritis; vóſque & in ſynodo & coram Deo pro facto irrito dabitis rationes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XII.

Et si ipse, quod Deus longè faciat, ea quæ egit, unde illum nunc commonere vos mittimus, reiteraverit, omnia & ante divinos oculos & ad ecclesiastica judicia redivivo vulnere curanda vel amputanda noverit revenire. Si quid quoque contra sanctam auctoritatem præsumptum vel subreptum sive extortum fuerit, non solùm in divinis examinationibus, verùm nec in divinis legibus quippiam prævalebit. Et non sit de cetero immemor idem Rex glorioſus quod dicit sanctus Gregorius. *Sciendum est*, inquit, *quia quisquis inlicita nulla commisit, huic jure conceditur ut licitis utatur; sicque pietatis opera faciat ut tamen, si noluerit, ea quæ mundi sunt non relinquat. Quilibet verò tanto à se licita debet abscidere quanto se meminit & inlicita perpetrasse. Neque enim par fructus esse boni operis debet ejus qui minùs & ejus qui amplius deliquit, aut ejus qui in nullis & ejus qui in quibuslibet facinoribus cecidit. Sed tanto quisque majora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam quanto graviora sibi intulit damna per culpam.* Vnde à vobis nostra quin potiùs Dei voce commoneatur ut sic studeat præteritorum pœnitens, & imminentia atque futura cavens, Deo militare in regno terreno, quatenus mereatur conregnare Christo in regno cœlesti.

Regino lib. 1. c. 318. Burchard. lib. 19. c. 65.

Hæc quæ sequuntur peracta legatione renuntiarunt Episcopi.

De indulgentia sua nobis Hludouvicus Rex pridie Nonas Iunias in Wormatia dixit. Volo vos precari ut si in aliquo vestros animos offendi, ut hoc mihi perdonetis, ut inantea securus vobiscum loqui possimus. Ad hæc Hincmarus, qui primus in ordine ex sinistra parte illius stetit, respondit dicens: Ista causa citò ad effectum pervenire potest; quia quod nos offerimus, hoc vos petitis. Et monente Grimoldo ac Theodorico Episcopo, iterum ipse Hincmarus dixit: Nihil contra me fecistis unde noxium rancorem in mente contra vos teneam: quia si facerem, ad altare, ut Domino sacrificarem, accedere non auderem. Iterum monentibus eisdem Grimoldo & Theodorico ac Salomone, dicente ipso Theodorico hæc verba, Facite sicut senior noster precatur, parcite illi, respondit ipse Hincmarus hæc eadem verba: Quod in me, id est, in mea persona, offendistis, & peperci & parco. De hoc autem quod in Ecclesia mihi commissa & in populo malè est factum, voluntariè vobis dono consilium, & secundùm Deum præsto auxilium, ut inde salvi sitis, si vobis placet. Et præfati viri responderunt: Certè bene dicit. & ceteri fratres nostri in hæc verba & senserunt & professi sunt. Tanta & talis indulgentia illi largita fuit, & non altera, neque ampliùs. De scripto autem quod confirmatum nobis est traditum, nec ipse à nobis quiddam quæsivit, nec nos illi aliquid diximus; quoniam necdum cum illo ex hujusmodi in ratione eramus. Ipse autem post hæc & alia dixit nos egisse quod non egimus, ex hoc materiam sumens quod Guntharius illi familiariter, ut eum instrueret & ad satisfactionem provocaret, scriptum relegit ita inquiens: Vos mihi transmisistis vestram epistolam cum capitulis. vos venistis cum causa facta. Nos non sumus hic nisi duo vel tres, qui sine aliis huc exilivimus. in illas causas intrare non possumus antequam cum nostris Episcopis inde tractemus: quia, Deo gratias, nihil sine illorum consilio feci. & postea inde respondeam. Nos autem expectabamus ut consilium à nobis de sua salute oblatum ipse quæreret, & tunc ei secundùm illud scriptum donaremus consilium. Ipse autem de suo gradu respondit quòd in illud scriptum non intraret antequam cum suis Episcopis consideraret. Et sic quicquid in generali causa Ecclesiæ & populi egit, penes illum remansit.

TITVLVS

TITVLVS XXIX.

Synodi Tullenſis apud Saponarias.

HÆC VENTILATA, DEFINITA, ATQVE OBTENTA ſunt in ſynodo duodecim provinciarum quæ habita eſt anno incarnationis dominicæ DCCCLIX. *Indictione* VII. *in territorio Tullenſi, ſub Principibus Karolo, Hlothario, & item Karolo.*

Cap. I.

VT caritas fraterna & concordia pacis reformetur inter fratres, Principes ſcilicet ac glorioſos Reges noſtros Hludouvicum & Karolum; qualiter ſchiſma quod ortum eſt nuper in Eccleſia, ad unitatem benignitatis valeat redintegrari, & ſtatus Eccleſiæ penè conlapſus reſtitui, & pax ac juſtitia in populo Chriſtiano valeat procurari, & qui à fidelitate debita defecerunt, judicio & juſtitia per rectam rationem & rationabilem miſericordiam poſſint ſalvari & à perverſo conamine ad ſalubriora converti.

II.

Epiſcopi namque ſecundùm illorum miniſterium ac ſacram auctoritatem uniti ſint, & mutuo conſilio atque auxilio Reges regnorúmque primores atque populum ſibi commiſſum in Domino regant & corrigant; & nemo ſe à ſolatio mutuo ſubtrahat, ſed ſynodales conventus ſecundùm juſſionem canonicam frequentare procurent: quatenus ordo eccleſiaſticus, qui quaſi obliteratus jam fuerat, (quoniam ſynodi propter diſcordiam Regum frequentari non poterant) epiſcopali collatione ad neceſſarium ac debitum ſtatum reduci prævaleat. unde etiam conſenſum apud Reges expetitum obtinuerunt.

III.

Reges nihilominus ac Principes noſtri Karolus, Hlotharius, atque item Karolus ad Dei voluntatem atque ſanctæ Eccleſiæ ſtatum, ſuámque ſalutem & populi ſalvationem, gratias Deo, uniti & in eadem ſalutari unitate firmati ſunt.

IV.

Perventum eſt ante conventum Epiſcoporum quendam Diaconum, cui Tortoldus nomen eſt, epiſcopalem poteſtatem in urbe Bajocacenſium occupaſſe, & pollicitationibus ac minis ſollicitare multos ac perturbare. Vnde definivit ſancta ſynodus ut Wenilo Senonum Archiepiſcopus, cujus Diaconus fuit, adjunctis ſecum tribus aliis, memoratum Diaconum evocatum audiant, & ſecundùm auctoritatem canonicam de eo definiant. Si autem refugerit eorum cognitionem, annitente principali poteſtate venire ad audientiam compellatur. Quòd ſi hanc quoque declinaverit, anathemate feriatur.

V.

De quodam etiam Subdiacono Anſcario, qui vivo & incolumi Epiſcopo civitatis Lingonum ſedem pervaſit, ſimili eſt ſententia definitum. Sed intervenientibus legatis ejuſdem Subdiaconi, humanior eſt prolata ſententia; videlicet ut ſacramento confirmet ſe nunquam talia hujuſmodi præſumptione facturum. Cujus ſacramenti tenorem huic capitulo ſubnectere dignum exiſtimavimus. Ego Anſcarius Subdiaconus confiteor coram Domino & ſanctis angelis ejus, reverentiæ ſanctæ paternitatis veſtræ, contra Dei voluntatem & contra canonica ſtatuta temerè me feciſſe in Iſaac venerabilem Pontificem, uſurpando ſedem Eccleſiæ ſanctæ ſibi commiſſæ Lingonicæ, & ſollicitando Clericos & vaſſallos ejus omnémque familiam. Atque ideo pro tantæ præſumptionis exceſſu, per ſacri miniſterij veſtri vobis largitam à Domino poteſtatem veniam mihi pœnitenti largiri ſuppliciter deprecor. Deinceps verò nec in eundem antiſtitem nec in alium quemlibet nec in illa nec in alia Eccleſia hujuſmodi præſumptionem facere tentabo & neque illi aut alicui ſuorum Clericorum aut laicorum in aliqua re impedimentum faciam pro hac cauſa; quia me graviter deliquiſſe confiteor. Neque inſidias eis ullius inquietudinis parabo neque per me neque per aliquem meorum propinquo-

rum nec per quemcumque hominem; sed potiùs adjutor pro viribus & intelligentia ipsi suíque ero, prout sibi placuerit. Et qui sibi pro hoc ipso inimici sunt, quos ipse voluerit, si potuero, eidem procurabo. Sic me Deus adjuvet & istæ sanctæ sanctorum reliquiæ. Statuit etiam sancta synodus ut nunquam ad eandem Lingonensem Ecclesiam, sive ad Ianuacensem, quam jam pridem pari modo adstrixerat, debeat adspirare. Et si ita ut præmisimus jussis episcopalibus obedire refugerit, sententiam superiùs Diacono datam incurrat.

V I.

Vide infrà tit. 30. Deinde gloriosus Rex Domnus Karolus sacræ synodo libellum appellationis electorúmque judicium inter se & Wenilonem Senonum Archiepiscopum, qui ab eo defecerat, & proclamationis diploma porrexit. Vnde secundùm sacram auctoritatem, & induciæ ac dierum dilatio est concessa, & certa accusatio per Episcopos & synodicas literas præfato Archiepiscopo est intimata secundùm regulas divinitus promulgatas.

V I I.

Mota est etiam quæstio de Attone Virdunensium Episcopo, quòd oblatione regulari (unde petitio ibidem est præsentata) in monasterio sancti Germani Autissiodorensium extiterit, & contra regulas ecclesiasticas inde discedens, minùs provisè quàm sacra auctoritas doceat, ad ordinem episcopalem pervenerit. Vnde etiam definitum est dari sibi commeatum veniendi ad aliam synodum, sicut sacra sancit auctoritas.

V I I I.

Ad Episcopos siquidem Brittonum, qui se contra auctoritatem à metropoli sua moliuntur discindere, synodus literas secundùm auctoritatem sacram direxit quatenus ad suam metropolim redeant, eíque debito jure se subdant, nec à canonica & episcopali communione se segregent. Excommunicatis etiam, sicut sacræ decernunt regulæ, nequaquam communicent, & Salomonem commoneant ut promissam fidem glorioso Regi Karolo observet, & ipse & Brittones communicantes ipsi se sacra communione non privent.

I X.

Ad memoratos quoque excommunicatos sancta synodus litteras direxit, eísque usque ad futuram proximam synodum corrigendi spatium tribuit, monens ecclesiastica pietate ut convertantur & vivant: quia nisi se correxerint, in futura synodo generali unanimitate anathemate terribili ferientur.

X.

Relecta sunt denique in eadem synodo quædam capitula super quibus quorundam fratrum sensus dissentire probantur. Vnde convenit inter Episcopos ut Deo favente pace ac tranquillitate recuperata simul conveniant, & prolatis sanctarum scripturarum atque catholicorum doctorum sententiis, quæ saniora sunt concordi unanimitate sequantur.

X I.

Tandem postulavit humiliter synodus generalis, se ad terram usque prosternens ante Karolum Regem & Rodulfum Biturigum Archiepiscopum, obsecrans & adjurans per crucem & Christi sanguinem ut privilegium monasterij sancti Benedicti, quod annuente Rege præfato firmaverant, quódque idem Rodulfus subscripserat, qui præfatam abbatiam inregulariter tenebat, ratum & inconvulsum servare studerent. Quòd si Abbas negligens & sacris regulis inconveniens per directos Missos inventus fuerit, ab eadem paternitate removeatur, & alius qui dignus repertus fuerit substituatur, & privilegij regularis auctoritas in eodem monasterio quacunque occasione non destituatur.

X I I.

Hæc de præcipuis in eadem sacra synodo fuere statuta. Ceterùm specialia de quibusque parrochiis, prout visum fuit, secundùm ecclesiasticam auctoritatem definita, & Episcopis in propriis parrochiis sunt ad exsequendum commissa.

X I I I.

Placuit omnibus, ut creditur instinctu divino, qui ad universale Concilium in vicinia Tullensium confluxerunt, quoniam calamitatum tædio laborabant, quo invenirent aliquid ubi consolationis gratia respirarent. Statuerunt itaque ut pro se invicem omnes, dum adviverent, preces hujusmodi frequentarent. Scilicet ut singuli pro cunctis per singulas hebdomadas feria quarta Missam celebrarent. Post vocationem autem cujuslibet eorum, superstites obtineant ut pro eo qui decesserit, in sedibus septenæ Missæ totidémque vigiliæ Domino persolvantur, à Presbyteris autem monasteriorum sive villarum tres Missæ totidémque vigiliæ dependantur. Exitus autem uniuscujusque viciſſim piis currentibus litteris innotescat. Præsentes etiam Abbates in tam profutura societate recepti eadem se conditione junxerunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TITVLVS XXX.

Synodi Tullensis apud Saponarias.

LIBELLVS PROCLAMATIONIS DOMNI KAROLI Regis adversùs Vvenilonem Archiepiscopum Senonum, electis judicibus Remigio Lugdunensium, Eirardo Turonorum, Vveniloni Rothomagensium, & Rodulpho Biturigum Archiepiscopis in sancta synodo duodecim provinciarum apud Tullensem parrochiam, in suburbano ejusdem urbis quod dicitur Saponarias, propria ipsius manu porrectus anno incarnationis dominicæ DCCCLIX. *indict.* VII. XVIII. *Kal. Iulias.*

Cap. I.

QVia, sicut dicit sanctus Gregorius, & ex consuetudine olitana cognoscitis, in Francorum regno Reges ex genere prodeunt, mihi à Domno & genitore meo piæ memoriæ Hludouvico Augusto pars regni inter fratres meos Reges divina dispositione est tradita. In qua parte regni vacabat tunc pastore metropolis Senonum, quam, juxta consuetudinem prædecessorum meorum Regum, Weniloni tunc Clerico meo in capella mea mihi servienti, qui more liberi Clerici se mihi commendaverat, & fidelitatem sacramento promiserat, consensu sacrorum Episcoporum ipsius metropolis ad gubernandum commisi, & apud Episcopos, quantum ex me fuit, ut eum ibidem Archiepiscopum ordinarent obtinui.

II.

Post hæc de divisione regni inter me & fratres meos ratio est exorta notissima, unde partem divisionis cum mutuis, nostris scilicet nostrorúmque fidelium sacramentis, sicut etiam primores regni totius invenerant, tenendam & gubernandam suscepi. Quam divisionem inter me & fratres meos de cetero à me substantialiter tenendam, sicut & alij qui ibi adfuerunt Episcopi, Wenilo mihi fratribúsque meis propria manu juravit: pacem etiam & mutuum adjutorium inter me & præfatum fratrem Hludouvicum Wenilo sacramento firmavit.

III.

Sed & post hoc, electione sua aliorúmque Episcoporum ac ceterorum fidelium regni nostri voluntate, consensu, & acclamatione, cum aliis Archiepiscopis & Episcopis Wenilo in dioceси sua, apud Aurelianis civitatem, in basilica sanctæ crucis, me secundùm traditionem ecclesiasticam Regem consecravit, & in regni regimine chrismate sacro perunxit, & diademate atque regni sceptro in regni solio sublimavit. A qua consecratione vel regni sublimitate supplantari vel projici à nullo debueram, saltem sine audientia & judicio Episcoporum quorum ministerio in Regem sum consecratus, & qui throni Dei sunt dicti, in quibus Deus sedet, & per quos sua decernit judicia; quorum paternis correptionibus & castigatoriis judiciis me subdere fui paratus, & in præsenti sum subditus.

IV.

Denique cùm seditiones in regno nostro per homines irreverentes cœperunt crebrescere, consensu Episcoporum ac ceterorum fidelium nostrorum chirographum invicem conscripsimus, qualiter ego erga eos cooperante Domino agere vellem, & qualiter mihi consilio & auxilio iidem fideles nostri ab inde postmodum solatium ferre debuissent. Cui scripto Wenilo apud Baiernam villam propria manu subscripsit, sicut in præsenti videre potestis.

V.

Deinde cùm contra paganos ad insulam loci qui Oscellus dicitur cum fidelibus nostris & terreno itinere ac navigio, sicut scitis, perrexi, quidam à nobis deficientes fuga lapsi sunt. Wenilo autem se pro infirmitate sua illuc ire non posse dicens, ad sedem suam reversus est. Dum autem in procinctu eo nos infirmi degeremus, frater noster Hludouvicus, sicut scitis, cum

manu hostili & seditiosis hominibus ex regno suo regnum nostrum irrupit. Ad cujus colloquium sine mea voluntate atque licentia Wenilo venit, quem supplantatorem meum esse cognovi. quod nemo Episcoporum ex regno nostro alius fecit.

VI.

De cetero, cùm contra prædictum fratrem meum & inimicos meos ac vastatores Ecclesiæ & depopulatores regni qui cum illo erant, cum fidelibus Dei ac nostris perrexi, nec per se ipsum nec per debitum solatium quod antecessores mei Reges & ego ipse ex Ecclesia illi commissa habere solitus eram, aliquid adjutorij præbuit, præsertim cum hoc devotè ab illo petierim.

VII.

Cùm autem ratio & necessitas mihi accidit, de villa Breona ut à prædicto fratre meo secederem, & ipse frater meus Hludouvicus ad hoc rediit in partem regni mei ut mihi meum nepotem subriperet & homines meos mihi subtraheret ac fideles meos vastanter imprimeret, Wenilo cum quo potuit solatio ad prædictum fratrem meum Hludouvicum in meam contrarietatem venit; cum quo erant excommunicati istius regni & seditiosi, de quorum excommunicatione coëpiscoporum suorum litteras accepit, & Missas publicas fratri meo, cum quo ipsi seditiosi erant, in palatio meo Attiniaco & parrochia & provincia alterius Archiepiscopi fidelis nostri sine sua licentia ac coëpiscoporum consensu Wenilo excommunicatis vel excommunicatorum participibus celebravit. Et in eo concilio atque consilio fuit quo nepos meus Hlotharius per mendacia, quantum ex seductoribus suis, subriperetur, & debitum ac sacramento promissum solatium atque adjutorium ex illo mihi subtraheret.

VIII.

Prædictis nihilominus fratris mei consiliariis & publicis ac secretis tractatibus Wenilo cum specialibus familiaribus & inter priores ejus familiariter cum episcopali judicio, ut diximus, excommunicatis & judicio regni dijudicatis interfuit, quatenus partem regni quam idem frater meus & Wenilo mihi juraverant, & in qua Wenilo me Regem sacraverat, sæpefatus frater meus obtineret, & ego illam perderem.

IX.

Wenilo in eo consilio & tractatu fuit ut Episcopi qui mihi fidei promissæ debitores erant, & consilium atque auxilium manu propria confirmatum ferre debuerant, deficerent & ad fratris mei Hludouvici obsequium & subditionem se verterent.

X.

De abbatia sanctæ Columbæ & rebus vel honoribus regni mei apud Hludouvicum fratrem meum præceptum obtinuit, & litteras ad Missos, quò eandem abbatiam revocarent, Echardum & Theodoricum impetravit. Sed in eisdem litteris ad præfatos Missos jussionem fratris mei Hludouvici Wenilo obtinuit ut de muro castelli Meloduni, quod jus regiæ est potestatis, petras haberent licentiam prendere. Vnde constat quòd in plebe istius regni mihi à Deo collati eum studebat colere & satagebat tenere.

XI.

Wenilo in eo consilio & tractatu cum præfatis excommunicatis fuit ubi confideratum est quatenus illi homines qui mihi fideles erant, & mihi sacramento fidelitatem promiserant, sive nolentes sive volentes fratri meo Hludouvico jurarent ut ei adjutorium ferrent qualiter regnum meum contra me obtinere potuisset. Et non solùm consilio Wenilo interfuit, sed & ipse hoc idem consilium fratri meo Hludouvico contra meam fidelitatem, quam mihi promisit sacramento, donavit.

XII.

Wenilo per se & per familiares suos, supradictos scilicet excommunicatos, apud fratrem meum Hludouvicum obtinuit ut vacans episcopatus Bajocacensis scilicet civitatis propinquo suo Clerico meo nomine Tortoldo, qui mihi se commendavit, & fidelitatem sacramento promisit, donaretur, qui eundem episcopatum in mea infidelitate & contra fidelitatem mihi promissam consensu Hludouvici fratris mei accepit.

XIII.

Tandem postquam mihi Deus vires recuperandi mei per solatium fidelium meorum contra fratrem meum donavit, perrexi propè de civitate Wenilonis, qui me contra fratrem meum ad recuperandum regnum meum pergere scivit, & nullum adjutorium vel per se, promisso ac subscripto consilio, vel per militiam, quæ ex Ecclesia sibi commissa solet exire, adjutorium aliquod præstitit.

TITVLVS XXXI.

In Basilica sancti Castoris apud Confluentes.

ADNVNTIATIO DOMNI KAROLI.

VOs scitis quomodo aliquanti homines, minùs quàm necesse fuerat Deum timentes, nostrum fratrem Hludouvicum quasi sub bona intentione hoc anno sollicitaverunt ut in regnum nostrum taliter veniret sicut ipsi scitis. unde nos Deus & vestra fidelitas sic adjuvavit sicut & bene cognoscitis. Post hoc laboravit, adjuvante Domino, iste carissimus nepos noster ut inter nos pax fieret, sicut per rectum esse debet, & ut monentibus Episcopis ad illam caritatem & fraternam concordiam rediret sine qua nullus Christianus salvus esse non potest. Propterea transmisit ad nos suos Missos, & mandavit nobis primùm tale missaticum quod nobis impossibile visum fuit. Deinde quia illud missaticum non suscepimus, aliud missaticum nobis sui Missi dixerunt. quod quia & secundùm Deum salubre & secundùm seculum utile nobis videtur, volumus vobis illud dicere. & si vobis ita sicut & nobis videtur, cum vestro consilio volumus illud recipere, & quod Deus concesserit, ad necessarium effectum perducere.

Hæc sunt nomina Episcoporum qui anno incarnationis dominicæ DCCCLX. *Non. Iuniis in Secretario Basilicæ sancti Castoris consideraverunt cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem quam glorioſi Reges nostri Hludouvicus & Karolus atque Hlotharius inter se fecerunt* VII. *Idus Iunias in eodem monasterio, & qui hæc capitula ab omnibus conservanda acceptaverunt.*

Hincmarus, Guntharius, Altfridus, Salomon, Adventius, Hatto, Franco, Teudericus, Leutbertus, Gebehardus, Christianus, Vvlfadus Abba, Vvitgarius Abba.

Hæc nomina Laicorum.

Chuonradus, Eurardus, Adalardus, Arnustus, Vvarnarius, Liutfridus, Hruodulfus, Erkingarius, Gisslebertus, Ratbodus, Arnulfus, Hugo, item Chuonradus, Liutharius, Beringarius, Matfridus, Boso, Sigeri, Hartmannus, Liuthardus, Richuinus, Vvigricus, Hunfridus, Bernoldus, Hatto, Adalbertus, Burchardus, Christianus, Leutulfus, Hessi, Herimannus, item Hruodulfus, Sigehardus.

SACRAMENTVM FIRMITATIS HLVDOVVICI REGIS.

Amodo & quandiu vixero, istum fratrem meum Karolum, & nepotes meos Hludouvicum, Hlotharium, atque Karolum, ad Dei voluntatem & sanctæ ejus Ecclesiæ statum & honorem atque defensionem, & ad nostram communem salutem & honorem, & ad populi Christiani nobis commissi salvamentum & pacem, & ad legis ac justitiæ atque rectæ rationis conservationem, quantum mihi Deus scire & posse donaverit, & ipsi me obaudierint, & à me ipsi quæsierint, vero consilio, & secundùm quod mihi rationabiliter & salubriter possibile fuerit, sincero auxilio adjutor ero ad regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neque in regno illorum eos forconsiliabo. In hoc ut ipsi erga me similem promissionem faciant & conservent. Si me Deus adjuvet & istæ sanctæ reliquiæ.

CAPITVLA AB OMNIBVS CONSERVANDA.

CAP. I.

VT omnium præteritorum malorum & contrarietatum & supplantationum ac malarum machinationum atque molitionum seu nocumentorum invicem actorum abolitio ita inter nos & apud nos fiat & à nostris cordibus penitùs avellatur

cum omni malitia & rancore ut nec in memoriam ad retribuendum duntaxat mali vel contrarietatis atque exprobrationis seu improperij de cetero exinde quiddam veniat.

II.

Vt tanta inter nos Domino cooperante veræ caritatis benignitas abhinc in ante semper maneat de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, sine dolo & simulatione, ut nemo suo pari suum regnum aut suos fideles vel quod ad salutem sive prosperitatem ac honorem regium pertinet discupiat aut forconsiliet, aut per occultos susurrones libenter composita mendacia seu detractiones acceptet.

III.

Vt unusquisque fideliter suum parem, ubicunque necessitas illi fuerit, & ipse potuerit, aut per se aut per filium aut per fideles suos & consilio & auxilio adjuvet ut regnum, fideles, prosperitatem, atque honorem regium debitè valeat obtinere. Et veraciter unusquisque erga alterum certatim demonstret quia in paris sui adversitate, si evenerit, fraterno modo contristetur, & in prosperitate illius lætetur. Et talem fidem sicut inter nos modò abhinc in ante conservaturos confirmatum habemus, sic unusquisque infantibus fratris sui, si obierit, ille qui superfuerit conservabit.

IV.

Et quia per vagos & tyrannica consuetudine inreverentes homines pax & tranquillitas regni perturbari solet, volumus ut ad quemcunque nostrum talis venerit ut de his quæ egit rationem & justitiam subterfugere possit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat vel retineat nisi ut ad rectam rationem & debitam emendationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes in commune, in cujus regnum venerit, illum persequamur, donec ad rationem perducatur, aut de regno deleatur.

V.

Similiter & de eo agendum est qui pro aliquo capitali & publico crimine à quolibet Episcopo corripitur vel excommunicatur, aut de excommunicatione crimen faciens, regnum & Regis regimen mutat, ne debitam pœnitentiam suscipiat aut susceptam legitimè peragat. Interdum etiam incestam propinquam suam, aut sanctimonialem, vel raptam, sive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens secum ducit. Hic talis, cùm Episcopus ad cujus curam pertinebit nobis notum fecerit, diligenter perquiratur, ne morandi vel latendi locum in regno alicujus nostrum inveniat, & Dei ac nostros fideles suo morbo inficiat; sed à nobis vel ministris reipublicæ constringatur, & ut simul cum diabolica præda, quam secum duxit, ad Episcopum suum redeat, & de quocunque crimine publico debitam pœnitentiam suscipiat, aut susceptam legitimè peragat, compellatur.

VI.

Vt nemo Episcoporum hominem peccantem ab Ecclesia & Christiana communione alienet, donec illum secundùm evangelicum præceptum, ut ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccans si commonitus inobediens & incorrigibilis permanserit, & ad emendationem redire noluerit, regiam vel reipublicæ potestatem per se Episcopus vel per ministros suos adeat, ut constringatur, & ad emendationem ac pœnitentiam peccator redeat. Qui etiam si ita ad correctionem perduci nequiverit, tunc secundùm leges ecclesiasticas medicinali separatione à communione ecclesiastica segregetur. Regino lib. 2. c. 305.

VII.

Vt illis hominibus qui in talibus perturbationibus, sicut in his præteritis annis acciderunt, in Deum & in sanctam Ecclesiam atque in nos peccaverunt, si se ex veritate recognoscentes petierint, & deinceps nobis veraciter fideles esse voluerint, & in regnis nostris pacifici ac quieti & legibus ac justitiæ obedientes extiterint, rationabilis misericordia impendatur, non solùm in indulgentia commissorum, & in concessione proprietatum, verùm etiam & in largitione honorum secundùm nostram rationabilem possibilitatem.

VIII.

Vt de rapinis ac deprædationibus & de conspirationibus atque seditionibus, & de raptis feminarum, sicut ecclesiasticæ & Christianæ leges atque progenitorum nostrorum Capitula continent, ita in omnibus & ab omnibus conserventur.

IX.

Vt alia etiam Capitula eorundem progenitorum nostrorum de sanctæ Ecclesiæ honore & immunitate ac conservatione, & de regio etiam honore atque vigore, & populi nobis commissi lege ac justitia, in omnibus & ab omnibus conserventur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

X.

Vt noſtri fideles, unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu, veraciter ſint de nobis ſecuri quia nullum abhinc inantea contra legem & juſtitiam vel auctoritatem ac juſtam rationem aut damnabimus aut dehonorabimus aut opprimemus vel indebitis machinationibus adfligemus, & illorum ſcilicet veraciter nobis fidelium communi conſilio, ſecundùm Dei voluntatem & commune ſalvamentum, ad reſtitutionem ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſtatum regni & ad honorem regium atque pacem populi commiſſi nobis pertinenti adſenſum præbebimus; in hoc ut illi non ſolùm non ſint nobis contradicentes & reſiſtentes ad iſta exequenda, verùm etiam ſic ſint nobis fideles & obedientes ac veri adjutores atque cooperatores vero conſilio & ſincero auxilio ad iſta peragenda quæ præmiſimus, ſicut per rectum unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu ſuo Principi & ſuo ſeniori eſſe debet.

XI.

Vt ſic ſimul conjuncti & nos fratres ac nepos noſter ad invicem, & nos cum fidelibus noſtris, & fideles noſtri nobiſcum, & omnes ſimul cum Deo nos reconjungamus, & ut nobis ſit propitius illi pro devoto munere offeramus. & unuſquiſque omnium noſtrum abſque ſua propria excuſatione vel juſtificatione recognoſcamus in quibus aut ſingillatim aut communiter contra illius mandata & decreta ſuorum ſanctorum fecimus aut conſenſimus in ordine eccleſiaſtico & ſtatu regni, & per ſingula in medium illa producamus. & nemo noſtrum ſuo aut amico aut propinquo vel confœderato immo nec ſibi ipſi ſeculariter parcat ut ſpiritaliter & ſalubriter parcere poſſit. quin, ſicut præmiſimus in præcedenti capitulo, vero conſilio & ſincero auxilio illa in commune certatim emendari totis viribus procuremus, quantociùs rationabiliter poterimus.

XII.

Et ſi aliquis de ſubditis, in quocunque ordine & ſtatu, de hac convenientia exierit aut ſe retraxerit, vel huic communi decreto contradixerit, ſeniores cum veraciter fidelibus ſuis hæc ſecundùm Dei voluntatem & legem ac juſtam rationem, velit nolit ille qui divino conſilio & decreto & huic convenientiæ reſiſtens & contradicens fuerit, exequantur. Et ſi aliquis de ſenioribus de hac convenientia exierit aut ſe retraxerit, vel huic communi decreto, quod abſit, contradixerit, cùm plures ſeniorum noſtrorum fideles & regnorum primores in unum convenerint, eorum qui obſervaverint conſilio, & Epiſcoporum judicio, ac communi conſenſu, qualiter de eo qui debitè admonitus incorrigibilis perſeveraverit agendum ſit, faciente Domino decernatur. Et ut obnixiùs ſupraſcripta capitula à nobis auxiliante Domino inviolabiliter obſerventur, & nos illa obſervaturos certiùs credatur, manibus propriis ſubterfirmavimus.

ADNVNTIATIO DOMNI HLVDOVVICI REGIS APVD CONFLVENTES LINGVA THEODISCA.

Cap. I.

VOs ſcitis quid in iſto regno evenit. Et ideo huc convenimus, ut de Dei voluntate & ſanctæ Eccleſiæ ſtatu, & de noſtra ac veſtra communi ſalute atque honore, & de pace populi Chriſtiani, cum Dei adjutorio & fidelium noſtrorum conſilio tractaremus.

II.

Et miſimus hoc ſuper Epiſcopos & ceteros fideles noſtros, ut illi hoc invenirent, qualiter nos ad hæc quæ diximus exequenda adunaremus. Et volumus ut ſciatis quia ſicut illi invenerunt & ſcripto nobis oſtenderunt, ad invicem adunati ſumus, ſicut fratres per rectum eſſe debent, & nos ſimul cum iſto nepote noſtro, & ille nobiſcum. Et etiam ſuos fratres nepotes noſtros in hac adunationis firmitate nobiſcum recepimus, ita tamen ſi & ipſi hanc firmitatem erga nos fecerint & obſervaverint.

III.

Et ſciatis quia non volumus ut ullus inter nos abhinc in antea alia verba portet niſi talia quæ Deo ſint placita & quæ ad noſtram communem ſalutem & noſtrum honorem pertineant; ut ſic ſimus ſicut fratres in invicem, & patrui cum nepotibus, & nepotes cum patruis eſſe debent. Et ſi aliquis fuerit qui hoc facere tentaverit, producatur in medium ad rationem, & taliter inde caſtigetur ut nemo alius ſimilia agere tentet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV.

Et volumus ut Ecclesiæ & casæ Dei & Episcopi & Dei homines, Clerici & monachi, & nonnæ, talem mundeburdem & honorem habeant sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt.

V.

Et volumus ut vos & ceteri homines fideles nostri talem legem & rectitudinem & tale salvamentum in regnis nostris habeatis sicut antecessores vestri tempore antecessorum nostrorum habuerunt; & nos talem honorem & rectam potestatem in nostro regio nomine apud vos habeamus sicut nostri antecessores apud vestros antecessores habuerunt. & justitia & lex omnibus conservetur, & pauperes homines talem defensionem habeant sicut tempore antecessorum nostrorum lex & consuetudo fuit, & sicut hic fideles nostri communiter consenserunt, & scripto nobis demonstraverunt, & nos cum illorum consilio consentimus & observari communiter volumus. Et si aliquis hoc perturbare voluerit, à nullo nostrum recipiatur, nisi ut aut ad rectam rationem aut ad rationabilem indulgentiæ concessionem deducatur.

VI.

Sed & de istis rapinis & deprædationibus, quas jam quasi pro lege multi per consuetudinem tenent, ab hoc die & deinceps de Dei banno & de nostro verbo bannimus ut nemo hoc amplius præsumat. Sed unusquisque infra patriam cum pace & sine oppressione pauperum & circummanentium consistat, & in hostem vel ad placitum sive ad curtem veniens, de suo sic vvarnitus & de domo sua moveat ut cum pace venire & nobiscum stare & ad domum suam redire possit. Et qui hoc transgressus fuerit, sicut tempore antecessorum nostrorum consuetudo fuit, & in illorum capitulis continetur, volumus ut hoc in illis transgressoribus emendetur.

VII.

Similiter & de conspirationibus, & de raptis feminarum tam viduarum quàm & puellarum atque nonnarum, bannimus ex Dei & nostro verbo ut nullus hoc in regnis nostris agere præsumat. Et si quis hoc præsumpserit, secundùm legem, & sicut in Capitularibus progenitorum nostrorum continetur, sic hoc emendare cogatur.

Hæc eadem Domnus Karolus Romana lingua adnuntiavit, & ex maxima parte lingua Theodisca recapitulavit.

Post hæc, Domnus Hludowicus ad Domnum Karolum fratrem suum lingua Romana dixit: Nunc, si vobis placet, vestrum verbum habere volo de illis hominibus qui ad meam fidem venerunt.

Et Domnus Karolus excelsiori voce lingua Romana dixit: Illis hominibus qui contra me sic fecerunt sicut scitis, & ad meum fratrem venerunt, propter Deum & propter illius amorem, & pro illius gratia, totum perdono quod contra me misfecerunt, & illorum alodes de hereditate & de conquisitu, & quod de donatione nostri senioris habuerunt, excepto illo quod de mea donatione venit, illis concedo; si mihi firmitatem fecerint quòd in regno meo pacifici sint, & sic ibi vivant sicut Christiani in Christiano regno vivere debent. In hoc si frater meus meis fidelibus, qui contra illum nihil misfecerunt, & me quando mihi opus fuit adjuvaverunt, similiter illorum alodes, quos in regno illius habent, concesserit. Sed & de illis alodibus quos de mea donatione habuerunt, & etiam de honoribus, sicut cum illo melius considerabo, illis qui ad me se retornabunt voluntariè faciam.

Et Domnus Hlotharius lingua Theodisca in suprà adnuntiatis capitulis se consentire dixit, & se observaturum illa promisit.

Et tunc Domnus Karolus iterum linguæ Romana de pace commonuit, & ut cum Dei gratia sani & salvi irent, & ut eos sanos viderent oravit, & adnuntiationibus finem imposuit.

TITVLVS

TITVLVS XXXII.

Post reditum à Confluentibus.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR DOMNVS KAROLVS reversus à Confluente cum consilio fidelium suorum per regnum suum denuntianda & observanda direxit.

HÆc Missi nostri discurrentes faciant.

CAP. I.

Omnibus in suo missatico firmitatem quæ inter nos & carissimum fratrem nostrum atque dilectos nepotes nostros facta est notam faciant.

II.

Capitula etiam quæ apud Confluentes accepta sunt à nobis & communibus fidelibus nostris adnuntient.

III.

Sed & illa capitula quæ antè per regnum nostrum observanda misimus, cum capitulis episcopalibus & progenitorum nostrorum Imperatorum adcognitent, & cognitamentum quod modò apud Confluentes fecimus omnibus innotescant; & firmitatem ab omnibus qui ita contra nos misfecerunt sicut notum est, & de quibus carissimus frater noster petiit, qui alodes in regno nostro habere volunt, sicut in cognitamento nostro scriptum est, firmamentum recipiant. Ita tamen ut si majores homines voluerint, ad nos veniant, & in præsentia nostra ipsam firmitatem faciant; homines verò illorum ante Missos nostros eandem firmitatem faciant.

IV.

Vt Missi nostri eis qui firmitatem fecerint, alodes illorum quos de hereditate & de tali conquisitu qui de nostra donatione non venit habuerunt, & quos senior noster Domnus Imperator eis dedit, si præcepta illius ostenderint, quantum in ipsis præceptis inde continetur illis reddant.

V.

Vt omnes qui firmitatem fecerint, & quibus alodes reddiderint, diligenter inbrevient. Et si aliqui eam facere noluerint, similiter inbrevient, & nobis renuntient.

VI.

De rapinis autem & violentiis & ceteris injustitiis quas in istis præteritis annis, postquam ista perturbatio exorta est, in regno nostro fecerunt, quantum rationabiliter potuerint, Missi nostri pacificare procurent. Et si de ipsa pacificatione vuadij ad nostram partem venerint, ex toto, sicut frater noster carissimus nos petiit, ex nostra auctoritate perdonent, in hoc ut talia de cetero non faciant.

VII.

De pacificatione verò illorum qui in regno nostro consistentes, postquam Deus suam nobis ostendit gratiorem misericordiam, per illorum indebitam præsumptionem rapinas & violentias atque alias injustitias fecerunt, si vuadij ad nostram partem exierint, Missi nostri inbrevient, & nobis renuntient, ut nos inde commendemus quid nobis tunc visum fuerit.

VIII.

Et ut pax in regno nostro per illorum missaticum, sicut nos adcognitavimus, & capitula à nobis directa commendant, omnibus modis observetur, diligenter provideant; & qualiter eam quisque observaverit, absque respectu alicujus personæ, ut veritatem inde nobis renuntient, diligenter inspiciant. Et quicquid exinde quod commendamus per se adimplere non potuerint, ad Missos majores per ipsum missaticum constitutos referant, ut cum illorum consilio & auxilio omnia impleant.

Firmitas autem quam à prædictis hominibus Missi nostri debent recipere, ista est: De ista die in ante Karoli, Hludouvici Imperatoris filij, regnum illi non forconsiliabo, neque vuerribo. Si me Deus adjuvet & istæ sanctæ reliquiæ.

Confirmatio seniorum nostrorum Regum modò apud Confluentes facta ista est.

Quod ad Dei voluntatem, & sanctæ ejus Ecclesiæ statum & honorem atque defensionem, & ad illorum communem

salutem & honorem, & ad populi Christiani illis commissi salvamentum & pacem, & ad leges ac justitiæ atque rectæ rationis conservationem, quantum illis Deus scire & posse donaverit, vero consili, & secundùm quod illis rationabiliter & salubriter possibile fuerit, sincero auxilio adjutores sibi invicem ad regnum illorum continendum erunt, & nec in vita, nec in membris, neque in regno, aliquis eorum suum parem forconsiliabit.

Adnuntiatio autem illorum ista est.

Cap. I.

Quia secundùm quod in prædicta firmitate continetur, deinceps observare volunt, & Domino adjuvante observabunt.

II.

Et non volunt ut aliquis inter eos alia aliqua verba portet nisi quæ Deo sint placita, & ad communem salutem & honorem sint pertinentia. Et si aliquis aliter præsumpserit, in medium adducatur, & taliter inde castigetur ut nemo alius similia agere tentet.

III.

Et volunt ut Ecclesiæ & casæ Dei & Episcopi & Dei homines, Clerici, monachi, & nonnæ, talem mundeburdem & honorem habeant sicut tempore antecessorum suorum habuerunt.

IV.

Et volunt ut fideles illorum talem legem & justitiam & tale salvamentum in regnis illorum habeant sicut anteceſſores eorum tempore anteceſſorum illorum habuerunt, & ipsi Reges talem honorem & rectam potestatem habeant sicut ipsorum anteceſſores habuerunt, & justitia & lex omnibus conservetur. Et si aliquis hoc perturbare voluerit, à nullo eorum recipiatur, nisi ut aut ad rectam rationem aut ad rationabilem indulgentiæ concessionem deducatur.

V.

Et ut illi homines qui In isto regno contra seniorem nostrum Domnum Karolum mispriserunt, si se recognoverint, propter Deum, & propter fratris sui deprecationem, quicquid contra eum misfecerunt eis vult indulgere. Et sicut præscriptum est, alodes illorum de hereditate & de conquisitu, quod tamen de donatione sua non venit, sed & illos alodes quos de donatione Domni Imperatoris Hludouvici habuerunt, eis concedit, si talem firmitatem ei fecerint sicut prædiximus.

VI.

Sed & de rapinis & deprædationibus & de conjurationibus & de conspirationibus, & de raptis feminarum tam viduarum quàm & puellarum atque nonnarum, firmiter banniverunt ut amodo & deinceps nullus præsumat: & qui præsumpserit, secundùm leges divinas & humanas & secundùm Capitula Imperatorum ac prædeceſſorum suorum hoc emendare cogatur. Et ut unusquisque infra patriam cum pace & fine oppressione pauperum & circummanentium consistat; & in hostem vel ad placitum sive ad curtem veniens, de suo sic vuarnitus de domo sua moveat ut cum pace venire, stare, & ad domum suam redire possit.

Summa Capitulorum quæ apud Confluentes modò acceptata sunt à senioribus nostris Regibus & illorum fidelibus hæc est.

Cap. I.

De illorum concordia & fraterna conjunctione atque mutuo adjutorio, sicut in cognitamento illorum continetur.

II.

Et de illorum indulgentia qui in isto regno mispriserunt, si se recognoverint, & deinceps à talibus se cavere voluerint, & in regno pacifici esse voluerint, sicut in cognitamento illorum continetur.

III.

De lege & justitia omnibus unicuique in suo statu & ordine conservanda.

IV.

Vt à rapinis ac deprædationibus atque à conjurationibus & conspirationibus & seditionibus & à raptis feminarum se omnes caveant: & qui deinceps talia præsumpserit, sicut in cognitamento illorum continetur, secundùm leges ecclesiasticas & mundanas & secundùm Capitula prædeceſſorum Regum hoc emendare cogetur, & in compositione, & in harmiscara, & in pœnitentia ab Episcopo parrochiæ ejus suscipienda.

Capitula autem Imperatorum Domni Karoli & Domni Hludouvici de talibus rebus, ut de multis pauca hic ponamus, ista sunt.

VI. 97. 383. SI quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli ejúsque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulit legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, nobis persolvat. Postmodum verò à Comite ante nos adducatur, & in bastonico retrusus usque dum nobis placuerit pœnas luat. Nam si publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta sanctorum canonum sanctionem. Si verò occultè, sacerdotum consilio ex hoc agat pœnitentiam. quoniam raptores, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, gravius inde judicetur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui ex eis aliquid abstulerit aut raptuerit. Extorres namque à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ atque firmiter denotandæ.

V. 347. VI. 382. *Et item.* Si quis in exercitu infra regnum sine jussione dominica per vim hostilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, sive pecora majora vel minora, domósque infrangere vel incendere, hæc ne fiant omnino prohibemus. Quod si aliquo præsumptiosè factum fuerit, sexaginta solidos, si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut cum duodecim testibus se purget. Si verò servus hoc fecerit, capitali crimini subjaceat, & dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit nec custodivit ut talia non perpetrarèt. quoniam si nos ipsos comedimus, citò deficiemus. Vnusquisque tamen custodiat exercitum suum, ne aliqua deprædatio infra regnum fiat.

III. 65. *Et item.* Si quis domum alienam cujuslibet infregerit, quicquid exinde per vim abstulerit aut rapuerit vel furaverit, secundùm legem eam illi cujus domus fuerit infracta & spoliata in triplum componat, & insuper bannum dominicum solvat. Si servus hoc fecerit, sententiam superiorem accipiat, & insuper secundùm legem suam compositionem faciat. Si quislibet homo aliquod tale damnum alicui fecerit pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum in vvadio pro servo dare studeat usque dum plenam compositionem adhibeat.

De capitulis autem à nobis per regnum nostrum directis ista excerpta sunt.

Tit. XIII. c. 12. VT unusquisque Missus in suo missatico provisionem habeat ut si aliquis de nostris fidelibus per missaticum suum transierit, aut ibi consistens vel commanens rapinas vel deprædationes aut talia inlicita fecerit de quibus Deus offendi solet & populus pro oppressione gemere, quatenus hoc subtiliter & veraciter investiget, & secundùm legem emendari faciat, nobisque renuntiet; qualiter inde nos sic ordinemus ut nec ipsum nec alium hoc agere delectet.

Ibid. c. 13. *Et item.* Vt Missi in illorum missaticis curam habeant ne homines nostri aut alij quilibet vicinos suos majores vel minores tempore æstatis, quando ad herbam suos caballos mittunt, vel tempore hiemis, quando marascalcos illorum ad fodrum dirigunt, vicinos majores vel minores deprædentur. Et si egerint, hoc etiam, ut prædiximus, veraciter Missi nostri investigent, & legaliter emendatum nobis renuntient; ut in seniore hoc sic emendemus quatenus homines suos in potestate habeat, & contenti sint debitis, & indebita injustè non appetant.

Duo capitula sequentia pertinent ad titulum præsentem, & non sunt repetita ex superioribus.

VOlumus etiam ut de beneficiis destructis & silvis venditis, tam ex republica, quàm ex rebus ecclesiasticis, Missi nostri omnes admoneant ut de cetero qui illa habent exinde se caveant, & hoc quod malè actum est, quantum potuerint, emendare procurent, ne vindictam secundùm Capitularia prædecessorum nostrorum sustinere cogantur.

Capitula autem legum divinarum atque mundanarum & Imperatorum de raptis feminarum, & de conspirationibus, & de conjurationibus, & de Ecclesiarum infractoris, atque Clericorum dehonorationibus, & de Comitibus qui in comitatibus suis injusta faciunt, hic non adnotavimus, quia cognita sunt, & majori districtione indigent. de quibus omnes admonere atque omnes ex Dei banno & nostro cavere præcipimus. De his interim Missi nostri discurrentes cum consilio majorum Missorum, ut præmisimus, studeant donec plenitudinem capitulorum & adnuntiandam & observandam ad communem omnium nostrum salutem & pacem per regnum nostrum adjuvante Domino disponamus.

TITVLVS XXXIII.

Edictum in Carisiaco.

HOC EDICTVM CONSTITVIT DOMNVS KAROLVS in Carisiaco anno incarnationis dominicæ DCCCLXI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratiâ Dei Rex omnibus regni nostri fidelibus. Pervenit ad nos quia quod ad timorem incutiendum, ne aliquis bonum denarium, id est, merum & bene pensantem, reicere audeat, more prædecessorum nostrorum pro generali utilitate regni nostri commendavimus, aliqui Missi ad hoc constitutum exequendum, minùs intelligentes devotionem voluntatis nostræ, & obsequentes intentioni suæ voluntatis, quasdam adinventiones, quod multum Dominus detestatur, & in mallatione & in exactione intromittunt; cùm in eo quod ad regni utilitatem jubetur & agitur, non privata contra generalem utilitatem commoditas, neque aliquod turpe lucrum, quod in Christiana religione & in regia dignitate aut in Missorum fidelium sinceritate non condecet, se debet ullo modo miscere. Propterea necessarium duximus ut commendationem nostram ex hoc scribere rogaremus, quæ ex more in nostro palatio apud Cancellarium retineatur, & inde per Missos nostros dirigatur; ut nemo per ignorantiam, nemo per industriam ab ea valeat deviare. Vnde volumus, quia & timor utilis, & consideratio misericors, & discretio moderata in hac commendatione nostra est necessaria propter paupertatem hominum, quia necesse fuit in istis temporibus conjectum de illis accipere, & ad navium compositionem, & in Nortmannorum causa, pro regni, sicut res conjacet, salvamento, ut omnes cognoscant quia non quæstum inhonestum, sed publicam regni utilitatem quærimus. Salva constitutione & in postmodum jure firmissimo permanente quæ in Capitulari avi & patris nostri
IV. 32. ex hoc scripta habetur, quilibet francus homo convictus quia bonum denarium, id est, merum & bene pensantem, post hunc bannum nostrum ejecerit, medietatem francilis banni componat. De colonis autem, & servis cujuslibet potestatis, si in civitatibus vel mercatis aliis deprehensus aliquis fuerit denarium reicere, Missus reipublicæ provideat ut si non invenerit illum denarium merum & bene pensantem, ut cambiare illum mercanti jubeat. Si autem illum denarium bonum invenerit, consideret ætatem & infirmitatem & sexum hominis, quia & feminæ barcaniare solent, & aut ictibus, prout viderit competere, aut minutis virgis cum ratione & discretione illum qui denarium bonum rejecit castiget; quatenus & ceteri timorem habeant, & homo crudeliter non damnetur. Et qui post hunc præsentem bannum inventus fuerit pro tali correptione non castigatus, habeat Missus reipublicæ in civitatibus & in mercatis denarium sic affectatum ut deprehensum in fronte denario calefacto salvis venis taliter coquat ut ipse homo & ceteri castigentur & homo non pereat, & videntibus signum castigationis ostendat. Missi autem nostri colonos & servos pauperes cujuslibet potestatis non mallent, nec bannum francilem solvere cogant; sed advocatus eorum, non cum aliqua nova adinventione, sed quia de sua advocatione coloni vel servi contra bannum nostrum bonum denarium, id est, merum & bene pensantem rejecerint, sicut lex est, malletur. Et unusquisque advocatus pro omnibus de sua advocatione, si suo sacramento eos inculpabiles de hoc banno nostro reddere non potuerit, unum tantùm integrum bannum componat, in convenientia ut cum ministerialibus de sua advocatione, quos invenerit contra hunc bannum nostrum fecisse, sicut suprà diximus, cum necessaria & moderata discretione castiget. Et si causa exegerit ut advocatus de uno solo colono vel servo malletur, quia contra bannum nostrum fecerit, nolumus, quia nec lex est, ut, sicut audivimus aliquos interprendere, advocatus francus suam

legem, sed coloni vel servi de sua advocatione legem componat; nisi fortè ipse eum in hoc induxerit qui contra nostrum fecerit bannum. Hanc autem nostram de præsenti tempore constitutionem, salva inposterum modum, ut diximus, ex hoc prædecessorum nostrorum constitutione, & in palatio nostro & in civitatibus & in mallis atque in placitis seu in mercatis relegi, adcognitari, & observari mandamus.

TITVLVS XXXIV.

Synodi Pistensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex, & Episcopi, Abbates quoque, & Comites, ac ceteri in Christo renati fideles, qui ex diversis provinciis super fluvium Sequanam, in locum qui Pistis dicitur, ubi exigentibus peccatis nostris aliquandiu sedes fuit Nortmannorum, convenimus anno incarnationis dominicæ DCCCLXII. anno verò XXIII. regni Domni nostri Karoli Regis glorioſi, Indictione decima.

Cap. I.

REges & Episcopi qui ante nos fuerunt, ducti amore & timore divino, cum ceterorum fidelium Dei consilio atque consensu plura statuerunt capitula, providentes qualiter sancta Dei Ecclesia statum debitum & honorem & regni habitatores in omni statu & ordine haberent legem atque justitiam. Nos etiam pro qualitate rerum & opportunitate temporum quædam huic causæ convenientia capitula superaddidimus. Sed diabolo satagente supervenientibus perturbationibus tam à pagans quàm à nomine tenus Christianis miserabiliter excitatis, incepta bona defecerunt, & in tantum in hoc regno mala horribilia increverunt ut in nobis videamus & sentiamus completum quod olim est per Prophetam prædictum, *Terram vestram in conspectu vestro alieni devorant, & erit sicut in vastitate hostili*, & pervenit gladius usque ad animam; quoniam alieni insurrexerunt in nos, & fortes quæsierunt animas nostras, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. contra quos defensionem paravimus; sed defensionis auxilio, sicut necesse fuerat, hactenus adjuti non sumus. Vnde compellente cordis dolore nobis est exclamandum quod Rex bonus obsidionis angustia tribulatus exclamavit dicens: *Dies tribulationis & blasphemiæ dies iste. venerunt filiæ usque ad partum, & vires non habet parturiens.* Hæc omnia vidimus, sensimus, & dolemus: quia cùm hostes irruerunt, defensores nostri parati sunt, sed ad præparata non convaluerunt: quia illum spiritum sanctum, qui requievit super adjutorem in opportunitatibus in tribulatione Christum Dominum nostrum, vel quem per impositionem manus episcopalis in consignatione accepimus, contristatum malignis operibus à nobis effugavimus, spiritum scilicet consilij & fortitudinis, quem quia ita ut nobis necesse fuerat non habemus, ideo contra inimicos nostros stare viriliter & vincere fortiter non valemus. Quæ utraque sibi necessariò sunt conjuncta: quia neque virtus sine consilio, nec consilium sine virtute utilis esse potest. Quid igitur prosunt qui per consilium præparantur, dum ad prælium per fortitudinem non procedunt? Filiæ quippe usque ad partum veniunt quando apta consilia usque ad desiderium efficiendi operis procedunt; sed virtutem non habet parturiens, quia dum infirmus quisque consilia concipit, hæc ad utilitatem aliquantam per partum operis non producit. Videmúsque impletum quod à Domino est antè prædictum populo contra voluntatem suam facienti: *Anathema in medio tui: non poteris stare coram inimicis tuis.* Qui contrà placatus placentibus sibi dixit: *Nullus stabit contra vos.* Sed & ideo terram nostram

Esa. 1.

4. Reg. 19.

Iosue 7.

Deut. 11.

in conſpectu noſtro alieni devorant, quoniam alienos à Deo diabolos, effugata gratia ſancti Spiritus, in animas noſtras recepimus. Ideo terra noſtra deſerta eſt ſicut in vaſtatione hoſtili, quia flores & fructus fidei, ſpei, & caritatis, & humilitatis, & caſtitatis, & ſobrietatis, ac ceterarum virtutum ab agro cordis noſtri devaſtavimus, & pro illis ſpinas vitiorum & urticas peccatorum, & cicutas vanitatis in nobis ipſis, etiam laborantes ut iniquè agamus, non inſcreſcere ſolùm ſed incrementare cum ſtudio fecimus. Ideo habitatores terræ occiſi & fugati ſunt, quia nos ipſos peccati gladio occidimus, & omnia bona quæ nobis Dominus ſive in intellectu naturali, ſive in doctrina, ſive in divitiis, ſive in honoribus, ſive in familiaritatibus quas nobis contulit apud nobis potentiores, ad carnis voluptates convertimus, & nos & omnia quæ nobis Dominus dedit ab illus voluntate, pro qua nobis facienda illa donavit, avertimus. Quod unuſquiſque poteſt in ſeipſo recognoſcere, ſi etiam de ſingulis membris ſuis cogitaverit quid fecit & quid facit, quod Deus ad operandam ſuam ſalutem donavit. Et ſicut de membris corporis inveniet apud ſeipſum, ita de membris animæ poterit invenire, quæ per ſpiritalia vitia diſpergit atque diſperdit, & ſpiritales in ſe virtutes à Deo ſibi conlatas aut effugat aut conculcat. Ideo Eccleſiæ & villæ incenſæ ſunt, quia ignis avaritiæ & rapacitatis, atque invidiæ, & adulteriorum, ac ceterarum immunditiarum, non ſolùm per naturalem ſexum, ſed etiam per eum ſexum qui eſt contra naturam, ſine pœnitentia & ſine reſipiſcentia in nobis exarſit & ardet. Et quoniam illum ſpiritum qui ſuper humilem & quietum & ſermones ſuos trementem requieſcit, per ſuperbiam & inobedientiam ac præſumptionem à nobis expulimus, ideo ſanctorum ac protectorum noſtrorum corpora de ſepulchris ſuæ requietionis effoſſa ſunt. Et quia nos ſpiritui maligno juxta Dei permiſſionem poteſtatem habenti & ſuper nos aſcendenti non reſiſtimus ut fugiat à nobis, idcirco ſervi & ancillæ Dei de locis ſuis expulſi ſunt, & nos de quiete cœleſtis paradiſi & de conſortio cœleſtis Eccleſiæ, id eſt, angelorum ſanctorum, ejecti ſumus, niſi per dignos pœnitentiæ fructus ad hæc unde cecidimus redeamus. Et quia nos tales efficimus de qualibus Dominus per
Eſa. 1. Prophetam dixit, *cauſa viduæ non ingreditur ad eos*, quia ſic apud nos eſt facta venalis juſtitia ut ad eam nemo poſſit pervenire niſi viam ei aperuerint munera, ideo vota fidelium & pretia peccatorum, quæ ſacris locis conlata fuerunt, propter peccata noſtra de hoc regno ſunt penitùs exportata, & vendentes juſtitiam & veritatem, & in his ſcilicet ipſum Chriſtum, qui eſt nobis à Deo factus juſtitia, & qui dixit *Ego ſum Veritas*, niſi dignè pœnituerint, cum Iuda traditore Chriſti æterna expectant incendia. Et quia ſanguis ſanguinem tetigit, id eſt, culpæ culpis adjunctæ ſunt, & ſicut ſcriptum eſt, adul- Oſee. 4.
terium & homicidium & mendacium & furtum & perjurium inundaverunt, & iniquitates noſtræ ſupergreſſæ ſunt capita noſtra, ideo nobiles noſtri & de epiſcopali ordine & de aliis ordinibus interierunt, & capti cum maximo detrimento & regni & Eccleſiæ ſunt aut redempti aut interempti. Et quia nos per peccata noſtra à terra viventium peregrinati ſumus, idcirco, ſicut ſcriptum eſt, *Propheta & Sacer-* Hier. 14.
dos ierunt in terram quam ignorabant. Et poſt hæc omnia, pius pater, cujus multis Thren. 3.
miſerationibus non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes ejus, materna pietate nos flagellat, & expectat ut ipſa vexatio donet intellectum auditui noſtro, quia illa credere noluimus quæ per Scripturas nobis ſe illaturum promiſit, ſi illius voluntatem non fecerimus. Et oſtendit nobis in exterioribus vaſtationibus quæ de interioribus depopulationibus intelligere debeamus, & intellecta ad illum redeamus & credamus quia iterum nobis in Scriptura multipliciter promiſit. inter quæ veraciter ſicut Veritas dixit: *Revertimini* Malac. 3.
ad me, & ego revertar ad vos. &: *Quare moriemini in peccatis veſtris?* Et quia non credidimus promittenti, credamus tandem aliquando vel juranti. *Vivo ego, dicit* Ezech. 18.
Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed ut con- & 33.
vertatur & vivat. Et niſi converſi fuerimus, ſicut jam videmus, gladium ſuum vibravit, arcum ſuum, id eſt, vindictam tetendit, & paravit ad exercendam duriorem vindictam. Sicut item de reprobis dictum eſt: *Ignis, ſulphur, & ſpiritus pro-* Pſal. 10.
cellarum, pars calicis eorum. Et hoc quod videmus & ſentimus pars eſt vindictæ: quia majora & plura & graviora venient ſuper nos, niſi fuerimus converſi, ut ſcriptum eſt: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra* Sap. 5.
inſenſatos. Vnde ſicut dicit Apoſtolus. *Si-* Rom. 6.
cut exhibuimus membra noſtra arma iniqui-

tatis peccato ad serviendum immunditiæ & iniquitati, ita exhibeamus membra nostra servire justitiæ in sanctificationem. Quia stipendia, id est, retributio peccati, mors; gratia autem Dei pro bonis operibus ipsa donata est vita æterna. Et sicut quando solemus de istis frequentibus itineribus reverti ad mansiones nostras detonsi & delavati cum drappis & calciamentis depannatis, & tunc nos reficimus & reparamus, ita vel nunc reparemus nos per cor contritum & humiliatum, & per confessiones ex puro corde, & per benignitatem mentis, & per concordiam cum Dei voluntate; quia per discordiam & regnum istud temporale imminutum & penè desertum, & æternum regnum perditum habemus. Quia nec omnes Reges esse possumus, nec Regem super nos à Deo constitutum, quia, sicut scriptum est, imposuit homines super capita nostra, habere sustinemus, non attendentes quia, sicut dicit Apostolus, Rom. 13. *non est potestas nisi à Deo; & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Quoniam Deus, qui essentialiter est Rex Regum & dominus dominantium, participatione nominis & numinis Dei, id est, potestatis suæ, voluit & esse & vocari Regem & Dominum pro honore & vice sua Regem in terris. Et sicut archangelus, qui nunc est diabolus, cum suis sequacibus, quia per humilitatis subjectionem conditori suo subditus esse noluit, & per æqualitatem caritatis coangelis suis socius esse despexit, de cœlo cecidit, ita & illi qui potestati à Deo constitutæ propter Deum & in Deo subjecti esse nolunt, & pares vel coæquales in regno habere non sufferunt, (per quam debitam subjectionem & parilem æqualitatem Dei amici & angelorum consortes esse poterant) subjecti diabolo & Dei inimici constituuntur. Quapropter de Iob. 41. diabolo scriptum est: *Ipse est Rex super universos filios superbiæ.* & illius subjectis Dominus, apud quem non est vicissitudinis obumbratio, quandiu in ipso malo perseverant, semper in evangelio dicit: Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* non quia à diabolo sint facti aut generati, sed quia diabolum sunt imitati. Reparemus ergo nos per pœnitentiam & confessionem, & per eleemosynas, unusquisque secundùm possibilitatem suam; & quantum quisque se recognoscit à Deo aruisse per culpas, tantum bibat compunctionis suæ lacrymas. Et tunc proficient in aqua ista quas facimus firmitates, si per bona opera restruximus, quas in nobis destruxerunt peccata, virtutum munitiones. Quæ & tunc proficient si mala quæ fecit quis priùs prout potuerit emendaverit, aut rapta solvendo, aut per indulgentiam deprecando, aut mala cetera per dignam pœnitentiam abolendo. Et tunc proficient si inante se custodierit ne de illis se sordidet de quibus se emundavit, quia scriptum est: *Lavamini,* Esa. 1. *mundi estote. auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, dicit Dominus. quiescite agere perversè, discite benefacere.* quia qui se bonis operibus & lacrymis & orationibus à peccato mundat, & iterum gravia peccata perpetrat, talis est, ut sanctus Petrus dicit, sicut porcus qui se lavat in luto, & sicut canis qui remanducat vomitum suum. & timere debet ne ipsas lacrymas in conspectu Dei reddat immundas, per quas mundari potuit à peccatis. Quæ non dicimus ut si iterum aliquis ceciderit post confessionem in peccatum, ut in peccatis quasi desperatus jaceat, sed ut à peccatis quantum potest se caveat. Et si fragilitate ceciderit, (quia scriptum est, *Numquid qui cadit non adiciet ut resurgat?*) Psal. 40. dicat, Nunc cœpi, & per immutationem dexteræ excelsi semper per pœnitentiam resurgat, ne illum ultimus dies in peccatis inveniat, & sine fine perditus fiat.

11.

Vnde quia solent medici, quando generalis infirmitas vel morbus in terram venit, generalem medicinam conficere, unde omnes possint sanari, ita nunc communiter hanc medicinam cooperante & mediante Domino statuimus ad recuperandam & conservandam sanitatem nostram, ne & in isto seculo graviùs affligamur, & in futuro seculo, quando de isto corpore exierimus, æternis tormentis cruciemur. Id est, ut unusquisque Episcopus in sua parrochia, & Missi in illorum missaticis, & Comes in illorum comitatibus, cum maximo studio & summa diligentia curam habeant ut quicunque raptores & depræ-datores ibi sunt, cujuscunque homines sint, ad rationem deducantur, ut secundùm legem quæ ibi malè facta habent emendent, aut solvant secundùm legale placitum, aut per indulgentiam sibi impetrent perdonari. Et Episcopi, secundùm qualitatem & quantitatem peccatorum, absque acceptione personarum, rapacibus & his similibus vitiis nominatis & convictis pœnitentiæ leges injungant, inspecta discretione & qualitate, prout cui-

que ad ſalutem viderint expedire. Ad quæ ſpecialiter exequenda quædam de pluribus capitulis prædeceſſorum Regum & ſynodalium hic ponere dignum & neceſſarium duximus; commonentes Epiſcopos, Miſſos, & Comites ut illa capitula quæ inde ante hos annos in unum collecta fuerunt, & in Cariſiaco Epiſcopis & Miſſis noſtris per univerſum regnum noſtrum ad exequendum donavimus, ſed & illa quæ conſenſu fidelium noſtrorum fieri juſſimus quando cum fratre noſtro Hlothario glorioſo Imperatore apud Valentianas loquuti fuimus, & fidelibus noſtris denuntiari & obſervare præcepimus, ad præſentiam reducant, & illa relegant. Et quia hæc pauca hic brevitatis cauſa ſubſcripſimus, in talibus rebus quæ eis advenerint ad emendandum, & hic inde capitula non invenerint, per illa & per alia capitula regia & ſynodalia, quæ emendanda ſunt & emendanda perviderint, emendare procurent. Si verò & juxta diabolicam calliditatem & ſecundùm humanam fragilitatem nova quæcunque acciderint, quia nova morborum genera nova quærunt medicamentorum experimenta, morem ſequentes prædeceſſorum noſtrorum, ſancti Spiritus gratia illuſtrati, contra venena diaboli miniſtrare curabimus medicinalia antidota Chriſti.

III.

Communi placito conſtituimus ut uſque ad Miſſam ſancti Remigij, id eſt, Kalendas Octobris, ſpatium habeant illi qui in iſtis temporibus iſtas deprædationes & alia malefacta criminaliter & publicè fecerunt, ut inde & apud Deum & apud eos quibus malè fecerunt ſe pacificent. Et quiſquis hoc non fecerit, bannum noſtrum dupliciter componat. Scilicet ut quia poſtquam illas rapinas & alia malè facta in Cariſiaco, & poſtea apud Confluentes cum dilecto fratre noſtro Hludouvico glorioſo Rege & nepote noſtro Hlothario forbannivimus, & poſt iſtum bannum per conſenſum omnium factum illa emendare, ſicut eis ſpatium dedimus, noluerunt, & omnia quæ commiſerunt legaliter componere compellantur, & per publicam pœnitentiam ſecundùm ſacros canones Deo & Eccleſiæ in quam peccaverunt ſatisfaciant. Quibus ſi obedire noluerint, aut per fidejuſſores ad præſentiam noſtram perducantur, aut omnia quæ in regno noſtro habent, in bannum noſtrum mittantur, & epiſcopali auctoritate à communi eccleſiaſtica & omnium fidelium ſocietate excludantur.

IV.

De honore autem Eccleſiarum ac ſervorum Dei, & de rapinis atque aliis malis ſeu præſumptionibus ab iſta die & in reliquum compeſcendis, capitula avi & patris noſtri temporibus conſtituta hic ſubjungere, & ut omnimodis obſerventur ex banno noſtro præcipere dignum & neceſſarium duximus. Scriptum eſt enim in illis capitulis. Si quis infra regnum rapinam fecerit, VI. 57. aut cuiquam noſtro fideli ejúſque homini aliquid vi abſtulerit, in triplo cui aliquid abſtulit legibus componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt ſexaginta ſolidos nobis perſolvat. Poſtmodum verò ante nos à Comite adducatur, ut in baſtonico vel in alio carcere truſus uſque dum nobis placuerit pœnas luat. Nam ſi publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam. quoniam raptores, ut ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non poſſidebunt. Qui verò de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerint, graviùs inde judicentur: quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur qui ex eis aliquid abſtulerit, aut rapuerit. Extorres namque à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ tales perſonæ uſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ, quam læſerunt, ſunt habendæ, atque firmiter denotandæ. Et item ſanctus Paulus, per quem loquutus eſt Chriſtus, dicit quia neque rapaces, neque homicidæ, neque adulteri regnum Dei poſſidebunt. Et item, ſi quis fornicator eſt, aut adulter, aut rapax, aut homicida, cum hujuſmodi nec cibum ſumere Chriſti diſcipulo, id eſt, Chriſtiano, licet ante ſatisfactionem, id eſt, correctionem ac emendationem & dignam pœnitentiam. Et ſanctus Iohannes Apoſtolus talem ſalutare aut in domum recipere vetat. Et ſacri canones Spiritu ſancto per eos dictati qui in cœlo cum Deo regnant, & in terris miraculis coruſcant, conſtituerunt dicentes: Si quis de potentibus Clericum aut quemlibet pauperem aut religioſum exſpoliaverit, & mandaverit ad ipſum Epiſcopus ut eum audiat, & is contempſerit, invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ Epiſcopos, quoſcunque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur donec audiat & reddat aliena. Et de rebus ac facultatibus eccleſiaſticis dicunt: Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere vel dare voluerit præter conſcientiam

Concil. Toler. 1. cap. 11.

Concil. Gangr. cap. 7.

conſcientiam Epiſcopi, vel ejus cui hujuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit. Et item in Capulis avi & patris noſtri ſcriptum eſt de his qui in exercitu quoſcunque ſecum ducunt, quod & nos infra patriam
II. 15. volumus obſervare. Deinceps omnibus denuntiare volumus ut unuſquiſque cognoſcat omnes qui in ſuo obſequio ſunt, ſive ſui ſint, ſive alieni, ut ille de eorum factis rationem ſe ſciat redditurum; & quicquid in pace violanda deliquerint, ad ipſius debeat periculum pertinere. ea ſcilicet conditione ut pacis violator primùm juxta facinoris qualitatem, ſive coram nobis, ſive coram Miſſo noſtro, dignas pœnas perſolvat, & ſenior, qui ſecum talem duxerit quem aut conſtringere noluit aut non potuit ut noſtram juſſionem ſervaret, & inſuper in regno noſtro prædas facere non timuerit, pro illius neglegentia, ſi antè eum de his non admonuerit, & poſtquam neglegentia contemptoris ad ejus notitiam pervenerit, eum corrigere, ſicut decet, neglexerit, honore ſuo privetur; ut ſcilicet neuter illorum ſine juſta vindicta remaneat. Nos autem Epiſcopi evangelica & apoſtolica atque epiſcopali auctoritate ſeniorem & quemlibet regni potentem, ſi commonitus juxta evangelicum præceptum ſe ſuóſque homines corrigere noluerit, & licèt ipſe talia non faciat, tamen ſi ſui vel in ſuo obſequio manentes talia fecerint, ſi eos non correxerit, & emendari quæ faciunt non obtinuerit, eóſque ad pœnitentiam non perduxerit, ipſe excommunicetur ſecundùm ſacros canones, donec ſuos homines ad emendationem & pœnitentiam reducat. quia melius judicavimus illum excommunicari per cujus fortiam ſui talia faciunt quàm omnes illos qui nec Deum timent, nec Epiſcopos neque Miſſos reipublicæ propter ejus fortiam reverentur, & excommunicati ipſi non corriguntur, & alios ſuo morbo inficiunt. quia, dicente Apoſtolo, non ſolùm qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte. Non eſt liber à conſenſu qui quod emendare poteſt emendare neglegit. quapropter ſine dubio peccati ſe participem facit. Si autem ipſe potens vel ſenior ſatisfecerit Epiſcopo & Miſſis regiis, quia ſuos homines ad emendationem & ad pœnitentiam non poteſt adducere, ſed ſeipſum vult aut à talibus immunem oſtendere aut dignè ſatisfacere, & hujuſmodi maleficos à ſuo obſequio reicere, & ut Dei inimicos perſequi, tunc aut non excommunicetur, aut ab excommunicatione ſolvatur. Et item in Capitulis Imperatorum ſcriptum eſt: *Comites verò miniſtris Eccleſiæ* II. 23. *in eorum miniſteriis, ut hoc plenius & de noſtris & de ſe & de ſuis hominibus obtinere poſſint, adjutores in omnibus fiant. Et quicunque prima & ſecunda vice de his à Comite admonitus non ſe correxerit, volumus ut per eundem Comitem ejus neglegentia ad noſtram notitiam perferatur, ut noſtra auctoritate quod in noſtro capitulari continetur ſubire cogatur.* Et item: *De pace in exerci-* II. 14. *tali itinere ſervanda uſque ad marcham, hoc omnibus notum fieri volumus, quòd quicunque auctorem damni ſibi inlati nominatim cognoſcit, ut juſtitiam de illo quærat & accipiat.* Et item: *Si quis in exercitu vel infra regnum* V. 341. *ſine juſſione dominica per vim hoſtilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, ſive pecora majora vel minora, domóſque infringere vel incendere, hæc ne fiant omnino prohibemus. Quòd ſi ab aliquo præſumptiosè factum fuerit, ſexaginta ſolidis, ſi liber eſt, ſit culpabilis, & omnia ſimilia reſtituat, aut cum duodecim teſtibus ſe purget. Si verò ſervus hoc fecerit, ſententiæ capitali ſubjaceat, & dominus omnia ſimilia reſtituat, quia ſervum ſuum non correxit nec cuſtodivit ut talia non perpetraret. quoniam ſi nos ipſos comedimus, citò deficiemus. Vnuſquiſque tamen cuſtodiat exercitum ſuum, ne aliqua deprædatio infra regnum fiat.* Similiter & collectas quas Theotiſca lingua herizuph appellant, & infractiones immunitatum, & incendia, & aſſalituras in domos, & conjurationes, & conſpirationes, & ſeditiones, & raptus feminarum, ſicut & divinæ & humanæ leges prohibent, & prædeceſſores noſtri Reges prohibuerunt, firmiter ex banno noſtro & nos prohibemus.

Nos quoque Epiſcopi auctoritate Dei Regino lib. & ſacrorum canonum, ſicut ſancti Ponti- 2. c. 430. fices DCXXX. in Chalcedonenſi Concilio conſpirationem fieri prohibuerunt, & ſicut cetera Concilia Epiſcoporum hujuſmodi pernicioſa facta vetuerunt, & nos prohibemus. quia facientes illa per eorum judicium qui cum Deo jam in cœlo regnant, & à cœleſti Eccleſia & à Chriſtianorum ſocietate ſeparati ſunt, niſi per dignos pœnitentiæ fructus ad hoc redeant ut ſanctæ Eccleſiæ poſſint readunari. Similiter ut hæc capitula, quæ hic annotata ſunt, ita per hæc & illa omnia quæ in ſupraſcriptis locis, ſcilicet in Cariſiaco, & apud Valentianas, collecta & conſtituta

sunt, observari præcipimus, & omnes communiter confirmamus.

Si autem aliquis quiscunque inobediens extiterit, cum summa festinatione Episcopi, Comites, & Missi nobis notum facere curent, ut quantociùs ad nostram præsentiam illum venire jubeamus, & dignam ultionem secundùm judicium fidelium nostrorum sustineat. Et si, quod absit, talis emerserit qui Dei timorem postponat, & ecclesiasticam auctoritatem contemnat, & regiam potestatem refugiat, sciat quiscunque ille fuerit quia & secundùm canonicam auctoritatem ab omnium Christianorum cœtu & à sanctæ Ecclesiæ consortio & in cœlo & in terra alienus efficietur, & regali potestate atque omnium regni fidelium unanimitate sicut Dei & Ecclesiæ inimicus & regni devastator persequetur usque dum à regno exterminetur. Et si aliquis Comes fuerit qui hoc in suo comitatu fecerit, aut ibi talia increscere permiserit, aut ipse illa non emendaverit, aut nobis nota non fecerit, ut nostra auctoritas talia corrigat, sciat quia talem sententiam inde sustinebit sicut tempore antecessorum nostrum consuetudo fuit. Episcopus autem, secundùm Toletani Concilij capitulum septimum, ad quem pertinere noscuntur illi qui talia contra Deum & Ecclesiæ pacem faciunt, si eos quolibet munere vel favore aut neglegentia admonere noluerit, ut aut revertentes suscipiat, aut contemnentes de Ecclesia reiciat, excommunicatus à collegio ceterorum Episcoporum habebitur quousque emendationis vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur. Quoniam nisi communiter certaverimus ut in omnibus justitia omnibus conservetur, nec Rex pater patriæ, nec Episcopi propitiatores & reconciliatores populi ad salutem æternam, nec qui participatione nominis Christi Christiani vocantur, hoc quod humano ore dicimur, in divinis oculis esse valemus. Vt autem hæc quæ observanda suprà scripsimus ac prænominavimus, nunc & de cetero certiùs & expressiùs à nobis atque à successoribus nostris inconvulsa serventur, propriis manibus his subscribere communi consensu decrevimus; ea conditione servata, ut quia omnes in cunctis ordinibus à regia ditione sibi expetunt competentia legis jura servari, regiæ quoque potestati in cunctis ordinibus lex juris debiti & honor ab omnibus obedienter & fideliter cooperante Domino conservetur.

Concil. Tolet. 6. c. 7. Regino lib. 2. c. 293.

Post hæc omnia relecta & conlaudata, communi consensu decrevimus ut si aliquis homo propter mala facta, quæ emendare & per legem & per pœnitentiam noluerit, seniorem suum dimiserit, aut ab illo propter hæc ejectus fuerit, ab alio non recipiatur donec illa quæ malè fecit emendet & per legalem compositionem & per ecclesiasticæ satisfactionis pœnitentiam.

TITVLVS XXXV.

Quando Hlotharius ad oſculum receptus eſt.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXII. quando Hludouicus Karolo mandavit ut cum eo ſimul & Hlotharium reciperet ad oſculum atque conloquium, miſit Karolus per eum, & per Altfridum, atque per Salomonem, & per Adventium, & per Hattonem Epiſcopos, Hlothario hæc quæ ſequuntur capitula, dicens quia pro his cauſis ei non auderet communicare niſi ita perficeretur ſicut ibidem ſcriptum eſt. Renuntiantibus autem ex parte Hlotharij Hludouico & præfatis Epiſcopis Karolo & Hincmaro itémque Hincmaro & Hodoni atque Chriſtiano Epiſcopis quòd ita ſe velle & ſe facturum eſſe fuerat profeſſus Hlotharius, ſub hac convenientia receperunt eum ad oſculum atque conloquium Karolus atque Epiſcopi qui cum eo fuerunt.

Cap. I.

POsteaquam proximè apud Confluentes nos invicem mutuâ indulgentia, annuente Deo, communi fidelium nostrorum consilio reconciliavimus, & sacramento de observanda inter nos pace & de

præstando alterutrum adjutorio nos confirmavimus, & capitula à communibus fidelibus nostris dictata & nobis relecta nos observaturos promisimus, & publicè communibus fidelibus nostris adnuntiavimus, vobis, unice & carissime frater, reputare non volo ut illa quæ invicem nobis promisimus, hactenus erga me observata non habeatis; nec spero ut vos aut aliquis alius mihi reputare possit aut velit ut similiter erga vos illa observata non habeam. Quòd si quis fecerit, paratus sum inde vobis certam reddere rationem & dignam facere satisfactionem. Et si aliquis mihi reputare voluerit quòd quantum ex me est, illa quæ debeo nepoti nostro Hlothario observata non habeam, similiter paratus sum certam reddere rationem & congruam facere satisfactionem. Qualiter autem ea quæ mihi promisit ille erga me observata habeat, non solùm ego sed & plures alij sciunt.

II.

Sed & sicut nobis tunc ibi convenit, ut tempore statuto ad locum condictum cum primoribus regnorum nostrorum conveniremus, ut ibi quæque in regnis nostris emendatione digna & necessaria erant, & in sancta Dei Ecclesia & in nostro ac populi salvamento, tractaremus, & nos erga fideles nostros & fideles nostri erga nos emendaremus, & observanda de cetero statueremus, & semel & secundò ad hæc exequenda paratus fui, & ad hoc etiam nunc conveni, sicut sæpe mihi per communes fideles nostros mandastis.

III.

Pro quibus autem causis cum præfato nepote nostro antea loqui non volui quàm vobiscum inde acciperem consilium, quædam volo hic designare, quædam verò postea congruo loco & convenienti modo vobis innotescere.

IV.

Quando altera vice pro his quæ dixi tractandis ad Tusiacum veni, adportavit mihi & Episcopis regni nostri Boso ex parte Domni Apostolici epistolas, quasdam nepoti nostro & Episcopis regni sui mittendas, quas illis secundùm mandatum Domni Papæ transmisimus, quasdam autem nobis legendas & observandas, quarum & hic textum habemus. in quibus invenimus nos increpatos cur fornicarios in regno nostro immorari permitteremus, & non solùm ipsam feminam, sed & omnes faventes facinori ejus, à corpore & sanguine Domini excommunicatos usque dum ipsa mulier ad virum suum rediret. Et scimus, sicut sanctus dicit Gregorius, quoniam qui resecanda, si potest, non corrigit, ipse illa committit. Nos autem audivimus prædictam feminam in regno nepotis nostri commorari, & hanc sententram postea non audivimus immutatam. Et qui gravamur nostris, timemus alienis etiam communicare peccatis, communicando excommunicatis.

V.

Filiam nostram Iudith viduam, secundùm leges divinas & mundanas sub tuitione ecclesiastica & regio mundeburde constitutam, Balduinus sibi furatus est in uxorem: quem post legale judicium Episcopi regni nostri excommunicaverunt secundùm sacros canones & diffinitionem sancti Gregorij Papæ, qui dicit: *Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, ipse & consentientes ei, anathema sint.* Quæ & verbis & litteris nos & Episcopi regni nostri nepoti nostro Hlothario innotuimus. Nos etiam, sicut scitis, consilio & consensu fidelium nostrorum communiter confirmavimus ut nemo nostrum hujusmodi hominem in regno suo recipiat neque immorari permittat, sed ad rectam rationem reddendam & ad pœnitentiam agendam, sicut statutum est, illum redire cogat. Qualiter autem nepos noster Hlotharius non solùm erga nos & consanguinitatem nostram, verùm & contra Deum & sacram auctoritatem & communem Christianitatem inde egerit, spero quia vos non latet quod est plurimis cognitum. Et sanctus Paulus, per quem locutus est Christus, dicit: *Non solùm qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte.*

Regino lib. 2. c. 187.

Gregor. II. c. 10.

Rom. 1.

VI.

Nota est vobis causa de uxore nepotis nostri Hlotharij, unde & à nobis & ab Episcopis regni nostri, sed & ab aliis Episcopis præsentibus nobis consilium quæsivit & audivit: sed secundùm illud consilium exinde non fecit. Scimus etiam quia & ad Domnum Apostolicum pro hoc transmisit, & ab illo epistolas exinde recepit. Negare quoque non volumus nos scire quid Domnus Apostolicus & illi & quibusdam Episcopis inde mandavit; & scimus, quod negare non possumus nec volumus, quoniam non debemus, quia Domni Apostolici commendatio ab evangelica veritate & ab apostolica atque canonica auctoritate in nullo discordat; & secundùm man-

datum illius de hoc facto executum non audivimus nec videmus. Illa etiam sancta & prima in toto orbe terrarum sedes, per divinum Paulum, cœlestem scilicet tubam, qui ad tertium cœlum & ad paradisum raptus hoc ab ipso Domino didicit, nobis & omnibus Christianis semper in omni mundo clamat, cum hujusmodi nec cibum sumere. Et per beatum Iohannem Apostolum, qui de æterno & vivo Christi pectoris fonte in cœna, quando sacramenta redemptionis nostræ sunt celebrata & tradita, super eo recumbens hausit quod redemptis omnibus propinavit, manifestissimè sedes apostolica interdicit hujusmodi hominem non debere quemquam in domum suam recipere nec ave ei dicere: quia qui dicit ei ave, communicat operibus ejus malignis. Et per beatum Gregorium Papam in homeliis Ezechielis dicit quia sicut ille qui fide à Deo recedit apostata est, ita & ille qui à Deo recedit opere, sine dubio apostata est. Quoniam, sicut dicit Apostolus,
Iac. 2. *Fides sine operibus mortua est.* Et item, si-
Tit. 1. cut alius dicit Apostolus: *Sunt qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Et ipse Dominus dicit de semel & secundò ac tertiò legaliter commonito & non correcto, ut sit nobis sicut gentilis & publicis criminibus implicatus, cum quo & apostolica & canonica auctoritas nec cibum sumere, ut præmisimus, nobis concedit.

VII.

Propterea, unice & frater carissime, & vobismetipsis consilium accipite, & mihi consilium date, & ipsi nepoti nostro suæ salutis & honoris date consilium, & præstate auxilium, quia & ego ad hoc, quantum mihi Dominus scire & posse donaverit, sum paratus simul vobiscum agere, si voluerit ipse recipere.

VIII.

Quod autem consilium ego cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris, sollicitus & pro nostra communi, vestra scilicet & mea, sed & pro ipsius nepotis nostri salute & honore, & pro communi omnium fidelium nostrorum indemnitate & salvatione, nunc proximè & in synodo & in placito nostro accepi, vobis, cui nullum bonum negare sed omne bonum meum paratus sum participare, dico, si placet, & si ita vobis bene visum fuerit, accipiamus illud communiter. Et si melius nobis per rationem & auctoritatem divinam & humanam nostræ salvationi & Christianitati congruentem ostenderitis, paratus sum illud cum omni devotione accipere & vobiscum, Deo cooperante, & communium fidelium nostrorum consilio & auxilio adminiculante, libentissimè sequi & exequi.

IX.

Quia scriptum est dicente bono Rege, qui tamen deliquit ut homo, & recognovit se ut felix, *ex voluntate mea confitebor* Psal. 17.
illi, profiteatur idem nepos noster coram vobis, & coram Episcopis qui vobiscum fuerint, & remandet nobis per vos & per illos quia vult secundùm Domni Apostolici & episcopale immo divinum consilium ad placitum convenire cum Episcopis & fidelibus atque amicis Dei & nostris ac suis, quoniam hæc causa generalis est omnibus Christianis, & aut ostendere quia secundùm legem divinam & humanam Christianis congruam hoc factum de uxore sua habeat executum, aut secundùm Dei consilium & legem Christiano Regi convenientem hoc & illa duo quæ præmisimus emendare velit & debeat. Et paratus sum cum tali caritate & honorabilitate illum recipere sicut Christianus Rex Christianum Regem & sicut diligens patruus dilectum nepotem debet recipere, & in illius amicitia ad illius salvationem & honorem, si ita fecerit, permanere. Et constituatur tempus congruum & locus opportunus quando simul pacificè conveniamus, & hanc causam, sicut de nobis ipsis, quia sicut Scriptura dicit, os nostrum & caro nostra est, ad communem nostram & fidelium nostrorum salvationem & honorem diffiniamus; ne qui fidelibus nostris & omnibus Christianis in bono exemplum esse debemus, perditionis exemplum donamus, & qui malorum correctores esse debemus, caput malorum, quod absit, fiamus. Sed & ea quæ, ut suprà diximus, apud Confluentes promisimus nos tractaturos & observanda constituturos, tractemus & statuamus; ut qui undique propter peccata nostra & malum discordiæ quod in regnis nostris manet percutimur, placato Deo misericordiæ illius solatium consequi mereamur. Et non sit nepoti nostro hoc agere in mente sua durum; quia scriptum est: *Qui mentis est duræ, corruet in* Prov. 28.
malum. Sed timeat Deum, & compescat istud scandalum, quod tam grande in ista Christianitate sine ulla necessitate est generatum & propagatum, cùm per rationem & auctoritatem potuisset ad debitum effectum perduci quod multis hominibus

videtur sine plena ratione & auctoritate debita executum. Et quia scriptum est, *Beatus homo qui semper est pavidus*, & Dominus dicit, *Diligentes me diligo*, pro amore & timore Dei honoret se & suam Christianitatem & suum nomen regium, & exuat se & nos omnes ab ista calumnia quæ illum sequitur, & per illum ac propter illum nos propinquos illius; & honoret inde Deum, sciens Dominum dicere: *Honorantes me honorabo; & qui contemnunt me, erunt ignobiles.*

Ibid Prov. 8. 1. Reg. 2.

X.

Et si ita noluerit, faciat quod judicaverit faciendum. Ego in vestra amicitia & debita fraternitate persistere & omni debito obsequio illam promereri cupiens, qui non quæro quæ sunt illius, sed illum, si eum salubriter habere non possum, me Deo pro illius amicitia tollere nolo. Nec ad malum alicui præstare auxilium volo; quia legimus in Scriptura Dominum dixisse cuidam Regi: *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt me amicitia jungeris. idcirco iram Domini merebaris quidem*, & sicut ibidem in reliquo scriptum est. Et item legimus quia de quacunque impietate quiscunque impius conversus fuerit, & ex corde se converti velle dixerit, jam non inter impios computatur, sed à piis piè recipi debet & salubriter potest, dicente Scriptura: *Verte impios, & non erunt:* non quia non erunt in essentia, sed non erunt in impietatis culpa. Hæc autem diximus, non ut nepotem nostrum in numero impiorum computari cupiamus, quem piorum numero sociari à Domino exoptamus.

2. Par. 19. Prov. 11.

Sequuntur adnuntiationes quas tres Reges apud Sablonarias adnuntiare debuerunt.

ADNVNTIATIO DOMNI HUDOVVICI.

Cap. I.

Sicut scitis qui ibi adfuistis quando proximè apud Confluentes nos adjuvante Domino conjunximus, & capitula à nobis & à fidelibus nostris observanda statuimus, convenit nobis ut congruo tempore & opportuno loco iterum simul conveniremus, & cum Dei adjutorio & fidelium nostrorum consilio quæ in statu sanctæ Ecclesiæ & in nobis & in regnis nostris atque in nostris fidelibus emendanda erant emendaremus, & ut emendata de cetero observarentur statueremus. Et ad hæc agenda jam per tres vices & tempus & locum condiximus; sed aut mihi aut fratri meo aut communi nepoti nostro tales causæ acciderunt pro quibus hoc quod condiximus implere non potuimus.

II.

Interea pervenit ad me quia meus frater, & communis nepos noster ita inter se non erant sicut tunc fuerunt quando nos simul conjunximus. Et ideo ad hoc veni ut inter eos privatus mediator existerem, & ipsi sic inter se sint sicut per rectum esse debent. Vnde frater noster per me & per Episcopos nostros ac per Episcopos nepotis nostri & scripto & verbo tales causas nepoti nostro mandavit pro quibus illi sic privatus non erat sicut antea fuerat: quas si ille emendare vellet sicut ei mandabat, voluntariè illi erat sicut diligens patruus dilecto nepoti & Christianus Rex Christiano Regi esse per rectum debet. De quibus causis nos & Episcopi qui nobiscum fuerunt ex parte nepotis nostri fratri nostro & Episcopis qui cum eo erant tale responsum reddidimus; quia illas causas, quas ei reputabat, paratus erat aut emendare, aut de illis certam reddere rationem, & dignam facere satisfactionem. Quod responsum frater noster & Episcopi libenter receperunt; &, Deo gratias, sunt ita modò frater & nepos noster sicut per rectum esse debent.

III.

Et volumus ut sicut nobis convenit, ut inter nos fideles Missi discurrant, & quæ in uniuscujusque nostrum regno emendanda sunt, & alter alteri innotuerit, emendentur, & casæ Dei & sacerdotes ac servi Dei legem & honorem debitum habeant, & unusquisque fidelium nostrorum in regnis nostris, cujuscunque nostrum sit homo, legem & justitiam & in se & in suis proprietatibus & in suis honoribus habeat sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt, & sicut inter nos jam convenit, & in illis capitulis est constitutum quæ antecessores nostri Reges constituerunt, & sicut nos apud Marsnam firmavimus, & sicut nunc proximè apud Confluentes statuimus; donec, adjuvante Deo, congruo tempore & opportuno loco iterum simul conveniamus, & unà cum communi fidelium nostrorum consilio quæ perfecta non fuerint pacificè tractemus atque perficiamus, & ita nos ad

invicem adjuvemus ut cum Dei adjutorio nos & fideles nostros salvemus, & oppressoribus sanctæ Ecclesiæ resistamus. Et hanc adcognitationem ideo scribi communi consensu fecimus ut unusquisque nostrum illam habeat, & certiùs sciat quid & qualiter exinde observare expressiùs debeat: quia non decet ut Rex à sua cognitatione deviet, sicut non convenit ut Episcopus à sua recta prædicatione discordet.

ADNVNTIATIO DOMNI KAROLI.

CAP. I.

Hoc quod dilectus frater noster dixit nos proximè apud Confluentes constituisse, quantum ex me fuit, hactenus observavi, & observare cupio, si & erga me ita fuerit observatum; & ei reputare non volo ut ipse similiter erga me illa observata non habeat. Credo etiam quia nec ille velit, nec aliquis alius mihi reputare possit, ut erga eum illa observata non habeam. Quòd si aliquis fecerit, paratus sum aut illa quæ emendanda sunt emendare, aut de hoc quod mihi reputatum fuerit certam reddere rationem.

II.

Et si hic communis nepos noster fecerit sicut frater noster & Episcopi qui cum eo inter nos mediatores fuerunt mihi & Episcopis qui mecum erant ex parte illius nuntiaverunt, & frater noster nunc dixit, & ita mihi familiaris & amicus atque adjutor secundùm rationabilem possibilitatem extiterit sicut nepos patruo & Christianus Rex Christiano Regi esse per rectum debet, sic ei privatus & amicus atque adjutor secundùm rationabilem possibilitatem esse volo sicut diligens patruus dilecto nepoti & sicut Christianus Rex Christiano Regi per rectum esse debet.

III.

De fidelibus autem Missis inter nos discurrendis, & de his quæ in regnis nostris emendanda sunt emendandis, & de statu atque honore Ecclesiarum & sacerdotum ac servorum Dei, & de lege ac justitia conservanda unicuique fidelium nostrorum in regno nostro, cujuscunque nostrum sit homo, & in illo & in suis proprietatibus & in suis honoribus, & de capitulis observandis, sicut frater noster nunc dixit, ita & ego per omnia cupio observare.

ADNVNTIATIO HLOTHARII.

CAP. I.

Postquam iste patruus meus Hludouvicus me in sua bonitate in filij loco suscepit, sic erga me semper in sua mercede fecit sicut & illum decuit & mihi necesse fuit. Vnde paratus sum illi debitum obsequium exhibere, sicut per rectum debeo facere.

II.

Et de his quæ patruus meus Karolus proximè nunc, quando primùm simul convenimus, mihi mandavit, sic observare cupio sicut patruus meus Hludouvicus, & Episcopi qui cum eo inter me & patruum meum Karolum mediatores fuerunt, ex mea parte illi & Episcopis qui cum eo erant nuntiaverunt. Et si ipse mihi ita privatus & amicus atque adjutor secundùm rationabilem possibilitatem extiterit sicut patruus nepoti & Christianus Rex Christiano Regi esse per rectum debet, ita & illi & familiaris & amicus atque adjutor secundùm rationabilem possibilitatem esse volo sicut diligens nepos dilecto patruo & Christianus Rex Christiano Regi esse per rectum debet.

III.

De fidelibus autem Missis inter nos discurrendis, & de his quæ in regnis nostris emendanda sunt emendandis, & de statu atque honore Ecclesiarum & sacerdotum ac servorum Dei, & de lege ac justitia conservanda unicuique fidelium nostrorum in regno nostro, cujuscunque nostrum sit homo, & in illo & in suis proprietatibus & in suis honoribus, & de capitulis observandis, sicut isti mei patrui nunc dixerunt, ita & ego per omnia cupio observare.

Quoniam istas, quæ præcedunt, adnuntiationes Hludouvicus & Hlotharius cum illorum sequacibus, postquam coram omnibus, qui adfuerunt, trium Regum consiliariis ferè ducentis, tam Episcopis, quàm Abbatibus, & laicis, relectas penitùs rejecerunt, ne populo legerentur, ut causa Hlotharij penitùs taceretur, hanc quæ sequitur adnuntiationem Domnus Karolus istis ipsis verbis jam vesperi adnuntiavit apud Sablonarias anno incarnationis dominicæ DCCCLXII. *Indictione* XI. III. *Nonas Novembris, in ipsa casa ubi relectæ sunt præcedentes adnuntiationes, in quam pauci alij intraverunt quàm qui antea fuerunt, quoniam ferè plena de ipsis erat.*

Adnvntiatio Karoli.

Sicut ego verbis & scriptis per fratrem meum & per Episcopos nepoti meo mandavi, & illi de sua parte mihi renuntiaverunt, sic illi amicus esse & illum salvare volo sicut avunculus per rectum nepotem salvare debet, si ille, sicut nepos per rectum avunculum salvare debet, me & meos salvaverit.

TITVLVS XXXVI.

Edictum Pistense.

ADNVNTIATIO DOMNI KAROLI APVD PISTAS.

Cap. I.

MVltas gratias vobis agimus de vestra fidelitate & de vestra bona voluntate quam semper erga nos in omni adjutorio & obsequio demonstratis, sicut vestri antecessores erga nostros antecessores demonstraverunt. Et quia pacem, quam jam præterito tertio anno hic communiter confirmavimus & adcognitari fecimus, secundùm quod causa in quibusdam locis conjacuit, etsi non omnes, sicut desideravimus, tamen ex majori parte observastis, & quia pleniter & cum pace ad hoc nostrum placitum convenistis.

II.

Et quia bonam voluntatem vestram in istis & in aliis videmus & experti sumus, fiducialiùs vos commonemus ut & de ipsa pace observanda & de istis operibus, quæ contra Dei & sanctæ ejus Ecclesiæ & nostros communes inimicos Nortmannos incepimus, sine defectu & lassatione viriliter laboretis, scientes qualiter nobis placuisset si istas firmitates hic factas habuissemus, quando in tali angustia, sicut experti estis, ad Meldis contra eos communiter laboravimus. Vnde nos Deus, sicut suæ misericordiæ placuit, manifesto suæ clementiæ indicio adjuvavit.

III.

Et quoniam illa quæ jam tertio anno hic unà cum consensu & consilio fidelium nostrorum constituimus, & vobis adcognitari fecimus, libenter audisse & suscepisse comperimus, quæ nunc etiam ad nostram communem salutem & pacem atque honorem hic fidelium nostrorum consensu atque consilio constituimus, vobis per scriptum nota facere volumus, ut illa pleniùs audire & ad illud scriptum recurrendo, quod in singulis comitatibus dari & relegi atque haberi præcipimus, firmiùs retinere & certiùs observare possitis. Quæ etiam ab Episcopis vel eorum ministris per singulos comitatus de eorum parrochiis aperto sermone, ut ab omnibus possint intellegi, tradi volumus.

Karolvs gratia Dei rex.

Notum esse volumus omnibus Dei & nostris fidelibus quoniam hæc quæ sequuntur capitula nunc in isto placito nostro anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCLXIV. anno videlicet regni nostri ipso propitio XXV. Indictione XII. VII. Kalend. Iulias, in hoc loco qui dicitur Pistis, unà cum fidelium nostrorum consensu atque consilio constituimus, & cunctis sine ulla refragatione per regnum nostrum observanda mandamus.

Cap. I.

Primò consideravimus de honore Ecclesiarum & sacerdotum ac servorum Dei, & immunitate rerum ecclesiasticarum, ut nullus sibi de ipsis rebus contra auctoritatem præsumat; & Comites Episcopis & ministris Ecclesiæ in eorum ministeriis adjutores in omnibus fiant, sicut in capitulari prædecessorum ac progenitorum nostrorum continetur, in secundo libro capitulo XXIII. Et quicunque Comitum vel ministrorum reipublicæ hæc quæ mandamus observare neglexerit, si prima & secunda vice de his admonitus non se correxerit, volumus ut neglegentia Comitis ad nostram notitiam per Episcopos & per Missos nostros deferatur, & aliorum ne-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

glegentia per Comites ad noſtram notitiam perferatur, ut noſtra auctoritate quod in capitulari prædeceſſorum noſtrorum continetur ſubire cogantur.

II.

Poſt hæc de orphanorum & viduarum cauſis, & de regalibus juſtitiis, & ſummopere de raptoribus puellarum & viduarum & ſanctimonialium, & de his qui Preſbyteros flagellare præſumunt, & qui eos de Eccleſiis ſine Epiſcoporum conſenſu eicere vel recipere aut cenſum de manſo vel ex his quæ Domnus & genitor noſter in ſuis capitularibus Eccleſiis in immunitate conceſſit exigere non timent, & qui cenſa de rebus eccleſiaſticis ad Eccleſias perſolvere detrectant, ut firmiter à Miſſis & Comitibus noſtris inquirantur, & acriter diſtringantur, & plena juſtitia inde fiat, ſecundùm quod in capitularibus avi & patris noſtri ſtatutum habetur; & ipſi contemptores legum, divinæ ſcilicet & humanæ, ad noſtram præſentiam legaliter perducantur; ut inde conſilio fidelium Dei ac noſtrorum commendemus quid de talibus hominibus ſit faciendum, qui nec Deum timent, nec contra ſanctos canones facere nec legem & præceptum regium infringere pertimeſcunt. ſalva cenſura eccleſiaſtica & epiſcopalis pœnitentiæ vindicta.

III.

Vt lex & juſtitia unicuique in ſuo ordine omnibus conſervetur, & pacem quam proximè teſte Deo propriis manibus communi conſenſu confirmavimus, quando hic placitum noſtrum habuimus, ſic omnes & infra patriam, & quando ad placitum unuſquiſque venerit, & quando redierit, & quando neceſſitas nobis evenerit ut hoſtem noſtrum adnuntiemus, uſque conſtituta loca ſecundùm conſuetudinem & capitula prædeceſſorum noſtrorum obſervare procuret. Et qui contra hanc confirmationem per contemptum venerit, aut quantocius, quod contra hanc confirmationem exceſſum fuerit, emendare neglexerit, ab Epiſcopis & Miſſis ac Comitibus noſtris hoc nobis nuntiari mandamus; quatenus tantum Dei & noſtrum ac totius Chriſtianitatis contemptum, ſicut ſecundùm leges divinas & humanas invenerimus, emendare curemus, ne ipſo noſtro judicio à Deo, quod abſit, condemnati ſimus. Et videant Epiſcopi & Miſſi ac Comites noſtri ne ſi contra noſtram communem confirmationem aliquis per contemptum fecerit, & emendare noluerit, per alium quàm per illos qui ad hoc conſtituti ſunt hunc contemptum ſciamus: quoniam ſi per alium quàm per illos hoc, ſicut non convenit, audierimus, ſicut nec ipſi immunes à peccato erunt, ſic nec ab ultione immunes exiſtent.

IV.

Volumus & expreſsè mandamus Comitibus noſtris ut ſicut in XXIV. capitulo ſecundi libri Capitulorum deceſſorum noſtrorum continetur, vaſſalli noſtri nobis & noſtræ conjugi famulantes condignum apud omnes honorem habeant, ſicut à genitore noſtro & à nobis ſæpè admonitum eſt; & ſicut ipſi volunt ſe à nobis honoratos tenere, ita & nobis famulantibus, ſicut conſuetudo fuit tempore anteceſſorum noſtrorum, debitum honorem exhibeant.

V.

Volumus & expreſsè Comitibus noſtris mandamus ut villæ noſtræ indominicatæ, ſed & villæ de monaſteriis quæ & conjugi noſtræ & filiis ac filiabus noſtris conceſſa atque donata habemus, quæque ſub immunitate conſiſtunt, cum ſalvamento & debita reverentia in comitatibus illorum conſiſtant. Sed & quæ homines noſtri ac illorum illarúmque, qui ſine ulla differentia & noſtri ſunt, cum ſalvamento & debito honore habere poſſint. Et non ignorent neque obliviſcantur Comites ac Miſſi noſtri nos ſcire quòd dominorum Dominus de ſe dicit: *Honorificantes me honorificabo; & qui contemnunt me, inhonorati erunt.* 1. Reg. 2.

VI.

Et quoniam humana fragilitas proclivior eſt ad contrajuſtitiam faciendam quàm ad juſtitiam exequendam, & diabolus ſemper certat ut fragilitati humanæ oculos mentis claudat, ne caſtigationem Dei videat, & ſemetipſam emendet; ſicut ad nos perventum eſt, quidam leves homines de iſtis comitatibus qui devaſtati ſunt à Nortmannis, in quibus res & mancipia & domos habuerunt, quia nunc ibi mancipia & domos non habent, quaſi licenter malum faciunt: quia, ſicut dicunt, non habent unde ad juſtitiam faciendam adducantur. & quia non habent domos ad quas ſecundùm legem manniri & banniri poſſint, dicunt quòd de mannitione vel bannitione legibus comprobari & legaliter judicari non poſſunt. Contra quorum malas inſidias conſenſu & conſilio fidelium noſtrorum ſtatuimus ut Comes Miſſum ſuum

ſuum ad illam terram in qua domos quis habuit mittat, & eum bannire & mannire jubeat. Et quoniam lex conſenſu populi fit & conſtitutione Regis, Franci jurare debeant quia ſecundùm regium mandatum noſtrum ad juſtitiam reddendam vel faciendam legibus bannitus vel mannitus fuit. & ſic ipſæ res illi judicio Scabiniorum in bannum mittantur, & ſi neceſſe fuerit, ipſe in forbannum mittatur qui ad juſtitiam reddendam venire noluerit. Et mandet Comes, qui hoc executus fuit, alteri Comiti, in cujus comitatu res & mancipia habet, quid inde factum habeat; & ex noſtro verbo illi mandet ut per illa quæ in ſuo comitatu habet illum diſtringat, quatenus ad juſtitiam reddendam vel faciendam in ſuum comitatum redeat.

VII.

Audivimus etiam quia hujuſmodi leves homines in aliis comitatibus deprædationes & injuſtitias faciant, & ad illum comitatum in quo commanent, & in quo illas malitias non faciunt, factis malitiis in aliis comitatibus reveniunt. Vnde mandamus & Comitibus noſtris expreſsè præcipimus ut illi Comites in quorum comitatibus tales homines injuſtitias faciunt, illis Comitibus hoc mandent in quorum comitatibus refugium habent, & una mente, unóque conſenſu, & uno certamine ad tales homines comprehendendos ſe erigant, & decertent ut Eccleſiæ Dei & miniſtri ejus & ſervi Dei ac populus pacem & quietem habere poſſit.

VIII.

Vt denarij ex omnibus monetis meri àc bene penſantes, ſicut in capitulari prædeceſſorum ac progenitorum noſtrorum Regum libro quarto XXXII. capitulo continetur, in omni regno noſtro non reiciantur uſque ad Miſſam ſancti Martini. Et in omnibus civitatibus & vicis ac villis, tam noſtris indominicatis, quàm & in his quæ de immunitate ſunt, vel de comitatibus, atque hominum noſtrorum ſive cujuſcunque ſint per omne regnum noſtrum, à judicibus noſtris, & ab eis quorum villæ ſunt, unà cum miniſtris reipublicæ, ſecundùm quantitatem locorum & villarum, tanti ac tales de ipſis incolis & inibi manentibus conſtituantur qui inde providentiam habeant ne boni denarij reiciantur, & non niſi meri & bene penſantes accipiantur.

IX.

Vt illi qui ex hac cauſa providentiam habebunt, ſacramento jurent quòd ſicut eis ex hac cauſa injunctum fuerit, quantum ſcierint & potuerint, debeant fideliter obſervare, & illum hominem quem ſcierint merum & bene penſantem denarium reicere non debeant celare, ſed miniſtris reipublicæ eum debeant notum facere. De quo ſacramento quicunque comprobatus fuerit perjuratus, & ſecundùm legem mundanam ut perjurus puniatur, ſicut in capitulari deceſſorum ac progenitorum noſtrorum continetur in fine capituli decimi ex tertio libro, & ſecundùm legem eccleſiaſticam publicæ pœnitentiæ ſubigatur.

X.

Vt ab ipſa Miſſa ſancti Martini per omne regnum noſtrum non niſi iſtius noſtræ novæ monetæ meri & bene penſantes denarij accipiantur. Et quicunque ab illa die alium denarium negotiandi cauſa protulerit, à Comite & à miniſtris ejus auferatur ab eo; ſicut in libro capitulorum ſecundo, decimo octavo capitulo continetur.

XI.

Vt in denariis novæ noſtræ monetæ ex una parte nomen noſtrum habeatur in gyro, & in medio noſtri nominis monogramma, ex altera verò parte nomen civitatis; & in medio crux habeatur.

XII.

Sequentes conſuetudinem prædeceſſorum noſtrorum, ſicut in illorum capitulis invenitur, conſtituimus ut in nullo loco alio in omni regno noſtro moneta fiat niſi in palatio noſtro & in Quentovico ac Rotomago, (quæ moneta ad Quentovicum ex antiqua conſuetudine pertinet) & in Remis, & in Senonis, & in Pariſio, & in Aurelianis, & in Cavillono, & in Metullo, & in Narbona.

XIII.

Vt hi in quorum poteſtate deinceps moneta permanſerit, omni gratia & cupiditate ſeu lucro poſtpoſito fideles monetarios eligant, ſicut Dei & noſtram gratiam volunt habere. Et ipſi monetarij jurent quòd ipſum miniſterium, quantum ſcierint & potuerint, fideliter faciant. Et mixtum denarium & minus quàm debet penſantem non monetent nec monetari conſentiant. Et ſine ulla fraude, & abſque malo ingenio, contra eos quorum argentum ad purgandum acceperint, ipſum argentum exmerent, & ſine fraude tam in penſa quam in purgatione denarios concambient. Contra quod ſacramentum ſi quilibet feciſſe reputatus fuerit, judicio Dei ſe examinet:

& sicut contra hoc feciſſe comprobatus fuerit, quia non majorem fraudem facit si mixtum denarium & minus quàm debeat penſantem monetaverit quàm si in purgatione & concambio argenti per malum ingenium fraudem de argento reipublicæ & de argento rerum eccleſiaſticarum & de facultate pauperum fecerit, ſicut conſtitutum eſt de falſis monetariis in libro IV. Capitulorum XXXIII. capitulo, manum perdat, & ut ſacrilegus ac pauperum ſpoliator publicæ pœnitentiæ judicio epiſcopali ſubiciatur. In illis autem regionibus in quibus ſecundùm legem Romanam judicia terminantur, juxta ipſam legem culpabilis judicetur.

XIV.

Vt in proximis Kalendis Iulij, per hanc duodecimam indictionem, habeat in Silvanectis civitate unuſquiſque Comes, in cujus comitatu monetam eſſe juſſimus, Vicecomitem ſuum cum duobus aliis hominibus qui in ejus comitatu res & mancipia vel beneficia habeant, & ſuum monetarium cum ipſis habeat: quatenus ibi accipiant per manus ſuas de camera noſtra, ad opus uniuſcujuſque monetarij, de mero argento cum penſa libras quinque, ut habeat unde initium monetandi poſſit incipere; & penſam argenti quam ex camera noſtra acceperit, per manus eorum per quas illud accepit, ſabbato ante initium quadrageſimæ in monetatis denariis in præfato loco, & cum ipſa penſa cum qua argentum acceperat, unuſquiſque monetarius in noſtra camera reddat.

XV.

Vt nullus more ſolito pro ullo lucro vel avaritia hoc leviter accipiat; ſed omnes ab ipſis Kalendis Iulij argentum ſuum in conſtitutis monetis concambiari faciant, ſcientes quia poſt Miſſam ſancti Martini nulli alij denarij in regno noſtro niſi iſtius novæ noſtræ monetæ recipientur, & ab ipſis Kalendis Iulij ipſi novi denarij ab omnibus accipiantur. Et quicunque liber homo ab ipſo die denarium merum novæ noſtræ monetæ in regno noſtro rejecerit, ſicut in præfato libro & capitulo regio continetur, bannum noſtrum, id eſt, ſolidos ſexaginta, componat. Si verò ſervi eccleſiaſtici aut Comitum aut vaſſallorum noſtrorum hoc facere præſumpſerint, quia in præfato Capitulari continetur ut ſexaginta ictibus vapulent, & hac occaſione indiſcreti homines modum in diſciplina faciebant, conſtituimus cum fidelium noſtrorum conſenſu atque conſilio ut quorumcunque coloni & ſervi pro hoc convicti fuerint, non cum groſſo fuſte, ſed nudi cum virgis vapulent. & in civitatibus atque vicis ſeu villis Epiſcopi per ſuos miniſtros vel Preſbyteros providentiam unà cum reipublicæ miniſtris accipiant ne & in hac cauſa modus diſciplinæ tranſgrediatur, ſed taliter fiat qualiter & homines caſtigentur, & quaſi pro intentione vel occaſione caſtigationis diſciplinam facientes peccatum non incurrant, & diſciplinam ſuſtinentes in corpore ſuo debiliores non fiant. Quòd ſi quis hoc mandatum noſtrum tranſgreſſus fuerit, nobis ab Epiſcopis nuntietur; quatenus taliter caſtigetur ne deinceps mandatum noſtrum quemquam delectet contemnere. Et ſi dominus vel magiſter, qui liber eſt, aut advocatus talium hominum eos vel Comiti vel Miſſo noſtro ad diſciplinam ſuſtinendam contradixerit, vel Miſſo noſtro juſſus præſentare noluerit, prædictum bannum ſexaginta ſolidorum componat, ſicut in prædicto capitulari habetur.

XVI.

Vt ſi aliquis homo à proximis Kalendis Iulij de hac nova noſtra moneta mixtum vel minus quàm debeat penſantem denarium invenerit, conſtringat eum qui ipſum denarium ad negotiandum protulit, & ipſe dicat à quo eum accepit; & ſic de manu ad manum veniat, uſque dum ad falſitatis auctorem perveniatur. Et inventus mixti vel minus quàm debeat penſantis denarij monetator in illa terra in qua judicia ſecundùm legem Romanam terminantur, ſecundùm ipſam legem judicetur. Et in illa terra in qua judicia ſecundùm legem Romanam non judicantur, monetarius, ſicut ſuprà diximus, falſi denarij manum dexteram perdat, ſicut in quarto libro capitulorum continetur, capite trigeſimo tertio. Et qui hoc conſenſerit, ſi liber eſt, ſexaginta ſolidos componat. Si ſervus vel colonus, nudus cum virgis vapulet.

XVII.

Vt diligenter Comites & miniſtri reipublicæ per ſuos comitatus ac miniſteria provideant ne in aliquo loco occulta vel fraudulenta moneta fieri poſſit. Et ſi inventus ac comprobatus quilibet fuerit fraudulentam monetam percutiens, ſicut conſtitutum eſt de falſo monetario, ex præfato capitulari prædeceſſorum noſtrorum, manus ei amputetur. Et qui hoc conſenſerit, ſi liber eſt, ſexaginta ſolidos componat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si servus vel colonus, nudus cum virgis vapulet.

XVIII.

Et si falsus monetarius, aut de illis locis in quibus monetam fieri jussimus, aut occultè monetam percutiens, aut denarium falsum de nova moneta ad negotiandum proferens, ut constringi & puniri non possit, sicut est constitutum, in fiscum nostrum vel in quamcunque immunitatem aut alicujus potentis potestatem vel proprietatem confugerit, si in nostrum confugerit fiscum, requiratur à ministro nostro. Et si ille eum defenderit aut occultaverit, nuntietur nobis, quatenus ita in eo secundùm capitulare regium vindicetur ne ullus alius unquam falsitatem nostra auctoritate vel potestate consentire aut defendere audeat. Si autem in immunitatem vel potestatem aut proprietatem alicujus potentis confugerit, secundùm quod in tertio libro capitularis XXVI. capitulo continetur de eo qui furtum au homicidium vel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit, inde fiat, id est, mandet Comes vel publicæ rei minister Episcopo vel Abbati vel illi quicunque locum Episcopi vel Abbatis vel Abbatissæ tenuerit vel potentis hominis in cujus potestatem vel proprietatem confugerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima contradictione solidis quindecim culpablis judicetur. Si ad secundam inquisitionem eum reddere noluerit, triginta solidis culpabilis judicetur. Si nec ad tertiam inquisitionem consentire voluerit, quicquid reus damni fecit, totum ille qui eum infra immunitatem retinet, nec reddere vult, solvere cogatur; & ipse Comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra immunitatem quærendi, ubicunque eum invenire potuerit. Si autem in prima inquisitione Comiti responsum fuerit quòd reus infra immunitatem quidem fuisset, sed fuga lapsus sit, juret quòd ipse eum ad justitiam cujuslibet disfaciendam fugere non fecisset, & sit ei in hoc satisfactum. Si verò intranti in ipsam immunitatem vel in cujuslibet hominis potestatem vel proprietatem Comiti collecta manu quilibet resistere tentaverit, Comes hoc ad Regem vel Principem deferat, & ibi judicetur. Et sicut ille qui in immunitate damnum fecit, sexcentis solid. componi debet, ita qui Comiti collecta manu resistere præsumpserit, sexcentis solidis culpabilis judicetur.

XIX.

Vt meliùs & commodiùs hæc providentia de bonis denariis non reiciendis & de monetæ falsæ denariis custodiri possit, volumus ut unusquisque Comes de comitatu suo omnia mercata inbreviari faciat, & sciat nobis dicere quæ mercata tempore avi nostri fuerunt, & quæ tempore Domni & genitoris nostri esse cœperunt, vel quæ illius auctoritate constituta fuerunt, vel quæ sine auctoritate illius facta fuerunt, vel quæ tempore nostro convenire cœperunt, vel quæ in antiquis locis permanent, & si mutata sunt, cujus auctoritate mutata fuerunt. Et ipsum brevem unusquisque Comes ad proximum placitum nostrum nobis adportet, ut decernere possimus quatenus necessaria & utilia, & quæ per auctoritatem sunt, maneant, quæ verò superflua, interdicantur, vel locis suis restituantur. Et mercata die dominico in nullo loco habeantur, sicut in primo libro Capitulorum capitulo CXXXVI. habetur. L. 139.

XX.

Vt Comes & reipublicæ ministri ac ceteri fideles nostri provideant quatenus justus modius æquúsque sextarius secundùm sacram scripturam & Capitula prædecessorum nostrorum in civitatibus & in vicis & in villis ad vendendum & emendum fiat, & mensuram secundùm antiquam consuetudinem de palatio nostro accipiant, & non pro hac occasione à mansuariis vel ab his qui censum debent major modius, nisi sicut consuetudo fuit, exigatur. Et ipsi homines qui per villas de denariis providentiam jurati habebunt, ipsi etiam de mensura, ne adulteretur, provideant; sicut in libro tertio Capitulorum capitulo XC. continetur. Et si quis reputatus fuerit mensuram adulterasse, & cum majori modio vel sextario annonam vel vinum accepisse, & cum minori mensura venundare, si liber homo est, aut secundùm suam legem se inde sacramento idoneum reddat, aut si hoc fecisse vel fieri jussisse aut consensisse comprobatus fuerit, hoc unde mensuram adulteravit, id est, vinum & annona, à ministris reipublicæ tollatur ab eo; insuper & bannum nostrum, id est, solidos sexaginta, componat. Si autem colonus vel servus inde reputatus fuerit, aut judicio Dei se inde examinet, aut si inde convictus fuerit, Regino lib. 2. c. 426.

hoc, ut suprà diximus, unde mensuram adulteravit perdat, insuper & virgis nudo corpore vapulet. Et sive liber sive colonus vel servus de hoc convictus fuerit, post legalem emendationem episcopale judicium suscipiat, quia contra tale interdictum Domini fecit dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* unde regnum Dei sibi clausit, & infernum sibi aperuit. Quod peccatum inter illa criminalia peccata computatur de quibus dicit Apostolus quòd qui ea fecerit, cum hujusmodi nec cibum sumere Christiano licet. & in- de sacri Nicæni canones Clericos gradus perdere jubent. Et de tali causa unde seculares homines vitam perdunt, inde Clerici ecclesiasticum gradum amittunt. Ministri autem reipublicæ se cautè custodiant, ne pro hac occasione ducti cupiditate per aliquod malum ingenium à liberis hominibus vel colonis seu servis sua injustè tollant: quia si inde ad nos clamor venerit, & inde convicti fuerint, sic injustitiam istam exsolvent sicut illi qui in suo ministerio tortum faciant. In illis autem regionibus in quibus secundùm legem Romanam judicantur judicia, juxta ipsam legem committentes talia judicentur: quia super illam legem vel contra ipsam legem nec antecessores nostri quodcunque capitulum statuerunt, nec nos aliquid constituimus. Similiter per civitates & vicos atque per mercata ministri reipublicæ provideant ne illi qui panem coctum aut carnem per deneratas aut vinum per sextaria vendunt, adulterare & minuere possint. Sed quantos mensurabiles panes in unaquaque civitate de justo modio Episcopi vel Abbatis seu Comitis ministeriales à pistoribus suis recipiunt, tantos mensurabiles panes de æquo modio à pistoribus qui panem vendunt fieri faciant. quos si inventi fuerint adulterare vel minorare, ut suprà diximus, secundùm suum modum culpabiles judicentur. Homines etiam qui providentiam habere debebunt ne mancæ mensuræ fiant, si de perjurio quod juraverunt quia hoc consentire non debuissent revicti fuerint, secundùm legem puniantur, sicut in fine capituli decimi ex libro tertio Capitulorum habetur, & postea ab Episcopo publicam pœnitentiam de perjurio accipiant.

Psal. 14.

Conc. Nic. c. 17.

XXI.

Vt quia per tres jam annos bannum pro rejectione bonorum denariorum perdonavimus, volumus ut modò, secundùm discretionem quam Missis nostris commendavimus, revvadiatum persolvatur, & ubi revvadiatum non est, revvadietur & solvatur: quatenus & ex hoc & ex disciplina constituta ita constricti, deinceps cessent denarios bonos reicere. Et quoniam audivimus, occasione accepta pro revvadiato banno, quosdam plus à pauperibus accepisse quàm bannus levet, hoc à Missis nostris diligenter requiri volumus. Et quicunque plus ab eis acceperunt quàm justimus, cogantur illis restituere, & illos absque ulla excusatione ad præsentiam nostram Missi nostri adducant; quatenus per nostram harmiscaram ita castigentur ne ulteriùs tali conludio eos delectet opprimere pauperes.

XXII.

Vt à colonis qui jam pro rejectione bonorum denariorum flagellati vel flagellandi sunt nulla alia exactio requiratur; & si ab aliquo eorum aliquid inde acceptum fuit, à Missis nostris cogatur restitui. Et qui beneficia vel alodes in duobus vel tribus aut quatuor comitatibus habent, & non habent in unoquoque comitatu unde plenum bannum valeant solvere, vel qui in uno tantùm comitatu alodem vel beneficia habent, & non tantum ibi habent unde plenum bannum valeant solvere, Missis nostris hoc notum faciant, & hoc ab eisdem Missis nostris diligenter inbrevietur, & nobis renuntietur, ut nostra discretione decernamus qualiter & castigatio ex compositione fiat, & homines ultra mensuram & indebitè non graventur: quia, sicut sancta Scriptura dicit, non inde requirimus datum, sed fructum, id est, non inde requirimus inhonestum lucrum, sed regni ex castigatione profectum. Turpe vel inhonestum est lucrum, ut Augustinus exponit, per varias circumventiones & occasiones lucrandi causa inhonestè res quaslibet congregari. Et non solùm in pauperioribus, sed etiam in ditioribus, considerare volumus discretionem quam decessores nostri Reges in quarto libro Capitulorum posuerunt, capitulo LVII. decernentes: Vt de debito, inquiunt, quod ad opus nostrum fuerit revvadiatum talis consideratio fiat ut is qui ignoranter peccavit, non totum secundùm legem componere cogatur, sed juxta quod possibile visum fuerit. is verò qui tantùm mala voluntate peccavit, totam legis compositionem cogatur exsolvere.

XXIII.

Vt nullus deinceps in regno noſtro mixturam auri vel argenti ad vendendum facere vel conſentire præſumat. & nullus à Miſſa ſancti Remigij, id eſt, à proximis Kalendis Octobris, aurum vel argentum ad vendendum vel emendum niſi purificatum proferat. Et ſi quis poſt præfatas Kalendas inventus fuerit aurum vel argentum vel quodcunque fabricinium ex auro vel argento mixtum ad vendendum vel emendum portare, à miniſtris reipublicæ ipſum quod portaverit ab eo tollatur, & ipſe per fidejuſſores, ſi res & mancipia in illo comitatu non habet, ad præſentiam noſtram cum ipſo auro vel argento adducatur, ut nos inde commendemus qualiter culpabilis judicetur. Si verò res & mancipia vel mobile, per quæ diſtringi legaliter poſſit, in ipſo comitatu habuerit, ſecundùm legem ad noſtram præſentiam venire jubeatur. Et ſi quiſquam inventus fuerit ſuum aurum vel argentum vel quodcunque fabricinium ex auro vel argento portare ad fabrum ut purgetur, provideant reipublicæ miniſtri ne hac occaſione ab eo quod ſuum fuerit tollant. Quòd ſi fecerint, & ad nos inde reclamatio venerit, ſicut ille qui tortum in ſuo comitatu vel miniſterio fecerit, in noſtra vel fidelium noſtrorum præſentia culpabilis judicabitur. Faber verò qui poſt præfatas Kalendas comprobatus fuerit aurum vel argentum ad vendendum vel emendum adulteraſſe vel miſculaſſe in illis regionibus in quibus judicia ſecundùm legem Romanam terminantur, juxta illam legem puniatur: in aliis autem regionibus regni noſtri, ſecundùm capitulare regium, ſicut falſam monetam percutiens, manum perdat. Et liber homo qui hoc conſenſerit, ſicut in præfato continetur capitulo, bannum noſtrum, id eſt ſolidos ſexaginta, componat; colonus vel ſervus, nudus cum virgis flagelletur. Si verò Iudæus fuerit, ipſum quod mixtum protulerit perdat, & bannum noſtrum, ſicut tempore prædeceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit, componat.

XXIV.

Vt in omni regno noſtro non ampliùs vendatur libra auri puriſſimè cocti niſi duodecim libris argenti de novis & meris denariis. Illud verò aurum quod coctum quidem fuerit, ſed non tantum ut ex eo deauratura fieri poſſit, libra una de auro vendatur decem libris argenti de novis & meris denariis. Et omnimodis provideant tam Comites quàm ceteri omnes miniſtri reipublicæ ne aliqua adjectione vel fraude per occaſionem aliquid amplius vendatur, ſicut de ſuis honoribus volunt gaudere. Et quicunque hanc commendationem noſtram aliquo ingenio infirmare vel fraudare ſeu aliter immutare inventus fuerit, ſi liber homo fuerit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat; colonus ſeu ſervus, nudus cum virgis flagelletur.

XXV.

Et quoniam in præfatis capitulis continetur in libro tertio capitulo LXXV. ut nullus ſine permiſſu regio bruniam vel arma extraneo dare aut vendere præſumat, & in eodem libro capitulo VI. deſignata ſunt loca regni uſque ad quæ negotiatores brunias & arma ad venundandum portare & vendere debeant, quòd ſi inventi fuerint ultra portantes aut venundantes, ut omnis ſubſtantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatij, alia verò medietas inter Miſſos regios & inventorum dividatur; quia peccatis noſtris exigentibus in noſtra vicinia Nortmanni deveniunt, & eis à noſtris bruniæ & arma atque caballi aut pro redemptione dantur, aut pro pretij cupiditate venundantur, cùm pro redemptione unius hominis iſta donantur, vel pro pauco pretio venundantur, per hoc auxilium illis contra nos præſtitum & regni noſtri maximum fit detrimentum, & multæ Eccleſiæ Dei deſtruuntur, & quamplurimi Chriſtiani deprædantur, & facultates eccleſiaſticæ & regni exhauriuntur, propterea unà cum conſenſu atque conſilio noſtrorum fidelium conſtituimus ut quicunque poſt proximas Kalendas Iulij hujus duodecimæ indictionis Nortmannis quocunque ingenio, vel pro redemptione, vel pro aliquo pretio, bruniam vel quæcunque arma aut caballum donaverit, ſicut proditor patriæ & expoſitor Chriſtianitatis ad perditionem gentilitati ſine ulla retractatione vel redemptione de vita componat. Quæ omnia omnibus citiſſimè à Miſſis noſtris & Comitibus nota fiant, ne de ignorantia ſe excuſare valeant.

XXVI.

Vt pagenſes Franci, qui caballos habent vel habere poſſunt, cum ſuis Comitibus in hoſtem pergant; & nullus per violentiam, vel per aliquod malum ingenium, aut per quamcunque indebitam oppreſſionem talibus Francis ſuas res aut caballos

tollat, ut hostem facere & debitos paraveredos secundum antiquam consuetudinem nobis exsolvere non possint, neque Comes neque aliquis minister reipublicæ. Quòd si feciſſe aliquis eorum comprobatus fuerit, sic hoc cogatur componere sicut de illis est constitutum in Capitularibus regiis qui tortum in suo comitatu vel ministerio faciunt.

XXVII.

Vt juxta regium Capitulare quod Domnus & genitor noster anno XVI. regni sui capitulo VII. constituit, Comites vel Missi nostri diligenter inquirant quanti homines liberi in singulis comitatibus maneant qui per se possunt expeditionem facere, vel quanti de his quibus unus alium adjuvet, quanti etiam de his qui à duobus tertius adjuvetur vel præparetur, necnon de his qui à tribus quartus adjuvetur & præparetur, sive de his qui à quatuor quintus adjuvetur & præparetur ut expeditionem exercitalem facere possint; & eorum summam ad nostram notitiam deferant; ut illi qui in hostem pergere non potuerint; juxta antiquam & aliarum gentium consuetudinem ad civitates novas & pontes ac transitus paludium operentur, & in civitate atque in marcha vvactas faciant, ad defensionem patriæ omnes sine ulla excusatione veniant. Et qui de talibus hostem dimiserint, heribannum juxta discretionem quæ in progenitorum nostrorum tertio libro Capitulorum capitulo XIV. continetur persolvant. Et qui ad defensionem patriæ non occurrerint, secundùm antiquam consuetudinem & Capitulorum constitutionem judicentur.

XXVIII.

Vt illi Franci qui censum de suo capite vel de suis rebus ad partem regiam debent, sine nostra licentia ad casam Dei vel ad alterius cujuscunque servitium se non tradant, ut respublica quod de illis habere debet non perdat. Quòd si aut seipsos aut res suas ad casam Dei aut ad alterius cujuscunque servitium sine licentia nostra tradere voluerint, sicut in Capitulari avi nostri continetur de his qui pro furto se in servitium tradere cupiunt, Comites vel Vicarij hoc eis non consentiant, sed ex banno nostro prohibeant. Quòd si contra bannum nostrum fecerint, ipsi qui eos receperint bannum nostrum, id est, solidos sexaginta componant. Et si ipsos in servitio suo habere voluerint, vel illorum res, de quibus census ad partem regiam exiebat, tenere voluerint, censum quem ipsi Franci debebant, vel qui de illorum rebus exire solebat, ad nostram regiam partem componant, sicut in præfato Capitulorum libro tertio capitulo XV. & LXXXVI. & in libro IV. cap. XXXVI. habetur. Et quia, sicut in sacris ecclesiasticis regulis invenitur, prior observatio durior, posterior autem exigente causa inclinatior fuit, post hæc præfata capitula decessorum & progenitorum nostrorum, hujusmodi, sicut prædiximus, Francis hominibus res suas ad casam Dei vel aliis tradere ac vendere eósque ad divinum servitium converti, si vellent, non prohibuerunt, sicut in capitulis libri primi capitulo CXXXII. & CXXXIV. & in libro II. capitulo XXXI. & in libro IV. cap. XIX. continetur. Si quis de talibus Francis de suis rebus tradere vel vendere voluerit, non prohibemus. tantùm ut jus regium, quod sibi debetur, sine ratione non perdat: quia injustas consuetudines noviter institutas imponere cuique non volumus, quas in quarto libro eorundem Capitulorum prohibitas cap. XLVII. legimus. De illis autem qui secundùm legem Romanam vivunt nihil aliud nisi quod in eisdem continetur legibus definimus.

XXIX.

Vt illi coloni, tam fiscales quàm & ecclesiastici, qui, sicut in polypticis continetur, & ipsi non denegant, carropera & manopera ex antiqua consuetudine debent, & margilam & alia quæque carricare, quæ illis non placent, renuunt, quoniam adhuc in illis antiquis temporibus fortè margila non trahebatur, quæ in multis locis tempore avi ac Domni & patris nostri trahi cœpit, & de manopera in scuria battere nolunt, & tamen non denegant quia manoperam debent; quicquid eis carricare præcipitur de opera carroperæ, quando illam facere debent, sine ulla differentia carricent; & quicquid eis de opera manoperæ, quando illam facere debent, præcipitur, similiter sine ulla differentia faciant.

XXX.

Vt quoniam in quibusdam locis coloni, tam fiscales quàm & de casis Dei, suas hereditates, id est, mansa quæ tenent, non solùm suis paribus, sed & Clericis canonicis ac villanis Presbyteris & aliis quibuscunque hominibus vendunt, & tantummodo sellam retinent, & hac occasione sic destructæ fiunt villæ ut non solùm

census debitus inde non possit exigi, sed etiam quæ terræ de singulis mansis fuerunt, jam non possint agnosci; constituimus ut præcipiatur à nostris ministerialibus & à ministris ecclesiasticis ut hoc nullo modo de cetero fiat, ne villæ destructæ atque confusæ fiant. & quicquid de singulis mansis sine licentia dominorum vel magistrorum per quoscunque venditum est, recipiatur, & singulis mansis de quibus terræ venditæ sunt, & de quibus census decidit propter eorum impossibilitatem qui mansa deservire non possunt, restituatur; & juxta qualitatem vel quantitatem terræ vel vinearum ad singulos mansos pertinentium, postquam restaurati fuerint, ab unoquoque manso census ad partem dominicam exigatur.

XXXI.

De adventitiis istius terræ, quæ à Nortmannis devastata est, constituimus ut sicut in Capitulari avi nostri Karoli Imperatoris habetur, unusquisque Comes de suo comitatu & nomina eorum, & qui sunt eorum seniores, describi faciant, & ipsos advenas, qui à tempore avi nostri atque à tempore Domni & patris nostri in illorum comitatibus commanent, secundùm consuetudinem quæ illorum temporibus fuit, eos ibi manere permittant. Illos verò qui propter persecutionem Nortmannorum nuper de istis partibus in illas partes confugerunt, Episcoporum Missi cum Missis reipublicæ taliter de illis partibus in istas partes venire faciant ut non opprimantur, nec aliquis census vel quæcunque exactio ab illis exigatur; & habeant licentiam quæ in illis partibus suo servitio promeruerunt, vel quocunque justo ingenio adepti sunt, commendandi. Et illi qui nullum lucrum de opere in vineis sperant, Kalendis Septembris unusquisque ad locum suum jam perventus sit. Et qui lucrum de vineis in illis partibus promeruerit, octo dies post Missam sancti Remigij in istas partes jam sit perventus, & sibi in istis partibus in futurum provideat, & suo seniori serviat. Et si necesse illi fuerit, ad Missam sancti Martini ad suum conductum in illas partes redeat, & usque ad Kalendas Aprilis ibidem immorandi licentiam habeat; indéque ad terram suæ nativitatis & ad senioratum suum unusquisque redeat, & usque ad medium Maium propter seminationem ibidem maneat; indéque, si illi necessitas fuerit, ad suum conductum redeat; & inde ad mansiones in terram suam unusquisque redeat, & de cetero ibidem permaneat. Si autem de istis partibus in illis partibus femina maritum aut maritus feminam accepit, illud conjugium, quia non est legale neque legitimum, sicut Leo in suis decretis & sanctus Gregorius in suis epistolis monstrant, dissolvatur; & cujus mancipium vir vel femina fuerit, suum quæque potestas recipiat, & suæ potestatis homini conjungere faciat. Et si infantes inde nati sunt, secundùm legem & antiquam consuetudinem nostram infantes matrem sequantur. In illis autem regionibus quæ legem Romanam sequuntur, secundùm eandem legem fieri exinde decrevimus.

XXXII.

Vt conlimitanei & vicini Comites in una die, si fieri potest, mallum non teneant, maximè post octavas Paschæ, propter Francos homines & advocatos, qui ad utraque malla non possunt occurrere. Sed mittant sibi invicem Missos. Et si unus die Lunis mallum habuerit, alter die Iovis aut die Lunis sequentis hebdomadæ mallum habeat. Et ne grave ei sit qui suum mallum interjecit, qui uno anno primus tenuerit mallum, sequenti anno consentiat alteri primum tenere. Et si sacramenta legalia in primo die Lunis post Pascha juranda devenerint, aut in aliis feriis, quando mallum tenere debuerat, mittat unusquisque Comes Missum suum, qui ipsa sacramenta auscultet, ne ipsi homines jectivi inveniantur. Et ipse sic mallum suum teneat ut barigildi ejus & advocati qui in aliis comitatibus rationes habent, ad suum mallum occurrere possint.

XXXIII.

Et quia sacramenta post quadraginta noctes legaliter juranda accipiuntur, & in præfatis prædecessorum & progenitorum nostrorum capitulis invenitur ut postquam Comes & pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die super quadraginta noctes sit bannus resisus, (quod in lingua Theodisca scaftlegi, id est armorum depositio, vocatur) multi inde contendunt, & se inter se jectiscunt. Alij enim suum sacramentum quadragesimo die, in quo illud accipiunt, jurare volunt; & in tantum contendunt ut etiamsi intra quadragesimam sacri jejunij quadragesimus dies advenerit, suum sacramentum se jurare debere contendant, & contra causatores suos, si ad hoc audiendum non venerint, jectiscant. Numerant enim

dies, & non numerant cum eis noctes; ſicut numerantur dies, & non numerantur noctes, à nativitate Domini uſque ad purificationem ſanctæ Mariæ, & à reſurrectione Domini uſque ad aſcenſionem Domini. Quadrageſimo enim die & purificatio ſanctæ Mariæ à nativitate Domini, & quadrageſimo die à reſurrectione Domini, quæ eſt in dominica die, aſcenſio Domini celebratur, quæ evenit quinta feria, id eſt, Iovis die. Et de diebus ſine memoria noctium Dominus per Ionam Prophetam dicit: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Et quadraginta dies ſimul cum noctibus in jejunio Heliæ Prophetæ, & Moyſi, quando legem ſecundò accepit, & ipſius Domini jejunio computantur. In quibus ſex ſeptimanæ, id eſt, quadraginta & duo dies fiunt uſque ad reſurrectionem Domini, quæ fit in dominica die, ſicut & initium quadrageſimæ. Et hæc non ſine Dei myſterio fiunt, per quem conditores legum juſta decernunt. Vnde, ſicut in quibuſdam regionibus rectiùs tenere comperimus, unà cum conſenſu & fidelium noſtrorum conſilio conſtituimus ut ab ipſo die quo ſacramentum accipitur, poſt quadraginta dies & quadraginta noctes, id eſt, quadrageſimo ſecundo die de ſex ſeptimanis, ipſa feria qua illud ſacramentum accepit, ſicut Paſcha ipſa feria fit qua initium quadrageſimæ accipitur, qui ſacramentum legaliter accipit, legaliter in locis conſtitutis juret, ſicut in Capitulorum libris deceſſorum & progenitorum noſtrorum continetur. Et amodo nulla diſſenſio vel retractatio in regno noſtro à quolibet ex hoc fiat. Quod mandatum noſtrum ſi quis contemnere præſumpſerit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat. Et ſi ipſa dies intra quadrageſimæ ſacra jejunia evenerit, nemo illud ſacramentum quod accepit in quadrageſima jurare præſumat: quia ex hoc jam etiam manifeſtam Dei vindictam vidimus & audivimus. Et ſi quis præſumpſerit, ſimiliter bannum noſtrum componat, & inde pœnitentiam epiſcopali judicio faciat. Ipſam autem quadrageſimam à quarta feria, id eſt, à capite jejunij, cum ipſa quarta feria, qua publicè pœnitentes pœnitentiam accipiunt, obſervari uſque ad ſanctam reſurrectionem ſecundùm conſuetudinem antiquam præcipimus. Sed expectet qui ſacramentum ante quadrageſimam ſervatum accepit, ſi quadraginta dies & quadraginta noctes ante illam quadrageſimam non habuit, ſine ulla legali compoſitione vel jectitione uſque ad diem Lunis poſt octavas Paſchæ; & tunc quod legaliter accepit, legaliter & perficiat.

Ionæ 3.

Regino lib. 2. c. 318.

XXXIV.

Notum fieri volumus omnibus Dei & noſtris fidelibus quoniam quidam Comites noſtri nos conſuluerunt de illis Francis hominibus qui cenſum regium de ſuo capite, ſed & de ſuis reſcellis debebant, qui tempore famis, neceſſitate cogente, ſeipſos ad ſervitium vendiderunt. Vnde cum Epiſcopis & ceteris Dei ac noſtris fidelibus tractavimus quid nobis eſſet agendum; & quod cum eis inde invenimus ac conſtituimus, præſenti edicto decrevimus. Id eſt, quia non in lege Salica ex hoc expreſſius quiddam invenimus, continetur tamen in tertio Capitulorum libro capitulo XXIX. de homine libero qui ſe loco vvadij tradidit in alterius poteſtatem, & ibi conſtitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, ut is qui eum loco vvadij ſuſcepit, aut damnum ſolvat, aut hominem in mallo productum amittat, perdens ſimul debitum propter quod eum pro vvadio ſuſcepit; & qui damnum fecit, dimiſſus juxta qualitatem rei cogatur emendare. Si verò liberam feminam habuerit, & uſque dum in pignore extitit filios habuerint, liberi permaneant. Et in lege digito Dei ſcripta legimus ut ſi attenuatus fuerit frater noſter & ſe in ſervitium tradiderit, ſex annis ſerviet illi qui eum emit, & ſeptimo liber egredietur gratis. Quæ ſacra hiſtoria & obſervantes moraliter ædificat, & altiori ſenſu intelligentes inluminat. In lege etiam quam prædeceſſores noſtri & nominatiſſimi Imperatores conſtituerunt de his qui filios ſuos, fame aut alia aliqua neceſſitate cogente, vendunt, plura habentur capitula quæ omnia hic non neceſſe duximus ponere. Tamen illud capitulum quod cum ſanctis eccleſiaſticis regulis ex maxima parte concordari invenimus, hic ponere neceſſarium duximus, in quo dicit: Vt quicunque ingenui filios ſuos (quod & de ipſis liberis hominibus, qui ſe vendunt, obſervari volumus) qualibet neceſſitate ſeu famis tempore vendiderint ipſa neceſſitate compulſi, emptor ſi quinque ſolidis emit, ſex recipiat: ſi decem, duodecim ſolidos ſimiliter recipiat: aut ſi ampliùs, ſecundùm ſupraſcriptam rationem augmentum pretij conſequatur. Sanctus etiam Gregorius de his qui liberi à paganis capti fuerint, ſi aliquis eos redemerit, ipſi qui redempti ſunt procurent

1. Ioan

curent ut tantum pretium redemptori suo donent sicut ab eo redempti fuerunt, & in sua libertate permaneant. Si autem Ecclesia eos redemerit, gratis sine aliqua compositione liberi fiant. Quod & nos per regnum nostrum unà cum consensu & fidelium nostrorum consilio observari regia auctoritate præcipimus. Et si quis dixerit quia non vult aut tempore famis aut pro alia necessitate pretium suum dare pro libero homine si semper illum servum habere non debet, adtendat quid ei Dominus per Apostolum suum dicat: *Qui habuerit*, inquiens, *substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, non manet caritas Dei in eo.* Et qui non habet hanc caritatem, etiamsi ad martyrium & ad ignem se tradiderit, sine ista caritate remissionem peccatorum suorum habere non poterit, & nullatenus in regnum Dei intrabit, quia pro Deo suos denarios vel suam annonam, quæ à Deo accepit, dare non indurat, cùm Deus seipsum & sanguinem suum pro eo in cruce clavis & lancea transfixus fudit. Et quia hominum ingenia, qui Deum non timent, diabolo suadente, multa mala excogitant, potest fieri ut qui tales homines liberos necessitate, ut diximus, cogente in servos suscipiunt, in alteras partes illos dispendant & vendant. Propterea unà cum consensu & fidelium nostrorum consilio constituimus, quod in antiquis legibus decretum invenimus, ut si hujusmodi personas aliqui aut ad extraneas gentes aut ad transmarina loca transferre aut venundare præsumpserint, ipse qui hoc contra statuta præsumpserit, constitutionem regij banni componat. Et si talis homo antea liber, usque dum in tali servitio fuerit, de libera femina filios habuerit, ipsi filij liberi permaneant, sicut in præfato XXIX. capitulo III. libri Capitulorum prædecessorum ac progenitorum nostrorum habetur de eo qui se loco vvadij in alterius potestatem commiserit. salva constitutione legis Romanæ in eis qui secundùm illam vivunt.

1. Ioan 3.

XXXV.

Et sciant Comites nostri quia per singulos comitatus Missos nostros dirigemus, qui specialiter de his quæ nunc constituimus inquirant, qualiter in his nostram jussionem adimplere certaverint, sicut in secundo libro capitulorum prædecessorum ac progenitorum nostrorum continetur capitulo XVIII. Et quicunque neglegens inde inventus fuerit, præcipiemus ut ante nostram præsentiam venire jubeatur, & rationem reddat utrum hoc quod jussimus facere noluerit aut non potuerit; aut si aliqua re præpediente id facere non potuit, cur nobis ipsam impossibilitatem ad tempus non adnuntiavit. Quia si ipse hoc non voluit, aut suæ neglegentiæ causa non potuit, nos talem invenire volumus qui hoc quod jubemus servare velit aut possit.

XXXVI.

Volumus ut sicut in secundo libro Capitulorum decessorum ac progenitorum nostrorum continetur capitulo XXIV. hæc capitula, quæ nunc & alio tempore consultu fidelium nostrorum à nobis constituta sunt, à Cancellario nostro Archiepiscopi, & Comites eorum de propriis civitatibus, modò aut per se aut per suos Missos accipiant; & unusquisque per suam dioceſim ceteris Episcopis, Abbatibus, Comitibus, aut aliis fidelibus nostris ea transcribi faciant, & in suis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio & voluntas nota fieri possit. Cancellarius autem noster nomina Episcoporum & Comitum qui ea accipere curaverint notet, & ea ad nostram notitiam perferat, ut nullus hoc prætermittere præsumat.

XXXVII.

Et quoniam fideles nostri in istis quæin Sequana fiunt & in aliis operibus laborant, & heribergum nostrum, quod præteito anno hic fieri jussimus, homines de illa parte Sequanæ in istas partes venientes, & de istis partibus in illas partes euntes destruxerunt per occasionem quia in llo contra debitam reverentiam manere ceperunt, & nunc istud heribergum nonsine labore & dispendio fidelium nostrorum fieri fecimus, volumus & expresè mandamus ut sicut nec in nostro palatio, ta nec in isto heribergo aliquis alius sine nostra jussione manere præsumat, nec illud aliquis destruat. Quod si aliquis præsumpserit, & à custodibus, quos ad hoc deputatos habemus, nobis notum factum fuerit, non sine debita vindicta præsumptor evadet. Quia semper parati esse volumus, & vos paratos esse jubemus, ut in istis partibus, & in aliis quibuscunque nobis necesse fuerit, & contra paganos & contra alios quoscunque, sicut consuetudo fuit, & vestri antecessores nostris antecessoribus auxilium præbuerunt, & vos nobis debitum & necessarium adjutorium exhibuistis, ita nunc & semper communiter

ad Dei voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ atque iſtius Chriſtianitatis defenſionem & noſtram communem ſalutem & pacem obtinendam & defendendam in omnibus, quantum Deus auxilium præſtare dignatus fuerit, parati ſemper & in omnibus ſimus.

Et post hæc omnia lecta.

Cap. I.

Monemus fidelitatem veſtram ut hæc firmiter obſervetis, & ſemper ſicut Dei & noſtri dilecti fideles parati ſitis ut ſi neceſſitas nobis evenerit aut contra paganos aut contra quoſcunque alios, ut ſtatim quando unicuique nuntius venerit, aut nobis neceſſe audierit, ſine ulla dilatione hoſtiliter præparatus in Dei & noſtrum ſervitium ad communem & utilitatem poſſit movere & certiſſimè nobis occurrere. Et volumus & expreſsè mandamus ut quicunque iſtis temporibus caſtella & firmitates & haias ſine noſtro verbo fecerunt, Kalendis Auguſti omnes tales firmitates diſfactas habeant: quia vicini & circummanentes exinde multas deprædationes & impedimenta ſuſtinent. Et qui eas diſfacere non voluerint, Comites in quorum comitatibus factæ ſunt, eas diſfaciant. Et ſi aliquis eis contradixerit, ad tempus nobis notum facere curent. Qui ſi hoc, ſicut mandamus, adimplere neglexerint, ſciant quia, ſicut in iſtis capitulis & capitularibus prædeceſſorum noſtrorum continetur, tales Comites quæremus & in illorum comitatibus conſtituemus qui noſtrum mandatum facere velint & poſſint.

II.

Et qui interpellatus eſt ut hic aliquam cauſam debeat deffinire, hic ſter uſquequo diffinita ſit ratio de qua interpellatus habetur. Et qui pro ſua cauſa hic demorandi habet neceſſitatem, & ipſe nobiſcum ſtare poterit quantum ei neceſſitas fuerit. Sed & vaſſalli noſtri cum tantis hominibus ſicut eis commoditas fuerit, nobiſcum remaneant, & nobiſcum pergant.

III.

Vos autem alij, ſed & ipſi qui nobiſcum remanebunt, in eundo, & in patria remanendo, & ad nos redeundo, pacem à nobis communiter confirmatam ſervantes, ite cum Dei & noſtra gratia. Et Deus nobis concedat ut citò & per plures annos ſani & læti nos invicem videamus, & de Dei ſuper nos miſericordia & gratia gaudeamus.

TITVLVS XXXVII.

Apud Tuſiacum.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR CAPITVLA MISIT Domnus Rex Karolus in Burgundiam, exequenda per Gauſlenum & Fulconem & per VValtarium & Lantuvinum, de Tuſiaco, anno incarnationis dominicæ DCCCLXV.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Abbatiſſis, Comitibus, & vaſſis noſtris, ſeu cunctis Dei & noſtris fidelibus in regno Burgundiæ conſiſtentibus ſalutem. Volumus & expreſsè præcipimus ut in his quæ ſubjecta ſunt exequendis, & in aliis quæ ad Dei voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ ſtatum atque ad noſtram fidelitatem & ad noſtrum honorem ac ad regni ſoliditatem necnon ad commune fidelium noſtrorum ſalvamentum pertinent, unuſquiſque ſecundùm quod ſuo ordini & ſuæ perſonæ competit, iſtis Miſſis noſtris obedientes & adjutores in omnibus exiſtatis.

Cap. I.

VT ſicut noſtri infideles & communes contrarij noſtri ſe invicem confirmaverunt ad noſtram contrarietatem ut nullus de his quæ conſideraverint ſuum parem diſcooperiat vel prodat, neque ad

illa quæ adimplere volunt dimittat, ita fideles noſtri ſe confirment ad Dei voluntatem & noſtram fidelitatem, & ad honorem & ſanctæ Eccleſiæ ſtatum, & regni utilitatem, & illorum commune adjutorium & ſalvamentum. Et nullus fidelium noſtrorum cuicunque infideli noſtro quocunque modo ſe conjungat, aut in aliquo faveat, vel in quacunque cauſa, in qua illum impedire potuerit, illi parcat, niſi ſtatim ad fidelitatem noſtram ſe convertere voluerit. Et ſi pro certo cognoſcere potuerit qui contra iſtud capitulum fecerit, non nobis celet. Et ſi aliquis audierit quòd pari ſuo fideli noſtro neceſſitas evenerit aut evenire debeat ad reſiſtendum infideli noſtro, non expectet ut illi hoc mandetur, ſed ſtatim ſit præparatus, ſicut Dei fidelis & noſter, ad ſuum parem in noſtra fidelitate adjuvandum, & quantum potuerit pergere feſtinet.

II.

Vt omnes qui fidelitatem nobis adhuc promiſſam non habent, fidelitatem nobis promittant, ſicut in Capitulis avi & patris noſtri continetur.

III.

Vt qui fidelitatem nobis promiſerunt, & poſt illud ſacramentum ad infideles noſtros in noſtrum damnum ſe conjunxerunt, proprietas illorum in noſtrum indominicatum recipiatur, donec ipſi per fidejuſſores in noſtram præſentiam veniant.

IV.

Vt nullus infidelium noſtrorum, qui liberi homines ſunt, in noſtro regno immorari vel proprietatem habere permittatur, niſi fidelitatem nobis promiſerit, & noſter aut noſtri fidelis homo deveniat.

V.

Vt illæ traditiones injuſtæ, & à noſtris anteceſſoribus atque à nobis prohibitæ, quæ factæ ſunt aut mulieribus aut matribus aut quibuſcunque perſonis, ut liberiùs ipſi traditores noſtram infidelitatem perficere poſſint, aut ut juſtitiam in comitatibus non reddant, tanquam factæ non fuerint, pro nihilo habeantur. Et ſicut ipſi ipſos alodes in ſua manu tenuiſſent, ita de ipſis alodibus fiat. Et ſi nec ita ad fidelitatem noſtram aut ad juſtitiam reddendam adduci potuerint, ipſi alodes in noſtrum dominicatum recipiantur, & certa illorum deſcriptio nobis adportetur. Ipſi autem infideles noſtri in noſtro regno locum habere non permittantur. Similiter & de commendationibus quarumlibet facultatum vel pecuniarum fiat. Et ſi ad caſam Dei aliquid commendatum habent, ipſe Epiſcopus vel rector Eccleſiæ, ubi commendatæ ſunt, aut illis præſentaliter in præſentia Miſſorum noſtrorum reddant qui eas commendaverunt, aut coram Miſſis noſtris ſigillentur, & ſub ſigillo cuſtodiantur, donec ipſi veniant qui eas commendaverunt & coram Miſſis noſtris illas recipiant, & perinde diſtringantur ut ad fidelitatem noſtram & ad pacem Eccleſiæ ac regni revertantur.

VI.

Vt de injuſtis commutationibus quæ ad caſas Dei factæ ſunt ſine regia auctoritate Miſſi noſtri inquirant, & eas diſſolvant, ſicut in Capitularibus avi & patris noſtri continetur. Et ſi mortua manus vel præceptum regium ſuper eas interjacet, deſcribantur diligenter atque fideliter qualiter factæ ſunt, & nobis Miſſi noſtri renuntient; & ſignatis ipſis præceptis, ſicut lex Romana præcipit, ad noſtram præſentiam deferri faciant, ſicut in Capitularibus progenitorum noſtrorum continetur.

VII.

Quia, ut comperimus, plures nobis petierunt alodes, & petentes parum, plus inde acceperunt, volumus ut Miſſi noſtri hoc diligenter inquirant & deſcribant, & ipſos homines cum præceptis ad noſtram præſentiam venire faciant.

VIII.

Vt Miſſi noſtri de omnibus cenſibus vel paraveredis quos Franci homines ad regiam poteſtatem exſolvere debent inquirant, & ubi per neglectum dimiſſum eſt, exſolvi faciant, & diligenter de ſingulis comitatibus cuncta deſcribant, & nobis renuntient. Similiter & de terris cenſalibus, & de rebus ad caſas Dei traditis, unde cenſus ad partem Regis exivit antiquitus. Et ſi aliquis aliquam auctoritatem regiam inde oſtenderit, ad noſtram præſentiam ipſam auctoritatem deferri faciant.

IX.

Vt Miſſi noſtri de locis ad clauſtra Canonicorum vel monachorum, ubi neceſſe fuerit, noſtra auctoritate exequantur ſicut in Capitularibus avi & patris noſtri continetur.

X.

Vt de nonis & decimis ad caſas Dei reddendis Miſſi noſtri exequantur ſicut in præfatis Capitularibus continetur.

XI.

Vt de uno manſo ad Eccleſiam dato

nullus census, neque caballi pastus, à senioribus de Presbyteris requiratur, sicut
I. 85. in præfato Capitulari continetur. Sed neque de terrulis ac vineolis pro loco sepulturæ ad easdem Ecclesias datis, neque de decimis, sicut in canonibus & in præfatis Capitularibus continetur. Et ubi inventum fuerit à Missis nostris quòd seniores si-
I 84. ne conscientia Episcoporum Presbyteros de Ecclesiis eiciunt vel in Ecclesiis statuunt, Missi nostri sicut in præfatis Capitularibus continetur inde faciant. Et Episcopi de Clericis hominum nostrorum ita faciant sicut in eisdem Capitularibus continetur.

XII.

Vt Missi nostri justitias, quantum temporis qualitas permiserit, omnibus indigentibus faciant; & quod modò pro qualitate vel brevitate temporis facere non potuerint, Comitibus commendent ut tempore congruo eis legem & justitiam faciant. Et in suis memorialibus adnotent de quibus Comitibus commendaverunt; ut si iterum illi homines se reclamaverint quòd justitiam habere non potuerunt, nos ipsi investigemus, & decernamus quare hoc ipsi Comites dimiserunt.

XIII.

Vt si infideles nostri se adunaverint ad devastationem regni nostri, fideles nostri, tam Episcopi, quàm Abbates, & Comites, & Abbatissarum homines, sed & ipsi Comites, ac vassi nostri, seu ceteri quique fideles Dei ac nostri de uno missatico se in unum adunare procurent. Et Missi nostri de ipso missatico providentiam habeant qualiter unusquisque Episcopus, vel Abbas, seu Abbatissa, cum omni plenitudine & necessario hostili apparatu & ad tempus suos homines illuc transmiserit cum guntfanonario qui de suis paribus cum Missis nostris rationem habeat; & qualiter ipsi Comites & vassi nostri seu ceteri quique Dei fideles ad hoc occurrerint, nobis scripto renuntient. Et si de uno missatico ad hoc prævalere non potuerint, ad alium missaticum celeriter Missos suos dirigant, & omnes, sicut prædiximus, de alio missatico ad illos qui indigent præparati occurrant. Et si illi duo missatici ad hoc non suffecerint, nobis ad tempus hoc mandent, qualiter aut per nos, aut per filium nostrum, au sicut viderimus, eis necessarium solatium transmittamus, quatenus in regno nostro nullus noster infidelis vel contrarius locum nocendi habeat.

XIV.

Vt quia, sicut audivimus, quidam in domibus suis residentquandiu pacem habere possunt, & cùm necessitas venit, dicunt se in nostrum venire servitium, nolumus ut aliquis de his qui in illa terra manent, & eam contra inimicos nostros defendere debent, deinceps hanc occasionem habeat. Sed cùm necessitas fuerit, sicut prædiximus, ad Missos nostros & ad pares suos occurrant. Et si nos eum speciali-ter ad nos venire mandaverimus, aut ipse nobis necessariam causam de nostra fidelitate nuntiare voluerit, plenitudinem hominum suorum illic ad nostram fidelitatem exsequendam dimittat, & Missis nostris vel paribus suis hoc notum faciat. Aliter autem in nullam partem de illa terra pergat nisi cum communi consilio vel commendatione Missorum nostrorum aut reliquorum fidelium nostrorum qui illam terram defendere debent. Et Missi nostri cum Episcopis & Comitibus ac vassis nostris, qui super aquas commanent, per quas infideles nostri ad regnum nostrum transeunt, ordinent qualiter illæ naves custodiantur, ne infideles nostri ad regnum nostrum devastandum trapsire possint. Et per cujus neglectum ipsæ naves postea bene custoditæ non fuerint, nobis renuntietur, ut nos decernamus qualiter de illo contemptore præcepti nostri quasi de proditore patriæ agi debeat.

XV.

Vt si Missi nostri talem causam in illa terra invenerint quam ad debitum finem nec per ista capitula nec per capitula progenitorum nostrorum neque per legalia capitula perducere possint, nobis rationabiliter & veraciter remandare procurent, ut nos illis remandemus qualiter inde agere debeant.

XVI.

Vt ministri Comitum in unoquoque comitatu dispensam Missorum nostrorum, à quibuscunque dari debet, recipiant, sicut in tractoria nostra continetur; & ipsi ministerialibus Missorum nostrorum eam reddant. Missi autem nostri provideant ne pro hac occasione inde ministri Comitum amplius, nisi quantum in tractoria nostra continetur, inde exigant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anno incarnationis dominicæ DCCCLXV. XI. *Kalend. Martij hæc quæ sequuntur Hludouvicus & Karolus Reges in Tusiaco villa populo adnuntiaverunt.*

Sicut vos & plures alios audisse credimus, jam secundò & tertiò in isto tempore convenire insimul proposuimus : sed variis occupationibus præpedientibus, hoc usque modò implere nequivimus. Nunc quia, Deo gratias, insimul convenimus, volumus vos scire quoniam ad nullius deceptionem vel condemnationem neque pro ulla indebita cupiditate insimul convenimus. Propter quæ autem, excepto debito ac fraterno desiderio ut nos invicem dilectione mutua videremus, noster conventus fuerit, vobis nota facere volumus, & quæ Deo placita & nobis ac fidelibus nostris salubria & proficua sunt, unà cum Dei adjutorio & vestro ac ceterorum communium fidelium nostrorum consilio & auxilio tenere immutabiliter & augere utiliter volumus.

Cap. I.

PRimò nostras & sanctæ Dei Ecclesiæ ac regni nobis commissi necessitates fraternè & sincera mente ad invicem exposuimus.

II.

Illa quæ nuper cum fidelium nostrorum consilio apud Confluentes inter nos confirmata fuerunt, diligenter rememoravimus, quæ inviolabiliter adjuvante Domino conservabimus.

III.

Sicut Deus hoc in corde nostro videt, volumus & vos scire quoniam de corde puro & conscientia bona & fide non ficta adunati id est unanimes effecti sumus, quantum ipse dederit à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, ad Dei voluntatem & nostrum communem honorem & salvamentum & ad sanctæ Dei Ecclesiæ statum & sacerdotum ac servorum ejus debitum honorem & vigorem ac regni nobis à Deo commissi soliditatem restituendam & conservandam ; ut Ecclesia & regnum, quod Deus in manus progenitorum nostrorum adunavit, & nobis misericordia sua commisit, in nostro tempore necessariam defensionem & tuitionem & honorem atque soliditatem habeat.

IV.

Quoniam, sicut dicit sancta scriptura, qui suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior, consideravimus & confirmavimus in fide nostra inter nos de uxoribus & filiis nostris, qui ita fideliter nobis subditi & obedientes fuerint sicut filij patribus & suis senioribus esse debent, ut unusquisque nostrum alterius filios sicut proprios in vera dilectione habeat ; & qui superstes de nobis alteri fuerit, illius qui decesserit uxori & filiis, sicut inter nos convenit, debitum & necessarium adjutorium præstet & fidem conservet.

V.

Consideravimus & statuimus ut communes fideles nostri, quorum consilio & auxilio sanctam Dei Ecclesiam & regnum nobis commissum gubernare debemus, debitum honorem & salvamentum habeant, & ipsi ad Dei voluntatem & ad nostrum debitum honorem & vigorem & salvamentum, & ad sanctæ Dei Ecclesiæ statum, & ad regni soliditatem & defensionem, qualiter populus in regno nostro legem & justitiam & pacem ac tranquillitatem habeat, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, fideli consilio & auxilio nobis sint in omnibus adjutores. Et si aliquis, quod absit, ab hoc deviare tentaverit, unanimiter ut ad hoc redeat illum convertere decertemus. Et si ad hoc reduci non potuerit, unanimiter studeamus ut vel sibi soli noceat, & contra hoc quod salubriter conservare debemus, non possit damnabiliter agere. Et omnes, tam nobis amici, quàm & contrarij, certissimum teneant quoniam qui contra quemlibet nostrum quiddam adversi machinatus vel molitus fuerit, apud alium locum familiaritatis & amicitiæ non habebit.

VI.

Vos scitis qualiter nepos noster Hlotharius per suam juventutem & per levium hominum consensum & hortamentum, & etiam per eorum favorem qui illum salva-

re debuerant, fecit & facit contra illam legem quam Deus primò in paradiſo primis hominibus dedit, & quam in evangelio per præſentiam carnis cum hominibus habitans renovavit & confirmavit, quæ ad omnes homines pertinet qui ſecundùm Deum legitimo utuntur conjugio. unde & univerſalis Eccleſia Dei pulſatur, & ſacerdotes ſunt dehonorati, & populus Chriſtianus ſicut de mali morbi contagio eſt maculatus. Propterea quod Deus dixit, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, &, ſicut ſcriptum eſt, *Ipſe os noſtrum & caro noſtra eſt*, & Eccleſia nobis & illi commiſſa & regnum unum eſt, & populus ac Chriſtianitas una eſt, conſideravimus ut ad illum Miſſos noſtros mittamus, & ei tale conſilium mandemus qualiter & ipſe coram Deo ſalvus & coram ſeculo honoratus eſſe valeat, & Eccleſia & regnum, quod illi ad ſalvationem commiſſum eſt, ſolidum eſſe poſſit, & populus Dei ſalvus ſit, & legem ac juſtitiam & pacem ac tranquillitatem habeat.

VII.

Quia etiam ipſe ſuos Miſſos ad nos tranſmiſit quaſi conſilium quærens, per noſtros Miſſos, & de his unde nobis mandavit, quantum nobis Dominus dedit, ei verum & ſincerum conſilium remandamus, & talem voluntatem noſtram eſſe erga eum ſicut vobis dicimus, illi per eoſdem Miſſos noſtros mandamus.

TITVLVS XXXVIII.

Apud Compendium.

CAPITVLA KAROLI REGIS IN COMPENDIO facta anno regni ejus XXVIII. *Indictione* XV.

Cap. I.

VT Miſſi noſtri per civitates & ſingula monaſteria tam Canonicorum quàm monachorum ſive ſanctimonialium, vnà cum Epiſcopo parrochiæ uniuſcujuſque in qua conſiſtunt, cum conſilio etiam & conſenſu ipſius qui locum retinet, vitam ibi degentium & converſationem inquirant, & ubi neceſſe eſt corrigant, & ubi deſunt, congruas officinas conſtruere jubeant; & ubi ſunt factæ, & per neglegentiam ſunt deſtructæ, inſtaurari præcipiant; & victum, ac potum, & veſtitum, atque cetera neceſſaria, pro qualitate & poſſibilitate loci & inhabitantium neceſſitate ordinent; & hoſpitalitatem ſupervenientium hoſpitum, & receptionem pauperum ibidem diſponant & ordinent. Eccleſiæ quoque luminaria & ornatum debitum ordinent; & theſaurum, ac veſtimenta, ſeu libros diligenter inbrevient, & breves nobis reportent. Inbrevient etiam quid unuſquiſque Eccleſiarum prælatus, quando prælationem Eccleſiæ ſuſcepit, ibi invenerit, & quid modò exinde ibi minùs ſit, vel quid & quantum ſit ſuperadditum. Quid etiam Nortmannis per noſtram commendationem ſive ſine noſtra commendatione datum ſit, quidve relictum, vel quid à quoquam in eleemoſyna datum. Numerum etiam Canonicorum & monachorum ſive ſanctimonalium uniuſcujuſque loci deſcribant, & nobis referant; ut ſecundùm qualitatem & quantitatem loci, cum conſilio Epiſcoporum & fidelium noſtrorum, ubi minor numerus fuerit, noſtra auctoritate addamus; ubi verò indiſcretione prælatorum ſuperfuerit, ad menſuram redigamus. Inquirant quoque quot tempore avi noſtri Karoli & Domni genitoris noſtri Hludouvici unoquoque in loco fuerint, & quot modò ſint; & ubi loca à Nortmannis ſive à quibuſlibet aliis deſtructa ſunt & penitùs adnullata, quot ibi nunc propter paucitatem rerum & devaſtationem eorundem conſtitui vel ordinari poſſint; ut inde cum conſenſu fidelium noſtrorum ordinemus quid de cetero agendum ſit. Et qualiter abbatiarum prælati, & in locis ſacris inhabitantes, de his quæ Miſſi noſtri præceperunt obedierint, nobis diligentiſſimè & capitulatim referatur.

II.

Vt Miſſi noſtri diligenter inveſtigent per ſingulas parrochias, ſimul cum Epiſcopo,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de monasteriis quæ Deum timentes in suis proprietatibus ædificaverunt, & ne ab heredibus eorum dividerentur, parentibus & prædecessoribus nostris sub immunitatis defensione tradiderunt, & postea in alodem sunt data: ut describant quæ sint, & à quo vel quibus in proprietatem data sunt, & nobis renuntiare procurent; ut cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris consideremus quid & qualiter inde secundùm Dei voluntatem & nostram salutem agere debeamus.

III.

Vt Missi nostri per singulas parrochias unà cum Episcopo parrochiæ ipsius requirant de capellis & abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis, qualis census inde exeat, ut Ecclesia de qua sunt exinde vestituram habere possit, & nobis renuntient; ut hoc nostra auctoritate commendetur atque firmetur, & secundùm qualitatem & quantitatem loci Clericos & luminaria ibi ordinent, & loca restaurari faciant.

IV.

Denuntiandum est omnibus, & à Missis nostris ordinandum, ut omnes Ecclesiæ & Presbyteri sub immunitate ac privilegio & ordinatione atque dispositione Episcoporum singularum parrochiarum, in quibus consistunt, secundùm auctoritatem canonicam & Capitularia Domni Karoli Imperatoris avi nostri & pij Augusti Hludouvici Domni & genitoris nostri permaneant.

V.

Vt Missi nostri diligenter investigent cum Episcopo & prælatis monasteriorum, & per fideles & strenuos viros in unaquaque parrochia, de rebus ecclesiasticis in eadem datis; & sicut evidentibus & veris indiciis ac auctoritatibus compererint, diligenter à quo & quibus datæ sint, vel quantum exinde sit desceribant, & nobis renuntient.

VI.

Vt Missi nostri expresè & cum omni diligentia cum Episcopo & prælatis monasteriorum per singulas parrochias requirant de rebus ecclesiasticis unde nonæ & decimæ solvi debent & non solvuntur, & persolvi ab easdem res retinentibus faciant. & si aliqua contradictio, quæ rationabilis videatur, oborta fuerit, describatur; & prælatus ipsius casæ Dei unde res esse noscuntur, & ille qui eas detinet, & nonam ac decimam solvere detrectat, simul cum Missis nostris ad nostram jubeatur venire præsentiam; ut tunc veritate comperta, & diffinitione decreta, quod rationabiliter invenerimus, inde præcipiamus. Volumus etiam ut investigent Missi nostri qualiter illi qui easdem res ecclesiasticas, unde decimæ dantur sive non dantur, illas salvas habeant, & in casticiis, & in silvis custoditis, vel si terræ aut mancipia inde perdita sunt, vel aliquid hujusmodi, aut si familia oppressa sit contra legem, & omnia per breves nobis renuntient.

VII.

Vt Missi nostri per singulas parrochias Comitibus & reipublicæ ministris ex banno nostro præcipiant ne malla vel placita in exitibus & atriis Ecclesiarum & Presbyterorum mansionibus neque in dominicis vel festivis diebus tenere præsumant. Sed Comes convenientem locum consideret & inveniat ubi stationem ad mallum tenendum constituat: quia nefas est ibi reos puniri ubi respectu divinæ reverentiæ misericordiam consensu fidelium nostrorum & decreto prædecessorum nostrorum consequuntur.

VIII.

Vt Missi nostri Comitibus & omnibus reipublicæ ministris firmiter ex verbo nostro denuntient atque præcipiant ut à quarta feria ante initium quadragesimæ, nec in ipsa quarta feria, usque post octavas Paschæ, mallum vel placitum, nisi de concordia & pacificatione discordantium, tenere præsumant. Similiter etiam à quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies observent. Necnon & in jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus, simili observatione eosdem feriatos dies venerari omnimodis studeant.

IX.

Vt Missi nostri omnibus per singulas parrochias denuntient quia si Episcopus aut ministri Episcoporum pro criminibus colonos flagellaverint cum virgis propter metum aliorum, & ut ipsi criminosi corrigantur, cum tali discretione sine ulla occasione indebita, sicut in synodo conlocutum est, & vel inviti pœnitentiam temporaliter & corporaliter agant, ne æternaliter pereant, si seniores ipsorum colonorum indignè tulerint, & aliquam vindictam inde exercere voluerint, aut eosdem colonos ne distringantur contendere præsumpserint, sciant quia & bannum no-

ſtrum component, & ſimul cum excommunicatione eccleſiaſtica noſtram harmiſcaram duriſſimam ſuſtinebunt.

X.

Vt Miſſi noſtri omnibus reipublicæ miniſtris denuntient ut Comes vel reipublicæ miniſtri ſimul cum Epiſcopo uniuſcujuſque parrochiæ ſint in miniſteriis illorum quando idem Epiſcopus ſuam parrochiam circumierit, cùm Epiſcopus eis notum fecerit: & quos per excommunicationem Epiſcopus adducere non potuerit, ipſi regia auctoritate & poteſtate ad pœnitentiam atque rationem vel ſatisfactionem adducant.

XI.

Sciant etiam fideles noſtri quia conceſſimus in ſynodo venerabilibus Epiſcopis ne ſuper beneficia eccleſiaſtica vel præſtarias, etiamſi Epiſcopus aut quilibet monaſteriorum prælatus inrationabiliter petierit, præcepta confirmationis noſtræ ullo modo faciamus. & ideo ab inrationabili petitione ſe unuſquiſque compeſcat.

XII.

Vt Miſſi noſtri omnibus per illorum miſſaticum denuntient ne commutationes rerum vel mancipiorum quilibet prælatus earundem rerum eccleſiaſticarum ſine licentia vel conſenſu noſtro facere præſumat, neque mancipia eccleſiaſtica quiſquam niſi ad libertatem commutet. Videlicet ut mancipia quæ pro eccleſiaſtico dabuntur, in Eccleſiæ ſervitute permaneant, & eccleſiaſticus homo qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur.

TITVLVS XXXIX.

Apud ſanctum Arnulfum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXVIII. Indictione prima, Metis civitate, apud ſanctum Arnulfum, hæ pactiones inter Hludouvicum & Karolum glorioſos Reges factæ ſunt, his præſentibus, Hincmaro Archiepiſcopo, Luitberto Archiepiſcopo, Alfrido Epiſcopo, item Hincmaro Epiſcopo, VVitgario Epiſcopo, Odone Epiſcopo, regni Karoli glorioſi Regis XXIX.

AModo & deinceps ad Dei voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ reſtaurationem & honorem atque defenſionem & ad noſtrum communem honorem & ſalvamentum atque profectum, & ad ſalvationem ac pacem Chriſtiani populi nobis commiſſi, iſti fratri meo Karolo & conſilio & auxilio in vera fraternitate, quantum Deus mihi ſcire & poſſe dederit, fidelis adjutor ero. Et ſi Deus nobis amplius adhuc de regnis nepotum noſtrorum donaverit, & in acquirendo, ac in dividendo, ſicuti plus æqualiter aut nos aut noſtri communes fideles invenerint, quos communi conſenſu elegerimus, & in ipſa diviſione conſentiendo, & in habendo, & in conſervando atque defendendo, tam iſtud quod habemus quàm & quod nobis de præfatis regnis Dominus conceſſerit, abſque doloſitate aut deceptione vel ſuperabreptione illi ſincerus auxiliator & cooperator ero, ſicut verus frater vero fratri per rectum eſſe debet; in hoc ut ipſe ſimiliter erga me conſervet. Mundeburdem autem & defenſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pariter conſervabimus; in hoc ut Romani Pontifices nobis debitum honorem conſervent, ſicut eorum anteceſſores noſtris anteceſſoribus conſervaverunt. Si me Deus adjuvet & iſti ſancti.

Similiter & Karolus Hludouvico promiſit.

TITVLVS

TITVLVS XL.

Apud Pistas.

HÆC QVÆ SEQVVNTVR CAPITVLA CONSTITVTA sunt à Domno nostro Karolo Rege glorioso, cum consilio & consensu Episcoporum ac ceterorum Dei & suorum fidelium qui adfuerunt in loco qui dicitur Pistis, anno incarnationis dominicæ DCCCLXIX. *anno autem regni sui* XXX. *Indictione secunda, & ab eo denuntiata sunt à se & ab omnibus fidelibus suis, secundùm uniuscujusque ordinem & personam, inviolabiliter conservanda.*

Cap. I.

De honore & cultu Dei atque sanctarum Ecclesiarum in regno nostro decernimus ut sicut tempore avi & patris nostri excultæ & honoratæ fuerunt, & sicut à nostra largitate honoratæ & ditatæ sunt, vel deinceps fuerint, salva æquitatis ratione, ita sub immunitate permaneant. Archiepiscopi quoque & Episcopi & ceteri sacerdotes ac servi & ancillæ Dei quique vel quæque in ordinis sui dignitate honorem atque immunitatem secundùm sacras leges & canones habeant.

II.

Vt ab Archiepiscopis & Episcopis & ab aliis fidelibus nostris honor regius & potestas ac debita obedientia atque adjutorium ad regnum nostrum continendum & defensandum nobis in omnibus & ab omnibus secundùm uniuscujusque ordinem & dignitatem atque possibilitatem, sicut tempore antecessorum nostrorum justè & rationabiliter consueverat, exhibeatur.

III.

Vt omnes nostri fideles veraciter sint de nobis securi quia quantum sciero, & justè ac rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque secundùm sui ordinis dignitatem & personam honorare & salvare & honoratum ac salvatum conservare volo, & unicuique eorum in suo ordine secundùm sibi competentes leges tam mundanas quàm ecclesiasticas rectam rationem & justitiam conservabo: & nullum fidelium nostrorum contra legem & justitiam vel auctoritatem ac justam rationem aut damnabo aut dehonorabo, aut opprimam, aut indebitis machinationibus affligam; & legem, ut prædiximus, uni-

cuique competentem, sicut antecessores sui tempore antecessorum meorum habuerunt, in omni dignitate & ordine, adjuvante Domino, conservaturum perdono, cuilibet duntaxat ex eis qui mihi fideles & obedientes ac veri adjutores atque cooperatores juxta suum ministerium & personam consilio & auxilio secundùm suum scire & posse & secundùm Deum ac secundùm seculum fuerint, sicut per rectum unusquisque in suo ordine & statu Regi suo & suo seniori esse debet. Et capitula quæ avus & pater noster pro statu & munimine sanctæ Dei Ecclesiæ ac ministrorum ejus & pro pace ac justitia populi & quiete regni constituerunt, & quæ nos cum fratribus nostris Regibus & nostris ac eorum fidelibus communiter constituimus, sed & quæ nos consilio & consensu Episcoporum ac ceterorum Dei & nostrorum fidelium pro suprascriptis causis in diversis placitis nostris conservanda statuimus, permanere inconvulsa decernimus.

IV.

Vt quia regia nostra potestas hoc, adjuvante Domino, exequi per omnia cupit, regni ministri, quantum Deus scire & posse illis donaverit, Episcopis & ceteris sacerdotibus ac servis & ancillis Dei, ut suum ministerium implere possint, sicut ab antecessoribus nostris Imperatoribus & Regibus & à nobis constitutum est, adjutorium præstent, & sanctis Ecclesiis & sacerdotibus ac servis & ancillis Dei secundùm sacras leges tam mundanas quàm ecclesiasticas & secundùm capitula avi & patris nostri ac nostra debitum honorem & immunitatem conservent & exhibeant, ut quietè pro stabilitate regni ac nostra & illorum salute Dominum exorare possint.

V.

Vt Episcopi Comitibus, Missis, & vassis nostris, sed & ipsis suis subditis, tam Clericis quàm laicis, & Comitum ac vassallorum nostrorum hominibus, paternam benignitatem secundùm suum ministerium, & debitum honorem ac legem & justitiam, unicuique secundùm suum ordinem ac dignitatem impendant & conservent, sicut sacræ leges tam mundanæ quàm ecclesiasticæ, & capitula avi & patris nostri decernunt, & sicut in capitulis à nobis & à fratribus nostris Regibus ac communibus fidelibus nostris est constitutum, & sicut temporibus avi & patris nostri justa & rationabilis consuetudo fuit. Similiter Comites & Missi ac vassi nostri Episcopis ac Presbyteris debitam reverentiam & vassallis Episcoporum legem & justitiam & debitum honorem impendant secundùm præfatas leges & præfata capitula ac præfatam consuetudinem.

VI.

Vt si Episcopi suis Clericis injustè fecerint, secundùm quod sacri canones & sacræ leges, quas Ecclesia catholica probat & servat, præfigunt, hoc eorum judicio, quorum interest, emendare procurent.

VII.

Vt si Episcopi suis laicis injustè fecerint, & ipsi laici se ad nos inde reclamaverint, nostræ regiæ potestati secundùm nostrum & suum ministerium ipsi Archiepiscopi & Episcopi obediant, ut secundùm sanctos canones, & juxta leges quas Ecclesia catholica probat & servat, & secundùm capitula avi & patris nostri, hoc emendare curent, & sicut temporibus avi & patris nostri justa & rationabilis consuetudo fuit.

VIII.

Vt Presbyteri parrochiani suis senioribus debitam reverentiam & competentem honorem atque obsequium secundùm suum ministerium impendant, sicut in legibus sacris & in præfatis capitulis continetur, & sicut temporibus avi & patris nostri justa & rationabilis consuetudo fuit. Quod si ipsi Presbyteri non fecerint, seniores illorum Episcopis, non per occasionem aut malitiam, sed per rationem & veritatem, hoc innotescere studeant; & Episcopi Presbyteros secundùm suum ministerium & leges ecclesiasticas taliter castigent ut hoc illos emendare delectet; qualiter cum necessaria benignitatis concordia & illi pro senioribus suis orare & seniores illorum sacra officia & divina mysteria puro corde per illos suscipere possint.

IX.

Vt si Abbates, vel Abbatissæ, aut Comites, seu vassi nostri, aut ceteri laici Clericos probabilis vitæ & doctrinæ Episcopis canonicè consecrandos suisque in Ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos Episcopi vel ministri eorum reiciant; & Episcopi prævideant quem honorem Presbyteri pro Ecclesiis suis senioribus suis tribuere debent. Et Episcopi parrochias & decimas antiquis Ecclesiis servent. & seniores immunitatem de manso ad Ecclesiam dato conservent. & non sine auctoritate vel consensu Episcoporum Presbyteri in quibuslibet Ecclesiis constituantur vel expellantur, sicut in primo libro Capitulorum avi & patris nostri & sicut in capitulis patris nostris anno XVI. imperij ejus factis continetur. Et senioribus Presbyterorum hoc sufficiat, & amplius per ingeniosas machinationes à Presbyteris non exigant vel exquirant, nisi sicut in eisdem Capitulis avi & patris nostri ac nostris est constitutum, ne Deum offendant, & pro lucro terreno, quod absit, suas animas perdant, & nostram offensam incurrant, ac post debitam emendationem dignam harmiscaram à nobis dispositam sustineant. Et Episcopi tam seniores Presbyterorum quàm Presbyteros, sed & seipsos custodiant ne laici per ignorantiam, & Presbyteri per necessitatem, & ipsi Episcopi vel ministri eorum per cupiditatem & avaritiam, quod absit, in simoniacam hæresim cadant: quia, ut sanctus Gregorius dicit, qui præmio vel gratia aut supplicatione indebita ad sacros ordines accedit vel promovetur, hæreticus à Domino deputatur, tam ille qui promovetur, quàm ille à quo taliter promovetur, & cujus interventu taliter promovetur; & qui pro tali ordinatione inlicita quolibet malo ingenio, quod Deum latere non potest, aliquid dederit vel acceperit, vel mediator factus fuerit, à Deo, sicut canones Dei spiritu conditi demonstrant, condemnatur per illorum judicium qui cum Deo in cœlis regnant & in terris miraculis coruscant. Damnantur utique in præsenti seculo, comburendi igne perpetuo, tales negotiatores pravi, cùm quod justè benemeritis dare gratis debent, justitiam, sicut Iudas Christum, qui (ut dicit Apostolus) factus est nobis à Deo justitia, vendidit, ita & isti Deum patrem omnipotentem & eandem

Lib. 1. Capitular. c. 84.

Capitulare anni 819. c. 1.

Lib. 4. Indict. 13. epist. 95. 100. & lib. 7. indict. 2. epist. 110.

Lib. IV. Capitular. c. 17.

justitiam Christum atque consubstantialem illis sanctum Spiritum, qui per impositionem manuum sacerdotalium hominibus tribuitur, quoniam sanctæ Trinitatis una est natura, voluntas, & operatio, gradus ecclesiasticos temporali commodo dantes vel accipientes vendunt; & qui pretium proinde donant, emunt peccatum, & hæretici fiunt; & qui præmium proinde accipiunt, sicut idem sanctus demonstrat Gregorius, facti & ipsi hæretici eos malitiæ suæ gladiis occidunt quos vivificare orationis suæ intercessione debuerunt.

X.

Vt nemo Episcopus, nemo Presbyter excomunicet aliquem antequam causa probetur propter quam ecclesiastici canones hoc fieri jubent, & donec illum qui peccavit, & inde aut sponte confessus aut apertè convictus fuerit, secundùm evangelicum præceptum, ut ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccator, si commonitus de certa & manifesta causa ut ad emendationem & correptionem redeat, inobediens & incorrigibilis permanserit, & ad emendationem redire noluerit, & excommunicationem canonicam de causis designatis & manifestis parvipenderit, regiam vel reipublicæ potestatem per se vel per ministros suos aut per literas suas Episcopus adeat, ut constringatur, quatenus ad emendationem ac pœnitentiam isdem peccator redeat; ne dicatur nobis à Domino quod olim populo veteri ab eo legimus dictum: *Anathema in medio tui. Non poteris stare coram inimicis tuis.* Si autem idem peccator de manifesta & comprobata vel à se sponte confessa causa ad pœnitentiam venire voluerit, sed ipsam pœnitentiam propter faidam secundùm canones susçipere & quietè agere non potuerit, Episcopus per se vel per ministros aut per literas suas regiam nostram vel reipublicæ nostræ potestatem adeat, ut ipsa faida secundùm constitutionem avi & patris nostri legaliter pacificetur, aut juxta leges secundùm quas in aliis regionibus quilibet vivunt sedetur. Et tunc peccator medicinam pœnitentiæ secundùm sacros canones cum pia & salubri discretione secundùm regulas sacras susçipiat & peragat, & reconciliationem atque communionem percipiat, sicut in eisdem sacris regulis discretissimè & misericorditer continetur.

Lib. IV. Capitular. c. 27.

XI.

Vt Comites & Missi ac vassi nostri & ministeriales regni nostri, unusquisque secundùm ordinem & dignitatem ac possibilitatem suam, pacem & justitiam in suis ministeriis faciant, & justè omnes sub Dei respectu judicent, attendentes quòd Dominus omnibus judicantibus dicit: *In quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* &: *Beati qui custodiunt judicium & faciunt justitiam in omni tempore.* Matt. 7. Psal. 105.

XII.

Vt Episcopi atque Abbates & Comites ac vassi nostri & omnes fideles laici concordi dilectione & unanimi voluntate ad Dei & sanctæ Ecclesiæ ac nostrum & regni nostri honorem & statum atque communem nostram salvationem sine invidia & malivolentia atque indebita contentione communiter decertare procurent ut pax & justitia & vera cum Dei voluntate concordia inter nos omnes & in regno nostro maneat: quia, sicut sancta scriptura dicit, *justitia elevat gentem, miseros facit populos peccatum.* & ubi non est vera cum Dei voluntate concordia, ibi nisi ad judicium non habitat Deus, qui, sicut psalmus dicit, *facit unanimes habitare in domo,* id est, in sancta Ecclesia. in qua fideliter consistentibus spiritum caritatis infundit, qui propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, tradidit semetipsum pro nobis; & cùm essemus mortui in peccatis nostris, convivificavit nos in semetipso, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate, & simus sectatores bonorum operum, in quibus cum fide recta perseverantes perveniamus omnes, ipso præveniente, adjuvante, & subsequente, ad regna cœlorum. Prov. 14.

XIII.

Episcopi privilegia Romanæ sedis & Regum præcepta Ecclesiis suis confirmata vigili sollertia custodiant, ut exinde auctorabili firmitate tueantur. Nonas & decimas unde statutum est absque alicujus contradictu recipiant. De terris censalibus & potestate Ecclesiæ suæ & culturis indominicatis & absitatibus & manufirmatis major Ecclesia, quæ caput episcopatus est, decimam recipiat. Similiter & de * carruca indominicata. De mansis hereditariis Presbyter parrochiæ, sicut constitutum est, decimum consequatur. Et ne de hoc contentio oriatur, summopere cavendum est.

* *f.* curte

ADNVNTIATIO KAROLI REGIS.

Cap. I.

Volumus vos scire quia secundùm consuetudinem antecessorum nostrorum consideravimus in hoc placito cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris de honore sanctæ Ecclesiæ & Episcoporum ac ceterorum servorum Dei, ut debitum honorem habeant, sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt. & hominibus fidelibus nostris, unicuique in suo ordine, legem & justitiam conservabimus, sicut eorum antecessores tempore antecessorum nostrorum habuerunt.

II.

Et volumus atque jubemus ut vassalli Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum, atque Comitum, & vassorum nostrorum talem legem & justitiam apud seniores suos habeant sicut eorum antecessores apud illorum seniores tempore antecessorum habuerunt. Et si aliquis Episcopus, Abbas, aut Abbatissa, vel Comes, ac vassus noster suo homini contra rectum & justitiam fecerit, & se inde ad nos reclamaverit, sciat quia sicut ratio & lex atque justitia est, hoc emendare faciemus.

III.

Et volumus atque jubemus ut Episcopi atque Abbates, Comites, ac vassi nostri, concordi dilectione & unanimi voluntate ad Dei & sanctæ Ecclesiæ ac nostrum & regni nostri honorem & statum atque communem nostram salvationem decertare procurent ut pax & justitia & vera cum Dei voluntate concordia inter nos omnes & in regno nostro maneat, & omnes ita sint semper parati ut si nobis necessitas evenerit, ad defensionem patriæ contra paganos aut contra alios Dei & nostros inimicos, sicut consuetudo fuit tempore antecessorum nostrorum, absque mora, statim ut eis nuntiatum fuerit, possint venire.

IV.

Et volumus ut sciatis quia commendavimus ut unusquisque de sua opera tale certamen habeat sicut scit necesse esse ad defensionem istius sanctæ Dei Ecclesiæ, secundùm nostram commendationem. Gratias vobis agimus quia fideliter secundùm nostram commendationem in nostro venistis servitio. Et ite cum Dei gratia sani & salvi, & Deus nobis concedat ut iterum cum sanitate & gaudio ad suam voluntatem reconjungamur.

TITVLVS XLI.

Quando Karolus Rex Metis coronatus est in regno Hlotharij.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXIX. indictione secunda, v. Idus Septembris, Mettis civitate in Ecclesia sancti Stephani martyris, hæc quæ sequuntur capitula Adventius Episcopus ipsius civitatis coram Rege & Episcopis qui adfuerunt, publicè populo & scripto & verbis denuntiavit.

Cap. I.

VOs scitis, & multis in plurimis regnis est cognitum, quantos & quales eventus tempore senioris nostri, quem hactenus habuimus, pro causis notissimis communiter sustinuimus, & quanto dolore quantáque angustia de illius infausta morte nuper cordibus perculsi sumus. Vnde unicum refugium & singulariter salubre consilium, Rege & Principe nostro destituti ac desolati, nobis omnibus esse consideravimus ut jejuniis & orationibus ad eum nos converteremus qui est adjutor in opportunitatibus in tribulatione, & cujus est consilium, ac cujus est regnum, & ut scriptum est, cui voluerit dabit illud, & in cujus manu corda sunt Regum, & facit unanimes habitare in domo, solvens medium parietem, & faciens utraque unum; deprecantes ipsius misericordiam ut daret nobis Regem ac Principem secundùm cor

ſuum, qui in judicio & juſtitia nos in omni ordine ac profeſſione regeret, ſalvaret, atque defenderet juxta voluntatem ejus, & corda omnium noſtrorum unanimiter in eum inclinaret atque uniret quem ipſe ad ſalutem & profectum noſtrum præſcitum & electum atque prædeſtinatum habebat ſecundùm miſericordiam ſuam.

II.

Quia denique voluntate Dei, qui voluntatem timentium ſe facit, & deprecationes eorum exaudit, in concordi unanimitate noſtra videmus hunc regni hujus heredem eſſe legitimum cui nos ſponte commiſimus, Domnum videlicet præſentem Regem ac Principem noſtrum Karolum, ut nobis præſit & proſit, videtur nobis, ſi vobis placet, ut ſicut poſtillius verba vobis manifeſtabimus, ſigno certiſſimo demonſtremus quia illum à Deo electum & nobis datum Principem credimus, & eidem largitori Deo ex ſuis beneficiis non ſimus ingrati; ſed gratiarum actiones illi referentes, oremus quatenus & eum nobis ad ſalutem & defenſionem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ & ad auxilium atque profectum omnium noſtrum cum ſalute ac pace & tranquillitate nobis conſervet diutiùs & nos fideli devotione illi obſequentes atque optata ſalvatione fruentes ſub illius adminiſtratione in ſuo gubernet ſervitio.

III.

Et ſi illi placet, dignum ipſi & neceſſarium nobis eſſe videtur ut ex ejus ore audiamus quod à Chriſtianiſſimo Rege fideli & unanimi in ſervitio illius populo, unicuique in ſuo ordine, convenit audire ac devota mente ſuſcipere.

Poſt hæc Rex Karolus hæc quę ſequuntur per ſe in eadem Eccleſia cunctis qui affuerunt denuntiavit.

Quia ſicut iſti venerabiles Epiſcopi unius ex ipſis voce dixerunt, & certis indiciis ex veſtra unanimitate monſtraverunt, & vos acclamaſtis, me Dei electione ad veſtram ſalvationem & profectum atque regimen & gubernationem huc adveniſſe, ſciatis me honorem & cultum Dei atque ſanctarum Eccleſiarum, Domino adjuvante, conſervare & unumquemque veſtrum ſecundùm ſui ordinis dignitatem & perſonam juxta meum ſcire & poſſe honorare & ſalvare & honoratum ac ſalvatum tenere velle, & unicuique in ſuo ordine ſecundùm ſibi competentes leges tam eccleſiaſticas quàm mundanas legem & juſtitiam conſervare; in hoc ut honor regius & poteſtas ac debita obedientia atque adjutorium ad regnum mihi à Deo datum continendum & defenſandum ab unoquoque veſtrum ſecundùm ſuum ordinem & dignitatem atque poſſibilitatem mihi exhibeatur, ſicut veſtri anteceſſores fideliter, juſtè, & rationabiliter meis anteceſſoribus exhibuerunt.

Et poſthæc Hincmarus Remorum Epiſcopus hæc quæ ſequuntur capitula, jubente ac poſtulante Adventio ipſius civitatis Epiſcopo ac cæteris Epiſcopis Trevirorum provinciæ, Attone ſcilicet Eccleſiæ Viridunenſis Epiſcopo, & Arnulfo Tullenſis civitatis Epiſcopo, Francone Tungrenſis civitatis Epiſcopo, conhibentibus provinciæ Remorum Epiſcopis, coram Epiſcopis & Rege cunctiſque qui adfuerunt in eadem Eccleſia publicè denuntiavit.

Cap. I.

Ne alicui fortè videatur incongruè ac præſumptiosè me ac provinciæ noſtræ venerabiles coëpiſcopos facere, quoniam de altera provincia ordinationi & cauſis hujus provinciæ nos immiſcemus, ſciat nos contra canones ſacros non agere, quoniam Remenſis & Treverenſis Eccleſiæ in hac regione Belgica cum ſibi commiſſis Eccleſiis ſorores & comprovinciales habentur, ſicut auctoritas eccleſiaſtica & antiquiſſima demonſtrat conſuetudo. Ac per hoc unanimi conſenſu & ſynodalia judicia exercere, & quæ à ſanctis patribus conſtituta ſunt, debent concorditer cuſtodire; hac privilegij conditione ſervata, ut qui prior de Remenſi & Treverenſi Epiſcopo fuerit ordinatus, prior etiam habeatur.

II.

Et lex divinitus inſpirata præcipit dicens: *Si tranſieris per meſſem amici tui colligens ſpicas, manu confricabis ad manducandum, falcem autem non mittas*, vel *falce non metas*. Meſſis eſt populus, ut Dominus monſtrat in evangelio dicens: *Meſſis quidem eſt multa, operarij autem pauci. Roga-* Deut. 23. Matt. 9.

te dominum messis ut mittat operarios in messem suam. quia vos pro nobis Episcopis debetis orare, ut vobis digna possimus loqui. Messis autem amici est populus in provincia alteri Metropolitano commissa. Vnde vos hortando, quasi manu operis confricando, ad Dei voluntatem & vestram salutem in corpus unitatis Ecclesiæ valemus & debemus traicere. In parrochianos autem provinciarum aliis Metropolitanis commissarum falcem judicij non mittimus: quia nec est unde, nec nostrum esse consideramus.

III.

Est & alia causa, quia isti venerabiles Domini & confratres nostri provinciæ istius Episcopi, non habentes metropolitanum Episcopum, exiguitatem nostram sic in suis, sicut & in specialibus nostris causis, nos fraterna caritate jubent & commonent agere. Est ita, Domni fratres? Et responderunt ipsi Episcopi: Ita est.

IV.

Præter ea quæ Domnus Episcopus & frater noster Adventius vobis ex sua & ceterorum suorum ac nostrorum fratrum & venerabilium Episcoporum voce dixit, in hoc etiam animadvertere potestis voluntatem Dei esse ut præsens Domnus & Rex noster, qui in parte regni quam hactenus tenet & tenuit, & nobis ac Ecclesiis nostris & populo sibi commisso utiliter præest ac præfuit, & salubriter prodest & profuit, inde ad hunc locum Domino ducente pervenerit, (quò etiam vos ejus inspiratione confluxistis & ipsi vos sponte commendastis cujus instinctu animantia omnia in arcam Noë significantem Ecclesiæ unitatem nullo cogente convenerunt) quia sanctæ memoriæ pater suus Domnus Hludouvicus pius Imperator Augustus ex progenie Hludouvici Regis Francorum inclyti per beati Remigij Francorum Apostoli catholicam prædicationem cum integra gente conversi, & cum tribus Francorum millibus, exceptis parvulis & mulieribus, vigilia sancti Paschæ in Remensi metropoli baptizati, & cœlitus sumpto chrismate, unde adhuc habemus, peruncti & in regem sacrati, exortus per beatum Arnulfum, à cujus carne idem Hludouvicus pius Augustus originem duxit carnis, & à Stephano Papa Romano ante sanctæ Dei genitricis & semper virginis Mariæ altare Remis in Imperatorem est coronatus, & demum factione quorundam terreno imperio destitutus, in prædictam regni partem unanimitate Episcoporum & fidelis populi ante sepulchrum sancti Dionysij eximij martyris Ecclesiæ sanctæ est redditus, & in hac domo, ante hoc altare protomartyris Stephani, cujus nomen interpretatum resonat coronatus, per Domini sacerdotes, acclamatione fidelis populi, sicut vidimus qui adfuimus, corona regni est imperióque restitutus. Et quia, ut in historiis sacris legimus, Reges quando regna obtinuerunt, singulorum regnorum sibi diademata imposuerunt, non incongruum videtur istis veneralibus Episcopis, si vestræ unanimitati placet, ut in obtentum regni, unde vos ad illum sponte convenistis, & ei vos commendastis, sacerdotali ministerio ante altare hoc coronetur, & sacra unctione Domino consecretur. Quod si vobis placet, propriis vocibus consonate. Et in hoc conclamantibus omnibus, dixit idem Episcopus: Agamus ergo unanimiter Deo gratias, decantantes Te Deum laudamus.

Et post hæc ab Episcopis cum benedictione sacerdotali est idem Rex coronatus.

TITVLVS XLII.

Pactio Aquisgranensis.

ANNO INCARNATIONIS DOMINI NOSTRI Iesu Christi DCCCLXX. *Indictione* III. *pridie nonas Martij, anno* XXXII. *Karoli glorioſi Regis, Aquiſgrani palatio hæ pactiones inter ipſum & Hludouvicum Regem fratrem ipſius factæ ſunt.*

Ingelramnvs Comes ex parte Karoli Regis.

SIc promitto ex parte ſenioris mei quòd ſenior meus Karolus Rex fratri ſuo Hludouvico Regi talem portionem de regno Hlotharij Regis conſentit habere qualem aut ipſi juſtiorem & plus æqualiorem aut communes fideles eorum inter ſe invenerint. Nec eum in ipſa portione, vel in regno quod antea tenuit, per aliquam fraudem vel ſubreptionem decipiet aut forconſiliabit, ſi frater ſuus Hludouvicus eandem firmitatem & fidelitatem quam ex parte ſenioris mei illi habeo promiſſam, iſte frater ſuus Hludouvicus ſeniori meo ex parte ſua, quandiu vixerit, inviolabiliter ſervaverit.

Item Levtfridvs Comes ex parte Hludouvici Regis.

Sic promitto ego ex parte ſenioris mei quòd ſenior meus Hludouvicus Rex fratri ſuo Karolo Regi talem portionem de regno Hlotharij Regis conſentit habere qualem aut ipſi juſtiorem aut plus æqualiorem aut communes fideles eorum inter ſe invenerint. Nec eum in ipſa portione, vel in regno quod antea tenuit, per aliquam fraudem vel ſubreptionem decipiet aut forconſiliabit, ſi frater ſuus Karolus eandem firmitatem & fidelitatem quam ex parte ſenioris mei illi habeo promiſſam, iſte frater ſuus Karolus ſeniori meo ex ſua parte, quandiu vixerit, inviolabiliter ſervaverit.

Hæc eadem tertius Theodoricus Comes ex parte glorioſi Regis Karoli, & quartus Radulfus Comes ex parte Hludouvici proſecuti ſunt.

Iſti præſentes fuerunt, Leutbertus Archiepiſcopus, Altfridus Epiſcopus, Odo Epiſcopus, Adalelmus Comes, Ingelramnus Comes, Liutfridus Comes, Theodoricus Comes, item Adalelmus Comes.

TITVLVS XLIII.

Diviſio regni Lotharij.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXX. *regni Karoli* XXXIII. *Indictione* III. VI. *Idus Auguſti, inter glorioſos Reges Karolum & Hludouvicum fuit hæc diviſio regni facta in Procaſpide ſuper fluvium Moſam.*

ET HÆC EST PORTIO QVAM SIBI Hlvdovvicvs accepit.

Coloniam.
Treveris.
Vttrech.
Stratſburch.
Baſulam.
Abbatiam Siveſtre.
Berch.
Niumonaſterium.
Caſtellum.
Indam.
Sancti Maximini.
Ephternacum.
Horream.
Sancti Gangulfi.

Faverniacum.
Polemniacum.
Luxovium.
Luteram.
Balmam.
Offonis villam.
Megeni monaſterium.
Sancti Deodati.
Bodonis monaſterium.
Strivagium.
Romerici montem.
Morbach.
Sancti Gregorij.
Mauri monaſterium
Eboresheim.
Homovva.
Maſonis monaſterium.
Homburch.
Sancti Stephani in Straſtburch.
Erenſtein.
Sancti Vrſi in Salodoro.
Grandivallem.
Altam petram.
Iuſtenam.
Vallem Cluſæ.
Caſtellum Carnones.
Heribodesheim.
Abbatiam de Aquis.
Hoenchirche.
Auguſtchirche.
Comitatum Teſtrebant.
Batua.
Hattuarias.
Maſau ſubterior de iſta parte.
Item Maſau ſuperior, quod de iſta parte eſt.
Liugas quod de iſta parte eſt.
Diſtrictum Aquenſe.
Diſtrictum Trectis.
In Ripuarias comitatus v.
Megenenſium.
Bedagovva.
Nitachovva.
Sarachovva ſubterior.
Bleſitchovva.
Selme.
Albechovva.
Suentiſium.
Calmontis.
Sarachovva ſuperior.
Odornenſe, quod Bernardus habuit.
Solocenſe.
Baſiniacum.
Eliſchovve.
Waraſch.
Scudingum.
Emaus.
Baſalchovva.
In Eliſatio comitatus II.
De Friſia duas partes.

De regno quod Hlotharius habuit, ſuper iſtam diviſionem, propter pacis & caritatis cuſtodiam, ſuperaddidimus iſtam adjectionem.

Civitatem Mettis, cum abbatia ſancti Petri & ſancti Martini & comitatu Moſlenſi, cum omnibus villis in eo conſiſtentibus, tam dominicatis quàm & vaſſallorum. De Arduenna, ſicut flumen Vrta ſurgit inter Biſlanc & Tumbas, ac decurrit in Moſam, & ſicut recta via pergit in Bedenſi, ſecundùm quod communes fideles noſtri rectius invenerint; excepto quod de Conduſtro eſt ad partem Orientis trans Vrtam. Et abbatias Prumiam & Stabolau, cum omnibus villis dominicatis & vaſſallorum.

ET HÆC EST PORTIO QVAM KAROLVS DE EODEM REGNO SIBI ACCEPIT.

Lvgdunum.
Veſontium.
Viennam.
Tungris.
Tullum.
Viridunum.
Cameracum.
Vivarias.
Vcetia.
Montem Falconis.
Sancti Michaëlis.
Culdini monaſterium.
Sanctæ Mariæ in Biſinciono.
Sancti Martini in eodem loco.
Sancti Augentij.
Sancti Marcelli.
Sancti Laurẽtij Leudenſi.
Sennonem.
Abbatiam Mellam.
Molbarium.
Laubias.
Sancti Gaugerici.
Sancti Salvij.
Criſpinno.
Foſſas Marilias.
Hunulcurt.
Sancti Servatij.
Maalinas.
Ledi.
Sumniacum.
Antonium.
Condatum.
Merrebecchi.
Ticlivinni.
Luitoſa.
Calmontis.
Sancta Maria in Deonant.
Echa.
Andana.
Waſloi.
Altum montem.
Comitatum Texandrum.
In Brachanto comitatus quatuor.
Cameracenſium.
Hanioum.
Lomenſem.
In Haſbanio comitatus quatuor.
Maſau ſuperior de iſta parte Moſæ.
Maſau ſubterior, quantum de iſta parte eſt.
Liugas quod de iſta parte Moſæ eſt, & pertinet ad Velſatum.
Scarponinſe.
Viriduninſe.
Dulminſe.
Arlon.
Vaurenſe comitatus duos.
Moſminſe.
Caſtricium.
Condruſt.
De Arduenna, ſicut flumen Vrta ſurgit inter Biſlanc & Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Moſam, & ſicut recta via ex hac parte occidentis pergit in Bedenſi, ſecundùm quod Miſſi noſtri rectius invenerint.
Tullenſe.
Aliud Odornenſe, quod Termarus habuit.
Barrenſe.
Portenſe.
Salmoringum.
Lugdunenſe.
Viennenſe.
Vivarias.
Vcetiam.
De Friſia tertiam partem.

Et in craſtina, ſcilicet IV. Idus ejuſdem menſis, ſimul convenerunt, & valefacientes ſe mutuò

se mutuò ab invicem discesserunt, Hludouvicus videlicet Aquis rediens; & Karolus Leptinis uxorem suam obviam sibi venire jubens, partem ipsius regni quam accepit sicut placuit sibi divisit.

TITVLVS XLIV.

Apud Gundulfi villam.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXII. *Indictione quinta, quinto Idus Septembris, in placito generali apud Gundulfi villam, cùm Hludouvicus sacramenta superiùs scripta disrupisset, & æquivoco suo itidem Hludouvico Imperatori se conjunxisset, & sacramenta quæ superiùs scripta sunt fieri jussisset, Ingilberga Regina & legatis sedis Apostolicæ, Formoso scilicet & Gaderico, præsentibus, hac tempestate urgente, Episcopi omnes ex regno glorioſi Regis Karoli hanc professionem infrascriptam fecerunt, & omnes laici hoc sacramentum similiter infrascriptum juraverunt.*

Professio Episcoporvm.

QVantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio secundùm meum ministerium fidelis vobis adjutor ero ut regnum quod vobis Deus donavit vel donaverit, ad ipsius voluntatem & sanctæ Ecclesiæ ac debitum regium honorem vestrum & vestram fideliúmque vestrorum salvationem habere & obtinere possitis.

Sacramentvm Laicorvm.

Quantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio fidelis vobis adjutor ero ut regnum quod habetis ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ & vestrum honorem atque ad vestram salvationem continere possitis, & quod Deus adhuc vobis concesserit, adquirere & contra omnes homines defendere valeatis.

GENERALE OMNIVM FIDELIVM.

Sic promitto ego quia de isto die inantea isti seniori meo, quandiu vixero, fidelis & obediens & adjutor quantumcunque plus & meliùs sciero & potuero & consilio & auxilio secundùm meum ministerium in omnibus ero absque fraude & malo ingenio, & absque ulla dolositate vel seductione seu deceptione, & absque respectu alicujus personæ; & neque per me, neque per Missum, neque per litteras, sed neque per emissam seu intromissam personam, vel quocunque modo ac significatione contra suum honorem & sanctæ Ecclesiæ atque regni illi commissi quietem & tranquillitatem atque soliditatem machinabo vel machinanti consentiam; neque umquam aliquod scandalum movebo quod illius præsenti vel futuræ saluti contrarium vel nocivum esse possit. Sic me Deus adjuvet & ista sanctorum patrocinia.

TITVLVS XLV.

Apud Carisiacum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXIII. *regni verò Domni Karoli* XXXIII. *Indictione* V. *hæc capitula quæ sequuntur ab eodem Rege statuta sunt in placito generali apud Carisiacum, omnium cum voluntate & consensu, & à præfato Rege & ab omnibus qui præsentes fuerunt confirmata.*

Cap. I.

QVia necesse est ut quod malè reincrescit, iterum recidatur, de constitutionibus antecessorum nostrorum & nostris, quæ in illorum & nostris capitulis constitutæ sunt, ad resecanda mala quæ specialiter iterum remergunt, Missis & Comitibus nostris firmiter exequenda proponimus, id est, ut quando Missi vel Comites nostri latronem vel aliquem malefactorem vel infidelem nostrum forbannierint, hoc nobis in nostro palatio & aliis Missis & Comitibus scire faciant; ut si ad nostram curtem venerit, inde faciamus quod nostrum est. Et si de uno missatico vel comitatu in alium missaticum vel comitatum fugerit, Missus vel Comes in cujus missaticum fugerit, per fidejussores constringat ut velit nolit illuc reveniat, & ibi malum emendet ubi illud perpetravit. Et si fidejussores non habuerit, sub custodia illum habeat donec ad illum Comitem, in cujus comitatu forbannitus fuerit, illum revenire faciat. Et si alodem habuerit vel in illo comitatu unde fugit, vel in illo comitatu ad quem fugit, Comes ipsum alodem in fiscum recipiat. Et qui talem forbannitum receperit, secundùm quod con-
III. 23. stitutum est in Capitularibus avi & patris nostri in libro tertio, si francus est, cum duodecim similibus francis juret quòd ipsum latronem vel forbannitum esse non sciisset, licèt pater ejus sit, aut frater, aut propinquus. Si hoc jurare non potuerit, vel ab alio convictus fuerit quòd latronem vel malefactorem aut infidelem nostrum forbannitum in hospitio suscepisset, sicut ipse forbannitus & ut infidelis judicetur.

II.

Vt Comites & Missi nostri maximam curam adhibeant quatinus in illorum comitatibus & missaticis populus justitiam & pacem habeat, & de latronibus exturbandis maximum certamen habeant. Et si talis malefactor aut infidelis noster emerserit ut per se illum comprehendere Comes in suo comitatu non possit, accipiat homines tam nostros quàm Episcoporum vel Abbatum & Abbatissarum in suo comitatu commanentes, & sic illum persequatur donec comprehendat. Et qui ad talem malefactorem accipiendum vocatus fuerit, & se inde retraxerit ut ad hoc adjutorium non præstet, si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; & si colonus fuerit, sexaginta ictus accipiat. Et si talis malefactor in illa persecutione occisus fuerit, qui eum occiderit leudem inde non solvat, & nullus illi inde faidam portare præsumat. Quod si quis facere præsumpserit, per certos fidejussores ad nostram præsentiam perducatur.

III.

De illis liberis hominibus qui infames vel clamodici sunt de testeüs vel latrociniis & rapacitatibus & assalturis vel de infidelitate nostra, & cum furto non comprehenduntur, si eis jam vita perdonata est propter aliquod malefactum, fiat de illis sicut in Capitulari avi & patris nostri continetur in libro III. capitulo XLVII. & si jam de latrocinio revicti sunt, fiat de illis sicut de revictis. Si autem illis adhuc vita perdonata non fuit, & revicti non sunt, & res & mancipia vel mobile habent, fiat de illis sicut in quarto libro Capitulorum capitulo XXIX. dicitur, cùm ad mallum Comitis venerint. Si autem ad mallum non venerint, banniantur, & per res & mancipia vel mobile distringantur ut veniant. Si autem non venerint, fiat de

illis sicut in Capitulari continetur. Et si post secundam Comitis admonitionem ad mallum venire noluerint, rebus eorum in bannum missis venire & justitiam reddere compellantur. Et si talis est quem aut parentes aut propter faidam homines accusare noluerint aut ausi non fuerint, & cum malefacto comprehensus non fuerit & negaverit, juret cum duodecim talibus francis quorum testimonium leges publicæ non reiciunt quòd testeiam vel latrocinium aut rapinam non fecerit; & post hæc juret ipse tantùm quòd deinceps testeiam vel latrocinium non faciet, neque facienti consentiet, & si scierit qui hæc fecerit, illis ministris nostris per quos talis causa emendari debet non celet. Et qui res & mancipia vel mobile non habent per quæ distringi possint ut ad mallum veniant, & ibi aut se legaliter, ut præmisimus, excondicant, aut si se excondicere non potuerint, quod malè fecerint legaliter emendent. Post secundam bannitionem Comitis si ad mallum non venerint, comprehendantur secundùm præfatum Capitulare libri tertij capitulo LVI. quo dicitur de latronibus qui magnam habent blasphemiam. Quicunque aliquem ex his comprehenderit, nullum damnum exinde patiatur. comprehensus autem, si fidejussores habere potuerit, per fidejussores ad mallum adducatur; si fidejussores habere non potuerit, à ministris Comitis custodiatur, & ad mallum perducatur. Et si aliquis eum accusaverit, fiat de illo secundùm præfatum capitulum libri capitularis. Si autem eum nullus accusaverit, excondicat se prædicto modo, & juret quòd deinceps testeiam vel latrocinium non faciet, neque facienti consentiet, & si scierit qui hoc faciet, non celet ministris regni per quos talis causa emendari debet. Si verò tales, ut prædiximus, ad mallum adduci non potuerint, in forbannum mittantur, & de his Missi vel Comites sicut suprà diximus faciant; & de illis qui tales receperint sicut præscripsimus fiat. Si autem fiscalinus noster ita infamis in fiscum nostrum confugerit, vel colonus de immunitate in immunitatem confugerit, mandet Comes judici nostro vel advocato cujuscunque casæ Dei ut talem infamem in mallo suo præsentet. Et si talem præsentaverit, si aliquis eum comprobare voluerit, faciat: & si nullus eum comprobare voluerit, tamen suam infamiam ad Dei judicium purget, & per illud Dei judicium aut liberetur aut condemnetur. Si autem judex noster vel advocatus de casa Dei commonitus talem blasphemum Comiti in mallo suo non præsentaverit, fiat inde secundùm Capitulare libri tertij capitulo XXVI. Et si servus alicujus ita clamosus est, Comes dominum servi commoneat ut eum in mallo præsentet, & præsentatum, si aliquis comprobare voluerit, faciat. Et si nullus eum comprobare voluerit, ad Dei judicium prædicto modo se examinet, & per illud Dei judicium aut liberetur aut condemnetur. Si autem dominus servi eundem servum suum Comiti in mallo præsentare noluerit, fiat inde secundum Capitulare libri tertij capitulo XLVI.

IV.

De illis hominibus qui cum Carlomanno præteritis annis tanta mala & tanta scelera in regno nostro fecerunt, sicut tunc & verbis & scriptis præcepimus, ita Comites & Missi nostri exequantur in eos in quibus nostra jussio, quam consilio fidelium nostrorum jussimus, executa non est. id est, ut fidelitatem nobis promittant, sicut tunc scarivimus, & scriptam Comitibus nostris dedimus. Et cui aliquid abstulerunt, aut emendent aut deprecentur, & pœnitentiam faciant, sicut tunc constitutum fuit. Et qui seniores, sicut tunc præcepimus, acceptos non habent, per fidejussores ad nostram præsentiam perducantur, & alodes quos habent Comites, in quorum comitatibus sunt, in fiscum recipiant.

V.

Vt unusquisque Comes in suo comitatu provideat ut qui fidelitatem nobis adhuc promissam non habent, fidelitatem nobis promittant, sicut in Capitulis avi & patris nostri continetur.

VI.

Vt unusquisque Comes in comitatu suo magnam providentiam accipiat ut nullus liber homo in nostro regno immorari vel proprietatem habere permittatur, cujuscunque homo sit, nisi fidelitatem nobis promiserit.

VII.

Et quia audivimus quòd malefici homines & sortiariæ per plura loca in nostro regno insurgunt, quorum maleficiis jam multi homines infirmati & plures mortui sunt; quoniam, sicut sancti Dei homines scripserunt, Regis ministerium est impios de terra perdere, maleficos & veneficos non sinere vivere, expressè præcipimus ut unusquisque Comes in suo comitatu mag-

num ſtudium adhibeat ut tales perquirantur & comprehendantur. Et ſi jam inde comprobati maſculi, vel comprobatæ feminæ ſunt, ſicut lex & juſtitia docet diſperdantur. Si verò nominati vel ſuſpecti, & necdum inde comprobati ſunt, vel per teſtes veraces inde comprobari non poſſunt, Dei judicio examinentur; & ſic per illud Dei judicium aut liberentur aut condemnentur. Et non ſolùm tales iſtius mali auctores, ſed & conſcij ac complices illorum, ſive maſculorum, ſive feminarum, diſperdantur, ut unà cum eis ſcientia tanti mali de terra noſtra pereat.

VIII.

Lib v. Capitular. c. 319. Quia, ſicut & per ſcripturas & per auctoritatem & per rationem manifeſtum eſt, duo ſunt quibus principaliter mundus hic regitur, regia poteſtas, & pontificalis auctoritas, & in libro Capitulorum avi & patris noſtri conjunctè ponitur ut res &

Add. IV. 271. mancipia Eccleſiarum eo modo contineantur ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes contineri ſolent, juſtè & rationabiliter de rebus & mancipiis quæ in regia & in eccleſiaſtica veſtitura fuerunt, uniformiter & uno modo tenendum eſt. Vt ſicut quæcunque res & mancipia in regia veſtitura avi & patris noſtri & noſta fuerunt, & nunc ab aliis detinentur, demonſtretur qualiter de regia veſtitura avi & patris noſtri & noſtra exierunt, (quia plures inde per mendacium quædam obtinuerunt, & quidam plura per fraudem obtinent) ita & de rebus quæ in Eccleſiarum veſtitura fuerunt, unde quæſtio fuerit, demonſtretur qua auctoritate in proprietatem eas quiſque obtineant. Et quoniam quidam non contradicunt quòd res & mancipia quæ tenent, in veſtitura noſtra vel anteceſſorum noſtrorum ſive Eccleſiarum Dei non fuiſſent, ſed patres illorum morientes eis in hereditatem dimiſerunt, ideo non volunt inde ullam auctoritatem oſtendere, ſed ſuam hereditatem probare, contra illos dicitur quia poteſt fieri ut aliquis de fiſco regio vel de rebus Eccleſiæ aliquid proprindat aut per fraudem obtineat, & mortuo illo filius ejus aut filia illas res tenere in hereditatem velit. Propterea per Capitula avi & patris noſtri, quæ Franci pro lege tenenda judicaverunt, & fideles noſtri in generali placito noſtro conſervanda decreverunt, diſcernendum eſt de quali hereditate auctoritas non debet requiri, ſed legitima hereditas ab aliquo approbari. Oſtenditur enim in eis capitulis ubi de rebus alienis alicui per malum ingenium venditis vel datis loquitur, quæ ſit unicuique legitima hereditas, cùm dicitur inter alia: Similiter de omnibus juſtitiis ad eum pertinentibus rationem reddere compellatur, excepta ſua legitima hereditate, quæ ei per ſucceſſionem parentum ſuorum legitimè evenire debuit. & de hac legitima hereditate non eſt auctoritas requirenda. ſed ſi interpellatio inde fuerit, legitima hereditas approbanda. Quia verò de rebus ex fiſco regio & de rebus eccleſiaſticis, quæ ita, ut in eiſdem capitulis habetur, contineri debent ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes contineri ſolent, auctoritas eſt requirenda, per quam auctoritatem quiſque illas retineat, in ipſis capitulis demonſtratur, cùm dicitur: *Vbicunque commutationes tam tempore* V. 110. *noſtro quàm tempore genitoris & avi noſtri* Add. IV. *legitimè & rationabiliter atque utiles Eccleſiis Dei factæ ſunt, permaneant. Vbicunque verò inutiles & incommodæ atque inrationabiles factæ ſunt, diſſolvantur, & recipiat unuſquiſque quod dedit. Vbi verò mortua manus interjacet, aut alia quælibet cauſa, quæ rationabilis non eſſe videatur, inventa fuerit, diligenter deſcribatur, & ad noſtram notitiam perferatur.* Sed & juſtum atque rationabile videtur ut ſi rectores Eccleſiarum negligenter res quas acceperunt in commutationem neglexerunt, & commutantes commutatas excoluerunt, non compenſentur excultæ & neglectæ æqualiter: ſed ſicut tunc fuerunt compenſentur quando commutatæ fuerunt. & ita compenſatio ad noſtram notitiam perferatur, & noſtro ac fidelium noſtrorum judicio, utrum permanere an diſſolvi debeant iſtæ commutationes, decernatur.

IX.

Ibid. 105. Vt ſicut in capitulis avi & patris noſtri continetur, Miſſi noſtri, ubi boni Scabinei non ſunt, bonos Scabineos mittant; & ubicunque malos Scabineos inveniunt, eiciant, & totius populi conſenſu in locum eorum bonos eligant; & cùm electi fuerint, jurare eos faciant ut ſcienter injuſtè non judicent.

X.

Ibid. 107. Volumus ut ſecundùm Capitulare avi & patris noſtri, quicunque de Scabineis deprehenſus fuerit propter munera aut propter amicitiam injuſtè judicaſſe, per fidejuſſores miſſus ad præſentiam noſtram veniat. Et omnibus Scabineis denuntietur ne quis etiam juſtum judicium vendere præſumat.

XI.

Ibid. 106. Volumus ut secundùm Capitulare avi & patris nostri, in comitatu omni hi qui meliores & veraciores inveniri possunt, eligantur à Missis nostris ad inquisitionem faciendam & rei veritatem discendam, & ut adjutores Comitum sint ad justitias faciendas.

XII.

IV. 28. Volumus ut secundùm capitula avi & patris nostri & nostra mallus neque in Ecclesia neque in porticibus aut atrio Ecclesiæ neque in mansione Presbyteri juxta Ecclesiam habeatur: quia non est æquum ut ibi homines ad mortem judicentur & dismembrentur & flagellentur ubi si confugerint, secundùm aliud capitulum pacem habere debent. Domus verò, sicut in Capitulis avi & patris nostri continetur, à Comite in loco ubi mallum tenere debet constituatur, quatenus propter calorem solis & pluviam publica utilitas non remaneat. Minora verò placita Comes, sive intra suam potestatem, vel ubi impetrare potuerit, excepto in Ecclesia, & porticibus, atque atrio Ecclesiæ, & mansione Presbyteri, habeat, sicut in eisdem capitulis continetur. Suprà tit. XI. c. 7. Lib. IV. Capitular. c. 28.

TITVLVS XLVI.

Reclamatio Episcopi Barcinonensis apud Attiniacum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXIV. hæc quæ sequuntur capitula Domnus Rex Karolus in Attiniaco Kalend. Iulij statuit.

Cap. I.

EPiscopus Barcinonensis se reclamavit quòd Tyrsus Presbyter Cordubensis in Ecclesia intra muros ipsius civitatis sita seorsim conventus agens, penè duas partes ex decima ipsius civitatis sibi usurpat, & sine illius licentia Missas & baptisteria in eadem civitate præsumit celebrare, & convocatos ab Episcopo ad matrem Ecclesiam, etiam in solemnitatibus Paschæ ac nativitatis Domini, ad se revocat, atque contempto Episcopo eis communionem largitur. Vnde sacrum Nicænum Concilium dicit: *Quicunque temerè ac periculosè, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscentes Ecclesiarum regulam, discedunt ab Ecclesia Presbyteri aut Diaconi vel quicunque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam Ecclesiam recipi; sed omnem necessitatem convenit illis imponi ut ad suas parrochias revertantur. Quòd si non fecerint, oportet eos communione privari.* Can. 16. Hoc de Tyrso, qui inregulariter à sua civitate discessit, decretum est. Ceterùm de ipso & de aliis contemptoribus Antiochenum Concilium dicit: *Si quis Presbyter aut Diaconus Episcopum proprium contemnens se ab Ecclesia sequestravit, & seorsum colligens altare constituit, & commonenti Episcopo non adquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum convocanti, hic damnetur omnimodo, nec ultrà remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quòd si Ecclesiam conturbare & sollicitare persistit, tanquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.* Can. 5. Hinc etiam Africæ provinciæ canones decreverunt. Sed tantùm hoc capitulum de Antiocheno Concilio posuisse sufficiat. De basilicis autem & decimis sacri canones decreverunt ut omnes basilicas, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, secundùm priorum canonum regulam in ejus Episcopi, in cujus territorio positæ sunt, potestate consistant. Et sanctus Gelasius in decretis suis: *Quatuor,* inquit, *tam de reditu quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet Ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum una sit Pontificis, altera Clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris Ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clerus ultra delegatam sibi summam nihil* Aurel. 1. c. 17. Cap. 27.

insolenter noverit expetendum. Ea verò quæ ecclesiasticis ædificiis adtributa sunt, huic operi veraciter prorogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis in lucrum suum Præsul impendia his designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se distensasse monstraturus esse videatur, tamen, juxta quod scriptum est, ut videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. Et hæc quidem de reditibus illis & oblationibus fidelium decreta sunt quæ specialiter ad Episcopos Ecclesiarum in illis regionibus pertinent quæ non abundant rebus, sed tantùm de fidelium decimis ac votis subsistunt. Ceterùm de rusticanis parrochiis, quantum Episcopus in partibus Septimaniæ atque Galliciæ à Presbyteris exigere debeat, Bracarense Concilium capitulo secundo & Toletanum Concilium capitulo quarto demonstrant. De his autem qui contra auctoritatem & Barcinonensis Episcopi voluntatem Tyrsum Presbyterum in Ecclesia Barcinonæ civitatis retinent, Capitulare Augustorum Domni Karoli & Domni Hludouvici decernit hoc modo: *De his qui sine consensu Episcopi Presbyteros in Ecclesiis constituant, vel de Ecclesiis eiciunt, vel ab Episcopo vel à quolibet Misso dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum nostrum revvadiare cogantur, & per fidejussores ad palatium nostrum venire jubeantur: & tunc nos decernamus utrum nobis. placeat ut aut illum bannum persolvant, aut aliam harmiscaram sustineant.* Quia verò longum est istos ad præsentiam Regis adducere, vel periculosum est longiùs à marcha eos abducere, Domnus Rex commendabit suo Marchioni qualiter eos distringat atque castiget. De decimis verò quæ in potestate & dispositione Episcopi esse debent, quas illi à matre Ecclesia abstrahunt, & pro suo libitu alibi donant, idem Capitulare dicit: *Quicunque decimam abstrahit de Ecclesia ad quam per justitiam debet dari, & eam præsumptiosè vel propter munera aut amicitiam vel aliam quamlibet occasionem ad aliam Ecclesiam dederit, à Comite vel à Misso nostro distringatur ut ejusdem decimæ quantitatem cum sua lege restituat.* Et item: *De his qui nonas & decimas jam per multos annos aut ex parte aux ex toto dare neglexerunt, volumus ut per Missos nostros constringantur ut secundùm Capitularem priorem solvant unius anni nonam & decimam cum sua lege, & insuper bannum nostrum. Et hoc eis denuntietur, quòd quicunque hanc negligentiam iteraverit, beneficium unde hæc nona & decima persolvi debuit amissurum se sciat.*

V. 98. Add. IV. 95.

V. 276. Add. IV. 180. 166.

V. 276. Add. IV. 99. 164.

II.

De hoc quòd se reclamavit quoniam castrum Terracinense suæ subditum potestati, factione Baionis, per Presbyteri insolentiam suo resultat ministerio, definitio præfati Antiocheni Concilij sequenda est in causa insolentis Presbyteri. Contra factionem autem Baionis sequendum est capitulum Carthaginensis Concilij, quo dicitur: *Visum est universis ab Imperatoribus postulari defensores, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversùs potentias divitum cum Episcoporum provisione delegentur.* Sequendum est etiam suprà positum capitulum ex capitulari Augustorum, de his qui sine consensu Episcopi Presbyteros in Ecclesiis suis constituunt, vel de Ecclesiis eiciunt.

Concil. Africi. IV. c. 5.

III.

De hoc quòd se reclamavit quia Gothus quidam Madascius fraude atque subreptione per præceptum Ecclesiam sancti Stephani nobilem & antiquam impetravit; ubi, postposito Dei cultu, fœda efficitur conversatio rusticorum. Et similiter Ricosindus Gothus fraude & subreptione agrum sanctæ Eulaliæ per præceptum obtinuit. Iussio regia hæc per fideles Missos diligenter ac veraciter inquirere jubeat, & ipsam inquisitionem per fidelium custodiam sub sigillo ad notitiam suam perferri faciat. Et si inventum fuerit quòd prædicta Ecclesia sancti Stephani & ager sanctæ Eulaliæ à præfatis Gothis per præcepta obtenta sunt, ipsa præcepta secundùm legem sigillentur, & unà cum ipsa inquisitione ad præsentiam regiam perferantur; ut secundùm jura forensia, qui in precibus fuere mentiti, non illis prosint quæ impetraverunt, & ibi careant ipso scriptorum beneficio quò perducentur rescripta, & regia magnificentia recipiat quod est sui juris Barcinonensis Ecclesia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TITVLVS XLVIII.

Synodi Pontigonensis.

SYNODVS QVÆ FVIT ACTA APVD Ticinum palatium anno incarnationis dominicæ DCCCLXXVI. *Indictione* IX. *mense Februario; & postea fuit confirmata ipsa synodus apud Pontigonem, cum Missis Domni Apostolici Iohannis aliisque multarum provinciarum Episcopis.*

ELECTIO KAROLI IMPERATORIS AB ITALICI EPISCOPIS ET CETERIS CONFIRMATA.

GLoriosissimo & à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori, Domno nostro Karolo perpetuo Augusto, nos quidem omnes Episcopi, Abbates, Comites, ac reliqui, qui nobiscum convenerunt, Italici regni optimates, quorum nomina generaliter subter habentur inserta, perpetuam optant prosperitatem & pacem. Iam quia divina pietas vos beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli interventione per vicarium ipsorum Domnum videlicet Iohannem summum Pontificem & universalem Papam spiritualémque patrem vestrum ad profectum sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque omnium invitavit, & ad imperiale culmen sancti Spiritus judicio provexit, nos unanimiter vos protectorem, dominum, ac defensorem omnium nostrum eligimus: cui & gaudenter toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia quæ ad profectum totius sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque omnium salutem decernetis & sancietis, totis viribus, annuente Christo, concordi mente & prompta voluntate observare promittimus.

Et subscripserunt illi qui in Italia adfuerunt.

Anspertus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.
Iohannes sanctæ Aretinæ Ecclesiæ humilis Episcopus subscripsi.
Iohannes Episcopus sanctæ Ticinensis Ecclesiæ subscripsi.
Benedictus Cremonensis Episcopus subscripsi.
Teudulfus Tertonensis Episcopus subscripsi.
Adalgaudus Vercellensis Episcopus subscripsi.
Azo Eporediensis Episcopus subscripsi.
Gerardus exiguus in exigua Laudensi Ecclesia Episcopus subscripsi.
Hilduinus Astensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Ratbornus sedis Augustanæ Episcopus subscripsi.
Leodoinus Mutinensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Hildradus Albensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Bodo humilis sanctæ Aquensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Sabbatinus Ienuensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Eilbertus Comensis Episcopus subscripsi.
Adelardus servus servorum Dei Veronensis Episcopus subscripsi.
Ego Paulus sanctæ Ecclesiæ Placentiæ Episcopus subscripsi.
Ego Andreas sanctæ Florentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Reginerius Abbas subscripsi.
Signum Bosonis incliti Ducis & sacri palatij Archiministri atque Imperialis Missi.
Signum Richardi Comitis.
Signum Walfridi Comitis.
Signum Liutfridi Comitis.
Signum Alberici Comitis.
Signum Supponis Comitis.
Signum Hardingi Comitis.
Signum Bodradi Comitis palatij.
Signum Cuniberti Comitis.
Signum Bernardi Comites.
Signum Airboldi Comitis.

Acta sunt hæc in palatio Ticinensi anno Domini DCCCLXXVI. *regni Domni Imperatoris Karoli Hludouvici Augusti piæ memoriæ filij in Francia* XXXVI. *imperij primo, Indictione* IX.

CONFIRMATIO CISALPINORVM.

Sicut Domnus Iohannes Apostolicus & universalis Papa primò Romæ elegit atque sacra unctione constituit, omnésque Italici regni Episcopi, Abbates, Comites, & reliqui omnes qui cum illis convenerunt, Domnum nostrum glorioſum Imperatorem Karolum Augustum unanimi devotione elegerunt sibi protectorem ac defensorem esse, ita & nos, qui de Francia, Burgundia, Aquitania, Septimania, Neustria, ac Provincia pridie Kalendas Iulij in loco qui dicitur Pontigonis anno XXXVII. in Francia ac Imperij primo jussu ejusdem Domni & glorioſi Augusti convenimus, pari consensu ac concordi devotione eligimus & confirmamus.

Et subscripserunt omnes Cisalpini Episcopi qui adfuerunt, & quorum nomina subter sequentia capitula, quæ confirmaverunt, tenentur adscripta.

In nomine Patris & Filij & Spiritu sancti. Incipiunt capitula quæ Domnus Imperator Karolus, Hludouvici Augusti piæ memoriæ filius, una cum consensu & suggestione venerabilium Episcoporum & illustrium optimatum reliquorúmque fidelium suorum ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ & ad pacem ac profectum totius Imperij sui fecit anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCLXXVII. regni verò sui in Francia XXXVI. Imperij autem sui primo, Indictione IX. mense Februario, in palatio Ticinensi.

CAP. I.

VT sancta Romana Ecclesia, sicut est caput omnium Ecclesiarum, ita ab omnibus honoretur & veneretur; neque quisquam contra jus & potestatem ipsius aliquid injustè agere præsumat: sed liceat ei debitum tenere vigorem, & pro universali Ecclesia pastoralem exhibere curam, atque sacris precibus omnium pro omnibus interpellare auctorem.

II.

Vt honor Domno & spiritali patri nostro Iohanni summo Pontifici & universali Papæ ab omnibus conservetur; & quæ secundùm sacrum ministerium suum auctoritate apostolica decreverit, cum summa veneratione ab omnibus suscipiantur, & debita illi obedientia in omnibus conservetur.

III.

Et licèt in omnibus id observare velimus, præcipuè tamen sancimus ut in termino beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum nemo in eundo & redeundo, vel ibi morando, aliquam vastationem & deprædationem facere præsumat; & quæ ipsius sanctæ Ecclesiæ propria sunt, nemo aliqua iniqua machinatione sine voluntate ipsius sacri Pontificis sibi vindicare præsumat. Quod si quisquam fecerit, restitutis malè præsumptis, immunitatem ipsius Ecclesiæ persolvat, & bannum nostrum tripliciter componat.

IV.

Vt ecclesiasticus honor, & sacerdotalis atque clericalis reverentia, debita competentíque sinceritatis religione ab omnibus amplectatur, & in omnibus custodiatur, sicut avi & genitoris nostri monent edicta.

V.

Vt imperialis honor ab omnibus fideliter observetur; & quæ ab eo seu per epistolam seu per legatos præcipiuntur, à nullo impune audeant violari.

VI.

Vt Episcopi ministerium suum secundùm sacros & sancto Spiritu promulgatos canones peragant, parrochias suas absque alicujus impedimento, prædicando, corrigendo, & confirmando circumeant; & in hoc agendo nullus eis contraire & quod ad ministerium illorum pertinet contradicere in ipsis parrochiis audeat, vel eis exinde aliquam molestiam inferat; sed adjutor, si oportuerit, invitatus à Pontifice quisque Ecclesiæ filius existat; ut liceat eis criminalia scelera & alia quæque corrigenda inquirere, discutere, & dijudicare canonicè. Quod qui temerare protervè præsumpserit, triplicem legem & triplex bannum nostrum persolvat.

VII.

Vt Episcopi secundùm sacram jussionem Domini nostri Iesu Christi prædicationem per se, vel per suos congruenter exerceant, & Presbyteros suos ut similiter faciant instruere procurent. Et ut seculares

&

& fideles laici diebus festis, qui in civitatibus sunt, ad publicas stationes occurrant: & qui in villulis & possessionibus sunt, ad publicum officium in plebem festinent. Et nullus latibulosa Missarum in suis domibus officia celebrare præsumat sine sui rationabili licentia Episcopi.

VIII.

Vt Episcopi in civitatibus suis proximum Ecclesiæ claustrum instituant, in quo ipsi cum clero secundùm canonicam regulam Deo militent; & sacerdotes suos ad hoc constringant ut Ecclesias non relinquant, & aliubi habitare præsumant. Sint etiam subjecti proprio Episcopo secundùm canonicam auctoritatem, nec per contumaciam ab eorum potestate dissiliant. Neque seculari potestati ad hoc eis commendare se liceat, aut eos quilibet recipere audeat, aut contra canonicas leges & debitam Episcopi potestatem quodammodo defensentur. Hujusmodi verò sacerdotes episcopalis ilico censura disciplinis ecclesiasticis subdat. Nec fas est omnium eorum sollicitudinem Episcopos non gerere, quibus in committendis sacris ordinibus dignum visum est communicasse.

IX.

Vt domibus sacerdotum, propter malæ opinionis famam, habitatio feminarum penitùs tollatur; neque illi in domos earum intrare indiscretè præsumant, ne nomen Dei, quod absit, per illos blasphemetur per quos laudari piè & jugiter debet. Venationem quoque nullus tam sacri ordinis exercere præsumat; neque arma militaria pro qualicunque seditione portare audeat, aut habitum quemlibet tantum apicem sacerdotij non decentem assumat.

X.

Vt res Ecclesiasticas tam mobiles quàm & immobiles nemo invadere vel auferre præsumat; & quæ à rectoribus Ecclesiæ hactenus, ob timorem vel favorem, alicui libellario vel emphyteuticario jure dolosè & cum damni detrimento Ecclesiæ amissse videntur, ad pristinum jus revertantur: quatenus liceat illis quibus earum cura commissa est, quieto & pacifico ordine eas tenere, & pro nobis ac regno nobis à Deo commisso orare, pauperibúsque debita stipendia erogare, familiam Ecclesiæ justè & rationabiliter regere & gubernare. Transgressoribus autem indicimus injustè præsumpta restituere, & sicut superiùs præfixum est, triplicem legem & triplex bannum nostrum persolvere.

XI.

Vt decimæ conlaborationum & animalium secundùm sacra præcepta Domino absque fraude & aliqua retractatione offerantur; & in potestate Episcopi maneat qualiter Presbyteris dispensentur canonicè. Et ut Ecclesias baptismales, quas plebes appellant, secundùm antiquam consuetudinem Ecclesiæ filij instaurent.

XII.

Vt Episcopi Comites & vassos nostros in parrochia eorum manentes paterno amore secundùm ecclesiasticum ministerium diligant. Ipsi verò Comites & vassalli seu reliqua generalitas prædictos Episcopos ut sanctos patres honorent & venerentur, & ad ministerium illorum peragendum, ubicunque potuerint, eos adjuvare decertent. Si verò, quod non optamus, eis infesti, quò minùs quæ Dei sunt exercere possint, reperti fuerint, aut ipsi contra leges officia sua violaverint, & eos quos venerari debent inquietaverint, secundùm Capitulare avi & genitoris nostri emendent. Qualiter quoque Presbyteros ac reliquos gradus honorent, ipsius capitularis forma doceantur. Ipsi nihilominus Episcopi, singuli in suo episcopio, missatici nostri potestate & auctoritate fungantur.

XIII.

Vt Episcopi & Comites in suis ministeriis commorantes in suis consistant domibus cum suis vassallis, neque præsumant occasione hospitij in pauperioris cujuspiam vicini domo nisi rogati commorari; quia ob hoc maximè deprædationes & discordias hactenus pullulasse manifestum est. Prævideant quoque, secundùm ministerium unusquisque suum, ne in potestate illorum prædæ & devastationes fiant. Et si aliqui hoc facere tentaverint, omni sua virtute illis resistant. Et si ipsi per se constringere illos ad emendationem non potuerint, constitutis Missis nostris renuntient, ut ipsorum judicio legaliter secundùm Capitulare avi & genitoris nostri emendent. Quòd si & ipsi hoc emendare nequiverint, ad nostram notitiam perducant.

XIV.

Vt quotiens divinum judicium aliquem Ecclesiæ Præsulem è sæculo vocaverit, nullus ad suimet perditionem facultates ejus invadat, diripiat, & ad jus suum transferat; sed erogatariis & eleemosynariis ecclesiasticis, cum ipsius Ecclesiæ constituto œconomo, liberum sit, canonico more, justè rationabiliterque deputata

ſucceſſori futuro reſervare, vel quibuſcunque, ſicut expedit, pro ejus ſpiritu diſtribuere. Quod qui iniqua cupiditate tranſgredi præſumpſerit, ut ſuperiùs prælibatum eſt, inrefragabiliter multetur.

XV.

Vt nemo fidelium noſtrorum quodammodo aliquem celet quem noſtrum ſcierit infidelem eſſe, neque ei ſuſtentationem quamcunque præſtare pertentet, ſi eum ad noſtram fidelitatem revocare nequiverit. Quicunque autem contra hæc fecerit, prædeceſſorum & progenitorum noſtrorum judicium experietur.

Anſbertus Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Iohannes humilis Aretinæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Adalardus ſervus ſervorum Dei ſanctæ Veronenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Adalgaudus Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Azo Eporedienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Benedictus Epiſcopus Cremonenſis ſubſcripſi.

Hildradus Albenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Gerardus exiguus Eccleſiæ Laudenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Iohannes humilis Epiſcopus ſanctæ Ticinenſis Eccleſiæ ſubſcripſi.

Teudulfus Terdonenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Hilduinus Aſtenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Sabbatinus humilis Ienuenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Signum Boſonis Ducis & Miſſi Italiæ atque ſacri palatij Archiminiſtri.

Signum Bernardi Comitis.

Signum Bodradi Comitis palatij.

Signum Ricardi Comitis.

Signum Airboldi Comitis.

Signum Cuniberti Comitis.

Signum Supponis Comitis.

Signum Alberici Comitis.

Signum item Bernardi.

Signum Hardingi Comitis.

Signum Berardi Comitis.

Iohannes Tuſcanenſis Epiſcopus, Legatus ſanctæ ſedis apoſtololicæ & Domni Iohannis ſummi Pontificis & univerſalis Papæ, in his quæ ſuprà ſcripta ſunt interfui, conſenſi, & ſubſcripſi.

Anſegiſus Senonum metropolis Epiſcopus, ſanctæ & apoſtolicæ ſedis per Domnum Iohannem ſummum Pontificem Papam Vicarius, interfui, conſenſi, & ſubſcripſi.

Iohannes Aretinus Epiſcopus, ſanctæ ſedis apoſtolicæ Legatus, interfui, conſenſi, & ſubſcripſi.

Hincmarus Remorum Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Frotarius Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Aurelianus Lugdunenſis Eccleſiæ Epiſcopus in Chriſti nomine roboravi.

Ottramnus Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Iohannes Rotomagenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Bertmundus Ebredunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ragenelmus Tornacenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Vvalterus humilis Aurelianenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Gerboldus Cabillonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Giſlebertus Carnotenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Hildeboldus Sueſſionenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Roſtagnus ſanctæ Arelatenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus ſubſcripſi.

Iſaac Lingonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Lantbertus Matiſcenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ingelvvinus ſanctæ Pariſiacenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Geroldus Ambianenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Abbo Nevernenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Iohannes Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Hadebertus Silvanectenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Odo Belgivacorum Epiſcopus in Chriſti nomine ſubſcripſi.

Ratbertus Valentinæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Bernarius Gratianopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Angenulfus Gabalitanenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Birico Vvapincenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Alduinus Avinionenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Vvido Vallavenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Hildebrannus Sagenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vvillebertus humilis Catalaunorum Episcopus subscripsi.
Ragenfridus Meldensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Heirardus Lixoviensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Sigenandus Constantiensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Ætherius Vivariensis Episcopus subscripsi.
Erchambertus Bajocensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Hedenulfus Laudunensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Agilmarus Arvernensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Anselmus Lemovicensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Adalbertus Morinensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Vvillelmus Cadurcorum Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Lupus Albiensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Ottulfus sanctæ Trecassinæ Ecclesiæ humilis Episcopus subscripsi.
Berardus Viridunensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Arnaldus Leucorum Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Franco Tungrensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Theodoricus Vesontiorum Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.
Vvala Autisiodorensis Episcopus subscripsi.
Adalgarius Augustidunensis Episcopus subscripsi.
Hemico Diensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Aimarus Ruthenensium Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Theotarius Gerundensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Hugo Abba.
Albustus Abbas ex monasterio quod vocatur Bethleem sive Ferrarias.
Hilduinus Abbas & Bibliothecarius.
Vvlfardus Abba scripsit & subscripsit.
Gaulzlenus Abba & Archicancellarius.

TITVLVS XLIX.

ACTORVM SYNODI PONTIGONENSIS EDITIO altera, illa fortasse quam cum Legatis apostolicis dictasse & in synodo legisse dicitur Odo Episcopus Bellovacensis.

Sancta synodus quæ in nomine Domini vocatione Domni Iohannis ter beatissimi ac universalis Papæ & jussione Domni Karoli perpetuò Augusti congregata est in loco qui vocatur Pontigonis anno incarnationis dominicæ DCCCLXXVI. Indictione IX. regni præfati invictissimi Imperatoris XXXVII. imperij autem primo, XVII. Kalendas Augusti, hæc capitula quæ subter adnexa sunt instituit.

Cap. I.

Obeunte Hludouvico, qui Romani imperij jura regebat, Domnus Iohannes ter beatissimus Papa per Gadericum Veliternensem, Formosum Portuensem, Iohannem Aretinum venerabiles Episcopos Domnum Karolum tunc Regem ad limina beatorum Apostolorum invitavit, eúmque Ecclesiæ ipsius defensorem ac tutorem elegit, imperialíque diademate coronavit, eum præ cunctis solum & specialem eligens qui Romani imperij sceptra teneret. Cujus sacris institutionibus pro debito parentes, quod ipse instituit instituimus, & quod ipse confirmavit pari consensu omnes firmamus.

II.

Congregata igitur in Romana urbe sancta synodo, ante adventum prædicti Domni Imperatoris, misit cum consensu omnium epistolas Hludouvico Regi, filiis quoque ipsius, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ac reliquis primoribus regni sui, monentes eos apostolica auctoritate more paterno servare quæ pacis sunt, ne

videlicet aliquam inreptionem in regno præfati Augusti facilè tentarent usque dum simul ad mutuum colloquium venirent, & ipse inter eos & de pace conservanda & de jure regnorum secundùm sibi à Deo ministerium creditum decerneret pariter & discerneret. Quos epistolas per Odonem Bellovacorum venerabilem Episcopum sibi destinatas & bis delatas omnino recipere renuerunt.

III.

Ipse verò apostolica & paterna monita parvipendens, & fraterna fœdera disrumpens, hostili manu tyrannico more fraternum regnum depopulando invasit; homicidia, stupra, adulteria, sacrilegia, & innumera mala quæ enumerari nequeunt, auctoritas facientium perpetravit.

IV.

Hæc mala audiens ter beatissimus Papa perpetrata esse in regno spiritalis filij sui Domni Karoli semper Augusti, tactus dolore cordis acceleravit mittere Missos suos, Iohannem videlicet & Iohannem venerabiles Episcopos, cum aliis suis epistolis, volens eum monere ut à tanto malo pœnitudinem de præteritis ageret, & tandem fraternum regnum invadere desineret. Quorum legationem secundò commonitus necdum recipere voluit.

V.

Post hos denique misit iterum alios Legatos, Leonem scilicet sanctissimum Gabinensem Episcopum & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Missum & Apocrisiarium, paritérque & Petrum Forosempronitatem venerabilem Episcopum, hæc eadem obsecrando monendo potestans. Quorum monita utrum recipere velit, adhuc ambiguum constat.

VI.

Verùm quia præfatus Leo Gabinensis reverentissimus Episcopus & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Missus & Apocrisiarius, seu & Petrus Forosemproniatis Episcopus, pro quibusdam utilitatibus ecclesiasticis morari hic diutiùs nequeunt, neque Episcopos de longinquo venientes fatigare longiùs dignum est, decreverunt Iohannem Tuscanensem & Iohannem Aretinum venerandos Episcopos, qui legationem præfatorum pariter cum priori legatione susceptentes, ea quæ peragenda sunt, cum ceteris Episcopis, quos communi consensu elegerint, vice omnium Episcoporum, quicquid seu in evocando seu in contemptoribus feriendo definierint, apostolica auctoritate liberè definiant, & quicquid ipsi deliberaverint, & Domnus Apostolicus cum omni sancta Romana Ecclesia determinabit & in perpetuum mansurum statuet & firmabit.

VII.

Sicut Domnus Papa Iohannes sanxit, connivente & consentiente & condecernente Domno & gloriosissimo Karolo Imperatore semper Augusto, Anfigisum venerabilem Episcopum Senonum Archiepiscopum suam vicem tenere & primatum ei Galliæ & Germaniæ contulit in evocanda synodo & definiendo canonicè si quælibet insurrexerint necessaria, & ut graviora ad ipsius notitiam referat, & nos unanimiter omni devotione laudamus, & ut ita ipse primatum teneat Galliæ & Germaniæ decernimus & sancimus.

VIII.

Synodum quam Domnus Iohannes Apostolicus & universalis Papa super quorundam depositionem, Formosi scilicet Portuensis Episcopi, & Gregorij Nomenculatoris, seu & Stephani Secundicerij, & Georgij Vesterarij, ceterorúmque suorum complicum, sicut in epistola ipsius ad nos missa continetur, nuper instituit, & nos secundùm jussionem ipsius, in nullo à capite dissidentes, consentiendo decernimus, omnibúsque apostolicis illius sanctionibus per omnia parentes sicut decet obedimus.

IX.

Censuram verò quam Domnus Apostolicus super nefandissima acta Hludouici Regis & complicum ejus, nisi resipuerint, & debitam obedientiam sedi apostolicæ exhibuerint, statuit & firmavit, omnes nos qui ad præsentem synodum convenimus, unanimiter decernimus atque firmamus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TITVLVS L.

Alia quædam acta ejuſdem ſynodi Pontigonenſis.

I.

Libellus proclamationis Eccleſiæ Remenſis adversùs Hludouvicum Regem Karolo Imperatori oblatus in ſynodo Pontigonenſi.

PAternis magiſteriis inſtruimur ut ſi qua majora negotia vel majores cauſæ exortæ fuerint, ad ſedem apoſtolicam, prout auctoritas docet & mos antiquus obtinuit, ſemper referantur. Ideóque quia imperialem excellentiam veſtram ſynodo præeſſe & Vicarios ſedis apoſtolicæ præſto nobis adeſſe gaudemus, calamitates & miſerias Eccleliæ noſtræ ac filiorum noſtrorum, quas hoc anno ab Hludouvico Rege itémque Hludouvico filio ejus & complicibus eorum, cædes videlicet, homicidia, adulteria, fornicationes, rapinas, ſacrilegia, & cetera flagitia quæ nullus enumerare poteſt, Eccleſia noſtra perpeſſa eſt, veſtræ ſerenitati innoteſcimus, obſecrantes ut pro Dei omnipotentis amore, & pro ingenita vobis benignitate, ac pro miniſterio impoſito, nobis & Eccleſiæ noſtræ ac filiis noſtris ſecundùm pervulgatam omnibus veſtram ſapientiam conſulatis pariter ac ſuccurratis, ne de cetero talia ac tanta mala Eccleſia noſtra ac regnum patiatur qualia hactenus paſſa eſt.

II.

Definitio ſynodi Pontigonenſis de Adalgaudo Presbyteto infamato.

Pridie Idus Iulij, in loco qui vocatur Pontigonis, ita de Adalgaudo Preſbytero à Legatis ſedis apoſtolicæ, Leone Apocriſiario ſanctæ ſedis Romanæ, Petro, Iohanne, itémque Iohanne Legatis memoratæ ſanctæ ſedis, ac Anſegiſo Vicario ejuſdem ſanctæ ſedis, & ab omni Concilio definitum eſt ut illi propria Eccleſia reddatur, & à præfatis Kalendis quatuor menſium dilatio ad famam ſuam purgandam illi concedatur. Si poſt quatuor menſes purgare ſe canonicè non potuerit, nulla ejus vox poſtea penitùs audiatur.

III.

Conſenſus Leonis Epiſcopi Miſſi & Apocriſiarij, cùm poſt ſynodum diſceſſurus eſſet.

Quia Domnus noſter Iohannes ſanctiſſimus & ter beatiſſimus Papa nos quidem, me ſcilicet Leonem Gabinenſem Epiſcopum & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Miſſum & Apocriſiarium, & Petrum venerabilem Foroſemproniatem Epiſcopum, ad hoc in has partes direxit ut, ceu pridem per venerabiles Epiſcopos Iohannem videlicet & Iohannem mandaverat, veſtra ſanctitate adgregata, de negotiis quæ inter utroſque fratres hoc anno emerſerant determinaremus, ſed nos ob quaſdam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ utilitates quia diutiùs morari nequimus, & veſtram beatitudinem longiùs fatigare nolumus, hos fratres noſtros Iohannem videlicet Tuſcanenſem & Iohannem Aretinum venerabiles Epiſcopos vobiſcum morari decrevimus uſque dum res unde agitur optatum finem divina favente gratia accipiat: qui quicquid ſeu in evocanda ſynodo, ſeu in definiendo, ſeu in contemptoribus feriendo definierint, apoſtolica auctoritate liberè definiant, & quicquid ipſi deliberaverint, & Domnus Apoſtolicus cum omni ſancta Romana Eccleſia determinabit & in perpetuum manſurum ſtatuet & firmabit.

IV.

Iuramentum quod Hincmarus Archiepiſcopus edere juſſus eſt apud Pontigonem.

Sic promitto ego quia de iſto die in antea iſti ſeniori meo, quandiu vixero, fidelis & obediens & adjutor, quantumcunque plus & meliùs ſciero & potuero, & conſilio & auxilio ſecundùm meum miniſterium in omnibus ero abſque fraude & malo ingenio & abſque ulla doloſitate vel ſeductione ſeu deceptione & abſque reſpectu alicujus perſonæ. Et neque per me, neque per Miſſum, neque per litteras, ſed neque per emiſſam vel intromiſſam perſonam, vel quocunque modo ac ſignificatione, contra ſuum honorem & ſuam, Eccleſiæ, atque regni illi commiſſi quietem & tranquillitatem atque ſoliditatem machinabo vel machinanti conſentiam. Neque unquam aliquod ſcandalum movebo quod illius præſenti vel futuræ ſaluti contraria vel nocivum eſſe poſſit. Si me Deus adjuvet & iſta ſancta patrocinia. Hincmar. epiſt 61.

TITVLVS LI.

Acta ſynodi Romanæ de confirmatione electionis Karoli Imperatoris, miſſa per Adalgarium Epiſcopum Auguſtodunenſem.

In vetuſto exemplari iſtius ſynodi, ut Sirmondus docet, hæc leguntur de actis ipſis ad Karolum Imperatorem miſſis: *Synodus quam attulit Adalgarius Epiſcopus de parte Iohannis Papæ aliorúmque Epiſcoporum Karolo ad Vrbam civitatem, quando pergebat iſdem Karolus Romam.*

Sequitur geſta qualiter Domnus Karolus filius Hludouvici Imperatoris fuit factus Imperator Romæ tempore Iohannis Apoſtolici anno incarnationis Domini DCCCLXXVII. *Indictione* X.

SERMO DOMNI APOSTOLICI IOHANNIS IN SYNODO EPISCOPORVM.

OMnibus generationibus immo cunctis mortalibus liquet qualiter omnipotens & creator univerſorum Deus in Eccleſiæ ſuæ parte quæ gemebunda peregrinatur in terris, per generationes & generationes electos ſuos velut in cœlorum ambitu ſidera nova produxerit, ut miro nodo in ejuſdem Eccleſiæ cœlo fixa, divino lumine radiantia, mœrentium animos inluſtrarent, depulſis tetræ mœſtitiæ tenebris & diverſarum anguſtiarum diſſipata caligine. Inter quas tanquam clariſſimum ſidus diebus noſtris ecce nobis Karolum Chriſtianiſſimum Principem ſuperna providentia præſcitum à ſe & præelectum ante mundi conſtitutionem & prædeſtinatum, non niſi copioſiſſima miſeratione circa noſtram ſalutem mota, ſecundùm placitum ſuum, juxta quod congruum erat in iſto periculoſo tempore tribuit, nepotem videlicet illius quondam magni Karoli qui rempublicam prœliis auxit, victoriis dilatavit, ſapientia decoravit: qui cùm omnes Eccleſias ſublimaſſet, ſemper hoc ei erat in voto, ſemper in deſiderio, ſicut in geſtis quæ de eo ſcripta ſunt legitur, ut ſanctam Romanam Eccleſiam in antiquum ſtatum & ordinem reformaret. unde & hanc multis honoribus extulit, multis munificentiis & liberalitatibus ampliavit, adeo ut amiſſas olim urbes ei reſtituiſſet, & ex regni quoque ſui parte alias non modicas contuliſſet. Sed pauca dicta ſunt, niſi quæ circa religionis incrementum geſſit magna & ſublimia memorentur. Religionis quippe ſtatum inter diverſorum errorum & pravitatum vepres incultum inventum ſacris litteris erudivit, divina pariter & humana ſcientia perornavit, erroribus expurgavit, ratis dogmatibus ſaginavit, atque intra breviſſimum tempus ita induſtrio pietatis ſtudio egit ut novus quodam modo videretur mundus, magnis luminaribus venuſtatus, & variis vernantibus floribus adornatus. Cujus filius, divæ ſcilicet recordationis Hludouvicus Maximus Imperator pater hujus à Deo electi Principis Karoli ſemper Auguſti, patrium ſolium adeo religione imitatus, pietate laudabiliter æmulatus eſt, ut & paterna divini cultus vota & erga prælatam principalem Eccleſiam libertatis inſignia pius natus æquiperaret & roboraret, ſed & uberioribus beneficiis & dapſilibus munificentiis, ut heres gratiſſimus, ampliaret. Verùm iſte hujus præfulgidus filius, Karolus videlicet, de quo nobis ſermo eſt, ſereniſſimus & tranquilliſſimus Imperator, qui nobis, ut prætulimus, in quos fines ſeculorum devenerunt, quique caligoſi temporis ex quadam parte tetras ærumnas & miſerias ſuſtinebamus, tanquam ſplendidiſſimum aſtrum ab arce polorum illuxit, non ſolùm monumenta progenitorum bonitatem electæ radicis ferens in ramo alacriter æquiperavit, verùm etiam omne prorsùs avitum ſtudium vicit, & univerſum paternum certamen in cauſa

religionis atque justitiæ superavit, Ecclesias videlicet Domini diversis opibus ditans, sacerdotes ejus honorans, hos ad utramque philosophiam informans, illos ad virtutes sectandas adhortans, viros peritos amplectens, religiosos venerans, inopes recreans, & ad omne bonum penitùs subsecutus, & omne malum medullitus detestatus. Quapropter & nos, carissimi fratres, tot ac tantarum dilectionum ejus atque virtutum audientes insignia, & laudabilium longè lateque diffusa morum ejus intuentes indicia, pietatis illius affectus experti frequentissimè ac multifariè viscera, non immeritò intelleximus istum esse proculdubio qui à Deo constitutus esset salvator mundi, multò profectò præstantiùs ac decentiùs ita vocatus quàm Ioseph, qui penè solam terram salvavit Ægypti. Vnde ab universa sancta Romana plebe, voce almæ illius Annæ sanctæ personam gestantis Ecclesiæ sterilis & fœcundæ, prophetico quodam modo spiritu temulento quotidie clamabatur:

1. Reg. 2. *Dominus dabit imperium Regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.* & iterum cum David orabat Rege pariter ac Propheta,

Psal. 85. *Da*, inquiens, *potestatem sive imperium puero tuo, & salvum fac filium ancillæ tuæ*, sanctæ videlicet catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ. Vnde nos tantis indiciis divinitus incumbentibus luce clariùs agnitis, superni secreti consilium manifestè cognovimus. Et quia pridem apostolicæ memoriæ decessori nostro Papæ Nicolao idipsum jam inspiratione cælesti revelatum fuisse comperimus, elegimus hunc meritò & approbavimus una cum annisu & voto omnium fratrum & coëpiscoporum nostrorum atque aliorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ministrorum amplísque senatus, totiúsque Romani populi gentísque togatæ, & secundùm priscam consuetudinem solemniter ad imperij Romani sceptra provexímus, & augustali nomine decoravimus, unguentes eum oleo extrinsecus, ut interioris quoque Spiritus sancti unctionis monstraremus virtutem, qua unxit eum Dominus Deus suus præ consortibus suis, Christum hunc oleo lætitiæ delibutum extrinsecus faciens, & principem populi sui constituens, ad imitationem scilicet veri Regis Christi filij sui Domini nostri; ita ut quod ipse possidet per naturam, iste consequeretur per gratiam. Deinde non hic perpetuus Augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit, non tanquam importunus fraude aliqua, vel prava machinatione, aut inhianti ambitione ad imperialem apicem aspiravit. Absit. Neque enim sibi honorem præsumptiosè adsumpsit ut Imperator fieret; sed tanquam desideratus, optatus, postulatus à nobis, & à Deo vocatus & honorificatus, ad defendendam religionem & Christi utique servos tuendos humiliter atque obedienter accessit, operaturus & roboraturus in imperio summam pacem & tranquillitatem, & in Ecclesia Dei justitiam & exaltationem. Nisi enim nos talem ejus cognovissemus intentionem, nunquam animus fieret noster tam promptus ad ipsius promotionem, & hoc per sacerdotum Domini manus ministrorum ejus officium, sicut David & Salomon & nonnulli alij Christi Domini, quos nimirum non esse tangendos Spiritus Psal. 104. sanctus per psalmorum cantica protestatur. Quapropter, fratres carissimi, omnes unanimes idipsum sentientes benedicamus Domino, & totis cordis ac corpo- 1. Reg. 2. ris vocibus collaudemus, qui, secundùm quod pollicitus est, spernentes sprevit, & glorificantem se glorificavit, quique hunc tantum nobis talémque contulit per quem mœrentium consolatio & paganorum contritio & Christianorum proculdubio speretur cita redemptio: summámque majestatem ejus & pietatem votis continuis obsecremus ut confirmet hoc in eo, immo & in nobis per eum, quod operatus est in eo à templo sancto suo, quod est in superna Hierusalem. Nósque quod jam in Romana Ecclesia, quæ est magistra, mater, & caput Ecclesiarum, auctore Deo famulatus nostri ministerio gessimus, preces benedictionis fundentes, & coronam imponentes sceptri & diadema imperij, etiam hic in sancta hac generali fraternitatis nostræ synodo, ad quam Deo duce pro innumeris necessitatibus & utilitatibus sanctæ Dei Ecclesiæ convenisse dinoscimur, iterato cordis affectibus & oris vocibus & manus subscriptionibus roboremus, nec sint, quod absit, in nobis schismata, quæ 1. Cor. 1. Apostolus medullitus execratur, nec animorum alicujus divisionis vel diversitatis dissensio.

Responsio Episcoporvm.

Ecce, beatissime & apostolice Domine Papa Iohannes, luce clariùs videmus mentem apicis vestri gratia sancti Spiritus inlustratam, qui profectò quos repleverit, ardentes pariter & loquentes facit. Nisi

enim ipse cor vestrum inradians tetigisset, nec ad tantæ dilectionis erga nos flagrantiam accenderetur, nec ad tot mellifluos & salutares effectus, quibus nos proculdubio piè & assiduè instruitis, proculdubio moveretur. Spiritalem autem filium vestrum Dominum Imperatorem Karolum Christianissimum & mansuetissimum Principem tanto jure cupimus & desideramus augustalia Romani sceptri gubernacula inconcussa & immutilata immo augmentata & ampliata fine tenus retinere quanto liquidiùs non per hominem neque ab homine sublimatum & ad tantum culmen potestatis evectum, superna gratia revelante, cognovimus, qui nimirum cordi sacratissimo apostolatus vestri interiùs inspiravit ut non vos priùs eligeret, sed antea vos eum & elegeretis & diligeretis. Sed & nos, ô Domine & coangelice Papa, vestigia vestra sectantes, & salubria monita recipientes, quem amatis amamus, quem dilexistis diligimus, quem elegistis eligimus, & quod in eo auctore omnium bonorum Deo, sive divina benedictione, sive sacra unctione, sive coronæ imperialis impositione gessistis, viscerabili affectu sequimur, & celebri laude prosequimur, & digna honorificentia veneramur, atque totius sensus nostri nisibus ita permanere atque pollere semper optamus. Sed & si necessitas fortassis exegerit, totis officij nostri conatibus adversùs aliter sentientium molimina resistere satagemus. Cum enim, secundùm Apostolum, non sit potestas nisi à Deo, & hæc præcipuè quæ tam pio collata est, haud dubium quin Dei ordinationi resistit qui isti ordinationi, quæ nobis ministrantibus cœlitus facta est, obstinata mente resistit. Apostolico quippe culmini, docente sancto Bonifacio Papa, nemo umquam obices manus intulit nisi qui de se voluit judicari. Durum est autem contra stimulum calcitrare vel adversùs impetus fluminis conari.

Rom. 13.

ITEM SVMMVS PONTIFEX.

Quia igitur, fratres dilectissimi, inspiratio divina omnium nostrum corda in unum sensum & in unum eundémque deliberationis finem direxit, ut scilicet unum sentiamus & unum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata, quæ in præfato piissimo & tranquillissimo Imperatore spirituali filio nostro Karolo, auctore Deo, sive preces benedictionis super caput ejus infundendo, sive sacræ unctionis oleo celsum ipsius verticem contingendo, sive coronam imperij conferendo gessimus, sententiæ prolatione, si unanimi generalitati vestræ videtur, & per manuum subscriptionem etiam in præsenti hac venerabili synodo, sicut jam hortati sumus, iteratò promulgemus & roboremus.

SANCTA SYNODVS RESPONDET.

Placet & valde placet in omnibus vestra sacratissima sectari vestigia, neque fas est ut à culmine apostolatus vestri in aliquo dissentiamus, quem videlicet ipse Christus Dominus noster omnium nostrum ad vicem suam in terris esse voluit caput.

TVNC SVRGENS SVMMVS PONTIFEX SENTENTIAM PROTVLIT, DICENS.

Piissimi & serenissimi spiritualis filij nostri Karoli magni & pacifici Imperatoris ad imperialia sceptra electionem & promotionem ante mundi quidem ordinem divinus ordinatam, nuper autem, id est, præterita nona indictione, per ministerium nostræ mediocritatis exhibitam, annuente Deo ex tunc & nunc & in perpetuum firmam & stabilem decernimus permansuram.

Responderunt omnes: *Placet, placet.*

ITEM.

Si quis tantæ rei divinitus actæ proculdubio institutionem superbia aut avaritia vel certè aliquo pessimæ ambitionis instinctu perturbare aut violare tentaverit, cujuscunque sit ordinis, dignitatis, aut professionis, tanquam Dei inimicus, & ordinationi ejus tyrannide sæva resistens, & Ecclesiæ Dei hostis, totiúsque pacis & Christianitatis dissipator, anathemate usque ad satisfactionem teneatur omni tempore annexus.

Responderunt: *Fiat, fiat.*

ITEM SVMMVS PONTIFEX.

Patratores & incitatores pessimi hujus consilij, qui profectò cùm ministri sint diaboli, sua quærunt, non quæ Iesu Christi, & in imperium subintroducere simultates & discordiam moliuntur, ac fraudulentia immittere schismata ad confundendam Ecclesiæ unitatem regnique congruum statum & ordinem reique publicæ utilitatem

tem & tranquillitatem conantur, si deinceps in talibus inventi fuerint, si quidem ecclesiastici viri extiterint, tanquam veri schismatici & à capite dissidentes, omnimodis deponantur, laici verò & monachi perpetuo anathemate feriantur.

Et responderunt omnes tertiò : *Fiat, fiat, fiat.*

Subscripsit ergo Domnus Papa, & cum eo Episcopi qui adfuerunt.

TITVLVS LII.

Exactio Nortmannis constituta.

HÆC EXACTIO A NORTMANNIS, QVI ERANT in Sequana tempore Karoli Regis, de suo regno fuit facta, ut ab ipsius regno recederent.

VNusquisque Episcopus qui habet abbatiam, aut Abbas qui similiter habet abbatiam, aut Comes qui æquè habet abbatiam, de suo manso indominicato, similitérque & de vassallorum, accipiat de manso indominicato denarios duodecim de manso ingenuili, quatuor denarios de censu dominicato, & quatuor de sua facultate; de servili verò duos denarios de censu, & de sua facultate duos. De omnibus verò Ecclesiis unusquisque Episcopus vel Abba de sua solummodo potestate accipiant, de Presbyteris à quocunque plurimum solidos quinque, & de unoquoque juxta quod possibile fuerit; ita ut à quo plurimum, quinque solidos, à quo minimum, quatuor denarios. De Ecclesiis verò quas Comites & vassalli dominici habent, seu de illis qui cum seniore nostro pergere debent, sive qui remanserint, Episcopus in cujus parrochia consistunt secundùm prætaxatum modum accipere procurabit. De Ecclesiis verò Imperatricis Episcopus similiter accipiet prætaxato modo.

Anno incarnationis dominicæ DCCCLXXVII. *Nonis Maij, in Compendio palatio, de aliqua sed non de tota parte regni quod Domnus Imperator Karolus habuit antequam junior Hlotharius defunctus fuisset, hæc constituta est exactio Nortmannis, qui erant in Sequana, tribuenda, ut à regno ejus recederent.*

Episcopi, Abbates, Comites, ac vassi dominici ex suis honoribus de unoquoque manso indominicato donent denarios duodecim de manso ingenuili, quatuor denarios de censu dominicato, & quatuor de facultate mansuarij; de servili verò manso duos denarios de censu indominicato, & duos de facultate mansuarij. De omnibus verò Ecclesiis unusquisque Episcopus de suo episcopatu, vel Abbas de sua solummodo abbatia, in cujuscunque Episcopi sint parrochia, accipiant cum Misso Episcopi in cujus parrochia sunt, de Presbyteris secundùm possibilitatem, quinque solidos, vel quatuor, vel tres, vel duos, vel unum solidum. à quo plurimum, quinque solidos; à quo minimum, quatuor denarios. De Ecclesiis verò Imperatoris & Imperatricis & Comitum ac vassallorum imperialium, tam de illis qui cum Imperatore pergent, quàm & illis qui remanserint, Episcopus in cujus parrochia consistunt secundùm prædictum modum conjectum accipiat. De negotiatoribus autem, vel qui in civitatibus commanent, juxta possibilitatem, secundùm quod habuerint de facultatibus, conjectus exigatur.

TITVLVS LIII.

Karoli Imperatoris apud Carisiacum.

HÆC CAPITVLA CONSTITVTA SVNT à Domno Karolo glorioso Imperatore cum consensu fidelium suorum apud Carisiacum anno incarnationis dominicæ DCCCLXXVII. *regni verò ipsius* XXXVII. *imperij autem secundo,* XVIII. *Kalendas Iulias, Indictione decima. De quibus quædam ipse definivit, & de quibusdam à suis fidelibus responderi jussit.*

Cap. I.

De honore & cultu Dei atque sanctarum Ecclesiarum quæ auctore Deo sub ditione & tuitione regiminis nostri consistunt, Domino mediante, decernimus ut sicut tempore beatæ recordationis Domni & genitoris nostri excultæ & honoratæ atque rebus ampliatæ fuerunt, & quæ à nostra liberalitate honoratæ atque ditatæ sunt, de cetero sub integritate sui serventur; & sacerdotes ac servi Dei vigorem ecclesiasticum & debita privilegia juxta reverendam auctoritatem obtineant; & eisdem principalis potestas & inlustrium virorum strenuitas seu reipublicæ administratores, ut suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & justè concurrant. & filius noster hæc suprascripta similiter Deo juvante conservet.

RP. Primum capitulum, sicut Deo inspirante decrevistis, omnes conlaudamus & conservare volumus.

II.

Vt monastetium à nobis Compendio in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ constructum, à filio nostro & fidelibus nostris eo tenore quo cœpimus honoretur, & privilegium à Domno Papa & ab omnibus Episcopis confirmatum, imperiale etiam decretum, ab omnibus fidelibus pro Dei & nostro amore benignissimè atque inviolabiliter conservetur, & à filio nostro firmetur.

RP. De secundo similiter respondemus.

III.

Vt tales à vobis eligantur, exceptis illis quibus commendatum habemus, quorum speciali consilio & adjutorio in præsenti itinere utamur.

RP. De tertio vos, sicut meliùs Deo inspirante vidistis, regni vestri defensionem atque tuitionem & filij vestri custodiam per fideles vestros, tam per Episcopos, quàm Abbates & Comites, dispositum habetis, & necessarium esse cognoscimus. Ipsam dispositionem nos disordinare non possumus nec debemus; & qualiter illam meliùs disponere possimus, non sapimus.

IV.

Quomodo securi esse possimus quousque Deo donante huc revertamur, à nullo regnum nostrum inquietari posse, quantum Deus vos adjuvare voluerit, & vestrum posse extiterit, & quomodo nos de filio nostro & de vobis securi esse possimus, & vos de filio nostro securi esse possitis, & ipse de vobis, & ut vos ad invicem credere possitis.

RP. De quarto, in quo scriptum est quomodo vos de filio vestro securi esse possitis, respondemus quia, Deo gratias, vos eundem filium vestrum & generastis & nutristis, & sub nutrimento vestro Deus ad hanc ætatem illum perduxit; & nemo nostrum illum ampliùs salvare potest vel debet aut sapit quàm vos, & in vestro consilio & auxilio ac dispositione illius salvatio & honor post Deum & sanctos ejus consistit. & qualiter ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ & regni vestri utilitatem securi de illo esse possitis, in vestra dispositione manet. Et de hoc quod ibi scriptum est, quomodo de nobis securi esse possitis, qualiter usquedum Deo donante huc revertamini, ut à nullo regnum vestrum inquietari possit, quantum Deus nos juvare voluerit, & nostrum posse extiterit, respondemus quia sunt sacramenta quæ vobis

fecimus, & est professio quam vobis & Clerici & laici in Carisiaco fecimus & subscripsimus, & est perdonatio quam dominatio vestra nobis fidelibus vestris & perdonavit & subscripsit, & est professio & sacramentum quæ in Gundulfi villa pro novis causis emergentibus ex morte Hlotharij & missatico Domni Apostolici Hadriani & missatico Hludouvici nepotis vestri vobis fecimus. Est etiam professio quam Remis & de vestra fidelitate & de vestri regni dispositione ac defensione & de uxore vestra & de filio vestro quem habetis, & si Deus adhuc etiam alterum dederit, professi fuimus. Quæ omnia hactenus conservavimus & conservamus, & adjuvante Deo usque ad finem vitæ nostræ conservare volumus. unde pro certo nos veraciter credere potestis. Si autem aliquis à præfatis sacramentis vel professionibus deviavit, hoc secundùm rationem & auctoritatem atque consuetudinem emendet & de cetero conservet. Si autem talis est de vestris fidelibus qui has professiones non fecit, si necesse fuerit faciat, & de cetero conservet. Fideles etiam vestri post mortem fratris vestri ad vos venerunt. Quale sacramentum vobis fecerunt, vos scitis. Qui autem de illis illud sacramentum hactenus conservavit, de cetero conservet. Et si aliquis ab illo sacramento deviavit, secundùm rationem & auctoritatem atque consuetudinem hoc emendet, & deinceps conservet. De hoc quod ibidem scriptum est, qualiter nos securi de filio vestro esse possimus, respondemus quia de filio vestro, quem per Dei gratiam & vestram dispositionem futurum seniorem post vos habere volumus, nullam firmitatem aliam quærimus nisi hoc quod vos in Capitulari vestro statuistis & decrevistis, nobis unicuique in suo ordine & persona conservet. De hoc quod ibidem scriptum est, qualiter ipse de nobis securus esse possit, respondemus quod & Remis respondimus, quia si Deus & vos illum in regni regimine sublimaveritis, & in parte denominata illum designaveritis, sic ei fideles esse cupimus sicut per rectum esse seniori debemus. De hoc quod ibi scriptum est, & nobis verbis dixistis, ut ad invicem nos credere possimus, verbis fideliter nos confirmavimus ut ad Dei voluntatem & vestram fidelitatem & honorem & sanctæ Ecclesiæ ac regni vestri utilitatem ac fidelium vestrorum salvamentum Deo mediante adunati simus, quantum unusquisque nostrum in suo ordine & persona per Dei gratiam scire & posse habuerit, ut ad invicem nos credamus, & mutuò adjuvemus.

V.

Vt ea quæ per largitatis nostræ præcepta dilectæ conjugi nostræ in proprium habere concessimus, filius noster ante nos confirmet; & ex omnibus quæ illi jure beneficiario concessimus sive concesserimus, si obitus noster evenerit, & illa nos supervixerit, quomodo securi sumus quatinus illam & sua omnia filius noster & fideles nostri condigno honore studeant conservare.

R P. De quinto capitulo, in quo scriptum est de dilectæ conjugis vestræ Dominæ nostræ honore & salvamento, & de conservatione earum rerum quas illi dedistis vel dederitis, & de confirmatione à filio vestro exinde facienda, & filius vester ad hoc paratus est, sicut jubetis; & nos, quantum scierimus & potuerimus, ad hoc parati erimus.

VI.

De filiabus nostris, cum quo honore secundùm Dei voluntatem, & quali salvamento aut adjutorio consistere debeant. Quod etiam parvulæ nostræ filiæ datum habemus, aut deinceps dederimus, cum quali securitate tenere possit. Et si Deus eam ad perfectam ætatem venire donaverit, in matris suæ sit potestate, & à nullo contra ipsius voluntatem vel marito tribuatur, vel sacrum ei velamen imponatur.

R P. Similiter & de filiabus vestris, & etiam de parvula filia vestra, sicut in capitulo vestro continetur, & filius vester paratus est conservare, & ad hoc conservandum, quantum scierimus & potuerimus, adjutorium præstabimus.

VII.

De ordinandis scaris, &, si nepotes nostri, sui patris imitantes vestigia, contra nos aut in itinere, aut postquam ad dispositum locum Deo duce venerimus, aliquid nobis mali aut regno nostro machinari voluerint, quomodo illis, Deo juvante, pleniſſimè resistatur.

R P. De scaris ordinandis, & de adjutorio, si aliquis de nepotibus vestris aut inter vias aut in Italia vobis aliquod impedimentum facere voluerit, in vestra dispositione erit qui in isto regno remaneant, vel qui post vos in vestrum adjutorium pergant.

VIII.

Si antequam redeamus, aliqui honores

interim aperti fuerint, considerandum quid exinde agatur.

R P. Si antequam juvante Domino revertamini, aliquis Archiepiscopus defunctus fuerit, vicinus Episcopus ipsius dioceseos cum Comite ipsam sedem prævideat usque dum obitus ipsius Archiepiscopi ad vestram notitiam perveniat. Si aliquis Episcopus interim obierit, Archiepiscopus ipsi sedi visitatorem secundùm sacros canones deputet, qui unà cum Comite ipsam Ecclesiam, ne prædetur, custodiat usque dum ipsius Episcopi obitus ad vestram notitiam perveniat. Si Abbas vel Abbatissa obierit, Episcopus in cujus parrochia monasterium illud est, unà cum Comite illud monasterium custodiat usque dum vestra jussio inde fiat.

IX.

Si Comes obierit, cujus filius nobiscum sit, filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordinet de his qui illi plus familiares & propinquiores fuerint, qui cum ministerialibus ipsius comitatus & Episcopo ipsum comitatum prævideat usque dum nobis renuntietur. Si autem filium parvulum habuerit, isdem cum ministerialibus ipsius comitatus & Episcopo in cujus parrochia consistit eundem comitatum prævideat donec ad nostram notitiam perveniat. Si verò filium non habuerit, filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordinet qui cum ministerialibus ipsius comitatus & Episcopo ipsum comitatum prævideat donec jussio nostra inde fiat. Et pro hoc nullus iraſcatur, si eundem comitatum alteri cui nobis placuerit dederimus quàm illi qui eum hactenus prævidit. Similiter & de vassallis nostris faciendum est. Et volumus atque expressè jubemus ut tam Episcopi quàm Abbates, & Comites, seu etiam ceteri fideles nostri, hominibus suis similiter conservare studeant; & tam de episcopatibus quàm & de abbatiis vicinus Episcopus & Comes prævideant ne aliquis res ecclesiasticas vel facultates diripiat, & nullus ad eorum eleemosynam faciendam impediat. Quòd si præsumpserit, & secundùm leges humanas hoc componat, & secundùm leges ecclesiasticas inde Ecclesiæ quam læsit satisfaciat, & nostram harmiscaram secundùm modum culpæ & ut nobis placuerit sustineat.

R P. Cetera capitula responsione non egent, quoniam à vestra sapientia sunt dispositа & diffinita.

X.

Si aliquis ex fidelibus nostris post obitum nostrum, Dei & nostro amore compunctus, seculo renuntiare voluerit, & filium vel talem propinquum habuerit qui reipublicæ prodesse valeat, suos honores, prout melius voluerit, ei valeat placitare. Et si in alode suo quietè vivere voluerit, nullus ei aliquod impedimentum facere præsumat, neque aliud aliquid ab eo requiratur, nisi solummodo ut ad patriæ defensionem pergat.

XI.

Si aliqua occasione filio nostro aut fidelibus nostris de nostro obitu nuntiatum fuerit, non facilè credatur: sed conveniant simul fideles nostri, & rationabiliter secundùm Dei voluntatem omnia à nobis ordinata disponant.

XII.

Si nos in Dei sanctorúmque ipsius servitio mors præoccupaverit, eleemosynarij nostri, secundùm quod illis commendatum habemus, de eleemosyna nostra decertent. & libri nostri, qui in thesauro nostro sunt, ab illis, sicut dispositum habemus, inter sanctum Dionysium & sanctam Mariam in Compendio & filium nostrum dispertiantur. Id est, Hincmarus venerabilis Archiepiscopus, Franco Episcopus, Odo Episcopus, Gauzlinus Abba, Arnulfus Comes, Bernardus Comes, Chuonradus Comes, Adalelmus Comes. Similiter de his quæ ad eleemosynam conjugis nostræ pertinent, si ipsa obierit, faciant. Quæ verò superfuerint, ab ipsis salventur usque ad nostram, Deo dante, interrogationem.

XIII.

Inveniendum qualem partem imperij, si obitus noster evenerit, sibi decernendam sperare filius noster debeat; & si Deus alterum filium nobis interim donare voluerit, quam ipse habeat. Et si aliquis ex nepotibus nostris ad hoc se dignum exhibuerit, vel si non fecerit, secundùm quod nobis tunc, & cui placuerit, censeatur.

XIV.

Vt filius noster talem se & taliter præparet quatenus cùm, Deo juvante, reversi fuerimus, Romam ire valeat, & ibi Dei & sanctorum Apostolorum, quandiu necesse fuerit, servitium agere & ibi Deo adminiculante in Regem possit coronari.

XV.

Qualiter & quo ordine filius noster in hoc regno remaneat, & qui debeant esse

quorum auxilio utatur, & viciſſitudine cum eo ſint. Videlicet ex Epiſcopis aſſiduè ſint cum illo aut Ingiluvinus, aut Reinelmus, ſive Odo, ſeu Hildeboldus. Ex Abbatibus, ſi alia neceſſitas non evenerit, aſſiduè ſint cum eo Welpho, Gauzlinus, & Folco. Ex Comitibus verò, aut Teudericus, aut Balduinus, ſive Chuonradus, ſeu Adalelmus, alternatim cum illo conſiſtent, &, quanto ſæpius pro noſtra utilitate potuerint, Boſo & Bernardus. Si versùs Moſam perrexerit, ſint cum eo Franco Epiſcopus, Iohannes Epiſcopus, Arnulfus Comes, Giſlebertus, Letardus, Matfridus, Widricus, Gotbertus, Adalbertus, Ingelgerus, Rainerus, unà cum prædictis. Si ultra Sequanam perrexerit, Hugo Abba, Waltherus Epiſcopus, Wala Epiſcopus, Giſlebertus Epiſcopus, & ceteri noſtri fideles illius partis, unà cum prædictis. Sed & de aliis fidelibus noſtris, ſecundùm quod in unaquaque parte regni neceſſe fuerit.

XVI.

Si ſubitò evenerit in aliqua parte regni neceſſitas, videtur nobis ut quia Deo gratias filius noſter juvenis eſt, non omnes fideles noſtros æqualiter faciat laborare; ſed ſicut nos jam, Deo juvante, ſæpiſſimè fecimus, acceptis ſecum ſtrenuis viris ex fidelibus noſtris, inimicis noſtris inſperatè ſuperveniat, & eos viriliter perterreat; & qui cum eo ire non potuerint, mittant cum eo electos viros, prout neceſſitas fuerit.

XVII.

Adalardus Comes palatij remaneat cum eo cum ſigillo. Et ſi ipſe pro aliqua neceſſitate defuerit, Gerardus, ſive Fredricus, vel unus eorum qui cum eo ſcariti ſunt, cauſas teneat; & vel una die in ſeptimana ipſe cauſas teneat; & ubicunque fuerint, de pace prævideant.

XVIII.

Comites quoque per ſuos comitatus de raptoribus & malis hominibus prævideant qualiter pax fiat, & malla teneant, & omnibus qui hoſtem debent denuntient ut parati ſint quatinus, ſi neceſſitas fuerit, in Dei & noſtrum ſervitium pergere valeant. Et Miſſi noſtri, qui per omne regnum noſtrum conſtituti ſunt, miſſaticum noſtrum, prout eis opportunum fuerit, agere non negligant.

XIX.

Si vverra in regno ſurrexerit, quam Comes per ſe comprimere non poſſit, filius noſter cum fidelibus noſtris eam quantocius comprimere ſtudeat, antequam malum in regno noſtro accreſcere poſſit.

XX.

Vt filius noſter cum fidelibus noſtris in illa parte regni moretur ubi major neceſſitas fuerit, & nemo in villis noſtris vel in villis uxoris noſtræ manſionaticum accipiat, & nullus homines noſtros ſive alios deprædari audeat, & eorum qui nobiſcum vadunt beneficia & villæ ſub immunitate maneant. Quòd ſi aliquis præſumpſerit, in triplo componat ſicut ille qui in truſte dominico committit. Et qui in villas Epiſcoporum, Abbatum, vel aliorum fidelium noſtrorum deprædationes fecerint, ſicut in capitularibus anteceſſorum noſtrorum & in noſtro continetur emendent.

XXI.

Vt nemo deſpiciat literas noſtra auctoritate aut filij noſtri nomine ſignatas, vel eorum quos in hoc regno cum illo dimittimus, neque inobediens ſit quæ ſibi mandata fuerint. Quòd ſi præſumpſerit, ita multetur ſicut in Capitulari avi & Domni ac genitoris noſtri continetur.

XXII.

Monendum quoque & hortandum ut fidelium noſtrorum, qui cum filio noſtro remanſerint, nullus in conſilio tardus appareat; ſed unuſquiſque ut ſibi meliùs viſum fuerit loquatur, & poſt omnium locutiones, quod melius viſum fuerit eligant.

XXIII.

Qualiter regnum quod neceſſitate Brittonibus quondam juramento confirmatum fuerat, quia de illis quibus firmatum eſt nullus ſuperſtes eſt, à fidelibus noſtris recipiatur.

XXIV.

De regno Aquitanico.

XXV.

Vt poſt nos, cum his quæ nobis ferenda ſunt pergat, primùm Vvillebertus Epiſcopus, deinde Arnoldus Epiſcopus, & deinde Vvala Epiſcopus. Et ut filius noſter & alij noſtri fideles ad hoc ſtudeant ut nihil novi aut mali in hoc regno ſurgat quod aut per equites aut per curſores pedites non ſciamus; quia de veſtra proſperitate ſicut de noſtra ſemper ſolliciti erimus. Et ſi nepotes noſtri, filij fratris noſtri, ſui patris imitantes exempla, poſt nos pergere & contra nos inſurgere voluerint, non expectetur ut commendemus fidelibus noſtris ut nobis occurrant; ſed prout pleniùs

potuerint, ſtatim ut hoc cognoſcere potuerint, nobis in adjutorium, prout citiùs potuerint, veniant, & ad hoc omnes ſemper vvarniti ſint.

XXVI.

Vt caſtellum de Compendio, à nobis cœptum, pro noſtro amore & veſtro honore perficiatur in teſtimonium dilectionis veſtræ erga noſtram benignitatem.

XXVII.

De civitate Pariſius, & de caſtellis ſuper Sequanam & ſuper Ligerim ex utraque parte, qualiter & à quibus inſtaurentur, ſpecialiter etiam de caſtello ſancti Dionyſij.

XXVIII.

De Vvlframno & Gauzmaro & Hadeberto aurifice, ſicuti ſtatuimus, ita permaneant.

XXIX.

De monetis.

XXX.

Qualiter hoc perficiatur & ad effectum perveniat quod Nortmannis dari debet de conjecto.

XXXI.

De honoribus Boſonis, Bernardi, & Vvidonis, & aliorum illarum partium. & de cappis & aliis negotiatoribus, videlicet ut Iudæi dent decimam, & negotiatores Chriſtiani undecimam.

XXXII.

In quibus ex noſtris palatiis filius noſter, ſi neceſſitas non fuerit, morari vel in quibus foreſtibus venationem exercere non debeat. Cariſiacus penitùs cum foreſtibus excipitur. Silvacus cum toto Laudunenſi ſimiliter. Compendium cum Cauſia ſimiliter. Salmonciacus ſimiliter. In Odreia villa porcos non accipiat; & non ibi caciet niſi in tranſeundo. In Attiniaco parum caciet. In Verno porcos accipiat tantùm. Arduenna penitùs excipitur, niſi in tranſeundo. & villæ ad ſervitium noſtrum ſimiliter. In Ligurio porcos & feramina accipiat. Ariſtallium cum foreſte penitùs excipitur. In Lens & Vvara & Aſtenido & feramina & porcos capere poteſt. In Rugituſit, in Scadebolt, in Launif, tantummodo in tranſitu, & ſicut minùs poteſt. In Criſiaco ſimiliter. In Liſga porcos tantùm accipiat.

XXXIII.

Vt Adelelmus de foreſtibus diligenter ſciat quot porci & feramina in unaquaque à filio noſtro caciata fuerint.

XVI. Kalend. prædicti menſis, poſtquam Domnus Imperator Karolus adnuntiavit generaliter in populum de ſuo itinere Romam, & quia ordinatum habebat qualiter filius ſuus in regno iſto conſiſtat, & quorum in ſpecialibus & generalibus cauſis utatur conſilio & adjuvetur auxilio, & quia ordinatum habebat quomodo Nortmanni de iſto regno expellantur, & poſtea defendantur, & ſi vverra de quacunque parte in iſto regno ſurrexerit, comprimatur, vel defendatur, & quia de generalibus & ſpecialibus cauſis generalia & ſpecialia capitula habebat diſpoſita, quæ filio ſuo & fidelibus ſuis, qui in iſto regno remanebant, data habebat, & ſecum portabat, dixit quia de ipſis capitulis quædam capitula excerpta habebat, quæ in illorum omnium notitiam recitari volebat. Et tunc juſſit Gauzlenum Cancellarium ut hæc ſequentia capitula in populum recitaret.

HÆC CAPITVLA FECIT DOMNVS KAROLVS IMPERATOR ET ADNVNTIARI IVSSIT NOVISSIME APVD CARISIACVM.

Cap. I.

De honore & cultu Dei atque ſanctarum Eccleſiarum quæ auctore Deo ſub ditione & tuitione regiminis noſtri conſiſtunt, Domino mediante, decernimus ut ſicut tempore beatæ recordationis Domni & genitoris noſtri excultæ & honoratæ atque rebus ampliatæ fuerunt, & quæ à noſtra liberalitate honoratæ atque ditatæ ſunt, de cetero ſub integritate ſui ſerventur, & ſacerdotes atque ſervi Dei vigorem eccleſiaſticum & debita privilegia juxta reverendam auctoritatem obtineant, & eiſdem principalis poteſtas & illuſtrium virorum ſtrenuitas ſeu reipublicæ adminiſtratores, ut ſuum miniſterium competenter exſequi valeant, in om-

nibus rationabiliter & juſtè concurrant. Et filius noſter hæc ſupradicta ſimiliter, Deo juvante, conſervet.

II.

Vt omnes noſtri fideles veraciter ſint de nobis ſecuri quia quantum potuerimus, & juſtè & rationabiliter ſcierimus, unumquemque ſecundùm ſui ordinis dignitatem & perſonam honorare & ſalvare & honoratum ac ſalvatum conſervare volumus. Et unicuique eorum in ſuo ordine ſecundùm ſibi competentes leges tam eccleſiaſticas quàm mundanas rectam rationem & juſtitiam conſervabimus; & nullum fidelium noſtrorum contra legem vel juſtitiam aut auctoritatem & juſtam rationem aut damnabimus aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus affligemus; & legem, ut prædiximus, unicuique competentem, ſicut anteceſſores ſui tempore anteceſſorum noſtrorum habuerunt, in omni dignitate & ordine nos adjuvante Domino ſervaturos perdonamus, illis videlicet qui nobis fideles & obedientes atque adjutores & cooperatores juxta ſuum miniſterium & perſonam conſilio & auxilio ſecundùm ſuum ſcire & poſſe & ſecundùm Deum ac ſecundùm ſeculum fuerint, ſicut per rectum unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu Imperatori ſuo & ſuo ſeniori eſſe debet. Et Capitula quæ avus & pater noſter pro ſtatu & munimine ſanctæ Dei Eccleſiæ & miniſtrorum ejus & pro pace ac juſtitia populi ac quiete regni conſtituerunt, & quæ nos cum fratribus noſtris Regibus & noſtris & eorum fidelibus communiter conſtituimus, ſed & quæ nos conſilio & conſenſu Epiſcoporum ac ceterorum Dei & noſtrorum fidelium pro ſupraſcriptis cauſis in diverſis placitis noſtris conſervanda ſtatuimus, & manere inconvulſa decernimus, ſimiliter & à filio noſtro inconvulſa conſervari volumus & mandamus.

III.

Si Comes de iſto regno obierit, cujus filius nobiſcum ſit, filius noſter cum ceteris fidelibus noſtris ordinet de his qui eidem Comiti plus familiares propinquiores fuerunt, qui cum miniſterialibus ipſius comitatus, & cum Epiſcopo in cujus parrochia fuerit ipſe comitatus, ipſum comitatum prævideant uſque dum nobis renuntietur, ut filium illius qui nobiſcum erit, de honoribus illius honoremus. Si autem filium parvulum habuerit, iſdem filius ejus cum miniſterialibus ipſius comitatus, & cum Epiſcopo in cujus parrochia conſiſtit, eundem comitatum prævideant, donec obitus præfati Comitis ad notitiam noſtram perveniat, & ipſe filius ejus per noſtram conceſſionem de illius honoribus honoretur. Si verò filium non habuerit, filius noſter cum ceteris fidelibus noſtris ordinet qui cum miniſterialibus ipſius comitatus & cum Epiſcopo proprio ipſum comitatum prævideat, donec juſſio noſtra inde fiat. Et pro hoc ille non iraſcatur qui illum comitatum præviderit, ſi eundem comitatum alteri cui nobis placuerit dederimus quàm illi qui eum eatenus prævidit. Similiter & de vaſſallis noſtris faciendum eſt. Et volumus atque præcipimus ut tam Epiſcopi quàm Abbates & Comites ſeu etiam ceteri fideles noſtri hoc erga homines ſuos ſtudeant conſervare.

IV.

Volumus etiam & expreſsè præcipimus quòd ſi aliquis Epiſcopus, vel Abbas, aut Abbatiſſa, vel Comes, aut vaſſallus noſter obierit, nullus res eccleſiaſticas aut facultates diripiat, vel Comitis aut vaſſalli noſtri aut alicujus defuncti res aut facultates invadere vel uſurpare præſumat, vel uxoribus defunctorum laicorum ac filiis quamcunque violentiam inferat, & nullus ad illorum eleemoſynam faciendam eleemoſynarios eorum impediat. Quòd ſi aliquis præſumpſerit, & ſecundùm leges mundanas hoc cum banno noſtro componat, & ſecundùm leges eccleſiaſticas inde Eccleſiæ, quam læſit, ſatisfaciat. Inſuper noſtram harmiſcaram, ſecundùm modum culpæ, & ut nobis placuerit, ſuſtineat.

Poſt hæc lecta capitula, dedit omnibus licentiam cum Dei gratia & ſua redeundi ad propria, exceptis his quos ſpecialiter pro ſpecialibus cauſis conſiderandis vel pro dona liberanda ſecum aliquantis diebus manere præcepit.

FINIS CAPITVLORVM

KAROLI CALVI.

CAPITVLA LVDOVICI II. FRANCORVM REGIS, KAROLI CALVI F.

TITVLVS PRIMVS.

Quando Compendij coronatus est.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXVII. in Compendio palatio, hæc quæ sequuntur ab Episcopis petita sunt apud Hludouvicum Regem, & ab eo promissa Episcopis.

Petitio Episcoporvm.

A Vobis perdonari nobis petimus ut unicuique de nobis & Ecclesiis nobis commissis, secundùm primum capitulum quod noviſſimè in Carisiaco Domnus Imperator pater vester à se & à vobis servaturum, consentientibus fidelibus illius ac vestris atque apostolicæ sedis Legatis, legente Gauzleno, denuntiavit, canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam conservetis, & defensionem exhibeatis, sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet.

Promissio Regis.

Promitto & perdono vobis quia unicuique de vobis & Ecclesiis vobis commissis, secundùm primum capitulum quod noviſſimè in Carisiaco Domnus Imperator pater meus à se & à me servaturum, consentientibus fidelibus illius ac nostris atque apostolicæ sedis Legatis, legente Gauzleno, denuntiavit, canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam conservabo, & defensionem, quantum potuero, adjuvante Domino exhibebo, sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet.

Hoc est capitvlvm qvod hic commemoratvr.

De honore quoque & cultu &c. *ut suprà pag.* 259. 267.

Commendatio Ansegisi Episcopi & aliorum Episcoporum qui adfuerunt apud Compendium quando benedixerunt Hludouvicum filium Karoli Imperatoris.

Me ac Ecclesiam mihi commissam vobis commendo ad debitam legem & justitiam conservandam & defensionem exhibendam, sicut Rex Episcopos Ecclesiæ suæ justo judicio conservare & exhibere debet.

Professio ipsorvm.

Ego ille ipse sic profiteor, de ista die & deinceps isti seniori & Regi meo Hludouvico Karoli & Hermentrudis filio secundùm meum scire & posse & meum ministerium auxilio & consilio fidelis & adjutor ero sicut Episcopus rectè seniori suo debitor est, in mea fide & meo sacerdotio.

Ad suprascriptam verò Episcoporum petitionem hæc quæ sequuntur Rex Hludouvicus professus est Episcopis, & istam ipsam perdonationis scripturam manu sua eis dedit in Compendio 11. *Kalendas Decembris.*

Promissio

Promissio Hludovvici Regis.

Ego Hludouvicus misericordia Domini Dei nostri & electione populi Rex constitutus promitto, teste Ecclesia Dei, omnibus ordinibus, Episcoporum videlicet, sacerdotum, Canonicorum, monachorum, atque sanctimonialium, regulas à patribus conscriptas & apostolicis attestationibus roboratas ex hoc in futurum tempus me illis ex integro servaturum. Pollicetor etiam me servaturum leges & statuta populo qui mihi ad regendum misericordia Dei committitur, per commune consilium fidelium nostrorum, secundùm quod prædecessores mei Imperatores & Reges gestis inseruerunt, & omnino inviolabiliter tenenda & observanda decreverunt. Ego igitur Hludouvicus rectitudinis & justitiæ amore hanc spontaneam promissionem meam relegens manu propria firmavi.

TITVLVS II.

Synodi Tricassinæ.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXVIII. Indictione XII. *mense Augusto lecta sunt in synodo Tricassina hæc quæ sequuntur capitula, statuta à Domno Iohanne summo Pontifice Romano, quæ sancta Synodus recepit & confirmavit.*

Cap. I.

VT Episcopi cum omni reverentia à cunctis mundi potestatibus debitè honorentur; atque coram eis sedere nullatenus audeant, nisi illis præcipientibus. Et res ecclesiasticæ à laicis & popularibus præter Præsulum earum conscientiam nullo modo contingantur. Quod si post hanc nostram definitionem quis tentaverit, priùs communione Ecclesiæ repulsus, si non resipuerit, anathematis vinculo innodetur.

II.

Ecclesiarum sanctarum possessiones, id est, monasteria, mansa, cortes, villas, patrimonia, omniáque quæ jurisdictionibus earundem conveniunt, nullus suppetere à Romano seu reliquis Pontificibus præsumat, nisi personæ quas canonica sancit auctoritas; ut est illud primo anno ordinationis nostræ apud beatum Petrum Apostolum constitutum.

III.

Vt illa capitula quæ anno præcedente apud Ravennam statuimus synodali collegio, inconvulsa ab omnibus observentur.

IV.

Vt Episcopi nullo modo confratrum consacerdotúmque suorum parvipendere audeant vexationes Ecclesiarúmque pressuras; sed unanimiter cuncti baculo pastorali & apostolica auctoritate succincti, in prælio pro domo Israel, id est, Christi Ecclesia, stare communiter non prætermittant.

V.

Vt expulsi laici vel quilibet de clero pro quibusdam facinoribus à propriis Episcopis, ab aliis juxta canonum statuta non susciplantur; ut igne pœnitudinis decocti, misericordiam Domini, prout potuerint, lacrymis fletibúsque sibimet ante mortis obitum adquirant.

VI.

Nemo alterius liberum hominem, sicut jam in alia synodo constituimus, recolligere præsumat sine illis causis quas leges mundanæ præcipiunt. Si quis deinceps contra hæc nostra statuta tentaverit, sciat se ab omni ordine ecclesiastico esse privandum.

VII.

Confratrum coëpiscoporúmque accusationes fieri occultè omni modo prohibemus; quia sæpe contingit ut innocentes à malis hujusmodi condemnentur. Sed si accusatio super persona cujuslibet Episcopi dicitur, canonicè sancitus in publicum prætendatur. quoniam scriptum est: *Cecidit de cælo accusator fratrum, qui accusabat eos ante conspectum agni.* & Apoc. 12.

1. Ioan. 3. iterum : *Qui odit fratrem suum homicida est.* & : *Qui non diligit fratrem suum quem*
1. Ioan. 4. *videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?* His & talibus documentis instructi, si quis contra hoc Dei decretum tentaverit Episcopus, Presbyter, & Diaconus, proprio honore privetur, laicus verò cujuslibet dignitatis omni Christiana careat dignitate; & nisi utrique resipuerint, anathematis vinculo innodentur.

SVBSCRIPTIONES.

Iohannes apostolicæ Romanæ Ecclesiæ primæ sedis Episcopus huic decreto à nobis promulgato subscripsi.
Vvalbertus Portuensis Episcopus subscripsi.
Petrus Forosempronij Episcopus subscripsi.
Paschasius Episcopus subscripsi.
Hincmarus Remorum metropolis Episcopus subscripsi.
Ansegisus Sennensis Archiepiscopus subscripsi.
Aurelianus Lugdunensis Archiepiscopus subscripsi.
Sigebodus Narbonensis Archiepiscopus subscripsi.
Rostagnus Arelatensis Archiepiscopus subscripsi.
Adalardus Turonensis Archiepiscopus subscripsi.
Teudericus Vesontionensis Archiepiscopus subscripsi.
Ottramnus Viennensis Archiepiscopus subscripsi.
Isaac Lingonensis Episcopus subscripsi.
Gerboldus Cabillonensis Episcopus subscripsi.
Agilmarus Arvernensis Episcopus subscripsi.
Bernerus Gratianopolitanus Episcopus subscripsi.
Abbo Nevernensis Episcopus subscripsi.
Ottulfus Augustæ Tricorum Episcopus subscripsi.
Gislebertus Carnotensis Episcopus subscripsi.
Vvalefridus Vvecciensis Episcopus subscripsi.
Hildeboldus Suessionensis Episcopus subscripsi.
Teotharius Gerundensis Episcopus subscripsi.
Ingelvvinus Parisiorum Episcopus subscripsi.
Edenulfus Laudunensis Episcopus subscripsi.
Adebertus Silvanectensis Episcopus subscripsi.
Berno Catalaunorum Episcopus subscripsi.
Maricus Biterrensis Episcopus subscripsi.
Ecfridus Pictavensis Episcopus subscripsi.
Item Abbo Magalonensis Episcopus subscripsi.
Frodoinus Barcilonensis Episcopus subscripsi.
Arnaldus Tullensis Episcopus subscripsi.

IOHANNIS VIII. PAPÆ ADLOCVTIO AD REGEM SVB FINEM SYNODI.

Vos, carissime fili Hludouvice gloriose Rex, precor in defensionem, liberationem, atque exaltationem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut prædecessores vestri fecerunt, & vobis sub attestatione facere mandaverunt, sine procrastinatione & ulla dilatione succurrite: quia ministri Dei estis, vindices in ira in his qui malè agunt, & non sine causa gladium portatis; ne fortè, quod absit, illa vos aut regnum vestrum culpa contegat quæ quosdam veteres Reges inimicis & infidelibus Dei quondam parcentes damnabiliter strinxit. Vel si aliud placet, præsentaliter in isto loco date, per Deum & beatum Petrum vos conjuro, sine mora responsum.

CONFIRMATIO LEGIS KAROLI DE COMPOSITIONE SACRILEGII, edita coram Hludouvico Rege & Episcopis LIII. in Consilio Tricassino, & eorum auctoritate juncta Gothicæ legi.

Iohannes Episcopus servus servorum Dei omnibus Episcopis per Narbonensem atque Hispanicas provincias constistentibus, Abbatibus, Presbyteris, cunctisque simul ordinibus divino ministerio mancipatis, necnon Comitibus, Vicecomitibus, Vicariis, Centenariis, Iudicibus, & omnibus in potestatibus constitutis in Hispania & Gothia provinciis degentibus, omníque populo occidentali catholico, salutem & apostolicam benedictionem. Auctore omnipotente Deo mediante, incarnationis Domini nostri Iesu Christi anno DCCCLXVIII. Indictione XI. XV. Kalendas Septembris, Domno videlicet Hludouvico sereníssimo regnante anno primo, actum est à nobis apud urbem Trecas pro statu sanctæ Dei Ecclesiæ

Ivo par. 3. c. 98.

synodale Concilium : ubi sedentibus nobis in corona, venit ante præsentiam nostram filius noster Sigebodus primæ sedis Narbonensis Episcopus cum suis suffraganeis Episcopis, & detulit nobis librum Gothicæ legis, ubi nihil habebatur de sacrilegiis, & in eisdem legibus scriptum erat ut causæ quas illæ leges non habent, non audirentur à judicibus illius patriæ. atque ita jus sanctæ Ecclesiæ suffocabatur ab incolis Galliæ & Hispaniæ provinciis. Vnde nostra serenitas cum præscriptis Episcopis, inspectis legibus Romanis, ubi habebatur de sacrilegiis, invenimus ibi à Iustiniano Imperatore legem compositionis sacrilegij constitutam, scilicet in quinque libras auri optimi. Sed nos leniorem legem præcipimus esse tenendam quæ à Karolo est constituta pio Principe de compositione sacrilegij, videlicet in triginta libras examinati argenti, id est, sexcentorum solidorum argenti purissimi. Ideoque quisquis inventus fuerit reus sacrilegij, istam leviorem compositionem emendet ipsis Episcopis vel Abbatibus sive personis ad quos sacrilegij querimonia juste pertinuerit. Et si ipse reus sacrilegij facere noluerit, tamdiu excommunicationi subjaceat usquequo prædictam compositionem sexcentorum solidorum persolvat. Et si in hac obstinatione mortuus fuerit, corpus ejus cum psalmis & hymnis non deferatur ad sepulturam. Et præcipimus ut in fine codicis legis mundanæ scribatur hæc lex. 17. q. 4. c. 21. Quisquis inventus.

TITVLVS III.

Conventus Furonensis.

CONVENTIO QVÆ INTER GLORIOSOS REGES Hludouvicum filium Karoli Imperatoris, itémque Hludouvicum filium Hludouvici Regis, in loco qui vocatur Furonis, Kalendis Novembris, ipsis & communibus fidelibus ipsorum faventibus & consentientibus, facta est anno incarnationis dominicæ DCCCLXXIX. *Indictione* XII. *dicente Rege Hludouvico filio Karoli.*

SIcut inter patrem meum Karolum & patrem vestrum Hludouvicum regnum Hlotharij divisum fuit, volumus ut ita consistat. Et si aliquis nostrorum fidelium de regno paris sui ex hoc aliquid purprisum habet, jussu nostro illud dimittat.

De regno verò quod Hludouvicus Imperator Italiæ habuit, quia necdum ex illo aliqua divisio facta est, quicunque modò illud tenet, ita teneat, donec Domino volente iterum simul venientes, cum communibus fidelibus nostris inveniamus & diffiniamus quod ex hoc melius & justius nobis visum fuerit.

De regno autem Italiæ quia modò nulla ratio esse potest, omnes sciant quia partem nostram de illo regno & requisivimus & requirimus, & Domino auxiliante requiremus.

ISTA SEQVENTI DIE STATVTA SVNT.

CAP. I.

Vt quia firmitas amicitiæ & conjunctionis nostræ modò, quibusdam præpedientibus causis, esse non potuit, usque ad illud placitum quò simul ut conveniamus statutum habemus, talis amicitia inter nos maneat, Domino auxiliante, de corde puro & conscientia bona & fide non ficta ut nemo suo pari vitam, regnum, aut fideles suos, vel aliquid quod ad salutem sive prosperitatem ac honorem regni pertinet, discupiat aut forconsiliet.

II.

Vt si in cujuscunque nostrum regno pagani sive pseudochristiani insurrexerint, unusquisque veraciter suum parem, ubicunque necessitas illi fuerit, & ipse rationabiliter potuerit, aut per semetipsum aut per suos fideles & consilio & auxilio, prout meliùs potuerit, adjuvet.

III.

Vt si ego vobis superstes fuero, filium vestrum Hludouvicum adhuc parvulum & alios filios vestros quos vobis Dominus donaverit, ut regnum paternum hereditario jure quietè tenere possint, & consilio

& auxilio, prout meliùs potuero, adjuvabo. Si autem vos mihi superstes fueritis, filios meos Hludouvicum & Karlomannum & alios quos divina pietas mihi donare voluerit, ut regnum paternum quietè tenere possint, similiter & consilio & auxilio, prout meliùs potueritis, adjuvetis.

IV.

Vt si aliqui susurrones & detractores, & qui paci nostræ invident, & quietum regnum esse non patiuntur, inter nos lites & contentiones & discordias seminare voluerint, nullus nostrum hoc recipiat aut libenter acceptet; nisi fortè hoc ad rationem coram nobis utrisque & communibus fidelibus nostris perducere voluerit. Si verò hoc noluerit, cum nullo nostrum aliquam societatem habeat; sed omnes illum sicut mendacem & falsarium, & inter fratres volentem seminare discordias, communiter à nobis abiciamus, ne de cetero quisque talia mendacia auribus nostris inferre audeat.

V.

Vt communiter, prout citiùs potuerimus, Missos nostros ad Karlomannum & Karolum glorioſos Reges dirigamus, qui eos ad placitum, quod VIII. Idus Februarij statutum habemus, invitent, & ut nullatenus venire differant obsecrent. Et si secundùm quod optamus venire voluerint, communiter nos ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ salvationem ac communem honorem nostrum & profectum ac salvamentum totius populi Christiani nobis commissi, Domino cooperante, ita conjungamus ut de cetero in eo qui unus est unum simus, & unum velimus, & idipsum dicamus, secundùm Apostolum, & faciamus omnes, & non sint in nobis ulla schismata.

VI.

Si autem illi obsecratione nostra vocati & invitati aut Missi eorum ad præfatum placitum venire distulerint, nos, secundùm quod statutum habemus, illuc omnino venire & nos secundùm Dei voluntatem conjungere omnimodis non omittamus; nisi fortè talis inevitabilis necessitas evenerit pro qua id fieri nullatenus possit. Et si hoc acciderit, ad tempus quisque pari suo hoc rescire faciat; & propterea amicitia nostra nec minuatur nec immutetur, donec, Domino volente, congruo tempore perfectè confirmetur.

VII.

Vt res Ecclesiarum, in cujuscunque regno caput fuerit, tam de episcopatibus, quàm de abbatiis, sine ulla contradictione rectores ipsarum Ecclesiarum illas possideant. Et si aliquid ibi misfactum à quoquam est, in cujuscunque regno illæ res consistunt, legaliter exinde justitiam reddere faciat.

VIII.

Et quia per vagos & in tyrannica consuetudine inreverentes homines pax & quies regni perturbari solet, volumus ut ad quemcunque nostrum talis venerit ut de his quæ egit rationem & justitiam subterfugere possit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat vel retineat nisi ut ad rectam rationem & debitam emendationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes in commune in cujus regnum venerit, illum persequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de regno expellatur, vel deleatur.

IX.

Volumus ut hi qui meritò proprietatem illorum in nostro regno perdiderunt ita judicentur sicut temporibus anteceſſorum nostrorum inventum fuit. Qui verò dicunt se injustè proprietatem illorum perdidisse, veniant in nostram præsentiam, & sicut justum est, ita illis judicetur, & sua recipiant.

Hoc dicto, Hludouvicus Hludouvici filius ad sua rediit; & Hludouvicus Karoli filius per Arduennam veniens anno incarnationis dominicæ DCCCLXXIX. *in Longlario nativitatem Domini celebravit.*

CAPITVLA KARLOMANNI FRANCORVM REGIS, LVDOVICI II. F.

TITVLVS PRIMVS.

Apud Cariſiacum.

QVANDO POST MORTEM LVDOVICI FRATRIS integrum regnum ſortitus eſt anno DCCCLXXXII. *menſe Septembri.*

Petitio Epiſcoporum ad Domnum Charolomannum Regem, quando ei ſe commendaverunt in Cariſiaco V. Idus.

A Vobis perdonare petimus ut unicuique de nobis & Eccleſiis nobis commiſſis, ſecundùm primum capitulum quod noviſſimè in Cariſiaco Domnus Imperator avus veſter à ſe & à patre veſtro ſervaturum, conſentientibus fidelibus illius ac patris veſtri atque apoſtolicæ ſedis Legatis, legente Gauzleno, denuntiavit, canonicum privilegium & debitam legem atque juſtitiam conſervetis, & defenſionem exhibeatis, ſicut Rex in ſuo regno unicuique Epiſcopo & Eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere debet, & quemadmodum continetur in ſcripto quod in Ferrariorum monaſterio coram altare ſancti Petri perdonaſtis, & manu propria unà cum fratre veſtro confirmaſtis.

Promiſſio Domni Karolomanni Regis ad ſupradictam petitionem.

Promitto & perdono vobis quia unicuique de vobis & Eccleſiis vobis commiſſis, ſecundùm primum capitulum quod noviſſimè in Cariſiaco Domnus Imperator avus meus à ſe & à patre meo ſervaturum, conſentientibus fidelibus ſuis ac patris mei atque apoſtolicæ ſedis Legatis, legente Gauzleno, denuntiavit, canonicum privilegium & debitam legem atque juſtitiam conſervabo, & defenſionem, quantum potuero, adjuvante Domino exhibebo, ſicut Rex in ſuo regno unicuique Epiſcopo & Eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere debet, & quemadmodum continetur in ſcripto quod in Ferrariorum monaſterio coram altare ſancti Petri perdonavi. In hoc ut vos mihi ſecundùm Deum & ſecundùm ſeculum ſic fideles adjutores & conſilio & auxilio ſitis ſicut veſtri anteceſſores boni meis melioribus prædeceſſoribus extiterunt, ſecundùm ſcire & poſſe.

TITVLVS II.

In Broilo Compendij.

HÆC CAPITVLA, QVÆ SEQVVNTVR, SVNT promulgata à Domno glorioso Rege KARLOMANNO *anno incarnationis dominicæ* DCCCLXXXIII. VIII. *Kal. Martias, feria* VI. *anno regni sui in Francia primo, in Broilo Compendij palatij, de rapinis.*

CAP. I.

COmmuni fidelium nostrorum consilio statutum habemus ut rapinam nullus deinceps faciat, aut facienti consentiat.

II.

Vt rapina quæ retro est acta, cum omni diligentia emendetur, & condignam pro hoc harmiscaram is qui eam fecit sustineat.

III.

Vt si quis post hunc conventum & bannum nostrum rapinam faciens inventus fuerit, is cujus homo eam fecerit, eum ad legalem emendationem in præsentiam nostram adducat. Quòd si eum adducere non potuerit, pro eo secundùm statuta legum emendet. Eum autem qui justitiam fugerit sciant omnes esse forbannitum, ita ut nullus eum nisi ad præsentandum recipiat.

TITVLVS III.

Apud Vernis palatium.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, KARLOMANNVS gratia Dei Rex omnibus veneralibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Iudicibus, omnibúsque sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris fidelibus. Cùm ad palatium Vernis anno dominicæ incarnationis DCCCLXXIV. anno autem regni nostri quinto, Indictione secunda, mense Martio convenissemus, & pars fidelium nostrorum nobiscum, placuit ut quædam statuta sacrorum canonum necnon quædam capitula antecessorum nostrorum renovarentur, quia graviter & molestè ferimus quòd peccatis impedientibus, & malitiis perversorum hominum exuberantibus, ultra modum vilescunt atque penè adnullata existunt, præcipuè illa quæ contra malum rapinæ & deprædationis à sanctis patribus sunt promulgata, & à Christianissimis Regibus auctoritate regia confirmata. Siquidem ita passim longè latèque hoc venenum diffusum & dispersum est ut quasi liberè jam malè abutantur omnes infecti & corrupti corpore & anima hoc tam sceleratissimo atque mortifero morbo, non recogitantes hoc quod Paulus dicit, immo Deus omnipotens per ipsum: *Rapaces regnum Dei non possidebunt.* 1. Cor. 6. Gal. 5. Neque illud quod alibi Apostolus ait, quia si nosmetipsos comedimus & consumimus, id est, deprædamur, citò deficiemus. Completur ergo in nobis, immo per nos, quod omnipotens Deus per Isaiam Prophetam im-

properat dicens: *Vnusquisque carnem brachij sui vorabit*, id est, substantiam fratris sui diripiet. Carnem enim brachij sui devorat, & sanguinem brachij sui bibit, qui substantiam proximi sui tollit, unde caro sustentari debuit. Non est autem mirum si pagani & exteræ nationes nobis dominantur, nobísque bona temporalia tollunt, dum unusquisque proximo suo per vim tollit unde vivere debet. Ideo justè convenit nobis illud quod omnipotens Deus per Isaiam Prophetam minatur dicens: *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Nos verò prædamur fratres nostros, & idcirco pagani meritò nos nostrámque substantiam deprædantur. Quomodo igitur securi poterimus pergere contra inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ & nostros, cùm rapina pauperis inclusa est in domo nostra? & non solùm domi recluſa est, verùm etiam plerunque evenit ut pleno ventre rapina in hostem quidam proficiscantur. Et quomodo poterimus inimicos nostros devincere, cùm sanguis fratrum nostrorum ab ore nostro distillat, & manus nostræ plenæ sunt sanguine, & brachia pondere miseriarum & rapinarum gravantur, totáque virtus animi corporísque debilitatur? Preces nostræ à Deo non recipiuntur, quia clamores & ploratus altáque suspiria pauperum & orphanorum, pupillorum atque viduarum præoccupant & præveniunt preces nostras, quæ crudis carnibus fratrum nostrorum gravatæ raucitudinem acceperunt, nullam sonoritatem virtutum habentes. Et sunt multi qui ex ipsa rapina videntur eleemosynas facere, non intellegentes quòd de talibus dicit Esaias: *Qui offert Domino de rapina oblationem, quasi qui mactet filium ante patrem.* Et sunt nonnulli qui de homicidiis, adulteriis, perjuriis, incendiis consilium & pœnitentiam quærunt, & malum rapinæ pro nihilo ducunt, non intellegentes quia quot pauperes quis exspoliat, & fame ac nuditate periclitari facit, tot homicidia perpetrat: quia tunc proximum suum interficit, dum unde vivere debet ei tollit. Et scimus, dicente Paulo Apostolo, quia omnis homicida non habet vitam in regno Dei, & homicidas & adulteros judicabit Deus. Quia ergo rapaces regnum Dei non possidebunt, nisi ea reddiderint quæ tulerint, & insuper pœnitentiam egerint, fugiamus hoc tantum malum unde tot ac tanta alia mala procedunt, & diligamus proximos sicut nosmetipsos, adimplentes legem quæ dicit: *Non concupiscas rem proximi tui, nec omnia quæ illius sunt.* Quia aliter neque inimicis nostris poterimus resistere, neque regnum Dei possidere.

Esa. 9.

Esa. 33.

Esa. 66.

Exod. 20.

Cap. I.

VOlumus itaque ut palatium nostrum, more prædecessorum nostrorum, & Dei cultu, & regali honore, sed & religionis habitu, & unanimitatis concordia, atque pacis ordine stabiliatur, & in eodem palatio nostro pax prædecessorum nostrorum sanctionibus servata per omne regnum nostrum exequenda proferatur.

II.

Decernimus igitur ut omnes in palatio nostro commanentes, & illud undique adeuntes, pacificè vivant. Quòd si aliquis corrupta pace rapinam exercuerit, per nostram regiam auctoritatem & Missi nostri jussionem ad palatinam adducatur audientiam; ut secundùm quod in capitulis antecessorum continetur, legali multetur judicio, tripla compositione peracta cum dominico banno.

III.

Si quis verò absque seniore aut infra palatium aut circa illud degens hoc idem fecerit, hunc Missus noster adeat, & ad ip-

sum palatium jussu nostro eum venire præcipiat. Quòd si ausu temerario venire contempserit, vi ad nostram præsentiam adducatur, subdendus prædecessorum nostrorum sanctionibus. Si autem & nos & Missum nostrum contempserit, & ad nos venire noluerit, & se defendendo ibi occisus fuerit, & aliquis parentum aut amicorum ejus inde faidam fidelibus nostris, qui eum occiderint, portare voluerit, potestativè eam jurare faciemus, & fideles nostros regia auctoritate exinde adjuvabimus.

IV.

Placuit etiam nobis & fidelibus nostris ut quicunque infra regnum nostrum aliquid rapuerit aut deprædatus fuerit, omnia in triplum componat, & bannum dominicum persolvat, & insuper publicam pœnitentiam inde faciat, sicut in Capitulari antecessorum continetur. Si autem colonus aut servus fuerit, similiter omnia in triplum componat, aut dominus pro eo sexaginta ictus bene pressos accipiat, & insuper publicam pœnitentiam inde agat; cujus modus erit in consideratione Episcopi, secundùm quantitatem facti: quia fornicationes & adulteria atque homicidia, necnon incendia, ebrietates, aliáque quamplura vitia exinde prodeunt. Si quis autem negaverit factum, si comprobatus non fuerit, propria manu juramento se excondicat; excepto nostris vassis dominicis, pro quibus illorum homines meliores juramentum persolvent. Hoc verò cum summa diligentia tali modo procurabitur.

V.

Regino lib. 2. c. 289. Burchard. lib. 11. c. 13. Episcopus in cujus parrochia aliquis consistens aliquid deprædatus fuerit, semel & bis atque tertiò, si necesse fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum Presbyterum canonicè ad emendationem & ad pœnitentiam, ut Deo & Ecclesiæ satisfaciat quam læsit. Si autem despexerit atque contempserit admonitionem atque saluberrimam invitationem, feriat illum pastorali virga, hoc est, sententia excommunicationis, ut à communione sanctæ Ecclesiæ omniúmque Christianorum sit separatus usque ad congruam satisfactionem & emendationem. Quam excommunicationem debebit idem Episcopus seniori illius notam facere & omnibus suis coëpiscopis, ne eum recipiant usque ad satisfactionem.

VI.

Regino lib. 2. c. 290. De illis autem qui infra parrochiam beneficia & alodum non habent, & alterius Episcopi parrochiani sunt, & dum ad curtem pergunt, aut de loco ad locum iter faciunt, rapinas & deprædationes infra parrochiam faciunt, placuit nobis ut si ita propè Episcopum, ut ei deprædatio illorum nota fieri possit, antequam parrochiam ejus exeant, mittat strenuum & prudentem Presbyterum, qui sua vice rationabiliter illos ad emendationem vocet. In quo superior modus compositionis & emendationis servabitur, si vocati venire noluerint. Si verò vocationem atque ammonitionem Episcopi superbè contempserint, simili sententia excommunicationis feriantur qua & illi qui infra parrochiam res aut beneficia habent, & insuper excommunicentur, ne extra parrochiam exeant antequam superiùs statuta adimpleant. Quorum excommunicatio seniori illorum & proprio eorum Episcopo significanda est, ne eos recipiant antequam illuc redeant ubi rapinam fecerunt, ibique pleniter emendentur. Burchard. lib. 11. c. 45. Ivo par. 14. c. 109. Gratian. c. 9. q. 3. c. 3. De illis Decretal. lib. 5. tit. 14. c. 1.

VII.

Et quoniam Episcopi, qui nostris & suis & communibus Ecclesiæ atque totius regni necessitatibus occupati sunt, non valent cuncta soli prospicere quæ infra fines parrochiæ illorum perpetrantur, statuimus ut quotiescunque Episcopi à propria civitate digrediuntur, tales adjutores unusquisque in sua civitate relinquat qui hæc omnia in sua civitate prudentissimè peragant, & pauperes sanguine Christi redempti semper in civitate præsentem inveniant à quo responsum & consolationem accipiant. In vicis autem, & villis longè à civitate remotis, constituat unusquisque Episcopus reverendos & cautos atque prudentiâ temperatos Presbyteros, qui sua vice superiùs statuta perficiant, & ad quos alij Presbyteri juniores & minùs cauti suam causam referant. Regino lib. 1. c. 17.

VIII.

Placuit nobis pro communi utilitate & instanti necessitate ut nullus Episcoporum graviter ferat si ejus parrochianum pro hujusmodi causa deprædationis alter Episcopus excommunicaverit. Regino lib. 2. c. 291. Burchard. lib. 11. c. 12.

IX.

Et quia ad tantum malum funditus eradicandum & tantum bonum plantandum necesse habet episcopalis auctoritas judiciali potestate adjuvari, placuit nobis nostrisque fidelibus in commune ut Missi dominici suis in locis ex hoc fideliter adjuvent, & Comes præcipiat suo Vicecomiti suisque

suisque Centenariis ac reliquis ministris reipublicæ, necnon francis hominibus mundanæ legis documentis eruditis, ut pro amore Dei omnipotentis ac pace sanctæ Ecclesiæ & fidelitate nostra ex hoc adjuvent, quantum meliùs potuerint, quoties Episcopi aut ministri illorum, sive etiam ipsi pauperes, eos appellaverint; itaut ministri Ecclesiæ habeant auctoritatem sui Episcopi, & ministri Comitis auctoritatem nostram & sui Comitis.

X.

Regino lib. 2. c. 192. Volumus autem ut si episcopalem aut regiam auctoritatem ausu temerario aliquis pro nihilo duxerit, in comitatu consistens, aut iter faciens, si quod injustè abstulerit, legaliter emendare contempserit, & rebellis existens, si ibi occisus fuerit, nulli fidelium nostrorum, qui eum occiderit, aliquis faidam portet, neque pro ejus morte aliquid componat. Si verò aliquis parentum ejus aliquam faidam portare voluerit, potestativè eam jurare faciemus, & fideles nostros regia auctoritate exinde adjuvabimus.

XI.

De nostris quoque dominicis vassallis jubemus ut si aliquis prædas egerit, Comes in cujus potestate fuerit, ad emendationem eum vocet. Qui si Comitem aut Missum illius audire noluerit, per forciam illud emendare cogatur, prout lex docet, & quemadmodum in Capitularibus Regum tenetur insertum, in eodem loco ubi præda commissa fuerit. Quòd si proclamaverit se ante præsentiam nostram velle distringi potiùs quàm ante Comitem, per credibiles fidejussores aut per sacramentum melioris hominis ante nos venire permittatur, ut ibi talis ratio finem accipiat. Honorem enim talem nostris vassis dominicis concedimus ut ipsi non sicut reliqui manu propria sacramentum jurent, sed melior homo illorum & credibilior illud agere non differat. Si autem quæ suprà diximus despexerint, & nullo modo emendare voluerint, & in contemptu permanentes ibi occisi fuerint, nullam contra ipsos qui eos occiderint iracundiam tenebimus unquam. Quòd si aliquis parentum inde faidam portare voluerit, nostra regia auctoritate exinde eum juvabimus. Si verò dixerint quòd eis Comes non secundùm legem fecerit, sed pro aliqua iracundia quàm contra illos tenebat, hoc Comes eis ante nos satisfaciat quòd non ob aliud quàm pro rapina sit actum.

XII.

Vt autem omnis occasio rapinæ tollatur, volumus ut Presbyteri, qui bonum exemplum omnibus ostendere debent, hospitales existant, sicut Apostolus dicit: *Hospitales invicem sine murmuratione:* quam præbeant iter facientibus, quia per illam placuerunt quidam Deo angelis hospitio susceptis. Regino lib. 1. c. 229. Burchard. lib. 2. c. 167. 1. Pet. 4.

XIII.

Placuit nobis ut Presbyteri suos parrochianos admoneant ut & ipsi hospitales existant, & nulli iter facienti mansionem denegent. Et ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil cariùs vendatur transeuntibus nisi sicut in mercato accipiunt. Quòd si cariùs vendere voluerint, ad Presbyterum transeuntes hoc referant, & illius jussu cum humanitate eis vendant. Regino lib. 2. c. 421.

XIV.

Volumus ut Presbyteri & ministri Comitis villanis præcipiant ne collectam faciant, quam vulgo geldam vocant, contra illos qui aliquid rapuerint. Sed causam suam ad illum Presbyterum referant qui Episcopi Missus est, & ad illos qui in illis locis ministri Comitis super hoc existunt, ut omnia prudenter & rationabiliter corrigantur.

CAPITVLVM ODONIS REGIS,

QVANDO VNCTVS EST A VVALTERIO Archiepiſcopo Senonenſi anno DCCCLXXXVIII.

Promissio Odonis Regis.

PRomitto & perdono unicuique veſtrum & Eccleſiis vobis commiſſis quia canonicum privilegium & debitam legem atque juſtitiam conſervabo, & contra deprædatores & oppreſſores Eccleſiarum veſtrarum & rerum ad eaſdem pertinentium defenſionem ſecundùm miniſterium meum, quantum mihi poſſe Deus dederit, exhibebo, & jus eccleſiaſticum & legem canonicam vobis ita conſervabo, & res Eccleſiarum veſtrarum, tam à Regibus, vel Imperatoribus, quàm à reliquis Dei fidelibus collatas, ſub integritate & immunitate abſque aliqua inhonoratione permanere concedam, quas modò juſtè & legaliter veſtræ retinent Eccleſiæ; & eas augmentare & exaltare ſecundùm debitum unuſcujuſque ſervitium, prout ſcire & poſſe mihi Deus rationabiliter dederit & tempus dictaverit, ſtudebo, ſicut mei anteceſſores, qui hoc bene & rationabiliter obſervaverunt veſtris prædeceſſoribus; in hoc ut vos mihi ſecundùm Deum & ſecundùm ſeculum ſic fideles adjutores & conſilio & auxilio ſitis ſicut veſtri anteceſſores boni meis melioribus prædeceſſoribus extiterunt, ſecundùm ſcire & poſſe. Et quæ retrò malo ſunt ingenio depravata, in meliorem & priſtinum gradum, adjuvante me divina clementia, reformabo cum veſtro & aliorum noſtrorum fidelium conſilio & auxilio. *Confirmatio Odonis Regis.* ODO.

CAPITVLA KAROLI III. FRANCORVM REGIS, LVDOVICI II. F.

TITVLVS PRIMVS.

Constitutio dotis Friderunæ Reginæ uxoris Karoli III. facta apud Attiniacum anno Christi DCCCCVII.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia Rex. Si Regum consuetudines antiquorum exequimur, necnon patrum mores præcedentium imitamur, fideliúmque nostrorum benignè consulta susçipimus, regium proculdubio honorem amplificamus, nobísque profuturum indubitanter credimus. Proinde omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrísque præsentibus atque futuris compertum sit fidelibus quòd cum nostris nos regni negotia tractantes consiliariis, de nostro nos commonuere conjugio, salubre dicentes fore & opportunum si conjux condigna lateri adhæreret regio, ex qua filiorum, Deo largiente, totius regni profutura procederet propago. Eorum itaque admonitionibus sollicitati & consiliis exhortati quandam nobili prosapia puellam nomine Friderunam, communi duntaxat consensu fidelium, Deo, ut credimus, cooperante, secundùm leges & statuta priorum nobis imperiali connubio sociavimus, regníque consortem statuimus. Quocirca regali eam more propriis rebus disponentes ditare, duos ei dotis nomine concedimus fiscos jugiter possidendos & pro libitu disponendos, Corbiniacum videlicet in comitatu Laudunensi, cum Ecclesia quæ est beati Petri Apostoli honore dicata, ubi confessoris Christi quiescit corpus Matulfi, & Ecclesia una in Cruona, Pontigorem quin etiam in pago Pertensi super fluvios Saltum & Brustionem, utrumque per hanc præsentem concedimus auctoritatem, & de nostro jure in jus & proprietatem seu dominationem illius transfundimus & perpetualiter habendos delegamus. Quapropter regiæ hoc munificentiæ edictum fieri ac memoratæ seu dilectæ conjugi Friderunæ jussimus dari; per quod præcipimus atque præcipiendo jubemus ut suprascriptos fiscos, Corbiniacum scilicet & Pontigonem, uti præsentialiter ad nos pertinere videntur, cum omni eorum integritate, Ecclesiis videlicet præscriptis & mancipiis utriusque sexus, terris cultis & incultis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, molendinis, piscationibus, mobilibus & immobilibus, exitibus & regressibus, & universis legitimis terminationibus justè & legaliter ad se pertinentibus, perpetualiter habeat, teneat, atque possideat, & quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Vt autem hæc largitionis nostræ donatio & concessionis roboratio continuum obtineat firmitatis vigorem, manu propria subter firmatam nostro præcepimus anulo insigniri.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Arnulphus Notarius ad vicem * Alberici Episcopi recognovit. * Aſkerici

Datum XIII. Kalendas Maias, Indictione decima, anno XV. regnante Domno Karolo gloriosissimo Rege, redintegrante X.

Actum Attiniaco palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

TITVLVS II.

Tungrensis Episcopatus controversia.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ Trinitatis. Karolus vir illustris divina propitiante clementia Rex Francorum, omnibus Archiepiscopis & Episcopis in regno nobis à Deo commisso constitutis, pax & salus ab eodem Deo æterno.

CAP. I.

QVia divinæ propitiationis beneficia, quæ ab ipso ab ipsis crepundiis experti sumus, nullatenus enumerare possumus, idcirco laudem Domini loquetur os meum, & benedicet nomen sanctum ejus in seculum seculi. Vnde quia, pluribus nostris exigentibus meritis, multotiens adversa quæque sustinuimus, credimus non hoc ad nostræ damnationis meritum, sed ad gratiam suæ reconciliationis nobis fore permissum: ut flagellis ejus eruditi, discamus perversa cavere, & in cunctis ejus voluntatibus parere. Sicut vobis de multis notum est, cùm olim quidam nostri fideles, à nostra debita fidelitate exorbitantes, vitam & regnum nobis auferre moliti sunt, euntes post inimicos nostros, eisque familiariter inhærentes, res & episcopia nostri regni ab ipsis dari sibi concupierunt. Vt ergo de multis taceamus, unum, qui nobis nostris visceribus serpentinum virus infudit, vestræ sanctitati propalabimus, Hilduinum videlicet, qui contra regalem agens potestatem, contra quoque Apostoli dicta, (ubi dicitur: *Deum timete, Regem honorificate.* & *Non est potestas nisi à Deo.* & : *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Non est enim potestas nisi à Deo.*) & adversùs citharœdi David dicta, ubi ad Dominum loquitur, *Imposuisti homines super capita nostra*, quique ultra Rhenum ad inimicos nostros proficiscens, minimèque reminiscens sacramentorum suorum nobis promissorum, eáque retro dorsum abiciens, ab Heinrico inimico nostro episcopium Tungrensis Ecclesiæ expetiit, suáque damnatione contra omnia statuta tam sacrorum patrum quàm Regum videlicet antecessorum nostrorum usurpavit. De qualibus in libro regum Capitulari ita dicitur: *Si quis præsumpserit quam non meruit à Principe vel seniore justo dignitatem, sacrilegus habeatur.* Et beatus Gregorius: *Sicut qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit, vel qui importunus se ingerit, proculdubio est repellendus. Nam qui nititur ad altiora contendere, quid agit nisi ut crescendo decrescat? Cur non perpendit quia benedictio illi in maledictum convertitur qui ad hoc ut fiat hæreticus promovetur.*

1. Petr. 2. Rom. 13. Psal. 63.

VI. 396.

Lib. VII. Indict. 2. ep. 110.

II.

Cùm quidam pestiferi viri, ut suprà memoravimus, à nostra fidelitate deviarent, convocavimus Archiepiscopos præsules XVI. nostri regni, nonnullos etiam proceres, Marchiones, & Comites, optimatésque, ut eorum consilio, auctoritate, atque virtute, tantæ vesaniæ resisteremus. Inventum est ut nova gibborum genera novis medicationibus secarentur ac sanarentur, pellentes eos episcopali auctoritate sacrorúmque canonum constitutione à cœtu & consortio Christianorum. Quorum præsumptioni ac nefandæ tyrannidi Hilduinus se intumescens, datis Heinrico suisque proceribus complurimis auri argentique ponderibus, non solùm cum eis scienter participavit, sed etiam ex thesauris Ecclesiæ Tungrensis, quos instinctu diabolico rapuerat vel furatus fuerat, quibusdam minis ac terroribus egit ut Herimannus Agrippinæ civitatis Archiepiscopus per violentiam Heinrici suorúmque fidelium illum in Pontificem consecraret. Nam si non feciset, sicut ipse venerabilis Archiepiscopus nobis postea in præsentia plurimorum retulit, sibi vitam réque ecclesiasticas auferret, omnémque familiam trucidaret, ac illorum bona diriperet. Ideoque absque legitimorum antecessorum auctoritate eum consecravit, ut ipse adhuc testatur, sed tantis

terroribus ac diris crudelitatibus coactus. Vnde in Nicæno Concilio ita ad locum invenitur: *Si quis ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam ipse privetur communione, tanquam qui regulas confundit.* Quæ longè latèque in diversis Conciliis & Capitularibus Regum de excommunicatis inveniuntur.

III.

Idem etiam Hilduinus res nostri regni ex præfato episcopio invasit, diripuit, & pro libito abduxit, agens contra statuta Anacleti Papæ, ubi dicitur: Sanctus Anacletus, qui ab ipso Petro Apostolo ordinatus est Presbyter, postea in sede Romana successor illius factus Episcopus, cum totius mundi sacerdotibus judicavit. *Qui abstulerit*, inquit, *patri vel matri aliquid, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est. Mater verò nostra, Ecclesia est, quæ nos in baptismo regeneravit. Ergo qui pecunias Christi & Ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudatur, homicida est, atque homicida in conspectu justi judicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur. Qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, & ut sacrilegus judicandus est.*

Regino lib. 2. c. 282. Burchard. lib. 11. c. 18. Ivo par. 14. c. 88. Gratian. 32. q. 2. c. 6. Qui abstulerit.

IV.

Præfatus denique Hilduinus thesauros Ecclesiæ Tungrensis & Aquisgrani palatij juxta beati Lamberti martyris corpus in quadam arca positos avida cupiditate rapuit, eósque inimicis nostris, suis videlicet fautoribus, contulit, & Ecclesiæ abstulit. De quo quibúsque hujuscemodi sacri canones ita decernunt: *Si quis inventus fuerit aliquid de ministeriis Ecclesiæ vendidisse vel abstulisse, sacrilegium commisit. placuit cum in ordine ecclesiastico non haberi.* Vnde & beatus Augustinus XLVII. evangelij homilia Iohanis dicit: *Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas; & ne contemnas, fur hic sacrilegus est, non qualiumcunque fur locorum, sed dominicorum; locorum, sed sacrorum.* Et post pauca: *Quicunque aliquid de Ecclesia aufert vel fraudatur, Iudæ proditori comparatur.*

Lib. VI. Capitular. c. 404.

V.

Hos Ecclesiæ thesauros Episcopis & Comitibus & fautoribus pro sua ordinatione dedit, non præ oculis habens statuta Africani Concilij, quibus præcipitur ut nullus per pecunias ordinetur, ita inquiens. *Si quis Episcopus per pecunias obtinuerit dignitatem, deiciatur, modis omnibus abiciatur, sicut Simon magus abscissus est à Petro.* Item in Concilio Chalcedonensi: *Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus sub pretio Spiritus sancti gratiam obtinere voluerit, proprij gradus periculo subjacebit; & nihil ex hac ordinatione vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed anathematizetur.* Can. 2.

VI.

Iam dictus Hilduinus, ad cumulum suæ damnationis, ante venerabilis Herimanni præsentiam veniens, super sacra nefandè juravit quòd ego Karolus episcopium Tungrense dederim; & quosdam ex Clericis & laicis jurare compulit. Quod quàm sit absurdum, quàmque vitandum, sparsim sanctarum scripturarum testimonia approbant.

VII.

Memoratus præterea Hilduinus per Domnum Herimannum Episcopum tertiò vocatus ad synodum, ut contra hæc quæ sibi obiciuntur responderet, si justam causam haberet, aut si non posset, canonum feriretur spiculis. Qui quoniam quidem venire distulit, incidit sententiam Bonifacij Papæ ita dicentis: *Probat vera esse illa quæ adversus se dicta sunt qui ad ea confutanda adesse minimè vult. & ne dubitet quòd ita judicium nocens subterfugit quemadmodum ut absolvatur qui est innocens quærit.* Et post pauca: *Confitetur enim de omnibus quisquis subterfugere judicium posse dilationibus putat.* Item ipse: *Si adesse voluerit, præsens, si confidit, ad objecta respondeat. Quòd si adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur.* Bonifac. I. epist. 2. Ivo par. 16. 343.

VIII.

Omnes tam Clerici quàm laici supradictæ Ecclesiæ nostram adeuntes sublimitatem, luctuosis vocibus innotuerunt quòd jam memoratus Hilduinus cum suis prædonibus bona illorum diripuit, omnémque illorum facultatem & supellectilem abstulit, nihil illis remansit unde saltem sibi victus sufficientiam adhiberent. Addentes etiam in precibus, ut vestro consilio ciciùs ageretur ne ampliùs prædæ & direptioni paterent; sed illis ad ordinandum daremus Pontificem Richerum, quem concorditer elegerunt. De quibus videlicet omnibus hic capitulatim insertis vestrum precamur pontificium, ut propter Deum & debitam, quam nobis polliciti estis, fidelitatem pro viribus exinde adjuvetis ut noster honor in hujusmodi negotiis ampliùs non decrescat, & status sanctæ Dei Ecclesiæ stabiliatur.

In tomo tertio Conciliorum Galliæ pag. 575. & sequentibus extant epistolæ duæ Iohannis X. Papæ Romani de causa episcopij Tungrensis, prima ad Herimannum Archiepiscopum Colonienſem, altera ad Karolum Regem.

TITVLVS III.

Pactum Karoli & Henrici.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Divina propitiante clementia, anno dominicæ incarnationis DCCCCXXVI. anno verò regni Domni & gloriosissimi Regis Francorum occidentalium Karoli XXIX. redintegrante XXIV. largiore verò hereditate indepta X. Indictione IX. anno quoque regni Domni & magnificentissimi Regis Francorum orientalium Heinrici tertio, inter ipsos præfatos Principes unanimitatis pactum ac societatis amicitia quæsita repertáque exordia sumpsit, prout visa sunt competentia. Convenerunt enim ambo illustres Reges, sicut inter se discurrentibus Legatis convenerant, II. Nonas Novembris, feria prima, Domnus enim Karolus super Rhenum flumen ad Bonnam castrum, & strenuus Heinricus ex altera parte Rheni. Et ea tantùm die mutuis se visibus intuentes super ripas ejusdem fluminis huc & ultra, ut sui fierent fideles innoxij sacramento quo hanc eorum conventionem fuerant polliciti. Verùm feria quarta, VII. Idus Novembris, in medio Rheni fluminis, sæpius dicti Principes in navibus quisque suis in tertiam ascenderunt, quæ ancorata in fluminis medio gratia eorum colloquij fixa erat; ibíque in primo hanc sibi vicissim convenientiam ob statum pacis juramento sanxerunt ita.

Ego Karolus divina propitiante clementia Rex Francorum occidentalium amodò ero huic amico meo Regi orientali Heinrico amicus, sicut amicus per rectum debet esse suo amico, secundùm meum scire ac posse; ea verò ratione, si ipse mihi juraverit ipsum eundémque sacramentum, & attenderit quæ promiserit, Si me Deus adjuvet & istæ sanctæ reliquiæ.

E contrà Rex Heinricus eandem promissionem sacramento eisdem prosecutus est verbis subsequenter, ut hujus amicitiæ firmitas inviolabiliter observaretur.

Hæc sunt nomina Episcoporum qui cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem quam præmemorati Reges inter se fecerunt, collaudando acceptaverunt, & manibus suis sacramentum firmaverunt nunquam à se destruendam.

Episcopi ex parte Domni regis Karoli. Herimannus Archiepiscopus Agrippinæ, quæ modo est Colonia vocitata, Rodgerus Archiepiscopus Trevirorum, Stephanus Præsul Cameracorum, Bovo Episcopus Catalaunensium, Baldricus Trajectensium Episcopus. Hæc nomina Comitum. Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boso, Waltkerus, Isaac, Ragenberus, Theodricus, Adalardus, Adelelmus.

Episcopi ex parte Regis inclyti Heinrici. Herigerus Archiepiscopus Moguntiacorum, Nithardus Episcopus Mimmogerneferdæ, Dodo Episcopus Osnobroggæ, Ricawvdo Episcopus Vangionum, quæ nunc dicitur Warmatia, Hunuardus Episcopus Paderbornensis, Notingus Episcopus Constantiæ Alemannicæ. Hæc sunt nomina Comitum. Eurardus, Chonradus, Herimannus, Hato, Godefredus, Otto, Herimannus, Cobbo, Magenhardus, Fridericus, Foldac.

KAROLI CALVI ET LVDOVICI EIVS FILII REGVM FRANCORVM CONSECRATIO SEV CORONATIO.

ITEM REGINARVM IVDITH FILIÆ ET HERMINTRVDIS CONIVGIS KAROLI EIVSDEM.

TITVLVS PRIMVS.

Karoli Calvi, quando in regno Lotharij coronatus est.

ORDO QVALITER KAROLVS REX FVIT coronatus in Mettis civitate anno DCCCLXIX. *in mense Septembr.* V. *Idus Septembr. quæ evenit die Veneris, cum istis Episcopis, videlicet Hincmaro Archiepiscopo, Adventio, Hattone, Arnulfo, Francone, Hincmaro, & Odone, quando quondam Rex Hlotharius, filius Hlotharij Imperatoris, fuit mortuus in Placentia civitate.*

Adnuntiatio Adventij Episcopi ante initium Missæ, in Ecclesia S. Stephani, coram Rege & Episcopis & aliis quamplurimis.

VOs scitis, & multis in plurimis regnis est cognitum quantos & quales eventus tempore senioris nostri, quem hactenus habuimus &c. *usque* devota mente suscipere. *ut suprà pag.* 215.

RESPONSIO

KAROLI AD POPVLVM.

Quia, sicut isti venerabiles Episcopi unius ex ipsis voce dixerunt, & certis indiciis ex vestra unanimitate monstraverunt &c. *usque* antecessoribus exhibuerunt *pag.* 218.

ADNVNTIATIO

Hincmari Archiepiscopi.

Ne alicui fortè videatur incongruè ac præsumptiosè me ac provinciæ nostræ venerabiles coëpiscopos facere quoniam &c. *usque* Te Deum laudamus *pag.* 217.

Benedictiones super Regem Karolum ante Missam & altare sancti Stephani.

ADVENTIVS

Episcopvs Metensis.

Deus qui populis tuis indulgentia consulis & amore dominaris, da huic famulo tuo spiritum sapientiæ, cui dedisti regimen disciplinæ; ut tibi toto corde devotus, & in regni regimine maneat semper idoneus, & in bonis operibus perseverans, ad æternum regnum te duce valeat pervenire. Per Dominum &c.

Hatto Virdvnensis.

Gratiæ tuæ quæsumus, Domine, huic famulo tuo tribue largitatem; ut mandata tua te operante sectando, consolationem præsentis vitæ percipiat & futuræ. Per Dominum &c.

Arnvlfvs Tvllensis.

Nostris, quæsumus, Domine, in regimine istius famuli tui propitiare temporibus; ut tuo munere dirigatur & nostra securitas & devotio Christiana. Per Dominum.

Franco Tvngrensis.

Da, quæsumus, Domine, huic famulo tuo salutem mentis & corporis; ut bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur virtute defendi. Per Dominum.

Hincmarvs Lavdvnensis.

Benedictionem tuam, Domine, hic famulus tuus accipiat: qua corpore salvatus & mente, & gratam tibi semper exhibeat servitutem, & propitiationis tuæ beneficia semper inveniat. Per Dominum.

Odo Bellovacensis.

Conserva quæsumus, Domine, hunc famulum tuum, & benedictionum tuarum propitius ubertate purifica, ut eruditionibus tuis semper multiplicetur & donis. Per Dominum.

BENEDICTIO

Hincmari Archiepiscopi.

Extendat omnipotens Dominus dexteram suæ benedictionis, & effundat super te donum suæ propitiationis, & circumdet te felici muro custodiæ suæ protectionis, sanctæ Mariæ & omnium sanctorum intercedentibus meritis. Amen.

Indulgeat tibi mala omnia quæ gessisti, & tribuat tibi gratiam & misericordiam quam humiliter ab eo deposcis; liberétque te ab adversitatibus cunctis & ab omnibus visibilium & invisibilium inimicorum insidiis. Amen.

Angelos suos bonos semper & ubique, qui te præcedant, comitentur, & subsequantur, ad custodiam tui ponat; & à peccato, seu gladio, & ab omnium periculorum discrimine te sua potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis caritatisque benignitatem convertat, & apud odientes te gratiosum & amabilem faciat. Pertinaces quoque in tui insectatione & odio confusione salutari induat. Super te autem sanctificatio sempiterna effloreat. Amen.

Ad ista verba, Coronet te Dominus, *inunxit eum Hincmarus Archiepiscopus de chrismate ad dextram auriculam, & in fronte usque ad sinistram auriculam, & in capite.*

Coronet te Dominus corona gloriæ in misericordia & miserationibus suis, & ungat te in regni regimine oleo gratiæ Spiritus sancti sui, unde unxit Sacerdotes, Reges, Prophetas, & martyres, qui per fidem vicerunt regna, & operati sunt justitiam, atque adepti sunt promissiones; eisdémque promissionibus gratia Dei dignus efficiaris, quatenus eorum consortio in cœlesti regno perfrui merearis. Amen.

Victoriosum te atque triumphatorem de visibilibus atque invisibilibus hostibus semper efficiat; & sancti nominis sui timorem pariter & amorem continuè cordi tuo infundat; & in fide recta ac bonis operibus perseverabilem reddat; & pace in diebus tuis concessa, cum palma victoriæ te ad perpetuum regnum perducat. Amen.

Et qui te voluit super populum suum constituere Regem, & in præsenti seculo felicem & æternæ felicitatis tribuat esse consortem. Amen.

Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatione tuæ subdere ditioni, sua dispensatione

pensatione & tua administratione per diuturna tempora te faciat feliciter gubernare; quò divinis monitis parentes, adversitatibus omnibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio fideli amore obsequentes, & in præsenti sæculo pacis tranquillitate fruantur, & tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

Ad ista verba, Coronet te Dominus, *miserunt illi Episcopi coronam in capite.*

Coronet te Dominus corona gloriæ atque justitiæ; ut cum fide recta & multiplici bonorum operum fructu ad coronam pervenias regni perpetui, ipso largiente cujus est regnum & imperium in sæcula sæculorum.

Ad ista verba, Det tibi Dominus velle, *dederunt illi palmam & sceptrum.*

Det tibi Dominus velle & posse quæ præcipit, ut in regni regimine secundùm voluntatem suam proficiens, cum palma perseverantis victoriæ ad palmam pervenias gloriæ sempiternæ. Gratia Domini nostri Iesu Christi, qui vivit.

Orationes in Missa.

Da nobis, omnipotens Deus, ut beati Gorgonij martyris tui veneranda solemnitas & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum.

Quæsumus, omnipotens, ut famulus tuus, qui tua miseratione susceptit regni gubernacula, à te virtutum etiam percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra vitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratiosus valeat pervenire. Qui vivis & regnas cum Deo.

Super oblata.

Respice, Domine, munera populi tui sanctorum festivitate votiva, & tuæ testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per Dominum.

Munera, quæsumus, Domine, oblata sanctifica; ut & nobis unigeniti tui corpus & sanguis fiant, & Karolo Regi nostro ad obtinendam animæ corporisque salutem, te largiente, usquequaque proficiant. Per eundem.

Post Communionem.

Sacramentorum tuorum, Domine, communio sumpta nos salvet, & in tuæ veritatis luce confirmet. Per Dominum.

Hæc, Domine, communio salutaris famulum tuum ab omnibus tueatur adversis: quatenus & ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem, & post istius temporis decursum ad æternam perveniat hereditatem. Per Dominum.

TITVLVS II.

Ludovici II. quando Rex Francorum consecratus est.

ORDO QVALITER HLVDOVVICVS REX anno incarnationis dominicæ DCCCLXXVII. VI. *Idus Decembris ab Hincmaro Archiepiscopo fuit coronatus in Compendio palatio; quando & hæc, quæ sequuntur, ab Episcopis petita sunt apud Regem, & ab eo promissa Episcopis.*

Petitio Episcoporvm.

A Vobis perdonari nobis petimus ut unicuique de nobis & Ecclesiis nobis commissis secundùm primum capitulum &c. *usque* exhibere debet, *ut suprà pag.* 271.

Promissio Regis.

Promitto vobis & perdono quia unicuique de vobis & Ecclesiis vobis commissis secundùm primum capitulum &c. *usque* exhibere debet, *pag.* 271.

Benedictiones super Hludouvicum Regem factæ.

Deus, qui populis tuis virtute consulis, & amore dominaris, da huic famulo tuo

ſpiritum ſapientiæ cum regimine diſciplinæ; ut tibi toto corde devotus, in regni regimine maneat ſemper idoneus, tuóque munere ipſius temporibus ſecuritas Eccleſiæ dirigatur, & in tranquillitate devotio Chriſtiana permaneat. Per Dominum.

Sacri olei infvsio.

Omnipotens ſempiterne Deus creator & gubernator cœli & terræ, conditor & diſpoſitor angelorum & hominum, qui Abraham famulum tuum de hoſtibus triumphare feciſti, Moyſi & Ioſuë populo tuo prælatis multiplicem victoriam tribuiſti, humilem quoque David puerum tuum regni faſtigio ſublimaſti, eúmque de ore leonis & de manu beſtiæ atque Goliæ, ſed & de gladio maligno Saul & omnium inimicorum ejus liberaſti, & Salomonem ſapientiæ pacíſque ineffabili munere ditaſti, reſpice quæſumus ad preces humilitatis noſtræ, & hunc famulum tuum virtutibus, quibus præfatos fideles tuos decoraſti, multiplici honoris benedictione condecora, & in regni regimine ſublimiter colloca, & oleo gratiæ Spiritus ſancti tui perunge, unde unxiſti Sacerdotes, Reges, Prophetas, & martyres, qui per fidem vicerunt regna, & operati ſunt juſtitiam, atque adepti ſunt promiſſiones. Cujus ſacratiſſima unctio ſuper caput ejus defluat, atque ad interiora ejus deſcendat, & cordis illius intima penetret, & promiſſionibus, quas adepti ſunt victorioſiſſimi Reges, gratia tua dignus efficiatur; quatenus & in præſenti ſeculo feliciter regnet, & ad eorum conſortium in cœleſti regno perveniat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui unctus eſt oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, & virtute crucis poteſtates aërias debellavit, tartara deſtruxit, regnúmque diaboli ſuperavit, & ad cælos victor aſcendit. In cujus manu victoria omnis, gloria, & poteſtas conſiſtunt, & tecum vivit & regnat Deus in unitate ejuſdem Spiritus ſancti per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Impositio coronæ.

Coronet te Dominus corona gloriæ atque juſtitiæ honore & opere fortitudinis; ut per officium noſtræ benedictionis, cum fide recta & multiplici bonorum operum fructu, ad coronam pervenias regni perpetui, ipſo largiente cujus regnum & imperium permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

Sceptri traditio.

Accipe ſceptrum, regiæ poteſtatis inſigne, virgam ſcilicet rectam regni, virgam virtutis: qua te ipſum bene regas, ſanctam Eccleſiam, populum videlicet Chriſtianum tibi à Deo commiſſum, regia virtute ab improbis defendas, pravos corrigas, rectos ut viam rectam tenere poſſint tuo juvamine dirigas: quatenus de temporali regno ad æternum regnum pervenias, ipſo adjuvante cujus regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

Benedictiones.

Dominus Deus omnipotens, qui dixit ad Moyſem ſervum ſuum, Loquere ad Aaron fratrem tuum, & ad filios ejus dicens, Sic benedicetis populo meo, & ego benedicam ei, benedicat tibi, & cuſtodiat te. Amen. Num. 6.

Illuminet faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui. Amen.

Convertat vultum ſuum ad te, & donet tibi pacem. Amen.

Extendat dexteram ſuæ benedictionis, & effundat ſuper te donum ſuæ propitiationis, & circumdet te felici muro cuſtodiæ ſuæ protectionis, ſanctæ Mariæ & omnium ſanctorum intercedentibus meritis. Amen.

Indulgeat tibi mala omnia quæ geſſiſti, & tribuat tibi gratiam & miſericordiam quam humiliter ab eo depoſcis, liberétque te ab adverſitatibus cunctis & omnibus viſibilium & inviſibilium inimicorum inſidiis. Amen.

Multiplicet in te copiam ſuæ benedictionis, & confirmet in ſpe regni cœleſtis. Amen.

Actus tuos corrigat, vitam emendet, mores componat, & te ad cœleſtis paradiſi hereditatem perducat. Amen.

Taliſque intentione repleri valeas quæ ei in perpetuum placeat. Amen.

Angelos ſuos bonos ſemper & ubique, qui te præcedant, comitentur, & ſubſequantur, ad cuſtodiam tui ponat; & à peccato, ſeu gladio, & ab omnium periculorum diſcrimine te ſua potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis caritatíſque benignitatem convertat, & odientibus te gratioſum & amabilem faciat. Pertinaces quoque in tui inſectatione & odio confuſione ſalutari induat. Super te autem ſanctificatio ſempiterna efflóreat. Amen.

Victorioſum te atque triumphatorem

de visibilibus atque invisibilibus hostibus Dominus semper efficiat, & sancti nominis sui timorem pariter & amorem continuè cordi tuo infundat, & in fide recta ac bonis operibus perseverabilem reddat, & pace in diebus tuis concessa, cum corona victoriæ ad perpetuum te regnum perducat. Amen.

Et qui te voluit super populum suum constituere Regem, & in præsenti seculo felicem & æternæ felicitatis tribuat esse consortem. Amen.

Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatione tuæ subdere ditioni, sua dispensatione & tua administratione per diuturna tempora te faciat feliciter gubernare: quò divinis monitis parentes, adversitatibus cunctis carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio fideli amore obsequentes, & in præsenti seculo pacis tranquillitate fruantur, & tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

TITVLVS III.

Iudith Karoli Calvi filiæ, cùm Regi Anglorum desponsata est anno DCCCLVI. apud Vermeriam palatium.

Anno DCCCLVI. Edilvvlf Rex occidentalium Anglorum Roma rediens, Iudith filiam Karoli Regis, mense Iulio desponsatam, Kalendis Octobribus in Vermeria palatio in matrimonium accipit, & eam Hincmaro Durocortori Remorum Episcopo benedicente, imposito capiti ejus diademate, Reginæ nomine insignit. quod sibi súæque genti eatenus fuerat insuetum. Patratróque regiis apparatibus utrinque atque muneribus matrimonio, cum ea Britanniam regni sui ditionem navigio repetit. *Ex annalibus Bertinianis.*

BENEDICTIO SVPER REGINAM quam Edelulfus Rex accepit in uxorem.

NVbas in Christo obnupta nube cœlesti, & refrigerata gratia spiritali, ac protecta ab omni inlicita concupiscentia, pangas fœdus cum oculis tuis, ut non videas alienum virum ad concupiscendum eum, & non mœcheris in corpore vel corde tuo, & avertas oculos tuos, ne videant vanitatem: quatenus in via Domini vivificeris, ut possis dicere cum propheta: *Ad te levavi oculos meos qui habitas in cælis.* &: *Levavi oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi.* Per conditorem & redemptorem ac Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum.

Psal. 122. & 120.

Benedic, Domine, has dotes, & accipientes tua benedictione dotare digneris: ut conjugij fidem & thronum immaculatum servantes, sanctorum Patriarcharum adsciscí mereantur consortio. Per Dominum.

Accipe anulum, fidei & dilectionis signum, atque conjugalis conjunctionis vinculum, ut non separet homo quos conjungit Deus. Qui vivit & regnat in omnia secula seculorum.

Despondeo te uni viro virginem castam atque pudicam futuram conjugem, ut sanctæ mulieres fuere viris suis, Sarra, Rebecca, Rachel, Hester, Iudith, Anna, Noëmi, favente auctore & sanctificatore nuptiarum Iesu Christo Domino nostro, qui vivit & regnat in secula seculorum.

Deus qui in mundi crescentis exordio multiplicandæ proli benedixisti, propitiare supplicationibus nostris, & huic famulo tuo & huic famulæ tuæ opem tuæ benedictionis infunde; ut in conjugali consortio secundùm beneplacitum tuum affectu compari, mente consimili, sanctitate mutua copulentur. Dita eos fructibus sanctis & operibus benedictis. Fac illos talem sobolem generare quæ ad tui paradisi pertineat hereditatem. Aperi, Domine, januas cœli, & visita eos in pace. Inriga terram eorum, ut germinet fructum spiritalem.

Sanctifica eos, qui datus es nobis ex virgine; & præsta eis tempora salutis, quæ ante tuum adventum prædixit sanctus Propheta Iohannes, ut hic fideliter credant, & beatè viventes vitam & regnum consequantur æternum, gratia tua, Christe salvator noster, qui cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti vivis & regnas Deus per omnia.

Benedictio Reginæ.

Te invocamus, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut hanc famulam tuam, quam tuæ divinæ dispensationis providentia in præsentem diem juvenali flore lætantem crescere concessisti, tuæ pietatis dono ditatam, plenam veritatis, de die in diem coram te & hominibus ad meliora semper proficere facias; ut in regimine suo gratiæ supernæ largitatem congaudens suscipiat, & misericordiæ tuæ muro adversitate undique munita, cum pace propitiationis vivere mereatur. Per Dominum.

Svrsvm corda.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, electorum fortitudo, & humilium celsitudo, qui in primordio per effusionem diluvij crimina mundi purgari voluisti, & per columbam ramum olivæ portantem pacem terris redditam demonstrasti, iterum Aaron famulum tuum per unctionem olei sacerdotem unxisti, & postea per hujus unguenti infusionem ad regendum populum Israëliticum Sacerdotes, Reges, & Prophetas perfecisti, vultúmque Ecclesiæ in oleo exhilarandum prophetica famuli tui voce David esse prædixisti, qui hoc etiam unguento famulæ tuæ Iudith ad liberationem servorum tuorum & confusionem inimicorum vultum exhilarasti, & ancillæ tuæ Hester faciem hac spiritali misericordiæ tuæ unctione adeo lucifluam reddidisti ut efferatum cor Regis ad misericordiam & salvationem in te credentium, ipsius precibus inclinares. Te quæsumus, omnipotens Deus, ut per hujus creaturæ pinguedinem, columbæ pace, simplicitate, ac pudicitia decoram efficias. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui venturus est judicare.

Coronatio.

Gloria & honore coronet te Dominus, & ponat super caput tuum coronam de spiritali lapide pretioso; ut quicquid in fulgore auri & in vario nitore gemmarum significatur, hoc in tuis moribus, hoc in actibus semper refulgeat. Quod ipse præstare dignetur cui est honor & gloria in secula seculorum.

Benedictiones.

Benedic, Domine, hanc famulam tuam, qui regna Regum à seculo moderaris. Amen.

Opera manuum illius suscipe, & benedictione tua terra ejus de pomis fructuum cœli & rore atque abysso subjacente repleatur. Amen.

De vertice antiquorum montium & collium æternorum, de frugibus terræ, & plenitudine ejus tua benedictione lætetur. Amen.

Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput ejus. Da ei de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini; ut serviant illi ac semini ejus populi, & in honore tuo tribus illam & semen ejus adorent. Amen.

Reple eam benedictionibus uberum & vulvæ. Benedictiones patrum antiquorum confortatæ sint super eam & super semen ejus, sicut promisisti servo tuo Abrahæ & semini ejus in secula. Amen.

Concede, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, ut hæc dona tua, quæ fideles tui acceperunt de manu tua, dantibus, accipientibus, & dispensantibus ad præsentis vitæ subsidium, ac redemptionem animarum, atque ad vitam capessendam proficiant sempiternam. Per Dominum.

TITVLVS IV.

Hermintrudis Reginæ, quando sacrata est anno DCCCLXVI. mense Augusto in synodo Suessionensi.

ADLOCVTIO DVORVM EPISCOPORVM IN *Ecclesia sancti Medardi quando Hermintrudis fuit consecrata in Reginam.*

Concil. Suession. III. tit. III.

VOlumus vos scire, fratres, quia Dominus & senior noster Karolus Rex gloriosus nostræ humilitatis petiit devotionem ut auctoritate ministerij nobis à Deo conlati, sicut ipse in Regem est unctus & consecratus episcopali auctoritate unctione sacra & benedictione, veluti in scripturis legimus Dominum præcepisse ut Reges ungerentur & sacrarentur in regiam potestatem, ita uxorem suam Dominam nostram in nomine Reginæ benedicamus, sicut & à sede apostolica & à nostris decessoribus antea de aliis factum comperimus. Et ut non vobis sit mirum quare hoc petat, fraternitati vestræ rationem reddere maturamus. Videlicet quia, sicut multis est cognitum, Deus omnipotens sua gratia istud regnum in manus suorum antecessorum mirabiliter adunavit. quod ipsi decessores sui nobiliter gubernaverunt, & per successiones sua progenies usque ad hæc tempora rexit. Et isti nostro seniori Deus filios, sicut vobis notum est, dedit: in quorum nobilitate ad sanctam Ecclesiam & regnum, quod Deus illi ad regendum commisit, fideles illius spem maximam se habere sunt gratulati. De quibus ipse aliquos Deo obtulit, ut etiam de fructu ventris sui oblationem Deo offerret. aliquos Deus adhuc ætate immatura sua gratia de hoc seculo rapuit, ne, ut scriptum est, malitia mutaret corda eorum. Sap. 4. aliquibus autem, quod vos non latet, suo judicio talem passionem permisit incurrere sicut fideles illius agnoscuntur dolere. Propterea petit benedictionem episcopalem super uxorem suam venire; ut talem sobolem ei Dominus de illa dignetur donare unde sancta Ecclesia solatium, & regnum necessariam defensionem, & fideles illius desiderabile adjutorium, & ista Christianitas optabilem tranquillitatem & legem atque justitiam, cum illis quos adhuc habet, annuente & cooperante Domino possit habere. Et de hoc in sanctis scripturis habemus auctoritatem, quia sicut Dominus ad Abraham dixit, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, cui jam centenario de nonagenaria uxore Isaac filium dedit, ita & ipsum Isaac uxorem sterilem accipere fecit, ut & in hoc, sicut in multis solet facere, misericordiæ suæ largitatem ostenderet. Et inde dicit scriptura quia *deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, eò quòd esset sterilis*, & concepit. Et non sit vobis mirum cur antea hoc non fecit. quia, sicut sacra scriptura dicit, in primordio conjunctionis masculi & feminæ dixit Dominus ad Evam: *Ad virum tuum erit conversio tua, & ipse dominabitur tui.* Et cùm jam essent moribus in legitima conjunctione maturi & provectæ ætatis, Abraham & Sarra, &, ut sanctus Petrus dicit, *Sarra obediebat Abrahæ, dominum eum vocans*, dixit Dominus ad Abraham quod antea nec ipsi nec alio homini legimus illum dixisse: *Omnia quæ dixerit tibi Sarra, audi vocem ejus.* Iam enim & Abraham Presbyter meritò vocabatur, & defecerant muliebria id est omnis lascivietas Sarræ: & tunc acceperunt benedictionem seminis benedicti à Domino, in quo benedicuntur omnes gentes. Amen. His ergo fulti auctoritatibus, in dispensandis Dei donis, qui ab illo ministri ejus sumus ad hoc constituti, ut Leo dicit, non debemus esse difficiles, nec devotorum petitiones negligere; maximè si ipsas petitiones evidentibus indiciis ex Dei viderimus inspiratione conceptas. Quia multiplex misericordia Dei ita saluti humanæ subvenire decrevit ut præcipuè sacerdotum supplicationibus ipsa salus debeat obtineri. Cui operi, ut in sacris literis legimus, ipse Sal-

Gen. 22. Gen. 25. Gen. 3. 1. Pet. 3. Gen. 21. Leo. 1. epist. 91.

vator intervenit, nec unquam ab his abest quæ ministris suis exequenda commisit dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.* Et si quid per servitutem nostram bono ordine & gratulando implemus affectu, ut Leo dicit, non ambigamus per Spiritum sanctum nobis fuisse donatum. Et ideo, fratres, quoniam ita est, & nostra pro vobis ministratio, & vestra erga nos conjuncta devotio, ut una fiat apud Dominum supplicatio, sicut legimus quia ad hoc constituti sunt sacerdotes ut priùs pro suis, deinde pro populi orent peccatis, & oratio fiebat sine intermissione ad Deum pro Petro, id est, pro omni Episcoporum choro, orantibus nobis pro communi nostra immo pro totius Ecclesiæ ac populi necessitate atque salute, commune votum etiam vestra communis prosequatur oratio apud eum qui facit unanimes habitare in domo, & vivit & regnat in secula seculorum. Amen. Matt. 28.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti, & dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem tuam facto inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ac femineo corpori de virili dedisti carne principium, docens quia quod ex uno placuit tibi institui, non liceat ab homine separari, respice propitius super hanc famulam tuam maritali junctam consortio, quæ tua se expetit protectione muniri. Sit in ea jugum dilectionis & pacis. Fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis ut Rachel viro, sapiens ut Rebecca, longæva & fidelis ut Sarra. Nihil in ea ex actibus suis auctor prævaricationis usurpet. Nexa fidei mandatis permaneat, uni thoro juncta contactus inlicitos fugiat. Muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita. Sit fœcunda in tibi placita sobole, sit probata & innocens. Percipiat per hanc sacram misericordiæ, lætitiæ, & exultationis olei unctionem sanitatem mentis, incolumitatem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, plenitudinem caritatis. Corona eam, Domine, corona justitiæ, corona eam fructibus sanctis & operibus benedictis. Sit meritis & nomine atque virtute Regina, adsistens in hoc seculo fide recta & operibus bonis, & in futuro honore & gloria coronata à dextris Regis, in vestitu bonorum operum, circumdata virtutum varietate. Fac illam talem sobolem generare quæ ad paradisi tui pertineat hereditatem. Præsta, Domine, huic famulæ tuæ tantum caritatis affectum & misericordiæ studium atque religionis augmentum ut tuum jugiter promereatur auxilium. Callidi serpentis ab ea venena repelle, & lorica fidei indutam scuto salutis eam defende, actus ejus corrige, vitam emenda, mores compone, & eam in senectute bona ad cœlestia regna digneris perducere. Per eundem Dominum nostrum.

Coronet te Dominus gloria & honore & sempiterna protectione. Qui vivit & regnat.

Deus omnipotens, qui benedixit Adam & Evam dicens *Crescite & multiplicamini,* & Patriarcharum benedixit conjugia, quíque cum Tobia misit Raphael angelum suum, cujus ministerio dæmonium effugavit à Sarra uxore ipsius, benedicat te & illam futuram uxorem tuam, ut secundùm præceptum Domini effecti duo in carne una, quod Deus jungit, homo non separet, & det vobis benedictionem de rore cæli & de pinguedine terræ. Benedicimus enim vobis in nomine Domini: qui mittat angelos suos bonos, ut vos custodiant semper, & omnem phantasiam & nequitiam atque versutiam omnium malignorum spirituum & hominum à vobis depellant, & ab omni inquinamento omnis adulterij, omnibúsque insidiis humanis & diabolicis protegant, muniant, & defendant. Gratia Domini nostri Iesu Christi, qui amorem & timorem suum jugiter cordibus vestris infundat; ut consenescatis pariter in senectute bona, & videatis filios filiorum vestrorum florentes in voluntate Domini, & pax vobiscum permaneat, atque in fide recta, ac bonis operibus, & concordia bona, & amore conjugali sincero, necnon & in confessione sanctæ Trinitatis & Ecclesiæ catholicæ communione perseverantes, ad vitam perveniatis æternam. Quod ipse præstare dignetur cujus regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen. Gen. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAPITVLA HLOTHARII IMPERATORIS.

TITVLVS PRIMVS, SIVE CAPITVLARE ROMANVM.

Datum anno Christi DCCCXXIV.

Ex constitutionibus Hlotharij sub secundo Eugenio Papa gestis in atrio beati Petri Apostoli.

CAP. I.

Lib. 1. leg. Longob. tit. 11. c. 1.

CONstituimus ut omnes qui sub speciali defensione Domni Apostolici seu nostra fuerint susceptì, impetrata inviolabiliter utantur defensione. Quòd si quis in quocunque violare præsumpserit, sciat se periculum vitæ suæ incursurum. Nam & hoc decernimus, ut Domno Apostolico in omnibus justa servetur obedientia, seu Ducibus & judicibus suis ad justitiam faciendam.

II.

Ibid. c. 2. Vt deprædationes quæ hactenus fieri solebant, nullo modo fiant, neque vivente Pontifice, neque defuncto. Si quis verò ulteriùs hoc fecerit, sciat se legali sententia condemnandum. Quæ verò retro factæ sunt, legaliter emendentur.

III.

Ibid. c. 3. In electione autem Romani Pontificis nullus sive liber sive servus præsumat aliquod impedimentum facere; sed illi solummodo Romani quibus antiquitus concessum est constitutione sanctorum patrum, sibi eligant Pontificem. Quòd si quis contra hanc nostram constitutionem facere præsumpserit, exilio tradatur.

IV.

Volumus etiam ut Missi constituantur à Domno Apostolico & à nobis, qui annuatim nobis renuntient qualiter singuli Duces & judices justitiam populo faciant & quomodo nostra constitutio servetur. Decernimus itaque ut primùm omnes clamores qui neglegentia Ducum aut judicum fuerint, ad notitiam Domni Apostolici deferantur; ut statim aut ipse per suos nuntios eosdem emendari faciat, aut nobis notificet, ut legatione à nobis directa emendentur.

V.

Volumus etiam ut omnis senatus & populus Romanus interrogetur quali vult lege vivere, ut sub ea vivat; eisque denuntietur quòd proculdubio, si offenderint contra eandem, eidem legi qua profitebuntur ex dispositione Domni Pontificis & nostra omnimodis subjacebunt. Lib. 2. tit. 57.

VI.

De rebus autem Ecclesiarum injustè retentis, sub occasione quasi licentia accepta à Pontifice, volumus ut à Legatis nostris in potestatem Domni Pontificis & in jus Romanæ Ecclesiæ celeriùs redigantur. Ibid. lib. 1. tit. 27. c. 11.

VII.

Præcipimus etiam ut deprædationes in

confinio noſtro non fiant; & quæ factæ ſunt & ceteræ injuſtitiæ ſecundùm legem ab utriſque partibus emendentur.

VIII.

Ibid. lib. 3. tit. 36. Placuit etiam nobis ut cuncti Duces & judices, ſive alij qui cunctis præeſſe debent, in noſtram præſentiam, dum Romæ ſumus, conveniant. Volumus enim & numerum & nomina eorum ſcire & ſingulis de miniſterio ſibi credito admonitionem facere.

IX.

Noviſſimè præcipimus & monemus ut omnis homo, ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderat, ita præſtet in omnibus obedientiam atque reverentiam Romano Pontifici. Ibid. tit. 11. c. 3.

TITVLVS II.

SIVE

ALIA EDITIO

EIVSDEM CAPITVLARIS.

Ex libris legis Longobardorum editis, ſed emendatis auctoritate veterum exemplarium.

Capitula quæ Domnus Hlotharius addidit ad limina beati Petri.

CAP. I.

Lib. 3. tit. 11. c. 1. CONſtitutum habemus ut omnes qui ſub ſpeciali defenſione noſtra ſeu Domni Apoſtolici fuerunt recepti, impetrata inviolabiliter juſta utantur defenſione. Quòd ſi quis contemptor in quocunque tempore hoc violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe incurſurum. Nam & hoc decernimus, ut Domno Apoſtolico in omnibus ipſi juſtam ſervent obedientiam, ſeu Ducibus ac judicibus ſuis ad juſtitiam faciendam.

II.

Ibid. c. 2. Volumus ut deprædationes quæ hactenus fieri ſolebant, ne fiant, neque vivente neque defuncto Pontifice. Si quis verò hoc ulteriùs fecerit, ſciat ſe legali ſententia eſſe damnandum. Quæ autem retro actæ ſunt, placet nobis ut per diſpoſitionem noſtram legaliter fiant emendatæ.

III.

Ibid. c. 3. Volumus ut in electione Pontificis nullus præſumat venire, neque liber, neque ſervus, qui aliquod impedimentum faciat illi; exceptis ſolummodo Romanis, quibus antiquitus fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum patrum eligendi Pontificem. Et ſi quis contra hanc juſſionem noſtram facere præſumpſerit, in exilio tradatur.

IV.

Ibid. lib. 1. tit. 37. Volumus ut cunctus populus Romanus interrogetur quali lege vult vivere, ut tali lege quali vivere profeſſi ſunt vivant; illiſque denuntietur, ut hoc unuſquiſque tam Duces quàm judices vel reliquus populus ſciat, quòd ſi offenſionem contra eandem legem fecerint, eidem legi qua profitentur vivere, per diſpenſationem Pontificis ac noſtram ſubjacebunt.

V.

Ibid. lib. 1. tit. 27. c. 11. De rebus Eccleſiarum injuſtè invaſis ſub occaſione quaſi licentia accepta à Pontifice, & de his quæ necdum redditæ ſunt, & tamen à poteſtate Pontificum injuſtè fuerunt invaſæ, volumus ut per Miſſos noſtros fiant emendatæ.

VI.

Ibid. lib. 3. tit. 36. Placuit nobis ut cuncti judices, ſive hi qui cunctis præeſſe debent, per quos judicialis poteſtas in hac urbe Romana agi debet, in præſentiam noſtram veniant, quoniam volumus nomina & numerum eorum ſcire, & ſingulis de miniſterio ſibi credito admonitionem facere.

VII.

Ibid. tit. 11. c. 3. Noviſſimè admoneatur ut omnis homo, ſicut

ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderat, ita præſtet obedientiam & reverentiam huic Pontifici.

Capitula IV. & VII. omiſimus, quia relata non reperiuntur in libros legis Longobardorum.

TITVLVS III.

Apud Olonam.

Incipiunt Capitula quæ Domnus Hlotharius Imperator primo anno imperij ſui, quando in Italia acceſſit, in ſuum generale placitum curte Olonna inſtituit.

CAP. I.

Lib. 2. leg. Longob. tit. 34. c. 3. SI liber homo ſeipſum ad ſervitium implicaverit pro aliquibus cauſis, ſi liberam feminam habuerit aut infantes, ipſi in eorum libertate permaneant. Et ſi ipſa mulier defuncta fuerit, & aliam liberam feminam ſibi copulaverit ſervienti, ipſa in ſervitio permaneat.

II.

Ibid. lib. 1. tit. 32. c. 6. Si quis homo alienam uxorem adulteraverit, & ſecundùm legem ei in manus tradita fuerit, & poſtea convicti fuerint, partibus publicis recipiantur; & qui ipſos comparatos habuerit, pretium ſuum perdat.

III.

Ibid lib. 2. tit. 53. c. 22. Volumus ut Comites noſtri licentiam habeant inquiſitionem facere de Vicariis & Centenariis qui magis propter cupiditatem quàm propter juſtitiam faciendam ſæpiſſime placita tenent, & exinde populum nimis affligunt, & ita teneatur ſicut in Capitulare Domni Karoli continetur, id eſt, ut nullus ad placitum banniatur niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet; exceptis Scabinis ſeptem, qui ad omnia placita eſſe debent.

IV.

Lib. 1. tit. 17. c. 9. Volumus de obligationibus ut nullus homo per ſacramentum nec per aliam obligationem adunationem faciat. Et ſi hoc facere præſumpſerit, tunc ille qui priùs ipſum conſilium inchoavit & hoc factum habet, in exilio ab ipſo Comite in Corſicam mittatur, & illi alij bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componant. Et ſi talis fuerit qui non habeat unde ipſum componat, ſexaginta ictus accipiat.

V.

Ibid. tit. 46. c. 2. Volumus ut cum collecta vel ſcutis in palatio Comitis nullus præſumat venire. Et ſi præſumpſerit, bannum noſtrum componat.

VI.

Ibid. tit. 37. c. 5. De ſanctimoniali femina ſtatuimus ut ſi adulterium fecerit, & inventum fuerit, res quas habet fiſco ſocientur; perſona verò ejus ſit in poteſtate Epiſcopi in cujus parrochia eſt, ut in monaſterium intromittatur.

VII.

Ibid. tit. 47. c. 6. Volumus ut Epiſcopi & Abbates & Abbatiſſæ ſuos Advocatos habeant, & plenam juſtitiam faciant ante Comitem ſuum.

VIII.

De illis hominibus qui res ſuas alienaverint ubicunque, & ſuper reſident, diſtringat eos Comes per ſcubias publicas, ſicut lex habet.

IX.

Ibid. c. 7. Volumus ut Epiſcopi unà cum Comite ſuo Advocatos eligant.

X.

Ibid. lib. 5. tit. 12. c. 3. Placuit nobis de omnibus liberis hominibus, ut nihil eis ſuperponatur niſi ſicut lex & rectitudo continet.

XI.

Ibid. tit. 1. c. 39. Volumus ut de ſcubiis publicis, quod ad utilitatem noſtri regni pertinet, præceptum emunitatis impedimentum non præſtet, ſed adjutorium.

XII.

Ibid. lib. 2. tit. 41. c. 1. Vt Cancellarij electi boni & veraces chartas publicas conſcribant ante Comitem & Scabinos & Vicarios ejus; & nullis modis hoc facere præſumant de pecunia antè quàm legitimum pretium detur.

XIII.

Ibid. c. 1. De Cancellariis qui veraces electi sunt, ad homines infirmos veniant, & secundùm legem instrumenta chartarum conscribant, & à testibus roborentur. Et statim cùm scripta charta fuerit, ostendatur ante Episcopum & Comitem sive judicem vel Vicarios, aut in plebe, ut veraces agnoscantur esse.

XIV.

Ibid. tit. 7. c. 2. Vt mulieres Romanæ quæ viros babuerunt Longobardos, eis defunctis à legibus virorum sint solutæ, & ad suam revertantur legem. Et hoc statuentes, ut simili modo servetur in ceterarum natione mulierum.

XV.

Placuit nobis ut si pro quibuslibet culpis aut criminibus quæcunque persona totiens fuerit correpta ut etiam excommunicatione episcopali pro contemptu digna habeatur, Comitem suum Episcopus sibi consociet, & per amborum consensum hujuscemodi distringatur contemptor ut jussioni sui Episcopi obediens existat. Si verò assensum non dederit, bannum nostrum nobis solvat. Quòd si adhuc contumax perstiterit, tunc ab Episcopo excommunicetur. Si verò excommunicatus corrigi nequiverit, à Comite in vinculis distringatur quousque nostrum is contemptor suscipiat judicium. Si verò in talibus Comes repertus fuerit noxius, per Episcopum ejus nobis nuntietur. Si autem vassallus noster in hac culpa lapsus fuerit, sicut suprà per Comitem distringatur. Quòd si non audierit, nobis innotescat antè quàm in vinculis mittatur.

XVI.

Ibid. tit. 40. c. 7. & lib. 3. tit. 1. c. 40. Volumus ut omni modo emunitates pro genitoris nostri mercede seu nostra plenitèr ac justè conserventur.

XVII.

Ibid. tit. 28. c. 8. Volumus ut res quæ à liberis personis locis Deo dicatis conferuntur, liceat sibi usumfructum & ordinationem earundem rerum, si aliter sibi placuerit, reservare. Si aliter eas non ordinaverit, ita maneant sicut priùs datæ fuerint.

XVIII.

Ibid. tit. 47. c. 8. Singulis Episcopis, Abbatibus Abbatissis duos concedimus habere advocatos; eósque, quandiu advocationem tenuerint, ab hoste relaxemus.

XIX.

Prohibemus ut nemo usuram facere præsumat post Episcopi sui contestationem. Quòd si quis post ejus interdictum facere præsumpserit, à Comitibus, sicut suprà dictum est de contemptoribus, præcipimus ut distringantur.

XX.

Præcipimus ut singulæ plebes secundùm antiquam consuetudinem fiant restauratæ. Quòd si filij ejusdem Ecclesiæ eas restaurare noluerint, à ministris reipublicæ distringantur ut volentes nolentésque nostram observent præceptionem. Ibid. lib. 3. tit. 1. c. 41.

XXI.

De precariis quoque quæ à rectoribus Ecclesiarum irrationabiliter fiebant, & se suósque successores pœna gravi obligabant ut facta ipsius nequeant dissolvere, præcipimus ut nemo successor in antecessoris sui pœna statuta sit obligatus; sed suæ providentiæ sit concessum ut si antecessor ejus res Ecclesiæ irrationabiliter distribuerit, ab eo ad jus Ecclesiæ tenendum revocetur. Ibid. tit. 19. c. 2.

XXII.

Placuit nobis ut liberi homines, qui non propter paupertatem, sed ob vitandam reipublicæ utilitatem, fraudulenter ac ingeniosè res suas Ecclesiis delegant, eásque denuo sub censu utendas recipiunt, ut quousque res suas possident, hostes & reliquas publicas functiones faciant.

XXIII.

De feminis quibus, defunctis viris, lex Longobardorum prohibet ante anni spatium vestem religionis mutare velúmque suscipere, petierunt nostram licentiam ut mox dum divina pietas inspiraverit, eas indemnes liceat suscipere. Nos autem considerantes quia præterito tempore pro ipsa dilatatione multæ etiam raptu intra idem spatium ad aliam partem distractæ fuerunt, ideo & earum petitionem, quia censuimus esse justam, suscepimus, & eis fieri ita concedimus. Ibid. lib. 2. tit. 6. c. 2.

XXIV.

Vt nullus Cancellarius pro ullo judicato aut scripto aliquid amplius accipere audeat nisi dimidiam libram argenti de majoribus scriptis. De minoribus autem infra dimidiam libram, quantum res assimilare possit, & judicibus rectum videtur, accipiat. De orphanis autem vel de ceteris pauperibus qui exsolvere hoc non possunt, in providentia Comitis sit ut nequaquam inde aliquid accipiat. Notarij autem hoc jurare debent, quòd nullum scriptum falsum faciant, nec in occulto scriptum aliquod faciant, nec de uno comitatu in alio Ibid. tit. 41. c. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nisi per licentiam illius Comitis in cujus comitatu stare debent. Si verò necessitas in itinere aliqua compulerit, aut infirmitas gravis, secundùm Capitulare genitoris nostri faciant. Si notarius aliter fecerit, appareat inanis & vacuus.

XXV.

De chartis quæ à quibusdam personis falsæ appellantur constituimus ut si Notarius supervixerit & testes ipsi, veram & idoneam faciant. Et si testes mortui fuerint, & Notarius supervixerit, cum duodecim juratoribus ipsam chartam veram & idoneam faciat.

XXVI.

Ibid. lib. 3. tit. 37. Placuit nobis ut hæc capitula, quæ excerpsimus de Capitulare bonæ memoriæ avi nostri Karoli ac Domni genitoris nostri Lodoici Imperatoris, ab omnibus & sanctæ Ecclesiæ & nostris fidelibus in regno Italiæ consistentibus pro lege teneantur & conserventur. Et quicunque eorum capitulorum contemptor extiterit, sexaginta solidos componat.

XXVII.

Ibid. tit. 23. c. 1. Quicunque liber homo ammonitus à Comite suo vel ministris ejus ad patriam defendendam ire neglexerit, & exercitus supervenerit ad istius regni vastationem vel contrarietatem fidelium nostrorum, capitali subjaceat sententiæ. Similiter observandum est si vocati fuerint audito inimicorum nostrorum adventu, & ita contigerit ut hostes non supervenerint, ij qui vocati audire noluerint, unusquisque secundùm suam legem emendet.

XXVIII.

Ibid. lib. 2. tit. 9. c. 4. Vt si cujuscunque servus liberam feminam sibi, ea consentiente, in conjugio copulaverit, & infra anni spatium secundùm legem ad vindictam traditi non fuerint, sicut lex tales personas fisco nostro sociat, ita nostra liberalitate concedimus ut in potestate & servitio domini illius cujus servus fuerit ambo revertantur.

XXIX.

Ibid. tit. 21. c. 30. Similiter concedere volumus cunctis liberis personis ut nullus judex publicus seu ministri publici eos contra legem audeant pignorare in bubus; quia audivimus multa damna & afflictiones propter hoc populos nostros sustinere. Neque cogantur ad placita venire præter ter in anno, sicut in Capitulare continetur, exceptis Scabinis & causatoribus & testibus necessariis; quia omnia hæc auferre volumus, ut populus noster pacificè sub nostro regimine vivere possit.

XXX.

Ibid. tit. 17. c. 2. Concedimus etiam Gastaldiis nostris curtes nostras providentibus ut si proprio eorum pretio res emerint, aut quolibet justo adtractu adquisierint, sicut lex illas res ad nostram partem concedit, ita nos eas illis concedimus, si in servitio nostro fideles inventi fuerint.

XXXI.

Ibid. tit. 30. c. 1. Si quis aliquem de aliquo negotio mallaverit, & ille qui mallatus fuerit dicat, *Ideo ei respondere nolo quia servus alterius sit*, aut si testimonia produxerit, & similiter dixerit quòd ea recipere non debeat quia aliquis eorum servus sit alterius, nominet dominum ejus, & sic det vuadiam de eo ad placitum adducendo. Et posito placito, in quantum ire, ubi eum invenire credit, & reverti possit, judices dicant. Etsi in placito publico constituto dominum non adduxerit, præbeat sacramentum quòd pro nulla dilatatione justitiæ ejus hoc dixerit, nisi pro certo ita verum esse crediderit. Quòd si jurare ausus non fuerit quia pro occasione prolongandæ justitiæ hoc non dixisset, componat illi bannum nostrum & justitiam plenissimam faciat. Si verò aliquem adduxerit qui se dominum ejus esse dicat, & illum quem de servitio appellavit replicare ad servitium non potuerit, tunc ille qui se dominum ejus dixit esse, bannum nostrum illi componat, eò quòd pro conculcanda justitia tale ingenium facere ausus fuit. Crimina verò si super eum pro dilatanda justitia imponere voluerit, probare cogatur. Et si probare non potuerit, justitiam faciat, & insuper bannum nostrum pro tanta calliditate componere cogatur.

XXXII.

Ibid. c. 2. Si fortè quispiam aliquem mallaverit, & ille qui mallatus fuerit dixerit eum servum suum esse, vel alius in ipsa altercatione veniens eum ad servitium mallaverit, volumus ut præsentaliter se vuadiet ut ad primum aut secundum vel tertium placitum causam ipsam deliberet. Inter placitum & placitum sint dies quindecim. Tertium verò, quando Comes placitum habuerit, si infra unum comitatum est, sint dies quindecim. Sin autem in alium, sint dies viginti; ne pro tali occasione ejus justitia prolongetur. Quòd si in his tribus placitis ille qui quærit venire neglexerit, excepto servitio Regis aut inevitabili ne-

ceſſitate, & Comes placitum habuerit, ille quoque alius ad ſuam probandam libertatem paratus fuerit, tunc Comes ipſam cauſam finiat, veluti ſi ipſe qui quærit præſens fuiſſet, & ultrà ille qui quæſierit, facundiam dicendi de ſervitio illius non habeat, & inſuper bannum noſtrum illi componat ac juſtitiam pleniter faciat. Et ſunt aliqui dum aliquos in ſervitio mallant, & ipſi de ſua libertate probanda dant vuadiam, in tantum eos mutando per placita lacerant ut vix per ſuam paupertatem evadere poſſint. Vnde tertium capitulum placuit addere.

XXXIII.

Ibid. c. 3 Si verò alium ad ſervitium aliquis mallaverit, & ille qui mallatus fuerit, ad probandam libertatem vuadiam dederit, jubemus ut ſuprà ut ad primum vel ad ſecundum vel ad tertium placitum cauſam deliberet. Inter placitum & placum ſint dies quindecim. Tertium verò, quando Comes placitum habuerit, ſi infra unum comitatum eſt, ſint dies quindecim. Si autem in alium eſt, ſint dies viginti. Et ſi in his tribus placitis ipſe qui quærit venire contempſerit, antepoſito quod ſuperiùs antepoſuimus, ſi eſt in ſervitio Regis vel inevitabili neceſſitate, & Comes placitum habuerit, ille autem alius cum ſuis teſtibus paratus fuerit, tunc Comes ipſos teſtes recipiat, & cauſam diffiniat, veluti ſi ipſe qui quærit præſens fuiſſet; & ultrà ille qui quæſierit, tacitus de ſervitio illius permaneat.

Deſunt nonnulla.

TITVLVS IV.

SIVE

CAPITVLA ADDITA AD LEGEM LONGOBARDORVM.

Hæc ſunt capitula quæ Domnus Hlotharius Rex inſtituere juſſit.

Cap. I.

Lib. 3. leg. Longob. tit. 1. c. 46. DE Eccleſiis emendandis volumus ut ita obſervent ſicut in Capitulare noſtro continetur quod ad Olonam fecimus. Et ſi in uno loco plures Eccleſiæ ſint quàm neceſſe ſit, deſtruantur. Quòd ſi fortè in aliquo loco ſit Eccleſia conſtituta, quæ tamen neceſſaria ſit, & nihil dotis habuerit, volumus ut ſecundùm juſſionem Domni ac genitoris noſtri unus manſus cum duodecim bunuariis de terra arabili ibi detur, & mancipia duo à liberis hominibus qui in eàdem Eccleſia officium debent audire, ut ſacerdos ibi poſſit eſſe & divinus cultus fieri. Quòd ſi hoc populus facere noluerit, deſtruatur.

II.

Lib. 2. tit. 40. c. 6. Sanguinis effuſio in Eccleſia facta cum fuſte, ſi Preſbyter fuerit in triplo componatur, duas partes eidem Preſbytero, tertia pro fredo ad Eccleſiam, & inſuper bannus noſter. Similiter de Diacono juxta compoſitionem ejus in triplo & bannum noſtrum componatur. De Subdiaconis ſimiliter ſecundùm ſuam compoſitionem in triplo perſolvatur, & bannum noſtrum componat. Similiter & de ictibus ſine ſanguinis effuſione, de uniuſcujuſque ordinis Clerico ſecundùm ſuam compoſitionem in triplo perſolvatur, inſuper & bannum noſtrum. Et qui non habet unde ad Eccleſiam perſolvat, tradat ſe in ſervitio eidem Eccleſiæ uſque dum totum debitum perſolvat.

III.

Statuimus de Preſbyteris & Diaconibus Ibid. eccleſiaſticis honore privatis, ut redigantur ſub pœnitentia, ſicut canones præcipiunt. Et ſi habet Epiſcopus in ſua parrochia ſuum miniſterium, ibi mittitur. Quòd ſi miniſterium non habuerit, tunc præcipiat Epiſcopus ut illi tales habeant in illa plebe unde ſunt, eligant ſibi patronum qui de ipſis rebus victum & veſtimentum eis miniſtret. Ipſi tamen nullam habeant li-

centiam vagandi aut discurrendi, sive ad placita, sive ad palatium, sive ad ipsas res quas proprias antè fecerint sine licentia sui Episcopi. Sed in eodem loco ubi, sicut constitutum est, suam pœnitentiam jugiter agant. Quòd si hoc non observaverint, primùm verberibus coërceantur. Quòd si nec sic se castigaverint, in tali loco retrudantur ubi velut sub pœnitentia vivant.

IV.

Lib. 2. tit. 32. c. 22. Vt nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere, nec testimonium dicere. Nec placitum Comes habeat nisi jejunus.

V.

Ibid. tit. 33. c. 23. De reclamatoribus vel causidicis qui nec judicium Scabinorum acquiescere nec blasphemare volunt antiqua consuetudo servetur, id est, ut in custodia recludantur donec unum ex duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re reclamaverint, & litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; sed cum custodia & cum ipsis litteris pariter ad palatium nostrum remittantur, ut ibi discutiantur sicut dignum est.

VI.

Lib. 1. tit. 27. c. 11. De conspirationibus considerandum est, quicunque facere præsumpserint, & sacramento quamcunque conspirationem firmaverint, triplici ratione judicentur. Primò, ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur, adjutores verò eorum singuli alter ab altero flagellentur, & nares sibi invicem præcidant. Vbi verò nihil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur, & capillos suos sibi vicissim detundant. Si verò per dextras aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut jurent cum idoneis juratoribus hoc pro malo non fecisse; aut si facere non potuerint, suam legem componant. Si verò servi sunt, flagellentur, ut de cetero in regno nostro nulla hujusmodi conspiratio fiat, nec per sacramentum, nec sine sacramento.

VII.

Lib. 3. tit. 42. c. 4. De oppressione pauperum liberorum hominum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Idem de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes eorum contra justitiam fiant exheredati, & regale obsequium minuatur, & ipsi heredes propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur.

VIII.

Si quis literas nostras dispexerit, id est, tractoriam quæ propter Missos recipiendos dirigitur; aut honores quos habet amittat, aut in eo loco ubi prædictos Missos suscipere debuit tamdiu resideat & de suis rebus legationes illuc venientes suscipiat quousque animo nostro satisfactum habeat. Qui verò epistolam nostram quocunque modo dispexerit, jussu nostro ad palatium veniat, & juxta voluntatem nostram congruam stultitiæ suæ castigationem accipiat. Et si homo liber vel ministerialis Comitis hoc fecerit, honorem, qualemcunque habuerit, sive beneficium amittat. Et si servus fuerit, nudus ad palum vapuletur, & caput ejus tondeatur. Ibid. tit. 7. c. 1.

IX.

Decernimus ut si quis aliter testes habere non potuerit, volumus ut per Comitis jussionem quos in suo testimonio necessarios quisque habuerit, veritatem probaturi in publico conventu adducantur, ut per ipsos rei veritas cum juramento valeat inquiri. Quòd si de duabus partibus fuerit inquisitio facta, idcirco quòd nullus eorum possit habere testes, antequàm jurent fiat inquisitio facta. Quòd si omnes ad unam partem dixerint testimonium, jurent ut verum dixissent testimonium. Quòd si dissenserint, & quædam pars testium uni præbuerit testimonium, & alia alteri, tunc interrogentur si audeant illorum testimonium per pugnam approbare. Quòd si nulla pars alteri cesserit, jurent, & per pugnam illorum probetur testimonium. Quòd si una pars se subtraxerit, tunc pars illa quæ ausa fuerit contendere, recipiatur ad testimonium. Lib. 2. tit. 52. c. 26.

X.

Quòd per triginta annos servus liber fieri non possit, si pater illius servus aut mater ejus ancilla fuerit. Similiter & de aldionibus. Lib. 2. tit. 35. c. 14.

XI.

Quòd nullus Cancellarius pro nullo judicato aut scripto aliquid amplius accipere audeat nisi dimidiam libram argenti de majoribus scriptis. De minoribus autem infra ipsam dimidiam libram quantum res exposcit & judicibus rectum videtur. De orphanis autem vel ceteris pauperibus, qui exsolvere hoc non possunt, in providentia Comitis sit ut nequaquam inde aliquid accipiat. Notarij autem hoc jurare Ibid. tit. 41. c. 6.

debent, quòd nullum ſcriptum falſum faciant, nec in occulto aliquod ſcriptum faciant, nec de uno comitatu in alio niſi per licentiam illius Comitis in cujus comitatu ſtare debent. Quòd ſi Notarius aliter fecerit, quod fecerit appareat inane & vacuum. Si verò neceſſitas in itinere aliquem compellaverit, aut infirmitas gravis, ſecundùm Capitularem genitoris noſtri faciant.

XII.

Lib. 3. tit. 87. Placuit nobis ut hæc capitula, quæ excerpſimus de capitulis bonæ memoriæ avi noſtri Karoli ac Domni genitoris Hludouvici Imperatoris, ab omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris fidelibus in regno Italiæ conſiſtentibus pro lege teneantur & conſerventur. Et quicunque eorum capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidos componat, ſicut in capitulis prædicti Domni avi noſtri Karoli continetur.

XIII.

Placuit nobis de liberis feminis quæ ſibi ſervos copulant, ſicut ad noſtram regiam poteſtatem pertineant, ita volumus ut deinceps ad ipſos Longobardos pertineant ipſæ cum filiis ſuis & filiabus eorum.

XIV.

Lib. 2. tit. 9. c. 4. Statutum eſt ut ſi qua femina libera cum ſervo alterius ſe copulaverit, & parentes ejus eam anni ſpatio ad vindictam non dederint, volumus ut curtis regia adquirat. Si ipſa femina cum ipſo ſervo annum & diem ſteterit, habeat eam cujus ſerva eſt, & filij qui ex ea nati fuerint ſint ſervi ſicut pater eorum.

XV.

Ibid. tit. 34. c. 4. Statutum eſt ut ſi quis liber homo uxorem habens liberam propter aliquod crimen aut debitum ſervitium alteri ſe ſubdiderit, eadémque conjux cum ipſo manere noluerit, ipſorum procreatio, quæ de tali conjugio ſit, libertatis ſtatum non amittat. Si verò ea defuncta, ſecunda uxor, & tamen libera, tali ſe ſciens junxerit conjugio, liberi eorum ſervituti ſubdantur.

XVI.

Si quis percuſſerit Preſbyterum, id eſt, ſacerdotem, componat auri optimi libras decem.

TITVLVS V.

SIVE

CAPITVLA EXCERPTA EX LEGE LONGOBARDORVM.

Cap. I.

Lib. 1. tit. 9. c. 35. & ſeq. DE homicidiis in Eccleſiis vel in atriis earum commiſſis ſic obſervetur & teneatur ſicut in Capitulari priori conſtitutum eſt. Si quis ex levi cauſa aut ſine cauſa hominem in Eccleſia interfecerit, de vita componat. Si verò foris rixati fuerint, & unus alterum in Eccleſia fugerit, & ibi ſe defendendo eum interfecerit, ſi hujus facti teſtes non habuerit, cum duodecim juratoribus legitimis per ſacramentum affirmet quòd ſe defendendo eum interfecerit. Et ſi ipſe auctor commotæ inter eos rixæ extiterit, leudum interfecti componat, & inſuper bannum noſtrum ſolvere cogatur, & publicam agat pœnitentiam. Si autem non ille qui alterum interfecit, ſed is qui interfectus eſt, eandem rixam commoverit, abſque compoſitione jaceat, & is qui eum interfecit, ſecundùm canonum judicium publicam agat pœnitentiam. Si cujuſlibet ſervus proprius hoc commiſerit, judicio aquæ ferventis examinetur utrum hoc ſponte an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus ejus exuſta fuerit, interficiatur. Si autem exuſta non fuerit, publica pœnitentia multetur; niſi fortè ipſe auctor commotæ rixæ inter eos inventus fuerit. Tunc enim dominus ejus, juxta quod vvidrigild illius eſt, ad Eccleſiam perſolvat, aut eum, ſi voluerit, eidem Eccleſiæ tradat. De eccleſiaſtico & fiſcalino ſeu beneficiario ſervo volumus ut pro una vice vvidrigild ejus pro eo componatur, altera verò vice ipſe ſervus ad ſupplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio ipſius Eccleſiæ, cujus portæ reliquiis ſanctorum conſecratæ ſunt, hujuſmodi homicidium perpetra-

tum fuerit, ſimili modo emendetur vel componatur. Si verò portæ Eccleſiæ non ſunt conſecratæ, eodem modo componatur quod in atrio committitur ſicut componi debet quod in emunitate violenter committitur.

II.

Ibid. c. 37. De homicidio unde lex pro ſimplicitate probationem trium teſtium quærit, ſi teſtes habere non potuerit, concedimus ut cum duodecim juratoribus juret, & ab eadem ſimplicitate ſit abſolutus. Proprium tamen non amittat.

III.

Ibid. tit. 14. c. 17. Poſtquam Comes & pagenſes de qualibet expeditione hoſtili reverſi fuerint, ex ea die ſuper quadraginta noctes ſit bannum reciſſum. quod lingua Teudiſca heriſliz, id eſt, armorum depoſitio, vocatur.

IV.

Ibid. tit. 17. c. 10. Collectam ad malum faciendum omnibus modis prohibemus fieri. Et ubicunque hujuſmodi præſumptiones factæ fuerint, digna emendatione corrigantur. Et ſi per negligentiam Comitis vel factæ fuerint, vel in emendatæ remanſerint, hoc ad noſtram notitiam perferatur. Auctores verò facti ſi fuerint Præpoſiti aut Advocati ſive Sculdaſij, vel qualibet alia dignitate prædita libera perſona, poſt legalem emendationem in loco factam ſub fidejuſſoribus ad noſtram veniant præſentiam. Multitudo verò, ſive de liberis ſive de ſervis ſit, legitima emendatione multetur.

V.

Ibid. tit. 19. c. 27. Volumus ut ſi quælibet perſona in finibus regni noſtri ignem in ſilva comminare auſa fuerit, diligenter inquiratur. Et ſi ſervus comprobatus fuerit hoc feciſſe, dominus ejus ad flagellandum & caput tondendum tradat eum, aut pro eo quicquid damnietatis fecerit emendare cogatur. Si quoque libera perſona hoc feciſſe probata fuerit, emendare cogatur, & inſuper bannum noſtrum componat. Et ſi non habuerit unde componat, flagelletur. Quòd ſi factum fuerit, per meliores loci illius inquiratur. Et ſi in qualibet perſona fuerit ſuſpicio, ſi ſervus eſt, aut dominus ejus eum mittat ad judicium, aut ipſe pro eo ſacramentum faciat. Quòd ſi libera perſona fuerit, proprio ſacramento ſe idoneum faciat.

VI.

Ibid. tit. 23. c. 81. De fugitivis præcipimus ut miniſtri reipublicæ à domino fugitivorum nihil accipiant cùm reddiderint eos.

VII.

Ibid. c. 82. Videtur nobis de aldionibus ut ſicut lex habet, ita fiat.

VIII.

Ibid. c. 83. Præcipimus ut nova conditio aldioni à domino ſuo non imponatur.

IX.

Ibid. tit. 30. c. 14. Qui ſponſam alienam rapuerit, illa non conſentiente, licèt cum ea concubuerit, reddatur ei cujus ſponſa eſt, & ducat eam, ſi velit: quia vim paſſa potiùs quàm violata eſſe videtur. Quòd ſi eam ducere noluerit, accipiat ſibi aliam feminam. Tamen ſi ipſa nubere voluerit, excepto raptore, alteri, cui voluerit, legitimè copuletur. Raptor verò adulterij criminis reus teneatur. Quòd ſi ipſa conſenſerit, ſimiliter ut raptor à nuptiis alterius prohibeatur; & is qui eam accepturus erat, aliam qualem voluerit accipiat.

X.

Ibid. tit. 37. c. 3. De his qui diſcordiis & contentionibus ſtuderent ſolent, in pace vivere nolunt, & inde convicti fuerint, ſimiliter volumus ut per fidejuſſores ad noſtrum palatium veniant, & ibi cum noſtris fidelibus conſideremus qui de talibus hominibus faciendum ſit.

XI.

Lib. 2. tit. 6. c. 4. De feminis quæ viros amittunt, placet nobis ne ſe, ſicut hactenus, indiſcretè velent, ſed ut triginta dies poſt deceſſum viri ſui expectent, & poſt triceſimum diem per conſilium Epiſcopi ſui, vel ſi Epiſcopus abſens fuerit, cum conſilio aliorum religioſorum ſacerdotum ſuorúmque parentum atque amicorum id quod eligere debent eligant.

XII.

Ibid. tit. 8. c. 11. Conſobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuerit, nullus præſumat in conjugio copulare. Si quis huic tali nefario conjugio ſe conjunxerit, & in eo permanſerit, ſciat ſe epiſcopali auctoritate anathematis vinculo eſſe innodatum, & nullus ſacerdos ei tribuat communionem. Si verò converſus diviſúſque fuerit ab illicita copulatione, dignæ pœnitentiæ ſubmittatur, ut ſacerdos loci conſideraverit.

XIII.

Ibid. c. 15. De his conjunctionibus quæ ſecundùm canones & edictum copulatæ eſſe non poſſunt, placuit nobis ut ſeparentur ab invicem; & qui de noſtris judicibus neglexerit cauſam iſtam ad judicandum aut di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtringendum, componat vvidrigild ſuum.

XIV.

Ibid. c. 13. De inceſtis conjunctionibus hoc præcipitur, ut nullus deinceps propinquam, nec quam propinquus habuerit uxorem, ducat in conjugio, & uxoris parentela ita ſit viro ſicut propria parentela.

XV.

Ibid. tit. 13. c. 6. Nulli liceat, excepta cauſa fornicationis, adhibitam ſibi uxorem relinquere, & deinde aliam copulare. Alioquin tranſgreſſori priori convenit ſociari conjugio. Si autem vir & uxor divertere pro ſola vita religioſa inter ſe conſenſerint, nullatenus ſine conſcientia Epiſcopi fiat, ut ab eo ſingulariter in præviſo conſtituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non ſolvatur.

XVI.

Ibid. c. 7. Nulli liceat uno tempore duas habere uxores, vel uxorem & concubinam: quia cùm domui non ſit lucrum, animæ detrimentum ſit. Nam ſicut Chriſtus caſtam obſervat Eccleſiam, ita vir caſtum debet cuſtodire conjugium.

XVII.

Ibid. tit. 19. De his qui proprietates habent, & ſpontanea voluntate alicui delegant, & poſtea fraudulenter ab aliquo alio ignorante pretium de eiſdem rebus venundatis accipiunt, & is cui ipſæ res priùs traditæ fuerint, cognito negotio, anno integro ſilens non contradixerit, ſed propter illuſionem tacens fuerit, ut emptorem illudere poſſit, ſi intra patriam per anni ſpatium, ut dictum eſt, tacens fuerit, prior traditio nihil ei valeat. Ille verò qui poſt primam traditionem res vendiderit, ſi vivens comprobatus fuerit hanc illuſionem feciſſe, bannum dominicum, id eſt ſexaginta ſolidos componat. Si verò non habuerit unde bannum componat, verberetur.

XVIII.

Ibid. tit. 24. c. 4. Quicunque res alienas cuilibet homini vendiderit, & ipſe homo eaſdem res alicui alteri dederit ſive vendiderit, & ipſe qui tunc eaſdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio ſuo aut alteri cuilibet necdum legitimos annos habenti juſtitiæ tollendæ cauſa tradiderit, volumus atque præcipimus firmiter ut ſi pater ejuſdem parvuli vixerit, ipſe intret in cauſam rationem reddere pro filio ſuo. Si autem ipſe pater mortuus fuerit, tunc legitimus ejus propinquus, qui ei tutor juſtè ac defenſor eſſe videtur, pro ipſo rationem reddere compellatur. Similiter & de omnibus aliis juſtitiis ad eum pertinentibus; excepta ſua legitima hereditate, quæ ei per ſucceſſionem parentum ſuorum legitimè obvenire debeat. Quòd ſi quis hanc noſtram juſſionem contempſerit aut neglexerit, ſicut de ceteris contemptoribus, ita de eo agatur. Is verò qui eaſdem res primùm invaſit & injuſtè vendidit, necnon & emptor, excepta ſola perſona parvuli, hoc quod fraudulenter admiſerunt, intra patriam emendare cogantur, & poſtea ſicut contemptores juſſionis noſtræ, ſub fidejuſſoribus ad noſtram præſentiam venire compellantur.

XIX.

Ibid. tit. 37. c. 6. Statuimus ut ſi femina, quæ veſtem habet mutatam, mœcha deprehenſa fuerit, non tradatur genicio, ſicut uſque modò, ne fortè quæ priùs cum uno, poſtmodum cum pluribus locum habeat mœchandi, ſed ejus poſſeſſio fiſco redigatur, & ipſa epiſcopali ſubjaceat judicio.

XX.

Ibid tit. 43. c. 3. Vt Miſſi noſtri, ubicunque malos Scabinos invenerint, eiciant, & cum totius populi conſenſu in eorum loco bonos eligant; & cùm electi fuerint, jurare faciant ut ſcientes injuſtè judicare non debeant.

XXI.

Ibid. c. 4. Vt in omni comitatu hi qui veraces & meliores inveniri poſſunt eligantur à Miſſis noſtris ad inquiſitiones faciendas & rei veritatem dicendam, & adjutores Comitum ſint ad juſtitias faciendas.

XXII.

Ibid. c. 5. Volumus ut quicunque de Scabinis deprehenſus fuerit quòd propter munera aut amicitiam vel inimicitiam injuſtè judicaſſet, ut per fidejuſſorem miſſus ad noſtram præſentiam venire compellatur. Et ceteris omnibus Scabinis denuntietur ne quis deinceps etiam juſtum judicium vendere præſumat.

XXIII.

Ibid. tit. 44. c. 4. De liberis hominibus qui ſuper alterius terram reſident, & uſque nunc à miniſtris reipublicæ contra legem ad placita trahebantur, & ideo pignorabantur, conſtituimus ut ſecundùm legem patroni eorum eos ad placitum adducant. Et ſi quis eos contra hanc noſtram auctoritatem & contra eorum legem pignorare aut diſtringere præſumpſerit, patronis eorum omnia cum lege emendet, & inſuper pro præſumptione bannum noſtrum componat.

XXIV.

XXIV.

Ibid.tit.45. c. 2. Vt omnes Episcopi, Abbates, & Comites, excepta infirmitate vel nostra jussione, nullam habeant excusationem quin ad placita Missorum nostrorum veniant, aut talem vicarium mittant qui in omnibus causis pro illis rationem reddere possit.

XXV.

Ibid. tit. 47. c. 8. Singulis Episcopis, Abbatibus, Abbatissis duos concedimus advocatos habere, unum qui causam procuret, alium qui sacramentum deducat; eósque, quandiu advocationem tenuerint, ab hoste relaxamus.

XXVI.

Ibid. c. 9. Vt Episcopi universíque sacerdotes habeant advocatos; quia Episcopi universíque sacerdotes ad solam laudem Dei & bonorum operum actionem constituuntur. Debet ergo unusquisque eorum tam ecclesiasticis quàm etiam propriis actionibus suis, excepto publico videlicet crimine, habere advocatum, non mala fama suspicatum, sed bonæ opinionis & laudabilis artis inventum; ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

XXVII.

Ibid.tit.48. c. 3. De viduis & pupillis & orphanis & cœcis & claudis tuitionem atque adminiculum habere præcipimus juxta nostram possibilitatem vel vires, sicut in præcepto Domni Regis continetur.

XXVIII.

Ibid.tit.51. c. 13. Vt in testimonium non recipiantur de his capitulis, id est, de hereditate, aut de libertate, aut de proprietate, id est, mancipiis, & terris, sive de homicidiis, & de incendio, illi qui non habent, si convicti fuerint falsum dixisse testimonium, unde secundùm legem compositionem plenam facere possint.

XXIX.

Ibid. c. 14. Quicunque comprobatus fuerit quòd se sciente testes in perjurium produxisset, ad palatium nostrum sub fidejussoribus venire compellatur; & ibi cum fidelibus nostris consideremus quid de tali homine faciendum sit.

XXX.

Ibid. c. 17. Quamquam sacerdotis testimonium credibile habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro testimonio aut conficiendis instrumentis non rogentur; quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si autem eveniente causa aliquid audierint aut viderint, ubi nullæ idoneæ seculares personæ inveniantur, ne veritas occultetur, &

malum in bonum æstimetur, in providentia Episcopi proprij sit, ita ut coram se aut competentibus judicibus aut aliter veritatem honorificè tollant.

XXXI.

De judicibus, ut inquirantur si nobiles & sapientes & Deum timentes constituti sunt. Et jurent ut juxta eorum intelligentiam rectum judicent, & pro muneribus vel humana gratia justitiam non pervertant nec differant, & quod judicaverint, sua subscriptione confirmare non dissimulent. Vbi autem tales non sunt, à Missis nostris constituantur, & inde sacramentum facere cogantur. Quòd si viles personæ & minùs idoneæ ad hoc constitutæ sunt, eiciantur. Similiter & Notarij legibus eruditi & bonæ opinionis constituantur, & jusjurandum præbeant ut nullatenus falsitatem vel colludium scribant. Et qui hoc fecisse præterito tempore inventus fuerit, præsentialiter damnetur, & perdat manum. Ibid. c. 24.

XXXII.

De pontibus verò vel reliquis his similibus operibus quæ per antiquam consuetudinem ecclesiastici homines & per justitiam cum reliquo populo facere debent, hoc præcipimus, ut Ecclesiæ rectores eos interpellent, & eis, secundùm quod possibile fuerit, portio deputetur, & per alium exactorem ecclesiastici homines ad opera non compellantur. Si verò opus suum constituto die adimpletum non habuerint, liceat Comiti pro pœna postpositi operis eos pignorare, juxta æstimationem vel qualitatem imperfecti operis, quousque perficiatur. Comes autem si neglexerit, à Rege vel à Misso Regis est judicandus. Ibid. c. 42.

XXXIII.

De his qui sine consensu Episcopi Presbyteros in Ecclesiis suis constituunt, vel de Ecclesiis suis eiciunt, & ab Episcopo vel à quolibet Misso dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum nostrum vvadiare cogantur, & per fidejussorem ad palatium venire jubeantur, & tunc nos decernamus utrum nobis placeat ut aut illud bannum persolvant, aut aliam aristadam sustineant. Ibid. c. 43.

XXXIV.

De Ecclesiis quæ inter coheredes divisæ sunt considerandum est quatenus si secundùm nostram providentiam & admonitionem Episcopi ipsi coheredes eas tenere voluerint, & honorare faciant. Si autem hoc contradixerint, in Episcopi potestate ma- Ibid. c. 44

neat utrum eas ita consistere permittat, aut reliquias exinde auferat. Et ubi ad nostrum beneficium Ecclesiæ pertinentes ita divisæ fuerint, ut describantur, & nobis nuntietur.

XXXV.

Ibid. c. 45. De Ecclesiis destructis, ut Episcopi nostríque Missi inquisitionem faciant utrum per neglegentiam aut per impossibilitatem destructæ sint. Et ubi per neglegentiam inventæ fuerint, Episcopi auctoritate emendare cogantur qui eas debuerunt restaurare. Si verò per impossibilitatem contigerit, ita ut plures sint quàm necesse sit, aut majoris magnitudinis quàm ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, Episcopus modum inveniat qualiter emendari congruè & consistere possint.

XXXVI.

Ibid. c. 47. Statutum est ut si quis liber homo per consensum Episcopi Ecclesiam in sua construxerit proprietate, fontésque ab Episcopo in ea fuerint consecrati, ideo non perdat suam proprietatem; sed si Episcopus voluerit, officium sacri baptismatis in suam Ecclesiam transferat; ipsa vero Ecclesia, à qua transfertur, in constructoris maneat jure.

XXXVII.

Ibid. tit. 3. c. 6. De decimis, ut dentur, & dare nolentibus, secundùm quod anno præterito denuntiatum est, à ministris reipublicæ exigantur. Et eligantur quatuor sive novem homines optimi, vel prout opus fuerit, de singulis plebibus, juxta qualitatem uniuscujusque plebis, ut ipsi inter sacerdotem & plebem testes existant ubi datæ vel non datæ fuerint. Hoc autem ideo tantos testes mittendos esse diximus, ne ibi juramentum aliquod faciendi necessitas incumbat. Non tamen ideo tantos testes mittendos esse dicimus ut ipsos semper omnes in dandis decimis præsentes esse pariter necesse sit; sed ut dum pluribus committitur, minùs graventur. Duos autem testes, si adfuerint, sufficere credimus. Negligentes autem à Presbyteris Ecclesiarum admoneantur usque ad tertiam vicem ut ipsi decimam dent. Quòd si contempserint, ab introitu Ecclesiæ prohibeantur. Et si hoc minimè emendaverint, à ministris reipublicæ districti singuli per caput sex solidos Ecclesiis componant, & insuper decimam dare cogantur. Nam si iterum contemptores extiterint, tunc per publicam auctoritatem domus vel casæ eorum vvifentur, quousque pro ipsa decima, sicut suprà dictum est, satisfaciant. Quòd si denuo rebelles vel contradictores esse voluerint, & super ipsam vvifam intrare præsumpserint, tunc à ministris Regis in custodiam mittantur usque dum ad judicium publicum perducantur; & ibi secundùm legem vel ad Comitem vel ad partem reipublicæ componant; reliquam verò decimam, ut suprà dictum est, & sex solidos ad Ecclesiam satisfaciant.

XXXVIII.

Ibid. c. 7. Quicunque decimam abstrahit de Ecclesia ad quam per justitiam dari debet, & eam præsumptivè vel propter munera aut amicitiam aut quamlibet aliam occasionem ad alteram Ecclesiam dederit, per Comitem vel per Missum nostrum distringatur ut ejusdem decimæ quantitatem cum sua lege restituat.

XXXIX.

Ibid. c. 8. De decimis quas populus dare non vult nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab Episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor inventus fuerit, ut nec Episcopum vel Comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad nostram præsentiam venire compellatur. Ceteri verò distringantur ut inviti Ecclesiæ restituant quæ voluntariè dare neglexerint.

XL.

Ibid. c. 9. Vt terminum habeat unaquæque Ecclesia de quibus villis decimam accipiat.

XLI.

Ibid. c. 10. Dictum est nobis quòd in quibusdam locis Episcopi & Comites ab incestuosis & ab his qui decimas non dant vvadias accipiant, & pro Presbyterorum quorundam negligentiis, & inter se pecunias dividant. quod penitùs abolendum esse decernimus, ne fortè avaritiæ locus detur. Et constituimus ut incestuosi juxta canonicam sententiam pœnitentia multentur. Qui verò decimam post tertiam admonitionem & prædicationem sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento verò eos constringi nolumus, propter periculum perjurij.

XLII.

Ibid. c. 3. Vbicunque commutationes tam tempore nostro quàm genitoris nostri inlegitimæ atque inrationabiles & inutiles in Ecclesiis Dei factæ sunt, dissolvantur, & recipiat unusquisque quod dedit. Vbi verò mortua manus interiacet, aut alia quælibet causa quæ rationabilis esse videatur, inventa fuerit, diligenter perscribatur, & ad nostram notitiam perferatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XLIII.

Ibid. c. 4. Si quis Episcopus, aut propinquitatis affectu, aut muneris ambitione, aut causa amicitiæ, xenodochia aut monasteria vel baptismales Ecclesias suæ Ecclesiæ pertinentes cuilibet per emphiteoseos contractum dederit, se suósque successores pœna multandos conscripserit, potestatem talia mutandi rectoribus Ecclesiarum absque pœnæ conscriptæ solutione concedimus.

XLIV.

Ibid. tit. 38. Auditu comperimus in finibus Tusciæ talia scripta esse prolata quæ sunt absque mense & die mensis; de quibus volumus ut si deinceps prolata fuerint, nullum habeant vigorem.

XLV.

Ibid. tit. 39. Comperimus quòd ab his qui secundùm mundanam legem viduarum & orphanorum tutelam sibi vindicant, non solùm negliguntur, sed etiam aliquotiens opprimuntur. quibus ecclesiastica sollicitudine succurrendum esse censemus. Et si hujusmodi oppressionem ab episcopali admonitione corrigere voluerint, gratulandum his est. Sin autem in obstinationis impietate duraverint, suggerendum est Imperatori clementissimo quatinus ipse efficacem tutorem tribuat; ut & illi remuneratio reddatur à Deo, & de inutili silentio sacerdotalis ordo non damnetur.

XLVI.

Diaconorum, Episcoporum, Presbyterorum filios Notarios, Sculdasios, Comites, judices fieri omnibus modis prohibemus. Ibid. tit. 40.

TITVLVS VI.

EDICTVM

DE RESTITVTIONE EBBONIS ARCHIEPISCOPI REMENSIS,

Datum anno Christi DCCCXL. post mortem Ludovici Pij Imperatoris.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator augustus. Quia confessio delictorum non minùs in adversis necessaria est quàm in prosperis, & cor contritum & humiliatum Deus non despicit, gaudium etiam esse angelorum in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente non dubitamus, nos mortales in terris eos nequaquam despicimus pro quibus gaudere angelos in cœlo divino testimonio non ignoramus. Accusantes & reprehendentes in excessibus semetipsos divina nos benignitas non condemnare sed recreare docuit; qui meretricem non solùm à legali damnatione eripuit, verùm etiam publicanum humiliatum & accusantem se non condemnavit, sed magis justificando exaltavit; qui non dixit, *Omnis qui se humiliat condemnabitur*, sed *exaltabitur*. Potestatem ergo quam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus Ecclesiæ tuæ filiis, sedem ac diocesim Remensis urbis tibi, Ebbo, restituimus; ut pristino sanctæ largitatis apostolicæ pallio indutus, concordiam atque gratiam divini officij nobiscum, humili satisfactione expleta, solemni nostra à largitate recipiendo exerceas.

Drogo Episcopus assensi.
Otgarius Archiepiscopus.
Hecti Archiepiscopus.
Amalvuinus Archiepiscopus.
Audax Archiepiscopus.
Ioseph Episcopus.
Adalulfus Episcopus.
David Episcopus.
Rodingus Episcopus.
Giselbertus Episcopus.
Flotarius Episcopus.

Badaradus Episcopus.
Hagano Episcopus.
Hartgarius Episcopus.
Ado Episcopus.
Samuel Episcopus.
Rambertus Episcopus.
Haiminus Episcopus.
Ratoldus Presbyter vocatus Episcopus.
Amalricus vocatus Episcopus.

Cum ceteris plurimis Presbyteris ac Diaconis publicè assistentibus.

Actum in Engilenheim palatio publico in mense Iunio VIII. Kalendas Iulij, regnante & imperante Domno Hlothario Cæsare anno reversionis ejus primo, successor patris factus in Francia, Indictione tertia.

CAPITVLARIA HLVDOVVICI II. IMPERATORIS.

TITVLVS PRIMVS, SIVE CAPITVLA DATA ANNO CHRISTI DCCCL. IN CONVENTV TICINENSI.

Capitula de rebus ſecularibus quæ ſtatuit piiſſimus Imperator Hludouvicus, quæ glorioſi quoque genitoris ejus Hlotharij ſereniſſimi Auguſti auctoritate firmata ſunt.

CAP. I.

PErventum eſt ad nos quòd eos qui Romam orationis cauſa pergunt, vel qui negotiandi cauſa per regnum noſtrum diſcurrunt, collecti latrones diripiant, eóſque aliquoties vulnerent vel occidant, & eorum bona diripiant. Ideo volumus ut Comites noſtri, eorum Sculdaſij adjunctis, ſecum vaſſallis Epiſcoporum, ſi neceſſitas fuerit, ubicunque tales fuerint, ſtudioſiſſimè perquirant, ut eos capiant atque diſtringant. Et ſi hujus criminis reos invenerint, pœnas in legibus poſitas erga eos abſque ulla negligentia exequantur, ut ab his malefactoribus regnum noſtrum purgetur, & qui in noſtra fiducia huc veniunt, ſive orationis ſive negotiandi gratia, ſalvi eſſe poſſint. Sciat autem unuſquiſque fidelium noſtrorum quia quiſque Comes & quilibet publicus miniſter hujuſmodi malefactoribus aut aſſenſum præbuerit, aut eos qui perſequi neglexerit, noſtræ indignationis motum ſentiet, & proprio honore privabitur.

II.

Sed & hoc comperimus quia ex diverſis locis hujuſmodi noxij homines inter ſe conſpirent, & diverſos comitatus circumeuntes, prædas & rapinas per villas ſeu per vias vel per ſilvas faciant, & innocentes homines deprædentur & ſpolient. Et hi quoque ſimiliter volumus ut diligenti ſtudio perquiſiti capiantur & diſtringantur. Et ſi obnoxij hujus ſceleris inventi fuerint, legalibus pœnis abſque ulla dilatione ſubiciantur, ut hujuſmodi inquietudo & injuſta direptio à populo noſtro auferatur, & liceat omnibus ſub noſtra ditione degentibus cum ſalvatione ac pace vivere, ut ordo reipublicæ ſecundùm juſtam adminiſtrationem prorsùs ſalvus & quietus permaneat.

III.

Audivimus quoque quòd quidam domos & poſſeſſiones habentes, concilient ſibi atque conſocient latrones aliunde venientes, eóſque occultè foveant & ſolatientur ad tale facinus perpetrandum, ut quicquid ipſi ex pernicioſo opere adquiſierint, cum eis partiantur. quod genus malefactorum peſſimum judicamus; quia non ſolùm ipſi mala peragunt, ſed etiam aliorum opere & officio ad ſcelera utuntur. Vbicunque igitur in tali ſuſpicione quilibet venerit, & rumor in populo diſperſus

fuerit quòd hæc facinora exerceat, si adhuc prolatum est, cum duodecim se purget. Si autem in aliquo manifestatus aut deprehensus est, statim capiatur & distringatur, & damnationem legibus præfixam sustineat. Vbicunque verò sive manentes sive vagantes latrones comprehendere publici muneris administrator voluerit, & ille se defensare conatus fuerit, si inter hæc fortè eundem latronem occidi contigerit, nulla is qui eum occidit damnatione multetur, neque ullas inimicitias à parentibus aut ullam persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat. Quòd si aliquis ejus senior aut propinquus propter hoc vindictam facere conatus fuerit, & judex publicus eum compescere non potuerit, per fidejussores idoneos talis persona ad nostram deducatur præsentiam, ut complices & fautores sceleratorum nostra animadversione plectantur. Vbicunque autem fama est tales habitare, inquisitio per sacramentum per omnem populum circa manentem fiat; & cujuscunque gentis aut conditionis fuerit, per quos hoc inquiri meliùs potuerit, jusjurandum dare, cùm à Comite conventus fuerit, recusandi non habeat potestatem.

IV.

Sed & hoc pervenit ad notitiam nostram, quòd quando potentes & honorati, sive ecclesiastici, sive seculares, ad nos veniunt, à populo, in quorum domibus mansiones accipiunt, suis usibus suorúmque equorum necessaria per vim tollant, & hac occasine populus noster affligatur. Idcirco præcipimus ut nullus fidelis noster, quicunque ad nostram præsentiam properat, nihil in veniendo aut revertendo ab aliquo violenter tollat, sed suis hominibus & equis, nisi fortè ab amicis stipendia acceperit, ab hospitibus suis pretio justo comparet. Nam quicunque hujus mali famam habuerit, cùm ad nos venerit, veracem hominem volumus ut det qui pro suis omnibus jùret nihil eos in itinere tulisse. Et si fortè in aliquo se fuósque obnoxios recognoscit, donet idoneum hominem qui juret, aut cuncta restituat his à quibus abstulisse visus est.

V.

Hoc etiam multorum querelis ad nos delatum, quòd potentes & honorati viri locis quibus conversantur minorem populum depopulentur & opprimant, eorum prata depascant, mansionem etiam contra voluntatem privatorum hominem sive pauperum domibus suis ..... *Cetera desunt.*

TITVLVS II.

SIVE

CAPITVLA EDITA ANNO DCCCLIV.

IN PALATIO TICINENSI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, incarnationis Domini nostri Iesu Christi anno DCCCLIV. anni imperij Domini Hludovici Imperatoris augusti VI. Indictione IV. dum conventum fidelium nostrorum palatio nostro Ticinæ civitatis convocaretur, & simul eorum & nostrorum nobilium consultu non solùm ecclesiasticam utilitatem & populi salvationem, sed etiam totius regni statum perquirere studeremus, inter reliqua populus noster nobis quasdam petitiones obtulit, quas nos Dei amore & eorum fidelitate ducti libenter suscepimus, atque ideo subter annotata capitula ad eorum utilitatem subscribi fecimus, quas in futuro pro lege tenenda firmamus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cap. I.

Lib. 2. leg. Longob. tit. 6. c. 2.

De feminis quas defunctis viris lex Longobardorum prohibet ante anni spatium vestem religionis mutare, velúmque susçipere, petierunt ut nostra licentia eis mox dum divina pietas inspiraverit, eas indemnes licere susçipere. Nos autem ejus considerantes quia præterito tempore pro ipsa dilatione multæ etiam raptæ intra eundem spatium ad aliam partem distractæ fuerunt, ideo & earum petitionem, quam justam censuimus, susçipimus, & eis ita fieri concedimus.

II.

Nostræ majestati reclamaverunt patres nostri vel nostri super eas superfluas factas inquisitiones. Ideo eis concedimus ab hinc in futurum nullas alias super eos fieri inquisitiones nisi unde Karoli proavi & avi nostri tempore factæ fuerunt.

III.

Lib. 2. leg. Longob. tit. 44. c. 4.

Deliberis hominibus qui super alterius res resident, & usque nunc à ministris reipublicæ contra legem ad placita protrahebantur, & ideo pignorabantur, constitutum est ut secundùm legem patroni eorum eos ad placitum adducant. Et si quis eos contra hanc nostram auctoritatem & eorum legem pignorare aut distringere præsumpserit, patrono ejus omnia cum lege emendet, & insuper pro præsumptione bannum nostrum componat.

IV.

De homicidio, unde lex pro simplicitate probationem trium testium quærit, & testes habere non potuerit, concedimus ut cum duodecim juratoribus juret, ab eadem simplicitate absolutus proprium non amittat.

V.

De chartis quæ à quibusdam personis falsæ appellantur constituimus ut si Notarius superfuerit & testes qui eam veram & idoneam faciant; & si testes mortui fuerint, & Notarius superfuerit, cum duodecim juratoribus veram & idoneam eam faciat. Concessas denique petitiones vestras consideravimus etiam ea quæ ad nos inpridem pervenerunt, ad referandas malorum insidiationes iisdem adjungere capitulis.

TITVLVS III.

SIVE

CAPITVLARE INTERROGATIONIS AD EPISCOPOS.

Datum, ut videtur, anno Christi DCCCLV.

Capitula quæ gloriosus Imperator Hludouvicus suis Episcopis de statu sui regni considerare præcepit.

De conversatione Episcoporum, Presbyterorum, & ceterorum Clericorum, de doctrina & prædicatione in populo, de conscriptione librorum, de restauratione Ecclesiarum, de ordinatione plebium & xenodochiorum, de monasteriis virorum seu feminarum quæ secundùm regulam sancti Benedicti, vel ea quæ secundùm canonicam auctoritatem dispositæ esse debent, quicquid in præfatis ordinibus extra ordinem est, aut per negligentiam præpositorum, aut per desidiam subditorum, vehementer cupio scire, & secundùm Dei voluntatem vestrúmque sanctum consilium sic emendare desidero ut in conspectu Dei nec ego reprobus sim, neque vos & populus in commissis iram suæ indignationis incurrat. Quomodo autem istud rationabiliter quæsitum & inventum perficiatur, vobis hoc ad tractandum ac nobis renuntiandum committimus. De minoribus quoque causis, quæ generaliter omnes, specialiter aliquos tangunt, & indigent emendatione, volumus ut posthac illas quæratis, & ad nostram notitiam reducatis; sicut est de Comitibus

& eorum miniſtris, ſi juſtitias negligunt, aut ipſas vendunt, ſi ſunt rapaces, aut Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, aut pauperum oppreſſores, ſi ad prædicationem veniunt, ſi debitum honorem, aut obedientiam ſacerdotibus ſuis impendunt, ſi aliquas novitates aut argumenta, quæ ad detrimentum populi pertinent, agere præſumunt, ſicut eſt in acquirendis proprietatibus, aut irrationabiles preces ad adjutoria facienda, ſive in reliquis cauſis quæ ad peccatum noſtrum pertinere poſſunt ac populi noſtri.

Reſcriptum conſultationis ſeu exhortationis Epiſcoporum ad Domnum Hludowicum Imperatorem.

DOmino glorioſiſſimo Regi Hludouvico pax & vita & victoria miniſtretur à Deo patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto. Nos quidem in Dei nomine Angilbertus Archiepiſcopus & Andreas Patriarcha unà cum Ioſeph Archicapellano, cùm ad hanc ſynodum in urbe regia Ticino congregatam veniſſemus, replicavimus eis piam veſtram exhortationem, quia viva voce ad nos uſi fuiſtis, flagrantes Spiritus ſancti munere, & ultra quàm hujus ætatis teneritudo capere potuiſſe videretur, totius modeſtiæ & gravitatis atque ſapore ſapientiæ conditam protulimus, etiam & coram eis relegi fecimus commonitorium à veſtra nobis magnificentia traditum. Quibus auditis, omnes unanimiter pro veſtra indole omnipotenti Deo digniſſimè gratias egerunt quia populo ſuo tam piiſſimum támque ſanctiſſimum Principem dedit, qui cuncta ordinabiliter diſponere cupit.

Cap. I.

ET quoniam religioſa ſolicitudo veſtra primùm de converſatione Epiſcoporum, Preſbyterorum, & ceterorum Clericorum quærere ſtuduit, nos quoque, quò regulariter meliùs fieri potuit, eundem ordinem ſervamus. Epiſcopum quidem ita converſari debere pronuntiamus ut ejus vita rectè vivendi ſit norma. Preſbyteros verò & Clericos ita vivere oportet ut ſubditæ plebi exemplo ſuæ converſationis proficiant. Et quidam coëpiſcoporum noſtrorum, qui bonæ converſationis ſibi conſcij ſunt, palam fateri recuſabant, ne ſui ipſorum laudatores viderentur. Qui verò negligentiam ſuam recognoſcunt, more humani ingenij ſe ipſos accuſare verebantur. Iuxta commonitionem tamen veſtram diligentiùs perſcrutantes, quoſdam quales deſideratis, qualéſque populi Dei paſtores & rectores eſſe decet, invenimus. Quorundam verò negligentiam vel erga Clericorum ſuorum cuſtodiam vel erga plebium ſolicitudinem reperimus; quibus ut aliquantulum emendandi ſpatium tribuatis, humiliter petimus. Qui ſi citò delicta non correxerint, ſeveriori ſententiæ ſubjacebunt.

II.

Ceterùm ſi quilibet laicorum vel Clericorum contra Epiſcopum vel alicujus ordinis Clericum aliquid queritur, noverint nos paratos & legitimam præbere audientiam, & ſi quid perperam geſſiſſe probati fuerint, debita animadverſione puniri.

III.

Doctrina verò & prædicatio in populum, partim Epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum, partim verò populi negligentia, non ſicut neceſſarium eſt procuratur. Et ſacerdotum quidem injuria nullatenus eſt excuſanda. Quidam verò laici, & maximè potentes ac nobiles, quos ſtudioſiùs ad prædicationem venire oportebat, juxta domos ſuas baſilicas habent; in quibus divinum audientes officium, ad majores Eccleſias rariùs venire conſueverunt. Et dum ſoli afflicti & pauperes veniunt, quid aliud quàm ut mala patienter ferant illis prædicandum eſt? Si autem divites, qui pauperibus injuriam facere ſoliti ſunt, venire non renuerint, admoneri utique poſſent ut eleemoſynis peccata ſua redimerent & à fluxu rerum temporalium ſe abſtinerent. Admonendi ſunt igitur potentes ut ad majores Eccleſias, ubi prædicationem audire poſſint,

possint, conveniant, & quantum dono omnipotentis Dei divitiis & honoribus ceteros antecedunt, tanto ad audiendum præcepta conditoris sui alacriùs festinent.

IV.

Quidam autem Comites & Vassi dominici Presbyteros & Clericos nostros ceteros, quod nec Episcopis facere licet, absque nostra licentia recipiunt. Insuper etiam ubicunque ordinatos, & quosdam de quibus dubium est utrum consecrati sunt, in parrochiis nostris absque nostra examinatione Missas celebrare faciunt. Quod ne ulteriùs fiat, omnimodis est inhibendum. Quare in ordinandis * plebium rationibus civium instituta serventur, & pestiferæ ambitionis vitium radicitus extirpetur, & neque ob quorundam propinquitatem, neque pro alicujus familiaritatis gratia, neque, quod maximè detestandum, propter pecuniarum acceptionem, indignus quilibet ordinetur. Et primùm quidem ipsius loci Presbyteri vel ceteri Clerici idoneum sibi rectorem eligant. Deinde populi qui ad eandem plebem aspicit sequatur assensus. Si autem in ipsa plebe talis inveniri non potuerit qui illud opus competenter peragere possit, tunc Episcopus de suis, quem idoneum judicaverit, inibi constituat.

* Presbyteris canonum inst.

V.

Sanè removenda quorundam laicorum procacitas, qui hoc solo obtentu quòd ad electionis consortium admittuntur, Archipresbyteris suis dominari præsumunt, & quos tanquam patres venerari debuerant, velut subditos contemnunt. Hi igitur intra proprij juris terminos sunt redigendi. Et si extraordinariam dominationem in Ecclesiis exercere præsumpserint, regia sunt disciplina coërcendi. Ipsi verò qui ad gubernandas plebes legitimè provecti sunt, nullatenus à suis Episcopis repellantur, nisi aut in alicujus criminis reatum inciderint, aut easdem plebes malè tractaverint.

VI.

Tollenda est enim prava omnino consuetudo quæ in quibusdam locis oriri cœpit; quia nonnulli Archipresbyteri, vel aliorum titulorum custodes, fruges vel alios Ecclesiarum reditus ad proprias domos abducunt. Quidam verò aliorum possessiones conducunt, ut in eis quæ ab Ecclesiis suis malè subtraxerunt recondant. Nonnulli autem laicorum in tantum eorum nequitiæ se complices faciunt ut quæ hujusmodi transgressores ab Ecclesia subripuerunt, ipsi in suis domibus abscondant. Tales ergo primùm à suis Episcopis corripiantur. Quòd si se citiùs corrigere noluerint, tanquam qui ecclesiasticas res sacrilega temeritate tractaverunt, synodali sententia feriantur. Laicos verò qui post hanc denuntiationem socios se hujus expilationis præbuerint, tanquam furti reos, judiciaria coarctabit auctoritas.

VII.

De restauratione Ecclesiarum illud capitulum sufficit quod genitor vester in Capitulare suo constituit. Sed ut servetur, vestra indiget admonitione.

VIII.

Similiter & de xenodochiis, sicut in eodem Capitulari continetur, observandum est.

IX.

De monasteriis autem virorum seu feminarum, quæ secundùm regulam sancti Benedicti vel secundùm canonicam auctoritatem dispositæ esse debent, quia inspiratio omnipotentis Dei, ut credimus, cor vestri moderaminis incitavit, ipsi gratias referimus. Nam quòd jam maxima ex parte ordinem suum amiserint, omnibus est manifestum. Quæ ut ad pristinum statum reducantur, in Domini ac genitoris vestri ac vestra gloriosa dispositione consistit.

X.

Ea quidem monasteria quæ adhuc statum suum retinent, unumquemque Episcoporum in cujus parrochia constituta sunt providere oportet utrum ordinem suum teneant. Quòd si aliter invenerit, unà cum rectore monasterij corrigere debebit. Quòd si rectoris monasterij principaliter culpa fuerit, & se suósque subditos ad Episcopi sui admonitionem corrigere dissimulaverit, synodica debet auctoritate percelli.

XI.

Quidam autem Episcopi & rectores monasteriorum res Ecclesiarum suarum subtractas & aliis personis largitas esse queruntur, & ideo ecclesiasticas utilitates nequaquam se implere posse dicunt: quæ ut restituantur, vestram regiam majestatem imploramus. Quia si hi qui eas pro animarum suarum remedio Ecclesiis contulerunt, præmium merentur, sine dubio damnatione digni sunt qui eas subtrahere moliuntur.

XII.

In ſacris canonibus præfixum eſt ut decimæ juxta Epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur. Quidam autem laici, qui vel in propriis vel in beneficiis ſuas habent baſilicas, contempta Epiſcopi diſpoſitione, non ad Eccleſias, ubi baptiſmum & prædicationem, manus impoſitionem, & alia Chriſti ſacramenta percipiunt, decimas ſuas dant, ſed vel propriis baſilicis vel ſuis Clericis pro ſuo libitu tribuunt. Quod omnimodis divinæ legi & ſacris canonibus conſtat eſſe contrarium. Vnde veſtram poteſtatem, ut eos corrigatis, expetimus.

XIII.

Sacra docet auctoritas ut publicè peccantes publicæ pœnitentiæ ſubiciantur. Inveniuntur autem quidam qui inceſta matrimonia contraxerunt, & vel proximis ſuis vel Deo ſacris mulieribus copulati ſunt. Quidam etiam publicæ poſſunt pœnitentiæ ſubjugari. Petimus ut Comitum veſtrorum auxilio fulciantur.

XIV.

Quoſdam miniſtros Comitum propter frequentia placita pauperiorem populum nimis affligere comperimus. Vnde majeſtatem veſtram obſecramus ut Capitulare avi veſtri de hac re obſervari præcipiatis.

XV.

De Comitibus verò, de quorum vita & actibus à nobis quærere voluit ſublimitas veſtra, quoſdam tales eſſe ſcimus quales Dei miniſtros & veſtræ reipublicæ proviſores eſſe decet. Nonnulli autem ut ſe ſuóſque miniſtros corrigant, veſtra admonitione indigent. Quibus tamen ut aliquantulum emendandi ſpatium tribuatis, expoſcimus. Qui ſi ſe citiùs corrigere noluerint, regia ſunt auctoritate reprimendi.

XVI.

Statuimus etiam ne Epiſcopi, quando pro confirmando populum parrochias circumeunt, Archipreſbyteros ſuos gravent, & hujuſmodi diſpenſa contenti ſint, panes centum, friſingas quatuor, vini ſextaria quinquaginta, pullos ſeptem, ova quinquaginta, agnum unum, porcellum unum, annonam ad caballos modios ſex, fœnum corr. tres; mel, oleum, cera, quod ſufficit.

XVII.

Petimus etiam ut emunitates progenitorum veſtrorum ita conſervari præcipiatis ſicut á glorioſo genitore veſtro in ſuo Capitulare conſtitutum eſt.

XVIII.

Per ſingulas parrochias eas feſtivitates populus obſervare ſtudeat quas proprius Epiſcopus venerari prædicaverit; ita ut neque illas negligant quas ſacerdotes monuerint, neque inani ſuperſtitione eas celebrare præſumant quæ nequaquam ſunt obſervandæ.

XIX.

Si verò aliqui inventi fuerint qui ſacerdotibus obtemperare noluerint, per miniſtros reipublicæ diſtringantur, & ſatisfactionem pœnitentiæ, quam Preſbyteri impoſuerint, ſubire cogantur.

CAPITVLA VII.

EDITA POST RESPONSIONEM EPISCOPORVM.

IN nomine Dei omnipotentis. Anno incarnationis dominicæ DCCCLV. Indictione III. menſe Februario, die menſis ejuſdem quarto, cùm Dominus magnificentiſſimus Hludouvicus Auguſtus apud Ticinenſem civitatem in auguſtali aula reſideret, tractaturus de ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ & pace divina diſpoſitione commiſſi ſibi imperij ac generali totius populi ſalute, præſentibus optimatibus ſuis, dixit: Crebrò veſtram fidelitatem retroactis temporibus commonuimus ut ſecundùm normam Chriſtianæ religionis vivere unuſquiſque noſtrorum fidelium ſatageret, & ſuos à rapina compeſceret. Attamen quia hactenus indiligenter eſt actum, amodo omni conamine omnes ſtudere volumus quò penitùs à noſtro regno rapina eliminetur, & pauperum voces uſque nunc domini Sabaoth aures pulſantes querimoniis incipiant ſuo creatori laudes rependere pro ubique pace & quiete conceſſa nobis agentibus.

Cap. I.

STatuimus autem ut Ecclesiæ Dei per totius regni nostri fundatæ terminos sub nostræ emunitatis tuitione securæ cum rebus & familiis permaneant ceu prædecessorum nostrorum piissimorum videlicet Augustorum temporibus fuisse probantur, earumque rectores propriis utantur privilegiis, & monachi per sua cœnobia regularem teneant ordinem. Similiter & clerus omnis proprio fungatur ministerio, nemine molestante nostri terroris formidine.

II.

Sancimus nihilominus ut singuli Comites & actores reipublicæ in suis ministeriis legalem procurent populo facere justitiam, pupillos & viduas protegant, per loca solita restaurent palatia quibus, cùm iter dictaxerit, nos legatósque nostros valeant recipere, ne gravetur Ecclesia. Quando etiam Episcopos, Abbates, vel Comites, seu fidelium nostrorum quempiam in propria villa morari contigerit, cum suis in suis maneant domibus, nec sub obtentu hospitij vicinos opprimant, vel eorum bona diripiant.

III.

Denique quia Christi custodiente clementia neminem injustè privavimus, sed neque privari absque legali sanctione aliquem nostrorum fidelium volumus beneficio, jubemus ne quis suum depravet ullo modo, sed instauret securiter; ne qui dirigendi sunt à nobis undique, si depravata repererint, legaliter emendare compellantur, & eos deinceps perfrui prohibeant.

IV.

Porrò cùm ad nostrum quislibet nostrorum fidelium properat obsequium, tam eundo quàm redeundo gradiatur pacificè, & ni generalis utilitas cum scaritis veniat in statutis, juxta maneat. Episcopus & Comes, per quorum transeunt terminum, diligenter provideant ne molestentur incolæ, aut eorum domus per vim patiantur invadere, vel propria diripere absque pretio. Sed neque indignè per solita loca tectum, focum, aquam & paleam hospitibus denegare aut aquam cariùs quam vicinis audeant vendere.

V.

Igitur quia hactenus in regno nostro frenatè vixisse nulli est ambiguum, sancimus unumquemque suorum hominum solicitudinem gerere, ne solitam rapinam patrare præsumant. Qua pro re si quis arctatus suum seniorem dimiserit, penitùs interdicimus ne recipiatur ab altero; quatenus nisi corrigi voluerit, à nostri regni penitùs excludatur finibus.

VI.

Hæc olim sœpe inculcata, & augustali nostra sanctione promulgata, quia ex parte in aliquibus videntur neglecta hactenus, acriori ulciſci debuerant examine. Attamen nostra mansuetudine ut corrigantur quantulumcunque largimur spatium, quò quique neglecta emendare valeant, destinaturi post modicum legatos strenuos emendata inquirere. Qui verò negligens repertus fuerit, propriis honoribus nostro privabitur judicio.

TITVLVS IV.

Constitutio promotionis exercitus observationis partibus Beneventi, sub Indictione quinta decima.

Cap. I.

QVicunque de mobilibus vvidrigid suum habere potest, pergat in hoste. Qui verò medium vvidrigid habet, duo juncti in unum qualitatem instruant ut bene ire possint. Pauperes verò personæ ad custodiam maritimam vel patriæ pergant; ita videlicet ut qui plusquam decem solidos habet de mobilibus, ad eandem custodiam vadant. Qui verò non plus quàm decem solidos habet de mobilibus, nil ei requiratur. Si pater quoque unum filium habuerit, & ipse filius utilior patre est, instructus à patre pergat. Nam si pater utilior est, ipse pergat. Qui vero duos filios habuerit, quicunque ex eis utilior fuerit, ipse pergat. Alius autem cum patre remaneat. Quòd si plures filios habuerit, utiliores omnes pergant. Tantùm unus re-

maneat, qui utilior fuerit. De fratribus indiuisis, juxta Capitularem Domini genitoris nostri volumus ut si duo fuerint, ambo pergant. Si tres fuerint, unus qui inutilior apparuerit, remaneat; ceteri pergant. Si quoque plures omnes utiliores apparuerint, pergant; unus inutilior remaneat. De qua conditione volumus ut neque per præceptum, neque per advocationem, aut quamcunque occasionem excusatus sit, aut Comes aut Gastald vel ministri eorum ullum excusatum habeant; præter quod Comes in unoquoque comitatu unum relinquat qui eundem locum custodiat, & duos cum uxore sua. Episcopi ergo nullum laicum relinquant. Quicunque enim contra hanc institutionem remanere præsumpserit, propriis ejus amissis, quod subter ordinatum habemus, præsentialiter ad nostrum opus recipere jussimus, & illum foras ejicere.

II.

Omnibus enim notum esse volumus quia jam à prioribus nostris juxta hanc institutionem tultæ fuerunt, sed prima recuperare meruerunt. Nunc autem certissimè scitote, cujuscunque proprietas tulta fuerit, vix à nobis promerebitur recuperationem.

III.

A fluvio Pado usque Trebia sit Missus Lotselmus. Inter Padum & Ticinum Eriulfus. Inter Ticinum & Adda Erembertus. Inter Adda & Addiza Landebertus. Ab Addiza usque ad Forum Iulij Theobaldus. Petrus & Arthemius Episcopi, junctis secum Missis Episcoporum & Comitum, Pisa, Luca, Pistoris, & Lunis. Theutmondus Florentia, Volterra, & Aristio. Rotselmus Vlusid, & Sena Andreas. In ministerio Witonis, Rimmo & Iohannes Episcopus de Forcona. In ministerio Verengari, Hiselmundus Episcopus. In littore Italico Ermefridus, Macedo, & Vulferius.

IV.

Hi volumus ut populum ejiciant, & custodiam prævideant, & populum in castella residere faciant, etiam & cum pace. Nam si Missus aliquis ausus fuerit prætermittere, qui nominibus remanserint, præsentaliter proprium tollant, & eum foris ejiciant. Et si inventus fuerit ipse Missus, proprium suum perdat. Et si Comes aliquem excusatum, aut bassallum suum, præter quod superiùs diximus, dimiserit, honorem suum perdat. Similiter eorum ministri, si aliquem dimiserint, & proprium & ministerium perdant.

V.

Quòd si Comes aut Bassi nostri aliqua infirmitate remanserint, aut aliquem excusatum retinuerint, aut Abbates vel Abbatissæ si pleniſſimè homines suos non direxerint, ipsi suos honores perdant, & eorum bassalli & proprium & beneficium perdant.

VI.

Si quoque Episcopus absque manifesta infirmitate remanserit, pro tali negligentia ita emendetur ut in ipsa marcha resideat quousque alia vice exercitus illuc pergat, in quantum Dominus largire dignatus fuerit.

VII.

Et ut certissimè sciatis quia hanc expeditionem pleniſſimè explere volumus, constituimus ut Episcopus, Comes, aut Bassus noster, si in infirmitate incerta detentus fuerit, Episcopus quippe per suum Missum, quem meliorem habet, Comes verò & Bassi nostri per se ipsos hoc sub sacramentum affirment quòd pro nulla occasione remansissent nisi quòd pro certissima infirmitate hoc agere non potuissent.

VIII.

Omnes enim volumus ut omnem hostilem apparatum secum deferant, ut cùm nos hoc prospexerimus, & inbreviare fecerimus, non negligentes appareant, sed gratiam quoque nostram habere mereantur.

IX.

Vestimenta autem habeant ad annum unum, victualia verò quousque novum fructum ipsa patria habere poterit. Fragidis enim quicunque eundo & redeundo commotionem fecerit, vitæ incurrat periculum.

X.

Et quia temporis congruentia imminet quadragesimale, in quo studenda sunt præcepta Dei, constituimus ut quicunque Ecclesiam fregerit, adulteria & incendia fecerit, vitæ incurrat periculum. Quicunque caballum, bovem, friscingas, vestes, arma, vel alia mobilia tollere ausus fuerit, triplici lege componat, & liberum armiscara, id est, sella, ad suum dorsum ante nos à suis semotus bis dirigatur, & usque ad nostram indulgentiam sustineatur; servi verò flagellentur & tundantur, & illorum domini, quæ ipsi tulerunt, restituant. Quòd si clamor ad seniores venerit, & ipsi talia non emendaverint, tunc horum se-

niores ipsam compositionem faciant, & eadem armiscara, quàndiu nobis placuerit, sufficere compellantur.

XI.

Et hoc constituimus, ut ex utraque parte justitia servetur, videlicet nostri sicut circa vicini, quæ necessaria sunt, emenda. Vicini autem nullatenus cariùs quàm suis circa vicinis vendere præsumant.

XII.

Qui verò homicidia indiscretè & præsumptiosè fecerit, vitæ incurrant periculum.

XIII.

Iter enim erit nostrum per Ravennam, & immediatè mense Martij in Piscariam, & omnis exercitus Italicus nobiscum. Tuscani autem, cum populo qui de ultra veniunt, per Romam veniant ad Pontem Curvum, inde Capuam, & per Beneventum descendant nobis obviam Luceria VIII. Kalendas Aprilis.

FRAGMENTA CAPITVLARIVM.

De dubia conventione.

Ex cod. Remensi. I. SI quis de conventione ulla aliquem interpellaverit, non per postremas aut adjacentes, sed per primarias rationes, juxta quod in primis res facta se habuit, tractetur. Quòd si testes legitimi adfuerunt conventioni, juxta testimonium eorum maximè, non aliis posteris occasionibus quæ per primam stipulationem quod factum est, oportet definiri.

Si servus Clericus fiat.

Ex cod. II. Si servus sciente & non contradicente domino in clero sortitus sit, ex hoc ipso liber & ingenuus fiat. Si enim ignorante domino consecratio facta fuerit, liceat domino intra annum tantùm conditionem probare & proprium servum recipere. Si autem servus sciente vel ignorante domino, secundùm ea quæ diximus, ex ipso honore clericatus libertatem meritus, postea ecclesiasticum ministerium reliquerit, & ad laicorum vitam transierit, domino suo in servitio tradatur. *Ex Novella constitutione CXXIII. Imp. Justiniani cap. 17.*

Si Ecclesiæ aliquid sui juris defraudatum fuerit.

Ex cod. III. Si Ecclesiæ aliquid sui juris defraudatum fuerit à pravis procuratoribus aut prece aut pretio aut privata gratia præcessorum, successoribus omni tempore liceat inferre calumniam: quia nullo tempore Ecclesia debet suum jus amittere, præter mobilem possessionem, ut est aurum, argentum, vestes, aut pecora, aut domus. Prædia verò, terras, villas, Ecclesias, census, quia inde magni redditus possunt exire in commune bonum, nulla commutatione nullo pacto liceat ad proprietatem alicujus transferre. Quod postquam compertum fuerit, rescindatur.

De non accipiendis qualibuscunque personis in judicio, in accusatione, & testimonio.

IV. Hoc sancimus, ut in palatiis nostris ad accusandum & judicandum & testimonium faciendum non se exhibeant viles personæ & infames, histriones scilicet, nugatores, manzeres, scurræ, concubinarij, neque ex turpium feminarum commixtione progeniti, aut servi, aut criminosi. Frequenter enim homines hujusmodi ex suspicione conversationis pravæ & naturæ, ut inferiores non videantur, quod placet asserere nituntur contra digniores. Ex cod.

De nonis & decimis.

V. Quicunque nonam & decimam admonente Episcopo vel Abbate vel quolibet alio rectore ad primam ejus admonitionem dare contempserit, regia potestate cogente easdem decimas & nonas solvat, & insuper ad partem ejusdem Ecclesiæ legem suam componat. Si secundò admonitus prædictas nonas & decimas reddere neglexerit, cum eisdem nonis & decimis bannum dominicum persolvat. Nam si tertiò admonitus in eisdem nonis & decimis dandis neglegens evenerit, res Ecclesiæ, de quibus easdem nonas & decimas dare debuerat, penitùs amittat. Nonæ verò & decimæ tantùm de annona, legumine, vino, fœno, & nutrimine, & omnis generis animalium dandæ sunt. Et hi qui nonas & decimas dare debent, juxta Ex cod. Divion.

quod rerum ecclesiasticarum habent, ad Ecclesias & claustra rectorum venerabilium locorum adjutorium faciant.

De conjurationibus & conspirationibus. Ex Concilio Chalcedonensi titulo XVIII.

Ex cod. Rivipull. VI. Conjurationis vel conspirationis crimen etiam à veteribus legibus est omnino prohibitum. Multò magis hoc in Ecclesia Dei ne fiat, admonere convenit. Si qui ergo Clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes vel conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis aut Clericis, gradu proprio penitùs abiciantur, & postmodum imperiali sententia modis omnibus feriantur.

De his qui sacramento se obligant ne ad pacem redeant. Ex Concilio.

Ex cod. Concil. Herd. c. 7. Halitgar. lib. 4. c. 51. Regino lib. 2. c. 321. Burchard. lib. 12. c. 17. Ivo par. 12. c. 74. Gratian. 22. q. 4. c. 12. *Qui sacramento.* VII. Qui sacramento se obligaverint ut litigantes cum quolibet ad pacem nullo modo redeant, si Clerici fuerint, deponantur; si laici, pro perjurio uno anno à communione corporis & sanguinis Domini segregentur; reatum verò suum eleemosynis & fletibus quantis potuerint jejuniis absolvant; ad caritatem verò, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter redire festinent. Quod qui contempserit facere, imperiali sententia feriatur.

De immunitate infracta Karolus Augustus.

Ex cod. Rivipull. VIII. Si quis infra claustra Ecclesiarum Dei violenter intraverit, & immunitatem infringere præsumpserit, usque ad satisfactionis emendationem veniat, omnium communione privetur, & à sanctæ Dei Ecclesiæ liminibus arceatur, nec cum fidelibus communicet qui sacrosancto loco divino cultui consecrato vim inferre non metuit. Primùm ergo ab Episcopo parrochiæ excommunicandus est, & ab eo ceteris Episcopis innotescendum, ut nullius communioni jungatur donec emendando satisfaciat. Comes verò pagi ipsius eum per bannum venire faciat, & per legem omnia emendare compellatur; & pro damno quod in immunitate fecit, sexcentos solidos componat. Si autem ipse nec Episcopis nec Comiti acquieverit, à Missis nostris comprehensus in causas nostras legales deducatur; & pro eo quòd Episcopis inobediens fuit, & Comitis nostri & Scabinorum judicio non acquievit, & bannum nostrum transgressus est, per legem judicatus capitali sententia puniatur, & res ipsius in fiscum nostrum redigantur.

De decimis novalium.

Regino lib. 1. c. 44. IX. Novalia rura, quæ juxta cultos agros fiunt, Ecclesiæ antiquæ decimentur. Et si ultra milliaria quatuor vel quinque in saltu quælibet digna persona aliquod novale conlaboraverit, ibidémque cum sui Episcopi consensu Ecclesiam construxerit, post consecrationem Ecclesiæ provideat Presbyterum, ejúsque conductu de eodem elaboratu decimas eidem Ecclesiæ conferat.

Ut omnis controversia, si judicio ecclesiastico expetit agitari, nequaquam ad seculare judicium transeat.

Regino lib. 2. c. 111. X. Statutum est ut quæcunque controversiæ judicio & auctoritate ecclesiastica cœperint agitari, nequaquam ad seculare judicium transeant, ubi iteratò provocent, sed ecclesiasticis sanctionibus terminentur. Nam à judicibus quos communis consensus elegerit ad alios judices non licet provocare, nisi major auctoritas sit, secundùm canonicam normam. Si autem in seculari judicio, id est, in Comitis placito, causa priùs fuerit ventilata, secundùm legem mundanam finiatur. Salvo ecclesiasticæ legis privilegio.

De eo qui bannum Episcopi vel Presbyteri parvipendit.

Ibid. c. 429. XI. Quisquis bannum vel excommunicationem Episcopi vel Presbyteri sui superbiendo parvipenderit, hic talis ab Ecclesia penitùs evellatur. Ait enim Dominus ad Moysen: *Anima quæ superbiendo mandatum Domini transgressa fuerit, peribit de populo suo.* Num. 15. Hinc Dominus in evangelio: *Qui vos spernit, me spernit.* Luc. 10. Et Moyses contumacibus dicit: *Non contra me est murmur vestrum, sed contra Dominum.* Exod. 16. Et Dathan & Abiron vivi absorpti sunt, quia insurrexerunt adversùs eundem Moysen, & ejus mandatum spreverunt. Et ideo tale scelus gravissimè vindicandum est.

Ne mancipia ecclesiastica in seculares servitutem redigantur. Ex Capitulis ad Carisiacum.

Regino lib. 1. c. 370. Burchard. lib. 3. c. 174 Ivo par. 3. c. 235. Gratian. 12. q. 2. c. 55. *Injustum.* XII. Injustum videtur & impium ut mancipia quæ fideles viri seu feminæ pro remedio animæ suæ Deo & sanctis ejus consecrarunt, cujuscunque muneris, pretij, vel commutationis commercio iterum in secularem servitutem redigantur, cùm canonica auctoritas servos fugitivos tantummodo distrahi permittat. Et ideo omnes rectores Ecclesiarum summopere caveant ne unius eleemosyna alterius peccatum fiat. Sicut enim indecens est ut ex libero servus fiat, sic absurdum ut ex eccle-

siastica dignitate servus decidens humanæ obnoxius sit servituti.

De sortilegis & sortiariis.

Regino lib. 2. c. 364. Burchard. lib. 10. c. 2. Ivo par. 11. c. 30.

XIII. Vt Episcopi Episcoporúmque ministri omnibus viribus elaborare studeant ut perniciosam & à diabolo inventam sortilegam & maleficam artem penitùs ex parrochiis suis eradant, & si aliquem virum aut feminam hujuscemodi sceleris sectatorem invenerint, turpiter dehonestatum de parrochiis suis eiciant. Ait enim

Tit. 3. Apostolus: *Hæreticum post unam & secundam admonitionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est.* Subversi sunt & à diabolo capti tenentur qui, derelicto creatore suo, à diabolo suffragia quærunt. Et ideo à tali peste mundari debet sancta Ecclesia. Illud etiam non omittendum, quòd quædam sceleratæ mulieres retro post Satanam conversæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt se & profitentur nocturnis horis cum

Capitula Herardi c. 3. Diana paganorum dea & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, ejúsque jussionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad ejus servitium evocari. Sed utinam hæ solæ in perfidia sua perissent, & non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo à recta fide deviat; & in errorem paganorum revolvitur, cùm aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum esse arbitratur. Quapropter sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo cum omni instantia prædicare debent ut noverint hæc omnimodis falsa esse, & non à divino sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus infidelium inrogari. Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cùm mentem cujuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem & incredulitatem subjugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species atque similitudines, & mentem, quam captivam tenet, in somnis deludens, modò læta, modò tristia, modò cognitas, modò incognitas personas ostendens, per devia quæque deducit; & cùm solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc, non in animo, sed in corpore, evenire opinatur. Quis enim non in somnis & nocturnis visionibus extra se ipsum educitur, & multa videt dormiendo quæ nunquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes sit qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur, cùm Ezechiel Propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore, viderit, & Iohannes Apostolus apocalypsis sacramenta in spiritu, non in corpore, vidit & audivit, sicut ipse dicit: *Statim fui in spiritu.* Et Paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus itaque publicè adnuntiandum est quòd qui talia & his similia credit, fidem perdidit, & qui fidem rectam in Deo non habet, hic non est ejus, sed illius in quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: *Omnia per ipsum facta sunt.* Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut deterius immutari aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est.

Apoc. 4.

Ioan. 1.

Vt in immunitatibus Ecclesiarum mallum vel placitum publicum nemo tenere præsumat.

Ex codice in quo canones Isaac.

XIV. Placuit ut nullus Comes neque aliquis ex judiciaria potestate mallum aut placitum in immunitatibus vel atriis Ecclesiarum tenere aut quemquam de familia earundem Ecclesiarum quacunque occasione aut temeritate injuriare præsumat. Quòd si fecerit, bannum dominicum persolvat, & insuper Deo & Ecclesiæ quam læsit secundùm canonicam institutionem in omnibus satisfaciat. Quod etiam si facere distulerit, tamdiu à cœtu fidelium arceatur donec pœnitentia accepta reatum quem commisit emendet.

De libertis ex familia Ecclesiæ factis. Ex Concilio Toletano cap. LXVII.

Ex eod. cod. Concil. Tolet. IV. c. 67. Regino lib. 1. c. 356. Burchard. lib. 3. c. 189. Ivo par. 3. c. 249. Gratian. 12. q. 2. c. 39. *Et ſi illi*

XV. Si nihil ex proprio conferunt sacerdotes his qui eos faciunt, & si qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, æterni judicis voce in futurum condemnabuntur, quanto magis hi qui auferunt pauperibus quod non dederunt. Quapropter Episcopi qui nihil ex proprio suo Ecclesiæ Christi compensaverunt, hanc divinam sententiam metuant, & liberos ex familia Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim ut qui res suas Ecclesiæ Christi non contulerit, damnum inferat, & jus Ecclesiæ alienare contendat. Tales igitur liberos successor Episcopus absque aliqua oppositione ad jus Ecclesiæ revoca-

bit, quia eos non æquitas, sed improbitas, absolvit.

De eo qui de objectis se expurgare noluerit.

Ivo par. 16. c. 343. Capitula Karoli III. tit. 2. c. 7.

XVI. Probat illa vera esse quæ adversùm se dicta sunt qui ad ea confutanda minimè vult adesse. Vnde in secularibus legibus invenitur scriptum : Injustè victus infra tres menses reparet causam. Quod si facere neglexerit, sententia quæ adversùs eum collata fuerit perseveret. Et ne sit vobis contrarium vel etiam ne miremini quòd de secularibus legibus locutus sum in nostro judicio, quia ecclesiasticæ leges & divinæ eas recipiunt.

Vt quos regia potestas in gratiam receperit, his etiam minores potestates communicent.

Ivo par. 16. c. 344. & ep. 62. 171. Concil. Tolet. XII. c. 3.

XVII. Si quos culpatorum regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit aut mensæ suæ participes effecerit, hos etiam sacerdotum & populorum conventus suscipere in ecclesiastica communione debebit; ut quod principalis pietas recipit, nec à sacerdotibus Dei extraneum habeatur.



MARCVLFI MONACHI FORMVLARVM LIBRI DVO.

IN DEI NOMINE.

INCIPIT PRÆFATIO LIBRI HVIVS.

DOMINO ſancto, meritis beatiſſimo, & apoſtolico ſemper honore ſuſcipiendo, omníque præconio laude celebrando Domno ac reverentiſſimo Papæ Landerico Marculfus ultimus ac viliſſimus omnium monachorum. Vtinam, ſancte pater, juſſionem veſtram tam efficaciter quàm ſpontaneè obtemperare valuiſſem, quia jam ſupra vires meæ poſſibilitatis conatus ſum injunctum à vobis ſubire negotium, cùm fere ſeptuaginta aut ampliùs annos expleam vivendi; & nec jam tremula ad ſcribendum manus eſt apta, nec ad videndum mihi oculi ſufficiunt caligantes, nec ad cogitandum ſufficit hebetudo mentis. Quia juxta dictum cujuſdam prudentiſſimi viri, in pueris creſcit ſenſus, in juvenibus viget, in ſenibus minuitur. Propterea qui eleganter facere non potui ut volui, feci tamen ordinatè ut potui, non ſolùm ea quæ juſſiſtis, verùm etiam multa alia in hac ſcedola, tam præceptiones regales, quàm chartas pagenſes, juxta ſimplicitatis & ruſticitatis meæ naturam intimare curavi. Scio enim multos fore & vos & alios prudentiſſimos viros & eloquentiſſimos ac rhetores & ad dictandum peritos qui iſta ſi legerint, pro minima & velut diliramenta, eorum comparata ſapientiæ, reputabunt, vel certè legere dedignabunt. Sed ego non pro talibus viris, ſed ad exercenda initia puerorum, ut potui, apertè & ſimpliciter ſcripſi. Cui libet, is exinde aliqua exemplando faciat. Si verò diſplicet, nemo cogit invitum; nec præjudicat mea ruſticitas eruditorum & rhetorum floribus verborum & eloquentiæ facundiæ. Sunt

præterea nonnulla negotia hominum, tam in palatio, quàm in pago, quæ ſcribi non queunt antequam invicem conferantur, & juxta propoſitiones vel reſponſiones eloquia eorum tunc ſcribantur & geſta. Ego verò hæc quæ apud majores meos, juxta conſuetudinem loci quo degimus, didici, vel ex ſenſu proprio cogitavi, ut potui coacervare in unum curavi, & capitula prænotavi, ut faciliùs quod voluerit à quærente inantea ſcripto reperiantur.

Incipiunt capitula ſcedolæ operis hujus.

1. *Qualiter privilegium condatur.*
2. *Conceſſio Regis de hoc privilegio.*
3. *Emunitas Regis.*
4. *Confirmatio de Regis emunitate.*
5. *Præceptum Regis de epiſcopatu.*
6. *Indiculus Regis ad metropolitanum Epiſcopum ut alio Epiſcopo benedicat.*
7. *Conſenſus civium pro epiſcopatu.*
8. *Charta de ducatu, patriciatu, aut comitatu.*
9. *Indiculus ad alium Regem, cùm legatio dirigitur, & verbis ſuggeritur commendatitiis.*
10. *Reſcriptum ad Regem pro ſuo legatario.*
11. *Tractoria legatariorum vel minima facienda ad iſtius inſtar.*
12. *Præceptum interdonationis.*
13. *Præceptum de læſuverpo, per manum Regis.*
14. *Prologi tres de ceſſionibus regalibus.*
15. *Conceſſio ad loco ſancto.*
16. *Confirmatio Regis ad loco ſancto.*
17. *Iterum confirmatio pro ſecularibus viris.*
18. *De Regis antruſtione.*
19. *Præceptum de clericatu.*
20. *De diviſione ubi Regis acceſſerit Miſſus.*
21. *De cauſas alterius receptas.*
22. *Præceptum denariale.*
23. *Charta de cauſa ſuſpenſa.*
24. *Charta de mundeburde Regis & Principis.*
25. *Prologo de judicio Regis, cùm de magna re duo cauſantur ſimul.*
26. *Indiculus commonitorius ad Epiſcopum.*
27. *Item indiculus ad Epiſcopum pro alium diſtringendum.*
28. *Charta audientiale.*
29. *Indiculus ad laico.*
30. *Commutatione cum Rege.*
31. *Confirmatione Regis de omni corpore facultatis.*
32. *Si quis contra voluntatem Regis egerit, ſecuritas cui eum perſequi juſſerit.*
33. *Præceptum quorum ab hoſtibus vel alio modo fuerint inſtrumenta incenſa.*
34. *Relatione pagenſium ad Regem directa.*
35. *Confirmatio alia de omni corpore facultatis ad monaſterio.*
36. *Vt cauſas auctorum adſumendi ſuorum aliqui licentiam habeant.*
37. *Iudicium evinditale.*
38. *Charta paricla.*
39. *Vt pro nativitate Regis ingenui relaxentur.*
40. *Vt leudeſamio promittantur Regi.*

INCIPIVNT EXEMPLARIA DE DIVERSIS conditionibus qualiter regales chartas pagenſes, cui hæc formola habere placuerit, & meliùs non valet, ſcribantur.

De privilegio.

I. DOmino ſancto & in Chriſto venerabili fratri illo Abbati, vel cunctæ congregationi monaſterij illius in honore beatorum illorum ab illo in pago illo conſtructo, ille Epiſcopus. Compellit nos affectio caritatis veſtræ, radio inflammante divino, illa pro veſtro quieti providere quæ nobis maneant ad mercedem, & ea recto tramite inconvulſo limite terminari quæ perennem deinceps propitiante Domino obtineant firmitatem; quia non minor à Domino retributio ſperatur futura pro ſucciduis contemplante temporibus quàm ad præſens munera pauperibus offerente. Et ne nobis aliquis detrahendo æſtimet in id nova decernere carmina, dum ab antiquitus juxta conſtitutionem Pontificum per regalem ſanctionem monaſteria ſanctorum Lirinenſis, Agaunenſis, Luxovienſis, vel modò innumerabilia per omne regnum Francorum ſub libertatis privilegium videntur conſi-

ſtere, ſed pro reverentia ſanctorum beatorúmque omnium fratrum implendo juſſa, cuſtodiendo præcepta, obedientiam propalabo. Quid verò vos vel ſucceſſores veſtri ſancto ſuadente Spiritu deinceps cuſtodiatis, immo ſanctæ illius Eccleſiæ Epiſcopus debeat adimplere, huic paginæ credidimus inſerendum. hoc eſt. ut de veſtra congregatione qui in veſtro monaſterio ſancta debeant bajulare officia, quam Abbas cum omni congregatione popoſcerit, à nobis vel à ſucceſſoribus noſtris ſacros percipiant gradus, nullum pro ipſorum honore præmium percepturus. altare in ipſo monaſterio prædictus Epiſcopus benedicat, & ſanctum chriſma annis ſingulis, ſi voluerint poſtulare, pro reverentia loci ſine pretium concedat. & juxta diſpenſationem divinam, cùm Abbas de ipſo monaſterio à Domino migraverit, quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex ſemetipſis optimæ regula compertum & vitæ meritis congruentem elegerint, ſimiliter ſine præmium memoratæ urbis Epiſcopus ipſe promoveat Abbatem. Nullam penitùs aliam poteſtatem ad ipſo monaſterio, neque in rebus, neque in ordinandis perſonis, neque in villabus ibidem jam conlatis aut deinceps regio munere aut privatorum conlaturas, vel in reliqua ſubitantia monaſterij, nos ſucceſſoréſque noſtri Epiſcopi, aut Archidiaconi, ſeu ceteri alij ordinatores, aut quælibet alia perſona prædictæ civitatis habere non præſumant, aut quodcunque de eodem monaſterio, ſicut de parrochiis aut ceteris monaſteriis, muneris cauſa audeant ſperare aut auferre; nec de hoc quod à Deum timentibus hominibus tranſmiſſum aut in altario offertum fuerit, aut ſacris voluminibus, vel quibuſcunque ſpeciebus ad ornatum divini cultus pertinet, ad præſens conlata vel deinceps conlatura fuerint, auferre præſumant. Et niſi rogatus à congregatione illa vel ab Abbate, pro oratione lucranda, nulli noſtrum liceat monaſterij adire ſecreta aut finium ingredi ſepta. Et ſi ab eis illuc Pontifex poſtulatus, pro lucranda oratione vel eorum utilitate, acceſſerit, celebrato ac peracto divino myſterio, ſimplicem ac ſobriam benedictionem perceptam, abſque ullo requiſitu domum ſtudeat habere regreſſum; ut quatenus monachi, qui ſolitarij nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora exultare, & ſub ſancta regula viventes, & beatorum patrum vitam ſectantes, pro ſtatu Eccleſiæ & ſalute Regis vel patriæ valeant pleniùs Dominum exorare. Et ſi aliquid ipſi monachi de eorum religione tepidi an ſecùs egerint, ſecundùm eorum regulam ab eorum Abbate, ſi prævalet, corrigantur. Sin autem, Pontifex de ipſa civitate coërcere debeat: quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quicquid domeſticis fidei pro quietim tranquillitatis tribuitur. Si quis autem ex nobis, quod Deus avertat, calliditate commotus, aut cupiditate præventus, ea quæ ſunt ſuperiùs comprehenſa temerario ſpiritu violare præſumpſerit, à divina ultione proſtratus, reatu anathematis ſubjaceat, & tribus annis à communione omnium fratrum ſe noverit alienum. & nihilominus hoc privilegium perpetim maneat incorruptum. Quam conſtitutionem noſtram, ut firmis ſubſiſtat vigoribus, & nos & fratres noſtri Domini Epiſcopi ſubſcriptionibus manibus noſtris decrevimus roborari. Actum ibi, ſub die illo, anno illo.

Conceſſio Regis ad hoc privilegium.

II. Ille Rex viris apoſtolicis patribus noſtris, necnon & inluſtribus viris illi Comiti, vel omnibus agentibus præſentibus & futuris. Oportet enim clementiæ principali ut inter ceterorum petitionibus ſacerdotibus debeat benignum accommodari auditum, & quod pro timore divini nominis poſtulatur, ponatur proculdubio ad effectum; ut fiat in mercedem conjunctio, dum pro quietem ſervorum Dei congrua impertitur petitio: quia fides perfecta non dubitat ad altiſſimi gratiam pertinere quod ſecundùm ſacro eloquio præcipuè à domeſticis fidei devota mente impenditur, quia ſcriptum eſt: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Ergo dum & ille Epiſcopus, aut Abbas, aut inluſter vir monaſterium in honore ſancti illius, in pago illo, aut ſuper ſua proprietate, aut ſuper fiſco, noſcitur ædificaſſe, ubi ad præſens ille Abbas vel turba plurima monachorum adunata eſſe noſcuntur, ad petitionem illius clementia noſtra pro quiete ipſorum ſervorum Dei præceptionem vigoris noſtri placuit propalare, ſub quo tranquillitatis ordine, Domino protegente, ipſi monachi juxta religionis normam perpetim valeant reſidere, elegimus ut & hac ſerie debeat pleniùs declarari: quia nihil de canonica inſtitutione convellitur, quicquid ad domeſticis fidei pro tranquillitatis pace con- Matth. 5.

ceditur. Nec nobis aliquis detrahendo æstimet in id nova decernere carmina, dum ab antiquitus juxta constitutionem Pontificum per regalem sanctionem monasteria sanctorum illorum vel cetera in regno nostro sub libertatis privilegium videntur consistere, ita & præsens valeat Deo adjutore constare. Ergo, si quid in villabus, mancipiis, vel reliquis quibuscunque rebus, atque corporibus, aut regio munere aut privatorum aut suprascripti illius, vel à quibuslibet est delegatum, aut deinceps fuerit additum, juxta quod ab illo Pontifice vel ceteris Domnis Episcopis ad præfato monasterio, juxta quod eorum continet privilegium, quem nobis præfatus ille protulit recensendum, sancitum esse cognovimus, nullus Episcoporum, ut diximus, nec præsens, nec qui fuerint successores, seu Archidiaconi, vel eorum ordinatores, vel quælibet persona, possit quoque ordine de loco ipso auferre, aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio præter quod scriptum est adaptare, vel aliquid quasi per commutationis titulum minuare, aut de ministerij ornamenta vel de offertione in altario inlata abstollere, nec ad ipso monasterio vel cellulas ejus, nisi tantùm pro lucranda oratione, & ipsud, si fuerit, cum voluntate Abbatis vel ejus congregationis, absque dispendio eorum, aliter accedere penitùs non præsumat; quò faciliùs secundùm delegationis votum vel hujus seriæ auctoritatem ad ipso monasterio absque ullius inquietudine ibidem cuncta proficiant in augmentis. adicientes ut nulli penitùs judicum vel cuilibet hominum licentia sit de rebus præfati monasterij absque voluntate ipsorum servorum Dei in aliquo iniquiter defraudare, aut temerario spiritu suis usibus usurpare; ne, quod primitus est, & Dei iram incurrat & nostram offensam, vel à fisco grave damnum sustineat. Illud nobis pro integra mercede nostra placuit addendo, ut tam quod ex nostra largitate quàm delegatione ipsius vel ceterorum aut cujuslibet ibidem est aut fuerit devoluta possessio, quoque tempore, nulla judiciaria potestas, nec præsens, nec succidiva, aut causas audiendo, aut aliquid exactando, ibidem non præsumat ingredere; sed sub omni emunitate hoc ipse monasterius vel congregatio sua sibimet omnes fredos concessos debeant possidere. Et quicquid exinde fiscus noster forsitan de eorum homines aut ingenuos aut servientes in eorum agros commanentes vel undecunque poterat sperare, ex indulgentia nostra in luminaribus ipsius sancti loci vel in stipendia servorum Dei, tam nobis in Dei nomine viventibus, quàm per tempora succedentibus Regibus, pro mercedis compendium debeant cuncta proficere, ut pro æterna salute vel felicitate patriæ seu Regis constantiam delectet ipsis monachis immensam Domini pietatem jugiter implorare. Quem præceptum decreti nostri, Christo in omnibus suffraganti, ut firmior habeatur, & perenniter conservetur, subscriptione manus nostræ infrà studuimus peragrari.

Emunitate regia.

III. Maximum regni nostri augere credimus munimentum, si beneficia opportuna locis Ecclesiarum, *aut cui volueris dicere*, benivola deliberatione concedimus, ac Domino protegente stabiliter perdurare conscribimus. Igitur noverit sollertia vestra nos ad petitionem apostolico viro Domno illo illius urbis Episcopo talem pro æterna retributione beneficium visi fuimus indulsisse ut in villabus Ecclesiæ domus illius, quas moderno tempore aut nostro aut cujuslibet munere habere videtur, vel quas deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas ampliare, nullus judex publicus ad causas audiendo aut freda undique exigendum nullo umquam tempore non præsumat ingredere; sed hoc ipse Pontifex, vel successores ejus, propter nomen Domini, sub integræ emunitatis nomine valeant dominare. Statuentes ergo ut neque vos, neque juniores neque successores vestri, nec nulla publica judiciaria potestas quoque tempore in villas ubicunque in regno nostro ipsius Ecclesiæ aut regia aut privatorum largitate conlatas, aut qui inantea fuerint conlaturas, aut ad audiendum altercationes ingredere, aut freda de quaslibet causas exigere, nec mansiones aut paratas vel fidejussores tollere non præsumatis; sed quicquid exinde aut de ingenuis aut de servientibus ceterisque nationibus quæ sunt infra agros vel fines seu supra terras prædictæ Ecclesiæ commanentes fiscus aut de freda aut undecunque potuerat sperare, ex nostra indulgentia pro futura salute in luminaribus ipsius Ecclesiæ per manum agentium eorum proficiat in perpetuum. Et quod nos propter nomen Domini & animæ nostræ remedium seu nostra subsequenti progenie plena devotione indulsimus, nec regalis su-

blimitas nec cujuslibet judicum sæva cupiditas refragare tentet. Et ut præsens auctoritas tam præsentibus quàm futuris temporibus inviolata Deo adjutore permaneat, manus nostræ subscriptionibus infrà roborare decrevimus.

Confirmatio de emunitate.

IV. Principali quidem clementia cunctorum decet accommodare aure benigna; præcipuè quæ pro compendio animarum à præcedentibus Regibus parentibus nostris ad loca sanctorum probantur esse indulta, devota debemus mente perpendere, & congrua beneficia, ut mereamur in mercedem esse participes, non negare, sed robustissimo jure per nostris oraculis confirmare. Igitur apostolicus vir ille, illius civitatis Episcopus, clementiæ regni nostri suggessit eò quòd ille Rex per suam auctoritatem sua manu subscriptam de villas Ecclesiæ suæ illius, quod ad præsens possidebat, vel quod à Deo timentibus hominibus ibidem inantea delegabatur, integram emunitatem concessisset ut nullus judex publicus ad causas audiendum, vel freda exigendum, nec mansiones aut paratas faciendum, nec fidejussores tollendum, nec homines ipsius Ecclesiæ de quaslibet causas distringendum, nec nullas redhibitiones requirendum, ibidem ingredere non debeant. Vnde & ipsam præceptionem jamdicto Principe, seu & confirmationes illorum Regum, eorum manibus roboratas, antedictus Pontifex nobis ostendit relegendas, & ipse beneficius circa eodem vel memorata Ecclesia sua, ficut à supradictis Principibus fuit indultum, moderno tempore adserit esse conservatum. Sed pro firmitatis studium petit celsitudinem nostram ut hoc denuo circa eodem vel memorata Ecclesia sancti illius nostra deberet auctoritas generaliter confirmare; cujus petitionem pro reverentia ipsius sancti loci, ut mereamur in mercedem sociari, plenissima voluntate præstitisse vel confirmasse cognoscite. Præcipientes ergo jubemus ut sicut constat ab antedictis Principibus de villis præfatæ Ecclesiæ Domni illius integra emunitas absque introitu judicum fuit concessa, ita & inantea auxiliante Domino inspectas priorum Principum auctoritates omnimodis conserventur; & neque vos, neque juniores neque successores vestri, vel quislibet de judiciaria potestate in villas antedictæ Ecclesiæ, quas moderno tempore ubicunque in regno nostro possidere noscuntur, vel quæ inantea à Deum timentibus hominibus fuerint conlatæ, tam de ingenuis, quàm de servientibus vel quibuslibet nationibus hominum in prædictæ Ecclesiæ villas commanentes, nec ad agendum, nec freda exigendum, nec fidejussores tollendum, nec mansiones aut paratas faciendum, nec eos de quaslibet causas distringendum, nec nullas redhibitiones requirendum, ibidem ingredere non præsumatis; sed sicut ipse beneficius à jam dictis Principibus ad jam dicta Ecclesia fuit indultus & usque modò conservatus, ita & deinceps per hanc nostram auctoritatem generaliter confirmatum in Dei nomine perenniter maneat inconvulsum; & quicquid exinde fiscus noster poterat sperare, in luminaribus ipsius Ecclesiæ in perpetuum proficiat. Et ut hæc auctoritas tam præsentibus quàm futuris temporibus inviolata Deo adjutore possit constare, subtus eam propria manu decrevimus roborare.

Præceptum de episcopatu.

V. Ille Rex viro apostolico illo Episcopo. Quamvis nos administrandum gubernandúmque rerum statum præcelsis occupationibus regiæ sollicitudinis cura constringat, nihil tamen tam principali quàm Principe dignum est ut cùm à pastorali paululùm aberrat plebs destituta præsidio, pro salute animarum hujusmodi personis locis celsioribus pontificalem prospiciat committere dignitatem in quibus maneat dupliciter sermo, ut populus magistrum, actus Christi imitetur discipulus; qui plebem non minùs pietate quàm severitate constringat, qui sciat commissa sibi talenta assiduæ prædicationis sermonibus expolire, & adquisita multiplicatáque gregis sui salute, ad ovile dominico nullis maculis sordidato valeat præsentare. Et quia cognovimus sanctæ recordationis Domno illo urbis illius anteslite evocatione divina ab hac luce migrasse, de cujus successore sollicitudine congrua unà cum Pontificibus vel proceribus nostris pleniùs tractantes, decrevimus inlustri viro aut venerabili illo in ipsa urbe pontificalem in Dei nomine committere dignitatem; quem plerunque apud animos nostros & actio probata commendat, & nobilitatis ordo sublimat, ac morum probitas, vel mansuetudinis & prudentiæ honestas exornat. Qua de re statuta præsentibus ordinamus ut cum adunatorum caterva Pontificum, ad quos tamen nostræ serenitatis devotio scripta

pervenit, ipsum, ut ordo postulat, benedicere vestra industria studeat & voluntatis nostræ deliberationem referatis oraculis publicare, atque effectum Domino annuente fortire: quatenus dum Ecclesiam sibi à dispensatione divina commissam strenuè regere atque gubernare videtur, nobis apud æternum retributorem mercedem suffragia largiantur, & ille pro peccatorum nostrorum mole indesinenter immensum Dominum debeat deprecare.

Indiculus Regis ad Episcopum ut alium benedicat.

VI. Domino sancto sedis apostolicæ dignitate colendo in Christo patri illi Episcopo ille Rex. Credimus jam ad vestram reverentiam perveniſſe sanctæ recordationis illum illius urbis antestitem evocatione divina de præsentis seculi luce migrasse: de cujus successore sollicitudine congrua cum Pontificibus vel primatibus populi nostri pertractantes, decrevimus inlustri viro illo, aut venerabili viro illo, ad præfatam urbem pontificalem regulariter Christo auspice committere dignitatem. Et ideo salutationum jura dignum debito honore solventes, petimus ut cùm ad vos pervenerit, ipsum, ut ordo postulat, benedicere vestra sanctitas non moretur, & junctis vobiscum vestris comprovincialibus, ipsum in suprascripta urbe Pontificem consecrare Christo auspice debeatis. Agat ergo almitas vestra ut & nostræ voluntatem devotionis incunctanter debeatis implere, & tam vos quàm ipse pro stabilitate regni nostri jugi invigilatione pleniùs exoretis.

Concessio civium pro episcopatu.

VII. Suggestio piissimo ac præcellentissimo Domno illo Regi vel seniori commune illius, à servis vestris, quorum subscriptiones vel signacula subter tenentur inserta. Principalitatis vestræ circumspecta clementia novit justa petentibus dignanter adnuere, suo moderaminis judicio ponderante, præsertim cùm illa deposcuntur generali prece, cunctorum voce, communiter quod proficiat, constanter Ecclesiæ regimen pullulare quod & ipsæ regali clementiæ prosit salutis pariter ac mercedis. Quoniam sanctæ memoriæ vir apostolicus ille, illius urbis Episcopus, fine adpropinquante ab hac luce migravit, tempore naturæ complente, ne destitutæ sint, quod absit, oves decedente pastore, in loco ejusdem suppliciter postulamus ut instituere dignemini inlustrem virum illum aut venerabilem illum cathedræ illius successorem, in quo est præspicuitas sublimis, ingenuitas nationis, elegantia refulgens, diligentia castitatis, caritatis locuplex voluntas. Inrefragabiliter manu nostra hunc consensum decrevimus roborare.

Charta de ducatu, patritiatu, vel comitatu.

VIII. Præspicuè regalis in hoc perfecta conlaudatur clementia ut inter cuncto populo bonitas & vigilantia requiratur personarum; nec facilè cuilibet judiciariam convenit committere dignitatem, nisi priùs fides seu strenuitas videatur esse probata. Ergo dum & fidem & utilitatem tuam videmur habere compertam, ideo tibi actionem comitatus, ducatus, ac patritiatus in pago illo, quem antecessor tuus ille usque nunc visus est egisse, tibi ad agendum regendúmque commisimus; ita ut semper erga regimine nostro fidem inlibatam custodias, & omnis populus ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, quàm reliquas nationes sub tuo regimine & gubernatione degant & moderentur, & eos recto tramite secundùm legem & consuetudinem eorum regas, viduis & pupillis maximus defensor appareas, latronum & malefactorum scelera à te severissimè reprimantur; ut populi bene viventes sub tuo regimine gaudentes debeant consistere quieti; & quicquid de ipsa actione in fisci ditionibus speratur, per temetipsum annis singulis nostris ærariis inferatur.

Indiculus ad alium Regem, cùm legatio dirigitur & verbis suggeritur commendatitiis.

IX. Domino glorioso atque præcellentissimo fratri illo Regi in Dei nomine ille Rex. Desideratus eventus fidelissimam nobis obtulit facultatem, qua vestræ serenitati salutationis honorificentiam præbeamus, eo videlicet dilectionis affectu prosperitatem vestræ celsitudinis cognoscere cupientes quo vestram gloriam erga nos fraternitatis individuam arbitramur. Proinde præsentes viros inlustres illo & illo ad præsentiam fraternitatis vestræ direximus; quibus, ut vestram gloriam condecet, benignissima tranquillitate susceptis, petimus ut dum officium legationis injunctæ peregerint, responsis vestræ clementiæ præmoniti, ad referendum salutis indicium sacris vestris litteris honorentur.

Rescriptio ad Regem.

X. Domino gloriosissimo atque præcellentissimo & à nobis cum summo cari-

tatis vinculo in amore Christi amplectendo illo Regi ille Rex. Apices vestræ celsitudinis per magnificos & inlustres viros illo & illo summa cum aviditate nos accepisse comperite, per quos vestræ celsitudinæ salutationum munera, ut condecet, præmittentes, & quæ circa vos sunt prospera cognoscentes, gavisi, ipsos in vestro amore, tales ut concedet viros, devotione benignissima suscepimus, officium legationis sibi à vobis injunctum nostris auribus pandiderunt; sed omnia à nobis in responsis accepta, quid cùm feliciter in Dei nomine remeaverint, celsitudinis vestræ auribus debeant enarrare.

Tractoria Legatariorum vel minima facienda istius instar.

XI. Ille Rex omnibus agentibus. Dum & nos in Dei nomine apostolico viro illo necnon & inlustre viro illo partibus illis legationis causa direximus, ideo jubemus ut locis convenientibus eisdem à vobis evectio simul & humanitas ministretur, hoc est, veredos sive paraveredos tantos, pane nitido modios tantos, vino modios tantos, cervisa modios tantos, lardo libras tantas, carne libras tantas, porcos tantos, porcellos tantos, vervices tantos, agnellos tantos, aucas tantas, fasianos tantos, pullos tantos, ova tanta, oleo libras tantas, garo libras, tantas, melle tantas, aceto tantas, cymino libras tantas, pipere tantas, costo tantas, gariofile tantas, spico tantas, cinamo tantas, granomastice libras tantas, dactylas tantas, pistacias tantas, amandolas tantas, cereos librales tantos, caseo libras tantas, salis tantas, olera, legumina, ligna, carra tanta, faculas tantas, itémque victum ad caballos eorum, fœno carra tanta, suffuso modios tantos. Hæc omnia diebus singulis tam ad ambulandum quàm ad nos in Dei nomine revertendo unusquisque vestrum per loca consuetudinaria eisdem ministrare & adimplere procuretis; qualiter nec moram habeant, nec injuriam perferant, si gratiam nostram optatis habere.

Præceptum donationis.

XII. Dum Dominus omnipotens, creator cæli & terræ, permisit, juxta quod legitur, in principio masculum & feminam
Gen. 2. copulæ sociari consortio dicens, *Relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, si aliquid pro amore dilectionis inter se invicem condonare decreverint, hoc nostra serenitas in idipsis non renuit confirmare. Igitur venientes ille & illa ibi in palatio nostro, pro eo quòd filiorum procreationem inter se minimè habere videntur, omnes res eorum inter se per manu nostra visi sunt condonasse, & si ita convenit villas aliquas inter se visi sunt condonasse. Dedit igitur prædictus vir ille per manu nostra jam dictæ conjugi suæ illi villas nuncupantes illas, sitas in pago illo, quas aut munere regio, aut de alode parentum, vel undecunque ad præsens tenere videtur, cum terris, domibus, & cetera. Similiter in compensatione rerum dedit prædicta femina antedicto jugali suo illo villas nuncupantes illas, sitas in pago illo, cum terris, & cetera, seu præsidio domus eorum, argentum & aurum, fabricaturas, drappos, vestimenta, vel omne supellectile eorum, pars parti per manu nostra visi sunt condonasse; ita ut dum pariter advixerint in hunc seculum, omnes res suprascriptas ab utraque partes pariter debeant possidere; vel si eis pro animabus eorum aliquid exinde ad loca sanctorum dare decreverint, voluntatis eorum liberum maneat arbitrium; & qui pari suo ex ipsis in hunc seculum superstis extiterit, ambabus rebus, quandiu advixerit, usufructuario ordine debeat possidere; & post amborum de hac luce discessum, sicut eorum delegationes continentur, tam ad loca sanctorum quàm benemeritis vel eorum propinquis debeant revertere heredibus tam suprascriptas villas quàm & de præsidio eorum, quicquid morientes reliquerint. Propterea per præsentem præceptum decernimus ac jubemus ut dum taliter suprascriptis illis decrevit voluntas, & per manu nostra invicem condonatum esse dinoscitur, per hunc præceptum robustissimo jure suffultum atque firmatum, quicquid superiùs continetur, auxiliante Domino cum Dei & nostra gratia debeat perdurare; ita ut nulla refragatio nec de parte fisci nostri, nec à parentibus eorum propinquis, nec à quocunque possit convelli, sed omni tempore maneat inconvulsum. Quam verò auctoritatem, ut firmior habeatur, vel per tempora conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare.

Præceptum de læsuverpo per manum Regis.

XIII. Quicquid enim in præsentia nostra agitur, vel per manu nostra videtur esse transvulsum, volumus ac jubemus ut maneat in posterum robustissimo jure

firmiſſimum. Ideoque veniens ille fidelis noſter ibi in palatio noſtro in noſtra vel procerum noſtrorum præſentia villas nuncupantes illas, ſitas in pago illo, ſua ſpontanea voluntate nobis per fiſtucam viſus eſt leuſeuverpiſſe vel condonaſſe, in ea ratione ſi ita convenit, ut dum vixerit eas ex noſtro permiſſo ſub uſu beneficio debeat poſſidere; & poſt ſuum diſceſſum, ſicut ejus adfuit petitio, nos ipſas villas fideli noſtro illo plena gratia viſi fuimus conceſſiſſe. Quapropter per præſentem decernimus præceptum, quod perpetualiter manſurum eſſe jubemus, ut dummodo taliter ipſius illius decrevit voluntas quòd ipſas villas in ſupraſcripta loca nobis voluntario ordine viſus eſt leuſeuverpiſſe vel condonaſſe, & nos prædicto viro illo ex noſtro munere largitatis, ſicut ipſius illius decrevit voluntas, conceſſimus, hoc eſt, tam in terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, ad integrum quicquid ibidem ipſius illius portio fuit, dum advixerit, abſque aliqua deminuatione, de qualibet re uſufructuario ordine debeat poſſidere, & poſt ejus diſceſſum memoratus ille hoc habeat, teneat, & poſſideat, & ſuis poſteris aut cui voluerit ad poſſidendum relinquat. Et ut hæc auctoritas.

Prologi de ceſſionibus Regis.

XIV. Meritò largitatis noſtræ munere ſublevantur qui parentibus noſtris vel nobis ab adoleſcentia ætatis eorum inſtanti famulantur officio. ITEM ALIO. Præſpicuè compendiis regalibus illud adſcribitur quod pro contemplatione ſervitutis fidelibus ſuis concedente Domino conſultiſſimè muneratur. ITEM ALIO AD LOCO
1. Tim. 6. SANCTO. Nihil, ut ait Apoſtolus, in hoc mundo intulimus, nec quicquam ex eo auferre nobiſcum poterimus, niſi quod ob animæ ſalutem locis ſanctorum devotè Domino offerentes impertire videmur. Ergo cognoſcat magnitudo ſeu ſtrenuitas veſtra nos inluſtri viro illi promptiſſima voluntate villa nuncupante illa, ſita in pago illo, cum omni merito & termino ſuo, in integritate, ſicut ab illo aut à fiſco noſtro fuit poſſeſſa, vel moderno tempore poſſidetur, viſi fuimus conceſſiſſe. Quapropter præſentem auctoritatem noſtram decernimus, quod perpetualiter manſuram eſſe jubemus, ut ipſa villa illa antedictus vir ille, ut diximus, in omni integritate, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, farinariis, adjacentiis, appendiciis, vel qualibet genus hominum ditioni fiſci noſtri ſubditum, qui ibidem commanent, in integra emunitate, abſque ullius introitu judicum, de quaſlibet cauſas freda exigendum, perpetualiter habeat conceſſa; ita ut eam jure proprietario abſque ullius expectata judicum traditione habeat, teneat, atque poſſideat, & ſuis poſteris, Domino adjuvante, ex noſtra largitate, aut cui voluerit ad poſſidendum relinquat, vel quicquid exinde facere voluerit, ex noſtro permiſſo liberam in omnibus habeat poteſtatem. Et ut hæc auctoritas.

Ceſſio Regis ad loco ſancto.

XV. Cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra nos propter nomen Domini ad baſilica illa vel illa, ubi apoſtolicus pater noſter ille aut venerabilis vir ille Abbas præeſſe videtur, villa nuncupante illa, ſita in pago illo, quam uſque nunc fiſcus noſter aut ille tenuit, promptiſſima devotione cum omni integritate viſi fuimus conceſſiſſe. Quapropter per præſentem auctoritatem noſtram decernimus, quod perpetualiter manſuram eſſe jubemus, ut ipſa villa memorata Eccleſia illa, vel antedictus Pontifex, aut ille Abbas, ut diximus, in omni integritate cum terris, & cetera quæ ſuperiùs ſunt, ita ut eam & ipſi & ſucceſſores ſui habeant, teneant, & poſſideant, vel quicquid exinde ad profectum Eccleſiæ illius aut baſilicæ facere voluerint, ex permiſſo noſtro in omnibus habeant poteſtatem. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel per tempora conſervetur, manus noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus roborare.

Confirmatio.

XVI. Quem divina pietas ſublimatur ad regnum, condecet facta conſervare parentum; præcipuè quæ pro compendiis Eccleſiarum aut locis ſanctorum à regali clementia pro æterna retributione probatur eſſe indultum, oportet conſervare in ævum. Igitur apoſtolicus vir pater noſter in Chriſto ille illius urbis Epiſcopus clementiæ regni noſtri detulit in notitia quòd ille Rex per ſua præceptione ſua manu ſubſcripta ad Eccleſia illius, cui præeſſe dinoſcitur, villa nuncupante illa, ſita in pago illo, cum integritate ſua, ſub omni emunitate, abſque ullius introitu judicum de quaſlibet cauſas freda exigendum,

propter

propter nomen Domini conceſſiſſet; & ipſam præceptionem ſe præ manibus habere adfirmat, & memoratam villam ipſe Pontifex ſub eodem modo ad partem Eccleſiæ poſſidere videtur, petit celſitudini noſtræ ut hoc circa eodem vel memorata Eccleſia Domni illius per noſtris deberemus confirmare oraculis. quod nos propter nomen Domini & reverentia ipſius ſancti loci vel merita præfato Pontifice gratante animo præſtitiſſe & confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim ut ſicut conſtat præfata villa à jamdicto Principe memoratæ Eccleſiæ illius cum integritate ſub omni emunitate fuiſſe conceſſa, & eam ad præſens poſſidere videtur, inſpecta ipſa ceſſione, per hunc præceptum pleniùs in Dei nomine confirmamus, ſub eo ordine & ipſe & ſucceſſores ejus vel memorata Eccleſia Domni illius illam teneant & poſſideant, & eorum ſucceſſoribus ad poſſidendum relinquant, vel quicquid exinde pro opportunitate ipſius ſancti loci faciendum decreverint, ex noſtro permiſſo liberam habeant poteſtatem. Et ut hæc auctoritas. & cetera.

Item confirmatio ad ſecularibus viris.

XVII. Regiam conſuetudinem exercemus, & fidelium noſtrorum animos adhortamus, ſi petitionibus noſtrorum fidelium libenter annuimus, & eas in Dei nomine effectui mancipamus. Igitur inluſtris vir ille clementiæ regni noſtri ſuggeſſit eò quòd ante hos annos ille quondam Rex parens noſter villam aliquam nuncupante illa, ſitam in pago illo, quam antea ad fiſco ſuo adſpexerat, & ille tenuerat, pro fidei ſui reſpectu, ejus meritis compellentibus, cum omni integritate ad ipſa villa aſpicientem per ſuam præceptionem ſua manu roboratam in integra emunitate abſque ullius introitu judicum de quaſlibet cauſas freda exigendum eidem conceſſiſſet. Vnde & ipſam præceptionem antedicto Principe nobis oſtendit relegendam, & memorata villa ad præſens ſub eodem modo poſſidere videtur. Petiit ergo ut hoc circa eodem noſtra pleniùs deberet auctoritas generaliter confirmare. cujus petitionem pro reſpectu fidei ſuæ ſicut unicuique de fidelibus noſtris juſta petentibus nequivimus denegare, ſed gratante animo præſtitiſſe & confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo ut ſicut conſtat antedicta villa illa cum omni integritate ſua ab ipſo Principe illo memorato lui fuiſſe conceſſa, & eam ad præſens jure proprietario poſſidere videtur, per hunc præceptum pleniùs in Dei nomine confirmatum, inſpecta ipſa præceptione, & ipſe & poſteritas ejus eam teneant & poſſideant, & cui voluerint ad poſſidendum relinquant, vel quicquid exinde facere decreverint, ex noſtro permiſſo libero perfruantur arbitrio. Quam verò auctoritatem, ut firmior habeatur, & per tempora conſervetur, propria manu ſubter eam decrevimus roborare.

De Regis antruſtione.

XVIII. Rectum eſt ut qui nobis fidem pollicentur inlæſam, noſtro tueantur auxilio. Et quia ille fidelis Deo propitio noſter veniens ibi in palatio noſtro unà cum arimania ſua in manu noſtra truſtem & fidelitatem nobis viſus eſt conjuraſſe, propterea per præſentem præceptum decernimus ac jubemus ut deinceps memoratus ille in numero antruſtionum computetur. Et ſi quis fortaſſe eum interficere præſumpſerit, noverit ſe vuirgildo ſuo ſolidis ſexcentis eſſe culpabilem judicetur.

Præceptum de clericatu.

XIX. Si eis qui ſe ad onus clericati transferre deliberant licentiam non negamus, retributorem Dominum exinde habere confidimus, quia ſcriptum eſt: *Noli prohibere benefacere ei qui poteſt. Si vales, & ipſe benefac.* Igitur veniens ille ad noſtram præſentiam petiit ſerenitati noſtræ ut ei licentiam tribuere deberemus qualiter comam capitis ſui ad onus clericati deponere deberet, & ad baſilica illa aut monaſterio deſervire deberet. quod nos propter nomen Domini hoc eidem gratante animo præſtitiſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus ut ſi memoratus ille de caput ſuum bene ingenuus eſſe videtur, & in poleptico publico cenſitus non eſt, licentiam habeat comam capitis ſui tonſorare & ad ſupraſcripta baſilica vel monaſterio deſervire vel pro nobis Domini miſericordiam adtentiùs exorare. Prov. 3.

De diviſione, ubi Regis acceſſerit Miſſus.

XX. Dum & diviſio vel exæquatio inter illum & illum ſeu conſortes eorum de alode illo aut de agro illo celebrari debetur, & quatenus petitio illorum adfuit ut Miſſus de palatio noſtro ad hoc inter eos dividendum vel exæquandum accedere deberet, ideo cognoſcite quòd nos Miſſo noſtro inluſtre viro illo ad hoc inter eos exæquando viſi fuimus direxiſſe. Propterea per præſentem decernimus præceptum ac jubemus ut ipſum in hoc vos recipere fa-

ciatis, & unicuique ex ipſis juſtè debita portionem terminetur, & decima illius ſumptus litis quod exinde in fiſci ditionibus, tam de terra, vineis, mancipiis, vel undecunque redebetur, ipſe vir ille habeat ex noſtra indulgentia conceſſum, vel quicquid exinde facere voluerit liberam habeat poteſtatem.

De cauſas alterius receptas.

XXI. Fidelis Deo propitio noſter ille ad noſtram veniens præſentiam ſuggeſſit nobis eò quòd propter ſimplicitatem ſuam cauſas ſuas minimè poſſit proſequere vel admallare, clementiæ regni noſtri petiit ut inluſter vir ille omnes cauſas ſuas in vice ipſius tam in pago quàm in palatio noſtro admallandum proſequendúmque recipere deberet, quòd in præſenti per fiſtucam eas eidem viſus eſt commendaſſe. Propterea jubemus ut dum taliter utriſque decrevit voluntas, memoratus ille vir omnes cauſas lui ubicunque proſequere vel admallare deberet, ut unicuique pro ipſo vel hominibus ſuis, reputatis conditionibus, & directum faciat, & ab aliis ſimili modo veritatem recipiat. ſic tamen quandiu amborum decrevit voluntas.

Præceptum denariale.

XXII. Et quia apoſtolicus aut inluſter vir ille, ſervo ſuo nomine illo per manum illius in noſtra præſentia jactante denario ſecundùm legem Salicam dimiſit ingenuum, ejus quoque abſolutionem per præſentem auctoritatem noſtram firmamus; præcipientes enim ut ſicut & reliqui manſoarij, qui per talem titulum à jugo ſervitutis in præſentia Principum noſcuntur eſſe relaxati ingenui, ita & amodo memoratus ille per noſtro præcepto pleniùs in Dei nomine confirmatus nullum inquietantem Deo auxiliante perenníſque temporibus cum Dei & noſtra gratia valeat permanere bene ingenuus atque ſecurus.

Charta de cauſa ſuſpenſa.

XXIII. Cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, dum & nos ad præſens apoſtolico viro illo aut inluſtri viro pro noſtris utilitatibus ibi ambulare præcepimus, ideo jubemus ut dum illis partibus fuerit demoratus, omnes cauſas ſuas ſuíſque amicis aut gaſindis, ſeu undecunque ipſi legitimo redebit mittio, in ſuſpenſo debeant reſidere. Propterea per præſentem decernimus ac jubemus præceptum ut interim quod de illis partibus revertitur, omnes cauſas ejus aut amicorum ſuorum, tam illorum qui cum ipſo pergunt, quàm qui ad propria eorum reſident, vel undecunque ipſe legitimo redebit mittio, in ſuſpenſo reſideant, & poſtea unicuique pro ipſis de reputatis conditionibus & juſtitiam reddat & ab aliis ſimili modo veritatem percipiat.

Charta de mundeburde Regis & Principis.

XXIV. Rectum eſt ut regalis poteſtas illis tuitionem impertiat quorum neceſſitas comprobatur. Igitur cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra quòd nos apoſtolico aut venerabile viro illo de civitate aut de monaſterio in honore ſancti illius conſtructo, cum omnibus rebus vel hominibus ſuis aut gaſindis, vel amicis, ſeu undecunque ipſe legitimo reddebit mittio, juxta ejus petitionem, propter malorum hominum inlicitas infeſtationes, ſub ſermone tuitionis noſtræ viſi fuimus recepiſſe, ut ſub mundeburde vel defenſione inluſtris viri illius Majoris domus noſtri cum omnibus rebus præfatæ Eccleſiæ aut monaſterij quietus debeat reſidere, & ſub ipſo viro illo inluſtris vir ille cauſas ipſius Pontificis aut Abbatis vel Eccleſiæ aut monaſterij, vel qui per eum ſperare videntur, vel undecunque legitimo reddebit mittio, tam in pago quàm in palatio noſtro perſequi deberet. Propterea per præſentem decernimus ac jubemus præceptum ut memoratus Pontifex aut Abba ſub noſtro ſermone & mundeburde antedicti viri quietus reſideat, & nec vos nec juniores aut ſucceſſores veſtri vel quiſlibet eum de inquiſitis occaſionibus injuriare nec inquietare non præſumatis. Et ſi aliquas cauſas adversùs eum vel ſuo mittio ſurrexerint, quæ in pago abſque ejus gravi diſpendio definitæ non fuerint, in noſtri præſentia reſerventur. Quam præceptionem, ut firmior habeatur, propria manu ſubſcripſimus.

Prologus de Regis judicio, cùm de magna re duo cauſantur ſimul.

XXV. Cui Dominus regendi curam committit, cunctorum jurgia diligenti examinatione rimari oportet, ut juxta propoſitiones vel reſponſiones alloquia inter alterutrum ſalubris donetur ſententia; quò fiat ut & nodos cauſarum vivacis mentis acumen coërceat, & ubi prælucet juſtitia, illuc greſſum deliberationis imponat. Ergo cùm nos in Dei nomine ibi in palatio noſtro ad univerſorum cauſas recto judicio terminandas unà cum Domnis & patribus noſtris Epiſcopis, vel cum pluribus optimatibus noſtris illis, patribus illis, referendariis illis, domeſticis illis, vel ſeniſcalcis illis, cubicularíis, & illo Comite palatij,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel reliquis quampluribus noſtris fidelibus reſideremus; ibíque veniens ille illum interpellavit, cùm diceret. & cetera.

Indiculus commonitorius ad Epiſcopum.

XXVI. Domino ſancto & apoſtolica ſede colendo Domno & in Chriſto patri illi Epiſcopo ille Rex. Fidelis Deo propitio noſter ille ad præſentiam noſtram veniens ſuggeſſit nobis eò quòd villa aliquante nuncupante illa, quæ ad eum de parte illius pervenire debuerat, poſt vos retineatis indebitè, & nullam juſtitiam vobiſcum ob hoc poſſit conſequere. Propterea præſentem indiculum ad coronam beatitudinis veſtræ direximus, ut & pro nobis orare debeatis, & ſi taliter agitur, antedicto illo de ſuprafcripta villa legibus reveſtire faciatis. Certè ſi nolueritis, & aliquid contra hoc habueritis opponere, voſmetipſi per hunc indiculum commoniti, aut Miſſus in perſona veſtra inſtructus, nunc ad noſtram veniatis præſentiam, ipſius lui ad hoc dando reſponſum.

Item indiculus ad Epiſcopum pro alio diſtringendo.

XXVII. Domino ſancto & apoſtolico Domno & patri illi Epiſcopo ille Rex. Veniens ille ad præſentiam noſtram ſuggeſſit quaſi Abba veſter, aut Clericus, vel homo veſter ille, eidem ſervo ſuo per fortiam tuliſſet, vel poſt ſe retineat injuſtè, & nulla juſtitia cum eodem ex hoc conſequere poſſit. Propterea præſentem indiculum ad ſanctitatem veſtram direximus, per quem petimus ut & pro nobis orare dignetis, & ſi taliter agitur, ipſo Abbate veſtro aut Clerico præſentaliter conſtringatis qualiter ſi ita agitur, hanc cauſam contra jamdicto illo legibus ſtudeat emendare. Certè ſi noluerit, & aliquid contra hoc habuerit quod opponat, ipſo illo per fidejuſſores poſitos tunc ad noſtram ſtudeatis dirigere præſentiam.

Charta audientiale.

XXVIII. Ille Rex vir inluſter illo Comite. Fidelis Deo propitio noſter ille ad præſentiam noſtram veniens clementiæ regni noſtri ſuggeſſit eò quòd pagenſis veſter ille eidem terram ſuam in loco nuncupante illo per fortiam tuliſſet & poſt ſe retineat injuſtè, & nullam juſtitiam ex hoc apud ipſum conſequi poſſit. Propterea ordinationem præſentem ad vos direximus; per quam omnino jubemus ut ipſo illo taliter conſtringatis qualiter ſi ita agitur, hanc cauſam contra jam dicto illo legibus ſtudeat emendare. Certè ſi noluerit, & ante vos rectè non finitur, memorato illo tultis fidejuſſoribus Kalendas illas ad noſtram eum omnimodis dirigere faciatis præſentiam.

Indiculus ad laïco.

XXIX. Ille Rex vir inluſter illi. Fidelis noſter ille ad præſentiam noſtram veniens nobis ſuggeſſit quaſi vos eum nulla manente cauſa in via adſalliſſetis & graviter livoraſſetis, & rauba ſua in ſolidos tantos eidem tuliſſetis vel poſt vos retineatis indebitè, & nullam juſtitiam ex hoc apud vos conſequere poſſit. Propterea præſentem indiculum ad vos direximus, per quem omnino jubemus ut ſi taliter agitur, de præſente hoc contra jamdicto illo legibus ſtudeatis emendare. Certè ſi nolueritis, & aliquid contra hoc habueritis quod opponere, non aliter fiat niſi voſmetipſi per hunc indiculum commoniti Kalendas illas proximas ad noſtram veniatis præſentiam eidem ob hoc integrum & legale dare reſponſum.

Commutatio cum Rege.

XXX. Ille Rex illo Regi. Nihil ſibi quiſque cernitur minuendo quicquid è contra recipitur in augmento. Dum inter nos & inluſtre viro illo unanimiter convenit ut loca aliqua inter nos commutare deberemus, nos dedimus ei locello nuncupante illo in pago illo, cum colonicas illas vel omnes adjacentias eorum & merito ſuo, tam domibus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, vel reliquis quibuſcunque beneficiis, quodcunque ille vel fiſcus noſter in ipſa loca tenuiſſe noſcitur. Et ipſe hæc contra dedit nobis omni portione ſua quod in villa illa in pago illo habuiſſe viſus eſt, cum itémque domibus, mancipiis, vineis, ſilvis, vel reliquis quibuſcunque beneficiis, quæcunque ibidem habuit, & nos pro animæ noſtræ remedium ibi dedimus. Quapropter hunc præceptum ad modum commutationis ipſius viro fieri decrevimus, ut à præſente die ipſa locella cum omnia ſuperiùs ſcripta vel cum omni integritate ſua, quicquid, ut diximus, ille vel fiſcus noſter ibidem tenuit, ipſe ille hoc habeat, teneat, atque poſſideat, & ſuis poſteris ad poſſidendum relinquat, vel quicquid exinde facere voluerit, ex noſtra commutatione liberam habeat poteſtatem; & unaquæque pars quod in concambio bonæ pacis placuit accepiſſe, exinde per longa tempora debeat Deo permittente gratulare. Et ut hæc præceptio. & cetera.

Confirmatio Regis de omni corpore facultatis.

XXXI. Merito regalis clementia in illis conlata munera vel proprietates parentum noſtrorum confirmare deliberat quos cognoſcit anteriorum Regum parentum noſtrorum vel nobis fidem integram conſervaſſe inlæſam. Idcirco inluſter vir ille chartas præcedentium Regum nobis protulit recenſendas, qualiter parentibus ſuis loca aliqua fuiſſent conceſſa; petiit ut eum de omni corpore facultatis ſuæ, tam quod regio munere ipſe vel parentes ſui promeruerunt, quàm quod per venditionis, ceſſionis, donationis, commutationiſque titulum ad præſens juſtè & rationabiliter eſt conquiſitum, & ad præſens poſſidere videtur, per noſtrum in ipſo deberemus generaliter confirmare præceptum, quod nos pro divino intuitu, vel ejus meritis compellentibus, integra devotione magnitudo veſtra præſtitiſſe cognoſcat. Præcipientes enim ut quicquid ex ſucceſſione parentum, vel ejus voluntate, tam munere regio, vel per quælibet inſtrumenta chartarum ad eodem juſtè pervenit, tam in villabus, mancipiis, ædificiis, accolabus, aurum, argentum, ſpeciebus, ornamentis, mobile & immobile, aut quodcunque in quibuſlibet rebus per inſtrumenta chartarum tempore præſenti cum rationis ordine dominare videtur, per hanc auctoritatem firmatus cum Dei & noſtra gratia in integritate hoc valeat poſſidere & ſuis poſteris auctore Deo derelinquere. Et ut hæc auctoritas.

Si aliquis contra Regis voluntatem egerit, ſecuritas cui eum perſequi juſſerit.

XXXII. Qui regiam obtemperant juſſionem, experire malum in poſterum à quemlibet non debent. Igitur cùm & ille cum reliquos pares ſuos, qui eum ſecuti fuerunt, faciente rebello illo interfecit, aut quaſlibet alias cauſas contra Regem admiſit, vel de regno noſtro ſe tranſtulit, quod nobis ſatis fuit moleſtum, & unà cum conſilio fidelium noſtrorum omnes res ejus ſub fiſci titulum inluſtribus viris illis præcepimus revocare, quia ſi ſe non diſtuliſſet, non ſolùm res perderat, ſed pro tali rebello in vita ipſius eos ordinaveramus inſequere, propterea præſentem præceptionem dedimus ut dum prædicti viri illi, vel reliqui pares aut gaſindi eorum, non ex ſua præſumptione, niſi per noſtra ordinatione unà cum conſilio ſeniorum fidelium noſtrorum ipſas res ſub fiſco noſtro poſitas habuerunt, & noſtris ditionibus ubi juſſimus, vel reliquorum qui cum eodem mixti fuerunt, ex hoc comprehenſum adduxerunt, ideo jubemus ut dum per noſtra ordinatione factum eſt, nullo umquam tempore nec à jamdicto illo, nec qui cum eo mixti fuerunt, nec ab heredes eorum exinde qualibet calumnia aut repetitione ulla habere penitùs non debeant; ſed tam ipſe ille quàm pares, gaſindi, vel amici eorum, quicquid de res prædicto illo fuerunt & abſtultum fuit, dum per ejus culpas & noſtra ordinatione factum eſt, omni tempore exinde educti & abſoluti permaneant, &, ut diximus, calumnia aut repetitione vel damnietate quandoquidem exinde ſupraſcripti viri illi fideles noſtri non pertimeſcant habere. Et ut hæc præceptio firmior ſit.

Præceptum quorum ab hoſtibus vel alio modo fuerint inſtrumenta incenſa.

XXXIII. Aregale neceſſe eſt releventur clementia qui damnietate ab hoſtibus vel paſſi ſunt violentia. Igitur fidelis Deo propitio noſter ille elementiæ regni noſtri ſuggeſſit eò quòd ante hos annos, aut anno ſuperiori, exercitus noſter aut illius Regis domus ſuas incendio cremaſſent, vel res ſuas quamplures unà cum ſtrumenta chartarum, tam quod per regio munere perceperat, quàm & quod per venditionis, donationis, ceſſionis, commutationis titulum, vel de alode parentum in quocunque loco in regno noſtro aliquid poſſidebat, ibidem concrematas fuiſſent. Vnde relationem bonorum hominum manibus roboratam, qualiter ipſis ita cognitum ſit, ſuggeſſit nobis, & protulit recenſendam; & omnes res ſuas unde ipſa inſtrumenta perierunt, abſque ullius inquietudine, ſicut & antea fecit, quietus poſſidere videtur. Sed pro firmitatis ſtudium petiit memoratus ille ut per noſtra auctoritate omnes res ſuas, tam quòd regio munere, quàm quod per venditionis, donationis, ceſſionis, commutationiſque titulum, vel reliqua alode ad præſens cum æquitatis ordine quietus poſſedit, deinceps in jure & dominatione ejus confirmare deberemus. cujus petitionem gratanti animo præſtitiſſe vel confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus ut quicquid memoratus ille tam in terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, aquis, aquarúmve decurſibus, vel reliquis quibuſcunque beneficiis, quod per relationem ſuprà ſcriptorum virorum cognovimus, juſtè & ra-

tionabiliter usque nunc ubicunque in regno nostro possidere videtur, dum ejus instrumenta cremata esse cognovimus, per hunc præceptum plenius in Dei nomine circa eum suffultum atque confirmatum absque ullius inquietudine vel refragatione teneat & possideat, & suis posteris aut cui voluerit in Dei nomine ad possidendum relinquat. Quam verò auctoritatem perpetuis temporibus valituram propria manu subter roborare decrevimus.

Relatio pagensium ad Regem directa.

XXXIV. Suggerendo piissimo atque præcellentissimo Domno illo Regi, & Majorem domus illo, à servis vestris pagensibus illis, quorum subscriptionibus vel signacula subtus tenentur inserta. Principalitatis vestræ circumspecta clementia novit justa petentibus dignanter annuere & necessitatem patientibus subvenire clementer. Penè omnibus patet regionem nostram ab hostibus depopulatam esse, & domus multorum igne crematas, vel res ablatas; inter quos servus vester ille non modicum ibidem perpessus est damnum & de rebus suis dispendium, vel omnia instrumenta chartarum, quod ipse vel parentes sui habuerunt, tam quod ex munificentia Regum possedit, quàm quod per venditionis, cessionis, donationis, commutationisque titulum habuit, unà cum domo sua incendio concremata esse noscuntur. unde nostram parvitatem petiit, quod veraciter exinde cognovimus, per hanc notitiam suggestionis vestræ innotescere clementiæ. quod & facere servi vestri curavimus. Vestra pietas jubeat quod usque modò in regno vestro quietus possedit, circa eodem per vestro munere præceptum ut inantea valeat, dum sua perdidit instrumenta, possidere quietus & securus. Nos servi vestri quod exinde veracius scimus innotescere præsumpsimus. Vestrum est necessitatem patientibus subvenire.

Confirmatio de omni corpore facultatis monasterij.

XXXV. Ille Rex illo Patricio atque omnibus agentibus. Rectum esse censemus ut petitionibus sacerdotum quæ ad profectum pertinent locorum sanctorum ad effectum Christo præsule perducamus. Igitur venerabilis vir ille illius sancti monasterij Abbas gloriæ regni nostri petiit ut dum ipse sanctus monasterius de conlatione parentum nostrorum Deo adjutore videtur esse constructum, nos omni corpore facultatis ejus, tam quod antecessores Abbates ibidem laboraverunt, vel ille Domnus Abbas, qui ibidem fuisse dinoscitur, de re monasterij ibidem visus est augmentasse aut comparasse, quod ab ipso sancto loco moderno tempore possidetur, per nostrum deberemus generaliter confirmare præceptum. quod nos pro divino respectu vel mercedis nostræ augmentum præstitisse vestra non dubitet magnitudo. Etiam & privilegium ipsius monasterij, quod ex institutione sedis apostolicæ seu reliquorum Episcoporum visi sunt meruisse, & per auctoritatem Domni illius seu à reliquis successoribus parentibus nostris adumbratum fuisse dinoscitur, juxta quod etiam per priorem præceptionem nostram erga se perhibentes se munitum, pro perenni stabilitate decrevimus roborare. Præcipientes ergo ut omnes facultates ipsius monasterij, quicquid aut regia conlatione, aut privatorum munere, vel antecessores Abbatis, seu & Domni lui ibidem est legaliter adquisitum aut comparatum, immo de quibuscunque rebus rectè adtractum, quodcunque dominatio ipsius sancti loci undique moderno tempore in villabus, domibus, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aut quibuslibet beneficiis cernitur cum æquitatis ordine possidere, per hanc auctoritatem suffultum, absque cujuslibet inlicitas controversias, inibi tam præsenti quàm futuro tempore Christo præsule proficiat in augmentum. Adicientes ut & privilegium tam de Abbatis ingressu ipsa congregatio, postquam alius migraverit, ex se instituendo, quàm & de reliqua omnia quod per institutionem Pontificum de tempora illius usque nunc ipse monasterius habuit concessum & usque hactenus conservatum, vel per decessorum Regum circa se firmatum, ita & inantea, resecatas quarumcunque superfluas inquietudines, sub eo ordine valeant in nostro sermone auxiliante Domino per tempora permanere. Et vos & successores vestri, ubi necessitas fuerit, in conditionibus ipsius monasterij justum faciatis auxilium impartire, ut eis delectet pro salute nostra crebriùs exorare, & vobis ob hoc ad gratiam nostram debeat pertinere. Et ut hæc præceptio firma stabilitate subsistat, propria manu infrà decrevimus roborare.

Vt causas auctorum adsumendi suorum aliquis licentiam habeat.

XXXVI. Malorum necesse est tergiversationem regali coërcere censura.

Igitur apostolicus vir ille illius urbis Episcopus, aut venerabilis ille Abbas, aut Deo sacrata illa Abbatissa de monasterio illo, vel quilibet fidelium Domnorum, missa petitione, aut ipse nobis innotuit eò quòd à diversis hominibus eorum spontanea voluntate tam ipse quàm antecessores eorum data pecunia infra regno nostro plurima in terris aut mancipia comparassent, vel reliqui homines ad ipsa Ecclesia vel monasterio pro animæ eorum remedium nonnulla per eorum instrumenta delegassent, & hoc ad præsens cum æquitatis ordine possidere videantur, petiit ut pro tempore futuro vel malorum hominum ingenia coërcendo, dum plures benefactores vel venditores pro clade quæ grassatur in populo, vel complente fine naturæ, absque heredibus de hac luce discesserunt, si aliquis per quodlibet ingenium de ipsas res eum inquietare voluerit, licentiam haberet in vice auctorum suorum ipse vel advocatus suus eorum causas adsumere. quod nos propter nomen Domini & reverentiam ipsius sancti loci præstitisse cognoscite. Præcipientes ergo jubemus ut memoratus Pontifex aut Abbas vel Abbatissa seu advocatus ejus in vice auctorum suorum causas ipsius licentiam habeat adsumendi vel obmallandi, & per eorum instrumenta aut de annis ipsam rem, unde tunc à quolibet inquietari videntur, partibus Ecclesiæ vel monasterij sui, cum æquitatis ordine respondendi, vel obmallandi, super annis contra quemcunque sanciendi.

Iudicium evinditale.

XXXVII. Veniens ille in nostri vel procerum nostrorum præsentia suggessit quasi homo nomine ille pagensis vester eum in villa nulla manente causa adsalliisset, & eum graviter livorasset, vel rauba sua in solidos tantos eidem tulisset, & ob hoc vobis per nostram ordinationem tales datos habuisset fidejussores ut Kalendas illas ex hoc in nostri præsentia debuissent astare causantes. A quo placito veniens memoratus ille ibi in palatio nostro, & per triduo seu ampliùs, ut lex habuit, placitum suum custodisset, & memoratus ille abjectus sit vel solsatisfit, ipse nec venisset ad placitum, nec nulla sunnia nuntiasset, adfirmat. Proinde nos taliter unà cum nostris proceribus constitit decrevisse, ut si evidenter memoratus ille pro hac causa tales vobis datos habuit fidejussores, & placitum suum minimè custodivit, dum & inlustris vir ille Comes palatij nostri testimoniavit quòd antedictus ille placitum suum legibus custodivit, & eum adjectivit vel solsativit, & ipse ille placitum suum custodire neglexit, jubemus ut quicquid lex loci vestri de tali causa edocet, vobis distringentibus, antedictus ille partibus illius componere & satisfacere non recuset.

Charta paricla.

XXXVIII. Cum in nostra vel procerum nostrorum præsentia homo nomine ille itémque homine nomine illo interpellasset dum diceret quasi servo suo nomine illo, unà cum rauba sua in solidos tantos, post se fugitivos pedes recepisset, vel post se retineret indebitè, aut hæc præfatus ille omnia hæc fortiter visus est denegasse, quòd nec ipse ipso servo fugitivos pedes nec rauba sua post se nunquam recepisset. Sed dum inter se intenderent, sic eidem à proceribus nostris, in quantum inlustris vir ille Comes palatij nostri testimoniavit, fuit judicatum, ut de quinque denominatos idem ille apud tres & alios tres, sua manu septima, tunc in palatio nostro super capella Domni Martini, ubi reliqua sacramenta percurrunt, debeant conjurare quòd suprascripto servo illo memoratus ille pedes fugitivos unà cum rauba sua in solidos tantos post se nunquam recepisset. Si hoc conjurare potuerit, de hac causa ductus sedeat. Sin autem non potuerit, ipso servo unà cum rauba sua in solidos tantos cum legis beneficium partibus antedicto illo reddere studeat. Interim verò usque in ipso placito, non nec utra pars ex ipsis victa appareat, unde æquales præceptiones eis fieri & accipere jussimus.

Vt pro nativitate Regis ingenui relaxentur.

XXXIX. Ille Rex Francorum viro inlustri illo Comiti. Dum & nobis divina pietas juxta votum fidelium & procerum nostrorum de nativitate filij nostri illius magnum gaudium habere concessit, ut misericordia Dei vitam eidem concedere dignetur, jubemus ut per omnes villas nostras, quæ in vestra vel in cuncto regno nostro aliorum domesticorum sunt actionibus, tres homines servientes in utroque sexu in unaquaque villa ex nostra indulgentia per vestras epistolas ingenuos relaxare faciatis.

Vt leudesamio promittantur Regi.

XL. Ille Rex illi Comiti. Dum & nos unà cum consensu procerum nostrorum in regno nostro illo glorioso filio nostro illo regnare præcepimus, ideo jubemus ut om-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes pagenses vestros, tam Francos, Romanos, vel reliqua natione degentibus bannire & locis congruis per civitates, vicos, & castella congregare faciatis; quatenus præsente Misso nostro inlustri viro illo, quem ex nostro latere illuc pro hoc direximus, fidelitatem præcelso filio nostro vel nobis & leode & samio per loca sanctorum vel pignora quæ illuc per eodem direximus, debeant promittere & conjurare.

LIBER SECVNDVS.

Incipiunt capitula de chartis pagensibus.

1. *Si quis monasterio aut exsenodochio de magna re vult construere.*
2. *Prologus qui de magna re facit Ecclesiis donationem.*
3. *Item alio prologo cum ipsa donatione ad hoc opus.*
4. *Cessio ad die præsente ad Ecclesiam, de villa.*
5. *Precaria de ipsa villa, dum advivit.*
6. *Donatio de parva re ad Ecclesiam.*
7. *Charta interdonationis inter virum & feminam de eorum res.*
8. *Item alia sine aliqua minuatione.*
9. *Charta obnoxiationis à patre in filiis facta.*
10. *Epistola cùm in loco filiorum nepotes instituentur ab avo.*
11. *Charta qui suo nepote aliquid meliorare voluerit.*
12. *Charta ut filia cum fratres in paterna succedat alode.*
13. *Si quis extraneo homine in loco filiorum adoptaverit.*
14. *Pactum inter parentes, de hereditate eorum.*
15. *Libellum dotis.*
16. *Si aliquis puella invita traxerit.*
17. *Qualiter in uno volumine testament. persona condat.*
18. *Securitas pro homicidio facto, si se pacificaverint.*
19. *Venditio de villa.*
20. *Venditio de area infra civitate.*
21. *Venditio de campo.*
22. *Venditio de servo aut ancilla.*
23. *Concambio de villis.*
24. *Concambio de terra aut vinea vel prato.*
25. *Cautiones diverso modo factas.*
26. *Item alia.*
27. *Item alia.*
28. *Qui se in servitio alterius obnoxiat.*
29. *Charta de agnatione, si servus ingenua femina traxerit.*
30. *Libellum repudij.*
31. *Mandatum.*
32. *Ingenuitates diverso modo factas.*
33. *Item ingenuitates alio modo post discessum.*
34. *Item aliæ adhuc alio modo.*
35. *Evacuatoria de cautione, si non invenitur.*
36. *Si quis aliquis servo suo aut gasindo aliquid concedere voluerit.*
37. *Gesta juxta consuetudinem Romanorum, qualiter donationes vel testamenta legantur.*
38. *Mandatum ad gesta.*
39. *Epistola si aliquis rem Ecclesiæ ad usum habeat, & de sua proprietate aliquid donet.*
40. *Præstaria de re Ecclesiis ab Episcopis facta.*
41. *Precaria, qui rem alterius satire vult & non potest, pòst & precaria.*
42. *Indiculum cùm Episcopus ad alium in resurrectione Domini eulogias dirigit.*
43. *Rescripto ad Episcopo de visitatione.*
44. *Quomodo ad Rege, Regina, vel Episcopo post nativitate Domini visitatione directa scribatur.*
45. *Item alia de nativitate Domini.*
46. *Commendatitias litteras ad Episcopo jam cognito.*
47. *Item commendatitias litteras ad Abbate noto.*
48. *Suplicaturio pro eo qui de monasterio regreditur, aut illo qui ingredi voluerit.*
49. *Indiculum generale ad omnes homines.*
50. *Indiculo commendaturio ad viris inlustris laïcis.*
51. *Indiculus ad omnes potentes palatinos, maximè ad cognitos sibi.*
52. *Qualiter pro nativitate filij Regis ex ordinatione dominica domesticus de villas Regis ingenuitates facere debeat ad servientes.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INCIPIT SCEDOLA QVALITER CARTAS paginſis fiantur.

De magna re qui vult exſenodochio aut monaſterio conſtruere.

I. DOmino verè ſancto atque ſedula oſtenſione patentibus virtutum miraculis Chriſti remuneratione fulgenti, oratorio ac cellula in honore ſanctæ ac ſemper virginis genitricis Domini noſtri Ieſu Chriſti aut in alterius ſancti conſtructa, ille, reus quidem meritis flagitiis, quoque ſceleribus, prælaſcivis actibus ac nimia fœditate pollutus, vel opere omnium bonorum Chriſtianorum longè ſatis extremus. Hoc tota penè ſanctarum ſcripturarum ſeries Chriſtianis fidelibus pia exhortatione pronuntiat, hoc etiam tonitrualis illa Evangeliſtarum vox, ſancto ſuggerente Spiritu, ſua poteſtate concelebrat, ut faciat in pauperes eleemoſynam qui vult tartari evadere ſupplicia. Vnde
Matth. 19. Luc. 18. & Dominus in evangelio dicit: *Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo.* Penſemus ergo omnes Chriſtiani quanta ſit pietas & largitio redemptoris ut eleemoſynas pauperum promittantur nobis theſauri regni cælorum. Procuremus igitur ſicut Dominus & ſalvator noſter præcepit, & ac ſi non quantum avemus, ſaltim in quantum poſſumus, eleemoſynam faciamus. Nemo itaque dubitet, nemo tardet: quia ſi nos facimus quæ Dominus & ſalvator noſter præcepit, ille ſine dubio facturus eſt quæ promiſit.
Eccli. 29. Ait enim ſcriptura: *Abſcondite eleemoſynam in corde pauperis, & ipſa pro te deprecabitur Domino.* Abſcondamus ergo eleemoſynam in corde pauperis, ut proveniat nobis deprecatio pauperum in remiſſionem peccatorum. Multa quidem & alia quæ latiniosa ſunt proſequi pro eleemoſynis faciendis teſtimonia in ſcripturis ſanctis reperimus; inter quibus vel ex quibus illam ego exiſtimo potiorem ſententiam quæ ait: *Sicut*
Eccli. 3. *aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum.* Quid ergo verius poteſt credi, quid confidentius, quídve expreſſius, quia ſicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum. Iuſtè ergo extinguitur qui peccatorum incendia eleemoſynis juxta pollicitationem divinam extinguere non teſtinat. Faciant quippe ceteri quod voluerint, agant quod ipſi maluerint, idcirco quia omnis homo ſuo ſenſu ducitur; ego tamen hujus rei exemplum ſecutus elegi ad præfato oratorio vel cellula, juxta Apoſtolorum numerum duodecim ad præſens pauperum, pro remiſſione peccatorum meorum, vel pro diluenda meorum mole peccaminum, Chriſto præſule conlocare; ubi etiam per præſentem epiſtolam donationis meæ dono ad præſente die quod in luminaribus ipſius oratorij vel in alimonia & ſubſtantiali victu, veſtitu quoque & ſuſtentatione ipſorum pauperum vel Clericorum ibidem ſervientium, Deo gubernante & opitulante, proficiat, donatúmque in perpetuum eſſe volo, atque de meo jure in eorum dominatione & poteſtate lego, trado, tranſmitto, atque transfundo, hoc eſt, agros quorum vocabula ſunt illa & illa, quæ ponuntur in territorio illo, pari modo, & quicquid in illo territorio ponitur, in omni ſoliditate portione mea, unà cum mancipiis, ædificiis, vineis, terris, pratis, ſilvis, omníque jure eorum, unà cum colonicis adjunctis, adjacentiis earum, in omni ſoliditate earum, ſicut à me noſcitur fuiſſe poſſeſſum, aut mihi ex legitima ſucceſſione aut undecunque aliquid mihi ibidem obvenit, cum omni ſoliditate vel opportunitate earum ad integrum; ea ſcilicet ratione atque prætexto ut remota Pontificum ſimúlque eccleſiaſticorum omnium officialium ſeu publicorum omnium poteſtate, nullas functiones vel exactiones, neque exquiſita & lauta convivia, neque gratioſa vel inſidioſa munuſcula, neque etiam caballorum paſtus, aut paravereda, vel ceteras angarias, aut in quodcunque functionis titulum dici poteſt, de ipſa facultate penitùs non requiratur, ſed ſub integra emunitate facultaticula ipſa, ſicut à me huc uſque poſſeſſa eſt, in jure oratorij ſancti illi & prædictorum pauperum debeant Deo protegente & opitulante perſiſtere; niſi tantùm ſancti & apoſtolici illius urbis Epiſcopi, in cujus oppido exſenodocius ipſe ponitur, pro tradendis benedictionibus vel ſubſtituendis Abbatibus, Preſbyteris quoque & Diaconibus, abſque ulla pecuniarum adeptione. amplius

verò

verò donandi, exigendi, vel minuendi causam nullam habeat potestatem. sed nec per commutationis locum quicquam ex hoc auferendi nullo tempore occasio vel aditus tribuatur, sed perpetualiter in potestate præfati oratorij sancti illius vel ipsorum pauperum Christo favente permaneat. Hoc etiam ipsis Pontificibus obsecro vel committo, ut illos per succedentibus temporibus, cùm casus mortis extiterit, Abbatibus aut Clericis vel reliquis Clericorum gradus in eodem loco dignentur vel debeant instituere quos sapientia & eruditio scripturarum clarificat, vel quos vita sancta & actio bona aut conversatio honesta commendat. Vnde obsecro clementissimis Regibus tam præsentibus quàm futuris & omnibus in Deo Episcopis omnibúsque potestatibus ac primatibus, omnes etiam seniores, quoscunque judices esse constiterit, per ineffabilem Dei omnipotentiam & per inseparabilem Patri & Filio & Spiritui sancto trinitatem, ut hac voluntate mea pro nullis occasionibus, sicut existente sine Deo cupiditate res exigi solet, nulla ratione nullóque tempore convellere permittatis, sed per sollicitudinem & curam Episcopi constare potiùs pro reverentia trinitatis immensæ vestro tempore & studio vel opere jubeatis; quatenus ut & ille vobis mercedem restituat in futuro qui scit me eleemosynis ipsis sanctis Dei pauperibus pro amore Domini nostri Iesu Christi ardenti desiderio tribuisse. Si quis huic voluntati meæ pro quibuslibet adinventionibus seu oppositionibus, sicut mundus cottidie artibus & ingeniis expolio obvius, vel repetitor, convulsor etiam, aut tergiversator extiterit, anathema sit; & tam qui fecerit quàm qui faciendo consenserit, anathema sit; & sicut Dathan & Abiron hiatu terræ absorpti sunt, vivens in infernum descendat, & cum Ziezi fraudis mercatore & in præsenti & in futuro seculo partem damnationis excipiat; & tunc veniam consequatur quando consecuturus est & diabolus, qui sese fallendo ætheria sede dejectus, cruenta adinventione bonis operibus semper obviare pervigilat; insuper etiam inferat sociante quoque tam in persecutione quàm in exactione sacratissimo fisco, vel sancto Episcopo Ecclesiæ ipsius auri libras centum; & nihilóminus hæc præsens epistola, quæ à me pro timore Dei & amore pauperum conscripta est, firma, incorrupta, intemerata, inviolatáque permaneat. Ego namque de conlatis ac superiùs prænotatis rebus omnia ad curam & sollicitudinem aut defensionem rerum vel gubernationem ipsorum pauperum sancto ac prænotato Domno illo Episcopo vel successoribus suis, Deo sibi teste, committo; & instrumenta, per quod res ipsas auxiliante Domino per eorum sollicitudine defensentur, superscripto Domno illi Episcopo præmanibus tradidi; & qualiter ibidem providè, piè, rectène an secus egerit, Christo Domino in se judice recognoscat. Mihi autem nihil exinde proprietatis titulum penitùs non reservavi: quia facilè contemnit omnia qui cupit ab inferni faucibus erui, vel ille qui peccatorum remissionem Deo remunerante desiderat, aut ille qui semper cogitat eum velit nolit esse moriturum. Stipulatione. & cetera.

Prologus qui de grandi causa facit donationem.

II. Quantum intellectus sensúsque humanus potest mente sagaci pensare atque sollerti indagatione perpendere, nihil amplius valet in hujus seculi luce gaudia fugitiva lucrare quàm quod de rebus suis locis venerabilibus in alimoniis pauperum curetur impendere: quatenus fragilitatem naturæ quod omnes generaliter patiuntur, priusquam subitanea transpositio eveniat, oportet pro salute animæ vigilare, ut non inveniat quemquam imparatum, & sine aliquo respectu discedat à seculo. Quin potiùs, dum proprio libertatis jure subsistit, ex caducis substantiis in æterna tabernacula vitam quærat mercari æternam; ut inter justorum consortium desiderabilem valeat adipisci locum, & retributorem sibi præparet Deum, ut de fructu indeficienti paradisi mereatur foveri; de cujus vivo fonte, perfecta fide poscente, nec subtrahitur poculum, nec minuitur alveus, sed potiùs uti quisque hauserit, irrigatus dulcedine cœlitus, atque suavis ei flagratur odor balsami paradisi.

Item alio prologo.

In nomine sanctæ Trinitatis. Prosperum ac salubriter consilium immóque satis jocundum esse dinoscitur ut homo de mundanis rebus comparet paradisum & de terrena transferat in cœlestia. Sic Dominus in sancto evangelio præclaram intonat vocem dicens: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo, ubi nec fur effodit, nec tinea fulcat.* Matth. 6.

Prologo de Clerico qui in monaſterio tonſoratur, qui ſuam rem ad ipſo loco donat.

Debet unuſquiſque largiente Domino, dum verſatur in corpore, futura tractare & de caducis rebus mercari æterna; ut quandoquidem jubente Deo de corpore egredi contigerit, de mammona iniquitatis manſionem ſibi reperiat comparatam in cœlis. Idcirco ego ille cedo ad monaſterio illo, ubi Abba ille cuſtos præeſſe videtur, & comam capitis mei ibidem depoſui, & in ipſo monaſterio ſub norma ſanctorum vivere cupio, ceſſúmque in perpetuum.

Item prologo.

Opportunum eſt unumquemque, dum terrena munera poſſidet, pro anima ſua frequentiùs cogitare, ut terrenam beatitudinem poſſidere mereatur. Ego inluſter vir ille ſentio me infra corpus meum infirmum eſſe & infra anima mea nimis eſſe peccatorem. Admonet me divina potentia, vel compunctio cordis mei mihi obvenit, ut pro peccatis meis remedium aliquid de res meas locis ſanctorum delegare debeam. Ideo cedo.

Item prologo.

In nomine ſanctæ Trinitatis. Proſperum, ſalubre, & ſatis jocundum eſſe cenſuimus ut homo de caduca quiſpiam ſeculi ad peccata ſua redimendum valeat offerre, aut quid promptiore conſilio, ut homo de mundanis rebus ſeculi comparet paradiſum, & de terrena ſubſtantia ſe transferat in cœleſtia. Itaque ego ille pro divino intuitu & mei mercede compendij, ut me Dominus in futurum veniam concedere dignetur, vel ut nomen meum in libro vitæ adſcribatur, dono ad jamdicto monaſterio in luminaribus Eccleſiæ vel in ſtipendiis pauperum aut monachorum, donatúmque jure legitimo eſſe volo.

Item prologo.

Dum hujus exempli in quodam noſcitur cecidiſſe, patimur ærumnam, & die mortis cotidie ante oculos ſuſpicamur eſſe propinqua, oportet unicuique ob amore cœleſtis patriæ devotionis lucra complecti & res ſibi datas in ſanctorum vel etiam indigentium uſibus alegatas relinquere, ut peccatorum pondera, quæ pontificium pœnitendo non valent laxare, ab eorum interceſſione pleniùs ad veniam debeant pervenire. Idcirco ego ille.

Item alio prologo cum ipſa donatione ad hoc opus.

III. Mundi terminum ruinis crebreſcentibus adpropinquantem indicia certa manifeſtant & experimenta liquida declarare noſcuntur, & ad diſcutiendas torpentes infidelium mentes illa dudum in evangeliis à Domino dicta oracula incumbere noſcuntur. Ergo operæ pretium arbitror futurum viciſſitudine præoccupans anticipare, & incertum humanæ conditionis eventum ſagaci mentis intuitu providere; quatenus ex hoc inflictis facinorum vulneribus, indulta pietate, remedia merear adipiſci. Ergo ego in Dei nomine ille & coniux mea illa conſiderantes qua gravamur ſarcina peccatorum, & reminiſcentes bonitatem Dei dicentis *Date eleemoſynam,* Luc. 11. *& omnia munda ſunt vobis*, de tanta igitur miſeratione & pietate Domini confiſi, idcireo per hanc epiſtolam donationis donamus, donatúmque in perpetuum eſſe volumus, atque de jure noſtro in poteſtate & dominatione monaſterij illius in honore ſancti illius in pago illo conſtructi, ubi præeſt venerabilis ille Abba, vel turma plurima monachorum adunata, tranſmittimus atque transfundimus villas nuncupantes illas, ſitas in pago illo, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, adjunctis, adjacentiis, appendiciis, peculium utriuſque ſexus, mobilibus & immobilibus, ſicut à nobis moderno tempore poſſidetur, vel ſi inantea ibi undecunque aliquid augmentare vel meliorare poterimus, ad præfato monaſterio in alimoniis vel ſubſtantiis monachorum ibidem habitantium Chriſto protegente proficiat; ea ſcilicet ratione ut dum pariter advivimus, antedictas villas ſub uſo beneficio tantummodo abſque ullo prajudicio vel diminutione aliqua ipſius monaſterij poſſideamus; niſi tantùm ſi aliquem ex ſervientibus noſtris à jugo ſervitutis pro communi mercede relaxare voluerimus. Poſt obitum verò, quandoquidem Deus voluerit, noſtrum abſque ullius judicis vel heredum noſtrorum expectata traditione, cum omni re emeliorata, quicquid in ſupraſcriptas villas in quibuſlibet rebus vel corporibus augmentatum vel melioratum fuerit, de præſenti hoc pars antedicti monaſterij vel memoratus Abbas ſuíque ſucceſſores in Dei nomine perpetualiter recipiant poſſidendum, tanquam ſi ad præſens abſque uſu noſtro eorum fuiſſet ſubſecuta poſſeſſio; ita ut quicquid de prædictas villas propter opportunitatem ipſius monaſterij

facere decreverint, liberum in omnibus potiantur arbitrium. Præsentem verò donationem, ne quicquam auri talium vilitate, gestis municipalibus alligari curavimus, & omnino decernimus ne aliquando in eam ob hoc causam quisquam valeat reperire. Quòd si aliquos instrumentis de ipsas villas de nomen nostrum in adversitate prædicti monasterij quolibet ordine comprehensus, aut anteriùs aut posteriùs prænotatos, quod nos nec fecimus nec facere rogavimus, à quocunque præter istum, quem firmissimum volumus esse, quoquo tempore ostensus fuerit, nullum sortiatur effectum, nisi vacuus & inanis appareat; auctorem verò criminis vel falsarium nec inultum tunc temporis patiatur judiciaria abire potestas. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, huic voluntati nostræ per quibuslibet adinventionibus aliquis de heredibus nostris, aut judicium sæva cupiditas, vel qualibet persona, obvius repetitor extiterit, à conventu omnium Christianorum vel limitibus Ecclesiarum extraneus habeatur, & Iudæ traditoris Domini nostri Iesu Christi perfruatur consortium, insuper etiam inferat partibus ipsius monasterij vel fratrum ibidem consistentium, sociato quoque tam in actibus quàm in prosecutione sacratissimo fisco, auri libras tantas, argento pondo tanta, & ne sic quoque quod repetit valeat vindicare, nihilominus præsens donatio, quæ à nos pro timore Dei & amore pauperum Christi conscripta est, firma & inlibata omni tempore debeat permanere. stipulatione subnixa. Actum ibi sub die illo.

Cessio à die præsente ad Ecclesia.

IV. Dum fragilitatis humani generis pertimescit ultimum vitæ temporis subitanea transpositione ventura, oportet ut non inveniat unumquemque imparatum, ne sine aliquo boni operis respectu migret de seculo; nisi dum suo jure & potestate consistit, præparet viam salutis, per quam ad æternam valeat beatitudinem pervenire. Ideoque ego in Dei nomine ille & conjux mea illa pro remedium animæ nostræ & remissionem peccatorum nostrorum, ut veniam in futurum consequi mereamur, cedimus à præsente die cessúmque in perpetuo esse volumus, atque de jure nostro in jure & dominatione sanctæ Ecclesiæ illius in honore illius constructæ, villa nuncupante illa, sita in pago illo, quæ ex alode parentum aut undecunque ad nostra pervenit dominatione, & ad præsens possidere videmur, cum omni merito & termino suo, cum adjacentiis, adjunctis, appendiciis, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, farinariis, cum pastoribus gregis, peculium utriusque sexus majore vel minore, mobilibus & immobilibus, vel quicquid dici aut nominari potest, & tempore præsente nostra videtur esse possessio, ad præsente Ecclesia volumus esse concessum; ita ut ab hac die memorata villa illa pars antedictæ Ecclesiæ, vel Pontifex civitatis illius, aut auctores Ecclesiarum, eam habendi, tenendi, possidendi, vel quicquid exinde pro opportunitate ipsius elegerint faciendi, liberum in omnibus perfruantur arbitrium; ita ut nomen nostrum in libro vitæ conscribatur, vel pro nos utrumque sacrificium post obitum nostrum pio Domino offeratur. Licèt in cessionibus pœnam adnecti non sit necesse, sed nobis pro omni firmitate placuit inserendum. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, nos ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus vel proheredibus nostris, seu qualibet persona, calliditate commotus, aut cupiditate præventus, ullo unquam tempore contra præsentem epistolam cessionis nostræ, quam propter nomen Domini & veneratione sancti ipsius loci spontanea voluntate fieri decrevimus, venire aut aliquid agere voluerit, aut tergiversator extiterit, anathema sit, & cum suprascripto Domno illo ante tribunal Christi deducat rationes, insuper inferat juxta pœna seculi, cum cogenti fisco, partibus ipsius Ecclesiæ, aut auri libras tantas, aut argenti pondo tanta, & quod repetit nullatenus valeat vindicare, sed præsens cessio omni tempore inlibata permaneat, cum stipulatione subnixa.

Precaria de ipsa villa, dum vivit.

V. Domino sancto & apostolica sede colendo Domno & in Christo patri illi Episcopo ego ille & conjux mea illa. Pluribus non est incognitum qualiter propter nomen Domini ad Ecclesiam illam in honore sancti illius villa nostra nuncupante illa, sita in pago illo, quicquid ibidem undecunque fuit nostra possessio, in integritate per epistolam cessionis nostræ visi fuimus concessisse, & eam vos ad parte suprascriptæ Ecclesiæ recepistis. Sed dum postea nostra fuit petitio, & vestra benevolentia

& pietas habuit, ut ipsa villa, dum advivimus, aut qui pari suo ex nobis suppresstis fuerit, dum advivit, nobis ad beneficium usufructuario ordine excolendum tenere permisistis; ea scilicet ratione ut nihil exinde penitùs de qualibet re alienandi aut minuandi pontificium non habeamus, sed absque ullo præjudicio suprascriptæ Ecclesiæ vel vestro eam tantummodo excolere debeamus. Ideo hanc precariam vobis emittimus, ut nullo unquam tempore nostra possessio, etiamsi spatium vitæ nobis Dominus prolongaverit, nullo præjudicio aut deminutione aliqua de ipsa villa vobis generare non debeat, nisi usu tantùm, dum advivimus, habere debeamus, & post nostrum ambobus discessum, cum omni re meliorata, quicquid ibidem undique adtrahere aut meliorare poterimus, per hanc precaturiam, ac si semper per quinquennium renovata fuisset, absque ullius judicis aut heredum nostrorum expectata traditione, vos vel successores vestri aut agentes Ecclesiæ in vestram eam faciatis dominationem revocare perpetualiter possidendum, vel quicquid exinde facere elegeritis, sicut nostra continet epistola, ad profectum præfatæ Ecclesiæ Domni illius liberum habeatis arbitrium. Facta precaria ibi.

Donatio de parva re ad Ecclesia.

VI. Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum vel in substantia pauperum conferimus, hoc nobis proculdubium in æterna beatitudine retribuere confidimus. Ergo ego in Dei nomine ille in amorem Domini nostri Iesu Christi & remissionem peccatorum meorum, ut veniam delictis meis consequi merear in futurum, dono donatúmque in perpetuum esse volo ad basilica illa in honore sancti illius constructa portionem meam in villa nuncupante illa, in pago illo, quicquid ibidem ad præsens tam de alode parentum vel de qualibet adtructu possidere videor, totum & ad integrum ad præfata basilica volo esse donatum; ea videlicet ratione ut dum advixero, sub usu beneficij teneam absque ullo præjudicio vel deminutione aliqua de qualibet re antedictæ basilicæ excolere debeam. Post meum quoque quandoquidem Deus de hac luce voluerit discessum, de præsente, absque cujuslibet judicum aut heredum meorum expectata traditione aut contrarietate, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, campis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, vel reliquis quibuscunque beneficiis Abba de ipsa basilica vel agentes ejus in eorum debeant dominatione revocare perpetualiter possidendum; habendi, tenendi, vel quicquid exinde pro opportunitate antedictæ Ecclesiæ elegerint faciendi liberam in omnibus habeant potestatem. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, nos ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus nostris, seu qualibet opposita persona, calliditate commotus, aut cupiditate præventus, contra hanc epistolam donationis nostræ, quam spontanea voluntate propter nomen Domini fieri decrevimus, venire aut eam infrangere conatus fuerit, iram trinæ magestatis incurrat, & cum suprascripto sancto illo ante tribunal Christi deducat rationes; insuper inferat partibus ipsius basilicæ, cum cogente fisco, auri libras tantas, argenti tantas, & quod repetit vindicare non valeat; sed præsens epistola omni tempore firma & inviolata permaneat, stipulatione subnixa.

Charta inter donationis inter viro & femina de eorum res.

VII. Quicquid enim inter conjugatos de propria facultate, manente caritate, pro amore dilectionis in invicem condonare placuerit, scripturarum necesse est titulis allegare, ne in posterum ab heredibus eorum vel à quocunque possit convelli: quia secundùm legem, si manente conjugio vir uxori vel uxor marito aliquid donaverit, si is cui donatum est prior mortuus fuerit, apud donatorem ea quæ donata fuerint remanebunt. Igitur ego in Dei nomine ille, & te dulcissima conjux mea illa, dum & inter nos procreatio filiorum minimè esse videtur, ideo convenit nobis ut omne corpore facultatis nostræ invicem usufructuario ordine condonare debeamus. quod ita & fecimus. Proinde dono tibi, dulcissima conjux mea, si mihi in hunc seculum supprestis fueris, omni corpore facultatis meæ, tam de alode, aut de comparatum, vel de qualibet adtractu, ubicunque habere videor, & quod pariter in conjugium positi laboravimus, tam terris, villabus, domibus, cum omni præsidio, accolabus, mancipiis, vineis, campis, pratis, aquis, aquarúmve decursibus, aurum, argentum, vestimenta, peculium utriusque sexus majore vel minore, ita ut dum vixeris usufructuario ordine valeas possidere vel dominare, excepto quod pro animæ remedium ad loca san-

ctorum condonavimus, ut inspecta nostra delegatione in omnibus conservetur, & quantumcunque de alode nostra post meum discessum pro communi mercede ad loca sanctorum legaliter condonare & delegare volueris, hoc licentiam habeas faciendi, & inspecta delegatione inconvulsum permaneat; in reliquo verò omnes res ipsas, quantum post tuum discessum intestamentum remanserit, ad nostros legitimos revertatur heredes. Similiter & ego illa, dulcissime jugalis meus ille, commonet me dulcitudo tua, in compensatione rerum tuarum quod in me visus es contulisse, si mihi in hunc seculum supresstis fueris, dono tibi omni corpore facultatis meæ, ubicunque, undecunque, tam de hereditate parentum quàm de comparatum, vel quod pariter laboravimus, totum & ad integrum, tam in villabus, domibus, & cetera, excepto quod pro animæ remedio ad loca sanctorum delegavimus, ut inspecta ipsa instrumenta, in omnibus conservetur, & quod de ipsa alode mea post meum discessum pro communi mercede ad loca sanctorum *** vel ingenuos relaxare volueris, licentiam habeas, & inspecta ipsa instrumenta, in omnibus conservetur. Post tuum quoque discessum, quicquid intestamentum remanserit, ad nostros heredes, qui tunc propinquiores fuerint, revertatur. Si verò, quod futurum esse non credimus, aliqui de heredibus nostris vel quicunque contra hanc interdonationem, unde inter nos uno tenore conscriptas firmavimus, venire aut infrangere voluerit, nullatenus valeat vindicare, sed inferat partibus vestris, cum cogente fisco, auri libras tantas, argenti tantas; præsente verò epistola in nullo possit convelli, sed firma & inlibata permaneat.

Item alia sine aliqua minuatione.

VIII. *Ista alia à capite instar prioris usque* dum advixeris usufructuario ordine debeas possidere, post tuum quoque discessum ad legitimos nostros revertatur heredes, & nullum pontificium quicquam exinde alienandi aut minuandi habere non debeas. Similiter & ego illa, dulcissime jugalis meus ille, commonet me dulcitudo tua in compensatione rerum tuarum, quod in me visus es contulisse, si mihi in hoc seculum supresstis fueris, omnes res meas quascunque, aut ubicunque, tam in terris, & reliqua, sub usu beneficio debeas possidere, & nullum pontificium quicquam exinde alienandi aut minuandi præter usum tantum non habeas, & post tuum discessum ad legitimos nostros revertatur heredes.

Charta obnoxiationis à patre in filiis facta.

IX. Dulcissimis filiis meis illis ego ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos villas aliquas nuncupantes illas, sitas ibi, genetrice vestra illa, antequam eam meo sociassem conjugio, per epistolam cessionis aut libellum dotis visus sum condonasse. Sed dum & ipsa, peccatis meis facientibus, ab hac luce discessit, & vos omni alode ipsius genetrice vestra illa, juxta quod & ratio præstitit, mecum exinde in præsentia bonorum hominum aut Regis altercastis, per ipsam epistolam, quam in eam feceramus, contra nos evindicastis, & in vestra potestate omne alode ipsius recepistis. Sed dum mea fuit petitio, & vos, ut condecet bonis filiis, voluntatem meam obtemperantes, ipsas villas vel res quæ fuerunt genetrice vestra, quas ego ei dedi vel condonaveram, mihi ad usum beneficij tenere & excolere absque ullo vestro præjudicio permisistis, ideo nobis complacuit alias villas nostras illas pro vestra benevolentia & suprascripto usu de villas vestras per hanc epistolam obnoxiationis vobis obnoxiasse; ita ut deinceps tam suprascriptas villas quàm etiam & illas quas supra scriptæ genetricæ vestræ per meam epistolam contuleram, per vestro beneficio excolere debeamus, & nullum pontificium de omnia suprascripta nec vendere nec alienare nec concambiare nec per qualibet ingenio minuare habere non debeam potestatem, nisi tantùm usum, sed per hanc epistolam obnoxiationis meæ in vestro sint arbitrio & potestate, & quandocunque volueritis, & vobis placuerit, absque ulla mea contrarietate aut repetitione omnia superiùs prænotata, tam quod vestrum antea de parte genetrice vestræ fuit alode, quàm & illas alias nuncupantes sic, quod vobis pro ipso usu visus sum obnoxiasse, in vestra debeatis revocare dominatione perpetualiter ad possidendum, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam inde habeatis potestatem, absque alia aliqua intercedente precaria, sed per hanc obnoxiationem, ac si semper per quinquennium renovata fuisset, perpetim valeat obtinere vigorem. stipulatione subnixa. Actum & reliqua.

Epistola cùm in loco filiorum nepotes instituuntur ab avo.

X. Dulcissimis nepotibus meis illis ego ille. Quicquid filiis vel nepotibus de facultate pater cognoscitur ordinasse, voluntatem ejus in omnibus lex Romana constringit adimplere. Ideoque ego in Dei nomine ille, dum & peccatis meis facientibus genetrix vestra filia mea illa, quod non optaveram, tempore naturæ suæ complente ab hac luce discessit, ego verò pensans consanguinitatis causa, dum & per lege cum ceteris filiis meis avunculis vestris in alode meo succedere minimè potueratis, ideo per hanc epistolam vos, dulcissimi nepotes mei, volo ut in omni alode mea post meum discessum, si mihi superstis fueritis, hoc est, tam terris, domibus, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, mobilibus & immobilibus, peculium utriusque sexus majore vel minore, omníque supellectile domus, in quodcunque dici potest, quicquid supradicta genetrix vestra, si mihi supresstis fuisset, de alode mea recipere potuerat, vos contra avunculos vestros filios meos præfata portione recipere faciatis, & dum ipsius filiæ meæ genetricæ vestræ, quando eam nuptam tradidi, in aliquid de rebus meis mobilibus, drappos, fabricaturas, vel aliqua mancipia in solidos tantos dedi, vobis hoc in parte vestra supputare contra filiis meis faciatis. Et si amplius vobis insuper de præsidio nostro obvenerit, tunc cum filiis meis avunculis vestris portionem vobis ex hoc debitam recipiatis, & quicquid exinde omnia superiùs conscripta facere volueritis, liberam habeatis in omnibus potestatem. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, aliquis de heredibus vel proheredibus meis, vel qualibet persona, contra hanc epistolam venire tentaverit, aut eam infrangere voluerit, inferat vobis tan. & quod repetit nullatenus vindicare valeat; sed præsens epistola omni tempore firma permaneat, cum stipulatione subnexa. Actum illo.

Charta qui filiò aut nepote suo aliquid meliorare voluerit.

XI. Dulcissimo filio vel nepote meo illi ego ille. Quicquid pater unumquemque de filiis vel nepotibus plus habere voluerit, hoc sibi secundùm legis ordinem sine consortis repetitione defendat, nec præsumat aliquis contra voluntatem patris agere. Igitur ego in Dei nomine ille, dum & mihi jam senectus adgravat, & necessitates meas ut oportet procurare non valeo, & tu mihi in necessitatibus meis solatium præbere non desistis, & die noctúque deservire non cessas, ideo pro bonitate & pro respectu servitij tui, qua circa me desudas, cedo tibi cessúmque in perpetuum esse volo, & de meo jure in tua transfundo dominatione & potestate, absque consortio fratrum tuorum vel filiis meis, loco nuncupante illo, quicquid ibidem usque nunc tam de alode parentum quàm de reliquo adtractu visus sum tenuisse, unà cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, vel reliquis quibuscunque beneficiis, tibi, ut diximus, à die præsente volo esse concessum; ita ut ab hac die, sicut superiùs diximus, eum cum omni integritate sua habeas, teneas, possideas, vel quicquid exinde facere volueris, absque consortium fratrum tuorum vel filiorum meorum, liberam in omnibus habeas potestatem. Si quis verò, quod futurum esse non credo, aliquis de heredibus vel proheredibus meis, seu qualibet persona, contra hanc cessionem meam quoquo tempore venire aut eam infrangere voluerit, inferat tibi cum cogente fisco auri tantum, & quod repetit vindicare non valeat; sed præsens epistola firma permaneat, stipulatione subnexa. Actum.

Charta ut filia cum fratribus in paterna succedat alode.

XII. Dulcissima filia mea illa, ego ille. Diuturna, sed impia, inter nos consuetudo tenetur, ut de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habeant. Sed ego perpendens hanc impietatem, sicut mihi à Deo æqualiter donati estis filij, ita & à me sitis æqualiter diligendi, & de res meas post meum discessum æqualiter gratuletis. Ideoque per hanc epistolam te, dulcissima filia mea, contra germanos tuos filios meos illos in omni hereditate mea æqualem & legitimam esse constituo heredem, ut tam de alode paterna quàm de comparatum vel mancipia aut præsidium nostrum vel quodcunque moriens reliquero, æquale lance cum filiis meis germanis tuis dividere vel exæquare debeas, & in nullo penitùs portionem minorem quàm ipsi non accipias, sed omnia vel ex omnibus inter vos dividere vel exæquare æqualiter debeatis. Si quis verò. & quod sequitur. Lex Salica tit. 62. c.6.

Si quis extraneo homine in loco filiorum adoptaverit.

XIII. Domino fratri illo ille. Dum peccatis meis facientibus, diù orbatus à filiis, & mihi paupertas & infirmitas afficere videtur, & te, juxta quod inter nos bonæ pacis placuit atque convenit, in loco filiorum meorum viſus ſum adoptaſſe, ita ut dum advixero, victum & veſtitum, tam in dorſo, quàm in lecto, ſeu calciamentum mihi in omnibus ſufficienter impertias & procures, & omnes res meas, quaſcunque habere videor, tam manſo, vinea, prato, peculio, ſeu reliqua ſupellectile domus mei, ſalvo jure ille, me vivente in tua poteſtate recipere debeas, propterea tibi hanc epiſtolam fieri decrevi, ut neque ego, nec nullus de heredibus meis, aut quicunque hanc convenientiam inter nos factam emutare non poſſit, ſed ſicut ſuperiùs continetur, mea neceſſitate, dum advixero, debeas procurare, & omnes res meas & ad præſens & poſt meum diſceſſum in tua poteſtate permaneant, & quod tibi exinde placuerit faciendi liberam habeas poteſtatem. Quòd ſi aliquis hoc quoquo tempore emutare voluerit, inferat tibi tantum, & quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens epiſtola omni tempore firma permaneat.

Pactum inter parentes de eorum hereditate.

XIV. Quicquid enim inter propinquos de alode parentum, non à judiciaria poteſtate coacti, ſed ſponte, manente caritate, juſtè debita unicuique portio terminatur, non de rebus detrimentum, ſed augmentum potiùs poteſt eſſe cenſendum. Et ideo neceſſe eſt inter ſe eorum facta ſcripturarum ſerie alligari, ne ab aliquibus in poſterum valeat refragari. Ideo dum inter illo & germano ſuo illo de alode genitoribus eorum ill. & ill. bonæ pacis placuit atque convenit ut eam inter ſe manente caritate dividere vel exæquare deberent. quod ita & fecerunt. Accepit itaque ille villas nuncupantes illas, ſitas ibi, cum mancipia tanta illa ſimiliter. De præſidio verò, drappos, fabricaturas, vel omni ſupellectile domus, quicquid dici aut nominari poteſt, æqualentia inter ſe viſi ſunt dividiſſe vel exæquaſſe, & hoc invicem pars parti tradidiſſe, & per fiſtuca omnia partitum eſſe dixiſſe. Propterea præſentes epiſtolas duas uno tenore conſcriptas locum pactionis inter ſe viſi ſunt conſcripſiſſe, ut nullus deinceps contra pare ſuo, niſi quòd ad præſens accepit, de ipſa alode genitore eorum amplius requirendi pontificium habere non debeat. Quòd ſi aliquando aliquis ex ipſis aut heredes eorum hoc emutare voluerint, aut amplius requirere quàm accepit voluerit aut adſumere, inferat pari ſuo iſta tuta ſervanti auri libras tantas, argenti pondua tanta, & quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens pactio omni tempore firma permaneat. ſtipulatione ſubnexa. Actum.

Libellum dotis.

XV. Quod bonum, fauſtum, felix, proſperúmve eveniat. De diſponſandis maritandiſque ordinibus, ac procreatione liberorum, cauſis quæ ſtant neceſſe eſt, ut omnia, etiam donatio, per ſcripturarum ſeriem pleniorem obtineant firmitatem. Donat igitur ille honeſtæ puellæ ac nurui ſuæ illæ, ſponſa filio ſuo illo, ante die nuptiarum, donantíſque animo tranſfert atque tranſcribit, hoc eſt, in tanto dono villa nuncupante illa, ſitam ibi, cum domo condigna ad habitandum, vel omni integritate ibidem aſpiciente. Similiter & in dotis titulum alias villas nuncupantes illas, ſitas ibi, mancipia tanta illa & illa, inter aurum & argentum, fabricaturas in ſolidos tantos, caballos tantos, boves tantos, gregem equarum, gregem armentorum, gregem porcorum, gregem ovium; ita ut hæc omnia per manu ſua ad ſuprascripta puella nuro ſua illa ante die nuptiarum debeant pervenire & in ſua dominatione revocare, vel quicquid exinde facere voluerit liberam habeat poteſtatem. Quòd ſi quis contra hunc libellum dotis venire & eum infrangere conaverit, inferat partibus ill. tantum. & reliqua.

Si aliquis puella invita traxerit.

XVI. Dulciſſima conjuge mea illa, ille. Dum & te per voluntate parentum tuorum habui diſponſatam, & abſque tua vel parentum tuorum voluntate, rapto ſcelere, meo conjugio ſociavi, id eſt, dum & te faciente conturno contra voluntatem parentum tuorum rapto ſcelere in conjugio ſociavi, unde vitæ periculum incurrere debui, ſed intervenientes ſacerdotes vel bonis hominibus vitam obtinui, ſic tamen ut quod tibi in tanto dono, vel in dotis titulum, ante die nuptiarum, ſi te diſponſatam habuiſſem, conferre debueram, per hanc epiſtolam compoſitionalem aut, ſi convenit, ceſſionem firmare deberem. quod ita & feci. Ideoque dono tibi locello nuncupante illo, ſitum in pago illo, cum domibus ad manendum condignis, vel

omnia intrinsecus utensilia necessaria, cum terris, accolabus, mancipia tanta illa, vineis, silvis, pratis, pascuis, vel reliquis quibuscunque beneficiis, caballos tantos, boves tantos, gregem equorum, gregem armentorum, gregem porcorum, gregem ovium, inter aurum & argentum, fabricaturas in solidos tantos, drappos tantos, hæc omnia superiùs comprehensa à die præsente in tua tradidi potestate & dominatione possidendum, habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeris faciendi liberam habeas potestatem. Si quis verò. & cetera.

Qualiter in uno volumine testamentum duarum personarum condatur.

XVII. Regnante in perpetuo Domino nostro Iesu Christo, loco illo, anno illo, regnante illo Rege, sub die illo, ego ille & conjux mea illa sana mente integróque consilio, metuentes casus humanæ fragilitatis, testamentum nostrum condidimus, quem illi notario scribendum commisimus, ut quomodo dies legitimus post transitum nostrum advenerit, recognitis sigillis, inciso lino, ut Romanæ legis decrevit auctoritas, per inlustris viros illos, quos in hac pagina testamenti nostri legatarios instituimus, gestis reipublicæ municipalibus titulis eorum prosecutione ab ipsis muniatur. Igitur cùm jubente Domino de istius vitæ cursu migraverimus, tunc quicquid in omnibus pridie quàm moriamur tenere videmur, quicquid ex proprietate parentum, vel proprio labore, seu ex munificentia à piis Principibus percipere meruimus, vel de quibuslibet titulis atque contractibus venditionis, cessionis, donationis, vel undique Domino adjuvante ad nostram pervenit dominationem, tu tunc dulcissima conjux mea illa, heredes quoque meos quos esse volo, hereditatem meam habetote. Reliqui verò ex heredes sint. Ergo excepto quod unicuique per hoc testamentum dedero daréque jussero, id ut fiat, detur, præstetur, impleatur, te, omnipotens Deus, testem committo. Villas verò illas & illas, sitas in pago illo, filius noster ille recipiat. Similiter villas illas sitas in pago illo filius meus vel filia illa recipiat. Villas illas basilica illa vel monasteria sitas ibi recipiat. Id ut fiat, detur, præstetur, impleatur, te omnipotens Deus ad defensandum committo; licèt de omnibus, dum advivimus, nostrum reservavimus usum. Sed dum in villas aliquas, quas superiùs memoravimus, quas ad loca sanctorum heredibus nostris deputavimus, quod pariter stante conjugio adquisivimus, prædicta conjux nostra tertiam inde habere potuerat, propter ipsam tertiam villas nuncupantes illas, sitas in pagos illos, in integritate, si nobis subprestis fuerit, in compensatione recipiat. Et quicquid exinde pro commune mercede, vel in pauperibus, aut benemeritis nostris facere decreverit, licentiam habeat. Et post ejus discessum, si aliquid intestamentum remanserit, heredes nostri recipiant. Liberos, liberas, quos quásque pro animæ remedium fecimus, aut inantea facere voluerimus, & eis epistolas manu nostra firmatas dederimus, obsequium filiorum nostrorum habere cognoscant, & oblata vel luminaria, juxta quod ipsas epistolas continent, ad sepulchra nostra tam ipsi quàm proles eorum implere studeant. Et quibus aliquid de facultate nostra contulimus, singulariter in hoc testamentum nostrum inserere curavimus. In reliquo verò, qualescunque à quocunque epistolas de nomine nostro manus nostras firmatas ostensas fuerint, & ante hoc testamentum prænotas, quas hic non commemoravimus, excepto de ingenuitatibus, quas pro animæ nostræ remedium fecimus aut adhuc facere voluerimus, vacuas permaneant. Et qui ex nobis pari suo supprestitis fuerit, & per qualecunque instrumentum de suprascripta facultate in cujuslibet persona vel benemeritos nostros munere aliquid contulerimus, in quantum lex permittit, firma stabilitate debeat perdurare. Reliquas verò epistolas vacuas & inannis permaneant. Et sic nobis pariter convenit; si tu mihi, dulcissima conjux, supprestis fueris, & ad alio marito, quod tibi Deus non permittat, transire volueris, omnem facultatem meam, quod ad usu fructu possidere tibi concessimus, vel quod à die præsente deputavimus, & habere potueras, hoc præsentaliter heredes nostri recipiant inter se dividendum. Itémque ego illa ancilla tua, Domne & jugalis meus ille, in hoc testamentum promtissima voluntate scribere atque perpetua conservatione rogavi, ut si tu, Domne & jugalis meus, mihi supprestis fueris, omni corpore facultate mea, quantumcunque ex successione parentum habere videor, vel in tuo servitio pariter laboravimus, & quod in tertia mea accepi, in integrum, quicquid exinde facere elegeris, aut pro animæ remedium in pauperes dispensare, aut ad vassos nostros vel

benemeritis

benemeritis noſtris, abſque repetitione heredum meorum quod tua decrevit voluntas faciendi liberam habeas poteſtatem. Et poſt diſceſſum veſtrum, quod non fuerit diſpenſatum, ad legitimos noſtros revertatur heredes. Hanc paginam teſtamenti & manus noſtræ propriæ ſubſcriptionibus, quod ex conſuetudine habuimus, ſubſcripſimus, & per perſonas reliquas ſtuduimus ſubſcriptionibus roborari. Et ut hæc pagina hujus teſtamenti in diſceptatione venire non poſſit, ſi quæ lituræ, caraxaturæ, adjectiones, ſuperdictionéſve factæ ſunt, nos eas fecimus vel facere juſſimus, dum teſtamentum noſtrum ſæpius recurrimus vel emendavimus. Si quis noſtra voluntate reſiſtere aut teſtamentum noſtrum cujuſlibet calliditas conatus fuerit caſu aliquo refragari, id implorantes divini nominis majeſtatem obteſtamur ut pro noſtrorum omnium criminum ac peccatorum obnoxius in die judicij teneatur expers Eccleſiæ catholicæ communionis & pacis ante tribunal Chriſti pro violata defuncti voluntate compellatur ſubire rationem, atque in eum Dominus ſuam ultionem, quam promiſit injuſtis, cùm venerit ſeculum judicare per ignem, feriatur, & accipiat in conſpectu ejus damnationem perpetuam, quam ſuſcepit Iudas traditor Domini. Illud namque intimare volumus, ut ſi aliquis de heredibus vel proheredibus noſtris ſeu qualibet perſona contra hanc teſtamenti paginam, quam plena & integra voluntate fieri rogavimus, venire aut aliquid pulſare voluerit, inferat contra quem repetit tantum & alium tantum quantum in hunc teſtamentum continetur ſcriptum, & inſuper ſaciatas fiſco auri libras tantas, argenti tantas, & quod repetit vindicare non valeat.

Securitas pro homicidio facto.

XVIII. Domino fratre illo ille. Dum & inſtigante adverſario, quod non debueras, germano noſtro illo viſus es interfeciſſe, & ob hoc vitæ periculum incurrere potueras, ſed intervenientes ſacerdotes & magnificis viris, quorum nomina ſubtus tenentur adnexa, nos ad pacis concordiam ob hoc viſi fuerunt revocaſſe, ita ut pro ipſa cauſa ſolidos tantos in pagalia mihi dare deberes, quos & in præſente per vuadio tuo viſus es tranſolviſſe, & nos ipſa cauſa per feſtuca contra te viſus ſum vuerpiſſe. Propterea, juxta quod convenit, hanc epiſtolam ſecuritatis in te nobis conſcribere complacuit, ut de ipſa morte germano noſtro nec à me nec ab heredibus meis aut ſuis, nec de judiciaria poteſtate, nec à quemlibet nullo caſu nec refragatione aliqua aut damnietate ampliùs habere non pertimeſcas, ſed in omnibus exinde ductus & abſolutus appareas. Et ſi fortaſſe ego ipſe aut aliquis de heredibus meis vel quicunque te ob hoc inquietare voluerit, & à me defenſatum non fuerit, inferamus tibi cum cogente fiſco duplum quod nobis dediſti, & quod repetit quis vindicare non valeat, ſed præſens epiſtola ſecuritatis à me facta firma permaneat, ſtipulatione ſubnexa.

Venditio de villa.

XIX. Domino fratre illo ille. Licèt empti venditique contractus ſola pretij adnumeratione & rei ipſius traditione conſiſtat, ac tabularum aliorúmque documentorum ad hoc tantùm interponatur inſtructio ut fides rei factæ & veri ratio comprobetur, idcirco vendidiſſe me tibi conſtat & ita vendidi villa juris mei nuncupante illa, ſitam in pago illo, quam ex legitima ſucceſſione parentum (vel de quolibet modo ad eum pervenit) habere videor, in integritate, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, adjecentiis, appenditiis, vel omni merito & termino ibidem aſpiciente. Et accepi à vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit, tantum, & memorata villa vobis præſentaliter tradidi ad poſſidendum, ita ut ab hac die habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeris faciendi liberam in omnibus habeas poteſtatem. Si quis verò, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe, aut aliquis de heredibus vel proheredibus, ſeu qualibet oppoſita perſona, contra venditionem venire tentaverit, aut me malè vendidiſſe convicerit, & à me vel heredibus meis defenſatum non fuerit, tunc inferamus vobis heredibúſque veſtris dupla pecunia quantum à vobis accepi & ipſa villa meliorata valuerit, & quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens venditio omni tempore firma permaneat, ſtipulatione ſubnexa. Actum.

Venditio de area infra civitate.

XX. Domino ſancto & apoſtolico Domno & patri illo Epiſcopo ille. Conſtat me nullius coactum imperio, neque imaginario jure, ſed propriæ voluntatis arbitrio, vobis vendidiſſe & ita vendidi

aream juris mei infra muros civitatis illius, habentem per longo pedes tantos & in lato pedes tantos, quæ subjungit ad uno latus terra illo, ab alio latus terra illo, à fronte uno terra illo, & ab alio fronte terra illo. Et accepi à vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit, auri solidos tantos, & præfata area vobis præsentaliter tradidi possidendum, ut habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeritis faciendi liberum perfruatis arbitrium. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, seu qualibet persona contra hanc venditionem venire tentaverit, aut eam infrangere conatus fuerit, inferat vobis aut auctoribus vestris dupla pecunia vel quantum area ipsa eo tempore meliorata valuerit. & cetera.

Venditio de campo.

XXI. Domino fratri illo ille. Constat me tibi vendidisse & ita vendidi campo juris mei, situm in territorio illo, habentem plus minus tantum, qui subjungit à latere uno lui, ab alio latere lui, à fronte uno illo, ab alio verò fronte illius. Et accepi à vobis in pretium, juxta quod mihi complacuit, auri solidos tantos; & ipso campo vobis præsentaliter tradidi possidendum, habendi vel quicquid exinde volueris faciendi liberam habeas potestatem. Si quis verò. & cetera.

Venditio de servo aut ancilla.

XXII. Domino fratri illo ego ille. Constat me vobis vendidisse & ita vendidi servum juris mei aut ancillam nomen illo, non furo, non fugitivo, neque cadivo, sed mente & omne corpore sono. Pro quo accepi à vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit, auri solidos probos atque præsentes numero tantos, & ipso servo vobis præsentaliter tradidi possidendum, ita ut ab hac die habendi, tenendi, vel quicquid exinde decreveris faciendi liberum potiaris arbitrium. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, seu qualibet persona contra hanc venditionem venire tentaverit, aut eam infrangere voluerit, inferat tibi cum cogenti fisco auri tantum vel quantum servus ipse eo tempore melioratus valuerit, & hæc venditio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnexa. Actum illo, sub die illo, anno illo.

Concambio de villis.

XXIII. Inter quos caritas inlibata permanserit, pars parti beneficia opportuna præstantur: quia nihil sibi de rebus propriis cénset minui quod è contra recipit in augmentum. Ideo placuit atque convenit inter venerabile viro illo ex permisso apostolico viro illo & inlustris viro illo ut locella aliqua inter se concambiare deberent. quod & ita fecerunt. Dedit igitur ille venerabilis vir lui locello nuncupante illo, situm ibi, de parte basilicæ sancti ill. memorato lui quicquid ibidem ad præsens de qualibet adtractu tenere videbatur, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, vel omnia ibidem aspicientem. Similiter in compensationem hujus meriti dedit suprascriptus ille ad partem memorato Abbate illo vel prædicta basilica alio locello nuncupante illo, situm ibi, quicquid ibidem ad præsens de quocunque adtractu ibidem habere videbatur, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, vel omnia ibidem aspicientem, ita ut ab hac die unusquisque memorata loca, quod acceperunt, habendi, tenendi, vel quicquid exinde pro eorum opportunitate & compendio facere elegerint, liberum perfruantur arbitrium. Illud verò addi convenit, ut si aliqua pars ex ipsis aut heredes vel successores eorum hoc emutare vel refragare voluerit, rem quam accepit amittat, & insuper inferat pari suo, qui hoc facere præsumpserit, auri libras tantas, argenti pondua tanta, & quod repetit vindicare non valeat, sed præsens commutatio, unde duas inter se uno tenore chartas conscripserunt, firma & inviolata permaneat, stipulatione subnexa. Actum illo.

Concambio de terra aut vinea.

XXIV. Ideoque placuit inter illo & illo ut terra aliqua, aut prato, aut vinea, seu qualibet inter se commutare deberent. quod ita & fecerunt. Dedit igitur ille illius campo in loco nuncupante illo, habente tantum, qui subjungit à latere uno illo, ab alio latere aut fronte illo. Simili modo è contra in compenso dedit ille illius alio campo ibi, aut in alio loco, habente tantum, qui subjungit de lateribus à frontibus illius, ita ut ab hac die unusquisque ex ipsis quod accepit habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegerint faciendi liberam habeant potestatem. Si quis verò ali-

quid ex ipſis aut heredes eorum vel quicunque hoc emutare voluerit, quam acceperit pari ſuo amittat, & inſuper inferat cum cogenti fiſco auri tantum,& quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens commutatio, unde inter ſe pro firmitatis ſtudium duas uno tenore conſcripſerunt, omni tempore firma permaneat, ſtipulatione ſubnexa. Actum illo.

Cautiones diverſo modo factas.

XXV. Domino mihi propitio illo ille. Dum & ad meam petitionem & neceſſitatem ſupplendo veſtra bonitas habuit ut libram de argento de rebus veſtris mihi ad beneficium præſtitiſtis, ideo per hunc vinculum cautionis ſpondeo me Kalendas illas proximas ipſum argentum veſtris partibus eſſe redditurum. Quòd ſi non fecero, & dies placitus mei præfinitus tranſierit, pro duplum in craſtinum me aut heredes meos vos aut heredes veſtri, aut cui hanc cautionem dederitis exigendam, teneatis obnoxium. Facta cautione ibi, ſub die illo, anno illo.

Item alia.

XXVI. Domino ſuo illo ille. Conſtat me à vobis accepiſſe & accipere debere & debeo, hoc eſt, ſolidos tantos; pro quos ſolidos ſpondeo me, quandiu ipſos poſt me retinuero, annis ſingulis per ſingulos ſolidos ſingulos triantes veſtris partibus eſſe redditurum. Et ſi hoc facere contempſero, aut exinde neglegens apparuero, ad duplum ipſo locario vobis reddere ſpondeo. Et quomodo de mea proprietate ipſos ſolidos veſtros reddere potuero, hanc cautionem à vobis recipiam.

Item alia.

XXVII. Domino fratri illo ille. Quatenus à neceſſitate mea ſupplendo ſolidos veſtros numero tantos mihi ad beneficium præſtitiſti, ideo juxta quod mihi aptificavit, taliter inter nos convenit, ut dum ipſos ſolidos de meo proprio reddere potuero, dies tantos in unaquaque hebdomada ſervitio veſtro, quale mihi vos aut agentes veſtri injunxeritis, facere debeam. Quòd ſi exinde negligens aut tardus apparuero, licentiam habeatis ſicut & ceteros ſervientes veſtros diſciplinam corporalem imponere. Et quomodo ſolidos veſtros reddere potuero, meam cautionem abſque ulla evacuatuaria intercedente recipiam.

Qui ſe in ſervitio alterius obnoxiat.

XXVIII. Domino mihi proprio illo ille. Dum & inſtigante adverſario, fragilitate mea prævalente, in caſus graves cecidi, unde mortis periculum incurrere potueram, ſed dum veſtra pietas me jam morti adjudicatum de pecunia veſtra redemiſtis, vel pro mea ſcelera res veſtras quamplures dediſtis, & ego de rebus meis unde veſtra beneficia rependere debuiſſem non habeo, ideo pro hoc ſtatum ingenuitatis meæ vobis viſus ſum obnoxiaſſe, ita ut ab hac die de veſtro ſervitio penitùs non diſcedam, ſed quicquid reliqui ſervi veſtri faciunt pro veſtro aut agentium veſtrorum imperio facere ſpondeo. Quòd ſi non fecero, aut me per quodlibet ingenium de ſervitio veſtro abſtrahere voluero, vel dominium alterius expetere aut res ſuſcipere voluero, licentiam habeatis mihi qualemcunque volueritis diſciplinam imponere vel venundare aut quod vobis placuerit de me facere. Facta obnoxiatione tunc, ſub die illo.

Charta de agnatione, ſi ſervus ingenuam trahit.

XXIX. Igitur ego in Dei nomine ille, illa femina. Omnibus non habetur incognitum qualiter ſervus meus nomine ille te abſque parentum vel tua voluntate rapto ſcelere in conjugium ſociavit, & ob hoc vitæ periculum incurrere potuerat, ſed venientes & mediantes amicis vel bonis hominibus convenit inter nos ut ſi aliqua procreatio filiorum orta fuerit inter vos, in integra ingenuitate permaneant.

Et ſi voluntaria ſervum accipit, dicis.

Omnibus non habetur incognitum qualiter ſervo meo nomine illo voluntaria ſecuta es & accepiſti maritum. Sed dum te ipſa & agnatione tua in meo inclinare potueram ſervitio, ſed propter nomen Domini & remiſſionem peccatorum meorum propterea præſentem epiſtolam in te mihi complacuit conſcribere, ut ſi aliqua procreatio filiorum aut filiarum inter vos orta fuerit, penitùs nec nos nec heredes noſtri nec quiſlibet perſona ullo unquam tempore in ſervitio inclinare non debeamus, ſed in integra ingenuitate, tamquam ſi ab utriſque parentibus ingenuis fuiſſent procreati vel nati, omni tempore vitæ ſuæ permaneant, peculiare conceſſo quodcunque laborare potuerint, & ſub integra ingenuitate ſuper terra noſtra aut filiorum noſtrorum abſque ullo præjudicio de ſtatu ingenuitatis eorum commanere debeant, & reditus terræ, ut mos eſt pro ingenuis, annis ſingulis deſolvant, & ſem-

per in integra ingenuitate permaneant tam ipsi quàm & posteritas illorum. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, nos ipsi, aut aliquis de heredibus, vel quicunque contra hanc chartolam venire tentaverit, aut eam infrangere voluerit, inferat tibi aut heredibus tuis auri libras tantas, argento pondo tanta, & quod repetit vindicare non valeat, sed præsens chartola omni tempore firma permaneat, stipulatione subnexa. Actum illo.

Libellum repudij.

XXX. Certis rebus & probatis causis inter maritum & uxorem repudiandi locus patet. Idcirco dum & inter illo & conjuge sua illa non caritas secundùm Deum, sed discordia regnat, & ob hoc pariter conversare minimè possunt, placuit utriusque voluntas ut se à consortio separare deberent. quod ita & fecerunt. Propterea has epistolas inter se uno tenore conscriptas fieri & adfirmare decreverunt, ut unusquisque ex ipsis sive ad servitium Dei in monasterio aut ad copolam matrimonij se sociare voluerit, licentiam habeat, & nulla requisitione ex hoc de parte proximi sui habere non debeat. Si quis verò aut aliqua pars ex ipsis hoc emutare aut contra pare suo repetere voluerit, inferat pari suo auri libram unam, & sua repetitio nullum obtineat effectum, sed ut decreverunt, à proprio consortio sequestrati, in ea quam elegerint parte permaneant. Facta epistola sub die illo, anno illo, regnante Rege illo.

Mandatum.

XXXI. Domino fratre illo ille. Precor & supplico dominationi vestræ, dum & causa pro alode aut qualicunque cum homine nomine illo in palatio aut ubilibet habere videor, ut ipsa causa suscipere ad mallandum vel prosequendum in vice mea debeas, & cum suprascripto illo ex hoc rationare, vel quicquid exinde cum eo de ipsa causa egeris gesseríve, ratum & definitum apud me esse cognoscas. Factum mandatum sub die illo.

Incipiunt ingenuitates diverso modo factas.

Ingenuitas à die præsente.

XXXII. Qui debitum sibi nexum relaxat servitium, mercedem in futurum apud Dominum sibi retribuere confidat. Igitur ego in Dei nomine ille & conjux mea illa pro remedium animæ nostræ vel retributione æterna te illo ex familia nostra à præsente die ab omni vinculo servitutis absolvimus, ita ut deinceps, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus vel natus, vitam ducas ingenuam, & nulli heredum ac proheredum nostrorum vel cuicunque servitium impendas nec libertinitatis obsequium debeas nisi soli Deo, cui omnia subjecta sunt; peculiare concesso quod habes aut deinceps elaborare potueris. Si tibi necessitas ad tua ingenuitate tuenda contigerit, absque ullo præjudicio ingenuitatis tuæ defensionem Ecclesiæ, aut cujuscumque te eligere placuerit, licentiam habeas, & vitam semper bene & integrè ducas ingenuam. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, nos ipsi, quod absit, aut aliquis de heredibus nostris, vel qualibet opposita persona contra hanc ingenuitatem tuam venire aut eam infrangere conaverit, aut te in servitio inclinare voluerit, divina illum ultio subsequatur, & à limitibus Ecclesiarum vel à communione extraneus efficiatur, & insuper inferat tibi cum cogenti fisco auri libram unam, & quod repetit vindicare non valeat, sed præsens ingenuitas omni tempore firma permaneat, stipulatione subnexa.

Item ingenuitas alio modo post discessum.

XXXIII. Dilecto suo illo aut illa, ille. Pro respectu fidei ac servitij tui, quam mihi famularis, pro remissione peccatorum meorum, te ab omni vinculo servitutis absolvo, ea tamen conditione ut dum advixero, mihi deservias; post obitum verò meum, si mihi supréstis fueris, sis ingenuus, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, & nulli heredum ac proheredum meorum vel cuicunque servitium impendas; peculiare concesso quod habes aut elaborare potueris. & cetera.

Item alia adhuc alio modo.

XXXIV. Si aliquos ex servientibus nostris à jugo servitutis absolvimus, mercedem in futurum nobis ex hoc retribuere confidimus. Igitur ego ille propter nomen Domini & retributione æterna te illum ab omni vinculo servitutis absolvimus, ita ut ab hac die vitam ducas ingenuam, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, & nulli heredum ac proheredum meorum vel cuicunque servitium impendas, nisi sub integra ingenuitate defensione cui te ex meis heredibus elegeris habere debeas, & oblata mea, ubi meum requiescit corpusculum, vel luminaria annis sin-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gulis debeas procurare; peculiare concessō quod habes aut elaborare potueris, aut si convenit defensionem Ecclesiæ illius, & vitam semper ducas ingenuam. Si quis verò.

Evacuatoria.

XXXV. Domino fratri illo ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos, aut ante anno, solidos nostros numero tantos ad beneficium accepisti, & cautionem nobis pro hoc emisisti ut ipsos solidos tunc nobis reddere deberes. quod & ita fecisti. Sed dum illa cautione quod nobis emiseras ad præsens non invenimus, ideo tibi hanc epistolam evacuaturiam fecimus, ut de ipsis solidis tantum omni tempore ductus & absolutus resideas; & si ipsa cautio apparuerit, vel à nobis aut heredibus nostris quoque tempore ostensa fuerit, nullum sortiatur effectum, sed vacua & inanis permaneat.

Si aliquis servo vel gasindo suo aliquid concedere voluerit.

XXXVI. Iustissimis nostris sublevantur muneribus qui nobis fideliter & instanter famulantur officio. Ego in Dei nomine ille fideli nostro illo. Pro respectu fidei & servitij tui, quam circa nos impendere non desistis, promptissima voluntate cedimus tibi à die præsente locello nuncupante illo, aut manso illo infra termino villa nostra illa cum omni adjacentia ad ipso locello aut mansello aspiciente, terris, domibus, mancipiis, vineis, pratella, silvola, vel reliquis beneficiis ibidem aspicientibus, ita ut ab hac die ipso jure proprietario, si ita convenit, aut sub reditus terræ in tua revoces potestate, & nulla functione aut reditus terræ vel pascuario aut agrario, carropera, aut quodcunque dici potest, exinde solvere nec tu nec tua posteritas nobis nec heredibus nostris nec cuicunque post nos ipsa villa possederit, non debeatis, nisi tantùm si ita vult riga; sed ipsum omnibus diebus vitæ tuæ aut heredis tui emuniter debeatis possidere, vel quicquid exinde facere volueritis liberam habeatis potestatem. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, aliquis de heredibus nostris, vel quicunque contra hanc cessionem nostram agere aut ipsam rem tibi auferre conaverit, inferat tibi cum cogente fisco auri tantum & hæc epistola firma permaneat, stipulatione subnexa.

Gesta juxta consuetudinem Romanorum, qualiter donationes vel testamenta allegentur.

XXXVII. Anno illo, regnante Domno nostro Rege illo, sub die illo, in civitate illa, adstante viro illo laudabile defensore & omni curam illius civitatis, vir magnificus ille prosecutor dixit: Peto, optime defensor, vósque laudabiles curiales atque municipes, ut mihi codices publicos patere jubeatis. quædam enim in manibus habeo quæ gestorum cupio allegatione roborari. Defensor & curiales dixerunt: Patent tibi codices publici. Prosequere quod optas, dicere non moreris. Vir magnificus prosecutor ille dixit: Venerabilis vir aut inluster vir ille per chartam mandati sui mihi injunxit ut illam donationem testamenti aut cessionem quam ad basilica ad loco sancto illo aut inlustri viro illo ad præsens aut post discessum delegavit, in vice sua, ut mos est, gestis municipalibus ipsam donationem debeam allegare. Vir honestus defensor dixit illi: Mandatum quod in te conscriptum habere dicis nobis ostende, vel in præsente recitare. Et ille prosecutor hoc modo recitavit.

Textum mandatum.

XXXVIII. Domino magnifico fratri illo ille. Peto & supplico caritati tuæ ut in vicem meam epistolam donationis aut testamenti seu cessionis quod de rebus meis illis ad basilica illa pro animæ meæ remedium aut inlustris viri illius post discessum meum vel ad præsens delegavi, in civitate illa publicè prosequere & gestis municipalibus, ut mos est, eam debeas allegare. Propterea tibi hunc mandatum conscripsimus, ut sicut superiùs continetur, taliter prosequere & firmare debeas; & quicquid exinde egeris gesserisve, ratum & definitum apud nos in omnibus esse cognoscas. Factum mandatum tunc, ibi, anno illo.

Post recitationem mandati, vir honestus ille defensor dixit: Mandatum quidem recitatum est; sed suprascripta donatione, testamentum, aut cessione, quam præ manibus habere dicis, nobis præsentibus recitetur, & ut postulas gestis publicis firmetur. quam verò donationem ille professor recitavit. Post recitationem verò vir laudabilis ille defensor & curiales dixerunt: Epistola qui recitata est, gestis publicis inseratur, & quod ille prosecutor vellit & petit, gesta ei publicè datur. Ille prosecutor dixit: Sufficit mihi, bone defensor, ut donatio quæ recitata est, si mihi gesta tradere jubeatis. Ille defensor dixit: Et quia epistola donationis aut cessionis seu testamenti & mandatum in te

conſcriptum per ordinem condita & bonorum hominum manibus roborata, atque ſignata, manifeſta eſſe cognovimus, dignum eſt ut geſta ex hoc conſcripta atque ſubſcripta tibi tradatur, & ut in arcipibus publicis memoranda ſervetur. Edatur ſuper ordine & mandatus ſuus in loco, & totum textum, & manumiſſoris epiſtolæ ſcribantur; & poſtea defenſor & curiales civium & reliqui eam ſubſcribantur atque ſignentur.

Epiſtola ſi aliqui rem Eccleſiæ ad viſum habeant, & eorum proprietatem pro hoc donent.

XXXIX. Domino ſancto & apoſtolico. Domno & in Chriſto patri illi Epiſcopo ille & conjux mea illa. Quatenus ad noſtram petitionem veſtra habuit pietas & benevolentia ut locello aliquo Eccleſiæ veſtræ, nuncupante illo, ſitum in pago illo, quam ille pro animæ ſuæ remedium ad Eccleſia veſtra illa in honore ſancti illius delegavit, nobis ad beneficium, dum pariter advivimus, aut qui ex nobis pare ſuo ſupreſtis fuerit, dum advixerit, excolere permiſiſtis. Et nos pariter, juxta quod convenit, tam pro ipſo uſu quàm pro animæ remedium, alio locello nuncupante ſic, ſitum ibi, poſt noſtrum ambobus diſceſſum, vobis vel ſucceſſoribus veſtris ad memorata Eccleſia viſi fuimus condonaſſe, ea tamen conditione ut dum advivimus, ſupraſcripta loca, tam illa quam nobis præſtitiſtis, quàm & ea quod nos pro animæ noſtræ remedium ad ipſam Eccleſiam delegavimus, abſque ullo præjudicio Eccleſiæ veſtræ ſine ulla diminutione de qualibet re uſufructuario ordine poſſidere debeamus, & poſt noſtrum, ut diximus, ambobus diſceſſum, præfata loca abſque ulla alia renovata, ut mos eſt in ceteris, precaria per hanc epiſtolam abſque ullius heredum noſtrorum aut cujuſcunque contrarietate vel expectata traditione vos vel ſucceſſores veſtri aut agentes Eccleſiæ in veſtra faciatis revocare dominatione perpetualiter dominandum, & noſtra poſſeſſio nullo unquam tempore nullum præjudicium vobis ex hoc generare non debeat. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, nos ipſi, aut aliquis de heredibus noſtris, vel qualibet perſona contra hanc epiſtolam venire aut aliquid de ipſa locella vobis minuari aut auferre voluerit, cum ſupraſcripto Domno illo ante tribunal Chriſti deducat rationes, & inſuper inferat partibus Eccleſiæ veſtræ tantum, & quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens epiſtola firma permaneat. ſtipulatione ſubnexa. Actum illo.

Præſtaria de re Eccleſiæ ab Epiſcopo facta.

XL. In Chriſto ſanctæ Eccleſiæ filiis, aut (ſi tales fuerint) inluſtribus viris illis, ille illius Eccleſiæ gratia Dei Epiſcopus. Dum ad petitionem veſtram alio locello nuncupante ſic, ſitum ibi, vobis pariter ad beneficium, dum advixeritis, excolere permiſimus, & per hoc alio locello nuncupante ſic, ſitum ibi, de proprietate veſtra tam pro ipſo uſu quàm pro animæ veſtræ remedio poſt amborum diſceſſum ad ipſa Eccleſia ſancti illius per veſtram epiſtolam delegaſtis, ideo nobis cum conſenſu fratrum noſtrorum convenit hanc epiſtolam præſtariam in vobis pariter conſcribere, ut dum pariter advixeritis, aut qui ex vobis pari ſuo ſupreſtis fuerit & advixerit, nec nos nec ſucceſſores noſtri nec quiſlibet de parte Eccleſiæ noſtræ ipſa locella de veſtra poteſtate pontificium auferendi non habeamus, ſed per noſtrum beneficium aut ſucceſſorum noſtrorum, dum advixeritis, abſque ullo præjudicio Eccleſiæ noſtræ vel minuatione aliqua de qualibet re in integritate amba locella excolere debeatis, & poſt veſtrum ambobus diſceſſum, ſicut & veſtra continet epiſtola locum præcariæ facta, abſque ullius expectata traditione eas nos aut ſucceſſores noſtri ad partem Eccleſiæ noſtræ revocare debeamus. Facta epiſtola.

Si aliquis rem alterius quam excolit ad proprietatem habere vult, & non poteſt, & poſtea eam precaverit.

XLI. Domno inluſtri illo & mihi proprio Domno illi. Dum per malorum hominum conſilium, quod non debueram, de terra veſtra in loco nuncupante illo, quem excolere video, revellare amavi & ipſa terra ad proprietatem facire, & non potui, quod nec ratio præſtitit, & vos vel agentes veſtri eam ad partem veſtram revocaſtis, vel nobis exinde ejeciſtis, ſed poſtea ad petitionem bonorum hominum nobis eam ad excolendum reddidiſtis. Propterea hanc precariam dominationi veſtræ emittimus, ut quandiu vobis placuerit ut eam teneamus, abſque ullo veſtro præjudicio, quicquid reliqui accolani veſtri faciunt, nos reddere ſpondimus. Quòd ſi non fecerimus, & ob hoc neglegentes, tardi, aut contumaces fuerimus, publicè per hanc precariam, ac ſi ſemper per quinquennium renovata fuiſſet, con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

demnati, ut lex præstat tardis aut negligentibus, & de ipsa terra nos pontificium habeatis eiciendi. Facta precaria ibi, sub die illo, anno illo, illo Rege.

Indiculus Episcopi, ad alium in resurrectione Domini eulogias dirigendo.

XLII. Domino sancto & apostolica veneratione colendo Domno & in Christo fratri illi Episcopo ille gratia Dei, ac si peccator, Episcopus. Dominicæ festivitatis resurrectionisque mysteria, in qua idem Deus Christus tartarius per semetipsum decrevit absolvere, nudus victórque de exsuperato hoste triumphans captivitatem, dedit bona hominibus, propterea remeavit ad cœlos, anni circulum revolventi, quæ felicitas prosperitatem vestram constitit industriam, aut sanctitatem excepisse, ipsóque Deo præsule percogisse, cum eulogias peculiaris patro vestro sancti illius, & salutationis officia veneratione præcipua, quæsumus ut nostram extremitatem affatu dignabili jubeatis specialibus informare.

Rescriptio ad Episcopo.

XLIII. Domino sancto, meritis apostolico, in Christo desiderabili, Domino & fratri illo Papæ, ille peccator Episcopus. Vestras sacras common. almitatui vestri deferenti venerabile filio commune illo, ut cœlitus donabile, nos accepisse prænusce & comperite. De edulium inquit dedepasti recreati sancto hoc de munere vestro trepudiantes, multum de qua pagina færrit. quod valitantes vobis præscimus esse cum vestris & quintati habuit vestra dignatio instigio ut in virendotirio fuistis dignati, infimo gratias agimus. In his e plura solventes, plusculum quod valeat internum congignere compus, vel verborum carmina pandant, oracula dictua dicimus. Et illud quod nos flagitare oportet, ut in vestris sæpius nobis reminiscat oratio.

Quomodo Episcopus nativitatem Domini ad Regi, Regina, vel ad Episcopo visitationis dirigit scriptum.

XLIV. Glorioso atque præcelso & universale catholicæ sanctæ Ecclesiæ filio illi Regi, ille Episcopus. Glorioſa atque præcelsa & universale catholicæ sanctæ Ecclesiæ filia illa Regina, ille misericordia Dei Episcopus. Domino inclitóque cultore atque apostolico Domino & in Christo fratri illi Episcopo, ille peccator Episcopus. Dum generaliter dominicæ nativitatis exultamus adventum, censum debita subjectionis desolvere perurguemus ex voto: atque ideo salutationum munia cum eologias peculiaris patroni vestri sancti illius (*si ad Regem*) clementiæ vestræ, (*si ad Episcopum*) sanctitati vestræ direximus, cum omni humilitatis genere clementissimè dependentes, suggerimus ut jugi nos præmunientes orato, de vestræ sospitate integritatem trepudiare faciatis, dignabili protinus rescribtu.

Item alia de nativitate Domini.

XLV. Iocunditatis mutuæ gratiam cognoscere cupientes, divinitus universitate conlata, non distituemus epistolis præferendam vestram prævenire clementiam, aut sanctitatem, cum eulogias peculiaris patroni vestri illius, honorabile ac devoto cultu poscentes ut qua alacritate festiva nativitatis dominicæ peregistis insignia, nos doceant vestræ sanctitatis exempla. Erunt enim nobis provectuum vestræ incrementa salutis, locuplex thesauri facultatis.

Commendatitias litteras ad Episcopo noto.

XLVI. Domino reverentissimo illo Papæ ille. Reminiscentes vestram affectuosam beatitudinis caritatem, qua tunc ab obtentu retributionis æternæ nostræ extremitatis personolam in intimis visceribus ac si unicæ dilectionis vinculum amplectebamini sedulè; qua fiducia provocatus hos apices vilitatis nostræ fidenter ad dignationem vestram per fratres nostros filios vestros gerulos præsentes destinare præsumpsi, per quos vestram almitatem, si præsumptio non offendit, salutationum munia, ut decet, non arroganter, sed humiliter destinare præsumo, quos ut commendatos in omnibus recipere dignetis, quæsumus opportunè. Etenim in tam longinquis regionibus propter necessitates fratrum comparandum euntes, vestris Christo præsule indigent adminiculis; pro quibus beneficiis centuplicato fœnore à Domino retributore bonorum omnium refertum mercedis cumulum in ævum recipiatis digniſſimum. Dominus Deus noster piam coronam vestram memorem mei & præsentibus repleat bonis & dignam reddat æternis, Domne semper meus.

Item commendatias litteras ad Abbate noto.

XLVII. Domino beatissimo & meritis venerando sancto patri illo Abbati ille in Domino perpetuam mittit salutem. Multimoda nobis benivolo vestro generare comperite gaudia quotiens aditus dede-

rit opportunus ut ad indagandam ſoſpitatem veſtram noſtras dirigere debeamus litterolas. Idcirco cum ſalutationum officiis humili prece almitati veſtræ quæſumus ut pro nobis miſericordiarum dominum, ubi dignas ſeduláſque funditis preces, exorare non dedignemini quatenus veſtris fulti precibus olim optatam adire mereamur patriam. Paritérque latores præſentes famulos veſtros, fratres in Chriſto noſtros, quos ob neceſſaria monaſterij noſtri illuc uſque deſtinavimus, veſtræ beatitudini plurimùm commendare præſumimus, ut eis in quo neceſſarium duxerint ſolatium præbere pro divino intuitu non dedignetis. Vale pro nobis orans, Domne ſancte ac beatiſſime pater.

Supplicaturio pro eo qui in monaſterio converſare deſiderat.

XLVIII. Domino ſancto, Deíque cultore, & mihi in Chriſto honorabile fratri, illi Abbati, ille ſalutem optans mitti in Chriſto. Primùm illud tanquam præſens ſanctis veſtris ſuggero provolutus pedibus ut meæ extremitatis litterolæ, cum veſtris fuerint ſacris manibus traditæ, pro me meíſque, quos mihi in Chriſto cohærere fecit amor, fratribus, precibus Domino commendetis. Deinde ſubjectus veſtri frater in Chriſto noſter ille, ſuperno inſpiratus munere, veſtræ ſanctitati obedientiæ noſtras ſe petiit litterolas almitati veſtræ commendari; per quas ſuppliciter poſtulamus ut ovem fauce lupi boni paſtoris Chriſti manu erepta, ad caulas Chriſti gregis tua ſit diligentia reducta, ac vice patris ac medici pia, oro, circa hunc ſit vigilantia ægrum: quem ſi priſtinæ redditum ſanitati paſtori omnium cum ceteris præſentaveris inlæſum, quæ ſequatur tuo merces laboris, optimè divinis noſti inſtructus oraculis. Vale, memor eſto mei venerabilis in Chriſto frater.

Indiculum generale ad omnes homines.

XLIX. Domno noſtro, orthodoxo Romanæ ſedis apoſtolicæ à Deo inſtituto illi Papæ, vel omnibus apoſtolicis Domnis & patribus, ſeu Abbatibus; vel Deo dicatis cœnobiis degentibus, necnon & inluſtribus viris Patriciis, Ducibus, Comitibus, vel omnibus Chriſtiani cultus divine religione ſectantes, ille peccator Epiſcopus viliſſimus omnibus in Domino præſumo mitti ſalutem. Quatenus præſens portitor ille, radio inflammante divino, non (ut pleriſque mos eſt) vacandi cauſa, ſed propter nomen Domini, itinera ardua & laborioſa parvipendens, ob lucrandam orationem, limina ſanctorum Apoſtolorum Domni Petri & Pauli adire cupiens, meæ parvitate ſe petiit veſtræ commendare almitate ac induſtriæ litterolas; per quas viliſſimus omnium, tanquam veſtris provolutus veſtigiis ſingulorum, ſupplicare præſumo ut pro me minimo exorari jubeatis, & eundem euntem vel redeuntem, ſi Dominus permiſerit, propter nomen Domini ſolita pietate commendatum recipiatis, & quod neceſſe habuerit impertire tanti habeatis; quatenus ab ipſo mereamini mercedem recipere cumulum qui ſibi dixit impleri quantum quis in ſuis pauperibus viſus fuerit erogare.

Indiculum commendatitium ad viros inluſtres Laicos.

L. Domino inluſtre, & præ cunctis magnificentiſſimo, ac nobilitatis proſapiæ decorato atque ſublimato illi, ille peccator in Domino præſumit mittere ſalutem. Quamquam veſtra excellentia meæ parvitate minimè ſit cognita, tamen multorum relatione didici veſtram in Domino maximam devotionem & in ſervos Dei vel pauperes ejus ob æterna retributione ſollicitudinem non pigram. Qua fiducia provocatus, hos apices vilitatis meæ per latores præſentes famulos veſtros, fratres in Chriſto noſtros, ad dominationem veſtram direximus; per quos veſtram induſtriam, ſi præſumptio non offendit, plurimùm ſalutare præſumo; & peto ut eis euntibus vel redeuntibus, in quo neceſſarium duxerint, propter nomen Domini ſolita pietate conſolare jubeatis.

Indiculum ad homines potentes palatinos, maximè ad cognitos ſibi.

LI. Domino inluſtri & præ cunctis magnificentiſſimo viro illi ille peccator perennem in Domino mittit ſalutem. Vberem ſtrenuitatis veſtræ agapem erga nos potiſſimo jure flagrantem litterarum ſerie non omittimus excitare, quò, avidi facilitatis veſtræ quæſtus præſtolantes, uberes in Domino à vobis fructus ſemper ſuſcipiamus, & dum præſenti in vita tibi rerum arbiter locum dedit quo & Eccleſiarum & amicorum feras ſuffragia, non pigeat ſubire laborem qui in poſterum mercedem conferat lucra, & nunc multiplicia ex numero amicorum ferant ſuffragia, & unde tibi præſentium portitores, ſodales mei, famuli veſtri ſuggeſſerint, piè obaudientes affectui mancipetis. Vale vir vigoris atque tuorum decus amicorum. Omnipotentis

tentis Domini pietas ad Ecclesiarum profectum per multa spatia temporum vos conservare & custodire dignetur.

Qualiter ex ordinatione Regis pro nativitate filij sui Domesticus de villa Regis per sua epistola relaxat ingenuos.

LII. Ego in Dei nomine ille Domesticus ac si indignus gloriosissimi Domni illius Regis super villas ipsius illas, illi ex familia dominica de villa illa. Dum generaliter ad omnes Domesticos Regis ordinatio processit pro nativitate Domnicelli nostri illo, ut à Domino meliùs conservetur, de unaquaque villa fiscale tres homines ex servientibus inter utroque sexu à servitio laxarentur, & nos ita faciendum ob hoc ordinatione recepimus, propterea te per hanc epistolam nostram, sicut mihi jussum est, ab omni vinculo servitutis absolvo, ita ut deinceps, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, vitam ducas ingenuam, & in nullo servitio nec à nobis nec à successoribus Domesticis nec à quocunque de parte fisci penitùs in servitio inclinari non possis, sed per hanc epistolam ingenuitatis, sicut nobis jussum est fieri, bene & integrè ingenuus cunctis diebus vitæ tuæ debeas permanere. Si quis verò aliquis te de statu ingenuitatis tuæ impulsare voluerit, inferat tibi cum cogenti fisco auri libram unam, & quod repetit vindicare non valeat, sed præsens epistola firma permaneat, stipulatione subnexa. Actum ibi sub die illo, anno illo, Rege illo, suprascripto illo Dõmno nostro Rege.

APPENDIX
FORMVLARVM MARCVLFI,
SIVE
FORMVLÆ VETERES
INCERTI AVCTORIS.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. *Notitia de colono evindicato.*
2. *Charta sacramentalis.*
3. *Notitia de servo.*
4. *Iudicium evindicatum de colono.*
5. *Notitia de colona evindicata.*
6. *Notitia de servo quam colonus comparat.*
7. *Notitia de terra evindicata.*
8. *Ingenuitas.*
9. *Mandatum.*
10. *Tractuaria pro itinere peragendo.*
11. *Cessio ad Ecclesiam à novo ædificatam.*
12. *Litteræ commendatitiæ seu formatæ.*
13. *Ingenuitas.*
14. *Venditio.*
15. *Cautio.*
16. *Obnoxiatio.*
17. *Commutatio de terris.*
18. *Charta agnationis.*
19. *Traditoria de terra.*
20. *Traditoria de manso vel vinea.*
21. *Notitia de servo.*
22. *Notitia de jactivis.*
23. *Securitas.*
24. *Charta denarialis.*
25. *Mandatum.*
26. *Cessio ad Ecclesiam.*
27. *Precaria.*
28. *Præstaria.*
29. *Notitia de homine forbatudo.*
30. *Indiculus regalis.*
31. *Item alius indiculus.*
32. *Notitia de colonitio.*
33. *Notitia sacramentalis.*
34. *Notitia de herbis maleficis.*
35. *Cessio.*
36. *Evacuatoria.*
37. *Libellus dotis.*
38. *Indiculus regalis.*

39. *Æqualentia vel pactum.*
40. *Donatio ad casam Dei.*
41. *Precaria.*
42. *Præstaria.*
43. *Traditoria de terra.*
44. *Emunitas sanctorum.*
45. *Indiculus regalis.*
46. *Relatum quod.*
47. *Hereditoria.*
48. *Redemptionale.*
49. *Hereditoria.*
50. *Cautio de vinea.*
51. *Securitas.*
52. *Donatio ad filios.*
53. *Mandatum.*
54. *Gesta.*
55. *Epistola.*
56. *Gesta manumissionis.*
57. *Traditoria.*
58. *Obnoxiatio.*

Notitia de colono evindicato.

I. NOtitia qualiter vel quibus præsentibus veniens homo aliquis, nomine ille, advocatus sancti illius de monasterio illo & illo Abbate, in civitate illa in mallo publico ante illustri viro illo Comite vel aliis quampluribus personis ibidem residentibus, interpellabat homine aliquo nomine illo, repetebat ei, dum diceret eò quòd ante hos dies ipse homo sacramentum contra ipsam casam Dei vel ipsius Abbatis habuisset adhramitum ad suam ingenuitatem defensandum in ipso mallo in basilica sancti illius ob hoc jurare debuisset, & ipse homo de ipso sacramento jectivus remansit, & ipse homo nullatenus rationes potuit tradere per quod ingenuus esse deberet, vel ipso sacramento jurare potuisset. Et dum hæc causa apud ipso Comite vel ipsis Racimburgiis diligenter fuit inventa vel inquisita, & legibus fuit definita, & ipse homo in præsente pro colono ad casam sancti illius vel ipsius Abbatis sibi recognovit vel recredidit, & ipse vicarius per jussionem ipsius Comitis ipsum hominem per manus, pro colono ipsius, advocato illius Abbatis visus est reddidisse, propterea taliter ei fuit judicatum ut de hac causa notitiam bonorum hominum manibus roboratam eum accipere deberet, quod ita & fecit, ut ipsum hominem ipsa casa Dei vel ipse Abba seu rectores eorum pro colono habeant evindicatum, & sit inter ipsos postmodum ex hac re sublata causatio. His præsentibus qui subter firmaverunt.

Charta sacramentalis.

II. Veniens advocatus sancti illius de monasterio illo, seu & illius Abbatis de prædicto monasterio illo, castro illo, in mallo publico, ante illustre viro illo Comite vel aliis quampluris qui ibidem aderant, interpellabat homine aliquo nomen illo, repetebat ei dum diceret eò quòd genitor suus nomine ille colonus sancti illius de villa illa fuisset, & ipso colonitio de capud suum ad ipsa casa Dei redebeat, & exinde neglegens aderat; & ipse in præsente hoc fortiter denegabat, & taliter dedit in suo responso quòd de patre franco fuisset generatus, & de matre franca fuisset natus. unde tale sacramento per suam fistucam visus fuit adrhamire, & taliter ei fuit judicatum, ut hac causa apud proximiores parentes suos, octo de parte genitore suo, & quatuor de parte genetricæ suæ, si præmortui non sunt, & si præmortui sunt, apud duodecim francos, tales qualem se esse dixit, in illo castro, in basilica sancto illo, ubi reliqua sacramenta percurrunt, in quadraginta noctes in proximo mallo post bannum resisum hoc debeat conjurare.

Notitia de servo.

III. Notitia qualiter vel quibus præsentibus veniens ille in causa monasterij sancti illius, civitatis illius Pontifici, ad vicem venerabile viro illo Abbate de prædicto monasterio, die illo, illa civitate, in mallo publico, ante inlustre viro illo Comite, & ante illo Episcopo, vel aliis plures magnificis viris qui ibidem residebant, homine aliquo nomen illo ibidem interpellabat dicens eò quòd servus monasterij sancti illius de capud suum aderat, & colonus ipsius sancti ille nomine illum de franco homine comparasset, & malo ordine ipso servitio partibus monasterij sancti illius effugiebat vel intendebat. Interrogatum fuit ipsi servo si ipsa causa vera erat aut non. Sed ipse servus in omnibus hoc fortiter denegavit, & ipse Abba vel suus advocatus contra prædicto servo intendebant, & taliter dixerunt, quòd testimonia homines francos præsentare potebant, qui hic adstabant, quòd ipse colonus ipso comparaverat, & in suum servitium eum viderant deservire, & per lege servus sancti illo esse debet. Et ipsa hora ipse Abba, vel ipse advocatus, sua testimonia homines septem, his nominibus illo

& illo, adrhamivit ut in craſtinum die illo ibidem præſentare deberent. quod ita & fecerunt. Et ipſi homines ſic teſtimoniaverunt, quòd per lege ſervus ſancti illius aderat debitus, & quomodo hoc teſtimoniaverunt... ſuper altario ſancti illius, in illa capella, quàm in curte fiſci, ubi reliqua ſacramenta ſoluta ſunt, jurati dixerunt. Denuo ipſius ſervo fuit interrogatum ſi ipſa cauſa recognoſcebat, ſi ſic erat veritas. Sed ipſe ſervus in omnibus hanc cauſam recognovit, & ad ſervitium ſibi reverſus fuit; & ipſe Abba per judicium ad ipſas perſonas, per juſſionem illius Comite, de manu ill. Vicario exceptum, ibidem pro ſervo ſancti illius evindicabat. His præſentibus.

Judicium evindicatum de colono.

IV. Cùm reſediſſent venerabilis ille Abba & inluſter vir ille in villa illa in pago illo, ubi ille Comes eſſe videtur, per juſſionem Domno & glorioſo illo Rege, ad univerſorum cauſas audiendum vel recta judicia in Dei nomine terminandum; ibique veniens ille advocatus monaſterij illius vel illius Abbatis homine aliquo nomen illo interpellabat, repetebat ei, dum diceret eò quòd legitimo colonitio partibus monaſterij ſancti illius vel illius Abbatis ad villa illa de parte genetrice ſua redeberet, & negligens & jectivus exinde adeſſet. Sed ipſe homo de præſenti adſtabat, & ipſam cauſam nullatenus potuit denegare, & ad ipſum colonitium ſe recognovit, & per manibus ipſum hominem ipſius Abbatis reddidit. Proinde taliter ab ipſis Miſſis dominicis, vel illo Comite, ſeu & ab ipſis Rachimburgiis, ipſius advocato in cauſa ſancti illius vel ipſius Abbatis pro firmitatis ſtudium fuit judicatum ut dum ipſa cauſa taliter fuit inventa & legibus definita, ut tale judicio evindicato exinde accipere deberet, quod ita & fecit, ut omni tempore ad ipſum colonitium ſancti illius ad villa illa illum habeat evindicatum vel elidiatum, & ſit in poſtmodum inter eos ex hac re ſublata cauſatio. Datum in menſe illo, in anno illo.

Notitia de colona evindicata.

V. Veniens homo aliquis nomine ille advocatus ſancti illius, de monaſterio ſancti illius, vel illius Abbatis de ipſo monaſterio, die illo, in mallo publico, ante inluſtre illo viro illo Comite, vel ante quampluris perſonis qui ibidem aderant ad univerſorum cauſas audiendum vel recta judicia in Dei nomine terminandum, qui ſubter firmaverunt, femina aliqua nomine illa ibidem interpellabat, repetebat ei dum diceret eò quòd avus ſuus nomine ille quondam, vel genitor ſuus ille quondam, coloni ſancti illius de villa illa fuiſſent, & ipſa femina colona eſſe debebat, & ipſo colonitio malo ordine de ipſa caſa Dei effugeret. Sic ipſa femina in præſente adſtitit, & ab ipſis perſonis ei interrogatum fuit ſi ipſa cauſa eſſet veritas, an non. Sed ipſa ..... in omnibus fortiter denegavit, & taliter dixit, quòd avus ſuus ille quondam, nec genitor ſuus ille quondam, coloni ſancti illius de villa illa nunquam fuiſſent, nec ipſa colonitio de capud ſuum ad ipſa caſa Dei ſancti illius nunquam redebebat, ſed de patre & de matre bene ingenua nata vel procreata fuiſſet. Sic ab ipſis perſonis taliter ei fuit judicatum, ut apud duodecim homines parentes ſuos, octo de patre, & quatuor de matre, ſi præmortui non ſunt, & ſi præmortui ſunt, apud duodecim homines bene francos Salicos, in ipſo mallo ſuper altario ſancti illius, in proximo mallo quem ipſe Comes ibidem tenebit, hoc conjurare debeat quòd avus ſuus ille quondam, nec genitor ſuus ille quondam, coloni ſancti illius de monaſterio illo de villa illa nunquam fuiſſent, nec ipſa colonitio de capud ſuum ad ipſa caſa Dei non redebeat. Et ſi hoc in eo placito, ſicut ſuperiùs inſertum eſt, conjurare potuerit, de hac cauſa ducta & ſecura reſideat. Sin autem non potuerit, ad ipſa caſa Dei ſe recognoſcere faciat. Datum ibi.

Notitia de ſervo quem colonus comparat.

VI. Notitia qualiter vel quibus præſentibus veniens magnificus vir ille die illa in illa civitate in mallo publico ante inluſtre viro illo Comite & ante apoſtolico viro illo, vel præſentibus quampluribus viris venerabilibus Rachimburgis qui ibidem ad univerſorum cauſas audiendum vel recta in Dei nomine judicia terminandum reſidebant vel adſtabant, quorum nomina ſubter tenentur adnexa, homine aliquo nomine illo interpellabat, dixit eò quòd ſervus ad colono ſuo nomine illo de capud ſuum aderat, & venditionem habebat quomodo ipſe colonus ipſum comparaverat, & ipſam venditionem ibidem oſtendebat ad relegendum. Relecta epiſtola, ſic ipſi viri ipſum interrogaverunt, ſi aliquid contra ipſa charta dicere volebat, vel ſi eam agnoſcebat, an non. Sed ipſe ſervus ipſa charta vera & legitima recognovit. Sic ipſi viri tale decreverunt judi-

cio, ut ipse ille ipsum ad servitium recipere deberet. quod ita & fecit, & per manu illius Vicarij per jussionem inlustre viro illo Comite & per judicium ad ipsas personas præsentaliter recepit. His præsentibus. Datum ibi, sub die illo.

Notitia de terra evindicata.

VII. Notitia qualiter vel quibus præsentibus veniens venerabilis vir ille Abbas de monasterio illo, die illo, in illo loco, ante inlustribus viris magnificis illis & illis Missis Domno & glorioſissimo illo Rege, vel aliis quampluris qui subter firmaverunt, quorum nomina subter tenentur inserta, homine aliquo nomine illo interpellabat, repetebat ei, eò quòd illa terra quam apud homine illo concambiavit, qui est in pago illo, in grafia illa, in loco qui vocatur ille, post se malo ordine retineret injustè. & ipse homo in præsente adstabat, & hanc causam nullatenus potuit denegare, nec tradere rationes per quas ipsam terram habere debeat. Sic ipsi homini fuit judicatum, ut ipsam terram ante ipsos Missos dominicos secundùm suam legem ipsi venerabili viro illo Abbati reddere vel revestire deberet. quod ita in præsente & fecit. Propterea jubemus ut dum hanc causam sic actam vel perpetratam esse cognovimus, ut ipsa terra ipse Abbas habeat evindicata atque elidiata, sit postmodum ex hac re omníque tempore sublata causatio. Datum ibi sub die illo, anno illo, regnante Domno nostro illo glorioſissimo Rege.

Ingenuitas.

VIII. Quoniam sanctissimi Hludouvici Imperatoris pietas, quam habet in Deum, ea quærere & indagare non cessat quæ Domini potissimùm congruant voluntati, quibus quoque religionis honor & devotio magis ac magis de die in dies crescat atque proficiat, & ea quæ ad divinum cultum & officium sanctum pertinent, decoris & honestatis amplius in diebus ejus qûàm priùs habuerint accipiant, & cunctis in futurum temporibus quæ secundùm Deum ab eodem inventa procuratáque sunt proficiant, & perenni stabilitate à successoribus ejus & fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ inviolabiliter in perpetuum conserventur, memor semper quod
Prov. 20. dicitur, *Misericordia & veritas custodiunt Regem, & justitia firmatur thronus ejus*, adeo ut verissimè & propemodum speciaEccles. 10. liter de eo dictum videatur, *Beata terra*
Sap. 6. *cujus Rex sapiens est*; cui etiam illud non inconvenienter potest aptari quod Dominus de David perhibuit dicens: *Inveni* Act. 13. *David secundùm cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.* Hujusmodi itaque studiis Rex iste sapiens & beatus indesinenter intentus, & Domini semper adhærens voluntati, cupiens, ut præmissum est, divinum officium modis omnibus honestare, & eos qui Domino Deo sacrificium super altare sanctum offerre debent, & corpus & sanguinem dominicum precum mediatione consecrare, honori habere, & ampliore gratia circumdare, statuit ut Epis- Capitulare
copi & Abbates & quicunque ecclesiasticis an. 816. c. 6.
possessionibus jure prælati sunt, si aliquos ex familia ad presbyteratus ordinem promovere velint, priùs eos, permissu ipsius, libertate donent, & sic tandem ad sacerdotij gradum dignissimè subvehant. Igitur ego ille minimus servorum Dei famulus Ecclesiæ Senonicæ Archiepiscopus tanta sereniſſimi Hludouvici Augusti auctoritate, quæ Senonis in arcibo Ecclesiæ episcopij servatur, fultus per hunc libellum manumissionis te fratrem nostrum, quem servilis conditio hactenus addictum tenuit inter hujus Ecclesiæ familiam, quia fratrum testimonio, inter quos enutritus es, dignus ad sacerdotalem honorem suscipiendum prædicaris, censeo te atque statuo ante sacri altaris cornu in conspectu sacerdotum & cleri & populi adstantis à præsenti die & deinceps ab omni jugo servitutis humanæ absolutum fore civémque Romanum appellari, ita ut nulli hominum pro servili conditione quicquam debeas servitij nec obsequi neque etiam libertinitatis munus impendere, non mihi, nec successoribus, aut actoribus, quicunque præfuerint huic Ecclesiæ, non judiciaria præditis potestate; sed soli Deo licentiam & facultatem habeas liberè famulandi, diésque tuos vitámque ipsi dicandi; ut in ipsius Ecclesia proficias ad honorem & profectum plebis pretioso sanguine Christi redemptæ; quatenus hanc pro modulo tuo monitis instruas, orationibus juves, exemplis informes, corporis & sanguinis dominici consecratione, propter cujus honorem hanc consecutus es dignitatem, reficias; ut sicut ab humana servitute liberatus per hanc manumissionem esse cognosceris, ita per divinam doceas diabolicæ dominationis jugum evadere plebem quæ tibi à proprio Pontifice fuerit commissa. His quoque subnectere placuit, canonicis admoniti constitutionibus, ut si qua dein-

ceps prædia vel mancipia tui nominis titulo comparaveris, hoc obſervare ſtudeas quod in eiſdem decretum eſſe cognoſcitur. Et ſi fortè, quod abſit, à tuo propoſito exorbitaveris, preſbyteratus gradum canonico judicio amittere cogaris. Hanc ingenuitatem manu propria ſubſcripſi, & qui ſubſcriberent rogavi. Actum. & reliqua.

Mandatum.

IX. Legibus inſtitutum eſt & conſuetudine per tempora conſervatum ut quicunque advocatum inſtruere velit, mandato legaliter dato atque ſolenniter confirmato eum inſtruere debeat, ut omnes cauſas quas adgredi vel repellere debet, proſequi & defendere inoffensè valeat. Igitur ego ille ſanctæ illæ Eccleſiæ vocatus Epiſcopus injungo, mando, & per has litteras delego tibi illo fideli meo de rebus ſancti illius, ſitis in pago illo, in locis nuncupatis ſic, cum adjacentiis vel aſpicientibus ad eas locis aliis per omni jure inveſtigare, inquirere, proſequi, & admallare debeas per mallos, vicos, caſtella, oppida, & civitates, necnon etiam, ſi neceſſitas incubuerit, in palatio ante Vicarios, Comites, Miſſos dominicos, Comites palatij, ſive ante omnes judices quibus hoc officium delegatum eſt ut cauſationes & lites definire & terminare juſtè & rationabiliter debeant; & quicquid legibus cum juſtitia inde proſecutus fueris & definieris, ſcito apud me ratum & acceptum atque inconvulſum manſurum. Quod mandatum in te conlatum ut firmum fixúmque permaneat, manu propria ſubter firmavi, & qui adfirmare deberent rogavi.

Tracturia pro itinere peragendo.

X. Dominis ſanctis & apoſtolicis ſedibus allocatis Epiſcopis, Abbatibus, vel Abbatiſſis, & omnibus in Chriſto patribus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, & Decanis, vel omnibus in Chriſto credentibus & Deum timentibus, ego in Dei nomine ille, ac ſi indignus peccator, ultimus omnium ſervorum Dei ſervus, Epiſcopus videlicet ſive Abbas de civitate illa vel de monaſterio illo, ubi pretioſus ille martyr ſive confeſſor Chriſti humanitus in corpore requieſcit, ſalutem vobis perennem in Domino deſtinare curavimus. Cognoſcatis ſiquidem, Domni & ſancti patres, ſeu & ſorores in Chriſto, quia innoteſcimus vobis eò quòd peregrinus iſte, nomen ille, ex genere illo, ad nos venit, & nobis innotuit atque conſilium quæſivit de hoc videlicet facto quòd inſtigante adverſario, peccatis facientibus, proprio filio ſuo vel fratre ſuo ſive nepote nomine illo interfecit, & nos pro hac cauſa ſecundùm conſuetudinem vel canonicam inſtitutionem dijudicavimus ut in lege peregrinorum ipſe præfatus vir annis tot in peregrinatione ambulare deberet. Propterea cognoſcatis, ſanctiſſimi patres, has litteras, ut quando ad ſanctitatem veſtram venerit, meliùs ei credatis, & quòd nullatenus pro alia cauſa ambulare dinoſcitur niſi, ſicut ſuperiùs diximus, pro peccatis ſuis redimendis, ut vos eum nullo modo teneatis; niſi tantùm, quando ad vos venerit, manſionem ei & focum, panem & aquam largire dignemini; & poſtea ſine detentione liceat ei ad loca ſanctorum feſtinare. Sic exinde agite pro amore Dei & reverentia ſancti Petri, ſanctiſſimi patres, ut vobis pius Dominus in illa beata ſeu immortali vita remunerare dignetur, quia in ipſo peregrino Chriſtum paviſtis ſeu ſuſcepiſtis, conſiderantes videlicet quod ipſe Dominus dixit: *Hoſpes fui,* Matth. 25. *& ſuſcepiſtis me. Et: Quod uni ex minimis* Ibid. 18. *iſtis feciſtis, mihi feciſtis.* Quid plura? Ad ſapientes ſufficit ſemel loqui. Commendamus nos obnixè in veſtris ſacris precibus, ut noſtri meminiſſe dignemini. Valete in Chriſto feliciter, ſanctiſſimi patres, ut ad æternam angelorum digni habeamini manſionem * perpetuam. Facta hæc epiſtola ſub die illo. *pervenire.

Ceſſio ad Eccleſiam à novo ædificatam.

XI. Regnante Domino Ieſu Chriſto in perpetuum, ego ille Epiſcopus. Omnibus non habetur incognitum qualiter ego auxiliante Domino in pago, in villa cujus vocabulo eſt ibi, baſilicam ſanct..... atque ſancti Stephani, vel in honore ceterorum ſanctorum quorum ibidem reliquiæ quieſcunt, conſtruxi atque Kalendas Iunij dedicare certavi, conſentientibus etiam confratribus, tam Canonicis quàm & monachis, vel ceteris hominibus qui ad præſentes fuerunt, ut villæ quarum vocabula ſunt Cadiliaco, Tanculfovilla, Fagido, & Barbitione villare, ut ibidem aſpicere deberent, ad Miſſas veniendi & ad baptiſmum vel prædicationem, & ut decimas ſuas ad memoratam baſilicam dare deberent. Propterea pro firmitatis ſtudium hanc conſenſionem ſcribere rogavimus ut temporibus noſtris atque ſucceſſoribus noſtris hæc noſtra conſenſio firma & ſtabilis valeat permanere, & ſciant omnes tam

præsentes quàm & absentes seu successores nostri quia dedimus in memoratum illum Cadiliaco duos mansos ad ipsam luminariam providendam vel unde Presbyter qui ibidem officium fungere videtur vivere debeat. Et addimus ad hoc insuper de terra arabile ..... & de vinea aripenne uno & dimidio, ut ævo tempore in elimosinam nostram seu successorum nostrorum ita valeat perdurare. Actum fuit hoc sub die memorato KL. Iunij in anno VIII. Christo propitio imperij Domni Karoli
* XLIII. serenissimi Augusti, & anno * regni ejus in Francia, atque XXXV. in Italia, Indictione prima, in Dei nomine feliciter. Amen. His præsentibus qui adfuerunt, illuc his præsentibus.

Litteræ commendatitiæ.

XII. Sancto & Deo amabili Magnoni dono Dei Archiepiscopo ex Senonica urbe. Ego enim in Dei nomine Ebroinus donum Dei Archiepiscopus ex Bitorige urbe in Domino Iesu salutes optamus vobis in perpetuum. De cetero notum facimus sanctitati vestræ quia iste præsens Presbyter, nomen Dodobertus, parrochianus noster, in nostra diocese natus, & sacris litteris edocatus sit, ad ordinem sacrum eum promovere jussimus. Postea verò petivit nobis licentiam ut in vestra parrochia apud hominem aliquem nomen Hercambaldum manere voluisset. Nos verò petitionem illius non denegavimus, nisi licentiam illi dedimus, quia scimus quòd de bene liberis hominibus ortus sit. Vnde has litteras commendatitias more ecclesiastico factas ad sanctitatem vestram misimus, ut scire valeat Deo digna caritas vestra eum nec fuga lapsum, nec sua malitia à nobis ejectum, sed nostra voluntate destinatum. Et ut certiùs credatis, Græca elementa quæ octogenarium quadringentesimum & primum numerum exprimunt inprimitus adnexuimus. Π. Petri quoque nomine primam litteram sumptam in medium adscribere rogavimus. Nihilominus etiam parvitatis nostræ nomine primam litteram E. magnitudinis vestræ secundam litteram A. istius fratris nomine tertiam litteram Δ. civitatis nostræ quartam Ω. & Indictionem quartam adjunximus. Addidimus nonagenarium & nonum numerum, id est Φ. & Θ. & insequenter impressione sigilli nostri subter confirmavimus, & manu propria eam roboravimus, & Clericis nostris roborari jussimus. Actum in anno decimo imperij Domni nostri ill. & anno XLIII. regni ejus in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine Π & Υ & A. Reverentissimo sancto & Deo amabili illi Archiepiscopo Senonicæ urbis. Ego enim in Dei nomine ille Cinomanicæ civitatis Episcopus in Domino Iesu Christo opto vobis salutem in perpetuum. De cetero notum facimus sanctitati vestræ quia iste præsens Presbyter &c. *quæ ad verbum eadem sunt cum superiori, ideòque hìc repetita noluimus.*

In Dei nomine. Sanctissimo ac reverentissimo fratri illo Episcopo ille illius urbis Episcopus in Domino sempiternam salutem. Cognoscat fraternitas seu caritas vestra quia iste præsens Presbyter nomine ille in parrochia & in Ecclesia nostra sacris litteris edocatus fuit, & ab infantia fuit apud nos seu prædecessores nostros bonum habens testimonium, bonámque continentiam & innocentem vitam deducens. Vnde placuit illi modò ut ad aliam Ecclesiam se converteret, volens sibi quærere seniorem qui se de rebus temporalibus adjuvet, & cui ille secundùm ministerium quod sibi injunctum est obsequium præbeat. Vnde vestram fraternitatem compertam facimus ut cuicunque placuerit eum suscipere, absque ulla ambiguitate hoc faciat, sciens illum & boni esse testimonij & à nobis sibi ab Ecclesia, quæ nobis ad regendum concessa est, migrandi licentiam accepisse. Et ut hæ litteræ firmiorem obtineant dignitatem, meliùsque eis fides adhibeatur, manu nostra eas subter roboravimus.

Ingenuitas.

XIII. Dum omnipotens Deus nobis concedit in hoc seculo sanum corpus habere, oportet nobis pro salute animæ nostræ frequentiùs cogitare debere ut aliquantulum de peccatis nostris minuare mereamus. Itaque ego ille in Dei nomine pro animæ meæ remedium, vel pro meis peccatis minuendis, ut in futurum Dominus veniam mihi præstare dignetur, servum juris mei nomine illum relaxavi ingenuum; ea verò ratione ut à die præsente sit bene ingenuus, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus vel natus. Peculiare verò si aliquid habet, aut inantea Christo propitio laborare potuerit, cessum habeat. Et nulli heredum ac proheredum meorum nullum impendat servitium nec libertinitatis, nisi soli Deo, cui omnia subjecta sunt. Testamentum etiam faciendi, defensionem vel mundeburdem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesiarum aut bonorum hominum, ubicunque se eligere voluerit licentiam habeat ad conquirendum. Si quis verò, quod nec fieri ..... si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, quæ contra hanc ingenuitatem ista, quam ego plenissima voluntate mea pro amore Domini nostri Iesu Christi & pro meis peccatis fieri & adfirmare rogavi, venire conaverit, inferat tibi unà cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & præsens ingenuitas omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum illo.

Venditio.

XIV. Domino inlustri illo ille. Ratio & consuetudo exposcit ut inter emptore & venditore scriptura confirmat, ita ut nec distrahendi, sed ulla repetitio, nec comparandi qualibet videtur esse formido. Idcirco nulli cogentis imperium, nec à judiciaria potestate coactus, sed mea propria & spontanea voluntate & arbitrium, accepto vero pretio, constat me vendidisse vel tradidisse, & ita vendidi, vel de præsente tradidi, hoc sunt res proprietatis meæ in pago illo, quæ dicuntur illæ, id est, tam mansis, domibus, ædificiis, totum & ad integrum re inexquisita. Et accepi à te pretium pro hoc quod mihi bene complacuit, hoc est, tam in argentum quàm in actum valentes solidos tantos tantum. Et superscriptas res per hanc venditionem publicè tibi à die præsente tradidi ad possidendum, ut quicquid exinde à die præsente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut ullus de meis heredibus, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra venditionem istam venire conaverit, & à me vel heredibus meis non fuerit defensatum, tunc inferat tibi, unà cum socio fisco, duplum tantum quantum à te accepi, vel quantum ipsas res immelioratas valuerint in duplum esse reddendum, & præsens venditio omni tempore firma permaneat.

Cautio.

XV. Domino fratri illo ille. Ad petitionem meam mihi non denegasti nisi ut in summa necessitate mea argento vel acto tuo valente solidos tantos in manu mea ad præstitum beneficium mihi præstitisti. Et ego pro hoc talem cautionem in te fieri & adfirmare rogavi ut usque ad annos tantos in unaquaque hebdomada dies tantos opera tua, qualia mihi injunxeris, & ratio præstat, facere debeam. Quod si minimè fecero, aut neglegens aut tardus exinde apparuero, aut ante ipso placito me immutare præsumpsero, tunc spondeo me per hujus vinculum cautionis, ubi & ubi me invenire potueris, sine ullo judicio interpellationis pro dupli satisfactione me retineas debitorem. Et quomodo ipsi anni transacti fuerint, debito tuo tibi reddito, cautionem meam per manibus recipiam, stipulatione subnexa. & reliqua.

Obnoxiatio.

XVI. Domino fratri illo ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter mihi gravis necessitas & natas pessimas mihi oppresserunt, & minimè habeo unde vivere vel vestiri debeam. Propterea ad petitionem meam mihi non denegasti nisi ut in summa necessitate mea argentum vel acto tuo valente solidos tot in manu mea mihi dedisti, & ego minimè habeo unde ipsos solidos tuos tibi reddere debeam. Propterea obnoxiationem de capud ingenuitatis meæ in te fieri & adfirmare rogavi; ut quicquid de mancipia tua originalia vestra facitis, tam vendendi, commutandi, & disciplinam imponendi, ita & de me ab hodierno die liberam & firmissimam in omnibus potestatem faciendi habeas. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet opposita persona, qui contra hanc obnoxiationem istam venire conaverit, inferat tibi unà cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & præsens obnoxiatio firma permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum illo.

Commutationes de terris.

XVII. Inter quos caritas inlibata permanserit, pars pari suo opportuna & congrua beneficia non denegabit. Ideoque auxiliante Domino nostro placuit atque convenit inter illum & illum de commutandis terris eorum, ut pro communi opportunitate inter se commutare deberent. quod ita & fecerunt. Dedit itaque ille de parte sua ad partem ipsius illius terram proprietatis suæ in pago illo, in loco qui dicitur ille. Habet in longo dextros tantos, & in lato dextros tantos. Subjungit de uno latus terra lui, de uno fronte terra illius, ex alio verò fronte terra illius infra ipsa terminatione & mensura ad integrum. È contrà ad vicem dedit ille de parte sua ad parte ipsius lui terram proprietatis suæ

in pago illo, in loco qui dicitur ille. Habet in longo dextros tantos, & in lato dextros tantos. Subjungit de uno latus terra lui, de alio latus terra illius infra ipsa terminatione & mensura ad integrum. Ita ut ab hodierno die unusquisque contra pare suo quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde à die præsente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc commutationem pars contra pare suo venire conaverit, inferat pars pari suo ista tota servante, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multandum, & præsentes commutationes duo uno tenore conscriptas omni tempore firmas & inviolatas permaneant.

Charta agnationis.

XVIII. Femina illa, ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter te per voluntatem tuam servus juris mei nomine ille ad conjugium sociavit uxorem. unde te vel procreationem tuam in servitio inclinare potueram. Sed mihi præpatuit voluntas plenissima ut talem epistolam donationis in te fieri & adfirmare rogarem, ut si aliquæ procreationes filiorum aut filiarum ex te natæ vel procreatæ fuerint, sub integra ingenuitate cum omni peculiare eorum valeant Christo propitio permanere, & quicquid laborare potuerint cessum habeant, & nulli heredum ac proheredum meorum nullum impendant servitium nec hominium vel patronatus obsequium, nisi soli Deo, cui omnia subjecta sunt. Testamentum etiam faciendi, defensionem verò vel mundeburdem Ecclesiarum aut bonorum hominum, ubicunque eligere voluerit, licentiam habeat ad conquirendum. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc epistolam agnationis venire conaverit, inferat ei cui litem intulerit ista tota servante, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multandum, & præsens agnatio omni tempore firma permaneat.

Traditoria de terra.

XIX. Veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, ante bonos homines qui subter firmaverunt, terram illam, id est, tam mansis &c. totum & ad integrum, quam ante hos dies homine aliquo nomine ille per venditionis titulum accepto vero pretio visus fuit vendidisse; sed ante ipsos bonos homines ad integrum, ut quicquid prædicta venditione ei vendidit, per manus partibus ipsius lui vel herbam vel terram visus fuit tradidisse, & per suam fistucam contra ipsum illum exinde exitum fecit, ut quicquid ipse ille de ipsa terra à die præsente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. & cetera.

Traditoria de venditione.

XX. Notitia qualiter & quibus præsentibus veniens homo aliquis nomine ille Missus inlustris viri illius super fluvio illo, in loco quod dicitur ille, ad illo manso vel illa terra quam ille homo hominibus illis ante hos dies ad casa sancti illius pagensis per chartam cessionis partibus ipsius illius per illud ostium vel anaticula de ipsa casa per herba vel terra de ipso manso, vel quicquid ad ipso manso aspicit, sicut in ipsa cessione est insertum, ad partem ipsius Ecclesiæ visus fuit tradidisse vel consignasse. Id sunt quibus præsentibus.

Notitia de servo.

XXI. Notitia qualiter & quibus præsentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, seu in mercato, vel in quocunque loco, ante bonis hominibus qui subter firmaverunt, dato suo pretio ad hominem negotiantem solidos tantos, servum suum nomine illum visus est comparasse. Et ipse negotians ipsum servum superiùs nominatum per manus partibus ipsius lui visus est tradidisse, non fraude, sed in publico; ut quicquid exinde à die præsente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Id sunt.

Notitia de jactivis.

XXII. Notitia qualiter & quibus præsentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, in malso publico, ante viro illo Comite vel reliquis quampluris bonis hominibus qui subter firmaverunt, repetebat ei, dum diceret eò quòd homine aliquo nomine illo ante ipsum Comitem aframitum habuisset, à quo placitum venit ipse, ille placito suo custodiebat, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec misso in vicem suam direxit qui ulla sonia nuntiasset, & placito suo neglexit, & jactivus exinde remansit. Id sunt quibus præsentibus fuerunt.

Securitas.

Securitas.

XXIII. Non minima sed maxima vertitur discordia inter illos & illos. Venientes ante illo & illo, repetivit ipse ille adversùs ipsius lui, eò quòd genitore suo aut germano suo illo malo ordine interfecisset. Interrogatum fuit ab ipsis viris ipsi lui si hæc causa ita acta vel perpetrata fuisset an non, id ipse in præsente dicere deberet. Sed cùm ipse ille hanc causam minimè potuit denegare, sic ab ipsis viris fuit judicatum, ut illa leode, ut lex erat, desolvere deberet. quod ita in præsente & fecit. Et ego hanc securitatem in ipso illo fieri & adfirmare rogavi ut nullo unquam tempore de jam dicta morte nec de ipsa leode nec ego ipse nec ullus de heredibus meis nec quislibet ullas calumnias nec repetitiones agere nec repetere non debeamus. Quod qui attentaverimus, nullum obtineat effectum, & insuper inferamus tibi, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & præsens securitas omni tempore firma permaneat.

Charta denarialis ante Regem.

XXIV. Ille Rex Francorum vir inlustèr. Et quia ille veniens ante nos vel procerum nostrorum præsentia jactante denario secundùm lege Salica servo suo nomen ille dimisit ingenuo, ejus quoque absolutionem per præsente auctoritate firmamus. Præcipientes enim ut sicut enim & reliqua mansuaria qui per tale titulum in præsentia Principum noscuntur esse relaxati ingenuum, ita & admodum memoratus ille per nostro præcepto pleniùs in Dei nomen confirmatum perennis temporibus cum Dei & nostra gratia valeat Christo propitio permanere bene ingenuus atque securus.

Mandatum.

XXV. Domino magnifico fratri illi, ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter me senectus adgravat & infirmitas domat, & causas meas minimè valeo prosequere vel admallare. Propterea precor & supplico caritati tuæ ut in vicem meam omnes causas meas, tam in pago, quàm & in palatio, vel in quibuscunque pagis vel territoriis ubicunque mihi oportet, apud quemlibet hominem, tam ad mallandum quàm ad responsum dandum prosequere facias. Et quicquid exinde egeris gesserisve, apud me in omnibus & ex omnibus ratum & aptum atque transactum in omnibus definitum esse cognoscas: quia amo te plus quàm me, plus te quàm heredes meos. Et ut hoc mandatum post te firmiùs retineas, & taliter obtineat firmitatem quasi gestis fuisset alligatum, manu propria subter decrevi adfirmare, & qui subscripserunt in præsente rogavi.

Cessio ad Ecclesiam.

XXVI. Dominæ sanctæ ac reverentissimæ Ecclesiæ sancti illius, quæ est constructa in pago illo, in loco qui dicitur ille, ego in Dei nomine ille, pro meis peccatis minuendis, ut in futurum Dominus veniam mihi præstare dignetur, cedo ad luminare vel sacrificio ad ipsa casa Dei vel ipso domo Dei condirgendo, cessumque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius Ecclesiæ transcribo atque transfundo, hoc est, res proprietatis meæ in pago illo, in loco quod dicitur illo, in jamdicta loca, id est, tam mansis, domibus, ædificiis, totum & ad integrum re inexquisita, ita ut ab hodierno die ipsa casa Dei ad altare Domini proferendo, vel ad ipso domo Dei condirgendo, ipsas res habere debeat. Et si mihi placuit inferendum ut nullus Pontifex aut quislibet rector, si de ipsa casa Dei, de ipso luminare vel sacrificio ipsas res abstrahere conaverit, au in beneficium dare præsumpserit, tunc ipsas res as ad me vel heredibus meis perveniant. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet opposita persona, qui contra hanc cessionem istam, quam ego plenissima voluntate mea pro amore Domini nostri Iesu Christi fieri & adfirmare rogavi, venire conaverit, inferat tibi ista tota servante, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & præsens cessio omni tempore firma permaneat.

Precaria.

XXVII. Dominæ sanctæ ac reverentissimæ Ecclesiæ pagensi, his nominibus, quæ est constructa in pago illo, in loco quod dicitur ille, ego in Dei nomine ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter res proprietatis meæ in pago illo, in loco cui vocabulum sunt illas & illas, in jam dicta loca, id est, tam mansis, omnia & ex omnia per mea cessione ad lumen vel sacrificium ad ipsa casa Dei à die præsente delegavi; postea ad petitionem meam mihi non denegasti, nisi ut ipsas res, quandiu advivo, mihi ad usandum vel condirgendum præstare deberetis. quod ita & fecistis, sic taliter ut tempore vitæ meæ ipsas res habere & usare vel condirgere

debeam, & poſt meum quoque diſceſſum, cum omni re immeliorata, agentes ipſius Eccleſiæ abſque exſpectata traditione in eorum revocent dominatione vel poteſtate. Propterea talem precariam ad ipſa caſa Dei fieri & adfirmare rogavi ut ipſas res nec vendere nec donare nec commutare, nec per nullis modis nulliſque ingeniis de ipſa caſa Dei abſtrahere nec minuare pontificium non habeam, nec mea poſſeſſio nullo præjudicio vobis nec ad ipſa caſa Dei agere nec generare non debeam nec ego ipſe, nec ullus de heredibus meis, nec quiſlibet oppoſita perſona. Quod ſi attentaverimus, nullum obtineat effectum, & inſuper inferamus partibus ipſius Eccleſiæ vel ſuis rectoribus, unà cum ſocio fiſco, auri uncias tantas eſſe multando, & alias precarias per quinquennium fuerint renovatas, iſta per ſe obtineat firmitatem.

Præſtaria ad Eccleſia.

XXVIII. In Chriſto filio illo, in Dei nomine ille donum Dei rector qui eſt cuſtos Eccleſiæ illius, quæ eſt conſtructa in pago illo, in loco quod dicitur ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter tu res proprietatis tuæ tam infra civitatem quàm & aforis in ipſo pago, in loco cujus vocabulum ſunt illas & illas, in jam dicta loca omnem rem tuam per tua ceſſione ad apſa caſa Dei vel ipſo domo Dei à die præſente delegaſti. Poſtea ad petitionem tuam non denegavimus, niſi ut ipſas res ad præſtitum beneficium tibi præſtare deberemus. Quod ita & fecimus, ſic taliter ut tempore vitæ tuæ ipſas res per noſtro beneficio habere vel condirgere ſive uſare debeas, & annis ſinguliſ in feſtivitate ſancto illo cenſo ad lumen vel ſacrificium ſolidos tantos per temetipſo ſolvere facias; & nec nos ipſe nec nullus de ſucceſſoribus noſtris, nec quiſlibet de parte noſtra, ipſas res tempore vitæ tuæ tibi abſtrahere nec minuare non debeamus. Et ut has litteras firmiùs poſt te firmiores retineas, manu propria ſubter decrevimus adfirmare.

Notitia de homine forbatudo.

XXIX. Notitia qualiter & quibus præſentibus veniens homo aliquis, nomine ille, in pago illo, in loco quod dicitur ille, in mallo publico, ante ipſo Comite illo vel aliis bonis hominibus qui ſubter firmaverunt, poſita manu ſua ſuper ſacroſancto alterio ſancto illo ſic juratus dixit: Hic juro per hunc loco ſancto & Deo altiſſimo & virtutis ſancti illius quòd homo aliquis nomine ille, ita factus, apud arma ſua ſuper me venit, & colpus ſuper me miſit, & ſic mihi Deus directum dedit, ego ipſo de arma mea percuſſi, & talis colpus ei dedi pro quid ipſe mortuus eſt; & quod feci ſuper me feci; & ego hodie ipſo facio infra damno & forbatudo infra noctes XLII. ſicut lex eſt & noſtra conſuetudo, apud tres aloarius, & duodecim conlaudantes juraverunt, & de linguas eorum legibus dixerunt. Id ſunt qui præſen.

Indiculus regalis.

XXX. Ille Rex Francorum vir inluſter magnifico fratri illi Comiti. Cognoſcas quia iſte præſens ille ab hac miſſa petitione nobis ſuggeſſit eò quòd homo aliquis nomine ille res ſuas in veſtro miniſterio ad ſancto illo delegaſſet, & dicit quòd ille vel alij homines ipſas res contendunt malo ordine. Propterea omnino tibi rogamus ut, ſi veritas eſt, integram juſtitiam ſine ulla moratione ei facias exinde. Et ſi antea minimè definitum non fuerit, tunc ipſos homines qui hoc contendunt malo ordine, per fidejuſſores poſitos, ſuper noctes tantas poſtquam has litteras recipies, ante nos facias advenire. Taliter agas, ſi gratiam noſtram velis habere.

Item alius indiculus.

XXXI. Ille Rex Francorum vir inluſter illo Comite, ſeu junioribus atque ſucceſſoribus veſtris, ſeu Miſſis noſtris diſcurrentibus. Cognoſcatis quia in noſtra eleemoſyna taliter iſto præſente illo, dum & ipſe ſenus eſſe videtur, taliter ei conceſſimus, ut de omnes hoſtes vel omnibus bannis ſeu & arribannus ſit conſervatus, ut neque vos neque juniores atque ſucceſſores veſtri ipſo pro hoc inquietare nec diſmanuare non præſumatis, nec facere dimittatis; ſed liceat ei cum Dei & noſtra gratia quieto ordine ad propria vivere vel ſedere. Et ut certius credatis, manu noſtra ſubter adfirmavimus, & anulo noſtro ſigillavimus.

Notitia de colonitio.

XXXII. Notitia qualiter vel quibus præſentibus veniens homo aliquis nomine illo in pago illo, in mallo publico, ante viro illo Comite vel reliquis quampluris bonis hominibus qui ſubter firmaverunt, homine aliquo nomine illo ibidem interpellabat, repetebat ei eò quòd genitor ſuus aut genetrix ſua illa coloni ſui fuiſſent, & ipſe ille ſuus colonus eſſe debebat, & malo ordine de ipſo colonatico ſe abſtrahebat & neglegens erat. Interrogatum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuit ab ipsis viris ipsius, si ipse ille colonus ipsius lui esse debebat, an non, in praesente ei dicere deberet. Et ipse ille nullatenus potuit dicere nec adponere, nec nullam ratione tradere per quid ipse de ipso colonatico se abstrahere potuisset; & in praesente pro colono ipsius lue se recredidit vel recognovit. Sic ab ipsis viris fuit judicatum, ut ipse ille ipso illo pro colono habere debeat. Et sic jam dictus Comes ipso illo per manus partibus lue visus est reddidisse. His praesentibus.

Notitia sacramentalis.

XXXIII. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in basilica sancto illo, ubi plurima sacramenta percurrere videntur, ante viro magnifico illo vel reliquis quampluris bonis hominibus qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altario sancto illo, sic juratus dixit: Hic juro per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo, unde me ille homo in mallo publico mallabat, quòd ego terra sua aut ad conjuge sua illa, in pago illo, in loco quod dicitur ille, de eorum potestate per fortia nunquam proprisi aut pervasi, sed de ista parte triginta & uno anno ferè amplius..... semper exinde fui vestitus, & post me divisi, & per legem & justitiam plus obtineat me ad habere quàm ipsius lue aut conjuge sua reddere, & ad quod mihi judicatum fuit in nullo non redebeo, nisi isto & unico sacramento, per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo. Insequenter verò post ipso tres aloarij & duodecim conlaudantes juraverunt, & de linguas eorum legibus dixerunt. Id sunt. & reliqua.

Notitia de herbas maleficas.

XXXIV. Notitia qualiter vel quibus praesentibus veniens femina aliqua nomine illa in pago illo, in mallo publico, in basilica sancto illo, ante illos & illos & alios quamplures bonis hominibus qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altare sancto illo, sic jurata dixit: Hic juro per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo, unde me ille ante viro magnifico illo vel aliis bonis hominibus mallavit quòd ego herbas maleficas temporassem, vel bibere ei dedissem, per quid ipse infirmasset aut vitam suam perdere debuisset, ego herbas maleficas nec potiones malas nunquam temporavi, nec bibere dedi, per quid ipse infirmus vel insanus fuisset aut vitam suam perdere debuisset, & aliud de ista causa in nullum non redebeo nisi isto unico & idoneo sacramento per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo. Insequenter verò post ipsam tantæ juraverunt, & de linguas eorum legibus dixerunt. Id sunt.

Cessio.

XXXV. Dulcissimo atque in omnibus amantissimo filio meo illo ille. Ammonuit mihi amor & dulcitudo tua, & ex alia parte tu cotidie mihi non cessas deservire, & in bono impendas effectum. Propterea mihi praepatuit plenissima voluntas ut aliquid de heredibus propriis meis extra consortium germanus tuus tibi concedere deberem. quod ita & feci. Propterea cedo tibi post meum quoque discessum de hac luce, à die praesente, cessumque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione tua transcribo atque transfundo, hoc est, servo juris mei nomine illo, vel aliam rem, terris, vel quacunque domum, ita ut ab hodiernum diem habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid à die praesente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc cessionem ista venire conaverit, inferat tibi unà cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & praesens cessio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum illo.

Evacuatoria.

XXXVI. Fratri illo ille. Omnibus non habetur incognitum quia ego ad petitionem tuam solidos tantos ad praestitum beneficium in manu tua tibi praestiti, & tu pro hoc talem epistulam cautionis in me adfirmasti ut usque annos tantos in unaquaque hebdomada dies tantos opera mea facere deberes, quod ita & fecisti, [*ad placito ipso debito meo mihi reddere deberes, quod ita & fecisti] & ego ipsam cautionem minimè invenire possum. Propterea talem epistolam evacuaturiam in te fieri & adfirmare rogavi, ut si ipsa cautio ullo unquam tempore inventa aut reperta fuerit, nullum obtineat effectum, evacuaturia inanis permaneat, & nec ego ipse, nec ullus de heredibus meis, vel quislibet de parte mea ipso debito superiùs nominato neque in ipsa cautione, nec per nullis modis nullo unquam tempore tibi ex hoc nullas calumnias nec repetitiones agere nec repetere non debeamus. Quod si at-

* Hæc addita sunt in margine in codice MS.

tentaverimus, ista tota servante, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & præsens evacuatoria omni tempore firma permaneat.

Libellum dotis.

XXXVII. Dum omnipotens Deus concessit jugale consortium & tale permissum dedit ei in omnibus ut unusquisque cum vira sua nubat juxta consuetudinem anteriorum Christianorum, & item legimus quòd ipse Dominus noster cum discipulis suis ad nuptias invitatus fuisset, & cui Deus conjungit, homo non separet; quod bonum, felix, faustúmque sit. & reliqua. Donat itaque ille honestæ puellæ sponsæ suæ, nomine illa, quam, si Christo placuerit, in conjugium sociare uxorem cupio, donatúmque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius puellæ transcribo atque transfundo, hoc est, res proprietatis meæ in pago illo, in loco quod dicitur ille, tam mansis, domibus, ædificiis, totum & ad integrum re inexquisita, seu mancipias tantas his nominibus ille & ille, seu caballos tantos, boves tantos, vaccas cum vitulos tantos, oves capita tanta, sodis capita tanta, lectarios condignos ad lectos tantas, fabricaturias verò, auro, argento in solidos tantos, ... óstensolia verò tam æreis quàm ferreis, seu & lineis, quicquid in domo rationabiliter contenit. Omnia superiùs nominata, cùm dies felicissimus nuptialis advenerit, dulcissima sponsa mea illa, à die præsente habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid exinde à die præsente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hunc libellum dotis venire conaverit, inferat tibi, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & præsens libellus dotis firmus permaneat.

Indiculus regalis.

XXXVIII. Ille Rex Francorum vir inluster. Cùm nos in Dei nomine palatio nostro ad universorum causas audiendas vel recta judicia terminanda unà cum proceribus nostris resideremus, ibíque veniens homo aliquis nomine ille suggessit eò quòd apud nostro signaculo homine aliquo nomine illo mannito habuisset ut super noctes tantas ante nos debuisset venire in rationes, pro eo quòd dixit quòd res suas post se malo ordine tenebat injustè. Ad quod placitum veniens ipse ille per triduo seu ampliùs placitum suum custodivit, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec missum in vicem suam non direxit qui ulla sonia nuntiasset. Proinde nos taliter unà cum fidelibus nostris vel Comite palatij nostri illo visi fuimus judicasse ut dum ipse ille per triduo seu ampliùs placitum suum legitimè custodivit, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec missum in vice sua direxit qui ulla sonia nuntiasset, & placitum suum neglexit, & jectivus exinde remansit, propterea jubemus ut quicquid lex loci vestri de tale causa debuerit, vobis distringentibus ipse ille partibus ipsius lue hominis componat atque emendare studeat.

Æqualentia vel pactum.

XXXIX. Auxiliante Domino nostro Iesu Christo, placuit atque convenit inter illo & germano suo illo de alode qui fuit genetore ill. ut inter se æqualentia dividere vel exæquare deberent. quod ita & fecerunt. Accepit igitur ille de parte sua manso in pago illo, in loco qui dicitur illo, cum omni desuper posito, seu vineis, olicis, campis, totum & ad integrum re inexquisita. E contrà ad vicem accepit ille de parte sua manso in pago illo, in loco qui dicitur illo, ubi accola commanet, id est, tam mansis, vineis, olicis, totum & ad integrum re inexquisita, etiam aurum, argentum, drapaha, æramen, peculium, præsidium utriusque sexus, mobile & immobile, inter se æqualentia visi fuerunt dividisset, & pars contra pare suo invicem tradiderunt, & per eorum fistucam pars contra pare suo se exinde exitum fecerunt; ita ut ab hodierno die unusquisque quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliquis de heredibus nostris vel quislibet opposita persona, qui contra hanc epistolam loco pactionis venire conaverit, inferat pars pare suo cui litem intulerit ista tota servante unà cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & præsens epistola pactionis omni tempore firma permaneat.

Donatio ad casam Dei.

XL. Domino verè sancto ac reverentissimo monasterio illo quod est constructum in honore sanctæ Mariæ semper virginis genetricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, vel ceterorum dominorum suo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum, quorum reliquiæ ibi conditæ sunt, & inlustèr Deo sacrata illa Abbatissa unà cum norma plurimarum ancillarum Dei ad laudem Christi canendum custrix præesse videtur, ego in Dei nomine femina aliqua nomine illa dono ad præfato monasterio à die præsente, donatúmque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius monasterij vel suis rectoribus trado atque transfundo ad possidendum, pro eo quòd in ipso monasterio sub religione & sancta conversatione habitare debeam, hoc est, res meas in pago illo, in loco nuncupante cujus vocabulum est illo & illo, in grafia illa, super fluvium illum, quantumcunque à die præsente in jamdicta loca visa sum tenere vel possidere, quod manente conjugio apud jugale meo illo visa sum conquisisse, vel in mea portione recepi, vel quantumcunque de filio meo nomen illo de luctuosa hereditate mihi obvenit, sicut dixi, quantumcunque in hæc loca à die præsente mea est possessio vel dominatio, totum & ad integrum ad ipso monasterio à die præsente de jure meo in jure ipsius monasterij & suisque rectoribus trado atque transfundo ad possidendum, hoc est, tam terris, mansis, unà cum superpositis, domibus, ædificiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis & incultis, adjacentisque omnibus, aquis, aquarúmve decursibus, unà cum mancipia tanta his nominibus illa, sicut dixi, inexquisita portione mea ad integrum publicè trado atque transfundo ad possidendum; ut quicquid ab hac die ipsa Abbatissa vel rectores ipsius monasteriæ ad profectum ipsius exinde facere voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. Si quis verò, quod.

Precaria ad casa Dei.

XLI. Domini viri sancti atque ostensione crucis patibulum mirabilis remuneratione fulgente basilicæ, quæ in honore sancta Maria & sancti Petri & sancti Pauli princeps Apostolorum, Gaico monasterio constructo in pago Wastinense, & inlustri Abbatissa illa inibi constris præesse videtur, unà cum norma plurima ancillarum Dei ibidem consistentium, ego illa femina. Dum non habetur incognitum, sed à pluris est manifestum, quòd ego res proprietatis meæ in loco qui dicitur illo per epistolam donationis ad ipso monasterio vestro delegavi, propterea expetivi à vobis, & petitione mea non denegasti, ut ipsas res, quandiu advivo, sub uso beneficio vestro tenere & usare debeam, & aliubi ipsas res alienare pontificium non habeam, & post meum quoque discessum, cum re immeliorata ad ipso monasterio absque ulla exspectata traditione vos vel rectores ipsius monasterij in eorum faciant revocare potestatem & dominationem, & vos reverentia discorditis ut inpostmodum mea possessio aliqua præjudicio ex hoc generare non debeant. Propterea hanc precariam in vos vel in ipso monasterio vestro emittendo decrevi, ut neque ego neque ullus de heredibus meis, quamvis per longinqua spatia ipsas res ad usandum habeo, agere nec repetere non debeamus. Quod qui fecerit, inferat vobis vel partibus ipsius monasterij suisque rectoribus auri libra una, argento pondo duo, & præsens precaria firma permaneat, & ut alias precarias de quinquennium in quinquennium renovantur, ista verò non sit necesse renovandi, sed per semetipsam omnique tempore obtineat firmitatem, cum stipulatione subnixa. Actum illo.

Præstaria.

XLII. Dulcissima femina illa, ego illa Abbatissa. Dum non est incognitum qualiter tu ante hos dies rem proprietatis tuæ in pago illo, in loco qui dicitur ille, ad monasterio sanctæ Mariæ adfirmasti, unde precaria nobis vel ab ipso monasterio adpetisti, propterea has litteras in te adfirmavimus, ut dum advivis, usualiter ipsam rem tenere & dominare debeas, & aliubi ipsas alienare pontificium non habeas. Et si hoc conaveris facere, ipsam rem à die præsente perdas. Et ut has litteras vires firmiores obtineas, manu nostra subter adfirmavimus, cum stipulatione subnixa. Actum illo.

Tradituria de terra.

XLIII. Notitia qualiter & quibus præsentibus veniens homo aliquis advocatus sancto illo de monasterio illo ad res illas, in pago illo, in loco cujus vocabulum est ille, quas ante hos dies femina aliqua nomine illa per suo instrumento ad ipso monasterio visa fuit delegasse cum omni integritate, sicut in ipsa donatione constat; quod portio sua est ad integrum à die præsente Missus ipsius feminæ ille ipsius Misso monasterij nomine illo per ipso ostio de ipsa casa per . . herbam & cespitem, sicut lex est, ipsius Misso ad partem sancto illo vel ipso . . . . . visus est tradidisse, & per sua fistuca ipso Misso vel ipsa femina

de ipſas res ſe exitas ex omnibus eſſe dixit. Id ſunt.

Emunitas ſanctorum.

XLIV. Ille Rex Francorum vir inluſter. Quotienſcunque petitiones ſacerdotum aut ancillarum Dei ad effectum perducimus, regiam conſuetudinem exercemus, & nobis ad mercedem vel ad ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Ideoque Dominis viris ſanctis ac venerabilibus apoſtolicis in Chriſto patribus omnibus Epiſcopis, vel omnibus Abbatibus, ſeu inluſtribus atque magnificis viris Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, ſeu omnes vaſſos noſtros, vel omnes Miſſos noſtros diſcurrentes. Cognoſcatis quòd inluſtris Abbatiſſa illa de monaſterio illo, in pago illo, in loco qui dicitur ille, in honore ſancti illius conſtructo, unà cum monichas vel Dei ancillas ad laudem Chriſti canendum ſub religionis norma converſari videntur, clementia regni noſtri ſuggeſtionem intulit eo quòd glorioſus Domnus & genitor noſter ille quondam Rex per ſua præceptione ſua manu roborata talem immunitatem ad ipſa caſa Dei, ſancto illo, vel ſeu monaſterio illo, vel ipſa Abbatiſſa habuiſſet conceſſum atque indultum ut nullus Epiſcopus aut Archidiaconus loci illius niſi orationem aut prædicationem lucranda gratia, ut nullus judex publicus quiſlibet judiciaria poteſtate accinctus in ..... villis ipſius monaſterij nullum debuiſſet habere introitum, nec cauſas audiendas, nec freda exigenda, nec fidejuſſores tollendos, nec manſiones aut paratas requirendas, nec nullas retributiones exactandas, & quod fiſcus noſter exinde exigere poterit, nullatenus exactetur nec requiratur. Vnde & confirmationes anteriorum Regum parentúmque noſtrorum nobis in præſente protulit relegendas, & petiit celſitudine noſtra ut circa ipſo monaſterio noſtra hoc deberet auctoritas generaliter confirmare. cui nos hunc beneficium gratante animo pro mercedis noſtræ augmentum non ſolùm confirmaſſe, ſed etiam in novo ſub immunitatis nomine conceſſiſſe. Denuo per hunc præceptum ſpecialiùs decernimus ordinando, atque omnino jubemus, quod in perpetuum abſque ullis obſtaculis & refragationibus volumus eſſe manſurum cognoſcite, præcipientes ut ſicut conſtat in ſupradictis titulis ſcriptum eſſe ut illud monaſterium maneat abſque ullum introitum Epiſcopi aut Archidiaconi, niſi orationem aut prædicationem lucrando, ut nullus judex publicus in curtes vel villas ipſius monaſteriæ nullum debeat habere introitum, nec cauſas audiendas, nec freda exigenda, nec fidejuſſores tollendos, nec manſiones aut paratas requirendas, nec nullas retributiones exactandas, & quod fiſcus noſter exinde exigere poterit, nullatenus exactetur nec requiratur, niſi, ut diximus, pro mercedis noſtræ augmentum, ſicut ab anteceſſores Reges parentes noſtros ſeu & Domno & glorioſo genitore noſtro illo quondam Rege moderno tempore fuit conceſſum atque indultum, ita per noſtris oraculis pleniùs confirmamus, quod in perpetuum volumus eſſe manſurum. Et ut hæc præceptio firmior habeatur & per tempora meliùs conſervetur, manu noſtra ſignaculis ſubter ea decrevimus roborare, & de anolo noſtro ſubter ſegelavimus.

Indiculum regale.

XLV. Karolus gratia Dei Rex Francorum tam præſentibus quàm & futuris Domnis ſanctis & apoſtolicis, ac venerabilibus in Chriſto patribus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis, Vicariis, Centenariis, vel omnis agentes noſtros, & juniores ac ſucceſſoréſque noſtros, vel omnes amicos noſtros, ſeu & omnes Miſſos noſtros diſcurrentes. Cognoſcat magnitudo ſeu almitas veſtra quòd nos partibus noſtris bene habemus compertum quòd dominus taliter illius fidele noſtro illo illa merito ſuo compellente conceſſimus, ubicunque infra regno Deo propitio noſtro homines ſui ad negotium exigendum advenerint, nullus quiſlibet de judiciaria poteſtate veſtra nec Miſſus noſter nulla telonea, nec nullas venditas, nec rodaticus, nec foraticus, nec pontaticus, &, ſicut dixi, nullus quiſlibet teloneo nec venditas ejus in nullo exactare non præſumatis, niſi, ut diximus, in quaſcunque portus civitatis ſeu mercada nullo contradicente ſuos vin. vel ſuus commercius quiſlibet negotium abſque ullo contradicente poteſtatem habeat vendendi, quia nos taliter ei habemus conceſſum. In reliquo verò de parte noſtra vel veſtra ex noſtra indulgentia viſi fuimus conceſſiſſe atque indulſiſſe, ſeu & in omnibus confirmaſſe. Et ut hæc præceptio noſtra firmior appareatur & per tempora conſervetur, manu noſtra propria ſubter eam decrevimus adfirmare.

Relatum quod dicitur apennis.

XLVI. Mos nobilium Romanorum

adſuevit, & ratio jure depoſcit, ut ſi cujuſcunque domus igne cremetur, is per ſeriem ſcripturarum chartulam relationis, quod dicitur apennis, recipiat. Quamobrem cùm quadam die inluſter ille Comes ad multorum cauſas audiendum vel recta judicia terminandum unà cum pluribus perſonis reſideret; ibíque veniens homo aliquis nomine ille ſuggerit intulit eò quòd ante hos dies, caſu faciente, caſa ſua cum omni mobili, vel intro domo compendia, ſeu & ſtrumenta chartarum ibidem igne cremaſſent. Et quia ille judex vel vicini pagenſes ipſius ad præſens venientes ita dixerunt vel teſtimoniaverunt quòd ad hoc videndum acceſſerant, ſic verò & actum aderat, ſic ſupradictus ille Comes vel reliquis francis perſonis juxta præſorium retroque præcedentium chartola relationis, quæ dicitur apennis, ei dare decreverunt, ut quicquid ex acceſſione parentum aut ex contractu habebat, tam per venditiones, donationes, ceſſiones, judicia, obnoxiationes, cautiones, commutationes, ſeu quod per ceteris ſcripturis ad eum pervenit, dominum vel poteſtate inceps perveniatur in ſuo jure abſque refragationis vel modolationis in ſuo permaneant, vicinarum manu propria ſubter roboravimus & poſt noſtro roborare decrevimus.

Hereditoria.

XLVII. Dulciſſima filia mea illa, ille. Dum non eſt incognitum, ſed per populum devulgatum & patefactum, quòd ego in ancilla mea nomine illa tibi generavi, & poſtea ante Domno illo Rege jactante denario ſecundùm legem Salicam te ingenuam dimiſi, & tu minimè in hereditate mea ſuccedere potebas, propterea ego hanc chartulam hereditoriam in te fieri & adfirmare rogavi ut ſi tibi Dominus juſſerit quòd mihi in hunc ſeculum ſupreſtis apparueris, de omnes res meas, tam ex alode parentum meorum quàm & ex meum contractum mihi obvenit, in hereditate ſuccedas, tam terris, manſis, domibus, ædificiis, mancipiis, litis, libertis, accolabus, merito accolanarum, vineis, olicis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, in quibuſcunque pagis, aut territoriis, ſeu agris vel omnibus locis ubi habere videor, etiam peculium, præſidium utriuſque generis & ſexus, aurum, argentum, drapalia, mobile & immobile, quicquid dici aut nominari poteſt, quantumcunque moriens de meum dereliquero, in omnes res meas in hereditate apud germanos tuos filios meos ſuccedas, & æqualentia inter vos exinde dividere vel exæquare faciatis; & quod ad parte tua exinde recipis, quicquid exinde facere volueris, liberam & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, ſi ego ipſe aut aliqui de heredibus meis vel quiſlibet oppoſita perſona, qui contra hanc chartolam heredetoriam iſtam, quam ego pleniſſima voluntate mea fieri & adfirmare rogavi, venire conaverit, tibi unà cum ſocio fiſco auri uncias tantas eſſe multando, & præſens hereditoria omni tempore firma permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum illo.

Redemptionale.

XLVIII. Dilectiſſimo mihi bene merito illo, ille. Omnibus non habetur incognitum, ſed patefactum, quòd tu quotidie in bonis partibus fideliter mihi deſervire non ceſſas, & pro reſpectu ſervitij tui, & pro fidelitate tua, quam circa partibus meis impendere non deſiſtis, mihi præpatuit pleniſſima & integra voluntas, propter nomen Domini, ut de ſervitio meo temetipſum vel omne peculiare tuum redimere deberes. quod ita & feciſti; & dediſti mihi pro hoc quod mihi bene complacuit, tam in argento quàm in amicto, valentes ſolidos tantos. Propterea hanc chartulam redemptionalem in te fieri & adfirmare rogavi, ut taliter ſias ingenuus tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus vel natus, cum omni peculiare tuo; & nec mihi nec ulli heredum meorum nullum impendas ſervitium nec hominium nec libertaticum nec nullum obſequium nec patronaticum; ſed eam pergas partem quam volueris, liberámque & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem; & neque ſervitio, nec ..... onio nec libertatico, nec patrocinium nec nullum obſequium nec ego ipſe nec ullus de heredibus meis, nec quiſlibet oppoſita perſona, tibi exinde nullas calumnias nec fatigationes nec repetitiones agere nec generare nec repetere non debeamus. Quod qui tentaverit, & à me vel heredibus meis defenſatum non fuerit, inferamus tibi unà cum ſocio fiſco auri uncias tantas eſſe multando, & præſens redemptionale omni tempore firma permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum illo.

Heredetoria.

XLIX. Dulciſſima atque in omnibus

amantissima filia mea illa. Ego enim vir magnificus ille. Omnibus non habetur incognitum quòd, sicut lex Salica continet, de res meas, quod mihi ex alode parentum meorum obvenit, apud germanos tuos filios meos minimè in hereditate succedere potebas. Propterea mihi præpatuit plenissima & integra voluntas ut hanc epistolam heredetoriam in te fieri & adfirmare rogavi, ut si mihi in hoc seculo subprestis apparueris, in omnes res meas, tam ex alode parentum meorum quàm ex meo contractu mihi obvenit, in pago illo, in loco qui dicitur ille, & in quibuscunque pagis aut territoriis, ubicunque habere videor, tam mansis, domibus, ædificiis, vineis, olicis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, quicquid dici aut nominari potest, quantumcunque de meo proprio moriens dereliquero, in omnes res meas in hereditate apud germanos tuos filios meos succedas, & æqualentia inter vos exinde dividere vel exæquare faciatis. Et quod ad partem tuam exinde recipis, quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo.

Cautio de vinea.

L. Domino fratri illo ille. Ad petitione mea mihi non denegasti, nisi ut in summa necessitate mea argento vel amicto valentes solidos tantos in manu mea ad præstitum beneficium mihi præstitisti. Propterea oppignoro tibi vineam proprietatis meæ in pago illo, in loco qui dicitur illo aripennos tantos. Subjungit de ambobus lateribus & ambobus frontibus terra lui, infra ipsa terminatione & mensura ad integrum, & usque annos tantos fructum quem ibidem Deus dederit, ad parte tua elidiatum habere debeas, & per temetipsum ipsa vinea condirgere facias; & quomodo ipso fructus tantos annos transactos habueris, & debito tuo tibi reddidero, cautionem meam per manibus recipiam, stipulatione subnixa. Actum illo.

Securitas.

LI. Non minima sed maxima vertitur discordia inter illo & illo. Venientes in loco illo ante bonis hominibus, repetebat ipse ille in causa sua, vel in conjuge sua illa, adversùs ipsius lue, dum diceret eò quòd ipsa genua sua impinxerit, & super filia eorum nomine illa cessisset, & ipsam ibidem occisit; sed ipsa illa hanc cautàm minimè potuit denegare. Exinde taliter ad ipsos bonis hominibus fuit judicatum ut illam leudem, ut lex erat, ipsius luo solvere deberet. quod ita in præsente fecit, & servo suo nomine illo vel alia rauba sua ipsa illa pro illa leude ipsius lue vel conjuge sua illa, in quod eis bene complacuit, dedit. Propterea jam dictus ille & conjux sua illa hanc securitatem in ipsa illa vel ..... go suo fieri & adfirmare rogaverunt, ut nullo unquam tempore de jam dicta causa, nec de illa morte, nec de ipsa leude, nullas calumnias nec repetitiones nec fatigationes nec nos nec nuullus de heredibus nostris nec quisllibet opposita persona agere nec generare nec repetere non debeamus. Quod qui attentaverit, & à nobis vel heredibus nostris defensatum non fuerit, inferamus tibi unà cum socio fisco auri uncias tantas, argento pondo tanto esse multando, & præsens securitas omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum illo.

Donatio ad filios.

LII. Gesta lex & consuetudo exposcit ut quæcunque persona naturales filios habuerit, & alios plures non habuerit, si eos in sua voluerit instituere hereditate, qualiter in suum potiùs arbitrium ad faciendi de id pater hoc quod in eos voluerit, liberam habeat potestatem. Ideoque ego ille, dum non est incognitum quòd femina aliqua nomen illa bene ingenua ad conjugium mihi sociavi uxore, sed qualis causas vel tempora me oppresserunt ut chartolam libelli dotis ad eam, sicut lex declarat, minimè excessit facere, unde ipsi filij mei, secundùm legem, naturales appellantur, & filios in ea generavi, quibus baptisino nomen imposuimus illos & illos, propterea volo ut prædicti filij mei in omni corpore facultatis meæ in pago illo, in loca denominantes illos & illos, in legitimam successionem debeatis addere appatuere, hoc est, tam terris, mansis, unà cum superpositis domibus, ædificiis, utriusque generis sexus peculiis, mancipiis ibidem commanentibus, tam ibidem quàm & aliunde translatis, sicut dixi, quod nostra est possessio, & quod de successione parentum nobis obvenit, tam de alode, quàm de comparato vel de qualibet adtractu ad nos noscitur pervenisse, & quicquid à die præsente nostra est possessio vel dominatio, cum omni jure & merito & omni re inexquisita quandoquidem moriens dereliquero, in vestra debeatis revocare potestate & dominatione, & faciatis exinde

jure

jure proprietario quod volueritis, & nullus vobis de omni hereditate mea repudiare non debeat, nec facere possit, stipulatione subnixa.

Mandatum.

LIII. Dulcissimo amico meo illo, ego ille. Rogo atque injungo caritate tua ut hias ad vicem meam ad civitate illa, ad illo defensore & illo professore, vel curia publica ipsius civitatis, & hanc epistolam, qua ego filios meos illos in totius hereditatis meæ legitima successione instituere & legitimos filios meos, sicut in ipsius epistolæ textu continetur, conscribere volui, ea gestis municipalibus, ut mos & lex est, juxta morem & consuetudinem alligare atque firmare facias, ad prosecutionem celebratam. quod tibi rogo mihi rescribere pigrum non graveris. stipulatione.

Hereditoria de hereditate.

LIV. In nomine Domini. Anno illo Domni nostri illius Regis, mense illo, gesta habita apud laudabile viro illo defensore & illo professore vel curia publica ipsius civitatis, ille ait. Quæso vobis, optime defensor, ut mihi codices publicos patere jubeatis, quia habeo quædam prosequere quæ gestorum allegatione cupio roborari. Memorati defensor & ordo curiæ dixerunt: Patent tibi codices publici, prosequere quæ optas. Ille dixit: Amicus meus ille mihi injunxit per suum mandatum sollemniter roboratum ad laudabilitatem vestram accedere debere, & hanc epistolam, quam ipse, sicut textus declarat, in prædictos filios suos illos conscripsit, pro eo quòd in bene ingenua femina illa ipsos generavit, & tamen chartolam libelli dotis ei secundùm legem non adfirmavit, propterea jam dicti filij secundùm legem naturales appellantur, ita antedictus pater eorum ei complacuit ut ipsos secundùm legem Romanam in ipsa civitate ante curiam publicam debeat in legitima totius hereditatis suæ instituere hereditate, ita & fecit, dum inprolis, nec legitimos infantes non habuerit, ipsos in legitima hereditate pro legitimis filiis in omnes causas recepit; ut prædicta epistola juxta morem & consuetudinem gestis municipalibus alligari atque firmari debeat. Suprascriptus defensor unà cum suis curialibus vel subscriptionibus instituerunt vel inobodierunt sub signaculis. Et hæc gesta quomodo est conscripta, manu eorum roborata, ei visi fuimus tradidisse, stipulatione subnixa. Actum.

Epistola.

LV. Magnifico amico meo illo, ego ille. Cognoscas juxta injunctionem tuam, ut per tuum mandatum mihi rogasti, ad illa civitate ad illo defensore vel curia publica ipsius civitatis me accessisse, & hanc chartolam, qua infantes tuos, quòd naturales sunt, in legitima hereditate secundùm legem instituisti, sicut in ipsa chartola tam de rebus quàm & de ipsa munera ad ipsius infantes continetur, gestis municipalibus juxta morem & consuetudinem allegasse atque firmasse cognoscas, & de persecutione celebrata, quod mihi rogasti, rescribere vel prosequere mihi pigrum non fuit. stipulatione subnixa.

Gesta manumissionis.

LVI. Quod secundùm legem Romanam actum est nullatenus revocetur. Itaque sub die illo, anno illo regni Domni nostri illius Regis, Indictione illa, vir venerabilis ille Diaconus testatur eis quia stabili sub scripturis manumittere in Ecclesia illa vindictáque liberare famulo illo suo nomen illo bene sibi merito secundùm constitutionem bonæ memoriæ Constantini legis, qua fixum est ut omnes qui sub oculis Episcoporum, Presbyterorum, seu Diaconorum in Ecclesia manumittuntur, ad civitatem pertineat, & ab Ecclesa defensetur, & vult eum juxta consuetudinem, cujus commemoratio * subpraxida est, ad civitatem pertinere Romanan, ea tamen conditione ut eat ubique, quam voluerit partem pergat, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus, & nulli heredum ac proheredum meorum minimè quicquam debeat servitutis, nec libertinitatis gratiam, nec patronatus obsequium, sed, sicut dixi, sub integra & legitima ingenuitate debeat permanere ingenuus atque securus, & semper ad civitatem debeat pertinere Romanam, testamentum etiam faciendi liberam in omnibus habeat potestatem. Si quis verò.

* *Lindenbrog. suprædicta*

Traditoria.

LVII. Notitia traditionalis, qualiter vel quibus præsentibus venit homo aliquis nomine ille ad illo manso, quem ante hos dies per chartolam venditionis ad filium suum adfirmavit, per ..... visus fuit tradidisse vel consignasse, & exitum inde feciſſe. His præsentibus.

Obnoxiatio.

LVIII. Domino meo semper, ego enim ille. Dum non est incognitum quali-

ter instigante parte adversa mihi contigit quòd ego caballo ad homine aliquo nomine illo in texaga subduxi, unde & de furto victus apparui, & vitæ periculum exinde incurrere potueram, & ego non habeo unde ipsum facinus vel ipsum furtum emendare vel satisfacere debeam, propterea expetivi à vobis, & habuit pietas & dignatio vestra. & reliqua.

FORMVLÆ SIRMONDICÆ,

SIVE

FORMVLÆ VETERES

SECVNDVM LEGEM ROMANAM,

Primò editæ ex codice clarissimi viri Iacobi Sirmondi.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. *Donatio Ecclesiæ.*
2. *Mandatum.*
3. *Gesta.*
4. *Cessio.*
5. *Venditio.*
6. *Obligatio.*
7. *Precaria.*
8. *Item venditio.*
9. *Venditio de servo.*
10. *Venditio de semetipso, qualiter homo liber venundetur.*
11. *Epistola collectionis.*
12. *Ingenuitas.*
13. *Cautio.*
14. *Donatio in sponsa facta.*
15. *Traditio.*
16. *Charta in puellam facta ab eo qui ipsam invitam trazerit.*
17. *Donatio inter virum & uxorem, tamen gestis sit alligata.*
18. *Item alio modo.*
19. *Libellum repudij.*
20. *Mandatum qualiter maritus negotium uxoris prosequatur.*
21. *Charta qualiter pater filium vel nepotem de rebus suis meliorare potest.*
22. *Epistola qualiter nepotes in loco filiorum instituuntur ab avo.*
23. *Epistola qualiter extraneo homine quis in locum filij adoptetur.*
24. *Epistola qualiter pupilli recipiantur.*
25. *Pactum inter parentes.*
26. *Commutatio.*
27. *Confirmatio legis.*
28. *Item appennem.*
29. *Editio legibus comprehensa.*
30. *Relatio cum judicio.*
31. *Breve sacramenti.*
32. *Si quando masculus & semina pariter raptum consenserint, infra quinquennium litigetur.*
33. *Iudicium evindicatum.*
34. *Epistola Abbatis.*
35. *Donatio ad Ecclesiam post obitum.*
36. *Cessio à die præsente.*
37. *Venditio ad Ecclesiam.*
38. *Epistola Abbatis.*
39. *Securitas de homicidio.*
40. *Iudicium, juxta quod causa continet.*
41. *Breve sacramenti secundùm ipsum judicium.*
42. *Notitia de alode evindicato.*
43. *Venditio de casa vel area infra civitatem.*
44. *Qui se in alterius potestate commendat.*
45. *Evacuatoria.*
46. *De causis commendatis.*

EXPLICIVNT CAPITVLA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Donatio Ecclesiæ.

I. MVndi terminum adpropinquantem ruinis crebrescentibus jam certa signa manifestantur. Idcirco ego in Dei nomine ille considerans gravitudinem peccatorum meorum, & reminiscens bonitatem Dei dicentem, Date eleemosynam & omnia munda fiunt vobis,

Item alio modo.

Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum vel in substantia pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in æterna beatitudine retribuere confidimus. Ego quidem de tanta misericordia & pietate Domini confisus per hanc epistolam donationis dono donatúmque in perpetuum esse volo ad basilicam sancti Martini, ubi ipse pretiosus corpus requiescit, vel omni congregationi ibidem consistenti, & venerabilis vir ille Abbas præesse videtur, villam juris mei nuncupantem illam, sitam in pago illo, in condita illa, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, cum exiis & ingressis, mobilibus & immobilibus, cum omnibus appendiciis suisque adjacentiis, sicut à me præsenti tempore videtur esse possessum, totum & ad integrum de jure meo in vestra vel sancti Martini jure proprietario trado atque transfundo; ea verò ratione ut quandiu advixero, sub usu beneficij vestri absque ullo præjudicio vel diminutione aliqua prædictas res tenere & usurpare debeam, & post meum quoque discessum, quicquid in jam dicta villa vel in finibus suis additum, adtractum, emelioratum, repertúmque fuerit, & transitus meus ibidem dereliquerit, cum omni suprapositio, rectores ipsius Ecclesiæ agentesque illius absque ullius expectata traditione vel judicum consignatione in nostra eleemosyna vel substantia monachorum ibidem vitam degentium, Christo protegente, tanquam si ad præsens absque usu nostro eorum fuisset obsecuta possessio, in eorum faciant revocare potestatem vel dominationem; ita ut quicquid exinde pro opportunitate monasterij facere decreverint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem. Et si fuerit ulla quislibet persona qui præter istum, alterum strumentum exinde præsentaverit, aut anteriorem aut posteriorem, quod nos nec fecimus nec facere rogavimus, nullum sortiatur effectum, nisi vacuum & inane permaneat. auctorem verò criminis vel falsarium judiciaria potestas condemnet. Et si fuerit, aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet persona, qui contra hanc donationem aliquid refrangere vel calumniam generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos quingentos componat, & hæc donatio cum stipulatione subnixa inlibata permaneat. Actum in illo loco.

Mandatum.

II. Magnifico fratri illo, ego ille, filius illius. Rogo, supplico, atque tuæ caritati injungo ut ad vicem meam civitatem illam adeas, & donationem illam, quam ego partibus illius de locis nostris nuncupantibus illis, sitis in pago illo, per mea legitima strumenta confirmavi, gestis municipalibus cum curia publica & defensore facias alligare vel prosequere, & de ipsa prosecutione mihi reddas certiorem. Et quicquid exinde egeris gesserísve, ratum à me in omnibus esse cognoscas. Quod mandatum, ut pleniorem obtineat vigorem, manu propria subter firmavi & bonorum virorum subscriptione roborandum decrevi.

Gesta.

III. Anno illo, regnante Rege illo, sub die illo, cùm conventum Turonus civitate adfuisset, adstante venerabili viro illo defensore, unà cum honoratis principalibus suis, venerabilis vir ille dixit. Rogo te, venerabilis vir ille defensor, ut mihi codices publicos patere jubeatis, quia inluster vir ille per hoc mandatum ad me speravit ut donationem illam, quam de rebus suis propriis, de locis nuncupantibus illis, sitis in pago illo, partibus illius per sua legitima strumenta confirmavit, gestis municipalibus cum curia publica & defensore prosequere & alligare deberem. Ecce ipsam donationem. jubete eam recitari. Venerabilis vir ille defensor & ordo curiæ dixerunt: Codices publici te patefaciant, & ille amanuensis hanc donationem accipiat vel recitetur. Qui statim accipiens, per ordinem eam recitavit. Iam dictus prosecutor dixit: Et quia petitiones meas laudabilitas vestra per ordinem implere dignata est, rogo ut publica monumenta suscipiat. Et patefactis codicibus, gesta cùm à vobis fuerit subscripta, mihi nobilitas vestra, ut mos est, tradi præcipiat. Venerabilis vir ille defensor & ordo curiæ dixerunt: Gesta

cùm à nobis fuerit ſubſcripta, & à venerabili viro illo amanuenſe edita, tibi tradatur ex more, ut faciliùs quod ſuperiùs inſertum eſt diuturno tempore maneat inconvulſa.

Ceſſio.

IV. Latores legum ſanxerunt ut quicquid unuſquiſque alteri ceſſerit, profiteatur ſe tantùm rem ceſſiſſe, vel concedi, & ſola voluntas illius aut ſcriptura aut teſtibus comprobata pro omni firmitate ſufficiat. Igitur ego in Dei nomine ille fideli noſtro illo cedo tibi à die præſente ceſsúmque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, villa juris noſtri nuncupante illa ſita in pago illo, in condita illa, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobilibus & immobilibus, cum omnibus appendiciis ſuiſque adjacentiis, cum omni ſuprapoſito, vel quicquid in jam dicto loco à die præſente tenere & poſſidere videor; ita ut quicquid exinde facere volueris, jure proprietario liberam & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem: quia malo hoc te habere quàm me, plus te quàm ceteris heredibus meis. Et ſi fuerit, aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, vel quiſlibet perſona, qui contra hanc ceſſionem aliquid refragare vel calumniam generare præſumpſerit, illud quod repetit non vindicet, & inſuper contra cui litem intulerit, unà cum ſocio fiſco, inferat ſolidos tantos, & hæc ceſſio meis vel bonorum hominum manibus roborata, cum ſtipulatione ſubnixa, diuturno tempore maneat inconvulſa. Actum.

Venditio.

V. Magnifico fratri illo, ego ille. Conſtat me tibi vendidiſſe, & ita vendidi, rem proprietatis meæ, ſitam in pago illo, in condita illa, in loco nuncupante illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobilibus & immobilibus, totum & ad integrum cum omnibus appendiciis vel adjacentiis ſuis vel omni ſuprapoſito, ſicut à me præſenti tempore videtur eſſe poſſeſſum, de jure meo in tua trado poteſtate vel dominatione, unde accepi à te pretium in quod mihi bene complacuit, illis præſentibus qui ſubter tenentur inſerti, valentem ſolidos tantos. ita ut ab hodierna die quicquid exinde facere volueris, liberam habeas poteſtatem. Et ſi fuerit, aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, vel quiſlibet perſona, qui contra hanc venditionem aliquam calumniam vel repetitionem generare præſumpſerit, illud quod repetit non vindicet, & inſuper contra cui litem intulerit ſolidos tantos componat, & hæc venditio firma permaneat.

Obligatio.

VI. Domino venerabili illo, ego in Dei nomine ille. Dum & omnibus habetur percognitum qualiter veſtro accepto pretio rem proprietatis meæ ſitam in pago illo, in condita illa, in loco nuncupante illo, cum omni integritate, vel quicquid à me præſenti tempore inibi fuit poſſeſſum, vobis per venditionis titulum diſtraxi. Sed poſtea mea fuit petitio, & veſtra decrevit voluntas, ut mihi ipſam rem uſufructuario ordine conſervare juberetis. quod ita & feciſtis. Et ego pro hujus merito beneficij, obligo vobis rem proprietatis meæ, ſitam in pago illo, in condita illa, in loco nuncupante illo, cum omni integritate ſua, vel quicquid ibidem præſenti tempore à me videtur eſſe poſſeſſum. Ea verò ratione ut quandiu in caput advixero, utriſque partibus ſub veſtro prætexto tenere & uſurpare debeam, & mihi exinde non liceat aliubi nec vendere nec donare nec in nullo modo diſtrahere, nec ipſos uſus in alterius manus transferre. Sed poſt meum quoque diſceſſum, abſque ullius expectata traditione vel judicum conſignatione, abſque diminutione rerum vel mancipiarum, cum omni ſuprapoſito, vel quicquid in ipſâ loca aſpicere vel pertinere videtur, vos heredéſque veſtri, vel cui à vobis permiſſum fuerit, in eorum faciant revocare poteſtatem vel dominationem. Et ſi fuerit aut ego ipſe aut ullus ex heredibus meis, vel quiſlibet perſona qui contra has obligationes aliquam calumniam vel repetitionem aut contemptum generare præſumpſerit, illud quod repetit non vindicet, & inſuper contra cui litem intulerit ſolidos ducentos componat, & hæ obligationes uno tenore conſcriptæ firmæ permaneant.

Precaturia.

VII. Domino venerabili illo rectori Eccleſiæ illius vel omni congregationi ibidem conſiſtenti. Ego enim ille. Ad meam petitionem veſtra decrevit voluntas ut mihi villam veſtram, ſitam in pago illo, in condita illa, in loco nuncupante illo, cum omni merito ad ſe pertinente vel aſpiciente, uſufructuario ordine mihi conſervare juberetis. quod ita & feciſtis. Ea verò

ratione ut mihi exinde non liceat aliubi nec vendere nec donare nec in nullo modo distrahere, sed sub vestro prætexto, quatenus decretum vestrum manserit, hoc tenere & usurpare faciam. Vnde censivi me annis singulis ad festivitatem ipsius sancti partibus vestris reddere argentum tantum. Et post meum quoque discessum suprascriptam rem cum omni integritate & soliditate sua, quicquid ibidem aspicere vel pertinere videtur, cum omni supraposito, vel quicquid ibidem transitus meus dereliquerit, absque ullius expectata traditione vel judicum consignatione, aut heredum meorum repetitione, vos agentésque ipsius Ecclesiæ in eorum faciant revocare potestatem vel dominationem. Et si fuerit aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet persona qui contra hanc precatoriam aliquam calumniam vel repetitionem aut contemptum generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos centum componat, & hæc precatoria, quamvis per diversorum annorum curricula à me fuisset possessa, nullum præjudicium vobis non præparetur, sed ita firma permaneat quasi per quinquennium fuisset renovata, cum stipulatione subnixa, omníque tempore inviolata permaneat.

Item venditio.

VIII. Magnifico fratri illo, ego ille. Constat me tibi vendidisse & ita vendidi infra terminum sancti illius, in loco nuncupante illo, campum vel vineam juris mei, habentem aripennos tantos. Est quidem de uno latere & fronte terra illius, de alio latere & fronte terra illius. Vnde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit, valentem solidos tantos, ita ut ab hodierna die quicquid de supradicta re facere volueris, liberam habeas potestatem, salvo jure ipsius sancti. Et si fuerit, aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet persona qui contra hanc venditionem aliquam calumniam vel repetitionem generare præsumpserit, contra cui litem intulerit solidos quindecim componat, & hæc venditio firma permaneat.

Venditio de servo.

IX. Magnifico fratri illo, ego ille. Constat me tibi vendidisse & ita vendidi servum juris mei nomine illum, non furem, non fugitivum, sed sanum corpore, bonísque moribus constructum. Vnde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit, valentem solidos tantos. Ita ut ab hodierna die quicquid de supradicto servo facere volueris, liberam habeas potestatem. Et si fuerit, aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet persona qui contra hanc venditionem aliquam calumniam vel repetitionem generare præsumpserit, contra cui litem intulerit solidos sexaginta componat, & hæc venditio firma permaneat.

Venditio de semetipso, qualiter homo liber venundetur.

X. Domino semper meo illo, ego ille. Placuit mihi ut statum ingenuitatis meæ in vestrum deberem obnoxiare servitium, quod ita & feci. Vnde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit, solidos tantos, ita ut ab hodierna die quicquid de me servo tuo, sicut & de reliqua mancipia tua, facere volueris, à die præsente liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem. Et quod fieri non credo, si fuerit ulla quislibet persona qui contra hanc venditionem, quam ego mea spontanea voluntate fieri & adfirmare rogavi, qui contra eam aliquid agere vel calumniam generare conaverit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit auri libram unam, argenti pondo quinque coactus exsolvat, & hæc venditio firma permaneat.

Epistola collectionis.

XI. Nos quoque in Dei nomine matricularij sancti illius, dum matutinis horis ad ostia ipsius Ecclesiæ observanda convenissemus, ibíque infantulum sanguinolentum, periculo mortis imminente, pannis involutum invenimus, & ipsum per triduum seu ampliùs apud plures homines inquisivimus quis suum esse diceret, & non invenimus; cui nomen ipsum imposuimus. Sed postea pietate interveniente, & Domini misericordia opitulante, ipsum infantulum homini aliquo nomine illo ad nutriendum dedimus; ut si Deo præsule convaluerit, ipsum in suis servitiis ac solatiis juxta legis ordinem retineat. Pro quo pretium accepimus, in quod nobis bene complacuit, valentem sol. tantos. Et ut præsens epistola firmior sit, manibus propriis eam subter firmavimus, & bonis hominibus roborandam decrevimus, secundùm sententiam illam quæ data est ex corpore Theodosiani libri quinti, dicens: *Si quis infantem à sanguine emerit, si nutritum dominus vel pater eum recipere voluerit, aut ejusdem meriti mancipium, aut pretium nu-*

Interpret. l. unic. Cod. Th. de his qui sanguinol.

tritor quantum valuerit consequatur. Et ut præsens epistola firmior sit, manu nostra propria eam subter firmavimus, & bonis hominibus roborandam decrevimus. Actum.

Ingenuitas.

XII. Qui debitum sibi nexum relaxat servitium, præmium in futuro apud Dominum sibi retribuere confidat. Igitur ego in Dei nomine ille pro remedio animæ meæ vel æterna retributione servum juris mei nomine illum ingenuum esse præcipio, & in sacrosancta Ecclesia beatissimi sancti illius, sub præsentia sacerdotum ibidem consistentium, ante cornu altaris ab omni vinculo servitutis eum absolvo, ita ut deinceps, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus, eat, pergat partem quam maluerit, & sicut alij cives Romani vitam ducat ingenuam. Et si aliqua procreatio filiorum vel filiarum ex ipso orta fuerit, similiter vivat ingenua; & nulli heredum meorum nec cuicunque aliæ personæ quicquam debeat servitutis nec libertinitatis obsequium, nisi soli Deo cui omnia subjecta sunt, vel pro cujus amore ipsum devotus obtuli. Peculiare quod habet, aut in ante laborare potuerit, cessum in perpetuum habeat. Patrocinium & defensionem cuicunque se elegerit, in omnibus illius perfruatur arbitrio. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si fuerit aliquis ex heredibus meis, vel quislibet persona qui contra hanc ingenuitatem venire aut eam refragare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos sexaginta componat, & præsens ingenuitas meis vel bonorum hominum manibus roborata, cum stipulatione subnixa, omni tempore maneat inconvulsa.

Cautio.

XIII. Magnifico fratri illo, ego ille. Ad meam petitionem vestra decrevit voluntas ut mihi beneficium de rebus vestris illis inter annos tantos facere deberetis. quod ita & fecistis. Et ego pro hujus merito beneficij oppignoro tibi locellum rem proprietatis meæ nuncupantem illum, situm in pago illo, cum omni sua integritate vel soliditate. Ea verò ratione ut quomodo jam dicti anni adimpleti fuerint, & tu fructus ipsius terræ per quinque annos tantos exinde collegeris, ego supradictum debitum tuum tibi desolvam, & rebus meis unà cum cautione mea de manibus tuis recipiam. Et si neglegens aut tardus exinde apparuero, suprascriptum debitum tuum in duplum partibus tuis sum redditurus.

Donatio in sponsa facta.

XIV. Lex & consuetudo exposcit ut quicquid inter sponsum & sponsam de futuris nuptiis fuerit definitum vel largitum, aut ex consensu parentum, aut ipsi, si sui juris sunt, scripturarum solemnitate firmetur. Idcirco ego in Dei nomine ille, dum multorum habetur percognitum quòd ego te illa unà cum consensu parentum vel amicorum nostrorum tua spontanea voluntate sponsavi, mihi placuit ut aliquid de rebus meis per hunc titulum libelli dotis ante dies nuptiarum tibi confirmare deberem. quod ita & feci. Ergo dono tibi donatúmque esse volo locellum rem proprietatis meæ nuncupantem illum, situm in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, mobilibus & immobilibus, cum omni suprapositio suisque adjacentiis, tam de alode quàm & de comparato, seu de qualibet adtractu, totum & ad integrum, sicut á me præsenti tempore videtur esse possessum, & in fabricaturas aurum tantum, argentum tantum, vestimenta. Hæc omnia superiùs jam dicta per hunc titulum libelli dotis diebus nuptiarum tibi sum impleturus vel traditurus, ita ut dum advixeris secundùm legis ordinem teneas atque possideas, nostrísque qui ex nobis procreati fuerint filiis vel filiabus derelinquas. Si quis verò, si ego ipse aut ulla quislibet persona fuerit qui contra hanc donationem aliquid agere vel calumniam generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos centum componat, & hæc donatio meis vel bonorum hominum manibus roborata, cum stipulatione subnixa, firma permaneat.

Traditio ad sponsam.

XV. Dum multorum habetur percognitum qualiter ego ille puellam aliquam nomine illam unà cum consensu parentum vel amicorum nostrorum legibus sponsavi, & aliquid de rebus meis ei donare ante dies nuptiarum disposui, ideo placuit mihi ut de ipsis rebus misso ipsius puellæ nomine illo traditionem vel introductionem locorum secundùm legem Romanam facere deberem. quod ita & feci. Ergo trado ei & tradidisse me constat locellum rem proprietatis meæ nuncupantem illum, situm in pago illo, cum terris, ædificiis, acco-

labus, mancipiis, vel cetera quæ sequuntur, aurum, argentum, vestimenta. Hæc omnia superiùs jam dicta te ille ad vicem sponsæ meæ tibi trado, ita ut tempore nuptiarum in jam dictæ sponsæ meæ eveniant potestatem, ita ut secundùm legis ordinem teneat atque possideat. Et si contra hanc traditionem aliquid refragavero, partibus ipsius puellæ solidos tantos componam, & hæc traditio firma permaneat.

Charta in puellam facta ab eo qui illam invitam traxerit.

Paul. lib 2. Sentent. tit. 19. in interpret.

XVI. Viventibus patribus inter filios familias sine voluntate eorum matrimonia non legitimè copulantur, sed conjuncta non solvuntur. Idcirco ego in Dei nomine ille, dulcissima conjux mea illa, dum & te sine voluntate parentum tuorum rapto scelere in meo sociavi conjugio, unde vitæ periculum incurrere debui, sed intervenientibus sacerdotibus vel bonis hominibus vitam obtinui. Ideo placuit mihi ut per hanc epistolam compositionalem, aut si convenit cessionem, aliquid de rebus meis tibi confirmare deberem, quod ita & feci, hoc est, locellum nuncupatem illum, situm in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, mobilibus & immobilibus, cum omni suprapositio suisque adjacentiis, vel cum omni integritate, quicquid inibi præsenti tempore mea videtur esse possessio, de jure meo in tua trado potestate vel dominatione, ita ut quicquid exinde à die præsente facere volueris, liberam ac firmissimam in omnibus habeas potestatem. Et si fuerit, aut ego ipse, aut ulla quislibet persona qui contra hanc epistolam refragationem aliquam aut calumniam generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper partibus tuis vel contra cui litem intulerit solidos tantos componat, & hæc epistola firma permaneat.

Donatio inter virum & uxorem. tamen gestis sit alligata.

XVII. Quicquid enim inter conjugatos de propria facultate ob amorem dilectionis invicem condonare placuerit, scripturarum necesse est titulis alligari, ne in posterum ab heredibus eorum possit convelli: quia secundùm legem, si manente conjugio vir uxori vel uxor marito aliquid donaverit, si is cui donatum est prior mortuus fuerit, apud donatorem ea quæ donata fuerant remanebunt. Igitur ego in Dei nomine ille, dulcissima conjux mea illa, si priùs mortuus fuero quàm tu, dono tibi per hanc epistolam donationis donatúmque in perpetuum esse volo tres partes de omni re facultatis meæ, quantumcunque in pago illo in villas nuncupantes illas habere visus sum, hoc est, tam terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, mobilibus & immobilibus, aurum tantum, argentum tantum, æramentum in solidos tantos. Hæc omnia cum omnibus appendiciis suisque adjacentiis vel cum omni suprapositio tibi dono atque transfundo, quartam verò legitimis heredibus meis reservo; quia malo hoc habere te quàm me, plus te quàm ceteris heredibus meis. Similiter ego in Dei nomine illa dulcissimo jugali meo illo, si prior mortua fuero quàm tu, dono tibi per hanc epistolam donationis. Sequitur supradictum textum. Si quis verò, quod fieri non credimus, si fuerit ullus de heredibus nostris, vel quislibet persona qui contra has epistolas uno tenore conscriptas, quas inter nos fieri rogavimus, aliquid agere vel refragare conaverit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos tantos coactus exsolvat, & hæ epistolæ contulitionis, cum stipulatione Aquiliana, nostris vel bonorum hominum manibus roboratæ, firmæ permaneant.

Paul. ibid. in interpr.

Item alio modo.

XVIII. Igitur ego in Dei nomine ille, dulcissima conjux mea illa, dono tibi per hanc epistolam contulitionis donatúmque esse volo locellum rem proprietatis meæ nuncupante illo, situm in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, mobilibus & immobilibus, cum omnibus appendiciis suis, vel omni suprapositio, quicquid inibi præsenti tempore mea videtur esse possessio. Ea verò ratione ut si tu mihi supréstis fueris, usufructuario ordine hæc omnia absque repetitione heredum meorum hoc tenere & possidere debeas. Et post tuum quoque discessum, cum omni re emeliorata vel suprapositio, ad legitimos filios nostros, qui ex nobis procreati fuerint, revertantur. Similiter ego in Dei nomine illa dulcissimo jugali meo illo. Sequitur supradictum textum. Et illud inter nos insérere placuit, ut si fuerit ullus de heredibus nostris vel quislibet persona qui contra

Paul. lib. 2. Sentent. tit. 24. in interpret.

has duas contulitiones uno tenore conſcriptas aliquid agere vel refragare præſumpſerit, illud quod repetit non vindicet, & inſuper contra cui litem intulerit ſolidos tantos componat, & hæ contulitiones noſtris vel bonorum hominum manibus roboratæ, cum ſtipulatione ſubnixa, firmæ permaneant.

Libellum repudij.

L. 1. Cod. Theod. de repud. in interpret.

XIX. Certis rebus & probatis cauſis inter maritum & uxorem repudiandi locus patet. Idcirco dum inter illum & conjugem ſuam illam non caritas ſecundùm Deum ſed diſcordia regnat, & illorum nulla eſt voluntas pariter converſandi, placuit utriſque voluntatibus ut ſe à conſortio conjugali ſeparare deberent. quod ita & fecerunt. Propterea has epiſtolas uno tenore conſcriptas inter ſe fieri & adfirmare decreverunt, ut quicquid unuſquiſque ex ipſis de ſemetipſo facere voluerit, abſque repetitione ſocij ſui liberam habeat poteſtatem, & nullam requiſitionem neque ipſi in caput neque ulla quiſlibet perſona exinde habere non pertimeſcat. Quòd qui contra parem ſuum vel contra alium quemcunque hominem ullam repetitionem exinde facere conaverit, partibus illius contra cui litem intulerit ſolidos tantos componat, & ſua repetitio nullum obtineat effectum; ſed unuſquiſque ex ipſis per hunc libellum repudij eorum manibus roboratum omníque tempore quieti valeant reſidere.

Mandatum qualiter maritus negotium uxoris proſequatur.

XX. Dum & humana prodit utilitas, & lex Romana expoſcit, ut quicunque uxoris ſuæ negotium fuerit proſecutus, quamvis maritus ſit, nihil aliud agat niſi quod ei agendum per mandatum illa commiſerit, igitur ego in Dei nomine illa, filia illius, te dulciſſime jugalis meus ille, dum me ſimplicitas dominatur quod minimè res vel cauſas meas valeo exercere, te in omnibus rebus vel cauſis meis inſtituo dominum procuratorémve & actorem, ita ut quicquid exinde egeris geſſeríſve, ratum vel definitum à me in omnibus eſſe cognoſcas: quia malo hoc habere te quàm me, plus te quàm ceteris heredibus meis. Et adhuc mihi inſerere placuit, ut hoc mandatum ad civitatem illam cum curia publica, ut mos eſt, geſtis municipalibus facias alligari. Et ut noſtra voluntas ævis temporibus firmiùs perduret, manu propria ſubter firmavi, & bonorum virorum roborandum decrevi.

Charta qualiter pater filium vel nepotem de rebus ſuis meliorare poteſt.

XXI. Quicquid pater unumquemque ex filiis vel nepotibus meliore habere voluerit, hoc ſibi ſecundùm legis ordinem ſine conſortis repetitione defendat, nec præſumat aliquis contra voluntatem patris agere. Igitur ego in Dei nomine ille, dulciſſimo filio vel nepoti meo illo, cedo tibi ceſſúmque in perpetuum eſſe volo, & de meo jure in tua trado dominatione, abſque conſortio fratrum tuorum vel filiis meis, in loco nuncupante illo, cum terris, domibus, accolabus, mancipiis, libertinis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobilibus & immobilibus, cum omni ſuprapoſito ſuíſque adjacentiis, vel quicquid inibi præſenti tempore mea videtur eſſe poſſeſſio, totum & ad integrum, à die præſente tibi volo eſſe conceſſum atque indultum; ita ut quicquid exinde facere volueris, liberam & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem. Si quis verò, quod nec fieri non credimus.

Epiſtola qualiter nepotes in loco filiorum inſtituuntur ab avo.

XXII. Quicquid filiis vel nepotibus de facultate patris cognoſcitur ordinaſſe, voluntatem ejus in omnibus lex Romana conſtringit adimplere. Ideoque ego in Dei nomine ille dulciſſimis nepotibus meis illis. Dum peccatis meis facientibus filia mea genetrix veſtra illa tempus naturæ ſuæ complevit, & ego penſans conſanguinitatis cauſa, dum & per legem cum filiis meis avunculis veſtris in alode meo ad integrum minimè ſucceedere poteratis, ideo per hanc epiſtolam firmitatis volo ut in omni alode meo poſt meum diſceſſum, ſi mihi ſupreſtites fueritis, quicquid moriens dereliquero, ſicut ſupradicta genetrix veſtra, ſi mihi ſupreſtis fuiſſet, ita & vos cum avunculis veſtris ſuccedere faciatis. Ea verò ratione ut quicquid tempore nuptiarum ei tradidi vel dedi, hoc in parte veſtra recipiatis. Et ſi ampliùs inſuper de rebus noſtris obvenerit, tunc cum filiis meis matris veſtræ portionem recipiatis; ita ut quicquid exinde facere volueritis liberam habeatis poteſtatem. Si quis verò fuerit. & reliqua.

Epiſtola qualiter extraneo homine in locum filij adoptetur.

XXIII. Ego enim in Dei nomine ille.

Dum

Dum peccatis meis facientibus orbatus sum à filiis, mihi placuit ut illum unà cum consensu patris sui in civitate illa cum curia publica de potestate patris naturalis discedentem & in meam potestatem venientem in loco filiorum adoptassem.quod ita & feci. Ea verò ratione ut quandiu advixero, fideliter mihi præstet solatium vel adjutorium, & omnes res meas diligenter excolat; & post obitum quoque meum, sicut à me genitus fuisset, ita in omni hereditate mea per hanc epistolam adoptionis sit successurus; vel quicquid de supradictis rebus meis, quantumcunque moriens dereliquero, facere voluerit, jure proprietario, absque repetitione heredum meorum, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Et illud mihi inserere placuit, ut si fuerit ullus ex heredibus meis, vel quislibet persona qui contra hanc epistolam adoptionis aliquid contra te aut contra eum cui tu ipsas res dereliqueris calumniator aut repetitor accesserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit solidos tantos componat, & hæc adoptio gestis alligata firma permaneat.

Epistola qualiter pupilli recipiantur.

L. unic. C. Th. qui petant tut. in interpr.

XXIV. Lex Romana constringit ut qui tutores noluerint esse parvulorum, si fortè cesserit luctuosa hereditas, ex ipsa habeantur extranei. Propterea ego in Dei nomine ille judex provinciæ illius, dum & omnibus habetur percognitum qualiter parentes istius præsentis orphanuli nomine illo ab hac luce discesserunt, & testamentarium tutorem ei non dimiserunt, & minimè suas procurare potest necessitates, ideo unà cum consensu primatibus civitatis convenit nobis ut istius patrui suo, unà cum omnia bona sua, facto ac conscripto rerum inventario, ei sub officio tutoris commendare deberemus. quod ita & fecimus. Ea verò ratione ut per nullam occasionem supradicti pupilli hereditas, quicquid in pago illo in villas nuncupantes illas videtur habere, non minuatur; sed ipsas res vel mancipia atque omni sua substantia diligenter excolat, & ipsum pupillum exinde nutrire vel ministrare faciat. Et si Deo propitio in perfectam venerit ætatem, omnia ei secundùm legis ordinem cum omni integritate servata reddantur. Vnde convenit nobis ut duas epistolas uno tenore conscriptas exinde conscribere vel adfirmare deberemus. quod ita & fecimus. Vnam quidem jam dictus patruus suus secum retineat, alteram verò aliquis homo nomine ille de manu nostra vel jam dicti pupilli suscipiat, ut futuris temporibus, Deo auxiliante, sub testificatione bonorum virorum, qui subter tenentur inserti, per ipsam cum omni integritate omnia sua exigere debeat.

Pactum inter parentes.

XXV. Caritatis studio & dilectionis affectu inter propinquos decet ut quicquid de rebus eorum inter se diviserint, scripturarum serie alligetur, Romanáque lege ordinante ut quicunque in ætate perfecta pactionem vel definitionem per scripturam fecerit, & hoc quod fecit implere neglexerit, aut contra eam ire præsumpserit, infamis vocetur, & ipsam causam agere non permittatur, atque pœnam statutam cogatur exsolvere. Igitur placuit atque convenit inter illum & germanum suum illum ut hereditatem paternam atque maternam inter se dividere vel exæquare deberent. quod ita & fecerunt. Accepit itaque ille in portione sua villas nuncupantes illas, sitas in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, vel cetera quæ sequuntur. Similiter è contrà accepit ille in compensatione portionis suæ villas nuncupantes illas, sitas in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, vel cetera quæ sequuntur. Hæc quidem omnia unanimiter consentientes, pars partem tradidisse vel consignasse cognoscite, ita ut quicquid post hunc diem unusquisque de hoc quod accepit facere voluerit, absque nostris repetitionibus liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Et si aliquando aliquis ex nobis aut heredibus nostris contra has epistolas aliquid agere vel refragare præsumpserit, ejus repetitio nullum obtineat effectum, & insuper contra cui litem intulerit solidos tantos componat, & præsens pactio vel definitio cum stipulatione subnixa firma permaneat. L. 6. C. Th. de pactis in interpr.

Commutatio.

XXVI. Inter quos caritas inlibata permanserit, à parte parti beneficia opportuna præstantur. Ideoque placuit atque convenit inter inlustrem virum illum & illum ut loca aliqua inter se commutare deberent. quod ita & fecerunt. Dedit igitur vir inlustr ille partibus illius locellum nuncupantem illum, situm in pago illo, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertinis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus,

mobilibus & immobilibus, cum omnibus appendiciis ſuiſque adjacentiis, vel omni ſuprapoſito, totum & ad integrum, de jure meo, ſicut præſenti tempore à me videtur eſſe poſſeſſum, in tua trado poteſtate vel dominatione. Similiter in compenſatione hujus meriti dedit jam dictus ille partibus illius alium locellum nuncupantem illum, ſitum in pago illo, vel cetera quæ ſequuntur, ita ut ab hac die unuſquiſque de hoc quod accepit facere voluerit, jure proprietario liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem. Et illud inter nos inſerere placuit, ut ſi ullus ex nobis vel heredibus ſucceſſoribúſque noſtris fuerit qui hoc immutare vel refragare tentaverit, rem quam accepit amittat, & inſuper quis contra cui litem intulerit ſolidos tantos componat, & ſua repetitio nullum obtineat effectum, ſed hæ commutationes uno tenore conſcriptæ omníque tempore maneant inconvulſæ.

Confirmatio Regis, vel inſpecta ipſa, cujuſcunque Principis, in eo qui ab hoſtibus eſt deprædatus vel ab igne concrematus.

XXVII. Meritò largitatem Regis munere ſublevantur qui ab hoſtibus vel incendio paſſi ſunt damna vel violentiam. Igitur fidelis noſter ille clementiæ regni noſtri ſuggeſſit eò quòd ante hos annos exercitus noſter aut illius Regis, vel per neglegentiam alicujus hominis in loco nuncupante illo, domus ſuæ vel res quamplures unà cum ſtrumenta chartarum, tam quod regio munere perceperat, quàm & de diverſis partibus per venditiones, donationes, ceſſiones, commutationes adtraxerat, vel quicquid in pago illo, vel loca nuncupantia illa poſſederat, incendium fuiſſet crematum. unde relationem ſub teſtificatione bonorum hominum cognovimus recenſendam, omnes res ſuas vel ſtrumenta chartarum periſſe, vel ſibi, ſicut nobis ſuggeſſit, damna ſuſtinuiſſe. Præcipientes ergo jubemus ut quicquid memoratus ille, ſicut uſque nunc tam de terris, domibus, accolabus, mancipiis, libertinis, vineis, pratis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, vel reliquis quibuſcunque beneficiis, uſque ad præſens cum æquitatis ordine quietus poſſedit, & ita deinceps in jure & dominatione ejus permaneat, & per hunc præceptum pleniùs in Dei nomine circa eum ſuffultum atque confirmatum abſque ullius inquietudine teneat & poſſideat, ſuiſque poſteris aut cuicunque voluerit ad poſſidendum derelinquat. Quam verò auctoritatem propria manu ſubter roborare decrevimus.

Item appennem.

XXVIII. Conſuetudo hujus loci vel etiam legis terrenæ juſtitiæ conſtat eſſe proſpectum ut quicunque ab incendiis vel hoſtibus ſeu à latronibus fuerit perpeſſus diſpendium, oportet ſibi hoc caſu in foro publico vel civitate cum curia publica & defenſore vel reliquis civibus publicare. Idcirco dum non habetur incognitum qualiter homo nomine ille per timorem illius qui Turonus civitatem anno præſente hoſtiliter venit, & multa mala ibidem perpetravit, ſtrumenta ſua de loca denominata vel de diverſis facultatibus ſuis ſubtus terram in villa illa miſit, & ibidem computruerunt & perierunt, propterea ei neceſſe fuit ut unà cum notitia pagenſium, qui hoc cognitum bene habebant, Turonus civitate appennem exinde deberent adfirmare; ut quantumcunque per ipſa ſtrumenta tam in terris quàm in mancipiis, ſeu & reliquis rebus, ſicut uſque nunc quieto ordine tenuit & poſſedit, ita & admodum liceat inantea ipſas res quietè tenere & poſſidere, & cui voluerit, Chriſto auxiliante, derelinquere. Vnde convenit ut duas epiſtolas uno tenore conſcriptas exinde fieri vel adfirmare deberent, ut una in foro publico in ipſa civitate ſit adficta, aliam verò ipſe ſecum pro cautela & tempora futura apud ſe retineat, ut ſi ei inantea neceſſe fuerit, in præſentia Regis aut Principis loci ſit proferenda. Actum ibidem.

Editio legibus comprehenſa.

XXIX. Lex Romana pro utilitate humani generis expoſcit ut ſi quando cujuſcunque injuſta appellatio comprobatur, ſumptus quos poſt appellationem adverſarium ſuum accuſator compulit ſuſtinere, non in ſimplum ei ſed in quadruplum ab accuſatore cogatur reſtitui. Igitur ego in Dei nomine ille, dum non eſt incognitum qualiter apud te homo ille nomine illo in rationes publicas ante inluſtre viro illo vel reliquis viris qui ſubter tenentur inſerti, Turonus civitate adſteti de aliquibus locellis nuncupantibus illis, ſitis in pago illo, quæ mihi per legitima ſucceſſione ſunt debita, & tu præſenti tempore malo ordine eos poſſidere videris; unde apud me in reſponſum introire noluiſti, niſi, ſicut lex edocet, tibi inſcriptionem de ſumptibus & expenſis confirmaſſem. Ideo placuit mihi ut hanc editionem in te adfirmare de-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

berem, quod ita & feci, ut si apud me de ipsis rebus in rationes vel in judicium introieris, & ipsa causa inter nos legibus definita fuerit, & mea injusta fuerit accusatio comprobata, de eadem causatione omníque tempore quietus resideas, & sumptus vel expensas superiùs nominatas, quibus pro necessitatibus tuis me compellente visus es expendisse, secundùm legis ordinem, transacto litis tempore, partibus tuis cogar restitui. Et pro rei totius firmitate hanc editionem manu propria subter firmavi & bonorum virorum roborandam decrevi. FINIT.

Et si de homicidio accusatio processerit, secundùm hanc sententiam inscriptio celebretur.

Quicunque alium de homicidij crimine periculosa vel capitali objectione pulsaverit, non priùs à judicibus audiatur quàm se similem pœnam quam reo intendit conscripserit subiturum. Et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat futurum, ut aut supplicia innocentium servorum aut pœna capitis sui aut facultatum amissione compenset.

Relatio cum judicio.

XXX. Auctoritate legis præceptum est ut in toto litis termino requiratur per quem orta est contentio. Et si quis ad rapinam faciendam adgreditur, aut iter agentem insidiaverit, aut domum alterius nocturnus spoliaverit, mors animæ ipsius ne requiratur. Igitur ego in Dei nomine ille judex veniens in loco nuncupante illo, sub die illo, unà cum bonis hominibus, ad locum accessionis, ubi aliquis homo nomine ille quondam interfectus jacebat, requirens pro qua re ibidem interfectus fuisset, sed venientes homines ibidem commanentes, qui in initio litis ibidem fuerunt, vel qui ad ipsos uccos cucurrerunt quando jamdictus homo ibidem interfectus fuit, taliter testimonium præbuerunt, ut dum aliquis homo nomine ille sollemniter sibi ambulabat, sic jam dictus ille quondam ipsum adsallivit vel insidiavit, & res suas ei contradixit, atque violenter super ipsum evaginato gladio venit. unde livores vel capulaturæ atque colaphi manifesti apparent. Ideo etenim, dum sic veritas comprobatur, veniens jam dictus ille adprehensam manum vel arma prædicti judicis, sicut mos est, apud homines duodecim manu sua tertia decima dextratus vel conjuratus dixit quòd dum ipse sollemniter sibrambulabat, jam dictus ille quondam eum malo ordine adsallivit, & evaginato gladio super eum venit, & super ipsum livores vel capulationes misit, & res suas illas ei diripere voluit, & postquam istos præsentes livores recepit, necessitate compulsus ipsum plagavit per quem mortuus jacet, & in sua orta contentione vel in sua movita atque per suas culpas ibidem interfectus fuit. Et sic est veritas absque ulla fraude vel conludio, & in sua culpa secundùm legem ipsum ferro battudo fecit. Proinde opportunum fuit ipsius illi ut hanc notitiam ad instar relationis exinde accipere deberet. quod ita & fecit. Sed postea verò taliter in jam dicto loco ipsius illi judicatum fuit ut in noctes quadraginta apud homines triginta sex manu sua trigesima septima jam dicto illo quondam in Ecclesia illa, in loco nuncupante illo, conjurare debeat apud homines visores & cognitores eò quòd ille quondam malo ordine super eum venisset, & res suas ei contendisset, vel primitus ipsum plagasset vel livorasset, & ipsum in via adsalliisset vel insidiasset, & in sua movita vel in sua culpa ibidem interfectus fuisset. Et si hoc facere poterit, de ipsa morte quietus valeat residere.

Breve sacramenti.

XXXI. Breve sacramenti qualiter ingressus est ille in loco nuncupante illo, in Ecclesia illa, sub præsentia illius judicis vel bonorum virorum qui subter tenentur inserti, ad placitum suum custodiendum. Vnde retroactis diebus quadraginta relationem de morte illius per judicium bonorum virorum accepit, juratus dixit. Per hunc locum sanctum & Dei reverentiam, dum ego solenniter mihi ambulabam, jam dictus ille quondam in loco nuncupante illo me malo ordine adsallivit vel livoravit, & colaphos super me posuit, & ad rapinam vel ad insidiam super me faciendam adstetit, & res meas mihi malo ordine diripere vel tollere tentavit. Et ego in sua orta contentione vel in sua movita atque per sua culpa in ipso loco ipsum interfeci. Et per reverentiam istius sancti & Deo altissimo similiter testes sibi similes visores & cognitores, secundùm quod ei judicatum fuit, post ipsum juraverunt ut quicquid jam dictus ille de hac causa juravit, verum & idoneum sacramentum exinde dedit. Id sunt qui hoc sacramentum exceperunt, manibúsque eorum subter firmaverunt.

Si quando masculus & femina pariter raptum consenserint, infra quinquennium litigetur.

XXXII. Notitia sub quorum præsentia ibi veniens ille ante illum vel eos qui subter tenentur inserti, ibíque accusabat aliquem hominem nomine illum eò quòd aliquam feminam nomine illam jam anno expleto sine diffinitione parentum, vel sine ejus clamore aut vociferatione, eam volentem rapuisset, atque in conjugio sibi malo ordine contra legem & justitiam sociasset. qui jam dictus ille & præfata illa hoc denegare non potuerunt; sed in omnibus taliter fuerunt professi, quòd ambo pariter consentientes, sic ab eidem actum vel perpetratum fuerat. Tunc ipsi viri qui ibidem aderant, tale dederunt judicium, ut secundùm legem Romanam pro hac culpa ambo pariter vitæ periculum incurrissent, vel sententiam mortis ob hoc scelus excepissent. Sed intervenientibus bonis hominibus taliter eis convenit ut jam dicti homines pro redemptione vitæ eorum vuadios suos jam dicto illo unusquisque pro solidos tantos dare deberent, quod ita & fecerunt,& hoc placitum institutum,quod evenit tunc temporis, hoc debeant desolvere. unde & fidejussorem pro ipsis solidis aliquem hominem nomine illum obligaverunt. Propterea necesse fuit ipsis ut hanc notitiam exinde accipere deberent, quod ita & fecerunt, ut si necessitas evenerit, omnibus sit manifestum qualiter supradicti homines infra quinquennium ab hoc scelere convicti vel comprobati apparuerunt.

Iudicium evindicatum.

XXXIII. Ille Rex vir inluster illo Comite. Veniens ille in nostra vel procerum nostrorum præsentia suggessit eò quòd aliquis homo nomine ille pagensis vester eum in via malo ordine adsalliisset, & res suas ei tulisset, vel graviter ipsum livoraſſet; & ob hoc vobis per nostram ordinationem jussimus ut datis fidejussoribus Kalendas illas ex hoc in nostra præsentia debuissent adstare ratiocinantes. Sed memoratus quidem ille per triduum suum custodivit placitum, & jam dicto illo secundùm legem adjectivit vel solsativit; qui nec sonia nuntiavit, nec suum placitum adimplevit. Propterea omnino tibi jubemus, dum tales vobis datos habuit fidejussores, & placitum suum nullatenus custodivit, ut quicquid lex loci vestri de tali causa edocet, vobis distringentibus memoratus ille partibus istius componere & satisfacere non recuset.

Epistola Abbatis vel rectoris Ecclesiæ.

XXXIV. In Dei nomine quamquam peccator Abba dilecto amico nostro illo. Dum & omnibus habetur percognitum qualiter tu rem proprietatis tuæ illam accepta pecunia de thesauro ipsius sancti per venditionis titulum distraxisti, unde & precariam nobis ex hoc emisisti, & censisti te dare in luminaribus ad festivitatem ipsius sancti, hoc est tantum, ideo unà cum consensu fratrum nostrorum hanc epistolam tibi emittendam decrevimus, ut ipsum locum cum omni integritate unà cum Dei gratia & nostra voluntate absque præjudicio sancti illius diebus vitæ tuæ usualiter tibi liceat tenere. Et post tuum quoque discessum ipse locus cum omni integritate vel re emeliorata vel suprapositio partibus nostris vel ipsius basilicæ revertatur. quam epistolam manu propria subter firmavimus.

Donatio ad Ecclesiam post obitum.

XXXV. Lucrum maximum credimus animarum, si dum unusquisque corporibus motibus terram inhabitat, pro amore cogitet domus æternæ, vel amore temporalium rerum sperandarum sibi cumulet munimina divitiarum, aut certè si id quod remanendo perire poterat in seculo, in alimoniis pauperum vel loca distribuatur sanctorum Dei. Quamobrem ego in Dei nomine ille pertractavi tam de Dei parte, quàm & reverentia sancti illius civitatis, ubi ipse pretiosus Domnus in corpore requiescit, seu animæ meæ remedium ad sacrosancta basilica sancti Domni illius,ejúsque congregatione, ubi ille Abba vel rector præesse videtur, dono donatúmque in perpetuo esse volo, hoc est, villam rem proprietatis meæ nuncupantem illam, sitam in pago illo, super fluvium illum, in condita illa, cum omnibus adjacentiis vel appendiciis suis, quantumcunque ad ipsam villam aspicere vel pertinere videtur, vel quantumcunque inibi præsenti tempore mea videtur esse possessio, totum & ad integrum per hanc donationem tibi trado atque transfundo, eo videlicet modo ut dum ego in caput advivo, ipsam villam cum omni integritate usualiter sub prætexto ipsius basilicæ tenere & usurpare faciam. Post meum quoque discessum ipsa villa cum omni integritate vel suprapositio, hoc est, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobilibus & immobilibus, pecuniis, peculiis utriuſque ſexus, præſidiis, vel omni ſupellectile, vel quod ibidem inantea addere, adtrahere, comparare, aut emeliorare potuero, & tranſitus meus ibidem dereliquerit, pars ipſius baſilicæ, ejus rectores, abſque ullius expectata traditione vel judicum conſignatione, in eorum vel ipſius baſilicæ faciant revocare poteſtate vel dominatione, & ad ipſam ſanctam baſilicam proficiat in augmentum: quia malo hoc poſt meum diſceſſum ipſius baſilicæ habere quàm ceteris heredibus meis. Si quis verò.

Ceſſio à die præſente.

XXXVI. Dum fragilitas ſeu caſus humani generis pertimeſcit ultimum vitæ terminum ſubitanea tranſpoſitione venturum, oportet ut non inveniat unumquemque imparatum, nec ſine aliquo boni operis fructu migranti de ſeculo; ſed dum in ſuo jure & poteſtate quiſque conſiſtit, præparet ſibi viam ſalutis, per quam ad æternam beatitudinem valeat pervenire. Idcirco ego in Dei nomine ille, pertractans tam de Dei parte quàm & reverentia ſancti illius, ſeu animæ meæ remedium, cedo ad ſacroſanctam Eccleſiam ſancti illius, quæ eſt conſtructa infra urbem illam, in honore ſancti illius, ubi ille Abba & rector præeſſe videtur, non occultè, ſed publicè, non privatìm, ſed palam, ceſſúmque in perpetuo jure legitimo eſſe volo, & de jure meo in jure & dominatione ipſius Eccleſiæ trado atque transfundo, hoc eſt, locum rem proprietatis meæ illum, ſitum in pago illo, in condita illa, cum omni integritate vel adjacentiis ſuis, hoc eſt, cum terris, manſis, caſis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, farinariis, mobilibus & immobilibus, pecuniis, peculiis utriuſque ſexus, præſidiis, vel omni ſupellectile, quantumcunque ibidem præſenti tempore mea videtur eſſe poſſeſſio, totum & ad integrum rem quæſitam & inquiſitam, per hanc ceſſionem à die præſente ad ipſam ſanctam caſam delego & confirmo, ita ut ab hodierna die quicquid exinde pars ipſius Eccleſiæ ejúſque rectores de ipſa re facere voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi, quia ipſam ſanctam Eccleſiam plus id habere volo quàm me vel ceteris heredibus meis. In ceſſionibus verò licèt pœna non inferatur, mihi tamen pro rei totius firmitate placuit inſerendum ut ſi ego aut ullus de heredibus meis. & reliqua.

Venditio ad Eccleſiam.

XXXVII. Domino venerabili & in Chriſto patri illo Abbati de baſilica ſancti illius, civitate illa, ubi ipſe pretioſus Domnus in corpore requieſcit, vel omni congregationi ibidem conſiſtenti, ego enim in Dei nomine ille. Conſtat me vobis vel partibus ipſius baſilicæ vendidiſſe, & ita vendidi, hoc eſt, locum rem proprietatis meæ, ſitum in pago illo, ſuper fluvium illum, in condita illa, in villa illa, cum omni integritate vel adjacentiis, quicquid ad ipſum locum aſpicere vel pertinere videtur, vel quantumcunque præſenti tempore mea videtur eſſe poſſeſſio, hoc eſt, tam terris, manſis, caſis, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, libertinis, miniſterialibus, mobilibus & immobilibus, pecuniis, peculiis utriuſque ſexus, vel omni ſupellectili, totum & ad integrum, rem quæſitam & inquiſitam, quicquid dici aut nominari poteſt, vel quicquid ibidem præſenti tempore mea videtur eſſe poſſeſſio, per hanc venditionem à die præſente trado atque transfundo. Vnde accepi à vobis pretium pro jam dicto loco, de theſauro ipſius ſancti, in quod mihi complacuit, vel aptificatum fuit, hoc eſt tantum. quod pretium in manus meas accepi; & ipſum locum cum omni integritate, ſicut dixi, per hanc venditionem vobis vel ad ipſam ſanctam caſam tradidi perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hodierna die quicquid exinde vos aut ſucceſſores veſtri vel pars ipſius baſilicæ facere volueritis, liberam & firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem faciendi. Si quis verò.

Epiſtola Abbatis vel rectoris ipſius Eccleſiæ.

XXXVIII. In Dei nomine ille Abba in Chriſto nobis dilecto illo. Ad tuam petitionem noſtra decrevit voluntas ut tibi res noſtras vel ſancti illius in pago illo beneficiare uſufructuario ordine deberemus. quod ita & fecimus. Et tu pro hujus merito beneficij obligaſti nobis res tuas tam de alode quàm & de comparatu, ſeu de qualibet adtracto, denominatas, in pago illo, in condita illa, in loca nuncupantia illa & illa, quas præſenti tempore tenere & poſſidere videris, hoc eſt, cum terris, vel omnia & in omnibus. Ea verò ratione ut tibi ex ipſis rebus, quas nobis obligaſti, & illis quas tibi uſufructuario ordine bene-

ficiavimus, non liceat aliubi nec vendere nec donare nec alienare nec in nullo modo distrahere nec in naufragium ponere, sed sub nostro vel sancti illius prætexto tibi liceat tenere & possidere. Et post tuum quoque discessum, absque diminutione rerum vel mancipiorum, cum omni re emeliorata vel suprapositio, quicquid in jam dictas res inventum repertúmque fuerit, in nostram vel ipsius sancti absque ullius expectata traditione vel judicum consignatione faciamus revocare potestate vel dominatione. Vnde censisti te à nobis annis singulis ad festivitatem sancti illius in luminaribus ipsius sancti, vel pro mercedis tuæ augmentum, argentum solidos tantos. Et si de ipso censo neglegens apparueris, fidem exinde facias, & ipsas res perdere non debeas. Quam epistolam manu propria subter firmavimus.

Securitas de homicidio.

XXXIX. Fratri illo, ego enim ille. Dum & omnibus habetur percognitum qualiter tu ante hos dies, instigante adversario, germano meo vel quolibet parente interfecisti, unde & postea ex hoc comprobatus apparuisti, & ante me apud illum judicem exinde in rationes fuisti, & pro integra compositione pro jam dicto parente meo, pro ipsa morte, sicut mihi bene complacuit, argentum solidos tantos dedisti, ideo hanc epistolam securitatis tibi ex hoc emittendam decrevi, ut neque à me neque ab heredibus meis, neque à quolibet opposita vel emissa persona nullam calumniam neque repetitionem de jam dicto homicidio habere non pertimescas, neque tu, neque ullus de parte tua qui tecum commorantur, sed ducti atque securi in omnibus exinde valeatis residere. Si quis verò, si fuerit aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, seu quisllibet persona qui contra hanc securitatem venire aut agere vel refragare tentaverit, & à me vel ab heredibus meis defensatum non fuerit, sociante fisco qui litem intulerit solidos tantos componat, & sua repetitio nullum obtineat effectum, sed sit inter nos vel heredibus nostris ex hac re omníque tempore calcanda causatio, & hæc securitas meis vel bonorum hominum manibus roborata, cum stipulatione inserta, diuturno tempore maneat inconvulsa.

Iudicium juxta quod causa continet.

XL. Veniens ille die illo, quod fecit mensis ille dies tantos, in loco nuncupante illo, ante venerabilem virum illum suísque auditoribus vel reliquis viris qui ibidem aderant vel subter firmaverunt; ibíque interpellabat aliquem hominem nomine illum, dum diceret eò quòd hereditatem suam in loco nuncupante illo, quæ ei erat debita, post se retineret, vel ei malo ordine contradiceret injustè. Interrogatus ille ante ipsos viros taliter dedit in responsis, quòd ipsam hereditatem, quam ipse contra eum repetebat, genitor suus vel quilibet parens ipsam ei moriens dereliquerat, & de annis triginta inter ipsum & parentes suos, qui ipsam ei dereliquerant, ipsam tenuissent, & secundùm legem ei sit debita. Dum sic intenderent, sic ipsi viri memorato homini decreverunt judicium, ut in noctes tantas, quod evenit die illo, apud homines tantos sua manu tanta in basilica sancti illius, in loco nuncupante illo, taliter debeat conjurare, quòd ipsam hereditatem, quam ipse homo contra ipsum repetebat, per annos triginta inter ipsum & memoratos parentes suos, qui ipsam hereditatem morientes ei dereliquerant, semper ipsam tenuissent, & per ipsos annos triginta secundùm legem plus sit ipsa hereditas ei habendi debita quàm ipso homini reddendi. Si hoc ad eum placitum conjurare potuerit, ipsam hereditatem absque repetitione ipsius hominis omni tempore habeat elitigatam atque evindicatam. Sin autem non potuerit, hoc legibus emendare studeat. His præsentibus actum fuit.

Breve sacramentum secundùm ipsum judicium.

XLI. Breve sacramentorum qualiter ingressus est ille die illo in loco nuncupante illo, in basilica sancti illius, juxta quod judicium suum loquitur, apud homines tantos sua manu tanta, positis manibus super sancto altare juratus dixit: Per hunc locum sanctum & reverentiam istius sancti, quia unde me ille interpellavit, quasi hereditatem suam, quæ ei esset debita, in loco nuncupante illo, post me retinerem, vel ei malo ordine contradicerem injustè, ipsam hereditatem parentes mei mihi morientes dereliquerunt, & inter me vel ipsos parentes meos de annis triginta semper exinde vestiti fuimus, & secundùm legem plus est mihi debita habendi quàm ipsius homini reddendi, per Deum & reverentiam istius sancti juro. Similiter venientes testes sui per singula jurati dixerunt, quicquid iste de hac causa juravit, verum & idoneum sacramentum exinde juravit. Hij sunt qui subter firmaverunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia de alode evindicato.

XLII. Notitia qualiter vel in quorum præsentia veniens ille die illo, in loco nuncupante illo, ante illum judicem vel reliquos viros qui ibidem aderant vel subter firmaverunt; ibique interpellabat aliquem hominem nomine illum, eò quòd alode qui fuerat genitori suo nomine illo, in loco nuncupante illo, post se malo ordine retineret, vel ei contradiceret injustè. Interrogatus ipse homo ab ipsis viris si sic erat veritas an non; sed ipse judicium vel breve sacramentorum ibidem ante ipsis viris protulit ad relegendum, qualiter cum ipso homine ante hos dies exinde ante illum judicem in rationes fuerat, & qualiter ipso alode contra ipsum hominem vel contra germanos suos elitigatum atque evindicatum legibus habebat. Relecto ipso judicio vel ipso breve sacramentorum, sic ipsi viri ipsum hominem interrogaverunt si aliquid contra ipsum judicium vel contra ipsum brevem opponere volebat. Sed ipse taliter dixit, quòd nihil habebat quod contra ipsum opponere deberet, & se in omnibus recognovit quòd contra legem ipsum hominem calumniabat, & se exinde omni tempore taciturum esse spopondit. Propterea opportunum fuit ipsius ut hanc notitiam ex hoc accipere deberet. quod ita & fecit. His præsentibus actum fuit.

Venditio de area vel de casa infra civitatem.

XLIII. Magnifico fratri illo, ego enim ille. Constat me tibi vendidisse, & ita vendidi, hoc est, casa mea cum ipsa area ubi posita est, infra civitatem vel burgum illum, in ratione illius, in loco illo, quem ego data mea pecunia de aliquo homine nomine illo comparavi. Habet ipsa casa in matriamen tantum, membra in gyro tanta, ede lateribus vel frontibus casa vel terra illorum & illorum. Vnde accepi à te pretium in quod mihi bene complacuit, hoc est, tantum: quod pretium in manu mea accepi, & ipsam casam vel aream per hanc venditionem tibi tradidi à die præsente perpetualiter ad possidendum; ita ut ab hodierna die quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi, salvo jure ipsius terræ.

Qui se in alterius potestate commendat.

XLIV. Domino magnifico illo, ego enim ille. Dum & omnibus habetur percognitum qualiter ego minimè habeo unde me pascere vel vestire debeam, ideo petij pietati vestræ, & mihi decrevit voluntas, ut me in vestrum mundoburdum tradere vel commendare deberem. quod ita & feci. eo videlicet modo ut me tam de victu quàm & de vestimento, juxta quod vobis servire & promereri potuero, adjuvare vel consolare debeas, & dum ego in caput advixero, ingenuili ordine tibi servitium vel obsequium impendere debeam, & me de vestra potestate vel mundoburdo tempore vitæ meæ potestatem non habeam subtrahendi, nisi sub vestra potestate vel defensione diebus vitæ meæ debeam permanere. Vnde convenit ut si unus ex nobis de his convenientiis se emutare voluerit, solidos tantos pari suo componat, & ipsa convenientia firma permaneat. Vnde convenit ut duas epistolas uno tenore conscriptas ex hoc inter se facere vel adfirmare deberent. quod ita & fecerunt.

Evacuaturia.

XLV. Domino magnifico fratri illo, ego enim ille. Dum & omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos solidos nostros numero tantos ad beneficium accepisti, & cautionem nobis emisisti ut ipsos solidos tantos tunc nobis reddere deberes. quod ita & fecisti. Sed dum illam cautionem, quod nobis emiseras, ad præsens non habeo, ideo hanc epistolam evacuaturiam fecimus, ut de ipsis solidis tantis omni tempore ductus & securus resedeas. Et si ipsa cautio apparuerit, vel à nobis vel ab heredibus nostris ullo quoque tempore ostensa fuerit, nullum sortiatur effectum, sed vacua & inanis permaneat.

De causis commendatis.

XLVI. Magnifico fratri illo, ego enim ille. Rogo, supplico, atque publicitèr tuæ caritati injungo ut omnes causas meas tam in pago quàm & in palatio, aut ante judices, vel ubicunque mihi necessitas evenerit, ipsas causas meas ad meam vicem prosequere & admallare facias, & de ipsa prosecutione mihi reddas certiorem. Et quicquid exinde egeris gesserisve, ratum & bene acceptum à me in omnibus esse cognoscas. Quod mandatum ut pleniorem obtineat firmitatem, manu propria subter firmavi, & bonis viris adfirmare rogavi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FORMVLÆ BIGNONIANÆ,

SIVE

FORMVLÆ QVÆDAM

VARIÆ ET INCERTI AVCTORIS,

Ex veteri codice Petri Danielis primùm editæ à clarissimo viro Hieronymo Bignonio.

INCIPIVNT CHARTÆ REGALES SIVE PARENSALES.

CAPITVLA.

1. *Ingenuitas.*
2. *Venditio de servo.*
3. *Venditio de terra.*
4. *Venditio de servo ad Ecclesiam.*
5. *Donatio ad sponsam.*
6. *Notitia de mancipio.*
7. *Notitia de homicidio.*
8. *Securitas de homicidio.*
9. *Donatio quam pater donat filio suo.*
10. *Conculcatoria.*
11. *Donatio quam homo donat ad filium suum.*
12. *Notitia de cruce evindicata.*
13. *Cautio de clavibus.*
14. *Concamiatura inter duos Abbates.*
15. *Charta tracturia.*
16. *Donatio quam homo donat ad suam parentem.*
17. *Donatio ad casam Dei.*
18. *Pactum divisionis inter fratres.*
19. *Venditio ad monasterium.*
20. *Precaria.*
21. *Commendatitia.*
22. *Indiculus precatorius ad Episcopum.*
23. *Indiculus quem præpositus transmittit ad Abbatem.*
24. *Indiculus quem Abba transmittit ad hominem pagensem.*
25. *Indiculus quem Episcopus transmittit ad Abbatem.*
26. *Cautio de infracturis.*

Ingenuitas.

I. OPortet enim unumquemque hominem, dum in hac vita vivit pro animæ suæ remedio cogitare. Idcirco ego in Dei nomine ille, recogitans pro Dei intuitu vel pro animæ meæ redemptione, ut ab impiorum consortio erui mereamur, dimitto ergo à die præsente vernaculum juris mei nomine illum ingenuum, in ea verò ratione ut ingenuus permaneat, tanquam si de bene ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus. Peculiare verò si aliquid habet, aut inantea laborare potuerit, in omnibus habeat concessum atque indultum; & mundeburdem vel defensionem ad basilicam sancti illius se habere cognoscat, non ad affligendum, sed ad se defensandum, nisi, ut diximus, bene ingenuus de hoc die valeat residere. Si quis verò, quod fieri non credo, si fuerit, aut ego ipse, aut ullus de heredibus, aut

aut ulla emissa persona, quæ contra ingenuitatem istam venire aut eam infrangere tentaverit, fisco discutiente solidos triginta multæ componat, & quod repetit per nullum ingenium evindicare valeat; præsens ingenuitas & merces nostra firma & stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum in loco illo.

Venditio de servo.

II. Domino magnifico fratri illi emptori, ego in Dei nomine ille venditor. Constat me, non imaginario jure, nec nullo cogentis imperio, sed proprio voluntatis meæ arbitrio tibi vendere, quod ita & vendidi, à die præsente, vernaculum juris mei nomine illum, non furem, non fugitivum, nec cadivum, nec ullum vitium in se habentem, sed in omni corpore scimus eum sanum usque ad annum & diem. Et accepi à te in pretio pro hoc, juxta quod mihi bene complacuit vel convenit, solidos tantos, ita ut ab hac die memoratum vernaculum superiùs denominatum, quem dato pretio de me legibus comparasti, habeas, teneas, atque possideas, & quicquid exinde facere volueris, liberè & firmissimè in tua permaneat potestate ad faciendum. Si quis verò, quod fieri non credo, si fuerit, aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, qui contra venditionem istam venire aut eam infringere tentaverit, fisco discutiente solidos triginta multæ componat, & quod repetit nihil evindicet, sed præsens &c.

Venditio de terra.

III. Domino magnifico fratri illi emptori, ego in Dei nomine ille venditor. Constat me, non imaginario jure, nec ullo cogentis imperio, sed proprio voluntatis meæ arbitrio tibi vendere, quod ita & vendidi tibi à die præsenti bunuaria tanta de terra arabili, in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, quem de parte parentum meorum tam & de alode quàm & de comparato vel de quolibet adtracto ad me legibus obvenit, hoc est, de uno latere terræ illius subjungit, de alio latere illi, & de uno fronte terræ illius, de alio verò fronte per viam publicam. Et accepi à te in pretio taxato pro hoc, juxta quod mihi bene complacuit vel conventum fuit, solidos tantos, ita ut ab hac die memoratam terram superiùs denominatam, quam de me legibus comparasti, ipsam hanc habeas, teneas, possideas, vel quicquid exinde facere volueris, libera in omnibus Christo propitio in tua permaneat potestate ad faciendum. & cetera.

Venditio de servo ad Ecclesiam.

IV. Breve in vicem venditionis qualiter vendidit homo aliquis nomine ille ad Ecclesiam aliquam nomine illam vernaculum suum nomine illum, à die præsente, non furem, non fugitivum, non cadivum, nec ullum vitium in se habentem, sed in omni corpore scimus eum sanum usque ad annum & diem. & sicut superiùs factum est.

Donatio ad sponsam.

V. Dum Dominus ab initio concessit in veteri testamento & præcepit ut relinquat homo patrem & matrem & adhæreat suæ uxori, ut sint duo in carne una, & quod Dominus conjunxit homo non separet. Ego enim in Dei nomine ille, dulcissimæ conjugi meæ illi. Dum & ego te per solidum & denarium secundùm legem Salicam visus fui sponsare, ideo in ipsa amoris dulcedine dabo ergo tibi à die præsente, quod in perpetuum volo esse mansurum, rem pro portione mea in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, quæ de parte parentum meorum ad me legibus obvenit, hoc est, in ipsa portione, mansis ad commanendum, cum casticiis, suprapositis, terris arabilibus, & mancipiis, vel quicquid in ipsa portione est aspectum, tibi dico esse donatum atque firmatum; ut quando die felicissimo nuptiarum insimul nos Deus conjunxerit, ista omnia superiùs conscripta in tua permaneant dominatione ad possidendum. Si quis verò &c.

Notitia de mancipio.

VI. Cum resedisset ille Vigarius inlustris viri illius Comitis in illo mallo publico, unà cum ipsis Scabinis qui in ipso mallo residebant ad causas audiendas vel recta judicia terminanda; ibique veniens monachus sancti illius, vel ille Abbas nomine illo, de illo monasterio, unà cum advocato sancti illius nomine illo, feminam aliquam nomine illam interpellabat, repetebat ei dum diceret eò quòd colona esset sancti illius, de curte sua quæ dicitur illa, de parte aviæ suæ nomine illius quondam, & ipsa illa & de ipso servitio sancti illius negligens aderat; sed ipsa femina de præsenti adstare videbatur, & nullatenus habuit quod dicere nec opponere nec tradere rationes per quas de ipso servitio sancti illius se abstrahere potuisset, sic ei in præsenti fuit judicatum, ut ipsum servitium sancti illius, unde negligens aderat, ipsi advo-

cato ſancti illius reuvadiare deberet. quod ita & fecit, & ſe ad ipſum ſervitium ſancti illius ibi ſe in præſenti recredidit. Exinde opportunum fuit ipſos monachos ſancti illius, vel ipſum advocatum ſancti illius nomine illum, talem notitiam ante ipſas perſonas quæ in ipſo mallo reſidebant manibúſque eorum roboratas accipere, quod ita & fecerunt, ut omni tempore ipſe advocatus, vel caſa ſancta illa vel ille Abbas, vel ſucceſſores ſui, ipſam feminam ſuperiùs nominatam vel agnationem ſuam ad opus ſancti illius habeant evindicatam atque elitigatam. Præſentibus his quorum præſentia actum fuit. Facta notitia in loco illo publiciter.

Notitia de homicidio.

VII. Dum & per plures homines ponitur in notitia qualiter veniens homo aliquis nomine ille in contubernio, hominem aliquem nomine illum ipſum ibidem adſalliſſet, & ipſum ibidem interfeciſſet vel occidiſſet; ſed venientes parentes & amici ipſius hominis interfecti ante inluſtrem virum illum Comitem, interpellabant ipſum hominem qui eorum parentem in contubernio adſalliſſet vel interfeciſſet; ſed ipſe ille in præſenti adſtare videbatur, & hanc cauſam nullatenus potuit denegare, ſed taliter fuit profeſſus quòd inſtigante inimico ipſum hominem interfeciſſet vel occidiſſet. Tunc taliter ei judicaverunt, ut ipſam leudem vel ipſum homicidium ad ipſos parentes legibus tranſſolvere deberet. quod ita & fecit. Sed poſtea in ipſo placito ei fuit judicatum ut ipſi parentes talem epiſtolam ſecuritatis manu eorum vel bonorum hominum firmatam ei fieri vel conſcribere deberent, quod ita & fecerunt, ut poſt hunc diem nec ipſi illi, nec ullus in cauſa ipſorum, nec ulla oppoſita perſona de præfata morte illius quondam, nec de ipſo homicidio, nec de ipſa leude nullam reclamationem nec nullum impedimentum pontificium non habeant ad faciendum. Qui hoc facere voluerit, ipſos ſolidos per manus reddat, & ob hoc ſolidos tantos unà cum fiſco diſcutientibus multæ componat, & qui repetit nihil evindicet.

Securitas de homicidio.

VIII. Cum reſediſſet inluſter vir ille Comes in illo mallo publico ad univerſorum cauſas audiendas vel recta judicia terminanda, ibique veniens homo aliquis nomine ille repetebat ei, dum diceret eò quòd ipſe ille hominem ſuum nomine illum quondam bene ingenuum in via malo ordine ipſum adſalliſſet, & ipſum ibidem interfeciſſet vel occidiſſet, & rauba ſua, caballos, aurum & argentum, & drapalia exinde tuliſſet vel deportaſſet, vel leudem contra legem ibi buriſſet; ſed ipſe ille de præſenti adſtare videbatur, & hanc cauſam nullatenus potuit denegare; ſed taliter fuit profeſſus, quòd faciente inimico ipſum hominem occidiſſet vel interfeciſſet; ſed taliter in ipſo mallo ei judicaverunt, ut ipſum hominem vel ipſam leudem legibus exinde tranſſolvere deberet. quod ita & fecit. Sed poſtea apud ipſum Grafionem vel apud ipſos bonos homines qui in ipſo mallo reſedebant epiſtolam ſecuritatis manu eorum firmatam accipere deberet, quod ita & fecit, ut poſt hanc diem nec ipſi illi, nec ullus de heredibus ſuis, nec ullus in cauſa ipſorum & hominis interfecti quondam, nec ulla oppoſita perſona de præſenti die de ipſa morte illius, nec de ipſo homicidio, nec de ipſa leude contra ipſum illum nullam reclamationem nec nullum impedimentum pontificium non habeat ad faciendum; & qui hoc facere præſumpſerit, duplum tantum quantum ipſa leodis continet, & partibus cui hæc facta eſt, unà cum ſocio fiſco coactus multæ componat, & quod repetit vindicare non valeat.

Donatio quam pater facit filio ſuo.

IX. Dulciſſimo atque amantiſſimo filio meo illi, ego in Dei nomine ille genitor tuus. Dum & ego te dulciter enutrivi, & tu mihi fideliter deſerviſti, vel tuum ſervitium vel benevolentiam circa partem noſtram habemus compertam, ideo in ipſo amore dulcedinis vel tuo ſervitio componente, dabo ergo tibi à die præſente quod in perpetuum volo eſſe manſurum, hoc eſt, manſum ad commanendum cum caſticia, ſuperpoſita, terris arabilibus, & mancipiis his nominibus illis & illis, ut per hanc epiſtolam donationis vel deliberationis noſtræ manu mea vel bonorum firmatam, ut quandiu advivis tam tu ipſe quàm hereditas tua, contra tuos germanos & germanas quieto ordine vel elitigato valeas poſſidere vel dominare. Propterea hanc epiſtolam traditionis vel deliberationis noſtræ manu mea firmatam exinde tibi fieri vel conſcribere rogavi, ut de præſenti die de ipſo manſo, vel quicquid ad ipſum manſum aſpicit, & ipſa mancipia ſuperiùs denominata hoc habeas, teneas, atque poſſideas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conculcaturia quam Abbas facit ad hominem suum.

X. Ego in Dei nomine, ac si peccator, venerabilis vir ille Abbas de monasterio sancto illo, quod est in pago illo constructum. Dum & omnibus non est incognitum qualiter filius servi nostri nomine ille quandam feminam nostram nomine illam, bene ingenuam, filiam illius quondam, contra voluntatem parentum ipsius feminæ sociavit sibi ad conjugium, sed postea ipsis parentibus complacuit & nobis ut talem epistolam conculcaturiam manu nostra vel à fratribus nostris firmatam ipsi feminæ fieri vel firmare rogaremus, ut de ipso servitio, si agnatio inter ipsos apparuerit, in servitio publico nunquam sint coinquinati, sed sub integra ingenuitate dies eorum debeant perseverare, ideo precor atque supplico ad successores nostros vel ad Deum timentes homines ut benefacta nostra jubeant conservari qualiter ipsi vellent ut in postmodum eorum facta debeant esse stabilia; & per malorum hominum infestationem multam in ipsa epistola conculcaturia fieri vel conscribere rogavimus, ut si fuerit, quod Deus non permittat, extranea pars quæ hæc facta nostra infrangere voluerit, in primis iram Dei & sancti illius incurrat, & ob hoc solidos centum partibus ipsius cui hæc facta est multæ componat, & quod repetit vindicare non valeat.

Donatio quam homo facit ad filium suum.

XI. Ego in Dei nomine ille. Constat me in amore Domini nostri Iesu Christi, ut veniam delictis meis consequi mereamur, donasse & dono donatúmque esse volo ad dulcissimum filium meum nomine illum peciam de terra arabili in loco qui dicitur ille, qui est in pago illo, per loca designata vel circuita, in ea ratione ut post hunc diem jam dictus filiolus meus, cui epistola donationis ista legibus facta fuit, ipsam terram habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam in omnibus Christo propitio habeat potestatem. Et si quis &c.

Notitia de cruce evindicata.

XII. Dum & omnibus non est incognitum qualiter veniens homo aliquis nomine ille ante Vigarium inlustris vîri illius Comitis nomine illo, adversùs hominem aliquem nomine illum, repetebat ei dum diceret eò quòd terram suam de suo manso vel de sua potestate malo ordine proprisisset. Sed ipse ille de præsenti adstare videbatur, & hanc causam fortiter denegavit quòd suam terram de suo manso malo ordine nunquam proprisisset, nec post se nunquam retinuerit. Sed taliter ei fuit judicatum in ipso placito ante ipsum Vigarium, vel ante ipsos pagenses, ut ad crucem ad judicium Dei pro ipsa terra in noctes quadraginta duas in ipso placito pro hoc deberent adstare. quod ita & fecerunt. Sed venientes ad ipsum placitum, sicut eis fuit judicatum, ante ipsum Vigarium, vel ante ipsos pagenses, ad ipsum judicium vel ad ipsam crucem visi fuerunt stetisse; sed ipse illum hominem, qui ipsam terram proprisit, ad ipsum judicium vel ad ipsam crucem eum convicit; sed ipse in ipso placito ad ipsam crucem visus cadisse; sed dum hæc causa sic fuit inventa, quòd ipse ille qui ad ipsum judicium vel ad ipsam crucem cadisset, solidos tantos ei transsolvere deberet, quod ita & fecit, & de ipsa terra ipsum illum legibus revestire deberet, quod ita & fecit. Tunc taliter ei judicaverunt, ut ipse ille de præsenti die ipsam terram tam contra ipsum illum vel heredes suos quàm contra quemlibet hominem omníque tempore habeat evindicatam atque elitigatam, ut tam ipse ille quàm & posteritas sua post hanc diem prædictam terram quieto ordine valeat possidere vel dominare, & ducti & securi exinde valeant residere. Factum judicium in loco illo publiciter.

Cautio de clavibus.

XIII. Dum & per plures homines est patefactum qualiter in Dei nomine ille veniens in placito ante illos vel quamplures bonos homines adversùs hominem nomine illum, repetebat ei dum diceret eò quòd cellaria vel camara & granica, quicquid in eis habuit repositum, hoc est, aurum, argentum, drapalia, arma, vinum, annonam, vel vitalia sua per suas claves commendasset ad custodiendum vel ad salvandum, & ipsam rem in naufragium vel in damnum posuit. Sed ipse ille de præsenti adstabat, & hanc causam nullatenus potuit denegare; sed taliter ei fuit professus, quòd ipsam rem superiùs denominatam per suum neglectum & per suum facinus fuit perdita vel naufragata. Tunc taliter ei judicaverunt, ut ipsam rem ei transsolvere vel emendare deberet. Sed ipse ille nullatenus habuit unde ipsam rem transsolvere vel emendare deberet. Sed taliter ei fuit judicatum, ut talem cautionem de capite suo, manu sua vel bonorum

hominum firmata, ei fieri vel conscribere rogaret, quod ita & fecit, ut dum ipsam rem non habui, nec pretium unde transsolvere vel emendare debuissem, ut quandiu advivam in servitio publico, quod mihi injungitis, vobis deservire debeam; & si negligens aut tardus de ipso servitio apparuero, qualemcunque disciplinam ad alios servos tuos impendis, talem super me potestatem habeas ad faciendum. Et si fuerit aut ego ipse, aut ullus de meis heredibus, qui contra hanc cautionem venire aut reclamare &c.

Concamiatura inter duos Abbates.

XIV. Placuit auxiliante Domino atque convenit inter venerabilem virum illum Abbatem de monasterio illo, vel congregationem monasterij sui, necnon & magnificum virum illum, de commutatione locorum, quam inter se facere deberent. quod ita & fecerunt. Per quam accepit venerabilis vir ille Abba ad opus monasterij sui in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est, in ipso loco illo mansos ad commanendum, casticiis superpositis, terris arabilibus, vel quicquid in ipso loco ad præsens cernitur esse possessio, totum & ad integrum re inexquisita in commutatione vel in concamio. Simili modo vir magnificus ille accepit ad opus suum aliam rem in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est quod superiùs diximus, totum & ad integrum re inexquisita in commutatione vel in concamio. Vnde duas epistolas pariculas uno tenore conscriptas manu eorum vel bonorum hominum firmatas inter se fieri & firmare rogaverunt, ut unusquisque post hunc diem quod à pari suo in commutatione vel in concamio accepit teneat atque possideat, vel quicquid.

Charta tracturia.

XV. Domnis sanctis & apostolicis ac venerabilibus in Christo patribus, Regibus, Comitibus, Episcopis, Abbatibus, Sacerdotibus, Clericis, vel omni populo Christiano qui in Romanorum vel Longobardorum provinciis Deo serviunt, tam in monasteriis quàm & in civitate, seu per pagos, vel per vicos, ego in Dei nomine ille Major domus. Cognoscat magnitudo seu & sanctitas vestra quòd iste frater noster nomen ille serviens vester petiit nobis ut ad basilicam sancti Petri patris vestri pro suis culpis vel pro nostra stabilitate valeat ambulare ad orationem. Propterea has litteras cum salutatione per ipsum ad vos direximus, ut in amore Dei & sancti Petri ipsum ad hospitium recipiatis ad benefaciendum vel ad suam consolationem, tam ad eam ambulando quàm & in redeundo, ut per vos salvus eat & salvus revertatur. Interim, sicut vestra est consuetudo bona, vel consolationem vel adjutorium ei impendere jubeatis, lætúmque diem jubeatis habere. Cujus potestas regnat in æternum, ipse vos custodiat in regno suo perpetuo. Salutamus vos omnes salutatione plenissima.

Donatio quam homo donat ad suam parentem.

XVI. Dilectissimæ atque amabili mihi in Domino consobrinæ meæ nomine illo, ego in Dei nomine ille. Dum & pluribus est percognitum eò quòd tu partibus meis amabilia servitia impendere non desinis, pro tua bonitate, & pro eo quòd dictum est *Faciamus bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei* vel ad propinquos nostros, igitur dono tibi à die præsente per hanc epistolam donationis, quæ in perpetuum sit mansura, & de jure meo in tua dominatione trado atque firmabo, id est, mansum ad commanendum in pago illo, in loco qui dicitur ille, & est ipse mansus per loca designata de latere uno & de fronte terræ illius, & de alio latere & fronte terræ illius tanto, ita ut ab hac die memorata consobrina mea illa quicquid de ipso manso facere voluerit, ut absque uniuscujusque repetitione liberam in omnibus habeat potestatem ad faciendum. Gal. 6.

Donatio ad casam Dei.

XVII. Prudens consilium bajulat qui pro animæ suæ remedio cogitat illi Dominum retribuere, & exinde habere cogitat, & de Dei misericordia non dubitat. Idcirco nos in Dei nomine ille, & conjux mea illa. Admonet nos divina pietas & Christi misericordia ut aliquid de rebus nostris pro redimenda ultione nostrorum peccaminum Domino offerre deberemus, ut in die judicij misericors Dominus vel in aliquantulum de scelere nostro nobis relaxare dignaretur, donamus compuncto corde & devoto animo ad basilicam illam, quæ est in honore sancti illius constructa in loco illo, hoc est, rem nostram in loco nuncupante illo, hoc est, in ipsa re mansis ad commanendum, casticiis, superpositis, terris arabilibus, ut post hunc diem ipsi custodes qui ad ipsum sanctum locum deserviunt, ipsam rem superiùs denominatam habeant, teneant, atque possideant, vel

quicquid exinde facere voluerint, liberam & firmiſſimam habeant poteſtatem ad faciendum. Et ſi quis.

Pactum diviſionis inter fratres.

XVIII. Pactum diviſionis inter fratres, id ſunt ille & ille, heredes illius & illius quondam, qualiter ſe de alode eorum dividere vel exæquare deberent. quod ita & fecerunt. Per quem accepit vir magnificus ille manſum illum in loco nuncupante illo, qui eſt in pago illo, hoc eſt, ipſe manſus circumcinctus, cum arboribus & caſticiis, ſuperpoſitis, terris arabilibus, & cetera. Simili modo vir magnificus ille accepit ad opus ſuum alium manſum in loco nuncupante illo, qui eſt in pago illo, in centena illa, hoc eſt, quod ſuperiùs diximus, manſum circumcinctum, cum arboribus & caſticia, ſuperpoſita, terris arabilibus, & cetera, vel quicquid pars contra parem ſuum per æqualentiam inter ſe diviſerunt, abſque ulla repetitione vel reclamatione hoc habeant, teneant, poſſideant, vel quicquid exinde facere voluerint, libera in omnibus Chriſto propitio in ſua permaneat poteſtate ad faciendum. Si quis verò.

Venditio ad monaſterium.

XIX. Venerabili in Chriſto patri illi Abbati de monaſterio qui vocatur ſancti illius, quod eſt in pago illo ſuper fluvium illum conſtructum, emptori, ego in Dei nomine ille venditor. Conſtat me non imaginario jure, nec nullo cogentis imperio, ſed proprio voluntatis meæ arbitrio, vobis vel ad monaſterium veſtrum vendere, quod ita & vendidi vobis à die præſente, rem pro portione mea, in loco nuncupante illo, quod eſt infra pagum illum, quod de parte parentum meorum ad me legibus obvenit, hoc eſt, tam manſis, caſis, caſticiis, mancipiis, ingenuis his nominibus, vel quicquid ibidem præſens eſt mea dominatio, totum & ad integrum de jure meo in dominatione veſtra per hanc venditionem tradidi vobis ad poſſidendum; & accepi à vobis in pretio taxato, juxta quod nobis aptificatum vel conventum fuit, ſolidos probos atque penſantes numero tantos; ita ut ab die memorata omnia ſuperiùs nominata, quæ de me legibus comparaſtis, hoc habeatis, teneatis, poſſideatis tam vos quàm & ſucceſſores veſtri, liberúmque & firmiſſimum in veſtra permaneat poteſtate ad faciendum. Si quis verò.

Precaria.

XX. In Chriſto venerabili patri & Domno illi Abbati de monaſterio ſancti illius, quod eſt in pago illo ſuper fluvium illum conſtructum, ego in Dei nomine ille. Precator acceſſi ad vos ut rem pro portione veſtra, in loco nuncupante illo, qui eſt in pago illo, quam ego ille ante hos dies per venditionis titulum dato pretio ſancto illi ſeu veſtro monaſterio adfirmavi, hoc eſt, in ipſa portione manſum ad commanendum, caſticiis, ſuperpoſitis, terris arabilibus, mancipiis, ingenuis his nominibus, vineis, pratis, ſilvis, paſcuis, vel quicquid ibidem aſpicit vobis delegavimus. Sed poſtea taliter vobis ſupplicavimus, ut ipſam portionem ad uſum beneficium ad excolendum quandiu advivo mihi præſtare vel relaxare deberetis. quod ita & feciſtis. Propterea hanc precariam manu mea vel bonorum hominum firmatam vobis exinde emiſimus, ut annis ſingulis cenſum denariorum tot ad luminaria ſancti illius & decimam de omnibus fructibus, quicquid ſupra ipſam conlaborare potuerimus, die illo, quod eveniet feſto ipſius ſancti illius, pro hoc vobis dare & adimplere faciam. Et ſi negligens aut tardus de ipſo cenſu ad illud placitum apparuero, fidem exinde vobis legibus faciam, & ipſam rem dum advivo per veſtrum beneficium tenere & uſufructuare faciam; in ea verò ratione ut aliubi ipſas res nec vendere nec donare nec alienare nec ad alias caſas Dei delegare, nec in naufragium ponere, nec ad proprium facere, nec heredibus meis in alode derelinquere pontificium non habeam ad faciendum, niſi poſt meum diſceſſum, unà cum re immeliorata vel ſuperpoſita, quicquid ibidem inventum fuerit, abſque ullius judicis contradictione pars monaſterij veſtri ad veſtrum faciat revocare dominium. Si quis verò.

Commendatitia de re vendita.

XXI. In Chriſto filio Eccleſiæ illi, in Dei nomine ille Abbas de monaſterio illo ſancti illius, quod eſt in pago illo, unà cum conſenſu fratrum noſtrorum. Dum & tua fuit petitio & noſtra decrevit voluntas ut duas partes darem pro portione noſtra in loco nuncupante illo, qui eſt in pago illo, quem tu ipſe ante hos dies per venditionis titulum dato pretio de theſauro ſancti illius nobis vendidiſti; ſed poſtea taliter nobis ſupplicaſti ut ipſius portionis duas partes in prædicto loco illo ad uſum beneficium ad excolendum, quan-

diu advivis, tibi præstare deberemus. quod ita & fecimus. Propterea hanc commendatitiam manu nostra firmatam tibi pro hoc dedimus, ut annis singulis censum tantum & illam decimam de omni fructu, quicquid supra ipsam terram conlaborare potueris, die illo, quod eveniet festo sancti illius, pro hoc dare debeas. Et si negligens aut tardus ad id placitum de ipso censu fueris, fidem exinde pro hoc nobis facias, & ipsam rem ad viventum tuum per nostrum beneficium teneas, in ea tamen ratione ut ipsam rem aliubi nec vendere nec donare nec alienare nec ad alias casas Dei delegare, nec ad proprium facire, nec heredibus tuis in alode derelinquere, nec in naufragium ponere, potestatem non habeas ad faciendum, nisi post tuum discessum, unà cum ipsa re immeliorata vel superposita, quicquid ibidem inventum fuerit, sine ullius judicis consignatione pars monasterij nostri elitigato ordine præsentaliter ipsam rem immelioratam in nostrum faciat revocare dominium, & hæc commendatitia firma sit. Facta commendatitia in ipso monasterio sancti illius publiciter in anno duodecimo regni.

Indiculus precatorius ad Episcopum.

XXII. Domino sancto & apostolica sede colendo in Christo venerabili Domno & patri illi Pontifici urbis illius, civitatis illius, ego in Dei nomine ille, bene cupiens vester, in Domino vobis dirigimus salutem, & precamur sanctitatem vestram ut pro nobis orare dignemini. Denique cognoscatis quòd iste homo vester, nomine illo, ad nos confugium fecit, & dixit quòd contra vos culpas habeat commissas. Propterea has litteras cum salutatione ad vos direximus, & precamur vobis ut vitam & immancationem & disciplinam corporalem ei concedere jubeatis. aliam pœnitentiam, qualem ei volueritis judicare, in vestra est potestate. qualiter ipse homo secum gaudeat quòd nostram suggestionem ad vos deportasset; & unde nobis reconjungitis vobis remerire cupimus. Quid plura?

Indiculus quem Præpositus transmittit ad Abbatem.

XXIII. Diligendo ad nos Domno & in Christo patri nostro venerabili illi Abbati, ego ille serviens atque Præpositus vester. In primis illud precamur sanctitatem vestram, ut in vestra sancta oratione pro me esse non dedignemini. Denique, Domne, cognoscatis de isto servitio ubi nos transmisistis, per verbum inlustris viri illius Comitis, sui juniores non exinde fecerunt quomodo eis fuit demandatum. Propterea has litteras ad vos direximus, ut de ipso certiores sitis, & inantea quomodo vobis est utile sic compensetis ut nostram rem non perdamus. Quid plura? Salutamus vos usque ad gaudium.

Indiculus quem Abbas transmittit ad hominem pagensem.

XXIV. Dulcissimo nostro & ut credimus amico sancti illius in Dei nomine illi, ille etsi peccator Abba, nos & nostri, servientes vestri, in Domino vobis dirigimus salutes, & illud precamur Deum ut merearis agere in ista vita quod Deo sit beneplacitum. Precamur vos de illis vestris homunciunculis qui in vestro ministerio commanent, vel de nostris causis invicem nostrum bonum certamen exinde mittatis, sicut nos de vestra caritate bene confidimus, ut sic exinde perportare faciatis usque nos insimul conjungimus. Quid plura?

Indiculus quem Episcopus transmittit ad Abbatem.

XXV. Sanctorum meritis beatificato Domno atque patri, Deique cultore, & ut confidimus vero amico nostro illi gratia Dei Abbati, nos enim in Dei nomine ille quamvis peccator donum Dei Episcopus. Deus scit, vester in omnibus proprius amicus, imprimitus salutationem. *Desunt reliqua.* *Cautio de infracturis.*

XXVI. Contigit quòd cellarium vel spicarium vestrum infregi, & exinde annonam vel aliam raupam in solidos tantos furavi. Dum & vos & advocatus vester exinde ante illum Comitem interpellare feciftis, & ego hanc causam nullatenus potui denegare, sic ab ipsis Racimburgiis fuit judicatum, ut per vvadium meum eam contra vos componere atque satisfacere debeam, hoc est, solidos tantos vel *. Sed dum ipsos solidos minimè habui unde transsolvere debeam, sic mihi aptificavit, ut brachium in collum posui, & per comam capitis mei coram præsentibus hominibus tradere feci, in ea ratione ut interim quòd ipsos solidos vestros reddere potuero, & servitium vestrum & operam qualemcunque vos vel juniores vestri injunxeritis, facere & adimplere debeam; & si exinde negligens vel jactivus apparuero, spondeo me contra vos ut talem disciplinam supra dorsum meum facere jubeatis quam super reliquos servos vestros.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FORMVLÆ LINDENBROGII,

SIVE

Altera editio formularum Marculfi à Friderico Lindenbrogio in publicum emissa.

INCIPIVNT EXEMPLARIA DE DIVERSIS conditionibus, qualiter regales vel cartæ pagenses aut fenicæ, quas hæc formula continet, scribantur.

De episcopatu.

I. ILle Rex viro apostolico illi Episcopo. Quamlibet nos &c. *ut suprà pag.* 378.

Indiculus Regis ad Episcopum ut alium benedicat.

II. Domino sancto sede apostolicæ dignitatis colendo in Christo patri illi Episcopo ille Rex. Credimus jam &c. *ut suprà pag.* 379.

Concessio civium pro episcopatu.

III. Suggestio piissimo ac præcellentissimo Domino ill. Regi &c. *ut suprà pag.* 379.

Carta de episcopatu.

IV. Dum juxta Apostoli dictum omnis potestas sublimatur à Domino, & quatenus post Deum in regia manet potestate qualiter cuncta terrena debeant gubernari. Vnde oportet nos salubri consilio retractare ut illi in locis sanctorum instituantur custodes qui dignè ad ipsum officium gubernandum apparere noscuntur. Igitur dum & vestra & cleri vel pagensium civitatis illius adfuit petitio ut relicta urbe illa, quam priùs regere & gubernare videbamini, in suprascripta urbe illa cathedram pontificalem suscipere deberetis, & dum vos apud animos nostros & actio commendat probata, & nobilitatis ordo sublimat, ac morum probitas vel mansuetudo & prudentiæ honestas exornat, cum consilio & voluntate Pontificum procerúmque nostrorum, juxta voluntatem & consensum cleri & plebium ipsius civitatis, in suprà dicta urbe illa pontificalem in Dei nomine vobis commisimus dignitatem. Propterea per præsentem præceptum decernimus ac jubemus ut supradicta urbs vel res Ecclesiæ ipsius & clerus sub vestro arbitrio & gubernatione consistant, & erga regimen nostrum semper fidem inlibatam custodire debeatis, & juxta canonicam institutionem plebem vobis commissàm assiduis prædicationum sermonibus expolire, & non minùs pietate quam severitate constringere studeatis, & curam pauperum vel necessitatem patientium cum ingenti cura & dilectione procuretis, ut adquisita multiplicatáque gregis vestri salute, ad ovile dominicum nullis maculis sordidatum valeatis præsentare, quatenus dum Ecclesiam vobis dispensatione divina commissàm strenuè regere atque gubernare videamini, vobis apud æternum retributorem mercedum suffragia largiantur, & vos immensum Christum pro nostrorum mole peccaminum assiduè exorare debeatis.

Carta de magna re, qui vult xenodochium aut monasterium construere.

V. Domino verè sancto &c. *ut suprà pag.* 399.

Emunitas Regia.

VI. Maximum regni nostri augere credimus munimentum si beneficia opportuna locis Ecclesiarum benevola deliberatione concedimus, ac Domino protegente stabiliter perdurare conscribimus. Noverit igitur sollertia vestra nos ad petitionem apostolici viri Domni ill. illius urbis

Episcopi tale pro æterna retributione beneficium indulsisse ut in villis Ecclesiæ Domni ill. quas moderno tempore aut nostro aut cujuslibet munere habere videtur, vel qua deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas ampliare, nullus judex publicus ad causas audiendas aut fredam undique exigendam ullo unquam tempore præsumat ingredi; sed hoc ipse Pontifex vel successores ejus propter nomen Domini sub integra emunitate omnino valeant dominari. Statuentes ergo jubemus ut neque vos neque juniores vestri aut successores nec ulla publica judiciaria potestas quoquo tempore in villas ubicunque in regno nostro ipsi Ecclesiæ aut regia aut privatorum largitate conlatas, aut quæ inantea fuerint conlaturæ, ad audiendum altercationes ingredi, aut fredam de qualibet causa exigere, vel mansiones aut paratas vel fidejussores tollere præsumatis; sed quicquid exinde exigere, aut de servientibus ceterisque nationibus quæ sunt infra agros vel fines seu supra terras prædictæ Ecclesiæ commanentes, fiscus aut de freda aut undecunque potuerat sperare, ex nostra hac indulgentia pro futura salute in luminaribus ipsius Ecclesiæ per manus agentium eorum proficiat in perpetuum. Et quod nos propter nomen Domini & animæ nostræ remedium seu pro nostra subsequente progenie plena devotione indulsimus, nec regalis sublimitas nec cujuslibet judicium seu cupiditas refragare tentet. Et ut præsens auctoritas tam præsenti quàm futuris temporibus inviolata Deo adjutore permaneat, manus nostræ subscriptionibus infra roborare decrevimus.

Confirmatio de emunitate.

VII. Ille Rex Francorum vir inlustris. Quotiescunque petitionem sacerdotum vel ancillarum Dei ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercemus, & nobis ad mercedem vel ad stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Ideoque Dominis viris sanctis ac venerabilibus apostolicis in Christo patribus omnibus Episcopis, vel omnibus Abbatibus, seu inlustribus atque magnificis viris Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, vel omnibus Vassis nostris, vel omnibus Missis nostris discurrentibus. Cognoscatis quòd inlustris Abbas ille de monasterio illo in pago illo, in loco qui dicitur ill. in honorem sancti ill. constructo, unà cum monachis vel Dei ancillis ad laudem Christi canendum sub religionis norma conversantibus, clementiæ regni nostri suggestionem intulit eò quòd glorioſus Dominus & genitor noster ill. quondam Rex per suam præceptionem sua manu roboratam talem emunitatem ad ipsam casam Dei sancti ill. vel monasterij ill. vel ipsi Abbati habuisset concessam atque indultam ut nullus judex publicus vel quislibet judiciaria potestate accinctus in cortes vel villas ipsius monasterij nullum debuisset habere introitum, nec ad causas audiendas, nec ad fredam exigendam, nec fidejussores tollendos, nec mansiones aut paradas requirendas, nec ullas retributiones exactandas; quod fiscus noster exinde habere poterit, nullatenus exactetur, nec requiratur. Vnde & confirmationes anteriorum Regum parentum nostrorum nobis in præsente protulit relegendas; petiitque celsitudinem nostram ut circa ipsum monasterium nostra hæc deberet auctoritas generaliter confirmare. Quod nos beneficium gratanti animo pro mercedis nostræ augmento non solùm confirmantes, sed etiam novum sub emunitatis nomine concedentes, per hoc præceptum specialiùs decernimus atque omnino jubemus, quod in perpetuum absque ullis obstaculis & refragationibus volumus esse mansurum, ut absque introitu Episcopi aut Archidiaconi ad orationem aut prædicationem lucrandam nullus judex publicus in curtes vel villas ipsius monasterij ullum debeat habere ingressum, nec ad causas audiendas, nec fredam exigendam, nec fidejussores tollendos, nec mansiones aut paradas requirendas, nec ullas retributiones exactandas; quod fiscus noster exinde habere poterit, nullatenus exactetur nec requiratur. Nisi, ut diximus, pro mercedis nostræ augmento, sicut ab antecessoribus Regibus parentibus nostris, seu & Domno glorioso genitore nostro ill. quondam Rege moderno tempore fuit concessum atque indultum, ita nostris oraculis plenius confirmamus, quod in perpetuum volumus esse mansurum. Et ut hæc præceptio firmior habeatur, & per tempora melius conservetur, manus nostræ signaculis subter eam decrevimus roborare, & annulo nostro subter sigillavimus.

Confirmatio de omni corpore facultatis monasterij.

VIII. Ille Rex illi Patritio atque omnibus agentibus. Rectum esse censemus &c. *ut suprà pag.* 393.

Vt cauſas auctorum adſumendi aliquis licentiam habeat.

IX. Malorum neceſſe eſt tergiverſationem regali coërcere cenſura. Igitur apoſtolicus vir ille illius urbis Epiſcopus &c. *ut ſuprà pag.* 394.

Indiculus Regis de privilegio.

X. Ille Rex Francorum vir inluſter illi Comiti &c. *ut ſuprà pag.* 452.

Alius indiculus regalis.

XI. Karolus gratia Dei Rex Francorum &c. *ut ſuprà pag.* 460.

Item alius.

XII. Ille Rex Francorum viris inluſtribus Patriciis, Comitibus, Telonariis, vel omnibus curam publicam agentibus. Si opportuna beneficia ad loca ſanctarum Eccleſiarum vel ſacerdotibus præſtare non deſinemus, hoc nobis proculdubio in æterna beatitudine retribuere confidimus. Igitur cognoſcat magnitudo ſeu almitas veſtra quòd nos ad petitionem apoſtolici viri illius urbis antiſtitis talem propter nomen Domini, ejus meritis compellentibus, beneficium præſtitiſſe cognoſcite ut ubicunque infra regnum noſtrum Miſſi ſui mercare videntur, vel pro reliqua neceſſitate diſcurrunt, nullum teloneum nec quamlibet redhibitionem exinde ad partem fiſci noſtri nec ipſe nec Miſſi ſui ſolvere non debeant. Propterea per præſentem præceptum decernimus, quod perpetualiter manſurum eſſe volumus, ut nullum teloneum in nullis civitatibus aut pagis vel ubicunque in regno noſtro teloneus exigitur, nec de navali nec de carrali evectione, nec de rotatico, nec de pontatico, nec pulveratico, nec ſaltuatico, nec ceſpitatico, nec de ſaumariis, nec de eo quod homines eorum ad dorſum portant, nec nulla redhibitione, quam fiſcus noſter exinde ſperare poterat, nec vos nec juniores aut ſucceſſores veſtri non requiratis nec exigatis; ſed omnia & in omnibus hoc propter nomen Domini ipſe Pontifex vel ſucceſſores ſui aut memorata Eccleſia ſancti illius habeant indultum, vel in luminaribus ipſius loci proficiat. Quæ verò auctoritas ut perpetuis temporibus valeat, propria eam manu infrà decrevimus roborare.

Epiſtola donationis.

XIII. Mundi terminum ruinis crebreſcentibus adpropinquare indicia certa manifeſtant &c. *ut ſuprà pag.* 403.

Alia donatio.

XIV. Ego ille de miſericordia Dei & pietate confiſus per hanc epiſtolam donationis datum donatúmque in perpetuum eſſe volo ad baſilicam ſancti illius, ubi ipſius pretioſum corpus requieſcit, & venerabilis vir ille Abba præeſſe videtur &c. *ut ſuprà pag.* 469.

Donatio de parva re ad Eccleſiam.

XV. Si aliquid de rebus noſtris locis ſanctorum &c. *ut ſuprà pag.* 407.

Ceſſio à die præſente ad Eccleſiam.

XVI. Dum fragilitas humani generis pertimeſcit ultimum vitæ tempus &c. *ut ſuprà pag.* 405.

Item alia ceſſio.

XVII. Ego ille cogitans Dei amorem vel æternorum bonorum retributionem, ideo cedo à die præſente ad ſupradictam baſilicam & monachos ibidem conſiſtentes ceſsúmque in perpetuum eſſe volo portiones meas in loco nuncupato ill. ſitas in pago ill. quæ mihi tam de alode quàm de comparato vel de quolibet adtracto advenit, vel legibus advenire poteſt, in ſuprà memorato loco, tam terris, domibus, ædificiis, mancipiis, libertis, accolabus, merito accolonorum, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, campis, cultis, incultis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobilibus & immobilibus, cum omnibus adjacentiis & appendiciis vel colonicis ad me pertinentibus, vel omni integritate, vel ſuperpoſito, quicquid dici aut nominari poteſt in ſuprà memorato pago vel loco ſuprà nominato vel utique de ſupradictis portionibus tenere viſus ſum, totum & ad integrum à die præſente ad jam memoratum monaſterium vel ad ipſos monachos ibi conſiſtentes perpetualiter trado atque transfundo de meo jure in eorum dominationem ad poſſidendum, ut quicquid à die præſente exinde facere voluerint, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. Si quis verò, quod fieri non credo, in futurum, ſive ego ipſe, aut ullus de heredibus vel proheredibus meis, aut ulla emiſſa vel oppoſita perſona, vel quiſlibet, qui contra hanc ceſſionem meam, quam ego bona voluntate fieri & adfirmare rogavi, venire, agere, aut reſultare, vel quibuſcunque modis repetere aut infrangere conatus fuerit, nec hoc valeat vindicare quod repetit, & inſuper partibus ſuprà memorati monaſterij vel monachis ibi conſiſtentibus duplum tantum quantum ipſæ res eo tempore melioratæ valuerint componat, & inſuper ſocio fiſco multa auri libram unam coactus exſolvat, & hæc ceſſio

omni tempore firma permaneat, ſtipulatione ſubnexa. Actum loco illo.

Donatio ad caſam Dei.

XVIII. Ille bene poſſidet res in ſeculo qui ſibi de terrenis ſeu de caducis rebus comparat præmia ſempiterna. Quapropter ego in Dei nomine ille, necnon & conjux mea, ambo pariter cogitantes de Dei timore vel æterna retributione, propterea donamus tradimus aliquas res noſtras ad monaſterium quod dicitur ill. quod dedicatum eſſe dinoſcitur in honorem ſancti illius, ubi venerabilis vir ille rector præeſſe videtur. Donamus igitur & donatum in perpetuo eſſe volumus, hoc eſt, in pago ill. nuncupato ill. fluvio ill. manſos tantos, cum hominibus ibidem commanentibus vel aſpicientibus ill. vel ill. cum domibus, ædificiis, curtiferis, cum vvadris, campis, terris, tam cultis quàm & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, farinariis, cum inviis, perviis, aquis, aquarúmque diſcurſibus, mobilibus & immobilibus, præſidiis, peculiis, pecoribus, omne & ex omnibus, quicquid in ipſo loco noſtra videtur eſſe poſſeſſio vel dominatio, rem exquiſitam, totam & ad integrum, tam de alode quàm & de comparato ſeu de quolibet adtractu, quicquid ad nos ibidem noſcitur perveniſſe, de noſtro jure in jus & dominationem jam dicti monaſterij per hanc chartulam donationis ſive per feſtucam atque per andelangum á die præſente donamus, tradimus, atque perpetualiter in omnibus transfirmamus. In ea vero ratione ut pars prædicti monaſterij ab hac die hoc habeat, teneat, atque poſſideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam ac firmiſſimam Chriſto propitio in omnibus habeat poteſtatem. Et ſi quis deinceps, quod futurum eſſe non credimus, ſi noſmetipſi, quod abſit, aut ullus quiſlibet de heredibus noſtris, ſeu ulla quælibet extranea perſona contra hanc donationem venire aut eam calumniari præſumpſerit, ſi ſe exinde non correxerit, á liminibus ſanctæ Eccleſiæ excommunicatus & ſequeſtratus appareat, & inſuper ante tribunal Chriſti hac de cauſa ſe judicatum iri cognoſcat. Cui verò calumniam intulerit, auri uncias tant. argenti libras tant. coactus exſolvat, & quod repetit nullo modo evindicare prævaleat; ſed præſens donatio hæc noſtris & nobis rogantibus bonorum hominum manibus roborata, quorum nomina vel ſignacula ſubter tenentur inſerta, ſtipulatione noſtra poſita, diuturno tempore maneat inconvulſa. Actum. & reliqua.

Precaria ad caſam Dei.

XIX. Domino venerabili & in Chriſto patri ill. Epiſcopo de monaſterio illo, quod eſt conſtructum infra muros illius civitatis juxta fluvium ill. &c. Igitur ego in Dei nomine ille. Dum non eſt incognitum qualiter omnem rem portionis meæ in pago ill. in loco nuncupato ill. ſuper fluvio ill. & in alio loco qui dicitur ill. id eſt manſos tantos, cum domibus, ædificiis, curtiferis, cum vvadris, ſilvis, terris arabilibus, campis, pratis, paſcuis, cum inviis, perviis, & mancipiis ibidem commanentibus vel adſpicientibus, quantacunque in ipſis locis mea fuit poſſeſſio vel dominatio, vobis ad ipſum monaſterium ſuperiùs nominatum ad opus ſancti ill. tradidi atque transfirmavi. Sed poſtea mea fuit petitio, & veſtra non denegavit voluntas, ut ipſam rem, dum advixero, per veſtrum beneficium uſu fructuario mihi præſtitiſſetis ad habere. quod ita & feciſtis. Simili etiam modo expetivi á vobis aliquam rem veſtram in pago ill. in loco nuncupato ill. ſuper fluvio illo, illam videlicet rem quam quondam ille homo per veſtrum beneficium tenere viſus eſt, ut eam mihi in uſum concedere dignaremini. Et pro ipſo uſu cenſivi vobis annis ſingulis denarios ſeu ſolidos tantos, ut ipſos ad feſtivitatem ſancti illius, die menſis illius, exolvere facerem. Et ſi de ipſo cenſu tardus aut negligens apparuerim, fidem exinde faciam, & contra ipſam caſam Dei componere debeam. Et ſic nobis complacuit atque convenit ut ipſas res nec vendere nec donare nec concambiare nec in ullum quodlibet naufragium imponere licentiam non habeam, niſi tantùm, dum advixero, uſitare & meliorare faciam. Et poſt meum ex hac luce diſceſſum, filius meus nomine ill. in ipſa precaria vel in ipſo cenſu adſtare debeat. At poſt ejus diſceſſum ipſas res cum omni ſuprapoſito, quicquid ibidem adtractum emelioratúmque repertum fuerit, vel tranſitus ejus ibidem dereliquerit, abſque ullius contradictione vel judiciaria conſignatione revocare faciatis in veſtrum dominium. Et ut hæc precaria firmior habeatur, de quinquennio in quinquennium ſit renovata, quatenus ſic ſemper permanere valeat in effectum, ſtipulatione interpoſita. Actum. & reliqua.

Præſtaria ad caſam Dei.

XX. Ego in Dei nomine ille Abba de monaſterio illo, quod eſt conſtructum in

honore ſancti illius, dilecto amico noſtro nomine ill. & uxori ſuæ nomine ill. Dum non eſt incognitum qualiter aliquas res veſtras in pago illo, in loco nuncupato illo, ſuper fluvio illo, hoc eſt, manſos tantos, cum domibus, ædificiis, curtiferis, cum vvadris, campis, terris, pratis, paſcuis, cum inviis, perviis, & mancipiis ibidem commanentibus vel adſpicientibus his nominibus ill. & ill. vel quantacunque in ipſo loco veſtra fuit poſſeſſio vel dominatio, nobis ad jam dictum monaſterium ad opus ſancti ill. tradidiſtis atque confirmaſtis. Sed poſtea veſtra fuit petitio, & noſtra non denegavit voluntas, ut ipſas res, dum advixeritis, uſu fructuario jure præſtitiſſemus ad habere. quod ita & fecimus. Et pro ipſo uſu cenſiſtis nobis ſingulis annis denarios tantos, ut ipſos ad feſtivitatem ſancti ill. die menſis ill. exolvere faciatis. Et ſi de ipſo cenſu tardi aut negligentes apparueritis, fidem exinde faciatis, & contra ipſam caſam Dei componere debeatis. Et ſic nobis complacuit atque convenit, ut ipſas res nec vendere nec donare nec alienare nec concambiare nec in ullum quodlibet naufragium ponere licentiam non habeatis; niſi tantùm, dum advixeritis, uſitare & meliorare faciatis; & poſt veſtrum amborum diſceſſum ipſas res emelioratas abſque ullius contradictione vel judicaria aſſignatione revocare faciamus in noſtrum dominium. Et hæc præſtaria de quinquennio in quinquennium ſit renovata, quatenus permanere valeat in effectum, ſtipulatione compoſita, diuturno tempore inconvulſa. Actum. & reliqua.

Donatio ad caſam Dei.

XXI. Domino vere ſancto ac reverendiſſimo monaſterij illius &c. *ut ſuprà pag.* 456.

Precaria ad caſam Dei.

XXII. Dominis verè ſanctis monaſterij in honorem ſanctæ Mariæ & ſancti Petri & ſancti Pauli principum Apoſtolorum conſtructi in pago Waſtinenſi, ubi illuſtris Abbatiſſa ill. cuſtrix præeſſe videtur, unà cum norma plurima ancillarum ibidem conſiſtentium, ego illa femina. Dum non habetur incognitum, ſed plurimis eſt manifeſtum, quòd ego res proprietatis meæ in loco qui dicitur ill. per epiſtolam donationis ad ipſum monaſterium veſtrum delegavi. Propterea expetij à vobis, & vos petitionem meam non denegaſtis, ut ipſas res, quandiu advivo, ſub uſu beneficij veſtri tenere & uſuare debeam, & aliubi ipſas res alienare pontificium non habeam, & poſt meum quoque diſceſſum cum omni re emeliorata ad ipſum monaſterium abſque ulla expectata traditione vos vel rectores ipſius monaſterij in eorum faciant revocare poteſtatem & dominationem. Et ut in poſtmodum aliquod præjudicium ex hoc generare non debeam, propterea hanc precariam vobis vel ipſi monaſterio veſtro emittendam decrevi, ut neque ego neque ullus de heredibus meis quamvis per longinqua ſpatia ipſas res repetere non debeamus. Quod qui fecerit, inferat vobis vel partibus ipſius monaſterij ſuiſque rectoribus auri libram unam, argenti pondo duo, & præſens precaria firma permaneat. Et ut aliæ precariæ de quinquennio in quinquennium renovantur, iſtam verò non ſit neceſſe renovare, ſed per ſemetipſam omni tempore obtineat firmitatem, cum ſtipulatione ſubnexa. Actum. & reliqua.

Præſtaria.

XXIII. Dulciſſimæ feminæ ill. ego illa Abbatiſſa. Dum non eſt incognitum qualiter tu ante hos dies rem proprietatis tuæ in pago ill. in loco qui dicitur ill. ad monaſterium ſanctæ Mariæ adfirmaſti, unde precariam à nobis vel ab ipſo monaſterio petiiſti, propterea has litteras in te adfirmavimus, ut dum advivis uſualiter ipſam rem tenere & dominare debeas, & aliubi ipſam alienare pontificium non habeas, & ſi hoc conatus eris facere, ipſam rem à die præſente perdas. Et ut has litteras firmiores obtineas, manu noſtra ſubter adfirmavimus, cum ſtipulatione ſubnexa. Actum. & reliqua.

Traditoria de terra.

XXIV. Notitia qualiter & quibus præſentibus veniens homo aliquis advocatus ſancti illius &c. *ut ſuprà pag.* 458.

Precaria de ipſa villa dum vivit.

XXV. Domino venerabili in Chriſto patri Domno ill. Abbati de monaſterio ill. vel omni congregationi monachorum in monaſterio illo, quod eſt in pago illo, in honorem ſanctorum illorum conſtructo, ibidem Deo deſervienti. Ego enim ille. Dum non habetur incognitum, ſed inter plures cognoſcitur, quòd ego res meas juris ac proprietatis meæ, quæ ſunt in pago illo & illis conditis vel finibus illis, villas & loca nuncupata ill. & ill. cum omni merito vel termino ſuo, cum omni integritate vel appendiciis vel adjacentiis vel ſuprapoſitis, ſeu ſervos & ancillas, accolas, liber-

tos, libertas, cum omni peculiari & merito eorum, ad jam dictum monasterium à die præsenti per meam epistolam confirmavi, & vos omnia suprà memorata vel quantum ipsa epistola commemorat, per meam traditionem ad partem jam dicti monasterij in vestro jure vel potestate recepistis; sed dum postea mea fuit petitio vel supplicatio, & vestra præstitit bona voluntas, ut ipsas res, quandiu advixero, per vestrum præstitum beneficium tantummodo usufructuario ordine habeam vel possideam, eo videlicet modo ut quicquam exinde minuendi aut distrahendi aut alienandi non habeam potestatem. Quòd si fuerit, quod absit, aut ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quislibet qui in aliqua contrarietate aut diminutione seu calumnia orta fuerit aut surrexerit, aut adesse conatus fuerit, in primis ipsas res amittat, & Abbas monasterij vestri eas ad integrum recipiat, insuper & alias tantas res partibus ipsius monasterij componere & adimplere faciat. Et quia censistis me annis singulis pro ipsis rebus in festo sancti ill. argentum vel quidlibet solvere faciam, si de ipso censu ad eum placitum negligens fuero, spondeo ut ipsum in duplum solvam. At dum hæc omnia suprà memorata inlibata servavero, nec vos nec juniores aut successores vestri de ipsis rebus ullam diminutionem vel contrarietatem, si spatium vitæ Dominus mihi prolongare dignatus fuerit, facere præsumatis. Post meum quoque discessum omnes ipsas res, cum omni addita melioratione vel omnibus suprapositis, cum omnibus rebus atque corporibus, opibus atque præsidiis, absque ullius judicis aut heredum meorum expectata consignatione aut traditione vos aut agentes vestri jam dicti monasterij vestri in eorum faciant revocare vel recipere dominationem vel potestatem, sicut eorum continet epistola, perpetualiter faciendo quod egerint.

Sequitur præstaria.

XXVI. In Dei nomine ille Abba & omnis congregatio fratrum nostrorum aut monachorum in monasterio ill. Domino deservientium, in Christo filio illo. Dum tua fuit petitio vel supplicatio, & nostra decrevit voluntas, ut præstitum beneficium de rebus nostris tibi facere deberemus, quod ita & fecimus, quæ sunt in pago ill. in condita illa, in loco qui vocatur sic, quem tu aut ill. per epistolam donationis à die præsente ad jam dictum monasterium nostrum ill. confirmavit, id est, mansum cum casa, vel alias terras, vel quantum ipsa epistola continere videtur, ut quandiu advixeris, aut ad v. aut x. aut x v. annos ipsas res usualiter habere & possidere vel excolere debeas, at nihil exinde minuendi aut alienandi vel detrahendi aut in pejus vertendi non habeas potestatem, neque transferendi quicquam, quòd si feceris, aut in alio contrario aut iniquo ingenio vel contrarietate aut tu ipse aut aliquislibet homo de ipsis rebus adesse aut adstare conatus fuerit, in primis ipsas res amittas vel perdas, & alias tantas vel tales partibus jam dicti monasterij componere & solvere facias. Et censuimus de annis singulis pro ipsis rebus in festo sancti ill. ceram aut argentum tant. partibus ipsius monasterij solvere facias. Et si de ipso censu negligens fueris, ipsum duplum reddas; & hæc præstaria nostra usque ad eum placitum firma permaneat, stipulatione subnixa. Acta ibi. & reliqua.

Alia precaria.

XXVII. Domino sancto & apostolica sede colendo Domno & in Christo patri ill. ego ill. & conjux mea illa. Pluribus non est incognitum qualiter propter nomen Domini ad Ecclesiam illam in honorem sancti illius villam nostram nuncupatam ill. sitam in pago ill. per epistolam cessionis visi fuimus concessisse, etiam vos ad partes suprascriptæ Ecclesiæ recepisse. Sed dum postea nostra fuit petitio, & vestra benevolentia & pietas, ipsam villam, dum advivimus, aut qui parte sua ex nobis superstes fuerit, dum advivit, nobis ad beneficium usufructuario ordine excolendam tenere permisistis, ea scilicet ratione ut nihil exinde penitùs de qualibet re alienandi aut minuendi pontificium non habeamus, sed absque ullo præjudicio suprascriptæ Ecclesiæ vel vestro eam tantummodo excolere debeamus, ideo hanc precariam vobis emittimus, ut nullo unquam tempore nostra possessio, etiamsi spatium vitæ nobis Dominus prolongaverit, nullum præjudicium aut diminutionem aliquam de ipsa villa vobis generare non debeat; nisi usu tantùm, dum advivimus, habere debeamus. Et post nostrum amborum discessum, cum omni re meliorata, quicquid ibidem undique adtrahere aut meliorare poterimus, per hanc precatoriam, ac si semper per quinquennium renovata fuisset, absque ullius judicis aut heredum nostrorum expectata traditione vos

& succeſſores veſtri aut agentes Eccleſiæ in veſtram eam faciatis dominationem revocare perpetualiter poſſidendam vel quicquid exinde facere elegeritis, ſicut noſtra continet epiſtola, ad profectum præfatæ Eccleſiæ Domni illius liberum habeatis arbitrium. Facta precaria ibi. & reliqua.

Venditio ad monaſterium.

XXVIII. Venerabili in Chriſto patri illi Abbati de monaſterio ſancti illius &c. *ut ſuprà pag.* 505.

Precaria de venditione.

XXIX. In Chriſto venerabili patri & Domno illi Abbati &c. *ut ſuprà pag.* 506.

Commendatitia de re vendita.

XXX. In Chriſto venerabilis Abbas ille de monaſterio illo, quod eſt in pago illo &c. *ut ſuprà pag.* 506.

Præceptum de clericatu.

XXXI. Si eis qui ſe ad onus clericatus transferre deliberant licentiam non negamus &c. *ut ſuprà pag.* 386.

Carta de ducatu & patritiatu vel comitatu.

XXXII. Perſpicuè regalis in hoc perfecta conlaudatur clementia &c. *ut ſuprà pag.* 380.

Tractoria in itinere pergendo.

XXXIII. Dominis ſanctis & apoſtolicis ſedibus collocatis Epiſcopis, Abbatibus, vel Abbatiſſis &c. *ut ſuprà pag.* 441.

Alia tractoria.

XXXIV. Dominis ſanctis & apoſtolicis ac venerabilibus in Chriſto patribus Regibus &c. *ut ſuprà pag.* 503.

Epiſtola tractoria legatariorum vel minima facienda iſtius inſtar.

XXXV. Ille Rex omnibus agentibus. Dum & nos in Dei nomine apoſtolicum &c. *ut ſuprà pag.* 381.

Carta de cauſa ſuſpenſa.

XXXVI. Cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra dum & nos ad præſens apoſtolico viro ill. &c. *ut ſuprà pag.* 387.

Carta de Mundeburde Regis & Principis.

XXXVII. Rectum eſt ut regalis poteſtas illis tuitionem impertiat quorum neceſſitas comprobatur. Igitur &c. *ut ſuprà pag.* 388.

Alio modo.

XXXVIII. Ille Rex vir inluſter Domnis ſanctis ac venerabilibus in Chriſto patribus omnibus Epiſcopis, vel omnibus Abbatibus, ſeu & inluſtribus viris Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, vel omnibus agentibus, ſeu omnibus Miſſis noſtris diſcurrentibus, vel omnibus paribus & amicis noſtris, tam præſentibus quàm futuris, bene cupiens veſter. Comperiat magnitudo ſeu induſtria veſtra quòd veniens venerabilis vir ille Abba de monaſterio ſancti illius tam ſe quàm & ipſum monaſterium cum omnibus rebus ſuis ad nos ſe pleniùs commendavit; & nos poſtea gratante animo ipſum venerabilem virum illum Abbatem cum ipſo monaſterio vel hominibus ſuis & omnes cauſas ſuas amabiliter ſub noſtro recepimus mundeburde vel defenſione. Ideoque ſalutantes magnitudinem ſeu induſtriam veſtram, vobis omnino per has litteras rogamus atque præcipimus ut nullus ex vobis jam dictum venerabilem Abbatem, vel ipſum monaſterium, nec homines, nec res ſuas, quas ad præſens habere videtur, vel inantea Chriſto propitio per bonis hominibus ibidem conlatum fuerit, nullus inquietare nec condemnare vel aliquid de rebus ſuis minuare omnino præſumat; ſed cum Dei gratia & noſtro mundeburdo vel defenſione tam eum quàm ſuos homines reſidere cum quiete ſinatis. Et ſi aliquæ cauſæ adversùs ipſum Abbatem vel monaſterium ipſius ſeu homines ejus fuerint, quæ in pago abſque ſuo iniquo diſpendio rectè definitæ non fuerint, eas uſque ante nos omnimodis fiant ſuſpenſas vel reſervatas, & poſtea ante nos per legem & juſtitiam finitivam accipiant ſententiam. Et ut certiùs credatis, manu propria ſubter firmavimus & de anulo noſtro ſigillavimus. Signum Domno illo Rege. Ille recognovi & ſubſcripſi. Datum die illo, anno illo, loco illo.

Vt leudeſamia promittantur Regi.

XXXIX. Ille Rex Comiti illi. Dum & nos unà cum conſenſu procerum noſtrorum &c. *ut ſuprà pag.* 396.

Sacramentum fidelitatis.

XL. Repromitto ego quòd ab iſto die inantea fidelis ero Domno Karolo &c. *ut ſuprà to. 1. pag. 377.*

Commutatio cum Rege.

XLI. Ille Rex illi Regi. Nemo ſibi quicquam cernitur minuere quicquid è contrà recipit in augmento. Dum inter nos &c. *ut ſuprà pag.* 390.

Confirmatio Regis de omni corpore facultatis.

XLII. Meritò regalis clementia in illis collata munera vel proprietates parentum noſtrorum confirmare deliberat quos cognoſcit &c. *ut ſuprà pag.* 391.

Præceptum de leſowerpo per manum Regis.

XLIII. Quicquid in præſentia noſtra

agitur, vel per manum noſtram videtur eſſe tranſvulſum &c. *ut ſuprà pag.* 382.

Prologi de ceſſionibus regalibus.

XLIV. Merito largitatis noſtræ munere ſublevantur &c. *ut ſuprà pag.* 383.

Item. Perſpicuè compendiis regalibus illud adſcribitur &c. *ut ſuprà pag.* 383.

Ceſſio ad laicos.

XLV. Nihil, ut ait Apoſtolus, in hunc mundum intulimus, nec quicquam ex eo auferre nobiſcum poterimus &c. *ut ſuprà pag.* 383.

Confirmatio ad ſeculares viros.

XLVI. Regiam conſuetudinem exercemus & fidelium noſtrorum animos adhortamur &c. *ut ſuprà pag.* 385.

De Regis amtruſtione.

XLVII. Rectum eſt ut qui nobis fidem pollicentur inlæſam, noſtro tueantur auxilio. Et quia ill. noſter fidelis &c. *ut ſuprà pag.* 386.

Præceptum donationis inter virum & uxorem.

XLVIII. Dum Dominus omnipotens creator cœli & terræ permiſit, juxta quod legitur in principio &c. *ut ſuprà pag.* 381.

Carta donationis inter virum & uxorem, quæ geſtis municipalibus ſit allegata.

XLIX. Quicquid inter conjugatos de propria facultate ob amorem dilectionis &c. *ut ſuprà pag.* 408.

Alia donatio.

L. Quandoquidem Deus voluerit inter virum & uxorem, ad pacis vinculum atque concordiam nectendam, ut res eorum inter ſe condonare deberent, ſicuti & fecerunt. Ideoque complacuit atque convenit inter venerabilem virum illum & uxorem illius nomine illam, eò quòd inter eos agnatio minimè eſſe cerneretur, ut alter alteri de rebus eorum inter ſe condonare deberent. quod ita & fecerunt. Dedit itaque venerabilis vir ille uxori ſuæ nomine illa de rebus ſuis in pago ill. in loco nuncupato ill. ſuper fluvio ill. hoc eſt manſos tantos, cum domibus, ædificiis, curtiferis, cum vvadris, terris, ſilvis, pratis, paſcuis, campis, mobilibus & immobilibus, mancipiis ibidem commanentibus vel adſpicientibus his nominibus ill. & ill. cum omni integritate vel ſoliditate, quicquid ibidem jure hereditario ad ſe pertinere videtur. Similiter viſa eſt reddere uxor ill. nomine ill. præfato jugali ſuo nomine ill. de rebus ſuis in pago illo in loco nuncupato ill. ſuper fluvio ill. manſos tantos, cum domibus, ædificiis, curtiferis, cum vvadris, terris, tam cultis quàm incultis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, cum inviis & perviis eorum, integra omnia & ex omnibus, quicquid ibidem ſua fuit poſſeſſio vel dominatio. Similiter etiam omne præſidium vel elaborata eorum inter ſe pars parti viſus eſt donare. In tali verò tenore, ut quiſquis de eis pari ſuo in hoc ſeculo ſuperſtes fuerit, omnes res quas dedit & quas accepit, in ſuo jure & dominatione recipere debeat, habeátque tenendi, dandi, vendendi, commutandi, heredibúſque ſuis ad poſſidendum relinquendi liberam in omnibus poteſtatem. Propterea has duas epiſtolas adfatimas uno tenore conſcriptas inter ſe fieri vel firmare rogaverunt, ut nullus quilibet de heredibus ac proheredibus eorum hanc congruitatem inter eos factam ullo unquam tempore poſſit irrumpere, niſi abſque ullius contradictione omni tempore firma & ſtabilis permaneat. Quòd ſi aliquis de heredibus ac proheredibus eorum hanc ceſſionem calumniari præſumpſerit, dupliciter quantum eo tempore ipſæ portiunculæ valuerint, & inſuper ad partem fiſci, auri uncias tantas, argenti libras tantas coactus exolvat, & quod repetit nullum obtineat effectum, ſed, ſicut diximus, hæ epiſtolæ tam à nobis quàm ab aliis bonorum hominum manibus roboratæ omni tempore firmæ & ſtabiles permaneant, ſtipulatione interpoſita. Actum, & reliqua.

Obnoxiatio à patre in filios facta.

LI. Dulciſſimis filiis meis illis. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos &c. *ut ſuprà pag.* 411.

Donatio quam pater donat filio ſuo.

LII. Dulciſſimo atque amantiſſimo filio meo illi, ego ille genitor tuus. Dum & ego te dulciter enutrivi &c. *ut ſuprà pag.* 500.

Alia donatio de eadem re.

LIII. Ego in Dei nomine ille. Amore Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut veniam delictis meis &c. *ut ſuprà pag.* 501.

Charta cùm in locum filiorum nepotes inſtituuntur ab avo.

LIV. Dulciſſimis nepotibus meis illis, ego ille. Quicquid filiis vel nepotibus de facultate pater cognoſcitur ordinaſſe, voluntatem ejus &c. *ut ſuprà pag.* 480.

Alia de eadem re.

LV. Ego in Dei nomine ille & conjux mea illa dilectiſſimis nepotibus noſtris necnon & neptibus noſtris illis. Conſtat verò, prout fragilitas humana expoſcit, quæ

primi parentis culpa existente mortis debitum quotidie nolens volénsque persolvit, quòd genitor vester nomine ille filius noster de hac luce ante nos visus est decessisse, & nos Dei omnipotentis providentia ei reservati superstites fuerimus. Hac igitur de causa complacuit nobis atque convenit ut pro ipso proprietatis jure, in quo genitor vester legitimè succedere debuit si nobis in hoc seculo superstes fuisset, ita vos post nostrum quoque discessum æqualem partem cum avunculis vel amitis vestris filiis vel filiabus nostris ad integrum accipere debeatis. Propterea per hanc chartulam traditionis sive per festucam atque per andelangum donamus tradimus vobis, sicut diximus, de omni re proprietatis nostræ, quicquid ad præsens possidere visi sumus, id est, tam in terris quàm in silvis, campis, pratis, pascuis, vineis, mancipiis, peculiis, pecoribus, omnia & ex omnibus, ut ipsam hereditatem, sicut diximus, æqualiter contra heredes nostros filios vel filias nostras, ipsam videlicet portionem quam pater vester ille hereditare voluerit accipere debeatis, ut ab hac die habeatis, teneatis, atque possideatis, & inter vos legitimè dividere faciatis, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam in omnibus habeatis potestatem. Et si quispiam contra hanc chartulam cessionis aliquam calumniam stabilire præsumpserit, vel vobis ipsam portionem per fraudem abstrahere voluerit, componat vobis dupliciter, id est, quantum eo tempore ipsa portio valuerit, & insuper inferat ad partem fisci auro uncias tant. argento libras tantas. Et hoc actu exsolvat, & insuper quod repetit nullatenus evindicet, sed præsens epistola hæc omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnexa. Actum. & reliqua.

Carta cùm quis nepoti aliquid meliorare voluerit.

LVI. Dulcissimo nepoti meo illi. Quicquid pater unumquemque de filiis vel nepotibus plus habere voluerit, hoc sibi secundùm legis ordinem sine consortis repetitione defendat, nec præsumat aliquis contra voluntatem patris agere. Igitur ego in Dei nomine ille, dum & me jam senectus adgravat, & necessitates ut oportet procurare non valeam &c. *ut suprà pag.* 411.

Alia de eadem re.

LVII. Dulcissimis nepotibus meis illis, necnon & neptibus meis illis, ego in Dei nomine ille. Licèt pro servitio vel benevolentia quam circa me die noctúque exhibuistis, de rebus proprietatis meæ vobis aliquid condonare deberem, sicuti & feci. Ideoque per hanc epistolam cessionis sive per festucam atque per andelangum dono trado vobis aliquam rem meam in pago illo, in loco qui dicitur ille, id est, mansos tantos, cum ædificiis suprapositis, unà cum terris, silvis, campis, pratis, pascuis, communiis, necnon & mancipiis ibidem commanentibus vel adspicientibus, omnia & ex omnibus, quicquid in ipso loco mea videtur esse possessio vel dominatio. In tali verò ratione ut hæc omnia superiùs nominata à die præsente habeatis, teneatis, atque possideatis, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam in omnibus habeatis potestatem. Et si quis deinceps, quod fieri non posse credo, si ego ipse, quod absit, aut ullus de heredibus ac proheredibus meis hanc cessionem refragare tentaverit, si se exinde non correxerit, à collegio sanctæ Dei Ecclesiæ alienus existat, & insuper inferat vobis dupliciter, id est, quantum eo tempore ipsæ res valuerint, & quod repetere videtur, nullum obtineat effectum, sed præsens hæc epistola tam à me quàm ab heredibus meis defensata omni tempore firma & stabilis permaneat. Actum. & reliqua.

Traditio respectualis, sive epistola qualiter extraneus in locum filiorum adoptetur.

LVIII. Domino fratri illi, ego in Dei nomine ille. Dum igitur & peccatis meis facientibus procreationem filiorum minimè habere videor, & me paupertas vel infirmitas corporis assiduè opprimere videtur, ideo complacuit mihi atque convenit ut in locum filiorum vel filiarum te adoptare deberem. quod ita & per hanc epistolam visus sum fecisse. Dono igitur tibi omnes res proprietatis meæ, quascunque de parte paterna seu de materna adquisisse videor, id est, in pago illo, in loco nuncupato illo, hoc est, mansos tantos cum ædificiis suprapositis, curtiferis, cum vvadris, silvis, terris arabilibus, campis, pratis, pascuis, adjacentiis, seu & mancipiis ibidem commanentibus, cum omni suppellectili domus meæ, quicquid ibidem præsenti tempore possidere videor, in tuam transfirmo dominationem. Similiter & in alio loco qui dicitur ill. in ipso jam dicto pago, id est, mansos tantos, cum ædificiis suprapositis, curtiferis, silvis, campis, pratis, pascuis, communiis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& mancipiis ibidem commanentibus vel adſpicientibus, id eſt, quantumcunque in ipſo loco mea videtur eſſe poſſeſſio vel dominatio, totum & ad integrum per hanc chartulam ceſſionis ſive per feſtucam atque per andelangum de meo jure in jus & dominationem tuam perpetualiter transfirmo. In ea verò ratione ut quandiu advixero, victum mihi, potum, & veſtimenta, & calciamenta in omnibus ſufficienter procurare debeas, ut exinde mihi omnibus diebus vitæ meæ nihil deficiat. quòd ſi hoc non feceris, ipſas res, quas tibi delegavi, ad integrum perdas. Propterea hanc epiſtolam tibi fieri vel firmari rogavi, ut nullo unquam tempore aliquis de heredibus meis ſeu proheredibus hanc convenientiam inter nos factam immutare vel refragare non poſſit, ſicut ſuperiùs continetur. Ea ſcilicet ratione ut quandiu advixero, meam neceſſitatem in omnibus procurare debeas in cibo & potu, in veſtimentis ſeu calciamentis; & poſt meum diſceſſum ipſæ res, quas tibi tradidi, in tua dominatione permaneant, vel quicquid ibi deinceps facere volueris, liberam in omnibus habeas poteſtatem. Et ſi ullus quiſlibet, quod fiendum eſſe non credo, ſi aliquis de propinquis meis, vel quælibet alia perſona hoc emutare vel temerare præſumpſerit, inferat tibi tantum quantum ipſæ res valuerint, & inſuper ad partem fiſci auro uncias tant. argento libras tantas coactus exſolvat, & quod repetit nihil evindicet, ſed præſens hæc epiſtola adoptionis omni tempore firma & ſtabilis permaneat, cum ſtipulatione ſubnexa. Actum. & reliqua.

Alia de eadem re.

LIX. Ego in Dei nomine ille. Dum peccatis meis facientibus orbatus ſum filiis meis, placuit ut te illum unà cum conſenſu patris tui in civitate illa cum curia publica & defenſore de poteſtate patris naturalis deſcendentem & in meam poteſtatem venientem in locum filiorum adoptarem. quod ita & feci. Ea verò ratione ut quandiu advixero, victum & veſtitum, tam in dorſo quàm in lecto, ſeu calciamento, mihi in omnibus ſufficienter impertias & procures, & omnes res meas, quaſcunque habere videor, tam in manſo, vinea, prato, peculio, ſeu reliqua ſuppellectili domus, ſalvo jure meo, diligenter excolas. Poſt obitum quoque meum, ſicut à me generatus fuiſſes, ita in omni hereditate mea per hanc epiſtolam adoptionis ſtatim ſis ſucceſſurus, vel quicquid de ſupradictis rebus meis, quantaſcunque moriens dereliquero, facere volueris, jure proprietario abſque repetitione heredum meorum liberam & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem. Quòd ſi aliquis hoc temerè emutare voluerit, inferat tibi tant. & quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens epiſtola omni tempore firma permaneat. & reliqua.

Donatio ad filios naturales.

LX. Geſta lex & conſuetudo expoſcit ut quæcunque perſona naturales filios habuerit, & alios plures non habuerit, ſi eos voluerit in ſua inſtituere hereditate, faciendi id liberam habeat poteſtatem. Ideoque ego ille &c. *ut ſuprà pag.* 464.

Si aliquis ſervo ſuo gaſindióve aliquid concedere voluerit.

LXI. Iuſtiſſimis noſtris ſublevantur muneribus qui nobis fideliter & inſtanti famulantur officio. Ego in Dei nomine ille fideli noſtro illo &c. *ut ſuprà pag.* 425.

Charta hereditaria.

LXII. Dulciſſima filia mea illa. Dum non eſt incognitum, ſed per populum divulgatum & patefactum, quòd ego ex ancilla mea nom. ill. te generavi &c. *ut ſuprà pag.* 461.

Mandatum.

LXIII. Dulciſſimo amico meo illi, ego ille. Rogo atque injungo caritati tuæ ut eas ad vicem meam ad civitatem illam &c. *ut ſuprà pag.* 465.

Hereditaria.

LXIV. In nomine Domini. Anno illo Domni noſtri illius Regis, menſe illo, geſta habita apud laudabilem virum illum defenſorem &c. *ut ſuprà pag.* 465.

Reſcriptum.

LXV. Magnifico amico meo illi, ego ille Cognita juſta injunctione tua, ut per tuum mandatum me rogaſti &c. *ut ſuprà pag.* 466.

Charta ut filiæ cum fratribus in paterna ſuccedant alode.

LXVI. Dulciſſima filia mea illa, ego ille. Diuturna ſed impia inter nos conſuetudo tenetur ut de terra paterna ſorores cum fratribus portionem non habeant &c. *ut ſuprà pag.* 412.

Pactum inter parentes de eorum hereditate.

LXVII. Quicquid inter propinquos de alode parentum, non judiciaria poteſtate coacta &c. *ut ſuprà pag.* 413.

Item alio modo.

LXVIII. Caritatis ſtudio & dilectionis affectu

affectu inter propinquos decet ut quicquid de rebus eorum inter se diviserint &c. *ut suprà pag.* 482.

Item alia æqualentia, vel pactum.

LXIX. Auxiliante Domino nostro Iesu Christo placuit atque convenit inter illum & germanum suum illum &c. *ut suprà pag.* 456.

Aliud pactum divisionis inter fratres.

LXX. Pactum divisionis inter fratres, id sunt ille & ille, heredes illius & illius quondam, qualiter inter se alodem &c. *ut suprà pag.* 505.

Qualiter in uno volumine viri & uxoris testamentum condatur.

LXXI. Regnante in perpetuo Domino nostro Iesu Christo, loco illo, anno illo, regnante illo Rege, sub die illa, ego ille & conjux mea illa &c. *ut suprà pag.* 415.

Alio modo qualiter testamentum quis faciat.

LXXII. Regnante in perpetuo Domino nostro Iesu Christo, anno illo illius Regis, sub die illius mensis, feria illa, indictione illa, ego ille filius illius sana mente integróque consilio, metuens casus humanæ fragilitatis, testamentum meum condidi, quod illi scribendum commisi, ut quando dies legitimus post transitum meum advenerit, recognitis sigillis, inciso lino, ut legis decrevit auctoritas, per inlustrem virum illum, quem in hac pagina testamenti mei legatarium instituí, gestis reipublicæ municipalibus titulis ejus persecutione ab ipsis muniatur, & in archiis basilicæ sancti illius conservetur. Et quicquid unumquemque de rebus meis propriis habere decrevi, singulariter in hoc testamentum meum inserere curavi. In reliquo verò qualescunque aut quæcunque epistolæ aut testamenta aut conscriptiones de nomine meo manu mea firmatæ ostensæ fuerint, & ante hoc testamentum prænotatæ, quas hic non commemoravero, excepto de ingenuitatibus quas pro animæ meæ remedio feci aut adhuc facere volo, vacuæ permaneant. Et quod unicuique per hoc testamentum dedero darique jussero, id ut fiat, detur, præstetur, impleatur, te omnipotens Deus testem committo. Quapropter non habetur incognitum qualia dispensante Deo ad loca sanctorum illorum de rebus meis propriis delegavi in perpetuum ad possidendum: dedi quoque ad basilicam illam portiones meas ill. & quod in locis denominatis habere videor, id totum & ad integrum ad basilicam superiùs nominatam proficiat in augmentum. Illas verò cessiones quas ad libertos meos illos ad ingenuitates eorum confirmandas fecimus, id sunt ill. & ill. quando illos pro animæ nostræ remedio ingenuos dimisimus, dum advivunt, habeant, & post eorum decessum cum omni suprapositio ad jam dictam Ecclesiam sancti illius, ubi eis patrocinium & defensionem constitui, revertantur. Volumus enim ut ingenuos quos modò aut inantea fecimus, quanticunque in ipsis locis manent quæ ad sanctam Ecclesiam delegavimus, inspecta eorum libertate, super ipsas terras pro ingenuis commaneant, & aliubi commanendi nullam habeant potestatem, sed ad ipsa loca sancta debeant spectare, & nullus de ipsis lidemonia ad meos heredes ullatenus reddat, & hoc quod aliquibus ex eis per cartas dedimus, nullatenus aliubi nec vendere nec alienare habeant licentiam. Similiter donavimus donatúmque in perpetuum esse volumus ad monasterium illud, ubi venerabilis Abba ille præesse videtur, villas illas in pago ill. cum omnibus adjacentiis vel appendiciis earum, quantumcunque ibidem tenere vel possidere videmur, & quolibet adtractu ad nos pervenit, aut legibus pervenire debet, totum & ad integrum cum omni superposito à die præsenti in honorem sancti illius, ubi Abba ille, tradimus ad possidendum, cum domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, libertis, tam ibidem oriundis quàm aliunde translatis vel ibidem commanentibus, vineis, silvis, campis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, cum exitu & regressu, omni genere pecudum, tam majore quàm minore, mobilibus & immobilibus, omni re inexquisita, tam auro quàm argento, vel reliquis fabricaturis, tam ministeriis Ecclesiæ, vel strumentis chartarum, libris vel vestimentis Ecclesiæ, vel omni præsidio quod vivens legibus possidere videor & mihi debetur, & quicquid dici vel nominari potest, totum & ad integrum ad jamdictum monasterium sancti illius proficiat in augmentum, inspecto illo strumento quod antea ad jam dictum monasterium fecimus. Præter ista omnia reservavimus in Falcidia heredibus nostris villas illas in pago illo, in ea ratione ut facta mea in omnibus studeant conservare atque defendere. Quòd si hoc facere neglexerint, quicquid eis deputavimus perdant, & de omni cor-

pore facultatis meæ penitùs reddantur extranei. Et si aliquid comparavero, aut ex parentibus meis mihi obvenerit, vel adtraxero, vel quolibet ingenio ad me pervenerit, quod in isto testamento suprà non commemoravimus, post meum discessum casa sancti illius per rectores suos recipiat perpetualiter ad possidendum. Per præsens testamentum basilicam sancti illius heredem meum instituo,& quicquid unicuique deputavi, fidei tuæ committo. Quia hoc quod tibi deputavi, malo te habere quàm me,te magis quàm ceteros heredes ac proheredes meos. Si quis verò, quod futurum esse non credo, sive aliquis heredum ac proheredum meorum, vel quislibet opposita persona præsens testamentum meum infringere conatus fuerit vel tentare præsumpserit, inprimis, usque dum ad veram emendationem proinde corrigatur, Deum & sanctos suos habeat contrarios, & à liminibus Ecclesiæ efficiatur extraneus, & insuper ei quem pulsaverit, unà cum socio fisco, auri libras tant. coactus exsolvat, & nihilominus præsens pagina firma permaneat, quam manu mea propria subter firmavi, & bonorum hominum signis vel allegationibus roborandam decrevi, stipulatione subnexa. Actum. & reliqua.

Gesta juxta consuetudinem Romanorum, qualiter testamenta allegentur.

LXXIII. Anno illo regnante Rege illo, sub die illo, in civitate illa, adstante viro illo laudabili defensore & omni curia publica, vir magnificus ille prosecutor &c. *ut suprà pag.* 425.

Textus mandati.

Domino magnifico fratri illi, ille. Peto & supplico atque tuæ caritati injungo, ut in vicem meam civitatem illam adeas, & donationem illam quam ego partibus illius de locis nostris nuncupatis illis sitis in pago illo per meum legitimum instrumentum confirmavi, prosequi & gestis municipalibus coram curia publica & defensore facias allegari. Propterea tibi hoc mandatum conscripsimus &c. *ut suprà pag.* 426.

Post recitationem mandati, vir honestus ille defensor dixit. Mandatum quidem recitatum est, sed suprascriptum testamentum, quod præ manibus habere dicis, amanuensis accipiat, & nobis præsentibus recitetur, & ut postulas gestis publicis firmetur. Qui statim accipiens, per ordinem illud recitavit. Post recitationem verò ille persecutor dixit. Quia petitiones meas laudabilitas vestra per ordinem implere dignata est, rogo ut publica monumenta suscipiat. Vir laudabilis ille defensor & curiales dixerunt. Testamentum quod recitatum est, gestis publicis inseratur,& quod ille persecutor velit & petit, gesta ei publicè dentur. Ille persecutor dixit. Sufficit mihi bone defensor, si testamenti, quod recitatum est, mihi gesta, ut mos est, tradere jubeatis. Defensor & ordo curiæ dixerunt. Quia testamentum & mandatum inde conscriptum per ordinem conditum & bonorum hominum manibus roboratum atque signatum manifestè cognovimus, æquum est ut gesta ex hoc conscripta & à nobis subscripta tibi ex more tradantur, & in archiis publicis serventur, ut faciliùs, quod superiùs insertum est, diuturno tempore maneat inconvulsum. Edatur ordine & mandatum & totus testamenti textus, & postea defensor & curiales civium & reliqui subscribant atque signent.

Epistola qualiter pupilli recipiantur.

LXXIV. Lex Romana constringit, ut qui tutores noluerint esse parvulorum, si fortè cesserit luctuosa hereditas, in ea ipsi habeantur extranei. Propterea ego in Dei nomine ille judex provinciæ illius &c. *ut suprà pag.* 481.

Libellus dotis.

LXXV. Dulcissima atque amantissima sponsa mea nomine illa, ego in Dei nomine ille. Igitur dum taliter parentibus nostris utriusque partis complacuit atque convenit ut ego te solido & denario secundùm legem Salicam sponsare deberem, quod ita & feci, similiter complacuit nobis atque convenit ut de rebus proprietatis meæ tibi aliquid in dotis titulum condonare deberem. quod ita & feci. Idcirco per hanc chartulam libelli dotis sive per festucam atque per andelangum dono tibi & donatum in perpetuo esse volo, id est, in pago illo, in loco nuncupato illo, super fluvio illo, hoc est, mansos tantos, cum hominibus ibidem commanentibus vel adspicientibus his nominibus illis vel illis, cum terris tam cultis quàm & incultis, silvis, pratis, campis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, mobilibus & immobilibus, præsidiis, peculiis, pecoribus, vineis, farinariis, vel quicquid in ipso loco mea videtur esse possessio vel dominatio, rem inexquisitam totum & ad integrum, sicut superiùs dixi, dono, trado, atque transfirmo. Insuper etiam dono tibi

in pecoribus, id est, inter boves & vaccas, inter porcos & verveces, capita tanta, in fabricaturis, id est, in auro vel argento solidos tantos. In ea verò ratione ut hæc omnia superiùs nominata, quandoquidem dies nuptiarum evenerit, & nos Deus conjunxerit, tu dulcissima sponsa mea nomine illa ab ipso die hoc habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid exinde facere volueris, liberam ac firmissimam in omnibus habeas potestatem. Et si quis deinceps contra hanc chartulam libelli dotis, quod fiendum esse non credo, venire aut eam temerare præsumpserit, si se exinde non correxerit, illum qui ab initio masculum & feminam condidit contra se ultorem sentiat, & insuper auro uncias tantas, argento libras tantas coactus exsolvat, & quod repetit nullatenus evindicare prævaleat, sed præsens hæc epistola tam à me quàm ab heredibus meis defensata omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione interposita.

Alius libellus dotis.

LXXVI. Quod bonum, faustum, felix, prosperúmque eveniat desponsandis maritandísque ordinibus ac procreationi liberorum &c. *ut suprà pag.* 414.

Alio modo.

LXXVII. Quod bonum, felix, faustúmque. & reliqua. Dono itaque ego ille honestæ puellæ sponsæ meæ nomine ill. quam, si Christo placuerit, in conjugium desidero sociare uxorem, donatúmque &c. *ut suprà pag.* 455.

Alio modo.

LXXVIII. Lex & consuetudo exposcit ut quicquid inter sponsum & sponsam de futuris nuptiis fuerit definitum vel largitum, aut ex consensu parentum vel ipsorum, si sui juris sunt, scripturarum solemnitate firmetur. Idcirco ego ille, dum multis habetur percognitum quòd te illa unà cum consensu parentum vel amicorum nostrorum tua spontanea voluntate sponsavi, mihi complacuit ut aliquid de rebus meis per hunc titulum libelli dotis ante diem nuptiarum tibi confirmare deberem. quod ita & feci. Ergo dono tibi donatúmque esse volo locellum proprietatis meæ nuncupatum illum situm in pago illo, cum terris. & reliqua. totum & ad integrum, sicut à me præsente tempore videtur esse possessus, & in fabricaturis aurum tantum, argentum tantum, vestimenta. & reliqua. Hæc omnia, sicut jam superiùs dictum est, per hunc titulum libelli dotis, cùm dies nuptiarum advenerit, tibi sum impleturus vel traditurus; ita ut dum advixeris, secundùm legis ordinem teneas atque possideas, nostrisque qui ex nobis procreati fuerint filiis derelinquas. Si quis verò aut ego ipse, aut ullus quislibet persona fuerit qui contra hanc donationem aliquid agere vel calumniam generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, & insuper cui litem intulerit solidos centum componat, & hæc donatio meis vel bonorum hominum manibus roborata, cum stipulatione subnexa, firma permaneat.

Constitutio dotis.

LXXIX. Cum constet fœcunditatem humanæ prolis à protoplasto Domino præcipiente crevisse, *Crescite*, inquiente, *& multiplicamini*, atque ob adjutorium mulier de latere sumpta sit viri, dicente Domino, *Faciamus ei adjutorium simile sibi*, &, *idcirco relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, & ut certiùs humana fragilitas possit dignoscere bonum atque à Deo constitutum esse conjugium, ipse auctor redemptionis Christus Dei filius invitatus ad nuptias venit, ibique aquas in vinum mirabile convertit, ideoque ego in Dei nomine Gaufridus, præcedentium patrum vestigia sequens, unà cum consensu virorum illustrium propinquorum meorum, visum est mihi legibus copulare legitimum conjugium ad procreationem filiorum, atque in dotis titulum dare sponsæ meæ nomine Hisdemei, filiæ quondam Wtardi atque Osbrenæ, decrevi in præsentia virorum nobilium agere, studuíque ut ejus temporibus inconvulsum permanere queat. quod ita & feci. Ergo dono tibi donatúmque secundùm legem Salicam in tua dote à die præsenti jure legitimo in perpetuum esse volo, & de meo in tuum jus & dominationem trado atque transcribo, hoc est, mansum juris mei indominicatum, cum aliis quatuor mansis servilibus seu adspicientibus simul curtiferis, vineis arpennorum quatuor, silvis, viridigariis, pratis, campis, cultis vel incultis, pascuis, perviis, exitibus & regressibus, & reliquis adjacentiis, mobilibus & immobilibus, cum mancipiis utriusque sexus, quorum hæc sunt nomina. Giofredus & uxor sua donavit eam infantibus Geroldo & Abdone, necnon & Poppa. Magevvardus & uxor ejus Adalburgis cum filio suo nomine Burando, Isembertus, Aimbertus,

Petitus, Vltegerius, Alboinus, Olfardus, Lanceri & uxor ſua Sieberta, Airmannus, & conjux ejus Adalburgis, & filia eorum Ingeltrudis, Cathindes, Megevvardus, Pucellita, & Albutius. Qui præſcriptus manſus cum omnibus appendiciis eſt in pago Carnotenſe, in vicaria Ganegiacenſe, in loco qui dicitur Sicheri villa. Hæc omnia ſuperiùs comprehenſa die præſenti tibi ſum daturus vel traditurus, totum & inexquiſitum, ut quicquid exinde facere volueris, liberam & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem faciendi. Dono etiam tibi in præfixo pago vel in eadem vicaria, in loco qui dicitur Bonervilla, omnem medietatem, tam ex mancipiis quàm ex alode, quam ibi videor habere, hoc eſt, manſum unum cui adſpiciunt manſi ſerviles quatuor cum mancipiis quorum hæc ſunt nomina, Galaſtus, Ergarius, Paſcarius, Marlinus, Polita, & Amelberga, vineis arpennorum quatuor, pratis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, terris cultis & incultis, exitibus & regreſſibus, vel quicquid ibi adſpicit, omnem medietatem, tam in terris quàm in mancipiis, id eſt, manſum unum cum manſis quatuor ibi adſpicientibus, cum pratis arpennorum duorum, & medietatem Eccleſiæ Dei.

Traditio ad ſponſam.

LXXX. Dum multis habetur percognitum qualiter ego ille puellam aliquam nomine illam unà cum conſenſu parentum vel amicorum noſtrorum legibus ſponſavi, & aliquid de rebus meis ei donare ante diem nuptiarum diſpoſui, ideo placuit mihi ut de ipſis rebus miſſo ipſius puellæ nomine illi traditionem vel introductionem locorum ſecundùm legem Romanam facere deberem. quod ita & feci. Ergo trado ei & tradidiſſe me conſtat locellum proprietatis meæ nuncupatum illum, ſitum in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, & cetera quæ ſequuntur, aurum, argentum, veſtimenta. Hæc omnia ſuperiùs jam dicta tibi ill. ad vicem ſponſæ meæ trado, ita ut tempore nuptiarum in jam dictæ ſponſæ meæ veniant poteſtatem, ita ut ſecundùm legis ordinem teneat atque poſſideat. Et ſi contra hanc traditionem aliquis refragare voluerit, partibus ipſius puellæ ſol. tant. componat, & hæc traditio firma permaneat.

Si quando maſculus & femina in raptum conſenſerint, & infra quinquennium litigetur.

LXXXI. Notitia ſub quorum præſentia ibi veniens ille ante illum vel eos qui ſubter tenentur inſerti, accuſabat aliquem hominem nomine illum eò quòd &c. *ut ſuprà pag.* 487.

Charta compoſitionis, ſi aliquis puellam invitam traxerit.

LXXXII. Dulciſſimæ atque amantiſſimæ conjugi meæ nom. ill. ego ill. maritus tuus. Licèt ergo ut ego rapto ſcelere abſque voluntate parentum tuorum te mihi in conjugium viſus ſum ſociaſſe, unde vitæ periculum incurrere potui, niſi interveniſſent ſacerdotes vel reliquæ plures illuſtres perſonæ, qui nos ad pacis concordiam vel unanimitatem viſi ſunt revocaſſe. Qua de re convenit nobis ut de rebus proprietatis meæ tibi aliquid donationis cauſa condonare deberem. quod ita & feci. Ideoque per hanc epiſtolam compoſitionis, ſive per feſtucam & andelangum, dono tibi & donatum in perpetuo eſſe volo, id eſt, aliquam portiunculam meam in pago illo, in loco nuncupato illo, ſuper fluvio illo, hoc eſt, manſos tantos cum hominibus ibidem commanentibus vel adſpicientibus utriuſque ſexus, cum terris arabilibus, ſilvis, campis, pratis, cum inviis, perviis, omnia & ex omnibus, quicquid in ipſo loco poſſidere præſenti tempore viſus ſum, totum & ad integrum tibi per hanc chartulam compoſitionis dono, trado, atque transfirmo. Similiter dono tibi in auro vel argento ſolidos francos tantos. In tali verò tenore ut hæc omnia ſuperiùs nominata à die præſente habeas, teneas, atque poſſideas, poſteríſque noſtris ad poſſidendum relinquas, vel quicquid exinde facere volueris, liberam in omnibus habeas poteſtatem. Et ſi aliquis contra hanc epiſtolam compoſitionis venire aut eam irritam facere voluerit, inferat tibi tantum & aliud tantum quantum eo tempore ipſa portiuncula valuerit. Et inſuper publico fiſco auri uncias tantas, argenti libras tantas coactus exſolvat, & quod repetit nullatenus evindicet; ſed præſens hæc epiſtola compoſitionis omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnexa. Actum. & reliqua.

Alia charta compoſitionis.

LXXXIII. Viventibus patribus inter filios familias ſine voluntate eorum matrimonia non legitimè copulantur. Idcirco in Dei nomine ille, dulciſſima &c. *ut ſuprà pag.* 414. 477.

Libellus repudij.

LXXXIV. Certis rebus & probatis

causis inter maritum & uxorem repudiandi locus patet. Idcirco dum inter illum & conjugem suam illam non caritas &c. *ut suprà pag.* 423. 479.

Charta agnationis, si servus ingenuam trahat.

LXXXV. Ille illi feminæ. Illud non habetur incognitum qualiter servus meus nomine ille te absque parentum vel tua voluntate &c. *ut suprà pag.* 422.

Et si voluntaria servum accepit, dicis.

Omnibus non habetur incognitum qualiter servum meum nomine illum voluntaria secuta es &c. *ut suprà pag.* 422.

Alia charta agnationis.

LXXXVI. Omnibus non habetur incognitum qualiter te per voluntatem tuam servus juris mei nomine ille ad conjugium sociavit uxorem &c. *ut suprà pag.* 447.

Conculcatoria quam Abba facit ad hominem suum.

LXXXVII. Ego in Dei nomine, etsi peccator, venerabilis vir ille Abba de monasterio sancti illius, quod est in pago illo constructum. Dum & omnibus non est incognitum &c. *ut suprà pag.* 501.

Charta triscabina.

LXXXVIII. Ego in Dei nomine ille cogitans de Dei timore vel æterna bona retributione, propterea dilecta extranea puella nomine illa, licèt te servus meus nomine ille absque voluntate parentum tuorum te ad conjugium visus fuit sociasse, unde vitæ periculum incurrere debuit, si non quamplures extraneæ personæ vel etiam illustres viri hac de causa sæpius interveniissent, maximè verò quia tu infra noctes quadraginta secundùm legem Salicam visa es reclamasse, nunc igitur complacuit nobis atque convenit ut talem chartulam triscabinam seu ingenuitatis ipsi servo nostro nomine illo fieri vel firmare rogaremus, ut nullo unquam tempore in aliquod servitium inclinari non debeas. Sed & si aliqua agnatio de ipso servo nostro ex te apparuerit, in nullum servitium nec nobis nec heredibus ac proheredibus nostris nullatenus debeat adserviri; sed, sicut diximus, tantum quantum & agnatio tua, qui de ipso servo nostro procreati fuerint, omni tempore ingenui sint, & ingenui permaneant, tanquam si ab ingenuis parentibus fuissent procreati vel nati. Peculiare verò suum sive conlaboratum, quod præsenti tempore habere videntur, vel deinceps habere potuerint, sibi habeant concessum atque indultum. Mundeburdem vel defensionem ubicunque eligere voluerint, licentiam habeant eligendi. Sicut cives Romani, portas apertas habeant, pergántque partem quam voluerint ambulare. Et nulli heredum ac proheredum nostrorum tu & agnatio tua, sicut diximus, ullum deinceps reddere debeatis libertinitatis obsequium; sed magis hæc epistola trisсabina tam à me quàm ab heredibus meis defensata omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnexa. Actum.

Ut pro nativitate Regis ingenui relaxentur.

LXXXIX. Ille Rex viro inlustri illi Comiti. Dum & nobis divina pietas juxta votum fidelium & procerum nostrorum, de nativitate filij nostri &c. *ut suprà pag.* 396.

Epistola ingenuitatis.

XC. Ego in Dei nomine ille Domesticus, acsi indignus, glorioси Domni illius Regis super villas ipsius illas ex familia dominica illa. Dum generaliter ad omnes Domesticos Regis ordinatio processit pro nativitate domicilli nostri &c. *ut suprà pag.* 433.

INGENVITATES DIVERSO MODO FACTÆ.

Ingenuitas à die præsente.

XCI. Qui debitum sibi nexum relaxat servitium, præmium in futuro Dominum sibi tribuere confidat. Igitur ego in Dei nomine ille pro remedio animæ meæ vel æterna retributione &c. *ut suprà pag.* 475.

Item alio modo.

XCII. Qui debitum sibi nexum relaxat servitium, mercedem in futuro Dominum sibi retribuere confidat. Igitur ego in Dei nomine ille & conjux mea illa &c. *ut suprà pag.* 423.

Item alio modo post discessum.

XCIII. Dilecto suo illi aut illi. Pro respectu fidei ac servitij tui, quo mihi famularis, pro remissione peccatorum meorum &c. *ut suprà pag.* 424.

Item alio modo ingenuitas.

XCIV. Si aliquos ex servientibus nostris à jugo servitutis absolvimus, mercedem in futurum nobis ex hoc retribui confidimus. Igitur ego ille propter nomen Domini & retributionem æternam &c. *ut suprà pag.* 424.

Alio modo.

XCV. Dum omnipotens Deus nobis concedit in hoc seculo sanum corpus habere, pro salute animæ nostræ frequentiùs

cogitare debemus, ut aliquantulum de peccatis noſtris minuere mereamur. Itaque ego ille in Dei nomine &c. *ut ſuprà pag.* 444.

Alio modo.

XCVI. Qui debitum ſibi nexúmque ſervum relaxat, præmium ex hoc Dominum in æterna beatitudine retribuere confidat. Quapropter in Dei nomine ille cogitans Dei amorem vel æternam bonam retributionem, vernaculum juris mei nomine illum ab omni vinculo ſervitutis ad præſens abſolvo, ita ut ingenuus ſit & ingenuus permaneat tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſet procreatus vel natus. Peculiare verò ſuum quod habere videtur, vel deinceps elaborare potuerit, ſibi habeat conceſſum atque indultum. Mundeburdem vel defenſionem ubicunque ſibi eligere potuerit, licentiam habeat eligendi. Civis Romanus portis apertis eam pergat partem quam voluerit ambulare. Et nulli heredum ac proheredum meorum ullo unquam tempore reddat libertinitatis obſequium; ſed ipſe & agnatio ſua inpoſterum ſemper valeant permanere bene ingenui atque ſecuri. Et ſi quiſpiam deinceps. & reliqua.

Alia ingenuitas.

XCVII. Quoniam ſanctiſſimi Hludouici Imperatoris pietas, quam habet in animo, ea quærere & indagare non ceſſat quæ Dei potiſſimùm congruant voluntati &c. *ut ſuprà pag.* 439.

Alia ingenuitas.

XCVIII. Secundùm legem Romanam, nullatenus revocetur. * ſub die illo, regnante Domno noſtro illo Rege, Indictione illa, vir venerabilis ille Diaconus teſtatus eſt &c. *ut ſuprà pag.* 466.

Redemptionale.

XCIX. Dilectiſſimo mihi bene merito illi. Omnibus non habetur incognitum, ſed patefactum, quod tu quotidie in bonis partibus fideliter mihi deſervire non ceſſas &c. *ut ſuprà pag.* 462.

Epiſtola Regi mittenda pro libertate ſervi ſui impetranda.

C. Domino invictiſſimo atque glorioſo Regi illi ſancta Lingonenſis Eccleſia præſentem perpetuámque inceſſanter felicitatem devotiſſimis exorat precibus. Ad notitiam celſitudinis veſtræ perferre nos eccleſiaſtica provocat neceſſitas de promotione ſervi veſtri nomine illius ex loco juris veſtri nuncupato illo, de miniſterio illo, vel de beneficio illo, cujus gratia eruditus, & inter noſtræ, parvitatis ſtudia, ſcientia, vita, ac moribus pro modulo qualitatis quantitatíſve inſtructus, jam munus clementiæ veſtræ dandum nobíſque ſignificandum ejus de libertate expectantes, ad gradus eccleſiaſticos eum promovere veſtræ largitatis munificentia parati ſumus mox ut ſtatutam de eo veſtram canonicámve dignitatis ſenſerimus licentiam. Deus cœli & terræ univerſæque conditionis ad tutelam vos ſemper protegat Chriſtianam, ita ut hoc ævo veſtro ſuperexaltatam in omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ ſentiat cauſam.

Libertas civium Romanorum.

CI. Auctoritas eccleſiaſtica patenter admonet, inſuper & majeſtas regia canonicæ religioni aſſenſum præbet, ut quemcunque ſacros ad ordines ex familia propria promovere Eccleſia quæque delegerit, in præſentia ſacerdotum, Canonicorum ſimul & nobilium laicorum, ejus qui ſubjectus eſt manumiſſio ſub libertatis teſtamento ſolenniter roboretur. Idcirco ego in Dei nomine ille Epiſcopus quendam Eccleſiæ noſtræ famulum nomine illum ſacris ordinibus dignum, ad altaris cornu, nobilium virorum in præſentia, civem Romanum per hoc auctoritatis teſtamentum ſtatuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus atque ab omni ſervitutis vinculo ſecurus permaneat, tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſet procreatus vel natus, eam denique pergat partem quamcunque volens canonicè elegerit, habénſque portas apertas, ita ut deinceps nec nobis neque ſucceſſoribus noſtris ullum debeat noxiæ conditionis ſervitium neque aliquod libertinitatis obſequium; ſed omnibus diebus vitæ ſuæ ſub certa pleniſſimáque ingenuitate, ſicut alij cives Romani, per hunc manumiſſionis atque ingenuitatis titulum bene ſemper ingenuus atque ſecurus exiſtat. Suum verò peculiare quod habet, aut quod abhinc aſſequi potuerit, faciat inde ſecundùm canonicam auctoritatem liberè quicquid voluerit. Et ut hoc teſtamentum atque ingenuitatis auctoritas inviolabilem intervullámque obtineat firmitatem, manu propria firmavi. Sacerdotes quoque & Canonicos necnon & laicos nobiles præſentes ſimiliter ſubter firmare rogavi.

Denariale præceptum.

CII. Ille Rex Francorum vir inluſter. Quia fidelis noſter nomine ille veniens ante nos vel procerum noſtrorum præſen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiam jactante denario secundùm legem Salicam servum suum nomine illum dimisit ingenuum &c. *ut suprà pag.* 387.

Ingenuitas quam potest servus ad alium servum facere.

CIII. Dominus inquit in evangelio: *Dimittite, & dimittetur vobis.* Ideoque in Dei nomine ille, quamvis omnium servorum Dei famulus, tamen unà cum permissione domini mei illius Episcopi vel illius Abbatis vernaculum meum nomine illum, quem ego dato pretio ab homine illo visus sum comparasse, per hanc chartulam ingenuitatis ingenuum esse censeo & liberum esse concedo, ita ut à die præsente ingenuus sit & ingenuus permaneat tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus vel natus. Peculiare verò suum sive conlaboratum quod habet, seu deinceps elaborare potuerit, sibi habeat concessum atque indultum. Mundeburdem vero vel defensionem ubicunque infra potestatem sancti illius eligere voluerit, licentiam habeat eligendi, & nulli heredum ac proheredum meorum reddat libertinitatis obsequium; sed, sicut dixi, semper valeat permanere bene ingenuus atque securus. Et si postmodum quispiam contra hanc ingenuitatem venire aut eam calumniari præsumpserit, cui litem intulerit, auro uncias tantas, argento libras tant. coactus exsolvat, & quod repetit nullum obtineat effectum, sed præsens ingenuitas omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnexa. Actum. & cetera.

Relatio pagensium ad Regem directa.

CIV. Suggerendum piissimo atque præcellentissimo Domno illo Rege & Majore domus illius à servis vestris pagensibus illis quorum vel subscriptiones vel signacula subter tenentur inserta. Principalitatis vestræ circumspecta clementia &c. *ut suprà pag.* 393.

Præceptum quorum ab hostibus vel alio modo fuerint instrumentæ incensa.

CV. A regali necesse est releventur clementia qui damnietatem ab hostibus vel violentiam sunt passi. Igitur fidelis Deo propitio noster ille clementiæ &c. *ut suprà pag.* 391.

Relatum quod dicitur apennis.

CVI. Mos nobilium Romanorum adsuevit, & ratio jure deposcit, ut si cujuscunque domus igne cremetur, per seriem scripturarum chartulam relationis, quæ dicitur apennis, recipiat. Quamobrem cum quadam die inlustris Comes ille &c. *ut suprà pag.* 460.

Confirmatio civium in eo qui ab hostibus est deprædatus vel ab igne concrematus.

CVII. Consuetudine hujus loci vel etiam legis terrenæ justitia constat esse prospectum ut quicunque ab incendiis vel hostibus seu à latrombus perpessus est dispendium &c. *ut suprà pag.* 484.

Alio modo.

CVIII. Suggerendum Domino piissimo & præcellentissimo illi glorioso Regi, nos servientes vestri pagenses illius, quod veraciter cognovimus, vobis innotescere præsumpsimus. Homo aliquis nom. ill. nobis dixit eò quòd casa sua vel instrumenta sua chartarum, tam venditionis, cautionis, obnoxiationis, judicij, cessionis, vel donationis, seu & reliqua strumenta chartarum ab igne ibidem cremassent, quod & judex vel vicini pagenses ipsius taliter nobis dixerunt vel testimoniaverunt quòd ad hoc videndum accesserant, & sic verò actum erat. Proinde quod exinde cognovimus, vobis innotuimus. Domine, nostrum est ad suggerendum, vestrum est ad ordinandum quid ipse exinde agere debeat.

Prologus de judicio Regis ubi duo causantur.

CIX. Cui Dominus regendi curam committit, cunctorum jurgia diligenti examinatione rimari oportet, ut juxta propositiones vel responsiones aliqua inter alterutrum salubris donetur sententia &c. *ut suprà pag.* 388.

Commonitorium ad Episcopum.

CX. Domino sancto & apostolica sede colendo Domno & in Christo patri illi Episcopo ille Rex. Deo propitio fidelis noster ille &c. *ut suprà pag.* 389.

Indiculus ad laicum.

CXI. Ille Rex vir inluster illi. Fidelis noster ille ad præsentiam nostram veniens nobis suggessit quasi vos eum nulla manente causa in via adsalliffetis &c. *ut suprà pag.* 390.

Indiculus ad Episcopum pro alio distringendo.

CXII. Domino sancto & apostolico Domno & patri illi Episcopo ille Rex. Veniens ille ad præsentiam nostram suggessit quasi Abba vester aut Clericus &c. *ut suprà pag.* 389.

Indiculus ad Comitem pro alio homine distringendo.

Ille Rex vir inluster illi Comiti. Fidelis Deo propitio noster ille ad præsentiam nostram veniens clementiæ regni nostri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuggeſſit quòd pagenſis &c. *ut ſuprà pag.* 389.

De diviſione ubi Miſſus eſt Regis.

CXIV. Dum & diviſio & exæquatio inter illum & illum ſeu conſortes eorum de alode illo aut de agro illo celebrari debet &c. *ut ſuprà pag.* 386.

De cauſis alterius recipiendis.

CXV. Fidelis Domino propitio noſter ille ad noſtram veniens præſentiam ſuggeſſit nobis eò quòd propter ſimplicitatem ſuam cauſas ſuas minimè poſſit proſequere vel admallare &c. *ut ſuprà pag.* 387.

Formula citationis.

CXVI. Quoniam imperialibus ſanctionibus cautum eſt ut abſentes, contra quos actiones exercere cupiunt, in judicio copiam ſui facere edictis citentur, idcirco ego judex has admonitorias tibi delego, quatenus in judicio præſentiam tui facias, intentionémque actoris ſuſcipias, eíque oppoſitiones legum atque exceptiones objicias.

Editio legibus comprehenſa.

CXVII. Lex Romana pro utilitate humani generis expoſcit ut ſi quando cujuſcunque injuſta appellatio comprobatur, ſumptus quos poſt appellationem adverſarium ſuum accuſator compulit ſuſtinere &c. *ut ſuprà pag.* 485.

Si de homicidio accuſatio proceſſerit, ſecundùm hanc ſententiam inſcriptio celebretur.

CXVIII. Quicunque alium de homicidij crimine periculoſa vel capitali objectione pulſaverit &c. *ut ſuprà pag.* 485.

Relatio cum judicio.

CXIX. Auctoritate legis præceptum eſt ut in toto litis termino requiratur per quem orta eſt contentio, & ſi alium ad rapinam faciendam adgreditur &c. *ut ſuprà pag.* 485.

Breve ſacramenti.

CXX. Sacramentum qualiter ingreſſus eſt ille in Eccleſiam ſancti illius in loco nuncupato illo ſub præſentia illius judicis vel bonorum virorum qui ſubter tenentur inſerti &c. *ut ſuprà pag.* 486.

Securitas pro homicidio facto, ſi ſe pacificaverit.

CXXI. Domino fratri illi. Dum inſtigante adverſario, quod non debueras, germanum noſtrum illum viſus es interfeciſſe &c. *ut ſuprà pag.* 417.

Alia ſecuritas.

CXXII. Non minima ſed maxima vertente diſcordia inter illum & illum, & ille veniens ante ill. & ill. repetivit ipſe ill. adversùs ipſum ill. eò quod genitorem ſuum &c. *ut ſuprà pag.* 449.

Alia ſecuritas.

CXXIII. Non minima ſed maxima vertente diſcordia inter ill. & ill. veniens in locum ill. ante bonos homines repetebat ipſe ill. cauſam ſuam vel conjugis &c. *ut ſuprà pag.* 463.

Alia ſecuritas.

CXXIV. Dum & pleriſque vel omnibus non habetur incognitum qualiter homo aliquis nomine ille hominem illius Epiſcopi ſive Abbatis nomine illum inſtigante diabolo, peccatis facientibus, malo ordine interfecit, unde vitæ periculum incurrere debuit. Sed poſtquam venit iſdem homicida coram ipſo Pontifice, vel coram illo Comite, ſeu quampluribus magnificis viris quorum nomina ſubter tenentur inſerta, percunctati ſunt ab eo utrum ille hoc quandoque perpetratum haberet, an non. Iſdem verò homo, qui ex hoc inquirebatur, præſens aderat, & hanc cauſam nullatenus denegabat; ſed magis exinde confeſſus fuit, ſcilicet quòd hominem ipſius Epiſcopi vel illius Abbatis, unde inquirebatur, interfeciſſet. Hac igitur de cauſa judicatum eſt ei ab ipſo Comite vel ab ipſis Scabinis & pagenſibus loci illius ut illam leudem, quod ſunt ſolidi tanti, pro ſuo vvadio ponere deberet. quod ita & fecit. Poſtea verò neceſſe fuit ut ipſi homini, qui ipſam leudem ponere viſus eſt, talem epiſtolam ſecuritatis per manus eorum firmatam ab ipſo Pontifice vel ab ipſo Comite ſeu ab aliis illius loci pagenſibus accipere deberet, ut in poſtmodum de illo homicidio, quod tunc componere viſus eſt, ſecurus valeat reſidere. Et ſi poſtea aliquis exſtiterit, quæcunquelibet perſona, qui ipſum hominem de hoc remallare voluerit, ipſi fratres vel ſucceſſores ipſius, ſeu agentes ejus, qui hanc compoſitionem accipere viſi ſunt, ipſum hominem contra quemlibet defenſare debeant; & ſi hoc facere non potuerint, reſtituere debeant tantum quantum dedit. Complacuit itaque tam ipſi Pontifici quàm ipſi Comiti ſeu aliis quampluribus magnificis viris ut talem ſecuritatem ipſi homini facerent, ſicuti & fecerunt. Et ſi aliquis poſtmodum eum de compoſitione remallare voluerit, ut ipſe Epiſcopus vel ſucceſſores ejus ſeu agentes ipſum hominem de hac cauſa omnino defenſare debeant, aut reſtituere ei debeant tantum quantum dedit. Actum. & cetera.

Alia

Alia securitas.

CXXV. Cùm resedisset inlustèr vir ille Comes in illo mallo publico ad universorum causas audiendas vel recta judicia terminanda, ibique veniens &c. *ut suprà pag.* 499.

Securitas in eum qui per jussum Regis aliquem persequitur.

CXXVI. Qui regiæ obtemperat jussioni, experiri malum in posterum à quolibet non debet. Igitur cùm & ille cum reliquis paribus suis, qui eum secuti fuerunt, faciente rebello illum interfecit &c. *ut suprà pag.* 391.

Venditio de re.

CXXVII. Magnifico in Christo fratri illi emptori, ego venditor ille. Constat me tibi non imaginario jure, sed propria vel spontanea voluntate vendidisse, & ita vendidi, tradidisse, & ita tradidi, hoc est, aliquam rem meam in pago illo, in loco nuncupato illo, super fluvio illo, id est, mansum unum qui mihi ex parte genitoris seu genitricis hereditario jure successit, cum omni ædificio suprapositò, necnon de terra arabili ad ipsum mansum adspiciente vel pertinente bunuaria tanta, similiter & de prato bunuaria tanta, vel quicquid ad ipsum mansum pertinere dinoscitur, totum & ad integrum tibi per hanc chartulam venditionis sive per festucam atque per andelangum dono, trado, atque perpetualiter in omnibus transfirmo. Vnde accipere à te visus sum pretium, id est, solidos valentes tantos, in quo mihi complacuit atque convenit. Et pro ipso pretio, sicut superiùs dixi, ipsum mansum tibi coram pluribus testibus tradidi atque delegavi; in ea verò ratione ut à die præsente hoc habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid exinde facere volueris, liberam ac firmissimam in omnibus habeas potestatem. Et si quispiam deinceps, quod futurum esse non credo, sive ego ipse, quod absit, aut ullus de heredibus, seu quælibet persona, contra hanc chartulam venditionis venire aut eam calumniari præsumpserit, cui litem intulerit, auro uncias tantas, argento libr. tantas coactus exsolvat, & insuper quod repetit nullum obtineat effectum, sed præsens venditio ista tam à me quàm ab heredibus meis defensata omni tempore firma & stabilis permaneat, cum stipulatione subnexa. Actum.

Venditio de villa.

CXXVIII. Domino fratri illi, ego ille. Licèt empti venditique contractus sola pretij adnumeratione & rei ipsius traditione consistat &c. *ut suprà* 418.

Venditio de area infra civitatem.

CXXIX. Domino sancto & apostolico Domino & patri illi Episcopo. Constat me nullius coactum imperio, neque imaginario jure &c. *ut suprà pag.* 418.

Venditio de terra.

CXXX. Domino magnifico fratri illi emptori, ego in Dei nomine ille venditor. Constat me non imaginario jure, nec ullius coactum imperio, sed propriæ voluntatis meæ arbitrio tibi vendere &c. *ut suprà pag.* 497.

Venditio infra emunitatem Ecclesiæ vel fisci.

CXXXI. Magnifico fratri illi, ego ille. Constat me tibi vendidisse, & ita vendidi, infra terminum terræ sancti illius, in loco nuncupato illo, campum vel vineam juris mei habentem aripennes tantos, éstque de uno latere & fronte terra illius, de alio vero latere & fronte terra illius. Vnde accepi à te pretium quod mihi bene complacuit, valentes solidos tantos; ita ut ab hodierno die quicquid de suprædicta re facere volueris, liberam habeas potestatem, salvo jure ipsius sancti. Et si fuerit aut ego ipse. & reliqua.

Venditio de servo.

CXXXII. Domino magnifico fratri illi emptori, ego in Dei nomine ille venditor. Constat me non imaginario jure, nec ullo cogentis imperio &c. *ut suprà pag.* 497.

Alia venditio de servo aut ancilla.

CXXXIII. Domno fratri illi, ego ille. Constat me vobis vendidisse, & ita vendidi, servum juris mei aut ancillam nom. ill. non furem, non fugitivum, neque cadivum &c. *ut suprà pag.* 419.

Qualiter homo ingenuus semetipsum venumdet.

CXXXIV. Domino semper meo illi, ego ille. Placuit mihi ut statum ingenuitatis meæ in vestrum obnoxiarem servitium. quod ita & feci &c. *ut suprà pag.* 474.

Qui in servitium alterius se obnoxiat.

CXXXV. Domino mihi proprio illi, ille. Dum instigante adversario, fragilitate mea prævalente, in casus graves cecidi, unde mortis periculum incurrere poteram. Sed dum vestra pietate me &c. *ut suprà pag.* 421.

Alia obnoxiatio.

CXXXVI. Domino fratri ill. & ill. Omnibus non habetur incognitum qua-

liter me gravis neceſſitas & anatas peſſima oppreſſerunt, ut minimè habeam unde vivere vel me veſtire poſſim. Propterea ad petitionem meam mihi non denegaſtis, niſi ut in ſumma neceſſitate mea argentum vel amictum valentem ſolidos tantos in manu mea mihi dediſti, & ego minimè habeo unde ipſos ſolidos tuos tibi reddere queam. Propterea obnoxiationem de capite ingenuitatis meæ in te fieri & adfirmare rogavi, ut quicquid de mancipio tuo originali facis, tam vendendo, commutando, diſciplinam imponendo, ita & de me ab hodierno die liberam & firmiſſimam in omnibus poteſtatem faciendi habeas. Si quis verò, quod nec fieri credo. & reliqua.

Alia obnoxiatio.

CXXXVII. Domino meo ſemper, ego ille. Non eſt incognitum qualiter infligante parte adverſa mihi contigit quòd ego caballum ab homine aliquo &c. *ut ſuprà pag.* 466.

Epiſtola collectionis.

CXXXVIII. Nos quoque in Dei nomine matricularij ſancti illius, dum matutinis horis ad oſtia ipſius Eccleſiæ obſervanda conveniſſemus, ibi infantulum ſanguinolentum &c. *ut ſuprà pag.* 474.

Concambium de villa.

CXXXIX. Inter quos caritas inlibata permanſerit, pars parti beneficia opportuna præſtat. Ideo placuit atque convenit inter venerabilem virum illum ex permiſſo apoſtolico viro illo &c. *ut ſuprà pag.* 419.

Commutatio de terra.

CXL. Inter quos caritas inlibata permanſerit, pars pari ſuo opportuna & congrua beneficia non denegabit. Ideoque auxiliante Domino noſtro placuit atque convenit inter illum & illum &c. *ut ſuprà pag.* 446.

Concambiatura inter duos Abbates.

CXLI. Placuit auxiliante Domino atque convenit inter venerabilem virum illum Abbatem de monaſterio illo vel congregationem monaſterij ſui, necnon &c. *ut ſuprà pag.* 503.

Cautiones diverſo modo factæ.

CXLII. Domino mihi propitio illi. Dum ad meam petitionem, neceſſitatem meam ſupplendo, veſtra bonitas habuit ut ſolidos tantos de rebus veſtris mihi præſtaretis, ideo per hoc vinculum cautionis ſpondeo &c. *ut ſuprà pag.* 421.

Item alia.

CXLIII. Domino ſuo illi. Conſtat me à vobis accepiſſe, & accepi, debere & debeo, hoc eſt, ſolidos tantos. Pro quibus ſolidis ſpondeo me, quandiu poſt me ipſos retinuero, annis ſingulis per ſingulos ſolidos ſingulos triantes &c. *ut ſuprà pag.* 421.

Item alia.

CXLIV. Domino fratri illi, ego ille. Quatenus neceſſitatem meam ſupplendo ſolidos veſtros numero tantos mihi ad beneficium præſtitiſtis, ideo juxta quod &c. *ut ſuprà pag.* 421.

Item alia.

CXLV. Domino fratri illi. Ad petitionem meam mihi non denegaſti, niſi ut in ſumma neceſſitate mea argentum vel amictum valentem ſolidos tantos in manu mea ad præſtitum beneficium mihi præſtitiſti &c. *ut ſuprà pag.* 445.

Alia.

CXLVI. Magnifico fratri illi, ego ille. Ad meam petitionem veſtra decrevit voluntas ut mihi beneficium de rebus veſtris illis in annos tantos facere juberetis &c. *ut ſuprà pag.* 475.

Cautio de vinea.

CXLVII. Domino fratri illi, ego ille. Ad petitionem meam mihi non denegaſti, niſi ut in ſumma neceſſitate mea argentum & amictum valentem ſolidos tantos in manu mea ad præſtitum beneficium mihi dediſti. Propterea oppignoro &c. *ut ſuprà pag.* 463.

Evacuatoria.

CXLVIII. Domino fratri illi. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos ſolidos noſtros numero tantos ad beneficium accepiſti &c. *ut ſuprà pag.* 494.

Alia evacuatoria.

CXLIX. Fratri illi. Omnibus non habetur incognitum quòd ego ad petitionem tuam ſolidos tantos ad præſtitum beneficium in manu tua tibi præſtiti &c. *ut ſuprà pag.* 454.

Si aliquis rem alterius, quam excolit, ad proprietatem facire vult, ſed non poteſt, & poſtea eam precariaverit.

CL. Domino inluſtri illi & mihi propitio Domino illi. Dum per malorum hominum conſilium, quod non debueram, de terra veſtra in loco nuncupato illo, quam excolere videor, avellere amavi & ipſam terram ad proprietatem facire, & non potui, quod nec ratio præſtitit, & vos vel agentes veſtri eam ad partem ve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtram revocaſtis, vel nos exinde ejeciſtis, ſed poſtea ad petitionem bonorum hominum nobis eam ad excolendum reddidiſtis, propterea hanc precariam dominationi veſtræ emittimus, ut quandiu vobis placuerit ut eam teneam, abſque ullo veſtro præjudicio, quicquid reliqui accolani veſtri faciunt, nos reddere ſpondemus. Quòd ſi non fecerimus, & in hoc negligentes, tardi, aut contumaces fuerimus, publicè per hanc precariam, ac ſi ſemper per quinquennium renovata fuiſſet, condemnati, ut lex præſtitit tardis & negligentibus, de ipſa terra nos pontificium habeatis ejiciendi. Facta precaria ibi ſub die illo, anno illo, illo Rege.

Ceſſio.

CLI. Latorum legum auctoritas & Principum decreta ſanxerunt ut unuſquiſque, dum manet in corpore, de propria quam poſſidet facultate ſi quid alteri conceſſerit, voluntatem ſuam geſtibus aut teſtibus aut ſcriptura profiteatur, ut perennibus temporibus inviolata permaneat. Igitur ego in Dei nomine ille tibi fideli noſtro cedo à die præſente &c. *ut ſuprà pag.* 471.

Traditio cuicunque tradere voluerit.

CLII. Latores legum ſanxerunt ut qui de jure proprio alicui aliquid tradere voluerit, hoc coram pluribus teſtibus per ſcripturarum firmiter ſeriem faciat obligari, ut in ævum inconvulſum valeat permanere. Idcirco ego in Dei nomine ille venerabili viro illi. Dono ſiquidem tibi per hanc chartulam traditionis, ſive per feſtucam atque per andelangum, aliquam rem meam in pago illo, in loco nuncupato illo, ſuper fluvium illum, id eſt, manſos tantos, cum hominibus ibidem commanentibus vel adſpicientibus, cum terris arabilibus, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, vel quicquid in ipſo loco noſtra videtur eſſe poſſeſſio vel dominatio, in ea verò ratione ut ab hac die hoc habeas, teneas, atque poſſideas, vel quicquid exinde facere volueris, liberam in omnibus habeas poteſtatem. Et ſi quis deinceps, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe, quod abſit, aut ullus quiſlibet de heredibus meis, ſeu quælibet extranea perſona, contra hanc traditionem à me ſponte factam aliquam calumniam generare præſumpſerit, exſolvere faciat dupliciter quantum eo tempore ipſa res valere dignoſcitur, & quod repetit nullo modo evindicare prævaleat, ſed magis præſens hæc chartula tam à me quàm ab aliis bonis hominibus roborata omni tempore firma permaneat, cum ſtipulatione interpoſita. Actum.

Traditoria de terra.

CLIII. Veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, ante bonos homines qui ſubter firmaverunt, terram illam, id eſt &c. *ut ſuprà pag.* 447.

Alia traditoria de venditione.

CLIV. Notitia qualiter & quibus præſentibus veniens homo aliquis nomine ille Miſſus illuſtris viri illius ſuper fluvio illo, in loco qui dicitur ille, illum manſum &c. *ut ſuprà pag.* 448.

Alia traditio.

CLV. Notitia loco traditionis, qualiter vel quibus præſentibus traditionis ante eos qui ſubter firmaverunt, ibique veniens homo aliquis nomine ille illas res vel villas illas, quas ipſe ante hos dies per ſuam epiſtolam donationis ad monaſterium illud in honorem ſanctorum illorum conſtructum, ubi Dominus ille Abba præeſſe videtur, à die præſente ad integrum conceſſit & confirmavit (jam nomina ill.) per portas & per oſtia, & dictam donationem ad Miſſum de ſupradicto monaſterio vel dicti Abbatis nomine illum viſus fuit per omnia & in omnibus, quantum illa epiſtola commemorat & inſertum eſt, conſignavit, tradidit, & veſtivit, & per durpilum & feſtucam ſibi foras exitum alienum vel ſpoliatum in omnibus eſſe dixit, & omnia vvirpivit, his præſentibus. Actum fuit ibi. & reliqua.

Alia traditoria.

CLVI. Notitia traditionalis, vel quibus præſentibus venit homo aliquis nomine ille ad illum manſum, quem ante hos dies per chartulam venditionis ad filium ſuum adfirmavit per oſtium & anatalia, per herbam & vitem ei viſus tradidiſſe vel conſignaſſe, & exitum inde ſe fecit, his præſentibus. & reliqua.

Carta audientialis.

CLVII. Cùm in noſtra vel procerum noſtrorum præſentia homo nomine ille hominem aliquem nomine illum interpellaſſet, dum diceret quòd ſervo ſuo nomine illo una cum rauba ſua &c. *ut ſuprà pag.* 396.

Judicium evidentale, ſive charta jactiva.

CLVIII. Veniens ille in noſtram vel procerum noſtrorum præſentiam, ſuggeſſit quòd homo nomine ille pagenſis veſter eum in villa, nulla manente cauſa, adſalliſſet &c. *ut ſuprà pag.* 395.

Indiculus regalis de jactivis.

CLIX. Ille Rex Francorum vir inluſtr. Cùm nos in Dei nomine in palatio noſtro ad univerſorum cauſas audiendum vel recta judicia terminandum &c. *ut ſuprà pag.* 455.

Notitia de homine mortuo.

CLX. Notitia qualiter & quibus præſentibus veniens homo aliquis nom. ill. in pago illo, in loco qui dicitur ille, in mallo publico, ante ipſum Comitem &c. *ut ſuprà pag.* 451.

Notitia de ſervo.

CLXI. Notitia qualiter & quibus præſentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, ſeu in mercado &c. *ut ſuprà pag.* 448.

Notitia de ſervo quem colonus comparat.

CLXII. Notitia qualiter vel quibus præſentibus veniens magnificus vir ille die illo in illa civitate in mallo publico ante illuſtrem virum illum Comitem &c. *ut ſuprà pag.* 438.

Notitia de colonitio.

CLXIII. Notitia qualiter & quibus præſentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo in mallo publico ante virum ill. Comitem vel reliquos &c. *ut ſuprà pag.* 452.

Notitia de colono evindicato.

CLXIV. Veniens homo aliquis nom. ill. advocatus ill. de monaſterio ſancti illius vel illius Abbatis de ipſo monaſterio die illo in mallo publico ante illuſtrem illum virum illum Comitem &c. *ut ſuprà pag.* 437.

Alia notitia de colono evindicato.

CLXV. Notitia qualiter vel quibus præſentibus veniens homo aliquis nomine ille advocatus ſancti illius de monaſterio illo & illius Abbatis in civitate illa in mallo publico ante illuſtrem virum illum Comitem &c. *ut ſuprà pag.* 435.

Sacramentale.

CLXVI. Veniens advocatus ſancti illius de monaſterio illo, ſeu & illius Abbatis de prædicto monaſterio illo, in mallo publico ante inluſtrem virum illum Comitem &c. *ut ſuprà pag.* 435.

Iudicium evindicationis de colono.

CLXVII. Cùm reſediſſent venerabilis ille Abba & inluſter vir ille in villa illa in pago illo, ubi ille Comes eſſe videtur, per juſſionem Domni & glorioſi illius Regis &c. *ut ſuprà pag.* 437.

Aliud judicium evindicati.

CLXVIII. Ille Rex vir inluſtris. Veniens ante nos homo nomine ille ibi in palatio noſtro placitum ſuum legibus cuſtodivit, quod habebat apud hominem aliquem nomine illum, quem per ſuam feſtucam ante nos viſus fuit adrhamiſſe. Sed nuncupatus ille ad placitum ſuum non venit, nec ipſum ſacramentum juravit, neque juratores ſui nec ullus fuit teſtator qui ſunia nuntiaſſet. Proinde nos taliter unà cum fidelibus noſtris, id eſt, illis & reliquis quampluribus, viſi fuimus judicaſſe ut dum ipſe ille tale ſacramentum habuit adfirmatum, & ipſum nullatenus juravit, nec ipſe nec juratores ſui, ſed exinde ſe jectivum in omne dimiſit, propterea jubemus ut dum hanc cauſam ſic actam vel perpetratam eſſe cognovimus, ut ipſe ille ipſas res in loco illo contra ſuperiùs nuncupatum illum omni tempore habeat evindicatas atque ejudicatas, & ſit inter ipſas poſtmodum ex hoc omníque tempore ſublata cauſatio. Datum quod fecit menſis ill. dies tantus.

Iudicium ſeu notitia.

CLXIX. Dum reſideret Comes ille in mallo ſuo publico ad univerſorum cauſas audiendas vel recta judicia definienda, ibíque veniens advocatus illius Epiſcopi aliquem hominem nomine illum interpellabat, dum diceret eò quòd de capite ſuo legibus eſſet ſervus ipſius Eccleſiæ vel ipſius Epiſcopi, & propter hoc de ipſo ſervitio negligens atque jectivus adeſſe videretur quod genitor ſuus vel genitrix ſua aut avus ſuus aut avia ſua fecerunt. Sed ipſe vir præfatus in præſente adſtabat, & hanc cauſam in omnibus denegabat, quòd nec ipſi Epiſcopo nec ipſi Eccleſiæ Dei ſecundùm legem nullum ſervitium agere deberet, eò quòd de parte paterna aut de materna ſecundùm legem ingenuus eſſe videretur. Sed ipſi Scabini, qui tum ibidem aderant, ei viſi fuerunt judicaſſe ut ſupra noctes quadraginta cum duodecim Francis, ſex de parte paterna, & ſex de materna, in Eccleſia illa jurare debuiſſet quòd de parte paterna aut de materna ſecundùm legem Salicam ingenuus eſſe videretur. Ipſis verò noctibus expletis, venientes utique ad Eccleſiam illam, viſus eſt ipſe homo eſſe jectivus, eò quòd non potuit ipſum ſacramentum explere ſicut ei fuit judicatum.

Notitia de terra evindicata.

CLXX. Notitia qualiter vel quibus præſentibus veniens venerabilis vir ille Abba de monaſterio illo, die illo, in loco

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illo, ante illustres viros magnificos &c. *ut suprà pag.* 439.

Indiculus si quis in præsentia Regis auctor fuerit.

CLXXI. Ille Rex illi Comiti. Veniens ille aut Missus ipsius in persona sua ibi in palatio nostro, clementiæ regni nostri suggessit quòd homo aliquis nomine ille villam suam illam in pago illo, quicquid ibidem visus fuit tenuisse, per venditionis titulum accepta pecunia sua eidem visus est distraxisse, & ea ad præsens possidere videtur. Sed dum & ipse ille ad præsens adstabat, interrogatum est ei à nobis vel à proceribus nostris si ipsam venditionem, quam ipse ille de suprascripta re in præsente proferebat, de nomine ejus fecisset, aut memoratam rem vendidisset, aut auctor eidem esse voluisset. Sed taliter in nostra præsentia memoratus ille professus est, quòd & ipsam venditionem fecerat, & pretium de suprascripta re, quod ipsa venditio continebat, acceperat, & auctor eidem ex hoc & ad præsens & inantea, si ei necessitas contigisset, & erat & esse volebat. Ideo dum taliter coram nobis professus est, per præsens jubemus ac decernimus præceptum ut memoratus ille ipsam villam in jam dicto loco in integritate, & quicquid per ipsam venditionem accepisset, absque contrarietate vel repetitione illius aut heredum suorum quieto ordine debeat possidere, vel quicquid exinde facere ipse aut heredes sui decreverint, libero potiatur arbitrio.

Notitia de cruce evindicata.

CLXXII. Dum & omnibus non est incognitum qualiter veniens homo aliquis nomine ille ante Vicarium inlustris viri illius Comitis &c. *ut suprà pag.* 501.

Notitia sacramentalis.

CLXXIII. Notitia qualiter & quibus præsentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo in basilica sancti illius, ubi plurima sacramenta percurrere videntur, ante virum magnificum illium &c. *ut suprà pag.* 453.

Notitia de herbis maleficis.

CLXXIV. Notitia qualiter & quibus præsentibus veniens femina aliqua nomine illa in pago illo in mallo publico, in basilica sancti illius, ante illos & illos & alios quamplures bonos homines &c. *ut suprà pag.* 453.

Cautio de clavibus.

CLXXV. Dum & pluribus hominibus est patefactum qualiter in Dei nomine ille veniens in placitum ante quamplures bonos homines adversùs hominem nomine illum repetebat ei dum diceret &c. *ut suprà pag.* 502.

Indiculus regalis.

CLXXVI. Ille Rex Francorum vir inluster. magnifico Comiti illi. Cognoscas quia iste præsens missa petitione nobis suggessit quòd homo aliquis nomine ille res suas in vestro ministerio &c. *ut suprà pag.* 452.

Item alius indiculus.

CLXXVII. Dominis sanctis in Christo patribus omnibus Episcopis, seu & venerabilibus omnibus Abbatibus, atque inlustribus viris, seu & viris magnificis Domesticis, Vicariis, Centenariis, etiam paribus & amicis nostris, seu & Missis nostris discurrentibus, ille Rex Francorum vir inluster. Cognoscatis quòd iste præsens ille ad nos venit, & nostram commendationem expetivit habere, & nos ipsum gratanti animo recepimus vel retinemus. Propterea omnino vos rogamus atque jubemus ut neque vos neque juniores neque successores vestri ipsum vel homines suos, qui ad ipsum legitimè spectare videntur, inquietare nec condemnare nec de rebus suis in ullo abstrahere nec dismannire præsumatis, nec facere præcipiatis. Et si talis causa adversùs eum surrexerit aut orta fuerit (* & ibidem adimpletis vos absque eorum in quo dispendio minimè definita fuerit, quod ante nos separare vel reservatas *) & talis causa ante nos finitivam accipiat sententiam. Et ut certiùs credatis, manu nostra subter firmavimus, & de anulo nostro sigillavimus.

Mandatum.

CLXXVIII. Domino fratri illi. Precor & supplico dominationi vestræ, dum & causam pro alode (aut qualemcunque) cum homine nomine illo in palatio aut ubilibet habere videor &c. *ut suprà pag.* 423.

Alio modo.

CLXXIX. Magnifico fratri illi, ego ille filius illius. Rogo, supplico, atque tuæ caritati injungo ut ad vicem meam civitatem illam adeas, & donationem illam &c. *ut suprà pag.* 470.

Mandatum qualiter maritus negotium uxoris prosequatur.

Dum & humana prodidit utilitas, & lex Romana exposcit, ut quicunque uxoris suæ negotium fuerit prosequutus, quam-

vis maritus sit, nihil aliud agat &c. *ut suprà pag.* 479.

Aliud mandatum.

CLXXXI. Domino magnifico fratri illi, ego ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter me senectus adgravat, & infirmitas domat, ut causas meas minimè valeam prosequi vel admallare. Propterea precor & supplico caritati tuæ &c. *ut suprà pag.* 449.

Aliud mandatum.

CLXXXII. Legibus institutum est & consuetudine per tempora conservatum ut quicunque advocatum instruere velit, mandato legaliter dato atque sollemniter confirmato eum instruere debeat &c. *ut suprà pag.* 441.

Aliud mandatum.

CLXXXIII. Magnifico fratri illi, ego ille. Omnibus non habetur incognitum quàm me gravis ægritudo domet, ut eleemosynam meam minimè valeam procurare. Propterea rogo caritatem tuam ut propter Deum de rebus meis in vice mea eleemosynam facere vel dispensare debeas. Pro hoc trado tibi à die præsente omnes res meas in pago illo, in loco cujus vocabulum est ille, id est, terris, mansis, domibus, ædificiis, quantumcunque visus sum tenere, totum & ad integrum, quicquid dici aut nominari potest, tam de alode, aut de comparato, vel de quolibet adtractu, in quibuscunque pagis aut territoriis visus sum habere, totum & ad integrum, rem inexquisitam, per meos vvadros aut andelangos, per hoc mandatum ad meam eleemosynam faciendam in pauperes vel sacerdotes tibi trado, ut quicquid exinde egeris gesseríve, apud me in omnibus & ex omnibus ratum & aptum atque transactum definitúmque esse cognoscas. Et, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliquis. & reliqua.

De formatis.

CLXXXIV. Græca elementa litterarum numeros exprimere nullus qui tenuiter Græci sermonis notitiam habet ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitudinis temerè præsumeretur, hoc à patribus CCCXVIII. Nicææ congregatis saluberrimè inventum est & constitutum, ut formatæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem; id est, ut adsumantur in supputationem prima Græca elementa Patris & Filij & Spiritus sancti, hoc est, Π. Υ. Α. quæ elementa octogenarium quadragentesimum & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli prima littera, id est, Π. qui numerus octoginta significat; ejus qui scribit epistolam, prima littera; cui scribitur, secunda littera; accipientis, tertia littera; civitatis quoque de qua scribitur, quarta; Indictionis quoque, id est, temporis qui fuerit numerus adfirmatur. Atque ita his omnibus litteris Græcis, quæ, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, quæcunque collecta fuerit summa, epistola teneat, hanc qui suscipit, omni cautela requirat expresè. Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium & nonum numerum, qui secundùm Græca elementa significatur.

Litteræ commendatitiæ.

Sancto & Deo amabili Magnoni dono Dei Archiepiscopo ex Senonica urbe. Ego enim in Dei nomine Ebroinus dono Dei Archiepiscopus ex Biturige urbe &c. *ut suprà pag.* 443.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOVA COLLECTIO FORMVLARVM.

Stephanus Baluzius Tutelensis ex veterrimis codicibus manuscriptis eruit, in unum collegit, nunc primùm edidit.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. *Petitio Episcopi peregrini ad proprium Episcopum.*
2. *Commendatoria & exhortatoria ad sanctimonialem.*
3. *Conquestio de vasso qui justitiam facere renuit.*
4. *Item de eadem re.*
5. *Indiculus regalis.*
6. *Indiculum de servis fugacibus.*
7. *Donatio ad casam Dei pro Missas canendo.*
8. *Supplicatio ad Regem.*
9. *Indiculum.*
10. *Indiculum.*
11. *Indiculum.*
12. *Item alium.*
13. *Parabola.*
14. *Item alia.*
15. *Indiculum.*
16. *Incipit edictio.*
17. *Indiculum generale ad omnes.*
18. *Item alio.*
19. *Item alio.*
20. *Item alio.*
21. *Item alio.*
22. *Item alio.*
23. *Item alio.*
24. *Item alio.*
25. *Item alio.*
26. *Item alio.*
27. *Donatio à die præsente.*
28. *Ad testamentum faciendum.*
29. *Item aliud testamentum ad locum sanctum.*
30. *Confirmatio traditionis ad monasterium.*
31. *Qualiter parentes filios suos offerant in monasteriis.*
32. *Promissio stabilitatis in monasterio.*
33. *Petitio quam ante votum monachi quislibet facere debet.*
34. *Ipsa promissio.*
35. *Exemplar promissionis sicut solebant antiqui monachi regulam promittere.*
36. *Indiculus pro monacho qui fugerit de monasterio.*
37. *Qui monasterium in proprio ædificat, qualiter chartam faciat.*
38. *Qualiter privilegium condatur.*
39. *Epistola quæ formata dicitur sive commendatitia.*
40. *Item alia.*
41. *Item adhuc alia.*
42. *Item adhuc alia.*
43. *Exemplar libertatis.*
44. *Traditio ad monasterium.*
45. *Item alia.*
46. *Præstaria.*
47. *Vindicatio traditionis.*
48. *Charta commutationis.*
49. *Constitutio dotis.*

Petitio Episcopi peregrini ad Episcopum proprium.

I. IN Christi nomine. Ille Episcopus illo Episcopo amico nostro devotam dirigo salutem. Gratias vobis referimus de caritate vestra, quam erga fidelem nostrum dignati estis facere & circa congregationem nostram quæ est in oppido sita quod dicitur illum. Fecisti enim ut Apostolus commendans ait: *Prædica verbum, insta opportunè & inopportunè nolentibus.* Qui enim sequitur Apostolorum vestigia, luce gaudebit perpetua. Rogo vos 2. Tim. 4.

humiliter dirigere nobis per epistolam vestram quid mihi de nostro liceat celebrare officium in parrochia vestra & in Ecclesiis vestris quæ in nostro sunt beneficio, si prædicare liceat, si emendare, si corrigere, si erigere Ecclesiis, si confirmare, aut baptizare, aut pœnitentiam dare, aut quid nobis concedatis, aut quid prohibeatis, scire nos faciatis citiùs petimus. Amicitiam verò vestram valde firmam optamus inter nos consistere. Et obsecro ut mihi commendare dignemini quasi firmo amico tuo quodlibet servitium, & paratum me habetis in omnibus honestis & justis mandatis vestris. Benevalete.

Commendatoria & exhortatoria ad sanctimonialem.

II. In nomine sanctæ Trinitatis. Venerandæ & almificæ gloriosæque illæ, ego ille inferior cunctis servis vestris postulo summo à Deo æternam venire salutem. Hinc rogo vos & ammoneo ut laus popularis, quæ per vulgares spargitur aures, vestram adtingat mentem, & crescendo pollulat sapientia vestra apud Deum & homines. Omnis verò populus hac proclamat voce dicens his verò esse ditatam felicibus donis, quod in perpetuum firmiter permaneat, citam omni bono consilio & claram facie omni conspectui humano, varias scilicet gazas miro ordine beataque mundi regna mirificè disponere, pulcram corpore & in mente quieta, lucidis autem luminibus vestram fieret staturam, in aulem dicunt. Debetis enim semper gratias agere, ut in vobis hæc & his similia crescant per omnia momenta. Vide, ut Apostolus ait, quomodo cautè ambulaveris, sicut sapientes. Et iterum: *Non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus providentes bona &c.* Festina itaque, virgo gloriosissima, sanctis studiis te & bonis operibus ornare, ut cum sanctis & beatis virginibus centenum merearis collegere fructum.

Ephes. 5.

Rom. 12. 2. Cor. 8.

Conquestio de vasso qui justitiam facere renuit.

III. Domino inluster atque præcuncto magnificentissimo, ut confido, viro amico meo illo ille. Deus scit, qui omnia non latet occulta antequam fiant, in omnibus amicus & bene cupiens vester, illud inprimitus quod plurima sunt & nobis opportunum, salutem in Domino optamus vobis in quantum arcana cordis mei continet plenitudo. De cetero cognoscas industria vestra iste præsens homo noster serviens vester nomen ille ad nos venit & nobis dixit eò quòd vassus vester nomen ille res post se malo ordine reteneat injustè, & dixit quòd nulla justitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea solicitamus vobis precamus ut hoc causa diligenter inquirere jubeatis, ut ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suum exinde debeat perquirere justitiam. Et si hoc facietis, vestram bonam consuetudinem adimpletis. Et unde nos injungetis, & nos potebimus, vos vel servientes vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Agite taliter quæ nos per vos bona habemus fiducia, ut iste homo noster serviens vester sibi congaudeat quòd nostram ad vos deportasset suggestionem. Ad sapientissimum sufficit.

Item de eadem re.

IV. Domino sancto apostolica sede colendo Domno & in Christo patri illo Papæ ille. Deus scit, cui nulla latent occulta, in quantum video & nostra est possibilitas, in omnibus amicus & bene cupiens vester, illud inprimitus quod plurima sunt & nobis opportunum, salutes in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, vel quantum distat ortus ab oriente & deficit ab occidente, seu & si fieri potuisset quòd tota membra vertissent in lingua. De ceterum supplicamus gratia vestra ut pro me peccatore in vestris sanctis orationibus intercedere digneris. Et iterum, Domine, supplicamus cognoscat admitas vestra iste præsens homo noster serviens vester nomen ille res suas malo ordine post se retinebat injustè, & nulla justitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea precamur vobis ut hanc causam diligenter inquirere jubeatis; ut sicut vestra bona est consuetudo, ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suam exinde debeat pervenire justitiam, & sibi congaudeat quòd nostram ad vos deportasset suggestionem, & nos vobis gratias agamus. Et si locus advenerit, vos vel servientes vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Ad sapientissimo sufficit. Salutamus vobis satis & super omnia satis usque ad gaudium magnum.

Indiculus regalis.

V. Dominis sanctis & in Christo patribus omnibus Episcopis, seu & venerabilibus omnibus Abbatibus, atque illustribus viris, seu & viris magnificis Domesticis, Vicariis, Centenariis etiam quod omnis pars & amicos nostros seu & Missus nostros discurrentis,

discurrentis, ille Rex Francorum vir inlustèr. Cognuscatis iste præsens ille ad nos venit, & nostra commendatione expetivit habere, & nos ipso gratante animo recepimus vel retenemus. Propterea omnino vobis rogamus atque jubemus ut neque vos neque juniores neque successores vestri ipso vel homines suos, qui per ipso legitimi sperare videntur, inquietare nec condemnare nec de rebus suis in nullo abstrahere nec diu nec nocte non præsumatis nec facere permittatis. Et si talis causa adversùs eo surrexerit ut ost..... fuerit & ibidem adimpletis vos absque eorum in quo dispendio minimè definitas fuerint, quod ante nos seperare vel reservatas, & talis causa ante nos finitivam accipiant sententiam. Et ut certiùs credatis, manu nostra subter adfirmavimus, & de anolo nostro sigilavimus.

Indiculum de servis fugacibus.

VI. Dilecta Dei, sponsa Christi, socia sanctarum virginum meritò coæquanda, inlustris Deo sacrata illa, ille. Deus scit in quantum valeo in omnibus in Christo amore amicus & bene cupiens vester illud imprimitus quod plurima sunt salutem in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, aut si fieri potuisset quòd tota membra vertissent in lingua. De ceterum cognoscat dilecta caritas vestra, sicut nobis dictum fuit, eò quòd homines vestri nobis confugium fecerunt, & nos auditum habemus ubi esse debeant. Propterea apices nostros vobis direximus, si vestri homines sunt, Misso vestro ad nos dirigere faciatis, & quantum nos potevimus hac causa diligenter procuramus ut ipsos homines recipere faciatis.

Donatio ad casam Dei pro Missas canendo.

VII. Igitur ego in Dei nomine ille venerabilibus fratribus illo & illo. Admonet mihi amor Domini nostri Iesu Christi & desiderium de illo paradiso ubi justi habitant, ut me Dominus ibidem participare dignetur, seu & timor gehennæ, ut me exinde Dominus eripere jubeat. Propterea cedo vobis ad die præsente ad mea eleemosyna faciendo à pauperis vel à sacerdotibus ad Missas canendo dispensando, cessumque in perpetuo esse volo, & de juremeo in jure & dominatione vestra transcribo atque transfundo, hoc est, res proprietatis meæ tam in civitate illa quàm & foras in ipso pago seu & in alios. Habent ipsas terras cum omni superposito de longo tanto, similiter in latus & in frontis subjungit de ambobus frontus & de ambobus latus terra illius, ipsas res & casas superpositis ad integrum seu & vineis in oppidum civitate illius cum terra proprietatis mei. Habet ipsa vinea arpennes tantos. Subjungit de ambobus latus & ambobus frontes terra illius. Etiam & in ipso pago in agro illo portione mea, tam terris, mansis, domibus, ædificiis, vineis, olicis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmque decursibus, quicquid in ipsa loca portio mea est, totum & ad integrum rem inexquisitam & aliam rem quantumcunque visus sum habere aut inantea laborare potuero, tam peculium, præsidium utriusque generis sexus, aurum, argentum, drapalia, æramen, usentilia, mobile & immobilibus, quicquid dici aut nominari potest, ubicunque visus sum habere, medietatem ad integrum, ita ut ab hodierno die habeatis, teneatis, & in mea eleemosyna dispensando liberam & firmissimam ad die præsente in omnibus habeatis potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliquis de heredibus meis, vel ullus quislibet ulla opposita persona qui contra hanc cessionem istam venire conaverit, & à me vel heredibus meis defensatum non fuerit, inferamus vobis unà cum socio fisco auri uncias tantas, argentum pondo tanto esse multando, & præsens cessio ista omni tempore firma permaneat.

Supplicatio ad Regem.

VIII. Inclito atque præcellentissimo Domno illo glorioso Rege, ego ancilla vestra ultimissima, servissima omnium ancillarum vestrarum. Cognoscat, Domne, gratia vestra hominis vassi vestri nomen ille multas inquietudinis & contra rationis ordines servientes sanctæ illius, qui in vestra mercede in regimini ordinastis, habere hos faciant, & nulla justitia apud ipso illo consequere posso. Propterea, Domne, supplico, & si ante vestra præsentia fuisse, genua flexa ad terra prostrata ad pedes vestros suggerere mihi ancilla vestra oportebat & in vestra mercede & amore Deo vel illos sanctos cujus famulas nobis exinde defensare juberitis ut contra malicia contra servientes ipsius sanctorum vel me ancilla vestra facere non debuissent. Domine, nostrum est ad suggerendum. Vestrum est ad ordinandum quæ exinde justitiam recipere debeamus, pietas vestra est nobis.

Indiculum.

IX. Suggerendo Domno piissimo at-

que præcellentissimo illo glorioso Rege. Nos, Domni, servientes vestri pagenses illius, quod veraciter cognovimus, vobis innotescere præsumpsimus. Homo alicus nomen ille nobis dixit eò quòd casa sua vel strumenta sua chartarum tam vendictionis, cautionis, obnoxiationis, judicius, cessionis, vel donationis, seu & reliqua strumenta chartarum ab igne ibidem cremassent, quia & ille judex vel vicini pagenses ipsius taliter nobis dixerunt vel testimoniaverunt quòd ad hoc videndum accesserant, & sic verò & actum aderat. Proinde, Domne, suggerere præsumpsimus, & quod exinde cognovimus vobis innotuimus. Domne, nostrum est ad suggerendum. Vestrum est ad ordinandum quod ipsa exinde agere debeat.

Indiculum.

X. Domna & dulcissima genitrice mea illa, prolis vester ille, serviens vester, illud imprimitis quod plurima sunt, & sic necessarium si præsumptio ostendit salutem plenissimam in Domino Iesu Christo vobis destinare præsumo, & supplico pro eo quòd iste præsens ille serviens vester à mea parvitate expetivit ut nulla malitia de istas culpas quòd ipse confugium fecit exinde non habeat, sed ad mea precatione excusatus exinde esse debeat. Agite taliter quem ego per vos bona fiducia & quem Domno & genitore meo jugale vestro illo sano & læto proprios oculos celeriùs mereamur videre. Iterum salutamus vobis.

Indiculum.

XI. Sanctorum meritis beatificando Domno & fratri Importuno. Domne dulcissime & frater carissime Importune, quòd recepisti tam dura æstimasti nos jam vicina morte de fame perire, quando talem annonam voluisti largire, nec ad pretium nec ad donum non cupimus tale annona. fecimus inde comentum, si dominus imbolat formentum, à foris turpis est crusta, ab intus miga nimis est fusca, aspera est in palato, amara & fœtius adoratus, mixta vetus apud novella faciunt inde oblata non bella semper habeas gratum qui tam larga manu voluisti donatum, dum Deus servat tua potestate, in qua cognovimus tam grande largitatis. Vos vidistis in domo quòd de fame nobiscum morimur. Homo, satis te præsumo salutare, & rogo ut pro nobis dignetis orare. Transmisimus tibi de illo pane. Probato si inde potis manducare. Quandiu vivimus, planè liberat nos Deus de tale pane. Congregatio puellare sancta refutat tale pasta. Nostra privata stultitia ad te in summa amicitiæ. Opto te semper valere & caritatis tuæ jura tenere.

Item alium.

XII. Beatificando Domno & fratri Frodeberto Papæ. Domne Frodeberte, audivimus quòd noster fromentus vobis non fuit acceptus. De vestra gesta volumus intimare ut de vestros pares nunquam delectet hoc jogo tale hoc referre. Illud enim non fuit condignum quod egisti in Segeberto regnum de Grimaldo Majorem domus, quem ei sustulisti sua unica ove sua uxore, unde postea in regno nunquam habuit honore, & cum gentes venientes Toronica regione misisti ipsa in sancta congregatione ..... monasterio puellarum qui est constructus in ..... Non ibidem, lectiones divinis legistis, sed ..... nis inter vos habuistis. Oportet sat ..... conlocutione quem nec est adeo ar .... ta sic est ab hominibus vestra so ....., dentiæ, sed qualem facu .... monasterio puella .... monasterio tuis .... perdisti .....

IMPORTVNVS de Parisiaga terra.

Parabola.

XIII. Domno meo Frodeberto, sine Deo, nec sancto, nec Episcopo, nec regulari Clerico, ubi regnat antiquus hominum inimicus, qui mihi minimè credit factu tuu vidit illum tibi necesse desidero, quare non amas Deo, nec credis Dei filio. Semper fecisti malum. Contra adversarium consilio satis te putas sapientem. Sed credimus quòd mentis. Verè non times Christo, nec tibi consentit. Cui amas, per omnia ejus facis opera. Nec genetoris tui diligebant Christum, quando in monasterio fecerunt temetipsum. Tuus pater cum Domino non fecit sancta opera. Propter Domnus digito relaxavit, te vivo docuit & nutri ..... unde se postea pœnetivit. Non sequis scriptura nec rendis ..... iqua memores Grimaldo qualem fecisti damnum ..... & Deo non oblituit de bona quæ tibi fecit quid inde ..... muliere sua habuisti conscientia nua nec ..... norum peracta sed contra canonica ..... ea de sancta congregatione apud ..... non ex devotione, sed cum gran .... cur nos scimus damnas nimis ..... tollis eis aurum & argentum & honores ..

.... liberat per has regiones cur te præsumis tantum damnare suum thesaurum. Quod ut alibi ubi eum rogas per tua malefacta, quod non sunt apta, amas puella bella de qualibet terra pro nulla bonitate nec sancta caritate. Bonus nunquam eris dum tale via tenes. Per tua cauta longa sat ire si non est. Per omnia jube te castrare, ut non pereas per talis; quia fornicatoris Deus judicabit. De culpas tuas alias te posso contristare. Sed tu jubes mihi exinde aliquid remandare, ut in quale nobis retenit in tua caritate exeant istas exemplarias per multas patrias ipso domno hoc reliquo se vidis amico qui te hoc nuntiat & donet consilium verum, sed te placit lege & pliga in pectore repone. Sin autem non vis, inheret in dude.

Item alia.

XIV. Incipiunt verba per similitudinem juncta de fide vacua, dono pleno falsatore. Agino Salomon pro sapientia bene scripsit hanc sententiam, ut ne similis fiat stulto, nunquam respondes ei in mutto, & retractavi tam in multum sic respondere jussi stulto ut confundantur stultum grado nunquam præsumat gloriare respondi dixi te falsatore nec ei parcas in sermone qui se plantatum ex robore qui non pepercit suo ore vaneloquio susorrone verborum vulnera murone qui sui obl... ...adjutoris, immemores nutritoris, calcavit..... qui fei date & prioris alodis sui reparatoris sordidas vomit pudoris incredulas dicit loquellas & inprobus coinquinat & consecientias bonum merito conquisitas mundas sanctas & antiquas pulchras firmissimas & pulitas meas rumpit amitaticos, verba dicit quæ nunquam vidit, ea scribit quæ fecit animus. Parcat qui eum credit. Et si loqueſtem non stringit furorem latro fraudolentus homicidium est reus certus adulter, raptor est manifestus. Innumeros fecit excessus. Errando vadit quasi cœcus. Fuscare tentat meum decus. A Deo dispectus & desertus, ab inimico est perventus & per lingua & per pectus. Nolite, Domne, nolite fortis, nolite credere tantas fortes. Per Deum juro & sacras fontis, per Sion & Sinai montis, falsator est ille, factus excogitator est defamatus, deformatus vultu, & deformata sunt. qualis est animus, talis est status. Non est homo hic, miser talis latrat, sed non ut canis psallat de trapa, ut linguaris dilator major, nullis talis falsator grunnit, post talone buccas inflat, in rotore crebat & currit in sudore, fleumas jactat in pudore; nullum verò facit pavere qui non habet adjutorem super secundum meum tutorem non meum.... tale baronem non.... co contra insontem non cessat..... ab exaperto sacco.. ...acco & salte detrascia..... non timere falco non perdas illo loco, non vales uno coco, non simulas tuo patre, verè nec tua matre, non gaudeas de dentes, deformas tuos parentes. Ad tua falsatura talis decet corona.

Indiculum.

XV. Nolite Domnæ, nolite sanctæ, nolite credere fabulas falsas: quia multum habetis falsatores, qui vobis proferunt falsos sermones, furi atque muronis, similis etiam & susurronis; & vobis, Domnæ, non erunt protectoris. Latrat vulpis, sed non ut canis. Faltus mit semper inanis cauta proferit jam non fronte. Citò decadet ante cano forte. Volat upua, & non arundo. istcõ commedit in so frundo. humile facit capta dura, sicut dilatus in falsatura falsator vadit tanquam latro, ad aura psallit, ut Escotus mentit, semper vadit toritus, & occidit quod nunquam vidit. Nolite Domnæ atque prudentis vestras non confrangat mentis, & non derelinquere serventes. tempus quidem jam transactus. Et hoc feci quod vobis fuit adaptum. Iam modò per verba fallacia sexum dejactus de vestra gratia.

Incipit edictio.

XVI. Cùm in præsentia inluster vir ill. illo mallavit. Sed ille petiit ut scriberet quod petivit, irrita Imperatores sancserunt decreta ut nullus à judicio suscipere præcurrit antiquam sollemnia patefecerit, ut his qui fidem datis & nec objecti sunt præomaticis dictionis lex pœna succurrit. edictio inquam ob rem petitio in conspectu magnitudinis vestri, ut homo nomen illi est illas post se mali ordine præoccupasse dinoscitur, ut hoc vestra prudentia integrum & legalis sententia debeant definire. Ea verò scilicet ratio, ut si in constitutum placitum res illas mihi justissimè debitas adprobare non potuero, ut lex mundana Theodosiano corpore arbitratus discernit, me impleturum esse polliceor data edictione de inscriptionibus accusatoribus recrescant Theodosiano nono in ira prima tam civile neque criminalem actio professio manu accusatore conscripta præcidat, nisi in se repetitione celebrata priùs à judice non audiatur.

Indiculum generale ad omnes.

XVII. Domino magnifico ſapientiáque decoratum & dono Dei regali gratia ſublimato illo ille ultimus ſervorum Dei ſervus ac ſi vilis ille infimus vocatus Epiſcopus, ſalutem vobis multimodam unà cum confratres noſtros oratores veſtros, qui ad limina ſanctorum illorum die noctúque pro vobis obſecundare noſcuntur, dirigere præſumimus. De ceterum cognuſcat induſtria veſtra precamur atque ſuplicamus vobis de iſta cauſa unde iſte præſens ſerviens veſter Miſſus noſter innotuerit, ei in ſuum placitum eſſe dignetis, agat almitas veſtra ita ut conſuetudo veſtra bona erat erga nos frequenter operata eſt.

Item alio.

XVIII. Domino procerúmque illuſtrem optimate ill. regale gratia ſublimatum & à nobis cum magna veneratione atque reverentia nominandum in Dei nomen ill. ultimus ſervorum Dei ſervus ſalutem vobis in Domino tam multimoda deſtinare præſumimus unà cum omni congregatione fratrum noſtrorum quam arcana cordis noſtri continet plenitudo. Memorare dignemini qualiter vos nobiſcum ante hos dies confabolare dignaſtis & in oratione quamvis nos indigni commendare dignaſtis. Precamur atque ſuplicamus clementia veſtra ut ad neceſſitatem fratrum noſtrorum oratores veſtros aliquid de eleemoſyna veſtra conſolare jubeatis, & quicquid exinde veſtra clementia erga nos diſponit agere, per veſtro venerabile ſcripto nobis dignetis facere certiores; & undecunque nobis injungitis aut injunctum habetis de orationibus vel de alio ſervitio, parati ſumus veſtris partibus veſtrorúmque omnium ſervientium fidelis reſervire.

Item alio.

XIX. Sanctiſſimo ac ſanctis ceremoniis obſervantem æquè fonte ſpirantiæ exſuperantem Domno Patre & multorum gregem Chriſtique vice agente illo Pontifice ultimus omnium ſervorúmque Dei ſervus ille. Ad clementiam pietatis veſtræ has apices deſtinare præſumpſimus, non noſtri freti obſequio, ſed veſtra magnitudine culminis pietate. Ideoque quaſi ad præſens genua veſtra deoſculantes, ſuggeſtiuncula noſtra vobis propter quod mancipia beati patroni veſtri de monaſterio noſtro fuga lapſa in veſtro dominio prælapſi ſunt advenisſe. Ideo ſupplicamus clementiæ veſtræ ut quomodo iſte Miſſus noſter nomen ille hæc noſtra ſuggeſtiuncula vobis detulerit, ſicut veſtra in omnibus bona erga nos eſt conſuetudo, inter nos ſeu erga omne noſtra juſticia inquirere jubeatis, qualiter congregatio noſtra obſecrantes Deo oratores veſtros meliùs Dei miſericordiam pro vobis delectet implorare.

Item alio.

XX. Domino ſancto ac ſanctis ceremoniis obſervante Domno illo & in Chriſto patre ego ille ſalutem vobis in Domino unà cum omni congregatione fratrum noſtrorum pleniſſimam dirigere præſumimus tam vobis quàm ſcilicet congregationem veſtram, quam Dominus ſub norma ſanctæ regulæ ad protegendum in manu miſit. Supplicamus caritatem & fraternitatem veſtram ut inter nos ſeu monachis noſtris orationes peculiares eſſe debeant: quia quamvis in ſpatia terrarum diſtet corporalis noſtra converſatio, ſed, ut bene noſtis, non ſeparant ſpatia terrarum quos ſociat caritas vera: quia ſi unus in oriente & alius in occidente conſiſtat, ambo pariter orando Domino in caritate glutinantur. Supplicamus etiam.

Item alio.

XXI. Domino inclito fidelíque Deo atque regale gratia ſublimato atque à nobis veneratione & amore colendo inluſtre viro illo optimate illo maximam ſalutem & inviolabilem cupio & vobis præſumimus deſtinare. De ceterum comperiat induſtria veſtra eò quòd & ætera gaudeat floreatque per tempora nobilitas veſtra, & quandoque terrena linquitis, cæleſtibus mereatis agminibus glomerare.

Item alio.

XXII. Domino & in Chriſto patri apoſtolica ſede colendo Domno illo ille proprius vernaculus veſter ſalutem vobis in Domino multimodam deſtinare præſumimus. Cognuſcat, Domne, ſanctitas veſtra quòd ſerviens veſter nomine illo ad nos venit & dixit ſe neglegentia contra vos habere pro qua gratiam veſtram non habeat. Propterea ſupplicamus, quaſi ad præſens genua veſtra deoſculantes, ut ipſe apud vos excuſatus ſit & eum per noſtram precationem recipere & conſilium ei facere ordinetis. Agat, Domne, ſanctitas veſtra ſicut ſemper erga nos facere conſueviſtis. Sanum & incolumem vos citiùs merear videre.

Item alio.

XXIII. Domino almifico, excellentiæ decore ornato, ac beatiſſimo, meritiſque

venerando, amabiliter diligendo, ſanctitatis culmine conſpicuo, ac nobilitatis titulo decorato, piiſſimo, ſive ſacra eloquia ſeu præcepta Dei pleniſſimo, ſanctorum meritis coæquando, & palma triumphationis atque ſanctitatis gratia ornato, inclito præclaróque. Deus omnipotens faciat in ſancta religione permanere. Venerabili in Chriſto & à nobis cum ſumma reverentia nominando illo Epiſcopo ego ill. in Domino perpetuam mitto ſalutem. Multimoda nobis benevolentiam veſtram generare comperite gaudia quotiens nobis aditus dederit opportunos ut ad indagandam ſoſpitatem veſtram noſtras dirigere apices debeamus. Quia nihil melius niſi ut invicem mutuam caritatem orando in invicem alterutrum ſpiritalia pabulum ſubminiſtrare non ceſſemus, Hilarem & gaudentem citiùs vos cernere mereamus.

Item alio.

XXIV. Summa veneratione nobiliſſimi generis ſeu induſtriæ vel ſagacitatis culminiſque ſublimitatis ineffabile à nobis ſcelentiæ veſtræ, Domine inluſtriſſime, cum ſumma nobis reverentia nominando illo ille exiguus tam multiplices vobis ſalutes dirigere cupimus. & reliqua. obſecrantes piiſſimo Domino ut vos unà cum culminis ſublimitatis veſtræ longa per tempora trina conſervet deitas, & quandoque terrena linquetis, ſuffragantibus ſanctis angelorum mereatis cœtibus glomerare, præcellentiſſime & inclite Domne.

Item alio.

XXV. Domino venerabile inluſtríque ſagaciſſimo, ſed inluſtriore ſanctitate & gratia Dei pollente, & ſacerdotale apice ſublimato, Domno illo ille alumus veſter ſalutem in Domino vobis præſumpſimus deſtinare. Supplicamus, Domne, gratiæ veſtræ ut nos pro mercede veſtra mom. inſtruere faciatis, & juxta veſtram bonam conſuetudinèm, quod ſemper nos piè ut dulciter gubernare dignaſtis, ita & nunc agi non dedignemini, ut ad cumulum mercedis veſtræ perveniat. Et ſi ita agitis, maxima dona fratribus noſtris juxta ſolita bonitatis veſtræ. Iterum atque iterum quaſi ad præſens ante genua veſtra proſtrati precamur ut à cœpta gubernatione veſtra nos diſcedere nunquam patiatur.

Item alio.

XXVI. Reverendiſſimo confratri meo illo ille in Domino ſalutem. Cùm enim longitudo terræ caritati illorum non queat evelli quos Chriſti connectit amor, deſiderans deſideravi literolas parvitatis meæ fraternitati tuæ dirigere, ut ſtatim quod præſens loquella conſpectui tuo loqui non valet, vel has apices tibi enarrent. Cupio valde quem recordor abſentem, ut cum quo mente ſum, cum eo etiam corpore ſim præſenti. Divinitas te ſervet per multos annos, parens & cuſtos Dei æterni, quem colimus, Ieſu Chriſti.

Donatio à die præſente.

XXVII. Sacroſanctæ baſilicæ ſancti illi monaſterio vel alio loco illo conſtructæ, ubi venerabilis vir ille Abbas vel Epiſcopus aut Preſbyter cum ſuis Clericis vel monachis præeſſe videntur, ego ille cogitans Dei amore vel æterna retributione, ideoque cedo ad die præſente ad ſupradicta baſilica & monachis ibi conſiſtentes ceſſúmque in perpetuum eſſe volo portiones meas in loco nuncupante illo, ſitas in pago illo, quæ mihi tam de alode quàm de comparato vel de quocunque libet adtracto advenit vel advenire poteſt legibus in ſuprà memorata loca, tam terris, domibus, ædificiis, mancipiis, libertis, accolabus, merita accolanorum, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, campis, cultis & incultis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobilibus & immobilibus, cum omnibus adjacentiis & appendiciis vel colonicis ad ſe pentinentibus, cum omni integritate vel ſuperpoſito, quicquid dici aut nominari poteſt, in ſupramemoratos pagos vel ubique de ſupradictas portionibus tenere viſus ſum, totum & ad integrum ad die præſente ad jam memorato monaſterio vel ad ipſos monachos ibi conſiſtentes perpetualiter trado atque transfundo, de meo jure in veſtra trado dominatione ad poſſidendum, ut quicquid exinde facere voluerint, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem à die præſenti faciendi. Si quis verò, quod fieri non credo, in futurum, ſi ego ipſe aut ullus de heredibus meis, aut ulla emiſſa vel oppoſita perſona, vel quiſlibet qui contra hanc ceſſionem meam, quam ego bona voluntate fieri & adfirmare rogavi, venire, agere, aut reſultare, vel per quibuſcunque modis repedire aut infrangere conaverit, nec hoc valeat vindicare quod repetit, & inſuper partibus ſuprà memorato monaſterio vel monachis ibidem conſiſtentibus duplum tantum quantum ipſas res eo tempore emelioratas valuerint componat; & inſuper ſocio fiſco multa auri libra una coactus exſolvat, & hæc ceſſio omni tempore fir-

ma permaneat, stipulatione subnexa. Actum loco illo.

Ad testamentum faciendum.

XXVIII. Regnante in perpetuum Domno nostro Iesu Christo. Anno illo illius Regis, sub die XII. Kalendarum illarum, feria illa, Indictione illa. Ego ille filius illius sana mente integróque consilio, metuens casus humanæ fragilitatis, testamentum meum condidi, quem illi scribendum commisi, ut quomodo dies legitimus post transitum meum advenerit, recognitis sigillis inciso lino, ut legis decrevit auctoritas, per inlustrem virum illum, quem in hac pagina testamenti nostro legatorio institui, gestis reipublicæ municipalibus titulis ejus prosecutionibus ab ipsis muniatur, & in archivis basilicæ sancti illi conservandum decrevi; ut quicquid unicuique de rebus meis propriis habere decrevi, singulariter in hoc testamentum meum inferere curavi. in reliquo verò qualescunque aut quæcunque epistulas aut testamenti vel conscriptionis de nomine meo manus meas firmatas ostensásque fuerint, & ante hoc testamentum prænotatas, quas hic non commemoravero, excepto de ingenuitates quas pro animæ meæ remedio fecimus aut adhuc facere volumus, vacuas permaneant; & quod unicuique per hoc testamentum dedero darique jussero, id ut faciat detur, præstetur, impleatur, te omnipotens Deus testem committo. Quapropter dum non habetur incognitum qualiter dispensante Deo ad habendum vel possidendum loca sanctorum illorum de rebus meis propriis delegavi in perpetuum ad possidendum, dedi quoque ad basilica illa portiones meas atque denominata, id sunt illa, quicquid in ipsa loca superiùs nominata habere videor, totum & ad integrum ad basilicas superiùs nominatas proficiat in augmentum. Illas verò cessiones quas ad libertos nostros illos ad eorum ingenuitates confirmandas fecimus, id sunt ille & ille, quando ipsos pro animæ nostræ remedium ingenuos dimisimus, ut dum advivunt hoc teneant & post eorum discessum cum omni superposito ad jamdicta Ecclesia sancti illius, ubi eis patrocinium & defensionem constituimus, revertere faciant. Volumus enim ut ingenuos quos fecimus aut in antea fecerimus, quanti cunque in ipsa loca manent quod ad sancta Ecclesia illa delegavimus, inspecta eorum libertate super ipsas terras per ingenuos commanent, & aliubi commanendi nullam habeant potestatem, sed ad ipsa loca sancta debeant sperare, & nullus de ipsis lidemonio ad nostros heredes nullatenus reddant; & de hoc quod aliquibus eis per chartas dedimus, nullatenus aliubi vendere nec alienare habeant licentiam. Similiter donavimus donatúmque in perpetuum esse volumus ad monasterium illum, ubi venerabilis Abbas ille præesse videtur, villas illas in pago illo cum omnibus adjacentiis vel appendiciis earum, quantumcunque ibidem tenere vel possidere videmur, per qualibet adtracto ad nos pervenit aut legibus venire debet, totum & ad integrum cum omni superposito à die præsente in honore sancti illius vel Abbati illi tradimus ad possidendum, cum domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, libertis tam ibidem oriundis quàm aliunde translatis vel ibidem commanentibus, vineis, silvis, campis, terris cultis & incultis, pratis, aquis aquarúmque decursibus, cum exio & regresso, omne genus pecodum tam majore, mobilibus & immobilibus, omnem rem inexquisitam, tam aurum quàm argento vel reliquas fabricaturas, tam ministeria Ecclesiæ vel strumenta chartarum, libros vel vestimenta Ecclesiæ, vel omni præsidio quod mihi legibus vivens possidere videor & mihi redibetur, & quicquid dici aut nominari potest, totum & ad integrum ad jamdicto monasterio sancti illius proficiat ad augmentum, inspecto illud strumento quod antea ad jamdicto monasterio fecimus. Præter ista omnia reservamus in Falcidia heredibus nostris villas illas in pago illo, in ea ratione ut facta mea in omnibus studeant conservare atque defendere. Quòd si hoc facere neglexerint, quicquid eis deputavimus perdant, & de omni corpore facultatis meæ penitùs reddantur extranei. Et si aliquid comparavero, aut ex parentibus meis mihi obvenerit, vel adtraxero, vel per quolibet ingenio ad nos pervenerit, quod in ipso testamento suprà non commemoravimus, post nostrum discessum casa sancti illius per rectores suos recipiat perpetualiter ad possidendum. Per præsentem testamentum basilicam sancti illius heredem meam instituo, & quicquid unicuique deputavi, fidei tuæ committo; quia hæc quod tibi deputavi malo te habere quàm me, te magis quàm ceteris heredibus ac proheredibus meis. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si aliquis heredum ac proheredum meorum, vel quislibet opposita persona præ-

sentem testamentum meum infrangere conaverit vel tentare præsumpserit, in primis usque dum veram emendationem proinde corrigatur, Deo & sanctis suis habeat contrarios, & à liminibus Ecclesiarum efficiatur extraneus, & insuper inferat ei cui pulsaverit unà cum socio fisco auro libras coactus exsolvat, & nihilominus præsens pagina firma permaneat, quam manu mea propria subter firmavi, & bonorum hominum signis vel allegationibus roborandam decrevi, stipulatione. Actum loco illo.

Item aliud testamentum ad locum sanctum.

XXIX. ***** mansus & peculiare seu merita eorum, præter tantùm illa & illa loca, ad legitimos heredes servo. In reliquo verò ego jamdictus ille quantum superiùs est insertum vel comprehensum, omnia & in omnibus, quicquid dici & nominari potest, ad suprascripto monasterio ejúsque congregatione in alimento seu in stipendia seu substantia pauperum ad die præsente dono, cedo, trado, atque transfundo, ut quicquid omnia supermemorata pars ipsius monasterij ejúsque rectores facere elegerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem libero arbitrio. Licèt verò in cessionibus minimè est necesse pœnam inferere, sed tamen pro rei totius firmitate mihi complacuit intimare si fuerit, quod nec fieri credo, aut ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus aut proheredibus meis, vel quislibet potens aut inferior vel emissa persona qui contra præsentem epistolam donationis, quam ego plena & devota voluntate fieri & adfirmare rogavi, venire aut eam infrangere tentaverit, aut aliqua calumnia aut repetitione vel refragatione insurgere aut opponere conatus fuerit aut præsumpserit, in primis tantum quantum ipsas res eo tempore melioratas valuerint, contra cui pulsatur seu partibus jamdicti monasterij componere & satisfacere adimpleatur, insuper unà cum socio fisco aurum tantum coactus exsolvat, & sua repetitio nullo umquam tempore non obtineat effectum, & hæc donatio omni tempore inlibata permaneat, stipulatione subnixa. Actum in loco illo.

Confirmatio traditionis ad monasterium.

XXX. Notitia locum traditionis qualiter vel quibus præsentibus, qui subter firmaverunt, ubi veniens homo alicus nomen ille vocatus monachus ad illas quòd ille ante hos annos per suam epistolam donationis ad monasterio illo, quod est in honore sancti illius, ubi ille Abba unà cum congregatione monachorum præesse videtur, jamdictus ille in villa illa qui vocatur illa, & ad præsens fuit, & per unamquamque villas & loca per singulas per portas & per ostia de ipsas villas vel de illas casas dominicatas jam præfatus ille ad Missò de ipso monasterio vel ipsius jamdicti Abbatis illius nomen ille, omnia quantum in illa epistola donationis est insertum vel comprehensum, in omnibus tradidit & consignavit & cum de ipsas res in omnibus vestrum & pillo & fistuca exinde in omnibus se exitum dixit & fecit. His præsentibus actum fuit.

Qualiter parentes filios suos offerant in monasteriis.

XXXI. Dum legaliter sancitum antiquitus teneatur & cautum cum oblationibus Domino parentes suos tradere filios in templo Domini feliciter servituros, proculdubio hoc de nostris filiis faciendum nobis salubriter præbetur exemplum. Æquum etenim judico creatori nostro de nobis reddere fructum. Idcirco hunc filium nostrum nomine ill. cum oblatione in manu atque petitione altaris palla manu mea involuta ad nomina sanctorum quorum hic reliquiæ continentur, & Abbate præsente, trado coram testibus regulariter permansurum, ita ut ab hac die non liceat illi collum de sub jugo regulæ excutere, sed magis ejusdem regulæ fideliter se cognoscat instituta servare & Domino cum ceteris gratanti animo militare. Et ut hæc nostra traditio inconvulsa permaneat, promitto cum jurejurando coram Deo & angelis ejus quia nunquam per me, nunquam per suspectam personam, nec quolibet modo per rerum mearum facultates aliquando egrediendi de monasterio tribuam occasionem. Et ut hæc petitio firma permaneat, manu mea eam subter firmavi. Isti sunt testes.

Promissio stabilitatis in monasterio.

XXXII. Ego ille initio conversationis meæ diligenter adtendens considero quòd petitionibus meis primùm non facilis concessus est introitus, sed diù mihi pulsanti vix hospitij locus est misericorditer adtributus; in quo per paucos dies demoratus, noviciorum sùm domum progressus; in qua mihi dura & aspera primùm à seniore sunt prædicata, & stabilitatis meæ promissio expetita, & ter in anno lecta atque tradita regula cum admonitione dicentis: Ecce lex sub qua militare vis. Si potes observare, ingredere. Si non

potes, liber discede. Hoc ergo videns, ordinatissimum atque morosum mihi spatium adtributum dubitans aditum prætermisso ut me jam vestro corpori sociare dignemini humiliter deposco. Ego tamen hujus regulæ instituta Domino juvante servare promitto, & propter vitæ æternæ præmium coram Deo & angelis ejus humiliter militaturum subicio, ita ut ab hac die non mihi liceat collum de sub jugo excutere regulæ, quia sub annali optione aut excusare licuit aut suscipere. Et ut hæc professionis meæ petitio à vobis firmiter teneatur, ad nomina sanctorum quorum hic reliquiæ continentur & præsentis Abbatis ill. conscriptam trado in perpetuum habendam, & manu mea roboratam super altare repono perenniter reservandam.

Ego ille promitto stabilitatem meam & conversionem morum meorum & obedientiam secundùm regulam sancti Benedicti coram Deo & sanctis ejus.

Petitio quam ante votum monachi quislibet facere debet.

XXXIII. Domino venerabili in Christo patri illo Abbati de monasterio illo, qui est constructus in honore sancti illius, simul cum felici congregatione vestra, quam Dominus de diversis provinciis ad peregrinandum propter nomen suum sub jugo militiæ atque servitutis Christi atque ala protectionis secundùm evangelium Christi regulariter vobis coadunavit. Igitur audivimus quod Dominus noster Iesus-Christus per evangelium suum ad-
Luc. 14. nuntiat dicens: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest esse meus dis-*
Matth. 19. *cipulus.* Et alibi: *Qui reliquerit patrem aut matrem, fratres aut sorores, domus aut agros, & cetera propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Petimus ergo beatitudinem caritatis vestræ ut nos in ordine congregationis vestræ dignemini recipere, ut ibidem diebus vitæ nostræ sub regula beati Benedicti vivere & conversare debeamus, quatenus suave jugum Christi & onus ejus leve sentiamus. Igitur nostra fuit petitio & vestra decrevit voluntas id ipsum implere, quod ita fecistis. Abrenuntiamus ergo omnibus voluntatibus nostris propriis, ut Dei sola voluntas fiat in nobis, & omnibus rebus quas possidemus, sicut evangelica & regularis traditio edocet. Nihil rebus terrenis ab hac die possessuros nos spondimus, nisi quantum à patre monasterij donante aut permittente alimenta aut tegumenta corporis accepimus. Obedientiam vobis, in quantum vires suppetunt, & Dominus dederit nobis adjutorium, conservare promittimus. Stabilitatem conversationis nostræ in congregatione vestra teste Domino devoto animo cum observatione regulæ usque in finem profitemur servare, nisi tantùm, quia ignoramus futura, si fortasse causa utilitatis animæ accedat ut per vestrum comiatum discedamus, aut etiam illud si contra voluntates nostras, quod absit, separemur à principibus vel à barbaris; & ipsum si fuerit factum, in quantum possumus, semper ad ipsam congregationem revertere faciamus, & sub sancto ordine perseveremus. in reliquo verò per nullum ingenium de prædicta congregatione vestra vel jugo sanctæ regulæ seu de potestate obedientiæ vestræ nullam habeamus licentiam nos abstrahendi aut contradicendi. Quòd si instigante antiquo hoste aut voluntate nostra propria hoc facere tentaverimus, in nullis modis hoc vindicare valeamus, sed ubicunque nos Missus vester aut aliquis ex congregatione vestra invenerit, etiam nobis nolentibus, in ipsa vestra sancta congregatione Deo auxiliante per vosmetipsos faciatis revocare & secundùm regulam ibidem nos dijudicare, ut diebus vitæ nostræ sub divina regula & regimine vestro perseveremus; qualiter in die judicij ante tribunal æterni judicis ipso adjuvante salvos nos repræsentare possitis. Et quicunque contra hanc petitionem, quam nos bona voluntate scribere rogavimus & subter firmavimus, per quemlibet modum agere aut infrangere voluerit, in primis sciat se à Deo damnandum, quem irritat, & insuper secundùm canonicam institutionem à communione omnium fratrum sit extraneus usquequo de hac causa ad veram emendationem perveniat. Manus nostræ subscriptione ad honorem Domni & patroni nostri sancti illius hanc petitionem volumus roborare.

Ipsa promissio.

XXXIV. Ego ille, Domne Abba ille, obedientiam vobis secundùm regulam sancti Benedicti, juxta quod in ista petitione continetur, quam super istud altare posui, coram Deo & sanctis ejus, in quantum mihi ipse Deus dederit adjutorium, Deo & vobis promitto custodire, & in quo possum ipso auxiliante conservo. Amen.

Exemplar

Exemplar promissionis sicut solebant antiqui monachi regulam promittere.

XXXV. In nomine Domini. Promitto me ego ille in sacro monasterio beati martyris sive confessoris illius secundùm institutа beati Benedicti coram Deo & sanctis angelis ejus, præsente etiam Abbate nostro illo, omnibus diebus meis in hoc sancto monasterio amodo & deinceps perseveraturum & in omni obedientia, quodcunque mihi præceptum fuerit, obedieturum. Ego ille hanc promissionem à me factam manu propria coram testibus scripsi & roboravi.

Indiculus pro monacho qui fugerit de monasterio.

XXXVI. Domino illi ille. Suggerentes sanctitati vestræ, certi de vobis quia veritatem animosa pietas non recusat, nec fides recta aliquando patitur quamcunque jacturam. De cetero cognoscatis quòd noster frater ille, qui in monasterio nobiscum fuit nutritus, tonsuratúsque est, obedientiam coram Deo & sanctis ejus ac stabilitatem promisit, atque in nostra clericatus officio ipse ordinatus est, hoc ipsum oblitus discessit à nobis & rediit post satanam, sicut reverti solet canis ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti, & nunc honorem seculi diligens, divitiis ac terrenis rebus sectans, vobiscum degens. Vos tamen scitis quicquid sacrum divina lumina verbis eloquio sensúque docent, quòd nemo mittit manum in aratro, aspiciens retrò, aptus est regno Dei. Nec vobis latet quid facere canones de hac re commendent, vel regula atque tractatores sancti exposuerunt. Hæc enim vos cuncta relegentes, memoriter retinetis quod animo sitienti bibistis. Nam sancta synodus Nicæna ordinat ut siquis in monasterio nutritus usque adsummum studium fuerit, & postmodum discesserit, nisi revertatur, desertoris crimine damnetur. Et iterum: *Si quis susceperit monachum alienum, ambo excommunicandi sunt.* Canones verò Chalcedonenses ita præcipiunt, ut monachus in oratione & jejunio permaneat in loco in quo renuntiavit seculo. Deserentem verò excommunicatum esse decreverunt. Canones autem Agathenses ita pronuntiant: *Monachum nisi per Abbatis sui permissum ad alterum monasterium migrantem nullus tenere præsumat.* Canones verò Augustidunenses ita statuunt, ut nullus monachum alterius absque permisso Abbatis sui præsumat retinere. Regula namque sancti Benedicti, quam ipse promisit in omnibus custodire, ita edisserat: *Sciens se lege regulæ constitutum, quòd ei ex illa die non liceat egredi de monasterio nec collum excutere de sub jugo regulæ.* Et paulo post: *nec ex illa die proprij corporis potestatem se habiturum sciat.* Quid multa replicem? Vos sensibus doctis utimini. Nec mihi pluribus verbis opus est vobis scribere. Quæcunque enim à me potuerunt dici, hæc jam divina gratia vobis contulit. Oportet namque ut doctrinæ jungatur vita fidelis. Agnosci gravius non observanda nocebit. Vos autem secundùm datam à Deo vobis sapientiam facite eum ad locum unde exivit reverti, ut agat pœnitentiam. Scientes autem quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus à morte, & operit multitudinem peccatorum. Nec vobis decet hominem perversò ambulantem secundùm desideria cordis sui auxilium præstare ut magis ac magis eat in interitum. Sed auferte malum ex vobis: quia qui tangit picem, coinquinabitur ab ea. Et nec absconde potest homo ignem in sinu suo ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas ut non comburentur plantæ ejus; sic qui consenserit iniquitatem non erit mundus. Isti, qui excommunicatus est, nolite ei communicare, ne bonorum vestrorum præmia amittatis; sed cum sanctis patribus, qui hujusce modi hominem excommunicaverunt, partem habere mereatis. Et ubicunque fuerit, Abbati suo auctoritate canonum revocetur. Canon Chalcedonensis: *Non liceat Clericum conscribi simul in duabus Ecclesiis, & in qua ordinatus est, & ad quam profugit quasi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad Ecclesiam in qua primitus ordinati sunt, & ibi tantummodo ministrare. Eos verò qui ausi fuerunt ex his quæ sunt prohibita perpetrare, à proprio gradu recedant.* Et ne quis Clericus qui derelicta Ecclesia sua, nulla causa existente probabile, vagatur, per alias Ecclesias suscipiatur in communionem. Canon Aurelianensis. Ministri in quibuscunque locis ordinati fuerint, pervagati, ubicunque inventi fuerint, cum auxilio Episcopi tanquam fugaces sub custodia revocentur. Et reum se ille Abbas futurum esse cognoscat qui hujusmodi personas non regulari animadversione distrinxerit, vel qui monachum suscepit alienum.

Regula S. Bened. c. 58.

Concil. Chalced. c. 10.

Cone. Arelat. I. c. 2.

Concil. Agath. c. 27.

Concil. Chalced. c. 4.

Canones S. Leodegarij c. 10.

Qui monasterium in proprio ædificat, qualiter chartam faciat.

XXXVII. Antiqua legum auctoritas & Principum decreta sanxerunt ut unusquisque, dum manet in corpore, de propria quam possidet facultate voluntatem suam literis inserat, ut perennis temporibus inviolata permaneat. Quapropter dum non habetur incognitum qualiter ego ille unà cum consensu Galliarum Pontificum in re mea propria, quæ ex successione parentum meorum mihi obvenit, monasterium in honore sancti illius ædificavi in loco nuncupante illo, in pago illo, in fine illa, & constituimus ibi Abbatem nomine illum, qui ibidem sanctum ordinem Deo auxiliante gubernare faciat & suis monachis ibi constituat, & per ejus ordinationem ipse sanctus ordo perpetualiter sit institutus & conservatus. Propterea donamus & donatum in perpetuum esse volumus ad jam nominato monasterio sancti illius vel ad Abbate illo ipsum locum ubi ipse monasterius est constructus, cum omnibus adjacentiis & appendiciis suis & locella seu colonicis in villas illas in pago illo. Ista omnia quæ superiùs memoravimus, cum omnibus adjacentiis vel appendiciis eorum, quantumcunque ibidem tenere vel possidere videmur per quolibet adtracto, totum & ad integrum cum omni supraposito ad die præsenti in honore sancti illius pro remedium animæ meæ vel æterna salute dedimus, cum domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, libertis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmque decursibus, strumenta chartarum, libris, vel vestimenta, seu ministeria Ecclesiæ, mobilibus & immobilibus, omnem rem inexquisitam, quicquid dici aut nominari potest, totum & ad integrum ad suprascripto monasterio vel jam dicto Abbati cum monachis suis perpetualiter protegente Domino tradimus ad possidendum. Et dum omnes Præsules & nobiles personæ agnoscunt & comprovincialibus nostris cognitum est quòd ego ille in mea repropria jam nominatum monasterium ædificavi vel cœnobiolo sancto ibi constitui propter Deum, vel quicquid exinde facere volo, præsenti tempore in omnibus mihi maneat libera potestas, propterea per præsentem paginam cum consensu suprà memoratorum Pontificum constituo ut nullus Episcopus alius civitatis, aut Archidiaconus, vel quilibet ex clero, aut actores Ecclesiæ, nullum ibidem præsumant exercere dominatum, non ad mansionaticos aut repastos exigendo, non ad ministeria describendo, non ad Abbatem mittendo. Cùm verò necesse fuerit chrisma petere, tabulas aut altaria consecrare, sacris ordinibus benedici, Abbas vel monachi ibidem consistentes, à quocunque de sanctis Episcopis sibi elegerint qui hoc agere debeat, licentia sit eis expetere, & illi hoc benedicere vel consecrare. Si verò caritate exigente Pontifex quilibet ab Abbate loci illius ibi fuerit invitatus, simpliciter quæ ei à fratribus offeruntur accipiat, nulla exenia vel munuscula ampliùs eis quærat, neque de omnibus rebus ipsius monasterij nullam habeat potestatem. Cùm verò Abbas ipsius loci acceperit transitum, quemcunque de semetipsis monachi ibidem habitantes secundùm regulam sancti Benedicti meliorem invenerint, ipsum Abbatem ibidem constituant. Quòd si ipsi de seipsis talem non invenerint, cum communi consilio illi sanciores monachi aliunde regularem Abbatem, qui eos sub regula sancti Benedicti regat, elegendum in eorum maneat potestate. Quod verò Deus avertat, ne ibi sanctus ordo tepescat, & ipse Abbas hoc emendare non prævalet aut negligit, potestas maneatur ipsis monachis ubicunque in propriis monasteriis rectiùs & sanctiùs secundùm regulam sancti Benedicti invenerint, expetere, & per eorum salubre consilium ipsum sanctum ordinem regulariter emendare. Quòd si Pontifex vel aliquis ex ecclesiasticis ministeriis quislibet vel aliqua emissa persona contra ipsum Abbatem vel ejus congregationem de supradictis ordinibus vel benedictionibus vel de rebus meis propriis monasterij per qualecunque strumento aut quocunque modo ad ipsam casam fuit vel inantea fuerit delegatum, additum, commutatum, vel concessum, vel quicquid ad ipsum monasterium vel ad eorum homines pertinet, aliquid calumniare aut inquietare vel per quodlibet ingenium minuare tentaverit, à glorioso Domno, quem tunc Deus regnum Burgondiæ gubernare permiserit, hoc protinus emendetur. Precor igitur glorioso Domno qui est temporibus modernis, & futuris successoribus Deus regnum Burgundiæ gubernare permiserit, & per Dei tremendum judicium adjurare præsumo ut præsentem paginam vel facta mea ex jamdicto cœnobiolo meo sua fortitudo contra omnem adversitatem pro mercede sua post Deum

jubeat defensare atque solidum in omnibus custodire, ut nullatenus ab infestatione malorum hominum possit inrumpi, sed delectet ibidem Abbati vel sacerdotibus seu monachis ibidem consistentibus pro vita ipsius & filiorum ejus vel exercitu & omni populo catholico quieto ordine Dominum supplicare. Si quis verò.

Qualiter privilegium condatur.

XXXVIII. Dominis apostolicis præsentibus temporibus & futuris, quicunque sub fide catholica pastorali sectantur officia, ille Episcopus Christi humilis. Opportunum est etiam ut Deum timentes propter ventura futuráque judicia diligentibus Deum bonum operare, quatenus qui Pontifex vocatur in populo, timentibus Deum succurrat affectus; ut qui seculum calcant & Christo servire desiderant, per consensum pastoris quieti ab omnibus infestationibus vivant. Quapropter dum non habetur incognitum qualiter monasterio in pago illo, qui dicitur ille, quem illuster vir ille in alode proprio construxit, & pro totius defensionis studio per suam epistolam ad præcellentissimum Domnum Regem Burgundiæ ipsum monasterium aspicere decrevit, ut communis mercis illius pro fundamento & regale clementia pro defensionis auxilio crescat apud Deum, & nobis jamdicto Domno glorioso Regi illo opportunum est petere ut privilegium monachis ibidem habitantibus deberemus largire, ob hoc maximè quia solet contingere ut morientibus religiosis Episcopis, pastoralem locum suscipiant seculares, & res quæ pauperibus fuerunt condonatæ magis per gasindos quàm per sacerdotes dispergantur, & ecclesiastica vita neglecta conlata bonorum magis per venatores & canes &, quod est gravius, per meretrices expendantur, vel religionis norma distructa levitate laicorum secularia injustè consentiantur, & per eorum iniqua consilia monachorum vitam conturbare præsumant. Propterea ergo ab hac parte semper Christo propitio directore dirigentes communi voluntate ille Episcopus & ceteri consensimus ut in eis privilegium claro animo confirmaremus. Statuentes ergo jubemus sub testimonium sanctæ Trinitatis & pretium sanguinis Christi coram Deo & angelis atque archangelis ut de prædicto monasterio illo vel quicquid ibidem tam regio munere quàm privatorum vel quibuslibet rebus atque corporibus est conlatum aut inantea conlatum fuerit, ut nullam exinde Episcopus civitatis illius habeat potestatem, neque Archidiaconus illius, vel ministri & actores Ecclesiæ, aut quislibet ex clero in rebus prædicti monasterij nullum præsumat habere principatum in nullam omnino rem quod dici aut nominari potest, non pro pasto exactandum, non pro mansionaticos requirendum, non pro totius omnino re repetendo, non pro Abbatem constituendo, non pro ministeria discribendo, non pro altaria aut tabulas consecrando, non pro sacros ordines dedicando, illius civitatis Episcopus nullum ibidem præsumat habere accessum, nisi fortasse per communem consensum Abbas vel ipsa congregatio eum caritatis gratia pro sanctæ vitæ meritis crediderit evocandum. Et si fortasse ab eis fuerit evocatus, non hoc in consuetudine vertat, nec munera exinde requirat, sed simpliciter quæ á fratribus sibi fuerint oblata; & expleto caritatis officio, ad propria, sicut de reliqua Regis domo, cum pace discedat; quia dignum est ut quod Rex hujus seculi cum suis proceribus pro commune salute voluit esse constructum, sub integro privilegio sit in perpetuum à calumniandi occasionibus conservatum. Confirmamus igitur jure perpetuo ut cùm Abbas ipsius cœnobij de hac vita migraverit, quemcunque sibi monachi ibidem habitantes secundùm Deum elegerint, absque ullo arbitrio civitatis ipsius antestitis ipsi sibi monachi pastorem instituant, qui eorum sacrum ordinem instanter adtendat. Cùm verò fuerit opportunum Ecclesiam dedicare, aut sacros ordines benedici, vel tabulas consecrare, quemcunque de religiosis Episcopis Abbas ipse vel monachi sibi voluerint invocare, in eorum maneat potestate. Et si, quod absit, ibi ordo sanctus tepescat, & Abbas monasterij hoc per se emendare neglexerit, aut etiam ipse cum monachis statuta regularia servare contempserit, etiamsi vix pauci videantur de monachis quorum religio in Christo proficiat, potestas illis maneat quemcumque sibi elegerint de proximis monasteriis quem rectiùs & sanctiùs secundùm regulam sancti Benedicti invenerint expetere, ut eorum salubri consilio studeant sanctum ordinem revocare. Statuimus etiam mulierum accessus intra portas monasterij nullatenus fiat. Si quis itaque constitutionem præsentem pro quocunque conludio mutare conaverit, reus omnipotenti Deo effectus á

pace Christianorum omnium habeatur extraneus, & indissolubili anathematis vinculo vinctus sortem damnationis Iudæ proditoris incurrat. Quod privilegium ut in perpetuo tempore conservetur, stipulatione subnixa, manu propria.

In Dei nomine. Incipit epistola quæ formata dicitur sive commendatitia.

XXXIX. Reverentissimo atque religiosissimo & à nobis cum summa veneratione nuncupando illi Episcopo ego ille extremus sub pontificali officio Deo famulantium perpetuam in Domino Iesu opto salutem. ΤΥΑ. ΤΑ ΑΑΑΙ. DLXXV. Præsens frater noster ille petiit ab extremitate nostra licentiam ad vestram almitatem proficiscendi atque vobiscum sive cum vestris habitandi. Cui & nos benivola mente & fraterno affectu, non solùm ei copiam ad vos veniendi non negavimus, verùm etiam ut à vobis sive à vestris gratificè suscipiatur exposcimus. Et si vobis placuerit ut aut in gradu quem modò tenet sacris altaribus ministret, aut ad altiorem gradum promoveatur, nostro sive nostrorum testimonio susceptо, id ei facere liceat; quippe qui nihil in eo tale noverimus quo id faciendi ei licentia denegetur. Bene namque in Ecclesia in qua hactenus fuit educatus, bene conversatus, hoc nobis de se sive de sua vita ostendit ut, in quantum humana fragilitas scire potest, administratione sacrorum ministeriorum non sit indignus. Nos itaque, ut homines divini sensus inscij, & arcanorum ignari, præbemus de fratre quale scimus testimonium. Deus est enim quem occulta non fallunt, & qui omnium secreta rimatur, juxta illud: *Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Has ergo litterulas ideo illi petere & nobis facere libuit ut ille non solùm pro profugo aut abjecto non habeatur, verùm etiam nostræ humanitatis & caritatis commendatione, à vestra fraternitate libentissimè susciрiatur. AMHN. XCVIII. Salus æterna, quæ Christus est, & in hoc præsenti tempore vobis longævam salutem & in futuro cum sanctis & electis sempiternam largiri dignetur. Amen. DCXCIV.

1. Reg. 16.

Item alia.

XL. In nomine Patris Π & Filij Υ & Spiritus sancti A. Ille Episcopus venerabilibus Præsulibus illis carissimis nobis patribus & confratribus pacem omnem & salutem sempiternam. Audientes præsentem Ecclesiæ nostræ filium illum, in eadem quoque natum, nutritum, atque eruditum, & usque in presbyterij dignitatem à nostro præcessore provectum, vobis vestræque Ecclesiæ necessarium esse & utilem, mutua caritate & fraterna compassione destinamus eum vestræ paternitati, ut in omnibus, sicut ex vestris uno, illo quoque utamini in Christo, hoc scientes, quia nullius malæ famæ apud nos usque nunc fuit, vita honestus, moribus simplex. Scientia quidem non extollitur à nobis: quia nec potest Homerica, sed, ut ita dicamus, ut in pluribus non civilibus sed exterioribus vulgò egonica. Et quia non divisa sed unica est Ecclesia Christi, non multiformis, sed concors, inter nos etiam quædam familiaritas præ aliis familiaritatibus animata, decet omnino ut & vos utamini nostris ut vestris, & nos vestris ut nostris. Hæc omnia invicem agamus in Christo Iesu Domino nostro. Et ut hæ nostræ humilitatis litteræ de præfato fratre vestræ caritati missæ non fictæ, sed fixæ, non ventosæ, sed firmæ comperiri valeant, Græcos apices, quos ecclesiasticus mos in hujusmodi rebus agendis decrevit, constituit, & obtinuit, subter addere cum numeris ad se pertinentibus curiosè decrevimus, hoc est, primos quos jam superiùs posuimus Patris Π, Filij Υ. Spiritus sancti A, qui exprimunt numerum octogenarium quadringentesimum & primum, Petri quoque Apostolorum principis primam Π, qui habet numerum, ut jam dictum est, octogenarium. Nostri quoque nominis primam, vestri secundam, accipientis tertiam, nostræ quoque civitatis, de qua scribitur, quartam, & vestræ, ad quam scribitur, quintam, Indictionis quoque præsentis anni numerum, & summam utriusque numeri. Addidimus præterea seorsum in conclusione epistolæ universa præfata, claudentes nonagenarium & nonum numerum, qui secundùm Græca elementa significat. Orate pro nobis orantibus pro vobis. Amen.

Item adhuc alia.

XLI. Clarissimo in Christo atque sanctissimo fratri illo Episcopo itémque ille indignus Archiepiscopus in Domino salutem optat. Præsens denique Presbyter ille nomine ad nostram confugit exiguitatem, nobis rememorans qualiter ancessor noster Domnus Ioseph eum ordinavit per deprecationem Fredegisi Abbatis in titulo sancti Martini in villa quæ dicitur illa, & recordans quòd nos in ipso die suæ ordinationis eum inquisivimus. Ideo ad vestram

misimus ipsum prudentiam, ut in vestra illi licitum sit suum peragere parrochia officium. Et ut certiùs credatis à nobis ipsum ordinatum, hanc epistolam, quam formatam dicimus, concludimus eo tenore ut credimus à sanctis patribus constitutum esse, id est, primam litteram Patris & Filij & Spiritus sancti, ut in nomine ipsius condita conservetur. Item primam litteram Petri ponimus, qui primus Apostolorum fuit, quæ, ut transtulimus, L X X X. significat. Ponimus ad nostrorum nominum litteras loci quamvis diversorum ordine tamen ut constitutum est, id est, me indignum primam litteram, vestri glorioſi secundam, tertiam civitatis nostræ de qua mittitur, quartam vestræ urbis ad quam mittimus. Addidimus Indictionem quæ est. AMHN. quod nonagenarium nonum numerum exprimit. Valete in Domino.

Item adhuc alia.

XLII. Reverentissimo almiflúæque religionis cultu sinceriſſimo sanctæ illius sedis Archiepiscopo vel Episcopo Adventius reverendæ Mettensis Ecclesiæ ac plebis ipsius humilis famulus in Christo pastorum principe mansuram cum gaudio prosperitatis & perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum CCCXVIII. patrum Nicæa constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piámque fraternitatem vestram canonicè aggredimur, & sub nomine formatæ epistolæ reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando quia præsenti Presbytero vel Diacono seu Subdiacono nomine ill. has dimissorias dedimus litteras, quem in nostra dioceſi ecclesiasticè educatum de ordine clericatus ad illum proveximus gradum; ut his canonicis munitus apicibus, cum nostra licentia ei in vestra parrochia sub defensione ac regimine vestræ caræ dilectionis degere liceat, & ut eum, si morum probitas & doctrinæ dignitas suppetit, ad ecclesiasticos ordines promoveatis fideliter annuimus, & in sinu sanctæ matris Ecclesiæ canonicè fovendum ac regendum committimus. Hanc ergo epistolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, & anulo Ecclesiæ nostræ bullare censuimus. Christus pastorum princeps fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis diù nobis conservet incolumem. Amen.

Exemplar libertatis.

XLIII. Auctoritas ecclesiastica patenter ammonet, insuper & majestas regia catholicæ religioni assensum præbet, ut quemcunque ad sacros ordines ex familia propria promovere Ecclesia quæque delegerit, in præsentia Sacerdotum, Canonicorum simul & nobilium laicorum, ejus cui subjectus est subscriptione vel manumissione sub libertatis testamento solemniter roboretur. Idcirco ego Adventius annuente Christo sanctæ Mettensis Ecclesiæ Episcopus quendam Ecclesiæ nostræ famulum nomen ill. sacris ordinibus oblatum ad altaris cornu nobilium virorum in præsentia per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus atque ab omni servitutis vinculo securus permaneat, tanquam si ab ingenuis fuisset parentibus procreatus vel natus, eandémque pergat partem quamcunque volens canonicè elegerit, ita ut deinceps nec nobis neque successoribus nostris ullum debeat noxiæ conditionis servitium. Sed omnibus diebus vitæ suæ sub certa pleniſſimáque ingenuitate, sicut alij cives Romani, per hunc manumissionis atque ingenuitatis titulum bene semper ingenuus atque securus existat. Suum verò peculiare quod habet, aut quod abhinc assequi poterit, faciat inde secundùm canonicam auctoritatem liberè quicquid voluerit. Et ut hæc ingenuitatis pagina inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria illam roboravimus.

ISONIS
MONACHI SANGALLENSIS FORMVLÆ.

Traditio ad monasterium.

XLIV. Humano genere peccatorum maculis sauciato atque ob culpam inobedientiæ à paradiſi gaudiis dejecto, inter cetera curationum medicamenta etiam & hoc Deus mundo remedium contulit ut propriis divitiis homines suas animas ab inferni tartaris redimere potuiſſent, sicut per Salomonem dicitur: *Redemptio animæ viri, propriæ divitiæ ejus.* Prov. 13. Hinc & per semetipsam divina clementia in evangelio hortatur dicens: *Date, & dabitur vobis.* Luc. 6. & 11. Et iterum: *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* His igitur atque aliis scripturarum ammonitionibus ego Wolfhugi compunctus trado atque transfundo ad cœnobium sancti Galli, ubi Grimaldus Abbas præesse dinoscitur, quicquid in pago Turgauvensi in loco Rammisperage

nominato proprio sudore Staricholfus adquisivit, & cum manu advocati sui Richmari ad prædictum cœnobium contradidit, mihique & legitimæ meæ procreationi sub ea ratione possidendum dereliquit ut censum exinde annis singulis persolvamus, id est, duos denarios vel duos maldros de grano. Si autem ego illas redimere velim, cum uno solido id agam. Si verò ego illas non redimam, legitimi heredes mei sub prædicto censu eas possideant. Si autem hoc evenerit ut legitimi heredes mei deficiant atque in sua ingenuitate non permaneant integerrimè, statim ad prædictum redeant cœnobium perpetualiter possidendum, nullúsque eas ulteriùs licentiam abstrahendi habeat, sed pro remedio animæ meæ necnon & Staricholfi semper illuc sint deligatæ, cum pratis, pascuis, silvis, marchis, viis, aquis, aquarúmque decursibus, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, quicquid dici vel nominari potest. Hanc autem traditionem ideo ego facere volui quia illa prior traditio quam Staricholfus fecit, non perfecta nec litteris fuit mandata. Quòd si ego ipse vel ulla opposita persona contra hanc traditionis chartulam venire tentaverit, auri uncias tres, argenti pondera quinque ad ærarium Regis coactus persolvat, & effectum quem inchoavit non perficiat, sed hæc charta stabilis & firma permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum in ipso cœnobio sancti Galli, præsentibus istis quorum hic signacula, continentur. Signum Wolfhugi, qui hanc traditionem fecit. Sig. Heitar. † Amalunc. † Witigouvo. † Tagibreht. † Ricman. † Enno &c. Ego igitur Iso inmerens monachus rogatus scripsi & subscripsi. Notavi diem dominicum IV. Kal. Iun. anno XIII. regni Lodoici, sub Odalrico Comite.

Item alia.

XLV. Ego in Dei nomine illa cum manu advocati mei nomine illo trado ad monasterium sancti illius mancipia totidem, quorum hæc sunt nomina. Sed extra hos unum servum emptitium nomine illo. In ea videlicet ratione ut ea habeam tempus vitæ meæ, censúmque annis singulis solvam, id est, tantum. Et si redimere voluero, eum tanto redimam. Illum verò supranominatum servum nomine illo in eundem censum habeam tempus vitæ meæ. Et si redimere voluero, cum tanto pretio redimam. Post obitum verò meum, si antè non redimero, omnia ad jamdictum monasterium redeant perpetim possidenda. Si quis verò contra hanc chartulam traditionis venire atque inrumpere tentaverit, illa multa componat sicut in lege Alamannorum continetur. Actum in illo loco publicè &c.

Præstaria.

XLVI. Christi enim favente clementia ille Abbas monasterij illius sancti. Convenit unà cum consensu fratrum nostrorum ut illa mancipia, quæ nobis ille de illo loco tradidit, ei iterum per præstarium repræstaremus, quorum hæc sunt nomina, illum & ejus sobolem his nominibus, sed extra hos unum servum empticium, in ea videlicet ratione ut ea habeat tempus vitæ suæ, censúmque annis singulis inde solvat, & si redimere voluerit, cum illo pretio redimat. Illum verò supranominatum servum illum in eundem censum habeat tempus vitæ suæ; & si redimere voluerit, cum illo pretio redimat. Post obitum verò ejus omnia ad supradictum monasterium redeant perpetim possidenda, si antè non redemerit. Actum in ipso monasterio publicè, præsentibus istis quorum hic signacula continentur. Signum Decani, Præpositi, Cellarij, Sacratarij, Portarij, Hospitarij, Camerarij. Sig. aliorum testium. Ego itaque ille scripsi & subscripsi. Notavi diem illum, illa data, anno illo illius Imperatoris, sub illo Comite.

Vindicatio traditionis.

XLVII. Dum constet plurimis quòd à quodam homine nomine illo advocatus cœnobij sancti illius, pro rebus quas ille in illo loco sitas ad partem jamdicti monasterij contradidit, frequenter pro illis rebus interpellatus est. Qua ex re utrinque complacuit atque convenit ut devitandæ deinceps causa contentionis præfatæ res, pro quibus nos & advocatum nostrum interpellat, ad nos pleniter id est ad potestatem monasteriȳ redeant perpetim possidendæ, accipiátque à parte ejusdem monasterij aliquo territorium in confinio villæ illius nomine nuncupata, hoc est, totidem juchos, sub tali conventione ut etiam deinceps neutra ullam inquietudinem seu repetitionem moliatur. Quòd si inchoatum fuerit, sit tunc pars alteri tantum culpabilis quantum expetit, & quòd malo ingenio repetit evindicare non valeat, sed præsens conventionis chartula perennem obtineat vigorem, stipulatione subnexa. Actum in illo loco publicè. Signum illius Abbatis & advocati sui illius, qui hanc

conventionis chartulam perpetraverunt. Sig. Decani, Cuſtoris, Præpoſiti, Cellerarij, Portarij, Camerarij, Hoſpitarij. Sig. aliorum teſtium. Ego itaque ille rogatus ſcripſi. Notavi diem illum, in illa data, anno illo illius Imperatoris, ſub illo Comite.

Charta commutationis.

XLVIII. Omne namque quod inter partes diverſas bonis moribus ſaniſque conſiliis fuerit diffinitum, neceſſe eſt propter jurgia futura ſubicienda ſuccedentibus temporibus ſubſcriptionis vinculo conligare. Sic itaque complacuit atque convenit inter illum Abbatem cum advocato ſuo ſeu cœnobij illius ſeu inter alios ſeculares inter illum & illum ut ſimillas firmitates pariſque tenore conſcriptas cambij ſui emitterent. quas & emiſerunt. Ipſum autem cambium in eaſdem firmitatis emiſſiones nominatim viſum eſt nobis inſerendum. Deinde namque memoratus Abbas ſeu alius cum manu advocati ſui jamdicto homini illo in villa nuncupata juchos & de pratis ad carradas ad jus pertinens ſancti illius, & accepit ab illo in villa nuncupata juchos & de pratis ad carradas, ea duntaxat ratione ut pars utraque acceptæ jus cambitionis deinceps inconvulſum & inviolabile perennibus temporibus abſque ullius inquietudine vel repetitione poſſideat; ſicque pari diffinitione ſanxerunt ut ſi pars quælibet exin calumniam ingerere, hoc eſt, ſi aut memoratus Abbas ſeu ſucceſſores ipſius ſive jamdictus ille vel illius heredes aliquam repetitionem moliri tentaverint, ſit tunc pars parti tantum culpabilis quantum repetere præſumpſerit, & in ærarium Regis auri uncias tres cogatur impendere, ſed nihilominus præſens emiſſio cambij hujus perpetim ſui vigoris obtineat firmitatem, ita duntaxat ſi Imperatoris clementiæ complacuerit. Actum in illo loco, præſentibus iſtis. Signum illius Abbatis & advocati ſui illius. Signum illius Decani. Signum Præpoſiti. Signum Cellarij. Signum Cuſtoris. Signum Portarij. Signum Camerarij. Signum Hoſpitarij. Sig. aliorum teſtium. Ego itaque immerens Diaconus anno illo Imperatoris ſcripſi & ſubſcripſi. Notavi diem illum, illam datam, ſub illo Comite. Amen.

Conſtitutio dotis.

XLIX. Dulciſſima conjux mea atque amantiſſima nomine illo, ego in Dei nomine ille. Sumpſit mihi conſilium atque complacuit ut ego te mihi in conjugium accepiſſem. quod ita & feci. Propterea dono tibi dotem, ſicut noſtris utriuſque complacuit amicis tibi donare, in pago illo, in illo loco, in villa nuncupata, id eſt, rectam curtem cum ſepe circumcinctam &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FORMVLÆ ANTIQVÆ DE EPISCOPATV,

Quarum olim usus fuit sub primis Regibus.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. *Cleri plebisque viduatæ civitatis preces ad Regem pro Episcopo instituendo.*
2. *Præceptum Regis de episcopatu, ad Episcopum designatum.*
3. *Indiculus Regis ad Metropolitanum, ut designatum Episcopum ordinet cum suis comprovincialibus.*
4. *Indiculus alter ad Episcopum, pro eadem designati Episcopi ordinatione.*

Cleri plebisque viduatæ civitatis preces ad Regem pro Episcopo instituendo.

I. SVggestio piissimo ac præcellentissimo Domino ill. Regi à servis suis quorum subscriptiones & signacula subter tenentur inserta. Principalitatis &c. *ut suprà pag.* 379.

Præceptum Regis de episcopatu, ad Episcopum designatum.

II. Ille Rex illustri viro ill. aut venerabili viro ill. Dum juxta Apostoli dictum omnis potestas sublimatur à Domino &c. *ut suprà pag.* 509.

Indiculus Regis ad Metropolitanum, ut designatum Episcopum ordinet cum suis comprovincialibus.

III. Domino sancto sedis apostolicæ dignitate colendo in Christo patri ill. Episcopo ill. Rex. Credimus jam ad vestram reverentiam perveniſſe sanctæ recordationis &c. *ut suprà pag.* 379.

Indiculus alter ad Episcopum, pro eadem designati Episcopi ordinatione.

IV. Ille Rex viro apostolico ill. Episcopo. Quamlibet nos ad administrandum gubernandúmque rerum statum præcelsis occupationibus regiæ sollicitudinis causa constringat &c. *ut suprà pag.* 378.

FORMVLÆ DIVERSÆ IN EPISCOPORVM promotionibus usurpatæ post restitutam electionum libertatem.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. *Epistola Hincmari ad Regem, ut electionem & Visitatorem concedat Ecclesiæ Silvanectensi.*
2. *Epistola Hincmari ad Hedenulfum, ut Visitatorem agat in Ecclesia Cameracensi.*
3. *Epistola Hincmari ad clerum & plebem Cameracensem, ut electionem faciant.*
4. *Epistola Hincmari ad Belvacenses, de formæ & modo faciendæ electionis.*
5. *Excusatio Remensium, qui electionem ante Visitatoris adventum fecisse dicebantur.*
6. *Adlocutio Missorum dominicorum ad electores.*
7. *Decretum electionis Hedenulfi Episcopi Laudunensis.*
8. *Decretum electionis Æneæ Episcopi Parisiensis, ad Guenilonem Archiepiscopum Senonensem ejúsque suffraganeos missum à clero Ecclesiæ Parisiensis.*
9. *Rescriptum Episcoporum ad ipsos.*
10. *Decretum electionis Ansegisi Archiepiscopi Senonensis.*
11. *Epistola cleri & plebis Ecclesiæ vacantis ad*

ad Metropolitanum, ut electum ab ipsis Episcopum consecrare dignetur.
12. *Epistola Senonensis Ecclesiæ ad Hilduinum Archicapellanum, pro tuenda electione quam fecerant.*
13. *Examinatio VVilleberti Catalaunensis ordinandi Episcopi.*
14. *Professio Adalberti futuri Episcopi Morinensis.*
15. *Professio altera futuri Archiepiscopi.*
16. *Tractoria Prudentij Episcopi Tricassini, cùm electioni Æneæ adesse non posset.*
17. *Documentum de ordinatione Electranni Episcopi Redonensis.*
18. *Canonicæ litteræ ab ordinatoribus datæ Hedenulfo Episcopo Laudunensi.*
19. *Electio, consecratio, & inthronizatio Gauzberti Episcopi Cadurcensis.*
20. *Decretum electionis Borrelli Episcopi Rotensis.*
21. *Electio, consecratio, & inthronizatio ejusdem Borrelli Episcopi Rotensis.*
22. *Acta electionis Riculfi Episcopi Helenensis.*

Epistola Hincmari Metropolitani ad Regem, ut clero & plebi Silvanectensi novi Episcopi electionem permittat, & Visitatorem designet qui præsit electioni.

I. DOmino Karolo Regi glorioso sit semper salus & vita. Septimo Idus Iunij, circa horam secundam, venerunt tres Clerici & duo laici Silvanectensis Ecclesiæ ad exiguitatem meam, innotescentes eandem Ecclesiam, fratre & consacerdote nostro Erpoino defuncto, viduatam esse pastore, ferentes etiam ipsius Ecclesiæ tam cleri quàm plebis petitionem ut eis pastor secundùm sacras regulas tribuatur. Quos interrogavi si verbum haberent de pace cleri & plebis Ecclesiæ ipsius ex aliqua designata persona. Qui responderunt se non aliam petitionem ex parte sociorum suorum adferre nisi ut apud sohtam misericordiam vestram liberam illis ac regularem electionem obtinere satagerem : quatenus secundùm sacras regulas ille, canonico Visitatore directo, ab omnibus Ecclesiæ ipsius alumnis valeat eligi cui debeat ab omnibus obediri. Ego autem licèt, ut præfatum est, sacerdotem vestrum Erpoinum per fratrem Hildeboldum compresbyterum nostrum VIII. Idus Iunij defunctum audierim, non tamen statui antea dominationi vestræ quicquam inde suggerere aut pro eadem Ecclesia postulare priusquam secundùm regularem morem ab ea legatos acciperem. quia, ut Leo in decretis suis dicit, *si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter scienterque curandum est ut in domo Domini nihil sit inordinatum nihilque præposterum, quanto magis elaborandum est ut in electione ejus qui supra omnes constituitur non erretur? Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non sit in capite. Vbi est illa beati Pauli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium Christi sacerdotum* 1. Tim. 5. *numerus eruditur, & proinde unicuique nostrum dicitur, Manus nemini citò imposueris, neque communices peccatis alienis.* Vnde religiosa sapientia vestra inter alia hæc duo decreta beati Leonis sagacissimè ponderabit, quibus dicit ut in domo Domini nihil sit inordinatum nihilque præposterum. Quæ si idem sanctus & sapiens ita apertè non poneret, subtilitas intellectus vestri sufficienter enuclearet. Propterea Domine reverentissime ac clementissime, dignetur mihi dominatio vestra litteris suis significare quem vultis de coëpiscopis nostris ut ei ex more litteras canonicas dirigam, & Visitatoris officio fungens in eadem Ecclesia electionem canonicam faciat, & aut per se aut per litteras suas vicario suo deferente, eandem electionem cum decreto canonico singulorum manibus roborato ad me referat, ut per me ipsa electio ad dominationis vestræ discretionem perveniat. Et quia in domo Dei, ut ex verbis Leonis præmisimus, nihil auctoritas patitur inordinatum esse nihilque præposterum, cùm vota concordia cleri ac plebis in electione regulari vel vestræ dominationis consensum cognoverimus, litteras metropolitanæ auctoritatis super electionem certæ personæ ad coëpiscopos Remorum dioceseos dirigemus, certum diem & locum eis designantes quando & quò ad ordinationem ipsius electi aut ipsi conveniant, aut litteras sui consensus per Presbyterum aut Diaconum vice sua transmittant.

Leon. I. decreta c. 43.

Epistola Hincmari Metropolitani ad Hedenulfum Laudunensem Episcopum, ut Visitatoris officio fungatur in electione Episcopi Cameracensis.

II. Hincmarus sanctæ metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus ac plebis

Dei famulus dilecto fratri ac venerabili coëpiscopo nostro Hedenulfo salutem. Dilecto fratre ac venerabili consacerdote nostro Ioanne Ecclesiæ Cameracensis defuncto, hortor ac moneo dilectionem tuam, frater carissime, ut ejusdem Ecclesiæ officio Visitatoris nostræ humilitatis metropolitana delegatione susceptо, ad eandem Ecclesiam quantociùs studeas properare, ac assiduis hortationibus clerum plebémque Ecclesiæ publicè admonere festines ut remoto privato studio, uno eodémque consensu talem sibi præficiendum expetant ac eligant sacerdotem qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Formam autem electionis, qualiter & qualem eligere debeant, tuæ dilectioni transmitto; quam publicè coram omnibus tua solertia relegi faciat, ne de ignorantia se quilibet excusare prævaleat. Quæ electio non tantùm à civitatis Clericis erit agenda, verùm & de omnibus monasteriis ipsius parrochiæ & de rusticanarum parrochiarum Presbyteris occurrant vicarij, commorantium secum concordia vota ferentes. Sed & laici nobiles ac cives adesse debebunt: quoniam ab omnibus debet eligi cui debet ab omnibus obediri. Et si post lectionem formæ electionis à nobis per tuam dilectionem eis transmissæ concordes omnes in quamcunque regularem personam inveneris, moneas eos decretum canonicum ab eis fieri ac singillatim omnium manibus roborari; & cum decreto canonico, atque cum tantis qui sufficienter omnium vice testimonium electo ferre possint, cùm eis mandavero, eundem electum ad nos adducere curent.

ADMONITIO SIRMONDI. In altera Hincmari epistola, quam eadem formula scribit ad Hadebertum Silvanectensem ut Visitatoris officio fungatur in electione Episcopi Bellovacensis post obitum Odonis, hoc solùm est discrimen, quòd sub initium adjecta est mentio consensus regij hoc modo: *officio Visitatoris, consensu Domini nostri Ludovici Regis, nostræ humilitatis &c.* Sub finem verò, verbis illis omissis, *cùm eis mandavero*, paulò longiùs excurrit in hunc modum: *eundem electum ad nos adducere tecum examinandum procura. Tua autem dilectio, frater carissime, solerti cura in hac electione invigilet, præsertim cùm nobiscum tibi necesse erit ei qui ordinatus est manus imponere; qui bene nosti præceptionem beati Pauli Apostoli per spiritum Dei emissam, qua in persona Timothei omnium Christi sacerdotum numerus eruditur. Proinde unicuique nostrum dicitur: Manus nemini citò imposueris, neque communices peccatis alienis &c.*

Epistola Hincmari Metropolitani ad clerum & plebem Cameracensem, ut canonicam electionem faciant cum Visitatore sibi designato.

III. Hincmarus sanctæ metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus, ac plebis Dei famulus, clero & plebi in parrochia Cameracensi consistenti. Quia defuncto dilecto & venerabili confratre ac consacerdote nostro, patre videlicet ac pastore vestro Ioanne, necesse est ut de eligendo atque constituendo vobis pastore & doctore atque rectore secundùm ecclesiasticas regulas votis nostris in unum Domino mediante convenientibus, præmissis jejuniis ac litaniarum obsecrationibus, tractare quantociùs maturetis, & exorato eo à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, quique facit unanimes habitare in domo, ita vos unà cum studiis hujus venerandi fratris ac coëpiscopi nostri, cui secundùm institutionem canonicam Visitatoris officium in Ecclesia cujus amore ac vigore fovemini delegavimus, in electione regulari concorditer uniatis. Talem autem vobis futurum pastorem eligite qui merito vitæ & scientiæ doctrina vobis præesse valeat & prodesse, quique à canonibus sacris non discrepet. De cujus electione decretum canonicum unanimi voto agere & sigillatim omnium vestrum manibus in præsentia hujus Visitatoris vestri roborare satagite.

Epistola Hincmari altera ejusdem argumenti, ad clerum & plebem Bellovacensem, in qua & formam rectæ electionis insinuat.

IV. Hincmarus sanctæ metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus ac plebis Dei famulus clero & plebi in parrochia Belvacensi consistenti. Quia defuncto dilecto vel venerabili confratre ac consacerdote nostro, patre videlicet ac pastore vestro Hodone, electione canonica à Domino nostro Rege vobis solita benignitate concessa, necesse erit ut de eligendo atque constituendo vobis pastore vel doctore atque rectore secundùm ecclesiasticas regulas, votis nostris in unum Domino mediante convenientibus, præmissis jejuniis & litaniarum obsecrationibus, tractare quantociùs maturetis, & exorato eo à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, quique facit unanimes habitare in domo, ita vos cum studiis hujus venerandi fratris ac coëpiscopi nostri, cui secundùm institutionem canonicam Visitatoris officium in Ecclesia cujus amore

vel vigore fovemini delegavimus, in electione regulari concorditer uniatis, ut pastore vos diutiùs destitutos non doleatis. De cujus videlicet à nobis consecrandi Episcopi electione pro impositio nobis ministerio & cura totius provinciæ secundùm mysticæ Nicænæ synodi canones delegata fraternitati vestræ auctoritatem divinitus promulgatam intimare satagimus. Primò scilicet, ut decretum sine Visitatoris præsentia nemo conficiat, cujus testimonio Clericorum ac civium possit unanimitas declarari. Deinde, ut de Ecclesia vestra, sive sit in civitate, sive in monasteriis, his disciplinis institutum, & ita apostolicæ formæ convenientem, de Diaconibus vel Presbyteris eligatis vobis, auctore & fautore Domino, consecrandum Episcopum, sicut cùm de eligendo atque constituendo
Tit. 1. 1. Tim. 3. Episcopo ageret, Tito & Timotheo Paulus depingit apostolus. Et si, quod absit, de civitatis ac parrochiæ vestræ Clericis ordinandus Episcopus nullus dignus vel idoneus summo sacerdotio, quod evenire non credimus, poterit inveniri, tunc alterum de altera dioceseos nostræ Ecclesia,
Can. 22. unde nobis secundùm Africanum Concilium sine cujusquam contradictione ordinandi quemquam canonicè electum & petitum est attributa licentia, eligere procurate, qui merito vitæ & scientiæ doctrina vobis præesse valeat & prodesse, quíque sacris canonibus, præcipuè capitulo
Concil. Carthag. IV. c. 1. Carthaginiensis Concilij, qualis debeat ordinari Episcopus, non debeat obviare, & à decretis patrum, Siricij videlicet, Innocentij, Celestini, Leonis, Gelasij, atque Gregorij, quantum patitur humana fragilitas, & poteritis conspicere, non valeat quoquo modo discrepare. Si etiam de alterius dioceси Archiepiscopi vel parrochia Episcopi quempiam vobis notum proficuum & utilem eligere malueritis, necesse vobis erit, cum beneplacito illius Episcopi cujus interierit, & litteris canonicis petitum obtinere, & ad nos illum mediante Visitatore vestro examinandum adducere: quatenus, si congruus sacris canonibus inventus fuerit, vobis ordinetur Episcopus. Ante omnia autem cavete in electione Pontificis malum simoniacæ hæreseos; ne pro dato aliquo vel promissione inlicita, neque pro gratia cujuscunque, vel familiaritate aut propinquitate alicujus, quemquam attentetis eligere; non eum cui nulla natalium, nulla morum dignitas suffragetur, vel qui originali aut alicui conditioni obligatus detineatur; neminem ex laicis neophytum, id est, noviter attonsum, & sine disciplina, vel non per tempora constituta ad ecclesiasticos gradus provectum. Quod ideo specialiter designamus quia cùm canones dicant, *Nullus ex laicis ordinetur*, demonstrant quòd non de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim Clerici nasci & non fieri possunt. Sed designata sunt genera de quibus ad clericatum pervenire non possunt. id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit, si quis vir antè servivit, si quis publicam pœnitentiam pro culpis criminalibus egit, si quis bigamus vel maritus viduæ fuit, vel si concubinam vel pellicem novit. Cavete nihilominus ne inlitteratum vel alicujus hæreseos peste corruptum, ac aliquorum membrorum damna perpessum, non negotiatorem Clericum, aut inhonestis & turpibus lucris incubantem, aut horrendis quibusdam criminibus implicatum vel diffamatum, vel dæmoniis similibúsque passionibus irretitum eligere attentetis, sed domui Dei dignum, fidelem, atque prudentem ministrum & dispensatorem eligite: quatenus interiùs exteriùsque decenter ornatus, formam videndi vobis religiosa conversatione demonstret, vel sana doctrina, inter hujus mundi ac tribulationum tenebras recta calle gradiendi sine offensione ad portum salutis lumen manifestare prævaleat, & contra barbaricam infestationem, si, quod absit acciderit, vobis ferre auxilium prudentia sciat, utilitate valeat, temperantia consulat, & sic exterioribus administret ut interiora non deserat, sic interioribus serviat ut exteriora penitùs non relinquat, & ambidexter contemplationi mente inserviat, vitæ activæ servitiis intentus, ut fidelis servus & prudens, conservis in tempore tritici mensuram id est modum verbi fidei probatè dispenset, non solùm in prædicationis sermone ac conversationis exemplo, verùm in cunctis saluti ac vitæ necessariis necessaria & opportuna provideat. Hujusmodi, quantum Dominus dederit, ipso cooperante, electum cum Visitatore vestro, præsente scilicet confratre nostro, & cum decreto canonico ad humilitatis nostræ sollicitudinem examinandum adducite: quia, ut longè ante nos dictum est, non est facilè dimittendus cui est proximus committendus. Prænoscere vos

denique volo quia si personam à sacris canonibus deviam scienter nobis adduxeritis, non solùm ex ea Pontificem non habebitis, verùm etiam pro illicita electione, ut contemptores canonum, judicium incuretis. Sed & nostro ac coëpiscoporum nostrorum judicio refutata rationabiliter electione vestra incongrua, talem secundùm Laodicenses canones studebimus eligere qui vestris vitiosis voluntatibus non valeat consentire: quia sicut bene petentibus dicit Dominus, *Petite & accipietis*, ita & per Apostolum malè petentes redarguit dicens: *Petitis & non accipitis, eò quòd malè petatis.* Petite fratres, at ut vobis pastorem secundùm cor suum tribuat. In cujus electione si non plus temporalia quàm spiritualia commoda studueritis attendere, gratiam suæ electionis electioni vestræ bonorum operum & piorum studiorum auctor & cooperator studebit accommodare, qui non sicut homo tantùm in facie, sed singulorum corda scrutatur & renes; cui est honor & gloria, potestas & imperium in secula seculorum. Amen.

Matth. 7.
Iac. 4.
1. Reg. 16.

ADMONITIO SIRMONDI. Huic similis altera in codice Tiliano legitur Herivei archiepiscopi ad eosdem Bellovacenses, de eligendo Episcopo post obitum Erluini.

Excusatio Remensium, qui ante Visitatoris adventum Episcopum, post Hincmari mortem, elegisse dicebantur, ad Hildeboldum Suessionensem & ceteros provinciæ Remensis Episcopos.

V. Sanctissimo & reverentissimo patri Domno Hildeboldo venerabili Episcopo, unà cum ceteris Episcopis hujus sanctæ sedis metropolis Ecclesiæ, Canonici & monachi & etiam quidam laici sanctæ sedis Remensis Ecclesiæ, quorum nomina subter adscripta patebunt, præsentem felicitatem æternámque beatitudinem. Noverit paternitas vestra ad exiquitatem nostram pervenisse quosdam, qui, sicut ait Apostolus, in hac parte ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, vobis nuper & Domno Hugoni Abbati & Angeluvino venerabili Episcopo & aliis quibusque de parte nostra generale mandatum pertulisse, videlicet à majori usque ad minimum omnes electione facta, contra omnem constitutionem canonicam, antequam Visitator ad nos perventus sit, consensisse, & nomine tenus quendam designasse, & hanc falsitatem usque ad regias aures jam pervenisse. Quod nos non tam præsumptiosè &, ut apertiùs dicamus, stolidè ullo modo egisse quæsumus vos primùm scire, ac per vos & præfatum Domnum Abbatem vel Episcopum Angeluvinum ceterósque omnes ad quos hæc pravitas divulgari potuit, certos reddere flagitamus; & sicut hactenus abstitimus ab ullius certæ personæ electione, ita deinceps, donec pietas divina & regia clementia nobis concesserit Visitatorem, abstinere pro certo noveritis. Vnde & uno paríque consensu unum è nobis non minùs fidum quàm fidelem fratrem nostrum nomine Guntramnum venerabilem monachum & sacerdotem atque Præpositum cœnobij Altivillarensis cum his pariter apicibus vobis direximus, qui viva voce ea etiam quæ hic longum fuit inserere verbis per singula manifestet. Et hæc sunt nomina eorum qui hujus excusationis & præfatæ culpationis uno consensu ad vos hæc dirigunt. Valeat sancta paternitas vestra ad vota nostra semper in Domino. Data Nonis Februarij.

Ioan. 2.

Nomina Canonicorum de congregatione sanctæ Mariæ. Framerius Presbyter atque Vicedominus S. Teuto Presbyter atque Præpositus S. Odelhardus Archipresbyter pro se & ad vicem Hildradi Archipresbyteri S. Otbertus Decanus S. Rodoardus Presbyter S. Sichelmus indignus Presbyter S. Seulfus Presbyter S. Teudericus Presbyter S. Rothardus Presbyter S. Calestus Presbyter S. Walthadus Presbyter S. Hardierus Presbyter S. Romoldus Presbyter S. Guntbertus Presbyter S. Rodoalus Presbyter S. Samuhel Presbyter S. Heirbrannus Diaconus S. Erchamueus Diaconus S.

Monachi de sancto Remigio. Tetboldus Presbyter atque Præpositus S. Rotfridus major monachus S. Boso Presbyter & monachus S. Rotgerus Presbyter & monachus S. Rotfridus minor & Presbyter S. Flodouvinus Presbyter & monachus S. Beroldus Presbyter & monachus S. Guntherus Diaconus & monachus S. Bernerus Diaconus & monachus S.

Canonici de sancto Basolo. Ramigilus Presbyter S. Amalricus Presbyter S. Vuaningus Diaconus S.

Canonici de sancto Theodorico. Erloldus Presbyter S. Odelbertus Presbyter S. Engericus Diaconus S. Tetherus Diaconus S. Waltharius Diaconus S. Agenardus Diaconus S.

Monachi de Orbacis. Rambradus Præpositus S. Heirmardus Decanus S. Lantherus

Diaconus S. Rodoardus Diaconus S. Sicfridus Diaconus S.

Vasalli. † Liudo. † Odalricus. † Fidentius. † Gibuinus. † Rotmarus. † Vto. † Geroldus. † Gislemarus. † Sidrach. † Allo. † Hadericus. † Rodulfus. † Hagano. †. Rumbertus. † Vuido. † Adroldus. † Gerardus. † Framericus. † Rothardus. † item Hadericus. † Berno. † Magembodus. † Brunerus. † Nodilo. † Amalraus. † Amalbertus. † Agbertus. † Gerbertus.

ADMONITIO SIRMONDI. *Hactenus excusatio Remensium ex veteri codice sancti Laurentii Leodiensis, ubi inscribitur:* Consensus Canonicorum & monachorum Remensis Ecclesiæ de electione Domni Fulconis, *qui Hincmaro successit.*

Adlocutio Missorum Imperatoris Ludovici Pij ad clerum & plebem electionis causa congregatam.

VI. Adnuntiamus vobis, dilectissimi fratres, quatenus divina inspiratione admonitus Dominus clementissimus & Imperator Christianissimus Hludouvicus unamquamque rem quæ vitio aliquo depravata fuerat ad suum jus & ad rectitudinis tenorem nititur revocare. Et maximè de his quæ ad Dei Ecclesias pertinent curam gerit, ut suos omni modo habeant honores, & ut rectores earum apti sint ea prævidere quæ eis commissa sunt. Notum sit omnibus suis fidelibus, qui in ista parrochia consistunt, ideo nos huc missos fuisse ut concessam ab eo potestatem inter vos eligendi sacerdotem adnuntiaremus: quia multùm ei vestra fatigatio abhorret, quòd tamdiu absque pastore & rectore erratis. Quamobrem imperialis clementia atque prudentia talem virum à Deo electum & omnibus probatum eligere sanxit qui ad utilitatem omnium in sancta Dei Ecclesia proficiat. Et universa vestræ sanctitati enumerare jussit, quibus virtutibus & moribus ornatus, quibúsque vitiis & reprehensionibus innotabilis existere debeat qui ad talem honorem desiderat pervenire; cujus optimè beatus Paulus Apostolus vitam moréſque discutiens in epistola quam
1. Tim. 3. scripsit ad Timotheum. Dicit enim: *Si quis episcopatum desiderat*, usque *ne incidat in laqueum diaboli.*
Tit. 1. Item ad Titum de eadem re scribens ait: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ*, usque *& contradicentes resistere.* Adportetur liber, & præsentibus vobis istæ sententiæ legantur. Volumus ut etiam canones coram vobis legantur, in quibus præcepta nostræ vitæ continentur; ut in illis potiùs discamus quales ad tale ministerium promoveri conveniant. Ideo revera & sententias Apostoli & capitula canonum legi præcipimus, ne quis ignorationis causa se possit tueri, si de electione fuerit jure correptus. De canone Apostolorum c. XVII. & XVIII. & XXX. & XXXVII. legatur. Item de canone Antiocheni [Concilij] c. XIX. Item de canone Laodicensium cap. XII. & cap. XIII. Item de canone Chalcedonensi cap. II. & cap. IV. Item de canone Sardicensis Concilij cap. II. & cap. V. Item de canone Africani Concilij cap. XVII. Item de canone Hipponensis Concilij cap. XVII. & cap. LVII. Item de decretis Papæ Siricij cap. VIII. & cap. IX. & XIV. Item in decretis Zosimi cap. III. Item in decretis Innocentij cap. *. Item in decretis Gelasij cap. XXIV. Item in decretis Celestini cap. XVIII. & XX. Item in decretis Leonis Papæ cap. XXXIII. & cap. XXXV. & cap. XLIX.

Meminisse vos decet, ô Dei Sacerdotes, propositi & ordinationis vestræ, qui gubernacula tenetis animarum, & positi estis columnæ in Ecclesia Dei ad sustentandos infirmos, ad confortandos imbecilles, ad consolandos pusillanimes. Vobis cura pauperum commissa est, vestro ore corpus Christi conficitur, per impositionem manuum vestrarum à laqueis diaboli homines liberantur. Cavete ne ab adversario decipiamini, ut concessa potestas eligendi in majus vos ponat periculum. Bene nostis, fratres, quod periculum vobis dicimus. Id est, ne quis per adulationem, aut per timorem, aut per præmium, aut per aliquam talem amicitiam quam nonnulli inter se homines dando & remunerando habere solent, sed is qui dignus & omnibus amabilis, & moribus bonis, & sanctæ conversationis existens, ad istam sanctam & venerabilem sedem Pontifex eligatur. Mementote quemadmodum de imperitis vel falsis pastoribus Salvator loquitur dicens: *Quòd si cæcus cæcum duxerit, nonne ambo* Matth. 15. *in foveam cadent?* Non dominum eligite, sed sacerdotem; non tyrannum, sed Episcopum: non qui præesse, sed prodesse velit; non eum cui dominari magis quàm consulere subditis placet. Huc usque Sacerdotibus loquimur, de quibus Dominus dicit: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.* Levit. 11. Nunc ad ceteros Clericos veniamus, qui cum humilitate & patientia expectant donec ad altiorem promoveantur gradum,

qui benedictionem jam ſibi datam bonis operibus adornent, & nullis vitiis ſubjaceant. Vos etiam, fratres, ammonemus ut in hac electione unanimes ſitis, veſtríſque prioribus obedientes, pari devotione communíque conſilio utilitatem veſtram conſiderantes, nihil præter illorum conſcientiam facientes, una voce pariter unum Deum ſuppliciter deprecamini, ut qui nullis meritis facientibus poteſtatem vobis eligendi tribuit, ſibi placibilem & vobis utilem gubernatorem inter vos manifeſtet. Adtendite ne tam præclarum ac deificum munus ab illis deludatur qui magis ſua conſiderant commoda quàm aliorum. His enim nullus in hac electione locus detur qui ſanctum rectúmque conſilium veſtrum perniciosis argumentationibus diſturbare pertemptant; ſed juxta canonum inſtitu-
Conc. Nic. c. 6. ta, plurimorum ac meliorum prævaleant & roborentur ſententiæ. Vos ergo, virgines, vidúæque, admonemus, quæ vitam veſtram ſoli Deo dicaſtis, ut ab illo cumulum mercedis alij centeſimum, alij ſexageſimum reciperetis, ut ſimul cum his quibus ſuprà diximus una mente Deum deprecemini ut talem vobis ſacerdotem dare dignetur qui gregem ſibi commiſſum ab omni periculo defendere valeat & velit. Non prætermittimus vos nobiles & fideles laicos, qui licitis connubiis adſtricti & ad generandas proles legitimis conjugibus eſtis copulati, ut una voce, communi conſilio, Deum omnipotentem pariter invocetis ut non de aliena Eccleſia ſacerdotem vobis mittat, ſed de ipſa familia, ſi dignus in ea aliquis fuerit inventus, dare dignetur. Sæpe enim inter eum qui de aliena Eccleſia fuerit Pontifex factus & inter gregem ſibi commiſſum ſcandala & contentiones oriuntur, & peccatis facientibus fit lupus qui debebat eſſe paſtor. Et
2. Cor. 7. ſemper inter eos, ut ait Apoſtolus, *foris pugnæ, intus ſunt timores.* Abſit ut inter vos talis eligatur qui poſtea de pravis actibus incriminari [aut] condemnari poſſit.
Gal. 6. *Nolite errare*, inquit Apoſtolus, *Deus non irridetur.* Si fortè aliquis per veſtrum præmium aut per aliquam malitioſam artem hanc ſedem ſubripere conaverit, & hoc vobis malum conſentientibus ut in illum electio veniat, hoc nequaquam conſentiemus vobis, ſed Domno Imperatori adnuntiemus; & ille ſine ullo periculo, & cum licentia canonum, undecunque & cuicunque Clerico voluerit, dare potuerit. Et tunc meritò auferetur à vobis poteſtas eligendi, quia Deo offendiſtis, & voſmet abominationem exhibuiſtis. Id noverit veſtra tantummodo aſtutia in hac re eſſe ſequendum quod nec præceptis apoſtoli- Leo I. ep. 92.
cis contrarium nec decretis ſanctorum inveniatur adverſum.

Hactenus ſingulariter unumquemque per gradum & propoſitum ſuum admonuimus. Nunc generaliter ad omnes ſermo noſter dirigitur; quia non ſolùm hi qui primores, ſed etiam minimi qui in iſta parrochia ſunt, iſtiuſmodi rebus omnino indigent. Magnopere ſtudendum eſt, dilectiſſimi fratres, Deum ſuppliciter deprecari ut talem inter vos ad ſuum ſervitium aptum & vobis profectuoſum per ſuam magnam clementiam manifeſtare dignetur. Ideoque ammonemus ut triduana jejunia ab omnibus in iſta parrochia commorantibus fieri jubeantur, & ut eleemoſynæ quantumcunque dare potuerit in ſuo maneat arbitrio. Simúlque omnes una voce unáque mente omnipotentem Deum deprecamur ut talis Dei famulus, Deóque dignus, & bonis hominibus acceptus, ad illam venerabilem ſedem Pontifex eligatur, qui poſtmodum nullo vitio, nulla reprehenſione arguatur; ſed ſit bonis moribus ornatus, & ſancta converſatione ſuffultus, ſacríſque litteris imbutus, ut idoneus miniſter eſſe poſſit ad perficiendum ea quæ ei commiſſa fuerint. Quiſquis abutitur miniſterio, non ſibi tantummodo nocet, ſed etiam illis quibus ad inſtar ſpeculi in altiori & eminentiori loco poſitus, cujus vita & actiones cunctis ſub illius regimine conſtitutis exemplar eſſe debeat. Quòd ſi ejus opera qui ceteris præpoſitus eſt doctrinam deſtruunt, cunctis ad diſpectionem ſuo exemplo ſemetipſum præbet. Ideoque eadem veſtigia reciprocis ſermonibus iteramus, ut meliùs intelligatis quanto ſtudio atque prudentia ea debetis providere quæ diutiùs & ſtabiliter debent permanere. Nobis quoque hujus electionis tantùm obſervatio credita eſt; ne per ignorationem aut ambitionem delinquere ſinamus. Ideoque mandamus vobis ex verbo Domni Imperatoris, & per illam fidem quam Deo & Domno Imperatori Hludouvico jurejurando conſervare promiſiſtis, ut ne in illo terribili examine, in quo omnes ante tribunal judicis conſiſtere debemus, in graviſſimam damnationis ſententiam incidatis, unde ultra nullatenus evadere valeatis, ſed æterna damnatione excuſabilem lugitis in perpetuo pœnam,

ut eum quem meliorem & doctiorem & bonis moribus ornatiorem in ista congregatione conversari noveritis, nobis eum celare non dedignemini. Non enim parva res est quam superiùs diximus. Eam animis infigite vestris, ut diutiùs ventilata ad puritatem hujus rei & ad unanimitatem corda vestra convertat. Numquid tam obdurati animo estis ut nostra monita surda aure pertranseant? aut lapideum cor & ex silice nati corum nostra non emolliat oratio? Quis infelicium de tali non terreatur supplicio? Quis miserorum qui talibus dictis non vereatur? Audiant hi & timeant, qui fautores fieri volunt iniquorum, Psalmistam dicentem: *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Et etiam nihilo minùs delinquunt qui pravis actibus consentiunt quàm qui perversa agunt. Non eos solummodo esse reos Apostolus testatur qui mala faciunt, sed qui consentiunt facientibus. Timemus ergo vestram offendere dilectionem quòd tam duriter loquimur. Sed confidimus in Deo quia idcirco nobis indignari non vultis quia perversa consilia vel acta testamur. Sed quicunque irasci mavult, suam magis indicare conscientiam poterit quàm nostram depravare sententiam. Ideoque priùs vitium accusamus quàm oriatur, ut penitùs deleatur; & ne nocivum vel pestiferum genus ambitionis detrimentum in vobis creat, aut quòd ulla ambiguitas sermonum vel diversitas voluntatum à vero rectitudinis tramite vosmet deviare posset.

Psal. 48.

Rom. 1.

Decretum cleri & plebis Ecclesiæ Laudunensis de electione Hedenulfi Episcopi ad Hincmarum Metropolitanum & Episcopos provinciæ, ut illum ordinent.

VII. Domino reverentissimo & sanctissimo Hincmaro Archiepiscopo ceterisque vestræ diocesèos sanctis patribus & Episcopis, clerus Laudunensis, cum totius parrochiæ plebibus & sibi conjunctis Præsulibus, æternam in Domino Iesu Christo salutem & pacem. Canonicis regulis & apostolicis institutionibus statutum esse recolimus ut quotiens quælibet civitas ministerio pontificalis dignitatis caruerit, proprióque pastore vacaverit, cum decreto electionis, singulorum petentium manibus roborato, metropolitanum adire Pontificem debeant, & de substituendo in loco ejus qui decessit pastore petitione supplici commonere; quatenus & civitas solicitudine pastorali destituta proprio recuperetur Pontifice, & qui ordinandus est gratiosiùs possit accedere: quia cui debet ab omnibus obediri, utique debet & ab omnibus eligi; ne civitas non optatum Episcopum aut contemnat aut oderit, & fiat minùs religiosa quàm convenit cui non licuit habere quem voluit; hi verò qui ordinaturi sunt, in quem viderint omnium vota propensiùs concordare, promptiùs liberiùsque illi manus imponere possint. Quapropter cum decreto nostræ electionis manibus singulorum nostrorum roborato ad paternitatem vestram accedentes, Hedenulfum Ecclesiæ nostræ filium, & in Ecclesia nostra suffragantibus stipendiorum meritis ad onus usque sacerdotale promotum, vita & moribus & sancta conversatione idoneum approbatum, quem per licentiam vestram, favente Christianissimo Imperatore Karolo pari consensu ac concordi devotione atque unanima voluntate eligimus, per manus vestras ac ceterorum vestræ diocesèos sanctorum Episcoporum consecrari nobísque & Ecclesiæ nostræ doctorem atque Pontificem institui imploramus, precamur, ac petimus. Elegimus autem eum nobis fore pastorem quem apostolicæ formæ, qua Episcopum ornatum beatus Paulus esse oportere demonstrat, congruere & sacris non obviare canonibus Christi gratia cooperante confidimus. Oramus sanctam paternitatem vestram nunc & semper in Christo bene placere. Actum V. Kalendas Aprilis in basilica sanctæ Mariæ genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi anno incarnationis ejusdem Domini nostri Iesu Christi DCCCLXXVI. regni Domni Karoli Imperatoris XXXVI. & imperij primo, Indictione nona.

Leo I. ep. 89. c. 3.

Idem epist. 84. c. 5.

Aliud decretum cleri Parisiensis de electione Æneæ Episcopi, quem Karolus Rex insinuaverat, ad Metropolitanum Senonensem ejúsque provinciales Episcopos.

VIII. Religiosissimis patribus & fratribus, Gueniloni metropolitano senonicæ sedis antistiti, & universo clero ejus, & ceterarum Ecclesiarum Præsulibus quæ in dioceśi memoratæ sedis censentur, cunctísque in eis Deo famulantibus, clerus matris Ecclesiæ Parisiorum, & fratres cœnobij sancti Dionysij & sancti Germani & beatæ Genovefæ ac Fossatensis diversorúmque monasteriorum unanimitas, præsentem & futuram salutem. Venerabilem pastorem nostrum Ercanradum nuper decessisse cùm longè latèque divulgatum sit, tum sanctitatem vestram latere

non potuit; nósque affici mœstitia de vocatione fratris defuncti, ac sollicitudine permoveri de electione successuri, prudentia vestra intellegit. Cùm enim principaliter se futurum Dominus Iesus polliceatur cum his qui principes religionis existunt, non patimur diù carere antistite, cujus doctrina ad salutem nostram instituamur, exemplo informemur, benedictionibus in nomine Domini muniamur. Ejus, utpote bonorum omnium auctoris, nequaquam nos cura destitutos firmissimè credimus, dum ipse curas nostras sua clementia sustulit, & vota ultronea benignitate prævenit. Namque ipse in cujus manu cor Regis est, glorioſi Domini nostri Karoli, quemadmodum plenè confidimus, menti infudit ut ejus nos regimini committeret quem in divinis & humanis rebus sui fidissimum multis experimentis probasset. Igitur Dei pronam in nos amplectentes misericordiam, & Regis nostri piam susçipientes providentiam, Æneam, cujus præconia præmisimus, concorditer omnes eligimus, Æneam patrem, Æneam Pontificem habere optamus. Quamvis enim tanta prudentia ac probitate præcellentissimus Rex noster polleat ut solum ejus judicium de viro memorato posset sufficere, tamen conditionis humanæ non nescij, futurorúmque curioſi, aulicorum nos ipsi propositum ac mores longè priùs inspeximus, & inter graves probabilesque personas & sanctitate ferventes, hunc quem antistitem habere cupimus, quotquot eum nosse potuimus, ut nunc palam est, absque errore annumeravimus. Proinde, sancti patres, annitimini ne dilatione divini & regij beneficij torqueamur; sed nobis suspensis, nobis desiderantibus, nobis flagitantibus, ponatur celeriter lucerna super candelabrum, ut lumen veritatis populus Dei videat, & æmula devotione Præsulis vestigia tenens, sempiternæ beatitudini præparetur. Professionem verò nostri consensus in Æneam Deo annuente per vestrum ministerium nobis futurum antistitem subscriptionibus nostris certatim roboravimus, ut nostra unanimitate comperta, votum summa properantia compleatis.

Rescriptum Episcoporum ad ipsos.

IX. Guenilo sanctæ Senonicæ sedis metropolitanus Episcopus, Heriboldus Autisiodori Episcopus, Agius Aurelianorum, Prudentius Tricassinorum, Herimannus Nivernensium, Frotbaldus Carnutum, Hildegarius Meldorum, clero matris Ecclesiæ Parisiorum & cunctis in diversis cœnobiis sub ea Deo militantibus salutem. De excessu reverentissimi coëpiscopi nostri Ercanradi non mediocriter anxij, vestrique mœroris participes, tandem justissimæ dispositionis Dei memores consolationem recipimus, dum vos sub pastore bono agentes, qui summè bonus est, vicarium ejus scilicet visibilem, ministerisque nostri consortem, absque dilatione expetere vestris litteris tenentibus lineas rationis cognovimus. Præparatum enim à Deo ei bonum exitum credimus cujus munere talem videmus patere ingressum, quamquam nobis futurus nunc socius olim fuit præcognitus & merito suæ probitatis amabilis. Quis enim vel leviter tetigit palatium cui labor Æneæ non innotuit, & fervor in divinis rebus non apparuit? Quamobrem electionem vestram in eo factam Deo propitio libenter sequimur; ut eum profuturum populo ejus, ad dignitatem pontificatus promovendum, concorditer decernamus. Sit igitur vobis pastor qui pro suis in Deum meritis bene complacuit; & sequentes ejus veracem doctrinam, & sancta opera imitantes, ad cœlestis regni pascua properate felices. Ordinationi autem ejus subscripsimus concorditer universi, ut securi ministerio potestatis ejus fruamini.

Aliud decretum cleri & plebis Senonensis, de electione Ansegisi Metropolitani, qui ex alia provincia petitus est, ad Episcopos provinciæ Senonicæ.

X. Dominis reverentissimis ac venerabilibus Senonum diœceseos patribus & Episcopis, Senonum Ecclesiæ clerus, cum totis ejusdem parrochiæ plebibus sibi conjunctis, pacem perpetuam & gloriam sempiternam semper & ubique optamus in Domino. Canonicis regulis & apostolicis institutionibus sancitum esse recolimus ut quoties metropolis civitas pontificalis ministerio dignitatis caruerit, proprióque vacaverit pastore, Suffraganei ejusdem metropolis convenire debeant, & electionem futuri Pontificis cum consensu cleri & plebis facere, ac cum decreto electionis singulorum petentium manibus roborato Suffraganeos adire debeant Pontifices, ac de substituendo in loco ejus qui decessit pastore petitione supplici commonere; quatenus & metropolis civitas pastorali sollicitudine destituta proprio recuperetur Pontifice, & qui ordinandus

ordinandus est, gratiosiùs possit accedere: quoniam cui debet ab omnibus obediri, debet utique & ab omnibus eligi; ne civitas Episcopum non optatum aut contemnat aut oderit, aut fiat minùs religiosa quàm convenit cui non licuerit habere quem voluit; hi verò qui ordinaturi sunt, eum in quem viderint omnium vota propensiùs concordare, promptiùs ac liberiùs illi possint manus imponere. Idcirco cum decreto electionis nostræ manibus singulorum nostrorum roborato ad paternitatem vestram accedentes, Ansegisum Presbyterum Remorum dioceseos; Ecclesiæ autem Belvacensium, atque Abbatem monasterij sancti Michaëlis, quem per licentiam vestram, patres venerandi, Domino etiam Christianissimo Rege Karolo annuente, secundùm decreta Celestini Papæ, ex propria Ecclesia deficiente electione, pari consensu ac concordia, voluntate ac devotione elegimus nobis & Ecclesiæ nostræ Episcopum atque Pontificem per manum vestram consecrari implorantes, petimus, rogamus, atque precamur. Eligimus autem eum nobis fore pastorem quem ecclesiasticæ formæ, qua Episcopum ornatum Paulus Apostolus esse debere demonstrat, congruere & sacris canonibus non obviare Christi cooperante gratia credimus. Actum v. Kalendas Iulij in basilica sancti Stephani protomartyris anno incarnationis dominicæ DCCCLXXI. regni verò Domni Karoli glorioſi Regis XXXII. Indictione IV.

Vide suprà pag. 606.

Decreta Celestini c. 11.

ADMONITIO SIRMONDI. Ex his tribus decretis, primum pro Hedenulfo, quia novi nihil inerat, communi & recepta formula contextum est; alterum pro Ænea, quia res exigebat, totum peculiare; postremum pro Ansegiso ex utraque forma mixtum.

Epistola cleri & plebis Ecclesiæ vacantis ad Metropolitanum, ut electum ab ipsis Episcopum consecrare dignetur.

XI. Domino sanctorúmque meritis coæquando patri patrum Domino illi Præsuli summo cunctus clerus omnísque populus sanctæ illius Ecclesiæ multimodam in Domino optamus salutem. Igitur quoties aliqua plebs vestræ ditioni subdita à proprio fuerit viduata pastore, non aliunde nisi à vobis est implorandum auxilium, quem ad hoc divina præordinavit majestas ut non solùm vestros specialiter pascatis filios, sed etiam rectores non habentibus & spiritali pabulo indigentibus pastores tribuatis. Quapropter ad vestræ sanctitatis paternitatem fiducialiter nostras fundimus preces, poscentes videlicet ut hunc illum summæ honestatis humilem vestrum famulum nobis Pontificem ordinare dignemini; cujus conversationem & mores, in quantum cognovimus, laudamus, & ad tam dignum opus idoneum testificamus. Et quandiu à benedictione episcopali immunes sumus, ejus doctrina & exemplo roborati, ad viam salutis Domino miserante, quasi perdita ovis & inventa, redituros nos credimus. Quod decretum nostris manibus roboratum ill. Ecclesiæ vestræ vobis dirigere statuimus anno incarnationis Domini & episcopatus vestri & Regis illius annis illis, Indictione tali, data tali.

Epistola Ecclesiæ Senonicæ ad Hilduinum Archicapellanum, pro tuenda Metropolitani electione quam fecerant.

XII. Excellentissimæ venerationis honore digníssimo Hilduino, Domino verè sanctissimo, Senonicæ plebis humillima devotio æternæ prosperitatis in Domino salutem. Quia divina inspirante misericordia fastidiosæ importunitatis nostræ clamoribus, mi Domine, sæpe compati dignati estis, idcirco etiam nunc nimia compulsi necessitate vestræ celsitudinis aures inquietare præsumpsimus. Novimus etenim, reverentissime Domine, quomodo prioribus petitionibus nostris benignè & miserícorditer adsistere dignati estis, quomodo etiam, nullis nostris meritis, & quod nunquam futurum sperabamus, alteram nobis electionem impetrare ac concedere studuistis. Sed quoniam peccatis nostris, ut credimus, exigentibus, vota & desideria, quibus sanctitatem vestram toties pulsare ausi sumus, plurimùm impedita ad effectum pervenire non meruerunt, idcirco & hac vice causas miseriæ nostræ referre compulsi sumus. Fecimus, Domine mi, & nunc secundam electionem, & invenimus hominem ex nostris à puero nobis bene notum, genere & moribus non infamem, docilem, ætate huic officio congruum, litteratoriæ professionis non usquequaque ignarum, divinæ quoque scientiæ non penitùs expertem, quarúndam etiam aliarum artium portionem habentem. Quem cùm obtulissemus, nullatenus putantes rejiciendum, ipsis Missis dominicis impedientibus, quod optavimus non meruimus adipisci. Propterea vestræ pietatis vestigiis animo provoluti flebiliter postulamus ut tamdiu rem suspendere dignemini quo-

usque cum scripto homine ad vestram celsitudinem properantes, ipsi vobis melius nostram pandamus miseriam. Et si quidem ad hoc onus ferendum persona quam dicimus sufficere minusve poterit, dignationis vestræ judicio aut suscipiatur aut reprobetur; dum ampliùs nec nos adquisitis occasionibus quidam sic crucient, nec à nobis abjectissimis vestra mansuetissima sublimitas diutiùs inquietetur. His itaque clementiæ vestræ suggestis atque utinam impetratis, oramus supernam misericordiam ut multimoda vos prosperitate valere concedat, & æternæ beatitudinis gaudia consequi quandoque permittat. *Eximio Domino & verè sanctissimo Hilduino sacris negotiis à Deo prælato Senonicæ urbis abjecta humilis Ecclesia perpetuam salutem.*

Ad Iudith Imperatricem, de eadem re.

XIII. Inclytæ & omni nobilitate clarissimæ Iudith gloriosæ Imperatrici Senonicæ Ecclesiæ humillima devotio. Præsumpsimus, mi Domina, auribus clementiæ vestræ necessitatis nostræ causam innotescere, ut per vestram pietatem de his celeriter mereamur consolationem recipere. Notum vobis esse credimus quòd nobis indignissimis à Domno Imperatore concessum fuerit ut ex nobis ipsis electionem faciendi haberemus licentiam. Sed cùm illum quem scitis elegissemus, & à serenitate Domni Imperatoris non plenè fuisset receptus, permissum est nobis iterum ut alium, si potuissemus, ex nobis huic officio congruum inveniremus. Sed cùm esset inventus, ut credimus, in Dei & vestro servitio habilis, nescimus ob quam causam à Missis dominicis non est plena benivolentia susceptus. Vnde vestram oramus benignitatem ut ex hoc nobis in adjutorium esse dignemini, quatenus suspendatur donec ipsum de quo dicimus ad præsentiam Domni Imperatoris, & vestram nos ipsi deducamus, & qualiter jusseritis discutiatur, & probetur si nobis prodesse valeat & in servitio vestro aptus esse possit an minus. Optamus vos divinis semper muniri præsidiis & immortalitatis corona quandoque gloriari, piissima & serenissima Domina. *Excellentissimæ & omni nobilitate clarissimæ Iudith Imperatrici Senonicæ plebis humillima devotio.*

Admonitio Sirmondi. *In codice sancti Petri Carnotensis, unde has descripsimus, erat & tertia ejusdem argumenti epistola ad Einhardum, sed iisdem planè verbis quibus proxima ad Augustam in hunc modum.* Inclyto & omni nobilitate præclaro Einhardo Domino sanctissimo Senonicæ Ecclesiæ humillima devotio. Præsumpsimus, mi Domine, auribus clementiæ vestræ necessitatis nostræ causam innotescere *& cetera usque ad finem ut in præcedenti. Tum sequitur inscriptio:* Sanctissimo & piissimo Domno Einhardo meritò venerabili Senonicæ urbis vilis & abjecta congregatio.

Examinatio Vuilleberti Catalaunensis ordinandi Episcopi, per Hincmarum Metropolitanum, adstantibus provinciæ Remensis & aliarum provinciarum Episcopis.

XIV. Anno ab incarnatione Domini DCCCLXVIII. Indictione secunda, III. Nonas Decembres, convenientibus apud Carisiacum in Ecclesia sancti illius pro examinatione Vuilleberti Presbyteri, qui futurus erat Catalaunensis Episcopus, Hincmaro diocesis Remensium Archiepiscopo, item Hincmaro Laudunensium Episcopo, Hodone Belgivacorum Episcopo, cùm legatis Hrothadi, Erpoini, Hilmeradi, Raginelmi, & Iohannis ejusdem diocesis coëpiscoporum, vicem eorundem patrum suorum cum tractoriis, sicut regulæ præcipiunt, exhibentibus, & quampluribus Abbatibus, Canonicis, monachis, Presbyteris, Diaconibus, atque Subdiaconibus, convenientibus nihilominus Archiepiscopis & Episcopis aliarum provinciarum, Vuenilone videlicet Rotomagensium Archiepiscopo, Herardo Turonorum Archiepiscopo, Egilone Senonum Archiepiscopo, & Fulcrico ipsius coëpiscopo, præsentes adfuerunt clerus, ordo, & plebs Catalaunica, decessionem sui patris Erchanravi quondam Episcopi dolentes, cum decreto canonico manibus singulorum roborato, Vuillebertúmque quondam sacri palatij Presbyterum à se electum ab Hincmaro Archiepiscopo & ejus coëpiscopis petentes sibi ordinari Episcopum. Quos invehens idem Archiepiscopus Hincmarus, cur obitum præfati Episcopi per illos non cognoverit, sed per alios hoc rescierit, & rationes reddens pro qua causa duæ electiones in eadem Ecclesia factæ fuerint, scilicet quia prima non regulariter facta extiterit, quoniam decretum non canonicè factum fuit, sed postea misso ad eandem Ecclesiam Visitatore Hodone Episcopo, & votis omnium in unum concordantibus, aliud decretum, quod canonicum foret, fieri præcepit. Quo decreto coram omnibus relecto, & nominibus singulorum qui illud subscripserant recitatis, interrogati sunt tam Canonici & monachi de monasteriis in eadem

parrochia sitis, quàm etiam parrochiani Presbyteri & nobiles laici, si in eadem electione ipsius Vuilleberti Presbyteri consentirent. Qui omnes viva voce dixerunt quòd & ipsi & illi qui illò venire non potuerunt, in eadem electione consentirent. Tum Hincmarus Archiepiscopus dixit: Quia Vuillebertum eligitis, & nos illum non cognoscimus, ostendite illum nobis, ut sciamus quis sit, & perscrutemur si tanto honore dignus inveniri poterit. Qui in præsentia veniens interrogatus est unde esset. Isque respondit: Pago Turonico oriundus. Iterum interrogatus cujus conditionis esset. Et ille: Peccatis quidem obnoxius, sed Dei gratia natura liber. Item: Vbi didicisti? Item ipse: In schola Turonica liberalibus disciplinis erudiendus traditus sum. Item: Cujus ordinis, vel cujus es ordinatus? Item ipse: Præsentis patris mei Domni Herardi per singulos gradus usque ad Diaconum sum ordinatus; postea autem ab eodem patre meo Herardo litteris ad Erpoinum datis presbyterij onus suscepi. Item Hincmarus: Qua de causa in nostram dioceſim venisti? Et ille: Per licentiam præsentis mei Archiepiscopi Herardi à parentibus meis regiis sum mancipatus obsequiis. Item Hincmarus: Quod ministerium in regio obsequio suscepisti? Et ille: Inbreviator sive descriptor stipendiorum regalium & relator à Domno Rege sum constitutus. Item Hincmarus: Quia conductor alienarum rerum fuisti, audi quid sanctum Chalcedonense inde dicat Concilium. Et lectum est hoc capitulum. Ad hoc respondit: Sicut dixi, non fui conductor alienarum rerum, nec turpia lucra vel exactiones sive tormenta in hominibus exercens; sed, ut præfatus sum, descriptor & relator solummodo stipendiorum regalium. Vnde interrogati sunt hi qui in corte degebant, si scirent in illo ministerio hoc illum exercuisse quod sacerdotali ministerio minimè conveniret. Qui responderunt, & Clerici & nobiles laici, quòd nullo modo in eodem ministerio perpetratum haberet quæ sacris canonibus & suo ministerio in aliquo obviare deberent. Iterum interrogatus est si aliquod ministerium de rebus ecclesiasticis aliquo habuerit loco. Qui respondit quòd præposituram monasterij sancti Vedasti, jubente Iohanne Episcopo, & consentientibus fratribus, susceperit. Et de hac jussione litteræ Iohannis Episcopi ibi relectæ sunt idipsum continentes; & etiam testimonio fratrum de eodem monasterio, quòd ita se res haberet, & de bona vita & conversatione sua, & quòd non in eodem monasterio quidquam contra sacras regulas egerit, confirmatum est. Prosecutus est Domnus Hincmarus: Quia ministeria Domni Regis habuit, nescimus si isdem Dominus Rex ab eo aliquid repetit vel repetere debeat. Vnde nobis sua voluntas vel auctoritas necessaria foret. Et porrectæ sunt litteræ cum sigillo Domni Regis, continentes quòd de omnibus quæ illi commisit optimè ei rationem reddiderit, & nihil ab eo repetebat vel umquam repetere deberet. Insuper &, si eum dignum ad onus episcopale invenire valerent, Episcopum Catalaunis eum ordinari petebat. Denique de his suprascriptis coram omnibus testimonio multorum & litteris idoneo approbato, Hincmarus Episcopus ad Herardum Archiepiscopum dixit: Quia vester natus, nutritus vel educatus, & ordinatus dinoscitur, & clerus, ordo, & plebs Catalaunica illum exposcit, habeamus vestram licentiam ut regulariter unà vobiscum eum examinemus, si tanto oneri vel honori dignus existat. Qui libentissimè annuit, & jussus est sedere coram eis. Data est ei regula Pastoralis Gregorij. Et jussum est ut relegeret capitulum de eo qui præesse debet, ubi scribitur: *Nulla ars doceri præsumitur.* Quo relecto, interrogatum illi est si illud intelligeret & secundùm hoc vivere & docere vellet. Qui respondit: Vtique. Iterum datum est ei ad relegendum capitulum de canonibus, ubi scribitur: *Qui ordinandus est.* Et professus est se omnia intelligere & obedire velle. Tunc relecta sunt ei placita quæ Episcopus jam ordinatus ab ordinatoribus & electoribus suis suscipere debet; ubi continetur qualiter vivere, docere, & subditos suos regere debet secundùm sacros canones, diem præferentia & Consulem. Et interrogatum est si secundùm ea omnia agere vellet. Quæ minimè abnuit. Tunc demum ostensus est illi libellus fidei & professionis suæ, ut legeret coram omnibus quæ in eo scripta erant, & si ea ita credere ac tenere vellet, manu sua subscriberet, & Archiepiscopo suo habenda traderet; si autem in eo quædam inveniret quæ sensui suo offenderent, liber sicut venerat exiret. Quibus relectis, verbis fidem accommodavit, & per omnia ea se tenere, credere, ac prædicare velle professus est. Quia enim, Deo gratias, post examinationem eum catho-

Concil. Chalced. c. 5.

licum, litteratum, & omnimodis aptum ad sarcinam episcopalem suscipiendam invenerunt, sed tamen de aliena provincia illum fore cognoverunt, relecta sunt sacrorum canonum capitula, quid de eo dicerent qui de aliena provincia peti deberet. Et inventum est quòd ab eo illum petere deberent cujus natus, nutritus, & ordinatus foret. Humiliter Domnus Hincmarus Archiepiscopus, simul cum coëpiscopis, & clero, ordine ac plebe Catalaunica, ab Herardo Archiepiscopo eum petiit & impetravit, ac canonicè illum ei commisit. Quem susceptum monuit ut si ab eo Episcopus ordinari vellet, libellum fidei ac professionis suæ, quem jam relegerat, & quæ in eo scripta erant se credere ac tenere ante paululum professus fuerat, manu sua propria in capite nomen suum scriberet, & ad finem subscriptione sua roboraret. Quod sine dilatione ipse fecit. Tunc relectæ sunt tractoriæ Episcoporum qui præ variis incommoditatibus ad eandem examinationem venire non potuerunt, continentes quicquid super examinationem & ordinationem sæpefati Vuilleberti canonicè inventum & actum fuerit, se per omnia assensum præbere. Et sic denuntiatus est dies & hora ac locus ordinationis ejus, id est, Nonis Decembris, in monasterio quod Brittennacus dicitur, in dioceſi Remensi & parrochia Noviomagensi. Et commonitus est idem Vuillebertus ab Archiepiscopo suo Hincmaro ut ab infantia sua per singulos gradus suos pronuntiaret Domino viam suam; quatenus in denominata die ad tanti oneris dignitatem gratiosus accedere valeret. Die autem, hora, & loco denominato, convenit Domnus Episcopus Hincmarus cum coëpiscopis suis Hincmaro, Hodone, & legatis qui tractorias supradictas suorum Episcoporum detulerunt. Et quia jam pleniter examinatus coram supradictis Episcopis & coram clero ac plebe fuerat, quando & Domnus Hincmarus sufficientem sermonem de eo coram Episcopis & aliis multis Clericis & laicis & ad omnem populum ante diem dominicam in sexta feria fecerat, & brevitas diei id poscebat, intermisso ipsa die sermone, post introitum & Gloria in excelsis Deo & orationem primam de adventu Domini, secundam autem de ordinatione Episcoporum, sive post litanias, sicut sacri canones præcipiunt, in Episcopum consecratus est. Et post lectionem Apostoli perlectam & Respons. & Alleluia & Evangelium & Credo in unum & oblata & Missarum solemnia, sicut mos est, peracta, placita quæ antè pridem ei relecta fuerant, quæque ordinatos ab ordinatoribus suis sacri canones accipere jubent, diem & Consulem præferentia, manibus Archiepiscopi & coëpiscoporum ac legatorum vice patrum suorum subscripta, cum capitulo Pauli Apostoli ad Timotheum, noviter ordinato ubi dicitur, Testificor coram Deo & electis ejus angelis ut hæc custodias, iidem Episcopi in mandatis deposuerunt. Et unusquisque feliciter ad propria remeavit. 2. Tim. 4.

Depromptum ex veteri codice sancti Laurentij Leodiensis, ubi appellatur *Documentum de examinatione Vuilleberti Catalaunensis ordinandi Episcopi.* ADMONITIO SIRMONDI.

Professio Adalberti futuri Episcopi Morinensis Hincmaro Remorum Archiepiscopo ante ordinationem obtata.

XIV. Ego Adalbertus vocatus Episcopus Morinensis reverentissimo patri Hincmaro Remorum Archiepiscopo. Quia fundamentum bonorum operum, per quod ad cæleste regnum gratia Domini pervenitur, fidem quæ per dilectionem operatur esse non dubium est, non abs re censuit veneranda Ecclesiæ catholicæ consuetudo ut ab eis qui ad prædicationis promoventur officium, fidei integritas & confessio requiratur. quia, sicut magister egregius & doctor gentium Paulus declarat, *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Rom. 10. Et ideo mox superna gratia per sacrosanctum ministerium vestrum Morinensis Ecclesiæ futurus Episcopus profiteor unam fidem esse, eámque operante gratia superni largitoris me tenere, prædicare, atque defendere quam à Deo inspiratam, & ab Apostolis traditam, atque à successoribus eorum custoditam habemus. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, unam apostolicam & universalem Ecclesiam, in qua sola possunt relaxari peccata in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, tam per catholicum baptismum, quàm & per dignos pœnitentiæ fructus & apostolicæ auctoritatis largitam sibi à Domino potestatem. Extra hanc Ecclesiam catholicam neminem salvari posse confiteor. Sex denique sanctas & generales de fide synodos, quas sancta & apostolica Ecclesia recipit, me recipere & venerari profiteor, videlicet Nicænam

CCCXVIII. patrum sub Silvestro Papa & Constantino Imperatore contra Arrium & ejus sectatores celebratam, Constantinopolitanam CL. patrum contra Macedonium & Eudoxium temporibus Damasi Papæ & Gratiani Principis actam, Ephesinam CC. patrum contra Nestorium sub Theodosio Principe & Papa Celestino, cui per suos vicarios præsedit idem beatus Papa celestinus & sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus Episcopus, Chalcedonensem DCXXX. patrum, cui præsedit per vicarios suos sanctus Leo Papa, temporibus Martiani Principis, contra Eutychem nefandissimum præsulem monachorum celebratam, item Constantinopolitanam temporibus Vigilij Papæ sub Iustiniano Principe contra Theodorum & omnes hæreticos, item Constantinopolitanam CL. patrum sub Agathone Papa, Constantini & Heraclij ac Tiberij Principum temporibus, pro adunatione facienda sanctarum Dei Ecclesiarum de duabus naturis & operationibus in una persona Dei & hominis filij Domini nostri Iesu Christi. Hos autem, quicunque ab eisdem sanctis patribus in memoratis synodis, vel postea similiter per Spiritum sanctum sentientibus, diversis vicibus litteris divinitus inspiratis damnati leguntur, eandem venerandam patrum auctoritatem sequens condemno. Sed & epistolam beatæ recordationis Leonis apostolicæ sedis antistitis ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum datam & omnes ejus epistolas de fidei firmitate perscriptas per omnia & in omnibus inviolabiliter custodire & me liberè semper prædicare profiteor. In quibus inter cetera, sicut & in sermone beati Athanasij, quem Ecclesia catholica venerando usu frequentare consuevit, qui ita incipit, *Quicunque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem*, post documentum quo docemur quomodo trinitas personarum in unitate divinitatis & unitas deitatis in trinitate personarum veneranda sit, evidentissimè continetur, unam ex eadem sancta trinitate personam, Dominum & Salvatorem nostrum Iesum Christum, Dei hominisque filium, ex duabus & in duabus naturis, hoc est, divina & humana, in una persona consistentibus, & in sua proprietate differentiáque manentibus, esse credendum & prædicandum. qui secundùm apostolicum symbolum de semper Virgine Maria, quæ veraciter Dei est genitrix, secundùm carnem natus, passus, mortuus, resurrexit, & in cœlos ascendit, sedet quoque ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus judicare vivos & mortuos, ad cujus adventum omnes homines resurgent cum corporibus suis, & reddent de factis propriis rationem, & recipiet unusquisque prout gessit, & in factis suis perseveraverit, ab eodem justo judice & sine fine regnante, cùm ibunt impij in ignem æternum, justi autem in vitam æternam. Anathematizo quoque omnes hæreses ac schismata quæ catholica & apostolica Ecclesia anathematizat; & quicquid sanæ fidei intelligentiæ contradicit, respuo & anathematizo; & quicquid catholica & apostolica Ecclesia recipit & tenet, me adjuvante Domino recipere & sequi, & à sacris canonibus atque à regularibus decretis apostolicæ sedis de ecclesiasticis ordinibus & disciplinis canonum promulgatis, seu à synodalibus constitutionibus, quas catholica Ecclesia ad auctoritatem recipit, me per contemptum pertinaciter non deviaturum profiteor. Privilegio etiam metropolis Remorum Ecclesiæ ac ejus Præsulis secundùm sacrosanctos Conciliorum canones & decreta sedis apostolicæ ex sacris canonibus & legibus promulgata pro scire & posse absque dolo & simulatione vel indebita & pertinaci contradictione me obediturum profiteor. Sed & observationes ac regularia mandata sacrosanctorúmque Conciliorum placita, quæ post ordinationem episcopalem in litteris canonicis, secundùm morem ecclesiasticum, propriis subscriptionibus roboratis collecta & mihi tradenda coram omnibus prædixistis me servaturum profiteor, & omnibus suprascriptis cum cordis & oris professione subscribo.

Professio altera generalis ordinandi Archiepiscopi.

XV. Ego hujus sedis ordinandus Archiepiscopus, & sacro ministerio vestro, sancti patres, prædicationis officium suscepturus, confiteor sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum naturaliter esse, unius substantiæ, unius naturæ, unius majestatis atque virtutis. Dominum quoque nostrum Iesum Christum de Deo Patre ante tempora genitum, eundémque sub tempore de Spiritu sancto conceptum, & de Maria Virgine natum credo. Qui passus est pro redemptione humani generis, ad inferna descendit, indéque

victor resurgens, & in cœlos ascendens, venturus est in fine seculi, ut reddat singulis prout gesserunt in corpore positi, sive bonum, sive malum, Præterea constitutiones quatuor principalium Conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, canones quoque synodorum & decreta quæ orthodoxa fides susscipit & complectitur, me susscipere, tenere, & prædicare velle confiteor. Hæreses verò & schismata quæ catholica Ecclesia anathematizat & quicquid sanæ fidei adversatur condemno, respuo, anathematizo. Beato verò Petro & vicario ejus debitam subjectionem & obedientiam, suffraganeis verò nostris adjutorium me exhibiturum profiteor. Et huic professioni meæ coram Deo & angelis, sub testimonio quoque præsentis Ecclesiæ, subscribo.

Tractoria Prudentij Episcopi Tricassini, quam per vicarium misit ad ordinationem Æneæ Parisiensis, cùm ipse adesse non posset.

XVI. Patri venerabili & ceteris patribus fratribúsque sinceriſſimè diligendis atque coëpiscopis reverendis Prudentius æternam in Domino salutem. Quantum ad meritum peccatorum meorum spectat, justissimo Dei judicio, quantum verò ad indebitas atque indeficientes ejus misericordias pertinere dinoscitur, misericordissimo ipsius munere, infirmitatibus penè omnibus notis depressus, sancto desiderabilique vestro conventui adesse prohibeor. Quod autem possum, præsentibus litteris atque legato Ecclesiæ nostræ Presbytero Arnoldo mei consensus præsentiam eatenus exhibeo, ut is qui ordinandus est, si apostolicæ sedis omnibus institutis, & beatorum patrum Innocentij, Zosimi, Bonifacij, Xisti, Leonis, Gelasij, Celestini, Gregorij, Hilarij, Ambrosij, Augustini, Isidori, Primasij, Fulgentij, Hieronymi, Cassiodori, Bedæ, aliorúmque adæquè catholicorum atque orthodoxorum virorum scriptis & dictis, ac specialiter super quatuor capitulis quibus omnis Ecclesia catholica adversùs Pelagium ejúsque hæreseos sequaces pugnavit ac vicit, atque ad posterorum memoriam litteris auctoritate & veritate plenissimis mandavit, confitendo subscribere & subscribendo confiteri voluerit, ejus me ordinationi consentaneum esse profiteor. Sin aliàs, prorsùs neque assentior, neque fidelibus Christi assentiendum suadeo. Capitulorum verò quatuor præmissorum seriem, quamvis vestram prudentiam multò vivaciùs quàm meam extremitatem compertam esse non dubitem, necessariò tamen breviter adnectendam judicavi, ut faciliùs quid sentiam, cui veritati consentiam, vestra bonitas recognoscat. Videlicet, ut liberum arbitrium in Adam merito inobedientiæ amissum, ita nobis per Dominum nostrum Iesum Christum redditum atque liberatum confiteatur, interim in spe, postmodum autem in re, sicut dicit Apostolus, *spe enim salvi facti sumus*, ut tamen semper ad omne opus bonum Dei omnipotentis gratia indigeamus, sive cogitandum, sive inchoandum, operandum, ac perseveranter consummandum, & sine ipsa nihil boni nos posse ullatenus aut cogitare, aut velle, aut operari sciamus. Secundò, ut Dei omnipotentis altissimo secretóque consilio credat atque fateatur quosdam Dei gratuita misericordia ante omnia secula prædestinatos ad vitam, quosdam perscrutabili justitia prædestinatos ad pœnam; ut id videlicet, sive in salvandis, sive in damnandis, prædestinaverit, quod se præscierat esse judicando facturum, dicente Propheta: *Qui fecit quæ futura sunt.* Tertiò, ut credat & confiteatur cum omnibus catholicis sanguinem Domini nostri Iesu Christi pro omnibus hominibus ex toto mundo in eum credentibus fusum, non autem pro illis qui nunquam in eum crediderunt, nec hodieque credunt, nunquámque crediturí sunt, dicente ipso Domino: *Venit enim filius hominis non ministrari sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis.* Quartò, ut credat atque confiteatur Deum omnipotentem omnes quoscunque vult salvare, & neminem posse salvari ullatenus nisi quem ipse salvaverit, omnes autem salvari quoscunque ipse salvare voluerit. ac per hoc quicunque non salvantur, penitùs non esse voluntatis illius ut salventur, dicente Propheta: *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.* Et licèt quædam sint alia quibus in Pelagio damnatis universaliter Ecclesia consenserit, fategerit, atque subscripserit, hæc tamen specialiùs adversùs eum ejúsque complices per apostolicam sedem, instantia beatissimi Aurelij Carthaginensis Episcopi atque Augustini cum aliis ducentis quatuordecim Episcopis ab ejus pravissimis sensibus eruta, vindicata, & multis tam epistolis quàm libris toto

Rom. 8.

LXX. Esa. 45.

Matth. 20.

Psal. 134.

orbe vulgata, omnis hodieque gaudet, confitetur, prædicat, & tenet, atque tenebit Ecclesia. His per omnia consentaneam prædicabilem paternitatem fraternitatémque vestram gratia superna invictam atque prævalidam & suo munere gaudentem perpetim conservare dignetur.

ADMONITIO SIRMONDI. Hanc epistolam à Prudentio scriptam tum fuisse cùm in Ecclesia Parisiensi ordinandus esset Æneas Episcopus, auctor est Hincmarus in posteriori opere adversùs Gothescalcum. quo in libro hæc simul Prudentij capitula, quæ Gothescalci causa in quæstione versabantur, examinat & singillatim refutat.

Documentum de ordinatione Electranni Episcopi Redonensis.

XVII. Anno incarnationis Iesu Christi Domini nostri DCCCLXVI. Indictione XIV. anno piissimi Regis Karoli XXVII. III. Kalendas Octobris, in parrochia Turonica, ordinamus & ad pontificalem sedem Redonensis Ecclesiæ consecramus Electrannum, electione atque decreto cleri & plebis ejusdem Ecclesiæ, nos in Dei nomine antistites, Herardus Turonicæ metropolis, Actardus Namnetensis, atque Rodbertus Cenomanensis, cum consensu & litteris ceterorum diocesanorum adhibito, apicibus etiam præmoniti jam dicti glorioſi Regis Karoli, hujusmodi statuto & paternæ commotionis decreto ipsi viro allato, ut canonicis sanctionibus, quantum divina suffragaverit pietas, libenter obtemperet, & ab inlicitis ordinationibus abstineat, & pestem simoniacæ hæresis devitet, Concilia quoque sacris præfixa canonibus certis sibi designata temporibus celebrare procuret, atque matri suæ metropoli debita reverentia sese subdere non neglegat, & juxta sanctorum patrum regulas nihil nisi quæ ad propriam pertinent Ecclesiam extra ejus consensum pertemptet. Hæc ergo aliáque ad institutionem & informationem fidelis viri fratris & filij nostri Electranni, die præfixo, verbo pariter & stylo promulgantes, pontificali eum infula adornantes, sacra quoque benedictione more sanctæ Ecclesiæ ditantes, anulo quoque dotantes, & baculo decorantes, sanctæ Redonensi Ecclesiæ pontificali eum ordine præfecimus, & paternè cathedrali solio sublimantes, confratrem, consacerdotem, & comparticipem in regimine & gubernaculo Ecclesiæ sanctæ nobis ex integro in Dei nomine efficimus, manuum quoque adnotationibus confirmavimus.

Canonicæ litteræ ab ordinatoribus datæ Hedenulfo Episcopo Laudunensi, ad clerum & plebem Ecclesiæ Laudunensis.

XVIII. Hincmarus sanctæ metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus clero, ordini, & plebi in sancta Laudunensi Ecclesia consistenti in Domino pacem & salutem.

I. Sicut beatus Papa Innocentius docet, oportet nos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, à qua principium sacræ institutionis nos accepisse dubium non est. Propterea documento ac verbis beati Gregorij vos alloqui procuramus, insinuantes quia probabilibus desideriis vestris nihil attulimus tarditatis, fratrem jam & coëpiscopum nostrum Hedenulfum vobis ordinantes præsentia vel consensu ac litteris coëpiscoporum totius nobis commissæ provinciæ secundùm sacros canones sacerdotem, pastorem quoque atque rectorem. Cui his litteris, quas sacri canones ordinatos priùs de Conciliorum placitis, ne se aliquid contra eorum statuta egisse pœniteat, instructos, ab ordinatoribus suis, manibus eorum conscriptas jubent accipere, secundùm traditionem ecclesiasticam dedimus in mandatis ne unquam ordinationes præsumat inlicitas, ne bigamum, aut qui virginem, si de conjugatis agendum est, non est sertitus uxorem, neque inlitteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex publicè pœnitente, aut curiæ vel cuilibet conditioni obnoxium, notatúmque, ad sacros ordines permittat accedere. Sed & si quos hujusmodi fortè repererit, respectu divino non audeat promovere. Alienum etiam Clericum sine voluntate & consensu Episcopi sui contra sacras regulas non sollicitet, non suscipiat, non in sibi commissa Ecclesia ordinet, nec eos qui probatæ fidei non fuerint sacris ordinibus præsumat quoquo modo applicare. In ordinatione autem Presbyterorum ac Diaconorum ceterorúmque ecclesiastici ordinis ministrorum, à totius muneris, id est, à manu, à lingua, aut obsequio indebito, juxta quod Dominus per Prophetam præcipit, quantum patitur humana fragilitas, mundas & cordis & corporis manus exhibeat; ne uno eodémque gladio & dantem & accipientem munus interimat, & inlicito munere polluens manus, aliis se benedictionem credat tribuere cùm fuerit jam propriæ iniquitati substratus, & sua nihilominus ambitione captivus. Ab eis etiam quos

Decreta Innoc. c. 1.

Isa. 53.

ordinaverit indebitum & contra sacras regulas sibi sacramentum fieri non compellat. Sed sicut Dominus, præscius nonnullos accepti sancti Spiritus donum in usum negotiationis inflexuros, præcepit
Matth. 10. dicens, *Gratis accepistis, gratis date*, quod gratis, id est, sine ulla venalitate dati vel accepti aut etiam promissi vel sperati muneris, quantum ex nobis est, (ceterùm ipse viderit, habens conscientiæ suæ testem quem habebit & judicem) per ministerium nostræ exiguitatis accepit, suis etiam comministris gratis conferat, sciens ex
Matth. 21. Evangelio quid redemptor noster per se ipsum fecerit; videlicet quia ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere est de Spiritu sancto, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Quod qui agere præsumit, suam Deo judice cathedram ipse evertit, & quos cum pretio ordinat, provehendo agit ut secum & ipsi simoniaci hæretici fiant, & pro benedictione male-
Act. 8. dictionem à beato Petro Apostolorum principe Simoni mago, qui domum sancti Spiritus pretio emere voluit, justè inlatam, unà cum ipso, per ipsum, à quo non benedicuntur, sed maledicuntur, judicio ejusdem Spiritus sancti suscipiunt. Et quoniam, sicuti comperimus, quidam diversis adinventionibus turpia lucra sectantes, quod ministris altaris minimè convenit, defunctis Presbyteris, juxta quod didicerant viduatas Ecclesias facultates habere, exenia pro his obtinendis exegerunt, & gradus ecclesiasticos eis non tribuebant antequam illis eadem exenia persolverentur, & synodos temerè frequentabant ut factione ministrorum suorum diverso modo denarios quasi pro eulogiis acciperent, &, quod dictu nefas est, etiam pro sacri chrismatis dispensatione, vel de Ecclesiarum consecratione, quocunque emolumenta ingenio caperent, & necesse est ut contra pestifera morborum genera salubria medicamentorum quæramus experimenta, sicuti & de manus impositione, ita & de hac simoniacæ hæreseos ingeniosa & malè studiosa collatione quiddam eum accipere interdicimus, monentes illam attendere comminationem Domini
Hier. 21. per Prophetam dicentis: *Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum.* Vnde iterum iratus dicit: *Visitabo super vos juxta fructum* Ibid.
studiorum vestrorum.

II. Verbis quoque beati Gregorij eum monemus, illíque interdicimus, ut sacerdotes per suam parrochiam, quotiens ad consignandos infantes egressus fuerit, ultra modum gravare minimè debeat, nec summam collationis, qua sui prædecessores, qui hoc bene misericorditer ac rationabiliter atque sacris constitutionibus executi sunt convenienter, contenti fuerunt, excedat, & de Capellis antiquitus subjectis Ecclesiis non æqualem sicut de principalibus Ecclesiis collationem exigat; sed principalis Ecclesia cum sibi subjectis Capellis debitam & antiquitus consuetam collationem conferat. Principales verò Ecclesias aliis Ecclesiis loco Capellarum non subjiciat: quia secundùm sacros canones non licet Episcopis parrochiam antiquitus constitutam inconsultè confundere atque dividere. Ne mansionaticos suis amicis aut suis hominibus à Presbyteris parari faciat. Ne etiam quasi ad receptionem Regis, vel legationem, aut ad ornatus suæ Ecclesiæ faciendos adjutoria quasi petendo, potiùs autem exigendo, denarios, vel caballos, aut verres seu frisingas, aut ad iter aliquod paraveredos, aut alia quælibet accipiat, id est, rapiat. A quo verbo *accipere* aves quæ alias aves capiunt, accipitres nominantur; cùm Episcopi suos subditos, non ut accipitres capere, sed sicut gallina pullos suos fovere, & quosque infirmos ut peritus medicus convenienti medicamento ac tempore debeant curare, & quos curare non potuerint, aut patienter tolerare aut regulariter usque ad correctionem sustinentes à sano corpore submovere. Regulam siquidem quæ de quarta parte redituum Ecclesiæ, juxta consuetudinem aliarum regionum, ita ut est scripta intelligat; & non pravè illam interpretans, perinde in his regionibus quæ sunt Presbyterorum contra regulas sacras diripiat. Vnde si qua fuerunt gravamina illis imposita, temperet: quia & in præsenti & in futura vita sibi proficiet, si eos qui sibi commissi sunt, sine gravamine conservare studuerit. Ministros verò, id est, Archipresbyteros & Archidiaconos, secundùm quod providere Domino inspirante & cooperante valuerit, tales constituat qui oderint avaritiam, & non diligant munera, nec sequantur retributiones, neque pro ordinandis Clericis vel reconciliandis pœnitentibus munus accipiant,

piant, & ipso munere eum corrumpere satagant. Et Presbyteros in paratis & exeniis indebitis non affligant. Et sicut suprà de Episcopo diximus, per diversas petitiones, ut illis adjutorium faciant, quæ sunt Presbyterorum, unde ipsi vivere & hospites recipere & suas Ecclesias continere debent, conludio quocunque diripiant. Et ut eisdem ab inquisitione sui ministerij parcant, & pro infamia eorum calcanda vel cooperienda quodcunque emolumentum non accipiant. Et si agentes talia ministros repererit, in ministerio manere non sinat, & canonica invectione corripiat. Ipse quoque pro constituendis ministerialibus ecclesiasticis, videlicet Oeconomo, id est, Ecclesiæ facultatum dispensatore, Archipresbyteris & Archidiaconis, in quibus fidei sinceritatem & probos mores ac religiosam vitam debet eligere, præmia non constituat: quia ecclesiasticum obsequium, quod malè comparaverint, accipientes munus à subditis priùs venundare curabunt. Nec pro quocunque judicio contra sacras leges neque super innocentem contra veritatem pretium ullum accipiat. Nec etiam odio vel gratia, livore aut iracundia, quantum scierit & potuerit, à judicio recto declinet, Levit. 19. dicente Domino: *Non facies quod iniquum est, nec injustè judicabis. Iustè judica proximo tuo, & justè quod justum est exequaris.* Iustè namque quod justum est exequitur qui in assertione justitiæ eandem ipsam justitiam quærit.

III. Pro baptizandis denique infantibus vel pro sepultura, obaudiens decreta S. Gregor. lib. 7. Indict. 2. ep. 55. beati Gregorij, pretium de terra concessa putredini quemquam non permittat in parrochia sua quærere & de alieno velle facere luctu compendium. Sed si quando aliquem quisque sepeliri in commisso sibi loco concesserit, si quidem parentes ipsius proximi vel heredes pro luminaribus vel in eleemosyna defuncti sponte quid offerre voluerint, accipere non prohibeat; peti verò aut exigi aliquid omnimodo vetet; ne, quod valde inreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut de humanis sacerdotalis religio videatur mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studuerit quærere quolibet modo compendium.

IV. Ab omni quoque avaritia & usura ac turpi lucro secundùm sacros canones & ipse abstineat & ministros Ecclesiæ abstinere faciat, & etiam laicos abstinere suadeat. Se autem & sibi commissos ministros ecclesiasticos sollerter sollicitèque custodiat ne contra sacros canones conductores vel procuratores alienarum possessionum fiant, ne turpi negotio aut inhonesto lucro victum quærant, neque secularia negotia sub cura sua suscipiant, Deíque ministerium parvipendentes, per secularium domos non discurrant, nec propter avaritiam gratiæ, aut honoris, vel pecuniæ, patrimoniorum sollicitudines aut alienorum testamentorum defensiones adsumant, nec fidejussionibus inserviant.

V. A familiaritate nihilominus ac contubernio illicito & vetito feminarum se & comministros suos, sed à tabernis, secundum sacras regulas, ecclesiasticos ministros faciat abstinere. Attendat quoque quod beatus Iob dicit: *Si adversùm me* Iob. 31. *terra mea clamat, & cum ea sulci ejus deflent. Si fructus ejus comedi absque pecunia.* Vnde beatus Gregorius: *Omnis*, inquit, *qui præest, si perversa in subditis exercet, contra hunc terra clamat, & sulci deflent, quia contra ejus injustitiam rudes identidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, & imperfecti quique pro prævo ejus opere sese in flectibus affligunt. Fructus enim terræ absque pecunia comedere est, ex Ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem debitum prædicationis pretium non præbere. De qua scilicet prædicatione auctoris voce dicitur: Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepissem utique* Matth. 25. *quod meum erat cum usura. Terræ igitur fructus absque pecunia concedit qui ecclesiastica commoda ad usum corporis percipit, sed non impendit quod subjectorum debetur cordi.* Non igitur redemptionem aut pretium de collatione Presbyterorum Episcopus debet exigere & alimenta ecclesiastica mutus manducare. Et cùm Dominus prædicatoribus præcipiat ut intrantes in domos eorum quibus pacem prædicant, illa edant & bibant quæ apud illos sunt, per parrochiam prædicando ac confirmando pergens Episcopus non debet superfluas pensiones in pigmentis & aliis quibusque à Presbyteris quæ non habent requirere, & talia quæ fortè in domo sua non accipit, voluptati potiùs serviens quàm necessitati, exigere, & suis parcens opibus, de superfluè acceptis & venditis ditescere. Nec ideo debet prædicare ut sumptus accipiat, sed ideo sumptus accipere ut sufficiat prædicare.

VI. Ecclesias quoque in proprietati-

bus liberorum hominum ac coheredum consistentes ut suæ tradantur Ecclesiæ non debet cogere: sed secundùm synodalia & imperialia capitula, quæ regularia esse probat Ecclesia, satagat quatenus dotis immunitates, sicut ceteræ Ecclesiæ, auctoritate Regis habeant, & ipsæ ab eisdem liberis hominibus potiantur. Talémque se cooperante Domino in cunctis exhibeat ut sacrum ministerium non vituperet, qui etiam ab his qui foris sunt testimonium bo-
1. Tim. 3. num juxta apostolicam doctrinam habere debet. Nam cujus vita despicitur, restat ut & prædicatio contemnatur; & cùm pastor per abrupta graditur, solet fieri ut ad præcipitium grex sequatur. Et ne quemquam ecclesiastici ordinis ministrum, occasione turpis lucri, ut aliquid ab eo absoluto capiat, contra sacras regulas excommunicet inhibemus. Quia, ut sanctus Augustinus exponens sententiam Pauli Apo-
1. Cor. 5. stoli, *Auferte malum ex vobis*, demonstrat, non temerè & quomodolibet, sed per judicium auferendi sunt mali ab Ecclesiæ communione. Multò magis autem cavendum est ne sine regulari judicio ministri Ecclesiæ officio suo priventur. Quapropter, sicut beatus docet Gregorius, si quid de quocunque Clerico ad aures suas pervenerit quod eum justè posset offendere, facilè non credat, nec ad vindictam illum res accendat incognita, attendens quod
Iob. 29. scriptum est: *Causam quam nesciebam, diligentissimè investigabam.* Et præsentibus senioribus Ecclesiæ suæ diligenter veritatem perscrutari modis omnibus studeat; & tunc, si qualitas rei poposcerit, canonicè districtio culpam feriat delinquentis secundùm ordinem à sacris regulis propositum. Et ut cuncta brevi cingulo perstringamus, nihil per contemptum contumaciter faciat vel fieri in parrochia sua permittat, quantum ex ipso fuerit, quod sit evangelicæ veritati & apostolicæ traditioni aut sacris regulis inimicum. Si autem factum contigerit, arguendo, obsecrando, increpando, secundùm quod cuique viderit expedire, juxta traditionem majorum, quantum potuerit, emendare procuret.

VII. Pastoralem siquidem regulam beati Gregorij mente, ore, ac manu, quantum sibi Dominus scire ac posse contulerit, in cunctis sequi procuret. Ministerium itaque, ornatum, vel patrimonium, atque reditus vel facultates Ecclesiæ, prout leges divinitus promulgatæ præfigunt, studeat conservare, ampliare, augere, vel dispensare, & monasteriis in parrochia sua sitis canonicam providentiam gerat, & quantum ex ipso fuerit, debita privilegia & antiquam ac regularem consuetudinem servet. Ordinationes verò Presbyterorum & Diaconorum & sacrosancti baptismatis sacramentum secundùm traditionem ecclesiasticam studeat agere.

VIII. Cui etiam licèt inspirante divina gratia abundans adsit doctrina, tamen pro nostri officij debito ex scrinio sanctæ metropolis Remorum documentum dare studebimus qualiter se, cooperante Domino, morum probitate & doctrinæ studio debeat gerere. Ipsum verò non nescium quòd totius provinciæ cura per sacros canones sit Metropolitano commissa, ad eandem metropolim suam, sicuti ad matrem, ut ex ejus catholicis uberibus salubrem sugat doctrinam, humiliter ac sedulò atque obedienter monemus recurrere, & non ampliùs quàm sibi per sacras regulas est concessum indebitè usurpare, cùm tanto caritatis ac humilitatis glutino præceptis salutaribus adinvicem simus connexi ut dicente sibi mandato divino, *Interroga patrem tuum, & adnuntiabit tibi,* Deut. 32. *majores tuos, & dicent tibi*, & nobis, *Re-* Eccl. 32. *ctorem te posuerunt, nolli extolli, sed esto in illis quasi unus ex ipsis*, & *Qui major est* Matth. 23. *vestrum, erit minister vester*, obedientibus scilicet ministrando paternam doctrinam, & inobedientibus quod majoris est regularem caritatis correptionem, nos fratrum & consacerdotum nostrorum salubribus debeamus uti consiliis, & ipsi obedire paternis ac regularibus monitis. Huic ergo & hæc & alia præcepta salubria observanti devotis animis vos obsequendo obedire oportet, ut irreprehensibile placidúmque fiat corpus Ecclesiæ, per Christum Dominum nostrum, qui vivit & regnat cum Deo patre omnipotente in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Hincmarus sanctæ metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus & plebis Dei famulus, & venerabilis fratris Hedenulfi in sancta Laudunensi Ecclesia favente Dei gratia ordinator, his litteris canonicis & ordinato & electoribus ipsius publicè datis anno incarnationis dominicæ DCCCLXXVII. anno autem regni Domni Karoli Imperatoris XXXVII. & anno imperij ejus II. subscripsi.

† Odo Belgivacorum Episcopus subscripsi.

† Raginelmus Noviomagensis Episcopus subscripsi.
† Iohannes Cameracensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
† Willebertus Catalaunorum humilis Episcopus subscripsi.
† Hildebaldus Suessionensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
† Geroldus Ambianensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
† Hadebertus Silvanectensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Electio, consecratio, & inthronizatio Gauzberti Episcopi Cadurcensis.

XIX. Prisca modernáque Ecclesiarum moderamina theoloquelariis sanxere canonibus, quò arripientibus viam universæ terræ quarumlibet sedium Præsulibus, per viciniorem Episcopum, aut per quemlibet alium Episcopum cui Archipræsul injunxerit, extincti fratris tumulatorem, orbatæque sedis Visitatorem atque consolatorem, sine cujus conscientia sacri prohibent canones confiteri aut confici de subrogatione Episcopi, perficiatur ecclesiasticarum inventarium rerum, tunc verò prioribus viduatæ sedes dispositis œconomis commendetur, postmodum autem cleri plebisque ordinis desideriorum consensus requiratur, quinimmo amotis simoniacis sacculis, postpositisque omnium cupiditatum argumentis, universa fideliter notitiæ archiepiscopali significentur, quo disponente cuncta in talibus expedit cum suffraganeorum consilio sub divina censura disponi negotiis atque ordinari. Igitur Metropolitano dominica vocatione rebus humanis vitáque perfuncto, hæc eadem fideliter exigenda sunt omnia à Visitatore atque tumulatore, & omnium condiocesanorum, si fieri potest, cognitioni significanda prudentialiter, quò urbes quas gentilium tempore habebant idolicolæ flamines, nunc gubernent Christicolæ Præsules. Cùm ergo pastorem contigerit subrogandum, post adclamationem & vocationem cleri petitionémque viduatæ plebis, ne urbs Præsulem minimè optatum aut spernat aut odio habeat, fiátque minùs religiosa quàm convenit cui non licuit habere quem voluit, quoniam difficile est quòd bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principio, expedit orbatæ sedi cum Episcoporum electione cleri ac populi ipsius Ecclesiæ acclamatione Episcopum ordinari atque inthronisari. Quapropter vir inclitus Dagobertus primæ sanctæ Bituricensis Ecclesiæ sedis Archimandrita cognoscens obitum beatæ memoriæ Froterij Episcopi sanctæ sedis Caturcensis Ecclesiæ, cujus memoria æthereo describatur in albo, uti sacra canonum auctoritas jubet, in ipsius loco jubeo & absolutionem facio ad coëpiscopos nostros eligere & benedicere Gausbertum sacerdotem, verè nobilem, orthodoxum, non cenodoxum, frugalem, non gastrimargicum, humilem, non philarchicum, modestum, hospitalem, caritativum, castum, misericordem, & juxta Apostolum armis divinis decentissimè ac pleniter adornatum. Nos quidem humiles Iesu Christi Pontifices unà cum auctoritate & absolutione Domni Archipræsulis nostri Dagoberti, Bego Arvernensis, Ingelbinus Albiensis, Froterius Petragoricensis, cernentes tantam acclamatorum unanimitatem & acclamanti proficuam Ecclesiæ utilitatem, unà per consensum & voluntatem Guillelmi Comitis Caturcensis matrísque suæ Acilicinæ, recepimus in nostro episcopali numero atque collegio proclamatum Gausbertum, & eum per auctoritatem canonicam benedicendum ordinavimus, & electum Episcopum in ipsam sedem sancti Stephani Ecclesiæ Caturcensis Episcopum exaltavimus, & in nomine sanctæ Trinitatis inthronizavimus & ipsi Ecclesiæ pastorem præfecimus. Acta schedula hujus indaginis à corporea trabeatione verbi divini anno DCCCCXC. Indictione III. Facta electione ista Nonas Ianuarij, regnante Karolo Rege.

Concil. Regense c. 6. Concil. Aurelian. 2. c. 7.

Decreta Leon. 1. c. 55.

Ibid. c. 49.

Decretum electionis Borrelli Episcopi Rotensis.

Nunc primùm editum ex archivo Ecclesiæ Vrgellensis.

XX. Anno trabeationis Domini nostri Iesu Christi millesimo XVII. æra millesima quinquagesima quinta, Indictione XV. Concurrente I. Epacta XX. Auctor & Dominus cum Patre & Spiritu sancto omnium creaturarum, quibúsque sub illius gratia commanentes omne monarchia disponuntur regimina, in quo reverentissimè nominando Domno Wilielmo illustrissimo Comite cum omne vulgus populi qui degent in comitatu Ripacurcensis tellure, unà cum Domno Ermengaudo Præsule qui est in sinu matris Ecclesiæ sanctæ Mariæ sedis Vico Orgellensis, qui est caput omnium Ecclesiarum jamdicto comitato,

venit quidem Domnus Borrellus filius Rechildis femina, unà cum consensu & voluntatè supradicto excellentissimo Comite sive optimatibus vel principibus ejus, necnon etiam religiosorum Clericorum atque Abbatum, id est, Galindus Abba sanctæ Mariæ Varra, & Sanila Abba sancti Andreæ, & Dacco Abba sanctæ Mariæ Lavajes, & Aster Abba sancti Petri Taberna, & Manasse Abba sanctorum Iusti & Pastoris Aurigema, & Isarnus Abba de sancto Stephano, & Aster Abba sancti Michaëlis, & Abbo Abba sanctæ Mariæ Alaone. Nos simul in unum cum Canonicis sancti Vincentij martyris Christi, cujus sedes sita est in civitate Rota, id est, Barone Archisacerdos, & Geralus sacerdos, & Galindus sacerdos, & Durandus sacerdos, & Miro sacerdos, & Altemirus sacerdos, & Guimara sacerdos. Subjungimus etiam fidelium laicorum, id est, Vrrato & fratres ejus, Miro & fratres ejus, Garsia & fratres ejus, Bernardus & fratres ejus, Gela & fratres ejus, Ato & fratres ejus, Ansila & fratres ejus, Asnarius de Villanova, Bernardus de Anaspum & fratres ejus, Martinus & fratres ejus, Garsia de Guduli & fratres ejus, Abbo de Tromeda & fratres ejus, Riculfus & fratres ejus. Et expetivit electionem & obedientiam & benedictionem pontificalem ante sacrosancto altario almæ Mariæ sedis præfatæ & ante Domno Præsule prænotato sive multorum Clericorum in Christi agonizantes obsequio, id est, Isarnus Archisacerdos, Poncius Archilevita, Transeverus Archilevita, Arnallus Archilevita, Wifredus Archilevita, Bernardus Archilevita, Randulfus Archilevita, Vivas sacerdos, Bellus sacerdos, Bernardus sacerdos, Wisgafredus sacerdos, Seniofredus sacerdos, Gundebertus sacerdos, Adalbertus sacerdos, Seguinus sacerdos, Wilielmus sacerdos, Arnallus sacerdos, Vnifredus sacerdos, Wifredus sacerdos, Wilielmus Levita, Wifredus Levita, Miro Levita, item Miro Levita, item Wilielmo Levita, Dela Levita, Lupus Levita, vel aliorum Canonicorum venerabilium quorum nomina longum est scribere. Adjuvante Domino & salvatore nostro Iesu Christo elegimus hunc Borellum præfixum ut ad electionem & honorem præsulatus perveniat divina miserante clementia. Est namque prudens, docibilis, moribus temperatus, vita castus, sobrius, humilis, misericors, hospitalis, in lege Domini instructus, verbis simplicibus disertus, sanctámque & individuam trinitatem Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum omnipotentem credens atque confirmans. Deum ante secula, hominem in fine seculorum prædicat. Cùm his tantis & aliis virtutibus decoratum præfatum Borrellum agnoscimus, nos omnes eligimus illum uno animo, unóque concentu decrevimus & corroboramus ut ad ordinem sui præsulatus susceptione transfundat, atque in Domino fisus accedat. Iterum atque iterum ego Ermergaudus præfatus Episcopus unà cum caterva Clericorum prædictorum advocamus, adclamamus, atque eligimus jamdicto Borrello ut per divina manu salvatoris protegente vel donante ad honorem & benedictionem atque ordinationem sui præsulatus accedat & susceptione perveniat sub tuitione almæ Mariæ sedis præfatæ & sub dominatione Domno Ermengaudo Episcopo & successores ejus. Exaratus est autem hic titulus electionis præsulatus XI. Kal. Decembris, anno XXI. regnante Roberto Rege. Witardus sacerdos, qui hanc electionem per voluntatem Domno Wilielmo Comite & per jussione Domno Ermergaudo Episcopo scripsi & subscripsi die & annóque præfixo.

Electio, consecratio, & inthronizatio ejusdem Borrelli Episcopi Rotensis.

Nunc primùm edita ex archivo Ecclesiæ Vrgellensis.

XXI. Locorum primates præceptorum, quibus gerarchicæ atque telatargicæ vigent prisca modernáque Ecclesiarum moderamina, teoloqueriis sanxere canonibus, quò arripientibus viam universæ terræ quarumlibet sedium Præsulibus, per viciniorem Episcopum, aut per quemlibet alium Episcopum cui Archimandrita injunxerit, extincti fratris tumulatorem &c. *ut in superiore usque* Quapropter ego Ermengaudus sedis Orgellensis Ecclesiæ Episcopus unà cum caterva venerabilium Clericorum almæ Mariæ sedis præfatæ cognoscentes obitum beatæ memoriæ Aimerici Pontificis Rodensis civis Ecclesiæque sancti Vincentij ipsius loci sedem, cujus memoria æthereo describatur in albo, uti sacra canonum auctoritas jubet, cum consensu Domno Wilielmo Comite cum ejus optimatibus ac plebe non exigua concione expostulantibus, canonico cal-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciati privilegio, Borrellum filium Richellis femina urbis præfatæ Rodensis, unà per vocationem & adclamationem Archidiaconorum, cœnobitarum, & ruralium Clericorum, vocamus, acclamamus, & petimus, ac prodesse poscimus Episcopum subrogandum, consecrandum, & inthronizandum Borrellum prænotatum in gremio sanctæ sedis Ecclesiæ Vincentij Rotensem civem, & eum principem constituimus Ecclesiæ sanctorum quorum prædictæ urbe sitæ sunt. Ab ipsis utpote cunabulis & fidei rudimentis scimus eum Clericum, ac studiis liberalibus eruditum, nobilem, orthodoxum, humilem, modestum, hospitalem, caritativum, castum, misericordem, & juxta Apostolum armis divinis decentissimè ac pleniter adornatum. Hunc ergo Borrellum ego Ermengaudus præfatus Episcopus unà cum cœtu Clericorum almæ Mariæ sedis jam dictæ, & cum consensu Domno Wilielmo inclyto Comite, adclamamus eum & advocamus sub tuitione vel dominatione præfatæ sedis Orgellensis sive Domnum Episcopum Ermengaudum vel omnes Episcopi qui post eum venturi sunt. Postulo itaque ego Ermengaudus Episcopus præfatus Domnum Adalbertum Karchasensem civem Pontificem ut per singulos gradus ecclesiasticos sit ordinatus, & ministerio sacerdotali sit dedicatus. Igitur in Dei nomine interrogamus populum hunc Borrellum præfatum adclamantem: Vultis eum habere Episcopum? Respondit omnis clerus & populus usque tertiò: Volumus. Nos quidem humiles Iesu Christi Pontifices, Ermengaudus præfatæ sedis Vrgellensis, in qua ordinatio ista consistit, & Adalbertus Pontifex Karkasensis, & Petrus Episcopus Comenensis, audientes & cernentes tantam adclamatorum unanimitatem & acclamanti proficuam Ecclesiæ utilitatem, recipimus in nostro episcopali numero atque collegio prænominatum Borrellum, & eum per auctoritatem canonicam benedicendo ordinamus, & electum Episcopum in ipsa sede sancti Vincentij Episcopum exaltamus & in nomine sanctæ Trinitatis inthronizamus, & ipsi Ecclesiæ pastorem constituimus sub dominatu almæ Mariæ sedis Orgellensis & Domno Ermengaudo Episcopo vel successores ejus. Acta scedula hujus indaginis à corporea trabeatione verbi divini anno millesimo XVII. æra millesima quinquagesima quinta, Indictione X V. Concurrente I. Epacta X X. VIII. Kal. Decembris, anno XXI. regnante Rotberto Rege. Witardus sacerdos, qui hanc acclamationem scripsit Domno Episcopo Borrello sub die annóque superiùs exarato ad laudem & honorem & gloriam sanctæ Dei genitricis Mariæ sedis Vico Orgellensis & Episcopos ibidem permanentes feliciter. Amen.

Acta electionis Riculfi Episcopi Helenensis.

Nunc primùm edita ex Chartulario Ecclesiæ Helenensis.

XXII. Cùm inter præclues ac prosperos antistites fierent sancta Concilia in Iusti delubris atque Pastoris, quæ sunt sita infra metropolis Narbonæ mœnia, anno dominicæ incarnationis DCCCCXLVII. quipote Aimiricum memoratæ urbis Archiopilionem, ac Rodallum Bitarrensem, Gisandum Carcasensem, Dacbertum Agatensem, Poncionem Magalonensem, unà proruperunt; sic rebus de ecclesiasticis cùm instanti statuissent studio, illos potissimos atque præclaros bearet adjectio, vel quod magis loquax truvatim disultaret humanitas, & hoc ex eisdem patres inter se connexæ caritatis ardore multis ex quibusdam theophariis Ecclesiarum diebus sunt potiti. Infra hos clarissimos patres aderant topicorum multorum primates, qui nihilominus de statu regendæ Ecclesiæ cum ipsis consulebant. Et inter agendum, cùm conspicarentur suorum affectiones optimè promptas, de Ecclesiarum bene gerendis rebus, etiam cùm inventaforet una eadémque voluntas, ne viduata basilicarum aliqua proprio patrono illorum in potestate remaneret, edictum est Helenensem Ecclesiam adfore orbatam pastorali consortio Vuadaldi Episcopi. Cui affatim condolentes, eò quòd exuisset hominem, abundè consolatoris apotesia Spiritus repleti, ipsam inquisivere in sacra synodo quis quivisset ex hac prænominata Ecclesia regimen vindicare illius episcopij. Hic in illa hora egressa est in Riculfum digna & affabilis Clericorum electio, ac conclamatio omnium populorum Helenensis Ecclesiæ. Et in acclamatione addunt laudibus ejus, haut illum esse degenerem, necne neophytum, nec idiotam; sed esse illum modestum, sobrium, castum, benivolum, hospitalem, & cetera. Et quid plura? Abundanter attribuunt ei laudes apostolicas, quas convenit habere unicuique Episcoporum.

Hoc audientes memorati patres, assensérunt illorum vocibus, nec ausi sunt contraire quem electio atque proclamatio prosequebantur. Et præsertim assensum tribuit fatibus illorum Domnus Aymiricus Archipræsul, quò statim studuissent sublimare jam prædictum Presbyterum fore Episcopum in hujusmodi episcopatus Helenensis Ecclesiæ decore. Quod omnimodè volentes, supernóque Regi debitas grates gnaviter solventes, conjunctim liberalitérque, ut soliti sunt, cupitæ mistérium affectionis canonicæ in Riculfum adimplevere, confirmantes ejusdem electionem & acclamationem, manu propria exarando, & roborationis titulo per hanc membranulam nomina deduxere suorum. Acta in publico conventu sanctorum Episcoporum necnon & præclivium primatum & roboratum in loco sanctorum Iusti & Pastoris V I. Kal. Aprilis, Indictione instantis cronois habens lustrum unum annósque duos. Aimiricus Archipræsul. S. Gisandi Episcopi. S. Dagberti Episcopi. S. Poncij Episcopi. S. Alexandri Abbatis.

FORMVLÆ ANTIQVÆ PROMOTIONVM EPISCOPALIVM

Editæ à Ioanne Cordesio Canonico Lemovicensi.

Decretum quod clerus & populus firmare debet de electo Episcopo.

I. DOminis patribus illis, venerabilibus scilicet Episcopis diocesèos metropolitanæ, clerus, ordo, & plebs huic sanctæ Ecclesiæ specialiter obsequentes. Vestræ paternitati est cognitum quantum temporis est ex quo accidentibus variis eventibus hæc sancta Ecclesia metropolis nostro sit viduata pastore ac destituta rectore. Quod non solùm ad nostrum, verùm ad vestrum ac omnis diocesèos detrimentum pertinere dinoscitur, cùm totius provinciæ sollicitudinem Metropolitano constet esse commissam. Propterea eligimus hujus diocesèos, hujus Ecclesiæ, Presbyterum nomine illum, nobis sufficientissimè cognitum, natalibus & moribus nobilem, apostolica & ecclesiastica disciplina imbutum, fide catholicum, natura prudentem, docibilem, patientem, moribus temperatum, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, misericordem, litteratum, in lege Dei instructum, in scripturarum sensibus cautum, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatum, & secundùm scripturarum tramitem traditionémque orthodoxorum & canonum ac decretorum sedis apostolicæ Præsulum constitutiones sano sensu ecclesiasticas regulas intelligentem sanóque sermone docentem ac servantem, amplectentem eum qui secundùm doctrinam est fidelem sermonem, & cum modestia corripientem eos qui resistunt, & si qui sanæ doctrinæ adversantur, eis resistere & redarguere prævalentem, hospitalem, modestum, suæ domui bene præpositum, non neophytum, habentem testimonium bonum, in gradibus singulis secundùm traditionem ecclesiasticam ministrantem, ad omne opus bonum & satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in illo est spe paratum; quem nobis quantociùs petimus ordinari Pontificem; quatenus auctore Domino regulariter nobis præesse valeat & prodesse, & nos sub ejus regimine salubriter Domino militare possimus: quia integritas præsidentium salus est subditorum, & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sanæ est forma doctrinæ. Vt autem omnium nostrum vota in hanc electionem convenire noscatis, huic decreto canonico promptissima voluntate singuli manibus propriis laborantes suscripsimus.

1. Tim. 3.

Ille illius Ecclesiæ Archiepiscopus in electionem Domini illius Ecclesiæ illius Episcopi subscripsi.

Isti in ordinationem illius Ecclesiæ illius Episcopi ipso consentiente ordinati consenserunt. quod præsens inscriptio manifestat.

Aliud decretum cleri & plebis.

II. Vniversalis Ecclesiæ sacrosanctis patribus, præcipuèque illius diocesis Præsulibus, Ecclesia illa, unanimitas scilicet totius cleri & plebis, submissæ devotionis obsequium in Domino. Ad aures vestræ beatitudinis perveniſſe jam novimus ex-

cessum piissimi patris & pastoris nostri illius, & qualiter Ecclesia sibi credita præstantissimo pastore sit viduata plurimis terrarum finibus manifestum esse comperimus. Et ideo lacrymabiliter preces unanimis supplicationis vestræ paternitati mittimus, ut nobis in substituendo pastore morem patrum & prædecessorum beatorum Pontificum imitantes, paternum nobis ferre auxilium *** humiliter poscentibus pio *** moribus & scientia *** decoratum comperimus, illum gloriosissi. *** decubantem, ejúsque servitiis immorantem, nobis expetivimus ..... postulavimus habendum, & per Dei misericordiam quæsivimus. ..... cendum. Et quoniam divina miserante clementia in ejusdem postulationis devotione benevolum atque concordem prænominatum nostræ unanimitati effecit Regem, juxta hoc quod scriptura testatur dicendo, *Cor Regis in manu Dei est, quocunque voluerit vertet illud*, totius Ecclesiæ, cleri scilicet plebísque, in ejusdem præclarissimi viri electione par est devotio, unus idémque assensus, in nullo dissimilis adclamatio; sed sicut nobis est unus Deus, una fides, unúmque baptisma, ita & nobis omnibus in supradicti electione pontificalísque ordinis consecratione atque substitutione unum est per omnia velle, & nullum extraneum appetere, quin totius Ecclesiæ voce præsenti decreto concorditer & consonanter conclamando, virum memoratum, non simplici, sed multiplici sermone cordis & corporis devotione nobis pastorem eligere, eúmque idoneum, quantum nostræ fragilitati nosse conceditur, tanto pontificio esse, sicut voce fatemur, ita etiam omnium nostrorum subscriptionibus devotissimè roboramus, & communi adnotationis decreto, Dei misericordia præduce diuturnitate temporum nobis pastorem habendum eligimus & optamus, more quoque canonico sub gestorum serie confirmamus.

Epistola vocatoria Metropolitani pro consecratione Episcopi electi.

III. Dilectissimis fratribus & filiis Presbyteris, Diaconis, Honoratis, Clericis, & Possessoribus, vel cunctæ plebi illius Ecclesiæ, simúlque vocato Episcopo illi, M. auxiliante Domino Metropolitanus sanctæ sedis apostolicæ illius. Dilectionem vestram salubriter alloquimur, quia prædictum talem à vobis electum Episcopum, virum venerabilem, tali Ecclesiæ ordinare compellimur, laudemus & honoremus Iesum Christum, ut qui vobis hanc electionis devotionem dedit, nobis quoque perficiendi tribuat facultatem. Iam fatum virum religiosa violentia tenete, & ad sanctam nostram sedem ill. perducere festinate: qui fortè magis dignior erit, si se occultare voluerit. Ob quam rem hanc direximus admonitionem, quemadmodum optimè placuit sanctæ synodo Episcopum sine vocatoria susci pi non debere, ne obscuritas dubiæ ordinationis incurrat.

FORMVLÆ VETERES

EXORCISMORVM ET EXCOMMVNICATIONVM.

Stephanus Baluzius Tutelenſis in unum collegit, magnam partem nunc primùm edidit, reliquas emendavit.

CAPITVLA.

1. *Benedictio vel exorciſmus aquæ calidæ ſeu frigidæ in qua manus ad judicium mittitur.*
2. *Iudicium aquæ frigidæ.*
3. *Exorciſmus aquæ ad judicium Dei demonſtrandum.*
4. *Adjuratio ferri vel aqua ferventis.*
5. *Exorciſmus panis hordeacij vel caſei.*
6. *Ordo judicij quo rei aut innoxij probantur ferro candenti.*
7. *Collectæ ad mala furta reprimenda.*
8. *Probatio à cunctis furtis probandis.*
9. *Exorciſmus ad caldaria ſive ad aqua.*
10. *Reſolutio omnium maleficiorum.*
11. *Ad revocandum examen apum diſperſum.*
12. *Qualiter Epiſcopus excommunicare infideles debeat.*
13. *Item alia excommunicationis allocutio.*
14. *Item alia terribilior excommunicatio.*
15. *Excommunicatio hominum Balduini Comitis Flandriæ.*
16. *Excommunicatio Ragenardi Comitis Senonenſis.*
17. *Excommunicatio quam Suniarius Epiſcopus Helenenſis fecit adversùs invaſores rerum eccleſiaſticarum.*
18. *Excommunicatio quam Salla Epiſcopus Vrgellenſis fecit adversùs invaſores rerum eccleſiaſticarum.*
19. *Item de eadem re.*

Incipit benedictio vel exorciſmus aquæ calidæ ſeu frigidæ in qua manus ad judicium mittitur.

I. *CVm homines vis mittere ad comprobationem judicij aquæ calidæ, primùm fac eos intrare cum omni humilitate in Eccleſia; & proſtratis in oratione, dicat ſacerdos has orationes.*

PRIMA ORATIO.

Auxiliare Domine quærentibus miſericordiam tuam, & da veniam confitentibus. Parce ſupplicibus; ut qui noſtris meritis flagellamur, tua miſeratione ſalvemur. Per.

SECVNDA ORATIO.

Quæſumus omnipotens Deus, afflicti populi lacrymas reſpice, & iram tuæ indignationis averte; ut qui reatum noſtræ infirmitatis agnoſcimus, tua conſolatione liberemur. Per.

TERTIA ORATIO.

Deus qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interiùs exteriùſque cuſtodi; ut & ab omnibus adverſitatibus muniamur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

His orationibus completis, ſurgat pariter, & coram hominibus illis cantet Presbyter Miſſam, & faciat eos ad ipſam Miſſam offerre. Cùm autem ad communionem venerint, antequàm communicent, interroget eos ſacerdos cum adjuratione & dicat.

Adjuro vos, homines, per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & per veſtram Chriſtianitatem quam ſuſcepiſtis, & per unigenitum Dei filium, quem redemptorem creditis, & per ſanctam Trinitatem, & per ſanctum evangelium, & per reliquias quæ in iſta ſancta Eccleſia ſunt reconditæ, ut non præſumatis ullo modo ad iſtam ſanctam communionem accedere nec ſumendo communicare ſi hoc vel illud feciſtis, aut conſenſiſtis, aut aliquam veritatem inde ſcitis, ſeu qui hoc egit noſtis.

Si

Si autem tacuerint, & nullam inde professionem dixerint, accedat sacerdos ad altare, & communicet more solito, postea verò communicet illos. Cùm autem communicant ante altare, dicat sacerdos: Corpus hoc & sanguis Domini nostri Iesu Christi sit vobis ad comprobationem hodie. *Expleta Missa, descendat sacerdos ad locum destinatum, ubi ipsum examen peragatur. Deferat secum librum evangeliorum & crucem, & canat modicam letaniam; & cùm compleverit ipsam letaniam, exorcizet & benedicat aquam ipsam antequam ferveſcat, ita dicendo.*

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Iesu Christi filij ejus Domini nostri, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici & omne phantasma diaboli; ut si hic homo qui manum suam in te missurus est innocens extiterit de hac culpa unde reputatur, pietas Dei omnipotentis liberet eum; & si, quod absit, culpabilis est, & præsumptuosè in te manum mittere ausus fuerit, ejusdem omnipotentis virtus super eum hoc declarare dignetur; ut omnis homo timeat & contremiscat nomen sanctum gloriæ Domini nostri, qui vivit & regnat Deus per omnia secula.

Oratio.

Domine Iesu Christe, qui es judex justus, fortis, & patiens, & multùm misericors, per quem facta sunt omnia, Deus deorum & Dominus dominantium, qui propter nos homines & propter nostram salutem de sinu Patris descendisti, & ex virgine Maria carnem assumere dignatus es, & per passionem tuam mundum in cruce redemisti, & ad inferos descendisti, & diabolum in tenebris exterioribus conligasti, & omnes justos, qui originali peccato ibidem detinebantur, magna potentia tua exinde liberasti, tu Domine quæsumus mittere digneris Spiritum tuum sanctum ex summa cœli arce super hanc creaturam aquæ, quæ ab igne ferveſcere atque caleſcere videtur, ut rectum judicium per eam super hunc hominem nomine illo comprobet ac manifestet. Te Domine Deus supplices deprecamur, qui in Cana Galilææ signo admirabili tua virtute ex aqua vinum fecisti, & tres pueros Sidrac, Misac, & Abdenago de camino ignis ardentis illæsos eduxisti, & Susannam de falso crimine liberasti, cæco nato oculos aperuisti, Lazarum quatriduanum à monumento susciasti, & Petro mergenti manum porrexisti, ne respicias peccata nostra in hac oratione, sed tuum verum & sanctum judicium coram hominibus in hoc manifestare digneris; ut si hic homo pro hac reputationis causa, furto videlicet, vel homicidio, aut adulterio, vel luxuria, aut pro qualibet causa culpæ modò ad præsens manum suam in hanc aquam igne ferventem miserit, & culpabilis ex hac causa non est, hoc ei præstare digneris ut nulla læsio vel macula in eadem manu appareat, per quam sine culpa calumniam incurrat.

Iterum te, Deus omnipotens, nos indigni & peccatores famuli tui suppliciter oramus ut sanctum, verum & rectum judicium tuum nobis in hoc etiam manifestare digneris, quatenus hic homo ex hac reputationis causa, si per aliquod maleficium, diabolo instigante, aut cupiditate vel superbia incitante, culpabilis est in facto vel in consensu, & hoc comprobationis judicium subvertere vel violare volens, malo confisus ingenio, manum suam in hanc aquam præsumptuosè mittere ausus fuerit, tua pietas taliter hoc declarare dignetur ut in ejus manu dinosci queat quod injustè egit; ut & ipse deinceps per veram confessionem pœnitentiam agens ad emendationem perveniat, & judicium tuum sanctum & verum in omnibus gentibus declaretur per te, redemptor mundi, qui venturus es judicare vivos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

Item alivs exorcismvs.

Te autem, creatura aquæ, adjuro te per Deum vivum, per Deum sanctum, qui te in principio separavit ab arida, adjuro te per Deum vivum, qui te de fonte paradisi manavit & in quatuor fluminibus exire jussit & totam terram rigare præcepit, adjuro te per eum qui te in Cana Galilææ sua potentia convertit in vinum, qui super te suis sanctis pedibus ambulavit, qui tibi nomen imposuit Siloha, adjuro te per Deum qui in te Nahaman Syrum sua lepra mundavit dicens, Aqua sancta, aqua benedicta, aqua quæ lavas sordes & mundas peccata, adjuro te per Deum vivum ut te mundam exhibeas nec in te aliqua phantasma retineas, sed efficiaris fons exorcizatus ad effugandum & evacuandum & comprobandum omne mendacium & investigandam & comprobandam

omnem veritatem; ut iste qui in te manum miserit, si veritatem & justitiam habuerit, nullam læsionem in te accipiat; & si mendacium habet, appareat manus ejus igne combusta; ut cognoscant omnes homines virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est cum Spiritu sancto judicare vivos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

Post hæc exuat eum vestimentis suis, & induat eum vel eos vestimentis mundis de Ecclesia, id est, indumento de Exorcista aut de Diacono, & faciat eos vel eum osculari evangelium & crucem Christi, & aspergat super eos de aqua ipsa; & ipsi qui intraturi sunt ad Dei examen, det illis omnibus bibere de ipsa aqua benedicta. Cùm autem dederit, unicuique dicat. Hanc aquam dedi tibi, vel vobis, ad probationem hodie. *Deinde imponantur ligna subter caldaria, & dicat sacerdos has orationes quando ipsa aqua calescere cæperit.*

In nomine sanctæ Trinitatis. Deus judex justus, fortis, & patiens, qui es auctor & creator clemens & misericors, & judicas æquitatem, tu judica qui jussisti rectum judicium facere, & respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Deus omnipotens, qui per adventum unigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum redemisti, qui per ejus passionem genus humanum subvenisti & salvasti, tu hanc aquam ferventem sanctifica. Qui tres pueros, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago sub Rege Babylonis Nabuchodonosor in camino ignis accensa fornace salvasti, & inlæsos per angelum tuum eduxisti, tu clementissime dominator præsta ut si quis innocens ab hujusmodi culpa seu causa sive reputatione homicidij, adulterij, latrocinij fuerit, & in hanc aquam manum miserit, salvam & inlæsam inde educas. Qui tres pueros supradictos & Susannam de falso crimine liberasti, ita Domine omnipotens, si culpabilis fuerit, & incrassante diabolo cor obduratum, manum in hujus tui elementi ferventis creaturam miserit, tua veritas hoc dedaret, ut in corpore manifestetur, & anima per pœnitentiam salvetur. Et si ex hoc scelere culpabilis fuerit, & per aliquod maleficium aut per herbas aut per diabolicas incantationes hanc peccati sui culpam occultare voluerit, vel tuam justitiam contaminare vel violare se posse crediderit, magnifica tua dextera hoc malum evacuet & omnem rei veritatem demonstret. Per te clementissime Pater, qui vivis & regnas in trinitate perfecta. Per omnia.

ALIA.

OREMVS. Deus qui beatam Susannam de falso crimine liberasti, Deus qui beatam Theclam de spectaculis liberasti, Deus qui sanctum Danielem de lacu leonum liberasti, & tres pueros de camino ignis ardentis eripuisti, tu libera innocentes, & consigna factores. Per Dominum nostrum.

Et qui manum mittit in aquam ad ipsum examen, dicat orationem dominicam, & signet se signaculo crucis, & festinè deponatur ipsa aqua fervens desuper juxta ignem, & judex perpendat ipsam lapidem illigatam ad mensuram ill. infra ipsam aquam more solito; & sic inde extrahat eam in nomine Domini ipse qui intrat ad examen judicij. Postea cum magna diligentia sic fiat involuta manus sub sigillo judicis signata usque in die tertio, quo visa sit viris idoneis & fœimata.

Iudicium aquæ frigidæ.

II. *CVm homines vis mittere ad judicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes. Accipe illos homines quos vis mittere in aquam, & deduc eos in Ecclesiam, & coram omnibus illis cantet Presbyter Missam, & fac eos ad ipsam Missam offerre. Cùm autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos sacerdos cum adjuratione, & dicat:* Adjuro vos homines per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per vestram Christianitatem quam suscepistis, & per unigenitum Dei filium, & per sanctam Trinitatem, & per sanctum evangelium, & per illas sanctas reliquias quæ in ista Ecclesia sunt, ut non præsumatis ullo modo communicare neque accedere ad altare si hoc feciſtis aut consensistis, aut scitis qui hoc egerit. *Si autem omnes tacuerint, & nullus confessus fuerit, accedat sacerdos ad altare, & communicet, separatis illis qui examinandi sunt. Postea verò communicent illi quos vult in aquam mittere. Cùm autem communicant, dicat sacerdos per singulos ante altare:* Corpus hoc & sanguis Domini nostri Iesu Christi sit tibi ad probationem

hodie ad laudem & gloriam nominis sui & ad Ecclesiæ suæ utilitatem. *Expleta Missa, faciat sacerdos aquam benedictam, & deferat eam ad locum examinis, ubi homines probantur. Cùm autem venerit ad ipsum locum, letaniam faciens, omnibus pro eadem causa Dominum deprecantibus, det examinandis bibere de aqua illa benedicta. Cùm autem dederit, unicuique dicat:* Hæc aqua Domini fiat tibi ad probationem hodie per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est verus judex & justus. *Deinde conjuret aquam ubi mittendi sunt. Post conjurationem autem aquæ, exuat illos vestimentis suis, & faciat illos per singulos osculari sanctum evangelium & crucem Christi. Et post hæc de ipsa aqua benedicta aspergat super unumquemque hominem, & projiciat eos statim per singulos in aquam. Hæc autem omnia facere debet jejunus; neque illi antea comedant qui ipsos mittant in aqua.*

Conjuratio aquæ.

Adjuro te aqua in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, quique te segregavit ab aquis superioribus, & jussit te servire humanis necessitatibus. Adjuro te etiam per invisibile & ineffabile nomen Christi Iesu, filij Dei vivi omnipotentis, sub cujus pedibus te calcabilem præbuisti, qui etiam in te baptizari dignatus est, & suo baptismate consecravit. Adjuro etiam te per Spiritum sanctum, qui super Dominum in te baptizatum descendit, qui te invisibili sanctificatione sacratam ad animarum purgationem inenarrabile constituit sacramentum, per quam olim & populus Israëliticus siccis pedibus transivit, & ex aqua ferrum, quod casu ceciderat, Helisæus divina virtute contra naturam natans in suo manubrio redire fecit, ut nullo modo suscipias hunc hominem, si in aliquo culpabilis est ex hoc quod illi objicitur, scilicet aut opere, aut consensu seu conscientia, vel quolibet ingenio; sed per virtutem Domini Iesu Christi rejice ex te, & fac illum natare super te, quatenus cognoscant fideles Christi nullum maleficium, nullum præstigium divinæ virtuti posse resistere quod non detectum fiat & omnibus manifestum. Adjuro etiam te per virtutem ejusdem Domini nostri Iesu Christi ut ad laudem illius cui omnis creatura servit, & cui cœlestis exercitus famulatur clamans *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Exercituum*, ut nobis adjurantibus & ejus misericordiam obsecrantibus obedias, qui regnat & dominatur per infinita secula seculorum. Amen.

Hominis conjuratio.

Adjuro te homo & contestor per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per sanctam & individuam Trinitatem, & per omnes angelos & archangelos, & per omnes principatus & potestates, dominationes quoque & virtutes, & per Dei sedilia Cherubin & Seraphin, & per diem tremendum judicij Dei, necnon & viginti quatuor seniores qui quotidie laudant Deum, & per quatuor Evangelistas, & per sanctos quoque Apostolos, martyres, & confessores, necnon & per sanctam genitricem Dei Mariam, omnesque virgines, & per cunctum populum sanctum Dei, vel per sanctum baptismum in quo renatus es, si hoc malum feciſti ex quo culparis, vel assensum præbuisti, aut bajulasti, aut in domum tuam recepisti, aut inde conscius aut consentaneus extitisti, coram omnibus dicito. Quòd si diabolo suadente celare dispposueris, & culpabilis exinde es, evanescat cor tuum incrassatum & induratum, & non suscipiat te aqua incredulum & seductum; ut dicat populus quia Deus noster judex est, cujus potestas in secula seculorum. Amen.

Post conjurationem aquæ exuat illos vestimentis illorum, & osculari sanctum evangelium & sanctam crucem faciat; & sanctificatis omnibus aqua benedicta cum timore & reverentia, fidus de ejus clementia, projiciat in aquam.

Hoc judicium autem petente Domno Hludovico Imperatore constituit beatus Eugenius, præcipiens ut omnes Episcopi, Comites, Abbates, omnisque populus Christianus, qui infra ejus imperium est, hoc judicio defendant innocentes, & examinent nocentes, ne perjuri super reliquias sanctorum perdant suas animas in malum consentientes.

Alio modo.

Deus judex justus, fortis, & patiens, qui es auctor & amator justitiæ, qui judicas æquitatem, judica Domine quod justum est, quia recta tua judicia sunt. Qui respicis super terram, & facis eam tremere, tu Domine omnipotens, qui per adventum filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum salvasti, & per ejus passionem genus humanum redemisti, tu hanc aquam per ignem ferventem sanctifica. Qui tres pueros, id est, Sidrach, Misach, Abdenago, jussione Regis Babylonis missos in caminum ignis servasti, tu clementissime præsta ut si quis innocens in hanc aquam

ferventem manum mittat, ſicut tres pueros ſupradictos de camino ignis eripuiſti, & Suſannam de falſo crimine liberaſti, ita Domine manum illius ſalvam & illæſam perducas. At ſi quis culpabilis, incraſſante diabolo cor induratum, præſumpſerit manum mittere, tua juſtiſſima pietas hoc declarare dignetur, ut in ejus corpore tua virtus manifeſtetur, & anima illius per pœnitentiam ſalvetur.

Deus judex juſtus, qui auctor pacis es, & judicas æquitatem, te ſuppliciter rogamus ut hoc ferrum ordinatum ad juſtam examinationem cujuſlibet dubietatis faciendam benedicere † & ſanctificare digneris, ita ut ſi innocens de prænominata cauſa, unde purgatio quærenda eſt, hoc ignitum in manus acceperit, illæſus adpareat, & culpabilis atque reus, juſtiſſima ſit ad hoc virtus tua in eo cum virtute declarandum: quatenus juſtitiæ non dominetur iniquitas, ſed ſubdatur falſitas æquitati, per Dominum noſtrum &c.

Incipit Exorciſmus aquæ ad judicium Dei demonſtrandum.

Ex Ordine Dunſtani Archiepiſcopi Dorobernenſis.

III. *Peractis coram ſacerdote trium dierum jejuniis, cùm homines vis mittere ad judicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes. Accipe illos homines quos vis mittere in aquam, & duc eos in Eccleſiam, & coram omnibus illis cantet Presbyter Miſſam, & faciat eos ad ipſam Miſſam offerre. Cùm autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos ſacerdos cum adjuratione & dicat.* Adjuro vos ill. & ill. per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & per veſtram Chriſtianitatem quam ſuſcepiſtis, & per unigenitum Dei filium, & per ſanctam Trinitatem, & per ſanctum evangelium, & per iſtas ſanctas reliquias quæ in iſta Eccleſia ſunt, & per illud baptiſmum quo vos ſacerdos regeneravit, ut non præſumatis ullo modo communicare neque accedere ad altare ſi hoc feciſtis aut conſenſiſtis, aut ſcitis quis hoc egerit. *Si autem tacuerint, & nulli hoc dixerint, accedat ſacerdos ad altare & communicet. Poſtea verò communicet illos quos vult in aquam mittere. Cùm autem communicaverint, dicat ſacerdos ante altare per ſingulos:* Corpus hoc & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit tibi ad probationem hodie.

Incipit Miſſa judicij.

Antiphona. Iuſtus es Domine, & rectum judicium tuum, fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tuam. *Pſalm.* Beati immaculati.

Oratio.

Abſolve quæſumus Domine tuorum delicta famulorum, ut à peccatorum ſuorum nexibus, quæ pro ſua fragilitate contraxerunt, tua benignitate liberentur, & in hoc judicio prout meruerunt, tua juſtitia præveniente, ad veritatis cenſuram pervenire mereantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio libri Levitici.

In diebus illis locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Ego ſum Dominus Deus veſter. Non faciatis furtum, non mentiamini, nec decipiat unuſquiſque proximum ſuum. Non perjures in nomine meo, nec polluas nomen Dei tui. Ego Dominus. Non facias calumniam proximo tuo, nec vi opprimas eum. Non moretur opus mercenarij tui apud te uſque mane. Non maledicas ſurdo, nec coram cœco ponas offendiculum. Sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego ſum Dominus, dicit Dominus omnipotens.

Item alia Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios.

Fratres, Renovamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus invicem membra. Iraſcimini, & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, jam non furetur. Magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.

Graduale. Propitius eſto Domine peccatis noſtris, ne quando dicant gentes, Vbi eſt Deus eorum. *Verſus.* Adjuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui Domine libera nos. *Alleluia.* Deus judex juſtus, fortis, & patiens, numquid iraſcetur per ſingulos dies.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sequitur ſanctum evangelium ſecundùm Marcum.

In illo tempore cùm egreſſus eſſet Ieſus in via, procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum dicens: Magiſter bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam? Ieſus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi ſolus Deus. Præcepta noſti? Ille dixit. Quæ? Non occidas, non adulteres, non fureris, non falſum teſtimonium dicas, non fraudem feceris. Honora patrem tuum & matrem tuam. At ille reſpondens ait: Magiſter, hæc omnia cuſtodivi à juventute mea. Ieſus autem intuitus eum dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deeſt. Vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me.

Offertorium.

Immittet angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.

Et hic offeraut. Secreta.

Interceſſio ſanctorum tuorum miſericordiæ tuæ Domine munera noſtra conciliet, ut quam merita noſtra non valent, eorum deprecatio indulgentiam valeat obtinere. Per Dominum.

Præfatio.

Æterne Deus, qui non ſolùm peccata dimittis, ſed ipſos etiam juſtificas peccatores, & reis non tantùm pœnas relaxas, ſed dona largiris & præmia, cujus nos pietatem ſupplices exoramus ut famulos tuos illos non de præteritis judices reatibus, ſed hujus culpæ veritatem ſpectantibus inſinues; quatinus & in hoc populus tuus præconia nominis tui efferat, & te vitæ præſentis & perpetuæ auctorem agnoſcat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Benedictio ad judicium.

Deus, de quo ſcriptum eſt quia juſtus es & rectum judicium tuum, fac cum his ſervis tuis ſecundùm miſericordiam tuam, ut non de priſtinis judicentur reatibus, ſed in hoc, prout meruerunt, tua benedictione præveniente, veritatis ſubſequatur judicium. Amen.

Et qui juſtus es & amator juſtitiæ, & à cujus vultu videtur æquitas, fac in conſpectu populi tui ut nullis malorum præſtigiis veritatis tuæ fuſcentur examina. Amen.

Petitiones noſtras placatus intende, & culparum omnium præteritarum eis veniam clementer attribue. Et ſi culpabiles ſunt, tua larga benedictio non eis ad ſuffragium, ſed hujus culpæ ad inſinuandam veritatem proficiat. Amen. Quod ipſe præſtare dignetur, cujus regnum.

Hic communicent per ſacerdotem, Et Dicat ſacerdos.

Corpus hoc & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobis ad probationem hodie.

Antiphona poſt communionem.

Iuſtus Dominus & juſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus ejus.

Poſt communionem.

Perceptis Domine Deus noſter ſacris muneribus, ſuppliciter deprecamur ut hujus participatio ſacramenti & à propriis nos reatibus indefinenter expediat, & in famulis tuis veritatis ſententiam declarer. Per Dominum noſtrum.

Expleta Miſſa, faciat ipſe ſacerdos aquam benedictam, & pergat ad locum ubi homines probentur. Cùm autem venerit ad ipſum locum, det illis omnibus bibere de aqua. Cùm autem dederit, dicat ad unumquemque hominem: Hæc aqua fiat tibi ad probationem. *Poſtea verò conjuret aquam ubi culpabiles mittat.*

Incipit adjuratio aquæ.

Deus qui per aquarum ſubſtantiam judicia tua exercens diluvij inundatione millia populorum interemiſti, & Noë juſtum cum ſuis ſalvandum cenſuiſti, Deus qui in mari rubro cuneos Ægyptiorum involviſti, & agmina Iſraëlitica imperterrita abire juſſiſti, virtutem tuæ benedictionis his aquis infundere & novum ac mirabile ſignum in eis oſtendere digneris, ut innocentes à crimine furti vel homicidij vel adulterij aut alterius nævi, cujus examinationem agimus, more aquæ in ſe recipiant & in profundum pertrahant, conſcios autem hujus criminis à ſe repellant atque rejiciant, nec patiantur recipere corpus quod ab onere bonitatis evacuatum ventus iniquitatis allevavit & inane conſtituit; ſed quod caret pondere virtutis, careat pondere propriæ ſubſtantiæ in aquis. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Alia adjuratio.

Adjuro te creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit & juſſit miniſtrare humanis neceſſitatibus, qui etiam juſſit ſegregari te ab aquis ſuperioribus. Adjuro etiam te per ineffabile nomen Ieſu Chriſti filij Dei vivi, ſub cujus pedibus mare & elementum diviſum ſe calcabile præbuit, qui etiam bap-

tizari se in aquarum elemento voluit. Adjuro etiam te per Spiritum sanctum, qui super Dominum baptizatum descendit. Adjuro te per nomen sanctæ & individuæ divinitatis, cujus voluntate aquarum elementum divisum est, & populus Israël siccis pedibus statim transivit, ad cujus etiam invocationem Helisæus ferrum, quod de manubrio exierat, super aquam natare fecerat, ut nullo modo suscipias hos homines ill. si in aliquo sunt culpabiles de hoc quod illis objicitur, scilicet aut per opera, aut per consensum, vel per conscientiam, seu per ullum ingenium, sed fac eos super te natare. Et nulla possit contra te causa facta aut ullum præstigium inimici quod illud possit occultare. Adjurata autem per nomen Christi, præcipimus tibi ut nobis per nomen ejus obedias cui omnis creatura servit, quem Cherubin & Seraphin collaudant, dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Exercituum;* qui etiam regnat & dominatur per infinita secula seculorum.

Alia.

Adjuro te creatura aquæ per Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per tremendum diem judicij, & per duodecim Apostolos, & per septuaginta duos discipulos, & per duodecim Prophetas, & per viginti quatuor seniores qui assiduè Dominum laudant, & per centum quadraginta quatuor millia quæ sequuntur agnum, & per omnia agmina sanctorum angelorum, archangelorum, thronorum, dominationum, principatuum, potestatum, virtutum, Cherubin atque Seraphin, & per omnia millia sanctorum martyrum, confessorum, & virginum. Adjuro te per sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & per quatuor evangelia, & per quatuor Evangelistas, necnon & per septuaginta duos libros veteris ac novi testamenti, & per omnes scriptores sanctos ac doctores eorum. Adjuro te per sanctam Ecclesiam catholicam, & per communionem sanctorum, & per resurrectionem eorum, ut fias aqua exorcizata, adjurata, & obfirmata adversùs inimicum hominis diabolum & adversùs hominem qui ab eo seductus furtum hoc vel homicidium aut adulterium, unde ratio agitur, perpetravit, ut nullatenus eum in te submergi aut in profundum trahi permittas, sed à te repellas atque rejicias, neque patiaris recipere corpus quod ab onere bonitatis inane est factum; sed quod caret pondere virtutis, careat pondere propriæ substantiæ in te. Innocentes verò à prædicto crimine more aquæ in te recipias, & in profundum innocuos pertrahas. Per Dominum nostrum.

Post has autem conjurationes aquæ, exuantur homines qui mittendi sunt in aquam propris vestimentis, & osculentur singuli evangelium & crucem Christi, & aqua benedicta super omnes adspergatur; & qui adsunt omnes jejunent, & sic projiciantur singuli in aquam. Et si submersi fuerint, inculpabiles reputentur. Si supernataverint, rei esse judicentur.

Incipit adjuratio ferri vel aquæ ferventis.

IV. *IN simplo unum pondus, in triplo tria ferrum æquiparet pondera; & in illa adjuratione non adsint, ut prædiximus, nisi jejuni. Et dictis letaniis, sic sacerdos in loco ubi ferrum accenditur, vel aqua infervescatur, adjurationem initiando inchoet.*

Deus qui per ignem signa magna ostendens Abraham puerum tuum de incendio Chaldæorum quibusdam pereuntibus eruisti, Deus qui rubum ardere ante conspectum Moysi & minimè comburi permisisti, Deus qui ab incendio fornacis Chaldaicis plerisque succensis tres pueros tuos illæsos eduxisti, Deus qui incendio ignis populum Sodomæ & Gomorræ involvens, Loth famulum tuum cum suis saluti donasti, Deus qui in adventu sancti Spiritus inlustratione ignis fideles tuos ab infidelibus decrevisti, ostende nobis in hoc parvitatis nostræ examine virtutem ejusdem sancti Spiritus & per hujus ignis fervorem discernere fideles & infideles, ut à tactu ejus furti, vel homicidij, vel adulterij, cujus inquisitio agitur, conscij exhorrescant, & manus eorum vel pedes comburantur aliquatenus, immunes verò ab ejusmodi crimine liberentur penitùs & inlæsi permaneant. Per Dominum nostrum.

Alia.

Deus judex justus, fortis, auctor & amator pacis, patiens & multùm misericors, qui judicas quod justum est, & rectum judicium tuum, qui respicis super terram & facis eam tremere, tu Deus omnipotens, qui per adventum filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum salvasti, & per

ejus paſſionem genus humanum redemiſti, hanc aquam ferventem vel hoc ferrum fervens ſanctifica. Qui tres pueros Sidrac, Miſac, & Abdenago juſſu Regis Babylonis in camino ignis accenſa fornace ſalvaſti & inlæſos per angelum ſanctum tuum eduxiſti, tu clementiſſime pater, dominator omnipotens, præſta ut ſi quis innocens de furto hoc, vel homicidio, aut adulterio, ſeu maleficio, in hoc ferrum fervens vel in hanc aquam ferventem miſerit manum ſuam, ſalva, te præſtante Domino noſtro, permaneat. Et ſicut tres pueros ſupradictos de camino ignis ardentis liberaſti, & Suſannam de falſo crimine eripuiſti, ſic manum innocentis omnipotens Deus ab omni læſionis inſanie ſalvare dignare. Et ſi quis culpabilis vel noxius, & tumido corde, induratóque pectore, vel ſuperba mente, reus de hoc furto, vel homicidio, aut adulterio, ſeu maleficio manum miſerit in hoc ferrum vel aquam ferventem, tu Deus omnipotens juſtiſſima pietate & rectiſſimo judicio illud declarare & manifeſtare digneris, ut anima ejus per pœnitentiam ſalvetur. Et ſi ille nocens vel culpabilis ſit, & per aliquod maleficium vel per herbas aut per cauſas diabolicas induraverit, & peccatum quod fecit confiteri noluerit, tua dextera, quæſumus Domine, hoc declarare dignetur. Per Dominum.

Item tertia.

Deus innocentiæ reſtitutor & amator, qui auctor pacis es & judicas æquitatem, te ſubnixis rogamus precibus ut hoc ferrum ignitum ordinatum vel hanc aquam ordinatam ad juſtitiam & examinationem cujſlibet dubietatis benedicere & ſanctificare digneris; ita ut ſi innocens de hoc furto, vel homicidio, vel adulterio, vel maleficio, unde purgatio quærenda eſt, in hoc ignitum & tua benedictione ſanctificatum ferrum, vel in hanc aquam fervidam & tua benedictione ſanctificatam, manus vel pedes immiſerit, tua benigniſſima miſeratione inlæſus appareat. Si autem culpabilis atque reus contempſerit, & quaſi tentator judicium tuum adierit, aut per herbas vel quæcunque tentamenta ſive molimina maleficioſa peccata ſua contueri & defendere inflatus per afflatorem malitiæ contra veritatis tuæ examen voluerit, juſtiſſime & miſericordiſſime Domine Deus ad hoc virtus tua, quæ omnia ſuperat, in eo cum veritate, quæ permaneat in ſeculum ſeculi, declaretur, quatinus juſtitiæ tuæ non dominetur iniquitas, ſed veritati ſubdatur falſitas, & ut ceteri hoc videntes ab incredulitate ſua te miſerante liberentur. Qui vivis.

His peractis, aqua benedicta cunctis adſtantibus detur ad deguſtandum, & adſpergatur per totam domum, & ferrum proferatur, quod à culpato coram omnibus accipiatur, & per menſuram novem pedum portetur, manus ſigilletur, ſub ſigillo ſervetur, & poſt tres noctes aperiatur. Et ſi mundus eſt, Deo gratuletur. Si autem inſanies crudeſcens in veſtigio ferri inveniatur, culpabilis & immundus reputetur.

In aqua fervente accipiat homo lapidem qui per funem ſuſpendatur in ſimpla probatione per menſuram palmæ, in tripla autem unius ulnæ. Manus verò ſigilletur & aperiatur ut ſuprà diximus in conſecratione ferri.

Incipit exorciſmus panis hordeacij vel caſei, quorum appenſio unius unciæ.

V. P*Rimitus faciat ſacerdos letanias, & omnes qui intus ſunt cum eo jejuni ſint, & ſic incipiat.*

Conſervator & creator humani generis, dator gratiæ ſpiritalis, largitor æternæ ſalutis, tu emitte Spiritum tuum ſuper hanc creaturam panis vel caſei cum tremore & timore magnitudinis brachij tui adversùs eum qui cum ſuperbia & contumacia ac zelo iniquo venit & vult ſubvertere juſtitiam & conculcare judicium. Fac eum Domine in viſceribus anguſtari, ejúſque guttur conclude, ut panem vel caſeum iſtum in tuo nomine ſanctificatum devorare non poſſit hic qui injuſtè juravit ac negavit illud furtum vel homicidium aut adulterium ſeu maleficium quod quærebatur, & jusjurandum pro nihilo habuit, & nomen tuum nominavit ubi rectum non erat. Te quæſumus ut non ei permittas illud abſcondere, quia juſtus es Domine, & rectum judicium tuum, qui cuſtodis veritatem in ſeculum, faciens judicium injuriam patientibus, & cuſtodis pupillum, ac viduam ſuſcipis, & viam malignorum exterminabis. Ideo oſtende nobis Domi-

ne miſericordiam tuam, ut humiles ac manſueti ac recti propter veritatem gaudeant, ſuperbi autem & iniqui ac cupidi contriſtentur & humilientur uſque dum confiteantur magno & ſancto nomini tuo, & cognoſcant ceteri quia nomen tibi Dominus, & tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram, & ſervi tui in te glorientur & laudent nomen tuum in ſecula ſeculorum. Amen.

Item alia.

Domine Ieſu Chriſte, qui regnas in cœlis & in terris, & mirabilis es in omnibus operibus tuis, dominator dominantium, Deus angelorum, Deus Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, virginum, & omnium electorum, præſta quæſumus per ſanctum ac mirabile nomen tuum ut qui reus eſt hujus furti, vel homicidij, aut adulterij, ſeu maleficij, de quo hic requiritur, vel in facto vel in conſcientia, ad adpoſitam ei pro oſtenſione veritatis creaturam panis ſanctificati vel caſei faux ejus claudatur, guttur ejus ſtranguletur, & in nomine tuo ante illud rejiciatur quàm devoretur. Sed & ſpiritus diabolicus, cui nulla eſt communio cum tua ſuperna veritate, in hoc negotio ad ſubvertendum judicium pravis præſtigiorum ſuorum molitionibus nil prævaleat. Sed qui reus & conſcius eſt rei præfatæ, ad hoc pabulum ſanctificati panis vel caſei, & præſertim per dominici corporis & ſanguinis communionem quam accepit, tremat & tremendo palleat, & nutabundus in omnibus membris appareat; innoxius verò & inſcius ſobriè ad ſalubritatem ſui cum omni facilitate hanc partem panis vel caſei in nomine tuo ſignatam manducando deglutiat; ut cognoſcant omnes quia tu es juſtus judex, qui ſalvos facis ſperantes in te, & non eſt alius præter te, qui vivis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum.

Tertia oratio.

Deus cujus ſcientia ſenariam circumſcriptionem angelicis & humanis elongatam ſenſibus ſola interiùs penetrat & exteriùs concludit, quem nulla cœleſtium vel terreſtrium aut infernorum vota fallere poſſunt, quanto magis cor unius hominis culpabile; reſpice ad preces noſtræ humilitatis, quibus famulatum ſacri indidiſti ordinis, & præſta, non noſtris exigentibus meritis, ſed tuorum omnium ſuffragantibus ſanctorum precibus, ut quod in hac culpa humanos latet oculos, & ſermonum humanæ procacitatis obtegitur defenſionibus, tua cœleſti & ſuperna moderatione ſine ullo reveletur obſtricamine; & ſicut ſolus verus es, veritatis in hoc ſententiam elucidare digneris: quatinus innocentes ſine ulla difficultate hoc pabulum probationis deglutiant, obnoxij autem obtrepidante mentis ſtatu, & totius compagine corporis vacillante, quod in tuo ſancto nomine conſecratur & benedicitur, nullatenus devorandi valetudinem percipiant, ſed coram omnibus invalitudine confuſi, quod præſumptione immerita ſuſceperunt, cum irriſione projiciant. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Incipit ordo judicij quo rei aut innoxij probantur ferro candenti.

VI. *Poſt accuſationem legitimè factam & triduum in jejuniis & oratione conſumptum, ſacerdos veſtibus ſacris præter caſulam indutus, ferrum ante altare poſitum forcipe accipiat, & hymnum trium puerorum, videlicet* Benedicite omnia opera, *decantans, ad ignem deferat, & dicat hanc orationem ſuper locum ubi fiet ignis ad faciendum judicium.*

Benedic Domine Deus locum iſtum, ut ſit nobis in eo ſanctitas, caſtitas, virtus, & victoria, & ſanctimonia, humilitas, bonitas, lenitas, & plenitudo legis, & obedientia Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto. Hæc benedictio ſit ſuper hunc locum & ſuper omnes inhabitantes in eo.

Benedictio ſuper ignem.

Domine Deus pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos, quia tu es conditor omnium luminum. Benedic Domine hoc lumen, quod à te ſanctificatum eſt, qui illuminaſti omnem hominem vel mundum, ut ab eo lumine accendamur igne claritatis tuæ. Et ſicut igne illuminaſti Moyſen, ita nunc illumina corda noſtra & ſenſus noſtros, ut ad vitam æternam mereamur pervenire per Chriſtum &c.

Qua finita, dicat Pater noſter &c. Salvum fac ſervum &c. Mitte ei auxilium Deus &c. De Sion tuere eum &c. Domi exaudi &c. Dominus vobiſcum &c.

Oratio.

Benedic Domine ſancte Pater omnipotens Deus, per invocationem ſanctiſſimi nominis tui, & per adventum filij tui, atque per donum Spiritus paracleti, ad manifeſtandum

nifestandum verum judicium tuum, hoc genus metalli, ut sit sanctificatum, ut omni dæmonum falsitate procul remota, veritas veri judicij tui fidelibus tuis manifesta fiat, per eundem Dominum & cetera.

Post hoc, ferrum in ignem mittatur, & aspergatur aqua benedicta; & dum calescit, Missam celebret. Cùm verò sacerdos eucharistiam sumpserit, hominem probandum sicut infrà scriptum est adjuret atque communicare faciat.

Officium Missæ.

Iustus es Domine & rectum judicium tuum. & cetera.

Oratio.

Absolve quæsumus Domine tui delicta famuli, ut à peccatorum suorum nexibus, quæ pro sua fragilitate contraxit, tua benignitate liberetur, & in hoc judicio quoad meruit, justitia tua præveniente, ad veritatis censuram pervenire mereatur per Christum Dominum &c.

In illo tempore cùm egressus esset Iesus, in via præcurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum dicens: Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam? Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum. & cetera.

Deinde Secreta &c.

Antequam verò communicet, interroget eum sacerdos cum adjuratione sic. Adjuro te per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per veram Christianitatem quam suscepisti, & per sanctas reliquias quæ in ista Ecclesia sunt, & per baptismum quo te sacerdos regeneravit, ut non præsumas ullo modo communicare neque accedere ad altare si hoc feceris aut consensisti *&c. Hic communicet sacerdos illos, & dicat.* Corpus hoc & sanguis Domini nostri Iesu Christi sit tibi ad probationem hodie.

Oratio.

Perceptis Domine Deus noster sacris muneribus, supplices deprecamur ut hujus participatio sacramenti à propriis nos reatibus expediat & in famulo tuo veritatis sententiam declaret &c.

Deinde Kyrieleison, & Letania, & Psalmi. *Et tum.*

Oremvs.

Deus qui per ignem signa magna ostendens Abraham puerum tuum de incendio Chaldæorum quibusdam pereuntibus eruisti, Deus qui rubum ardere ante conspectum Moysis & minimè comburi permisisti, Deus qui de incendio fornacis Chaldaicis plerisque succensis tres pueros tuos illæsos eduxisti, Deus qui incendio ignis populum Sodomæ involvens, Loth famulum tuum cum suis salute donasti, Deus qui in adventu sancti Spiritus tui illustratione ignis fideles tuos ab infidelibus decrevisti, ostende nobis in hoc parvitatis nostræ examine virtutem ejusdem Spiritus &c. & per ignis hujus fervorem discerne fideles & infideles, ut à tactu ejus, cujus inquisitio agitur, conscius exhorrescat, & manus ejus comburatur, innocens verò penitùs illæsus permaneat &c. Deus cujus notitiam nulla unquam secreta effugiunt, fidei nostræ tua bonitate responde, & præsta ut quisquis purgandi se gratia hoc ignitum tulerit ferrum, vel absolvatur innocens, vel rei noxius detegatur.

Deinde sacerdos super ferrum aquam benedictam spargat, & dicat: Benedictio Dei Patris & Filij & Spiritus sancti descendat super hoc ferrum ad discernendum rectum judicium Dei. *Et mox accusatus ad novem pedum mensuram ferrum perferat. Hujus denique manus sub sigillo triduum tegatur; & si sanies crudescens in vestigio ferri reperiatur, culpabilis ducatur; sin autem munda extiterit, laus Deo referatur.*

In Christi nomine. Incipiunt collectas ad malis furtis repremendis.

Ex veteri codice MS. bibliothecæ regiæ.

VII. AGius, agius, agius. Sancte Pater, qui es invisibilis omnium rerum conditor, spiritalium munerator, qui cunctorum es conditor, & arcana conspicis, cuncta cognoscis, qui scrutaris corda & renes, Deus, deprecor te, & exaudi verba deprecationis meæ, ut qui hunc furtum illum admisit, panis vel casei iste transire faucis nec guttur illius non possit. Amen.

Domine, qui liberasti Moysen de terra Ægypti, David de manu Saül Regis, Ionam de ventre ceti, Petrum de fluctibus, Paulum de vinculis, Teclam de bestiis, Susannam de falsis criminibus, tres pueros de camino ignis ardentis, Daniel de lacu leonis, paralyticum de grabato, Lazarum de monumento, ostende mihi qui hunc furtum illum admisit, ut panis vel casius iste faucis nec gutture illius transire non possit. Amen.

Exorcizo te maledicte, immundissime

draco, basilice, serpens innoxia per verbum veritatis & signum claritatis per Deum omnipotentem & Iesum Christum Nazarenum agnum immaculatum, de altissimis procreatum, de Spiritu sancto conceptum, ex Maria virgine, quem Gabriel archangelus adnuntiavit venturum, quem cùm vidisset Iohannes, voce magna clamavit dicens: *Hic est filius Dei vivi.* Nullo modò hic dimittas communicare, neque præsumat panem nec casium istum manducare qui hunc furtum illum admisit. Qui crimen nesciens est, manducet. Et qui crimen sciens est, statim tremebundus evomat. Amen.

Suggero tibi Domine Deus omnipotens æterne Deus, qui cælos cameràsti, terram fundasti, mare limitibus firmasti, & ipsum cælum fabricasti, qui magna mirabilia sol & luna super justos splendere & lucere fecisti, doctrinam ordinasti, fac Domine signum talem ut omnis mundus & omnis terra intellegant quia tu es Deus, qui facis mirabilia solus, Domine Iesu Christe fili Dei vivi. Et qui res illas furavit, & qui ex hoc consentaneus videtur, ut gula & lingua faucis suæ sint constrictæ & legatæ. Amen. Et panem nec casium istum non possit manducare. Amen.

Conjuro tibi, homo, per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, per diem tremendi judicij & quatuor evangelia, & per duodecim Apostolos, per duocecim Prophetas, per viginti quatuor seniores qui cotidie in laudem Domini sunt, per illo redemptore qui pro nostra peccata manus in sancta cruce suspendere dignatus est, ut hunc furtum mixtus es aut fecisti aut consentisti aut fraudolenter bajolasti, taliter sit tibi bajulandum si de manu Domini de sua sancta gloria & virtutem, ut panem & casium istum nunquam possis manducare, nisi inflatas bucas cum spuma & gemitu & lacrymis & doloribus faucis tuæ sint constrictæ & oblegatæ. Amen. *Ista collecta desuper caput hominis conjurati.*

Domine Deus omnipotens, agius, agius, agius, adstans in cælis & in terris, Domine, sanctum & admirabilem nomen tuum invocamus, nomen tuum deprecamur Domine Domine dominantium. Nomen tuum invocamus, Deus cœlorum, Deus justorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus martyrum, Deus virginum, Deus omniúmque sanctorum. Te invocamus, ut quicunque furtum illum fecit aut consenserit, adponatur ei creatura panis & formaticus, aut in terra vomat quàm pertranseat; quia tu es Deus, & non est alius præter te. Fac secundùm magnam misericordiam tuam. Separetur ab eo spiritus diaboli. Qui conscius est, evomat. Et qui innocens est, manducet. Et qui culpabilis est, tremat, tremescat, tanquam arbor tremulet, & requiem non habeat donec te confiteatur, Pater sancte.

Incipit probatio à cunctis furtis probandis.

Ex veteri codice MS. bibliothecæ regiæ.

VIII. ANtequam incipias, canitur Missa de sancta Trinitate. Antiphona: Benedicta sit sancta Trinitas. Domine Iesu Christe. Agie, agie, agie. Astans in cœlis, in omnibus locis dominaris, vides & regis, judicas & disponis. Sanctum & admirabile nomen tuum invocamus. Domine dominantium, Spiritus Dei, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus cœlorum, Deus justorum, Deus propitiator, Deus Apostolorum, Deus martyrum, Deus omnium sanctorum, te invocamus, ut quicunque de † isto furto culpabilis est, opponatur ei panis & caseus, ut te jubente constringantur fauces illius & guttur ejus claudatur; ut qui † istud furtum commisit, antea revomat quàm pertranseat; ut sciat quòd tu es Deus, & non est alius præter te. Fac secundùm magnam misericordiam tuam ut ab eo spiritus diaboli separetur, & probatus convictus sit, qui culpabilis est tremat & tremescat tanquam folia arboris tremuli. Per constringentes angelos tuos, per sanctum Michaelem & sanctum Raphahelem, tremens appareat, & requiem non habeat donec confiteatur furtum istud. Agie, agie, agie. Te jubente liberatus est Daniel de lacu leonum, Petrus de fluctibus, Paulus de carceribus, Ionas de ventre ceti, Susana de falso crimine. Tu manifesta furtum † istud sicut manifestasti Pharaonem Regem in mari. Sicut ille non pertransivit mare, sic non pertranseat gula ejus qui hoc † furtum admisit creatura panis & casei. Adsit angelus sanctus Michael, & sanctus Gabriel, & sanctus Raphael. Constringant guttur illius, & claudatur, & victus appareat. Christe Iesu, præsta quod petimus. Trinitas inseparabilis manifesta. Omnipotens Deus, qui vivis & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Incipit exorciſmus ad caldaria ſive ad aqua.

IX. DEus judex juſtus & patiens, qui auctor es pacis & judicas æquitatem, tu judica quod rectum eſt Domine. Rectum judicium tuum. Qui reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere, tu Deus omnipotens, qui per unigenitum filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum mundum ſalvaſti, & per ejus paſſionem genus humanum redemiſti, tu hanc aquam per ignem ferventem ſanctifica. Qui tres pueros, id eſt, Sidrac, Miſac,& Abdenago juſſu Regis Babylonis Nabuchodonoſor in camino ignis miſſos accenſo fornace ſalvaſti & inlæſos per angelum tuum eduxiſti, tu Domine, qui ſemper dominaris, præſta ut ſicut innocens de hunc furtum in hanc aquam per ignem ferventem manum miſerit, ſicut tres pueros ſuprædictos de camino ignis & Suſannam de falſa crimina liberaſti, ita & qui innocens de hunc ſupradictum furtum in hanc aquam per ignem ferventem manum miſerit, ſalvam & inlæſam educat, ita, Deus omnipotens, ſi quis culpabilis, adingraſante diabolo cor induratum, præſumpſerit manum mittere, tua juſtiſſima veritas hoc declaratur, tua virtute manifeſta, anima pro pœnitentia ſalvetur. Si quis culpabilis pro aliquo maleficio aut pro herbas diabolicas peccatum tegere voluerit, tua dextera hoc evacuare dignetur. Per ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum ſemper vivit & regnat Deus in unitate Spiritus ſancti per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Reſolutio omnium maleficiorum & maledictionum & incantationum & conligationum & in ... ſionum & inſtigationum & zeli & invidiæ & demonij & omnium malorum quæcunque ſcimus vel quæcunque neſcimus.

Ex alio codice MS. ejuſdem bibliothecæ.

X. INvocamus te, Deus omnipotens, Rex æterne omnium ſeculorum, incorruptibilis, inmaculate, indiviſe, lucis dator, potens manu, adonai, eloe ſabaoth, Deus deorum & omnium virtutum, glorioſe, glorioſiſſime pater veritatis magne & miſericordiæ, princeps poteſtatum, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, benedictionem da famulo tuo nom. ill. omnibus qui ad eum pertinent. Inſuper invocamus te, Deus deorum, omnipotens, Rex æterne, qui ſedis in medio duos Cherubin ac Seraphin. Reſolve, Domine, ſi qua nobis facta ſunt maleficia vel conligationes, aut ſi tentantur fieri, vel conligavit nos aliquis, aut devovit, aut poſuit aliquid noxium in fundamentis noſtris, aut ingreſſu, aut regreſſu, aut lecto, aut in ædificio, aut in exterquilinio, aut in agro; aut in atrio, aut in via, aut in ſemita, aut in deſerto loco, aut in monumentis, aut in aqua, aut in igne, aut quolibet loco ubi ſcimus vel neſcimus. Reſolve Domine, & ne permittas aliquem nocere famulo tuo nom. illo, quæcunque ad eum pertinent. Conjuro vos omnia quæcunque noxia eſtis vel nociva, ſive jam facta, ſive futura, agnita vel incognita. Conjuro vos dæmones & omnis ſpiritus immundus per Deum timendum & tremendum & honorandum & glorificandum & enarrabile nomen, per beleoi, hadonai, eloe ſabaoth, ne noceatis vel adpropinquetis ad famulum Dei nom. illo, quod ad illum pertineat; ſed recedite á me, & ite ſinguli ſuper capita eorum qui vos fecerunt vel dixerunt vel conſcij ſunt. Quicunque ille, ſive vir, ſive mulier, ſive de qualibet gente vel natione, quos ſcimus vel neſcimus, convertimini, & ite ſinguli per iſtam conjurationem & hoc conſervatorium, per ſignum venturi & judicaturi vivos & mortuos Regis Ieſu Chriſti. Sed & virtutes cœleſtes & angeli Dei, qui adſiſtatis ante conſpectu Domini in cœlis ſanctis atque altiſſimis conſiſtentes, Michael, Gabriel, Raphael, Cherubin & Seraphin, cuſtodite omnem inſcriptionem domus noſtræ, & conſervate famulum Dei nom. ill. quod ad eum pertineat ab omni re mala, á zelo, ab invidia, ab infirmitatibus, á dæmonio, ab inſtigationibus, vel ab omnibus tentationibus, á maleficiis, á maledicto, & ab omni malo unde ſcimus vel neſcimus.

Conjuro vos omnia, quæcunque noxia estis & nociva, per Deum qui divisit lucem à tenebris, & mensus est cœlos palmo suo, & constituit terram sine culmina, pensavit montes in pondere & colles in libra. Conjuro vos per venturum & judicaturum vivos & mortuos, & per Deum Israel, qui eduxit populum suum de terra Ægypti per manum suam potentem & brachium suum fortissimum, & percussit Pharaonem unà cum exercito suo. Conjuro vos per eum qui locutus est Moysi in monte Sinai, & dedit legem & præcepta filiis Israel, & satiavit aqua ex petra rupto saxo, & manna in esca tribuit. Insuper etiam conjuro vos per inseparabile nomen & tremendum patrem Domini nostri Iesu Christi, quæcunque estis noxia & nociva, sive in anima sive in corpore nocentia, agnita vel incognita, sive jam facta, si fura, conligati, sive inmissa, sive ex vobismetipsis venientia docere qualibet modo vel qualibet arte maleficiis arenosis & indolosis presteriaticum sive druconticum, sive propè sive longè, expavescite & timete nomen Domini grande, per quod ego conjuro vos, ne noceatis vel adpropietis famulum Dei nom. illo vel quod ad eum pertinet; sed recedite ab eo, & ite singuli super capita eorum qui vos fecerunt. Pax Deus, sanitas Deus, justitia Deus, lumen Deus. Cognoscite gentes & superamini, quoniam nobiscum est Deus, & consilium sine eritis adversùm nos, & devellet illud Deus, quoniam nobiscum est Dominus; & sermonem quemcunque locuti fueritis adversùm nos, permanebit in vobis. Quoniam nobiscum est Deus, sermonem vestrum non timebimus, neque conturbabit nos, quoniam nobiscum Deus. Dominum Deum adoravimus, & illi soli servimus; cui est honor, gloria, virtus, & potestas in secula seculorum. Amen.

Ad revocandum examen apum dispersum.

Ex veteri codice MS. S. Galli.

XI. ADjuro te, mater aviorum, per Deum Regem cœlorum, & per illum redemptorem filium Dei te adjuro ut non te altum levare, nec longè volare, sed quàm plus citò potest ad arborem venire. Ibi te allocas cum omni tua genera, vel cum socia tua. Ibi habeo bono vaso parato, ubi vos ibi in Dei nomine laboretis, & nos in Dei nomine luminaria faciamus in Ecclesia Dei, & per virtutem Domini nostri Iesu Christi, ut nos non offendat Dominus de radio solis, sicut vos offendit de egalo flos in nomine sanctæ Trinitatis. Amen.

Qualiter Episcopus excommunicare infideles debeat.

XII. *EPiscopus cùm excommunicare vel anathematizare aliquem infidelem pro certis & manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionem evangelij clerum & plebem ita debet alloqui.*

ALLOCVTIO.

Noverit caritas vestra, fratres mei, quòd quidam vir nomine ille diabolo suadente postponens Christianam promissionem quam in baptismo professus est, per apostasiam conversus post satan, cui abrenuntiavit & omnibus operibus ejus, vineam Christi, id est, Ecclesiam ejus, devastare & deprædare non pertimescit, pauperes Christi, quos pretioso sanguine suo redemit, violenter opprimens & interficiens, & bona eorum diripiens. Vnde quia filius hujus nostræ Ecclesiæ, cui Deo auctore præsidemus, debuerat esse, quia in ea per aquam & Spiritum sanctum renatus est, & inter adoptivos filios Dei adnumeratus, quamvis modò filius diaboli sit imitando diabolum, solliciti ne per neglegentiam pastoralem aliqua de ovibus nobis creditis deperiret, pro qua in tremendo judicio ante principem pastorum Dominum nostrum Iesum Christum rationem reddere compelleremur, juxta quod ipse terribiliter nobis comminatur dicens, *Si non adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram*, misimus ad eum Presbyterum nostrum & litteras commonitorias semel & iterum atque tertiò, invitantes eum canonicè ad emendationem & satisfactionem & pœnitentiam, corripientes eum paterno affectu. Sed ipse, proh dolor, diabolo cor ejus indurante, monita salutaria sprevit, & in cœpta malitia perseverans, Ecclesiæ Dei, quam læsit, superbiæ spiritu inflatus, satisfacere dedignatur. De talibus itaque transgressoribus & sanctæ religionis pacisque quam Christus ipse suis discipulis de- Ezech. 3.

dit atque reliquit violatoribus præcepta dominica & apostolica habemus, quibus informamur quid de hujuscemodi prævaricatoribus ágere nos oporteat. Ait enim
Matth. 18. Dominus in evangelio: *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum.* Fratres, in unoquoque nostrum peccat qui in sanctam Ecclesiam peccat. Si enim sancta Ecclesia
1. Cor. 12. unum corpus est, cujus corporis caput Christus est, singuli autem sumus alter alterius membra, & cùm patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, proculdubio in nos peccat qui membra nostra lædit. Iubet ergo Dominus ut frater, id est, Christianus, in nos peccans, primò secretè corripiatur, deinde cum testibus redarguatur, novissimè in conventu Ecclesiæ publicè conveniatur. Quòd si has tres admonitiones & pias correptiones contemnit, & satisfacere despicit, *post* hæc
Matth. 18. *sit tibi*, inquit, *sicut ethnicus*, id est, gentilis, atque paganus; ut non jam pro Christiano, sed pro pagano habeatur. Et in alio loco membrum quod à sua compage resolvitur, & à junctura caritatis dissociatur, &
Ibid. omne corpus quod scandalizat, Dominus abscidi & proici jubet, dicens: *Si oculus vel manus vel pes tuus scandalizat te, erue*
1. Cor. 5. *eum, & proice à te.* Et Apostolus: *Auferte*, inquit, *malum à vobis.* Et item: *Infidelis si*
1. Cor. 7. *discedit, discedat:* Et in alio loco rapaces à
1. Cor. 6. regno Dei excludit dicens: *Neque rapaces*
1. Cor. 5. *regnum Dei possidebunt.* Et alibi: *Si quis frater nominatur, & est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere licet.* Et Iohannes dilectus præ
2. Ioan. ceteris Christi discipulis talem nefarium hominem salutare prohibebat dicens: *Nec ei ave dixeris, neque eum in domum receperis. Qui enim ei ave dicit, communicat operibus ejus malignis.* Dominica itaque atque apostolica præcepta adimplentes, membrum putridum & insanabile, quod medi-
Decreta Siric. c. 7. cinam non recipit, ferro excommunicationis à corpore Ecclesiæ abscidamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis, veluti veneno, inficiantur.

Excommvnicatio.

Igitur quia monita nostra & crebras exhortationes contemnit, quia tertiò secundùm dominicum præceptum vocatus ad emendationem & pœnitentiam venire despexit, quia culpam suam necdum cognovit nec confessus est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exequimur, quia noster parrochianus est, veniam postulavit, quia in cœpta malitia, diabolo cor ejus indurante, perseverat, & juxta quod Apostolus dicit, secundùm duritiam suam & cor impœnitens thezaurizat sibi iram in die iræ, idcirco nos eum cum universis complicibus & communicatoribus fautoribúsque suis judicio Dei omnipotentis, Patris, Filij, & Spiritus sancti, & beati Petri principis Apostolorum, & omnium sanctorum, necnon & nostræ mediocritatis auctoritate & potestate nobis divinitus collata ligandi & solvendi in cœlo & in terra, à pretiosi corporis & sanguinis Domini perceptione & à societate omnium Christianorum separamus, & à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ in cœlo & in terra excludimus, & excommunicatum & anathematizatum esse decernimus, & damnatum cum diabolo & angelis ejus & omnibus reprobis in igne æterno judicamus, nisi forte à diaboli laqueis resipiscat, & ad emendationem & pœnitentiam redeat, & Ecclesiæ Dei, quam læsit, satisfaciat. Et respondeant omnes tertiò: *Amen.* Aut: *Fiat, Fiat.* Aut: *Anathema sit.*

Debent autem duodecim sacerdotes Episcopum circumstare & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis proicere debent in terram & pedibus conculcare. Post hæc Episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, ut omnes intellegant quàm terribiliter damnatus sit, & ut noverint quod ab illa horæ in reliquum non pro Christiano, sed pro pagano, habendus sit, & qui illi quasi Christiano communicaverit, aut cum eo manducaverit aut biberit, aut eum osculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit, nisi fortè ad satisfactionem & pœnitentiam eum provocare studuerit, aut in domo sua eum receperit, aut simul cum eo oraverit, proculdubio similiter sit excommunicatus. Deinde epistolæ Presbyteris per parrochiam mittantur, continentes modum excommunicationis, in quibus jubeatur ut dominicis diebus post lectionem evangelij plebibus sibi commissis publicè adnuntient ipsam excommunicationem, ut ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam ut aliis Episcopis ipsa excommunicatio manifestetur. Præcipit enim Toletanum Concilium ut invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ Episcopos, quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus audiatur. Seniori etiam ejus ipsa excommunicatio debet nota fieri. Concil. Tolet. 1. c. 11. Vide Capitula Karlomanni tit. 3. c. 5.

Item alia excommunicationis allocutio.

XIII. AVdiſtis, dilectiſſimi, quanta & quàm horrenda pravitatis ac iniquitatis opera ille à diabolo inſtigatus perpetrare non timuerit, & quomodo per apoſtaſiam à totius Chriſtianæ religionis cultu profana mente receſſerit. Audiſtis quemadmodum canonicè ad ſatisfaciendum evocatus ſit, ſed venire diſtulerit, quomodo frequenter admonitus ut reſipiſceret à laqueis diaboli, quibus tenetur adſtrictus, ſaluberrimas admonitiones obturatis auribus cordis audire contempſerit. Dominus dicit in evangelio de tali contumaci fratre, qui Eccleſiaſticam
Matth. 18. renuit ſuſcipere correptionem, *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi*, inquit, *ſicut ethnicus & publicanus*; id eſt, jam non eſt computandus inter Chriſtianos, ſed inter paganos. Hinc Paulus, Domini & Magiſtri doctrinam ſequens, Corinthios redarguit quare cum criminoſis ac ſceleratis
1. Cor. 5. communionem haberent, dicens: *Vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio veſtrum*; id eſt, ſeparetur à veſtro conſortio qui tale ſcelus operatus eſt. Et adjungit: *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam judicavi ut præſens eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini mei Ieſu tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis.* Et poſt pauca: *Scripſi vobis ne commiſceamini fornicariis.* Et ſtatim infert: *Si quis frater appellatur*, id eſt, Chri-
1. Cor. 7. ſtianus, *& fornicator eſt aut rapax, cum hujuſmodi nec cibum ſumere.* Et alibi: *Auferte malum ex vobis.* Et: *Infidelis, ſi diſcedit, diſcedat.* Vna enim ovis morbida omnem gregem contaminat, & modicum fermentum totam maſſam corrumpit, & plerunque unum membrum putridum totum corpus inficit. Et ideo tam pernicioſa peſtis à corpore Eccleſiæ radicitus evellatur. 1. C

Excommunicatio.

Dominicis igitur atque apoſtolicis informati præceptis, judicio Patris & Filij ejus Domini noſtri Ieſu Chriſti & Spiritus ſancti, auctoritate & poteſtate Apoſtolis Apoſtolorúmque ſucceſſoribus à Deo conceſſa, unà vobiſcum prædictum peſſimum virum à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ excludimus & ab omni ſocietate & communione Chriſtiana ſeparamus, ſeparatúmque eſſe in æternum decernimus, id eſt, in præſenti ſeculo & in futuro. Nullus Chriſtianus ei ave dicat, aut eum oſculari præſumat. Nullus Preſbyter cum eo Miſſam celebrare audeat vel ſacroſanctum corpus & ſanguinem Domini tradere. Nemo ei jungatur in conſortio, neque in aliquo negotio. Et ſi quis ei ſe ſociaverit & communicaverit ejus operibus malignis, noverit ſe ſimili percuſſum anathemate; his exceptis qui ob hanc cauſam ei jungantur ut eum revocent ab errore & provocent ad ſatisfactionem; niſi fortè reſipuerit, & Dei gratia inſpirante ad pœnitentiæ remedium converſus fuerit, & digna emendatione Eccleſiæ Dei, quam læſit, humiliter ſatisfecerit.

Item alia terribilior excommunicatio.

XIV. CAnonica inſtituta & ſanctorum patrum exempla ſequentes, Eccleſiarum Dei violatores, videlicet raptores, deprædatores, & homicidas illos in nomine Patris & Filij & in Spiritus ſancti virtute, necnon auctoritate Epiſcopis per Petrum principem Apoſtolorum divinitus collata, à ſanctæ matris Eccleſiæ gremio ſegregamus ac perpetuæ maledictionis anathemate condemnamus. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro, maledictum horreum eorum, & maledictæ reliquiæ illorum, maledictus fructus ventris eorum, & fructus terræ illorum. Maledicti ſint ingredientes, & maledicti ſint egredientes; ſintque in domo maledicti, in agro profugi; veniántque ſuper eos omnes illæ maledictiones quas Dominus per Moyſen in populum divinæ legis prævaricatorem ſe eſſe miſſurum intentavit; ſintque anathema maranatha, id eſt, pereant in ſecundo adventu Domini. Nullus eis Chriſtianus ave dicat. Nullus Preſbyter Miſſam celebrare præſumat, vel ſanctam communionem dare. Sepultura aſini ſepeliantur, & in ſterquilinium ſint ſuper faciem terræ. Et ſicut hæ lucernæ de manibus noſtris projectæ hodie extinguuntur, ſic eorum lucerna extinguatur, niſi fortè reſipuerint, & Eccleſiæ

Dei, quam læserunt, per emendationem & condignam pœnitentiam satisfecerint.

Excommunicatio brevis.

Canonica instituta & sanctorum patrum exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores illos auctoritate Dei & judicio sancti Spiritus à gremio sanctæ matris Ecclesiæ & consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant & Ecclesiæ Dei satisfaciant.

Excommunicatio hominum Balduini Comitis Flandriæ propter occisionem Fulconis Archiepiscopi Remensis ab illis perpetratam.

XV. ANno nongentesimo dominicæ incarnationis, pridie Nonas Iulij, primo scilicet die quando ordinatus est Heriveus in archiepiscopatu Remensi Episcopus, lecta est excommunicatio hæc quæ sequitur in Ecclesia sanctæ Mariæ Remis, præsentibus Episcopis infrascriptis.

Heriveus nomine non merito Remorum Archiepiscopus ac plebis Dei famulus, Wido Rotomagensium Archiepiscopus Riculfus Suessionum Episcopus, Heidolo Noviomagensium Episcopus, Dodilo Cameracensium Episcopus, Herinandus Morinensium Episcopus, Otgarius Ambianensium Episcopus, Honoratus Belvacensium Episcopus, Mancio Catalaunensium Episcopus, Rodulfus Laudunensium Episcopus, Otfridus Silvanectensium Episcopus, Angelrannus Meldensium Episcopus. Notum sit omnibus ubique sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus tam Clericis quàm laicis quòd nos & commissa nobis omnis Ecclesia nimia perturbatur tristitia pro inaudita re post persecutionem temporis Apostolorum eorumque successorum, de occisione nimirum patris & pastoris nostri Folconis ab impiis impiè perpetrata, qui pro regni utilitate & totius sanctæ Ecclesiæ statu pro viribus die noctúque desudans, ac seipsum in defensione omnium Ecclesiarum in hoc regno consistentium murum protectionis opponens, (Res enim earum à Balduino Comite filio Balduini ac Iudith contra omnem legem & divinam & humanam pervadebantur) ideo ab ipsius Balduini hominibus Wineemaro, Euverardo, & Ratfrido, ceterísque eorum complicibus interfectus crudelissimè occubuit. De ejus morte totius Ecclesiæ ordo atque professio meritò contristatur, & lamenta compassionis ex intimis cordium suspiriis emittit. Quia igitur tale scelus nostris temporibus perpetrare non timuerunt quod antea, nisi forte à paganis, in Ecclesia non auditum, quia non est actum, in nomine Domini & in virtute sancti Spiritus necnon auctoritate Episcopis per beatum Petrum principem Apostolorum divinitus conlata, ipsos à sanctæ matris Ecclesiæ gremio segregamus ac perpetuæ maledictionis anathemate condemnamus; ut eorum aliquando per hominem non fiat recuperatio, nec ulla inter Christianos conversatio. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro. Maledictum horreum eorum, & maledictæ reliquiæ eorum. Maledictus fructus ventris eorum, & fructus terræ illorum. Armenta boum suorum, & greges ovium suarum. Maledicti sint ingredientes & egredientes. Sintque in domo maledicti, in agro profugi. Intestina in secessum fundant, sicut perfidus & infelix Arrius. Veniántque super illos omnes illæ maledictiones quas Dominus per Moysen in populum divinæ legis prævaricatorem se esse missurum intentavit. Sintque anathema maranatha, & pereant in secundo adventu Domini. Insuper quicquid maledictionis sacri canones & apostolicorum virorum decreta decernunt super homicidis & sacrilegis. Nam illos sacrilegorum nomine notamus qui in hunc Christum Domini manum mittere ausi sunt. Omne super illos ac perpetuum interitum per justissimam divinæ animadversionis sententiam congeratur. Nullus ergo eis Christianus vel ave dicat. Nullus Presbyter Missas aliquando celebrare, nec, si infirmati fuerint, confessiones eorum recipere, vel sacrosanctam communionem eis, nisi resipuerint, etiam in ipso fine vitæ suæ præsumat unquam dare; sed sepultura asini sepeliantur, & in sterquilinium super faciem terræ sint; ut sint in exemplum opprobrij & maledictionis præsentibus generationibus & futuris. Et sicut hæ lucernæ de nostris projectæ manibus hodie extinguuntur, sic eorum lucerna in æternum extinguatur.

Excommunicatio Ragenardi Comitis Senonenſis, renovata adversùs Gauzfridum & Geilonem Canonicos Senonenſes.

XVI. IMmenſus dolor nos urget ad gemitum, ac indicibilis mœſtitia commovet ad fletum, quando illos quos paſſio Chriſti à jugo diaboli redemit, & à ſordibus peccatorum ſacer baptiſmus purificavit, & Eccleſiæ catholicæ corpori ſociavit, nunc iterum ſe ipſos ſponte antiquo hoſti ſubdere videmus, & non ſolùm membris Chriſti perſecutionem inferre, ſed etiam contra ipſum totius creaturæ auctorem & dominum bellum moliri. Qui enim ſacroſanctæ Eccleſiæ ſtructores atque defenſores eſſe debuerunt, modò venenato diaboli furore vexati, atque ferina rabie concitati, omni timore Domini poſtpoſito, & remedio pœnitentiæ neglecto, Eccleſias in Dei honore ac perpetuæ virginis Mariæ ſanctique Stephani dicatas lacerare ac ſine paſtore eſſe non pertimeſcunt, violenter uſurpantes ea unde ſancta Dei debet reſtaurari Eccleſia. Ammonemus etiam & ammonendo adjuramus ut incorrigibiles, & qui peſtiferis & flagitioſis moribus ſunt inretiti, ſicut à bonis moribus ſunt alienati, ita & à conſortio fidelium fiant extranei. Igitur cognoſcat univerſalis Eccleſia hoſtes ſæviſſimos & tyrannos improbos, adverſarios & perſecutores peſſimos ſanctæ Dei Eccleſiæ, Ragenardum Gauzfridum atque Geilonem & Rodmundum ejus filium, corúmque Canonicos, præceptorum commilitones, eccleſiaſticarum rerum Dei contemptores, ſanctorum canonum tranſgreſſores, paſtoris ſui contradictores, pervaſores, quos ab ipſo ſummo paſtore Chriſto & beatiſſima ejus matre Maria, atque beato Petro Apoſtolorum principe, cujus, quamvis indignus, auctoritate & magiſterio fungor, niſi citiſſimè ſe emendaverint & ſatisfaciendo commiſſa fideliter reſtituerint, eos cum omnibus ſanctis in cœlo meritis viventibus & in terra miraculis fulgentibus obligamus, & à nobis ſecundùm poteſtatem noſtræ pravitati conceſſam ligandi atque ſolvendi excommunicamus atque anathematis gladio transfigimus. Deinde excommunicamus G. a. u. z. f. r. i. d. u. m, G. e. i. l. o. n. e. m, Grobertum Diaconem, qui meum injuſtè uſurpat archidiaconatum, Wangerium, Arricum, poſtea verò Anſellum, item Anſellum, Hugonem, Anſegiſum, Balduinum, ... Hos & omnes qui poſtquam archiepiſcopalem ſuſcepi benedictionem, ſanctum Sennenſis Eccleſiæ locum ingredi non permiſerunt more anteceſſorum meorum, deſiſtentes à veritate, adhærentes mendatio, inſuper anathematizamus per Patrem & Filium & per Spiritum ſanctum & per auctoritatem nobis à Deo conceſſam, ut nullam Chriſtianorum habeant portionem, Eccleſiámque Dei non ingrediantur, neque Miſſa eis ab aliquo celebretur, niſi eidem pœnæ voluerit ſubjacere. Nulla pro eis vel pro illorum offenſis, niſi ſatisfecerint, fiat oblatio vel commemoratio. Non thuris neque incenſi, ſed neque ſacri luminis, carne viventes vel morientes portionem accipiant, ſed cum pravis & contra Deum tumentibus ſanctóſque lacerantibus fiat pars & hereditas eorum ignis indeficiens & cruciatus perpetuus. Maledicti ſint in civitate, maledicti in agro. Amen. Maledicti ſint in domibus, maledicti ſint in villis. Amen. Maledicti in ſaltibus, maledicti in aquis. Amen. Maledicti ſint in vicis, maledicti in plateis & in omnibus locis. Amen. Niſi correcti exiſtant, multiplici maledictione induantur. Amen. A nemine ſacerdotum in articulo mortis viſitentur, neque in cimiteriis Chriſtianorum ſepeliantur, ſed velut cadavera fœtida proiciantur. Amen. Maledicta ſint horrea eorum, & maledictæ ſint reliquiæ illorum. Amen. Maledicti ſint ingredientes & egredientes. Amen. Percutiet eos Dominus egeſtate, febri, & frigore, & æſtu, & perſequatur donec pereant. Amen. Sicut hæc lucerna extinguitur in oculis hominum, ſic extinguantur lucernæ eorum in perpetuum. Amen.

Excommunicatio quam Suniarius Episcopus Helenensis fecit adversus invasores rerum ecclesiasticarum.

Ex Chartulario Ecclesiæ Helenensis.

XVII. QVamvis igitur sint aliqui in cursu hujus declivi temporis qui propter desiderium regni cœlorum Christo favente à noxiis vitiorum sordibus se abstrahant & ad compunctionem laudabilem assiduè se provocent, tamen è contrà existunt plures Ecclesiæ catholicæ inimici, qui instinctu diaboli tamdiu se pestilentissimis damnabilis cloacæ fœtoribus præfocant quandiu rei & nudi in profundissimis gehennæ flammis æterna damnati morte descendant, nihil secum præter peccata portantes. Hujus rei causa extant quidam pervasores sanctæ matris Ecclesiæ, qui se fatentur Christianos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ, videlicet quia justitiam Dei deferentes, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti; sed substantias sanctarum Ecclesiarum, ac si immanissimi lupi, rapientes, corpora & animas suas diabolo tradere non dubitavere, inretiti laqueis illius. Quapropter ego Sugnerius favente larga clementia Christi Episcopus sanctæ sedis Helenensis excommunico & anathematizo cum clero mihi commisso tam viros quàm mulieres, tam Clericos quàm laicos, eos videlicet, & Volveradus Levita, qui ausi fuerunt irrumpere & invadere substantias seu parrochias quæ ad sedem sanctæ Eulaliæ seu diocesim pertinere videntur, quæ sunt in comitatu Valle Asperi & in comitatu Confluenti, ita ut excommunicati & abominati permaneant & sequestrati à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ, nisi ad satisfactionem & emendationem infra istos octo dies venerint, & Ecclesias quas violenter rapuerunt ad sedem sanctæ Eulaliæ reddiderint, & honorem & debitum & censum qui mihi ex ipsis Ecclesiis debetur reddiderint. Presbyteros etiam ipsarum Ecclesiarum, qui baptizare vivos, vel sepelire mortuos, aut Missas canere, vel aliquod sacrum ministerium in eis extra voluntatem meam facere ausi fuerint, simili modo excommunico & anathematizo, ita ut non habeant licentiam baptizare quemquam, vel sepelire, ad Missas canere, vel aliquod sacrum ministerium celebrare, usque ad satisfactionem & emendationem veniant. Ab hoc igitur anathematizationis & excommunicationis vinculo excludimus Olibanum Comitem & Mironem fratrem ejus Episcopum, cœnobium etiam sancti Michaëlis & omnes habitantes in eo, & cœnobium sanctæ Mariæ in Valle Asperi; ita tamen ut non recipiant illos, neque habeant cum eis colloquium, aut ullam participationem, quos nos excommunicamus. Quod si fecerint, in eodem excommunicationis & anathematizationis vinculo permaneant. Ab hodierna igitur die constituimus eis terminum usque ad octo dies, ut veniant ad satisfactionem, & congruam emendationem, omnes qui Ecclesias diocesis sanctæ Eulaliæ sine voluntate mea, id est, Sugnerij Episcopi, invadere aut tenere præsumpserint vel præsumunt, & honorem & debitum & censum qui mihi ex ipsis Ecclesiis debetur reddiderint. Sin autem emendare noluerint; omnes personæ, sive laici, sive Presbyteri, sive feminæ, qui contra voluntatem meam injustè tenere Ecclesias & censum earum, sicut jam diximus, præsumpserint, quæ sunt diocesis sanctæ Eulaliæ, vel Presbyteri qui in eas aliquod sacrum ministerium super excommunicationem meam celebrare præsumpserint, & omnes consentientes & adjutores eorum, sint anathema maranatha, & sint excommunicati, & à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ expulsi, & à consortio omnium sanctorum extranei, & à corpore ac sanguine Domini nostri Iesu Christi alieni, & à consortio Christianæ religionis segregati, nisi ad dignam pœnitentiam atque satisfactionem infra suprascriptum tempus coram Deo & coram me venerint; cujus vicem veri pastoris fungimur, quamvis indigni. Quem & supplices deprecamur ut oris nostri alloquio aurem pietatis accommodans, quos excommunicamus excommunicet, & quos anathematizamus anathematizet, unus & verus Deus Dominus noster Iesus Christus, qui venturus est judicare vivos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

Excommunicatio quam Salla Episcopus Vrgellensis fecit adversùs invasores rerum ecclesiasticarum.

Ex archivo Ecclesiæ Vrgellensis.

XVIII. VNniversis Episcopis circumquaque ubique commanentibus per quadrifida climata cosmi, Sanlanus Dei gratia humilis sanctæ sedis Vrgellensis Episcopus. Gratia vobis & pax à Deo semper multiplicetur. Vestris auribus, ô sanctissimi patres, nostra lingua nequit effari nec litteris comprehendi quantas & quales persecutiones nobis à pravis & perversis hominibus cotidie inferuntur. Attamen, necessitate cogente, vel pauca de multis vobis intimare satagimus. Anno denique præsenti nongentesimo nonagesimo primo trabeationis dominicæ emerserunt se viri iniqui ad destruenda ecclesiastica jura, ut everterent animos Principum qui videntur terere vel regere terras vel comitatos diocesaneos Ecclesiæ nostræ principalis, genitricis videlicet Domini nostri almæ Mariæ, cui Deo auctore deservimus. In tantum excrevit malitia eorum ut ad illorum suasionem Comites vel Principes nostri vi auferrent à nobis & ab Ecclesia cui largiente Christo præsidemus omnes diocesanas Ecclesias & omnem censum quod jure episcopali debetur exsolvere nobis de duobus comitatibus integris, Cerdanensem scilicet & Berchitanum, nulla culpa super nos existente; sed semper cum humilitate ac satisfactione requisivimus eos. Et non solùm easdem Ecclesias suffraganeas abstulerunt, sed insuper ipsas fruges omnes vel decimas quas præterito anno Dominus ibidem dedit, necnon & nostros ministeriales exinde cum vi expulerunt. Ob id denique obsecramus nimiùm sanctitatem culminis vestri ut ipsos nefandos homines, qui animos Principum vel Comitum ad hoc nefas excitarunt, id est, Arnaldum & Radulfum, excommunicare ne differatis, necnon & omnes sequaces eorum, simul & ipsas Ecclesias omnes cum illorum terminos qui sunt in supradictis comitatibus, ita ut nullus Episcopus, nullus Presbyter, nullus Diaconus, nullus Clericus, cujuscunque sit ordinis, audeat ibi ullum ministerium ecclesiasticum facere vel celebrare usque ad legitimam satisfactionem vel emendationem veniant, & ipse episcopatus canonicè sit redditus Ecclesiæ generali cui à Deo est adtributus, & in..... dicti rei de me Sanlane Episcopo absolutionem accipiant. Sanè ipsam Comitissam Ermengards cum filios & filias suas ab hac excommunicatione excludimus & separamus atque sequestramus; & volumus atque nostra absolutione firmamus ut in qualicunque Ecclesia in..... comitatibus venerint, licitum sit illis ibidem orare & Missas audire & divinum officium celebrare; ipsæque Ecclesiæ tamdiu sint solutæ quandiu illi Comites & illa Comitissa intus perstiterint. Excommunicationem quoque taliter in conspectu vestro volumus fieri sicut subter insertum est, vobis in eadem consentientibus vel subscribentibus. Sanctam itaque individuam invocantes Trinitatem, auxilium quoque omnium sanctorum nobis petentes, exoramus ut Arnaldum & Radulfum, qui animos Comitissæ Ermergardis vel animos filiorum illius ad hoc incitarunt ut auferrent episcopatum Cerdanensem vel episcopatum de Berchitano de jure vel ditione sanctæ Mariæ sede Vico vel de potestate Sallani Episcopi, & omnibus in hoc errore consentientibus, Dominus sua virtute comprimere eos & brachia illorum alligare dignetur. Sequentes quoque apostolicam sententiam, eos & omnes sequaces eorum à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ sequestramus, & à corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi separamus, & ab omni consortio sanctæ religionis Christianæ disrumpimus ipsos & omnes quicunque partibus illorum consenserint aut illis adjutorium præbuerint. Ab hodierno die & deinceps maledicti & excommunicati permaneant usquequo ad satisfactionem veniant aut venire voluerint. Si quis verò superbus aut contumax huic nostræ definitioni adsentire noluerit, vel hanc excommunicationem observare neglexerit, hunc divino zelo accensi cum Iuda Domini proditore æterna punitione sub anathematis vinculo, nisi resipuerit, in inferno damnatum contradimus. Qui verò hujus excommunicationis pro Dei timore observator extiterit, gratiam & misericordiam à Domino nostro Iesu Christo consequatur. Amen. Salla gratia Dei Episcopus Orgellensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei judicio commisimus, subscribimus & confirmamus. Aimericus Episcopus Ecclesiæ Ripacurcensis hanc constitutionem confirmavi atque subscripsi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item de eadem re.

Ex eodem. XIX. ORthodoxorum catholicorum patrum divinitùsque inſpiratorum canonum promulgavit auctoritas per univerſas provincias pro ingruentibus eccleſiaſticis fluctuationibus ut nullus Epiſcopus, ſacerdos, aut aliquis fidelis ordo eccleſiaſticus ſe præſumat vindictam exercere in armis carnalibus, niſi tantùm in oratione & virtute Spiritus ſancti & canonica damnatione feriatur. Quòd autem ſedes Epiſcoporum & thronus ſpeculationum & poteſtas judicandi & ſolvendi atque ligandi à Domino eſt illis data atque conceſſa, ſicut ipſe Salvator in evangelio ait: *Quæcunque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo; & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* Et alibi: *Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et quorum retinueritis, retenta ſunt.* Ideo iſta præcolimus, cariſſimi, ut intelligatis poteſtatem Epiſcoporum veſtrorum, in eiſque Deum veneremini, & eos ut animas veſtras diligatis, & quibus illi non communicant non communicetis, & quos ejecerint non recipiatis. Multùm enim timenda eſt ſententia eorum, quia à Domino collata eſt illis poteſtas ligandi atque ſolvendi. Ob hoc igitur ego Salla indignus, non meis meritis, ſed nutu Dei Epiſcopus, tanta audita ſanctorum patrum canonum inſtituta, cum conſenſu & adjutorio Domni Vivani Barchinonenſis Epiſcopi, ſeu etiam Domni Aimerici Epiſcopi, cum Canonicorum & ſacerdotum noſtrorum necnon & Abbatibus vel monachorum ſuffragia, accenſi flamma Spiritus ſancti, excommunicamus atque alligamus omnem epiſcopatum Cerdanienſis vel Berchitanenſis ad Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & omnes Eccleſias quæ in dictos comitatos ſunt, tam præcipuas quàm ſuffraganeas qui infra ejus termines ſunt, ut non habeat ibidem nullum miniſterium ſacerdotale factum niſi per noſtra abſolutione aut per noſtra propria voluntate de feria tertia poſt Dominicam primam de quadrageſima inantea uſquequo prædictus epiſcopatus redditus ſit ad ſancta Maria & in noſtra ſit poteſtate cum ipſas parrochias quod nobis abſtulerunt vel rapuerunt & cum ipſos oblatos qui exinde exierunt. Verumtamen ſciatis quia ipſa Comitiſſa Domna Ermergards cum filios & filias ſuas nec excommunicamus, nec nullius vinculo canonicæ damnationis contra eos facimus, ſed tantùm omnes homines tam Clericos quàm laicos qui hanc malitiam tractaverunt adversùs ſancta Dei Eccleſia, & conſilium dederunt ad ipſa Comitiſſa & filios ſuos de hunc maximum peccatum, & vaſtatores fuerunt atque raptores & fraudatores vel ſacrilegi & fures, ſicut Iuda proditor. Hos tales præſumptores & Eccleſiis ſanctæ Mariæ raptores, vel ſuarum facultatum alienatores, excepto ipſa Comitiſſa cum filios ſuos, nos ſupradicti Salla Præſul & Vivas gratia Dei Epiſcopus & Aimericus Epiſcopus cum Canonicorum & ſacerdotum noſtrorum, ſive cum Abbatibus vel ſuffragia monachorum, excommunicamus eos ad Patrem & Filium & Spiritum ſanctum & per omnes ordines angelorum & archangelorum & omnes virtutes cœlorum, ſive per omnes Patriarchas & Prophetas, & per omnes Apoſtolos & Martyres vel Confeſſores, & per omnes ſanctos Dei ſic eos excommunicamus & anathematizamus atque abominamus & alienamus eos atque abjicimus à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſegregamus eos à corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti & à conſortio Chriſtianorum fidelium uſque ad dignam ſatisfactionem & emendationem veniant ante altare ſanctæ Mariæ ſedis Vico & coram Salla Epiſcopo & Canonicos ejus; & uſque abſolutionem habeant de ſupradicto Salla Epiſcopo, ita permaneant excommunicati & abominati ſicut jam ſuprà dictum eſt in ſeculà ſeculorum. Amen.

Alia formula excommunicationis, diversa à superioribus.

XX. EX auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti, & sanctorum canonum, sanctæque & intemeratæ virginis Dei genetricis Mariæ, atque omnium cœlestium virtutum, angelorum, archangelorum, thronorum, dominationum, potestatum, Cherubin ac Seraphin, & sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, & omnium Apostolorum & Evangelistarum, & sanctorum innocentium, qui in conspectu agni soli digni inventi sunt canticum cantare novum, & sanctorum martyrum, & sanctorum confessorum, & sanctarum virginum, atque omnium simul sanctorum & electorum Dei, excommunicamus & anathematizamus hunc furem, vel hunc malefactorem, & à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ sequestramus, ut æternis supplicijs cruciandus mancipetur cum Dathan & Abiron, & cum his qui dixerunt Domino Deo: *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Et sicut aqua ignis extinguitur, sic extinguatur lucerna ejus in secula seculorum, nisi resipuerit & ad satisfactionem venerit. Amen. Maledicat illum Deus Pater, qui hominem creavit. Maledicat illum Dei Filius, qui pro homine passus est. Maledicat illum Spiritus sanctus, qui in baptismo effusus est. Maledicat illum sancta crux, quam Christus pro nostra salute hostem triumphans ascendit. Maledicat illum sancta Dei genetrix & perpetua virgo Maria. Maledicat illum sanctus Michaël, animarum susceptor sacrarum. Maledicant illum omnes angeli & archangeli, principatus & potestates, omnisque militia cœlestis exercitus. Maledicat illum Patriarcharum & Prophetarum laudabilis numerus. Maledicat illum sanctus Iohannes præcursor & baptista Christi præcipuus. Maledicat illum sanctus Petrus & sanctus Paulus atque sanctus Andreas, omnésque Christi Apostoli, simul & ceteri discipuli, quatuor quoque Evangelistæ, qui sua prædicatione mundum universum converterunt. Maledicat illum cuneus martyrum & confessorum mirificus, qui Deo bonis operibus placitus inventus est. Maledicant illum sacrarum virginum chori, quæ mundi vana causa honoris Christi respuenda contempserunt. Maledicant illum omnes sancti qui ab initio mundi usque in finem seculi Deo dilecti inveniuntur. Maledicant illum cœli & terra & omnia sancta in eis manentia. Maledictus sit ubicunque fuerit, sive in domo, sive in agro, sive in via, sive in semita, sive in silva, sive in aqua, sive in Ecclesia. Maledictus sit vivendo, moriendo, manducando, bibendo, esuriendo, sitiendo, jejunando, dormitando, dormiendo, vigilando, ambulando, stando, sedendo, jacendo, operando, quiescendo, mingendo, cacando, flebotomando. Maledictus sit in totis viribus corporis. Maledictus sit intus & exteriùs. Maledictus sit in capillis, maledictus sit in cerebro. Maledictus sit in vertice, in temporibus, in fronte, in auriculis, in superciliis, in oculis, in genis, in maxillis, in naribus, in dentibus mordacibus, in labris, sive molibus, in labiis, in gutture, in humeris, in armis, in brachiis, in manibus, in digitis, in pectore, in corde, & in omnibus interioribus stomacho tenus, in renibus, in inguinibus, in femore, in genitalibus, in coxis, in genibus, in cruribus, in pedibus, in articulis, & in unguibus. Maledictus sit in totis compaginibus membrorum; à vertice capitis usque ad plantam pedis non sit in eo sanitas. Maledicat illum Christus filius Dei vivi toto suæ majestatis imperio; & insurgat adversùs eum cœlum cum omnibus virtutibus quæ in eo moventur, ad damnandum eum, nisi pœnituerit & ad satisfactionem venerit. Amen. Fiat, fiat. Amen.

FINIS FORMVLARVM.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FRANCISCI PITHOEI GLOSSARIVM, SIVE *INTERPRETATIO OBSCVRIORVM VERBORVM quæ in lege Salica habentur.*

LEGIS SALICÆ] Francorum; quos consuetudo Salios vocitavit, sicut Ammianus Marcellinus scribit. Fortasse à saliendo. Sidonius:

Tibi vincitur illic
Cursu Herulus, Chunnus jaculis, Francúsque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Et in prologo harum legum: *Gens Francorum inclyta, fortis in armis, audax, velox, & aspera.* Lex simpliciter dicitur synodis Cabillonensi & Rhemensi. Videantur Ado, Einardus, Ottho Frisingensis, Sigebertus, Trithemius, & Nicolaus Vignerius libello cui titulus est *Traité de l'état & origine des anciens François.*

TIT. I.

MALLVM] Flodoardus ex epistolis Hincmari: *Quia de Presbytero & Ecclesia ad Episcopos & synod. definitio pertineat, non ad mallum vel civilium judicum dispositionem.* Vide Glossarium ad Capitularia. Quid enim repetam quæ ibi habentur?

MANNITVS] monitus, *semont.* Mannitiones, *semonces & adjournemens* Nortmannis.

SVNNIS] Sic veteres omnes. Nec tamen alibi malè *Sonnis.* Veteres Glossæ. *Sonnis, impedimentum. Essoine, ou empeschement.* Consuetudines Hannonenses. Tit. XIX. §. 6. legis Salicæ in editione Germanica: *Si in mallum vocatus fuerit, & is qui vocatus est non venit, si eum aut infirmitas aut ambascia dominica detinuerit, vel fortè aliquem de proximis mortuum inter domum suam habuerit, per istas sunnis se potest homo excusare. aliàs de vita componat.*

DENARIOS] Monetæ minutioris species sunt, & hodie hæ apud nos. *Denier.* Denarius. Vnde *denrée*, denarata in adnuntiatione Caroli apud Pistas DCCCLXII. *& fruicts adenerez* Blesensibus. *Double.* unde *doublon* binio, dinummium Ægesippo, Vet. Gloss. & C. Tit. de Alex. primat. *Liar*, Miliarisium Epiphanio & Cedreno. *Blanc*, Germanis *Vueispenning*; *Bianco* Italis, *Asprum* Græcis, *Katau* Persis. *& Grand blanc*, ad differentiam *des sols nerets.*

SOLIDOS] Solidus lege Salica fuit quadraginta denariorum. quod Pipinus immutavit. Canone XLI. synodi Rhemensis: *Vt Dominus Imperator secundùm statutum bonæ memoriæ Pipini misericordiam faciat ne solidi qui in lege habentur per quadraginta denarios discurrant, quoniam propter eos multa perjuria multáque falsa testimonia reperiuntur.* Quod tamen omnino non placuit Karolo Magno Capitul. lib. 3. cap. 30. Sed tandem Ludovicus Pius constituit lib. 4. cap. 75. *Vt omnis solutio atque compositio quæ in lege Salica contineretur, inter Francos per duodecim denarios solidos componatur, excepto ubi contentio intra Saxones & Frisones exorta fuerit.* Remanent tamen hodie vestigia solidi istius moribus nostris in mulctis & εἰσδοτικοῖς sive laudimiis.

SI IN IVSSIONE REGIS] *Lettres d'Estat.* Marculfus in formula pro causa suspensa. *Cognoscat magnitudo tua, dum nos ad præsens apostolico viro illustri pro nostris utilitatibus illic ambulare præcepimus. Ideo jubemus ut dum in illis partibus fuerit demoratus, omnes causæ suæ suorúmque amicorum aut gasindorum in suspenso debeant residere.*

INFRA PAGVM] Anonymus de translatione beati Gildasij: *Per illud tempus cum omni reverentia nobis nominatus gloriosus princeps nobilis Ebbo maximam partem pagi Bituricensis sub ditione sua tenebat. Siquidem à Charo fluvio usque ad Vuortempam & Engliam potentissimè*

principabatur. Sigebertus anno 759. *Arvernorum pagum depopulatum premit, & multa caſtella, ipſam urbem Arvernis capit.*

TIT. II.

LACTANTEM] Retinui omnium codicum ſcripturam. Grammaticis quidem lactans dicitur quæ lac præbet, lactens cui lac præbetur. Sed hæc tam anxiè à noſtris obſervata non ſunt.

DE HRANNE] Sic veteres tres, & Germana editio *Rhan.* Vide Campanis noſtris *Mettre les porcs en rhan*, ut pinguiores fiant.

CAPITALI] Tit. 10. *Si quis animal aut caballum vel quodlibet pecus in meſſe ſua invenerit, penitùs eum ledere non debet. Quòd ſi fecerit & confeſſus fuerit, capitale in locum reſtituat, ipſum verò debile quod percuſſit ad ſe recipiat.* Et tit. LXVIII. *Caballum ipſum in capite reſtituat.* & tit. 5. & 8. legis Alamannorum.

DELATVRA] Gloſſ. *fredo.*

DE SVDE] Porcorum ſtabulo. Noſtris *Seu.* Liber de arithmeticis proportionibus, ſive is Gerberti ſit, ſive alterius: *Paterfamilias ſtabilivit curtem novam quadrangulam, in qua poſuit ſcrofam, quæ peperit porcellos ſeptem in media ſude.* & tit. 18. infr. *ſi qui ſudem cum porcis.*

SCROVAM] Sic veteres quinque.

SVBBATIT] Gloſſ. *porcellos in ventre matris occidit.* Recapitulatio: *Si quis ſcrofam alterius ſubbatit ut porcellos non habeat.*

TERTVSSVM] Gloſſ. *qui domi nutritur. Der Zuhous.*

VERRVM] Sic omnia exemplaria. *Verrat.*

SCROVAM DVCARIAM] Gloſſ. *ductricem aliarum ſcrovarum.* Longobardis *ſonopar* ſectarius dicitur ſive dux gregis, aut ducator, ſicut loquitur Tertullianus. Nam *ſennetem* & *ſente* armenta ſignificantur in legibus Ripuariorum & Angliorum, unde Seniſcalci nomen, *armentorum miniſtri.* Alamannorum leg. ſub tit. de eo qui paſtores vel artifices occiderit. Sic apud Otfridum *Druthines ſcalche*, Domini miniſtri ſive Apoſtoli. Kero: *ſervus, ſcal.* ut *Adelſcalke, ſervi principis* in ſynodo ſub Thaſſilone habita. Theodulphus Antulphum Seneſcalci officio functum ſcribit, quem Sigebertus & Aimoinus præpoſitum menſæ Regis, Regino principem coquorum dicunt. Videndus Hincmarus Rhemenſis admonitione ad Epiſcopos & ad Regem Karolomannum cap. 23.

SACRIVVM] Gloſſ. *qui eſt defenſor aliorum porcorum.* Sacrivæ arbores ſynodus Antiſiodorenſis cap. 4. Auctor de rectitudine catholicæ fidei: *Fontes & arbores quos ſacrivos vocant ſuccidite.* Porci ſacres Varroni & Feſto dicuntur ad ſacrificium idonei.

QVI DICITVR VOTIVVS] Greg. Turon. 2. mirac. 3. *Qua ſit manſuetudo pecorum in hac baſilica votivorum, qualiter vituli petulantes, calcitrantes equi, grunnientes ſues, ut limen ſanctum ingreſſi ſunt, conquieſcunt.* Idem: *De his verò quæ votiva ſunt, nulli penitùs quippiam ſubtrahere licet.*

TIT. III.

HOC EST TRESPELLIVS] Germana editio: *tresbellio*, id eſt, de tribus villis, *de trois clochers*, ſicut loquuntur conſuetudinarij. Gloſſ. *Clocca, belle.* Cloccarium vel lucat, *bell-hus.* Sic *trimarchiſia* apud Pauſaniam, quòd ſinguli equites Galli conſtarent ex tribus.

TAVRVM REGIS] Sic veteres tres.

TIT. IV.

BERBICES] *Berbis.* Gregor. epiſt. 16. lib. 8.

TIT. V.

CAPRITVM] Hircum, *cabrit.*

SI QVIS BVCCVM] noſtris *bouc.* Germ. *bock.* Turon. 9. 23. *Buccus validus vocabatur.*

TIT. VI.

SEVSIVM] Sic veteres omnes. Vid. tit. 19. leg. Bajoar. tit. 42. leg. Alaman. Videtúrque nomen iſtud reponendum tit. 15. Reſponſ. Papiani, cùm vetus exemplar habeat, *ſi ſaucuum al. ſacium.*

VELTREM] Canis Gallicus Ovidio & Martiali. Clemens Scotus, ſive potiùs incertus ſancti Galli monachus in vita Caroli Magni: *Aſſumſit duos caniculos in manum ſuam, quos Gallica lingua Veltres vocant, qui agilitate ſua vulpes & ceteras minores beſtias facillimè capientes. Veltro* Danti, noſtris *vaultroy* dicitur. Et tit. 10. leg. Burgund. veltrahus. Et apud Gratium de venatione:

——— *At te leve ſi qua*
Tangit opus, pavidóſque juvat compellere dorcas,
Aut verſuta ſequi leporis veſtigia parvi,
Petronios ſic fama canes, volucréſque Sicambros,
Et pictum macula veltrahum dilige falſa.

Sic enim legendum. Petrunculorum ſit mentio eodem titulo legis Burgundionum.

ARGVTARIVS] Sic veteres quatuor. *Qui ſciat occultos & ſignis arguat hoſtes.*

CVRTIS] Leg. Alam. *qui curtem defendit.* Petrus Beneventanus: *Curtis vulgare eſt Gallicorum, ſicut manſus Italicorum.*

CANEM PASTOREM] Sic veteres quatuor. Aliàs *paſtoralem.* Vid. tit. XXXII. legis Alamanorum.

TIT. VII.

ACCEPTOREM] Sic antiqua omnia exemplaria & tit. 99. leg. Alamannorum. Charisius: *Acceptor quoque & accipiter dicitur. Virgilius enim accipiter dixit. Lucill. acceptor.* Gloſſ. *Acceptor, ἱέραξ.*

SPARVARIVM] Sic vet. *Eſparvier.* Germ. *Sparuver.*

ANETAM] Sic veteres duo & tit. 99. leg. Alaman. Gloſſ. *Aneta ened.* In veteri formula: *Similiter & porcellos habent, & unam vaccam, & duas anetas à ceteris ſeparat, & dat illis quotidie abundanter.*

GALLVM] Vnum exemplar, *coccum.* Gloſſ. *Gallus, coce. Gallina, henn.*

SI QVIS TVRTVREM] Duo vetera exemplaria: *Si quis aucellum de trappa furaverit.* ſicut & Germana editio. Inde *Trappe* & *entrapper.*

TIT. VIII.

MATRIAMEN] Sic veteres tres, & infrà tit. XXIX. Inde noſtris *Marien.*

CONCAPVLAVERIT] Sic veteres quatuor. Gloſſ. *truncaverit vel exciderit.* Tit. 32. editionis Germanicæ de debilitate. Vet. Gloſſ. *Scapellare, id eſt, exſcindere, frangere.* In

legib. Longob. *Si quis caballo alterius caudam capellaverit, id est, setas traxerit.*

TIT. IX.

De intro clave] Sic veteres quatuor. *Estant sous clef.*

TIT. X.

Inclvserit] Veteres quatuor *inclauserit.* & inf. *inclausa.* Turon. 3. *Hac nocte cùm equos ad claudendum adduxeris.*

Avt minentvr] Paulus Diaconus: *Agere modò significat ante se pellere, id est, minare.* Vetus interpres Actor. cap. 18. *& minavit eos à tribunali,* ἀπέλασεν αὐτὺς ἀπὸ τῦ βήματος.

Si alicvivs pecora] Conveniunt mores. *De labourt.* Tit. 3. art. 9. 19.

Sepem alienam aperverit] *Qui cloſt empeſche.* Gregorius Turon. de virt. S. Martini: *Primo die Paſchæ juſſus eſt à domino ſuo ut agrum circuiret; inventóque aditu unde pecora introibant, dum eum claudere conatur, excæcatus eſt.*

In qvemlibet laborem] Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22. *Nam dum eſſet in libertate, equi ac pecora per ſegetes pauperum vincáſque dimittebantur. Quòd ſi expellebantur ab his quorum evertebant laborem, ſtatim à ſuis arcebantur.*

TIT. XI.

In texaga] Gloſſ. *Intra tecta.*

Vinitorem] Gloſſ. *Vinitor,* ἀμπέλων. Turon. 5. 48. *à fiſcalis vinitoris ſervo.*

Sive venatorem] Additur in uno exemplari *ſive ſcanionem.* Vet. Gloſſ. *Scantio, pincerna.* Inde nobis *Eſchanſon.* & in Concilio Toletano *Comes ſcancziarum.*

De ministerio] Flodoardus: *Plebeiis quoque quibuſdam perſonis, villarum ſcilicet miniſterialibus, pro rebus miniſteriorum ſuorum nonnunquam ſcribens, qualiter res ſibi commiſſas tractare deberent.*

TIT. XIII.

cxx. ictvs accipiat] Nec enim olim arbitrio carnificis, ſicut hodie, cædebantur condemnati ad flagra. quod ex ſacra ſcriptura conſtat. Petron. Harmenopulus: διὰ διάτα ἀμακτῶν ὡρεγτζόλου. & alius: διὰ κ. μαγγαλίων ὡρεγτζόλου. quod idem eſt. Gloſſ. μαγγαλία ἀμακτὰ. In legibus Bajoariorum: *quadraginta gamallas accipiat, & rumpatur dorſum ejus quinquaginta gamallis.* quæ ſunt veteri interpreti *percuſſiones.*

Avt castretvr] Sic tit. 27. & 42. Furcæ affigitur apud Gregorium Turonenſem de virtutibus ſancti Martini lib. 1. c. 21. & lib. 3. c. 53. *Genitoris*, inquit, *civis noſtri ſervus à judice pro furti ſcelere comprehenſus, patibulo dijudicatur.* & de glor. confeſſ. cap. 101. & de gloria mart. lib. 1. cap. 73. & lib. 6. hiſt. cap. 8.

TIT. XIV.

Screvna] Sic codices veteres quatuor. Alij *ſereona*, ſicut leodes, leudes, beodum, beudum. Tit. 29. leg. Burgund. *Effractores omnes qui aut domos aut ſerunias.* Sic quinque. *Eſcrenes* etiam hodie ruſticis Campanis dicuntur cameræ illæ denerſæ in humum, multo inſuper fimo oneratæ, in quibus hyeme puellæ ſimul convenientes pervigilant ad mediam noctem.

In verbo Regis] Ribuariorum tit. 37. Greg. Turon. lib. 9. cap. 19. *Brunichildis graviter accepiſſet, eò quod in ejus verbo Sicharius poſitus taliter fuerit interfectus.* Et alibi: *Præceptionem tribui juſſit ut in verbo ſuo poſita à nullo unquam parentum defuncti illius in aliquo moleſtiam pateretur.* Inde hodie, *En parole de Roy.*

Propter fredvm.] Grego. Turon. *Quoſdam ex eis qui abſoluti fuerant ad ſe veniſſe, atque compoſitionem fiſco debitam, quam illi fredum vocant, ſe fuiſſe eis indultum.*

Litvs] Sic duo exemplaria, ut tit. 1. leg. Friſon. & tit. 2. leg. Saxon. *Litus ſi per juſſum vel conſilium domini ſui.* Aliàs *Lidus.* Gloſſ. *Fiſcalinus vel ſanctuarius.* In ſynodo Bavarica: *Homo Regis, id eſt, fiſcalinus, vel eccleſiaſticus, vel lidus, interfectus.* Albertus Stadenſis: *Plures autem ſe eis dediderunt proprios, & qui ab eis vivere ſunt permiſſi, litones ſunt ab eodem vocabulo nuncupati. Inde litones in provincia Saxonum ſunt exorti.* In privilegio conceſſo ab Henrico Imperatore anno 1009. Eccleſiæ Mindenſi: *Aut homines ipſius Eccleſiæ francos, liberos, & eccleſiaſticos litones maalman, vel ſervos cujuſlibet conditionis, ſeu colonos contra rationem diſtringendos.* In privilegio ab Ottone III. Imperatore eidem Eccleſiæ: *Aut homines ipſius Eccleſiæ litos vel cujuſlibet conditionis ſervos contra rationem diſtringendos.* In privilegio conceſſo ab Ottone I. eidem Eccleſiæ: *Hominibus quoque famulatum ejuſdem monaſterij facientibus, qui Saxonicè malman dicuntur, prædictum mundeburdum & tuitionem noſtram conſtituimus.* In Conſtitutionibus Caroli Magni, & lib. 3. leg. Longobardorum: *Aldiones ea lege vivant in Italia in ſervitute dominorum ſuorum qua lidi in Francia.*

Ingenvam feminam traxerit] Marculfus in formula Si aliquis puellam invitam traxerit. *Dulciſſimæ conjugi meæ ill. Dum te præter voluntatem parentum tuorum habui deſponſatam, & abſque tua vel parentum tuorum voluntate raptam ſcelere meo conjugio ſociavi, unde vita periculum incurrere debui.* Et charta de agnatione, ſi ſervus ingenuam trahit. *Dum hominibus non habetur incognitum qualiter ſervus meus ill. te abſque tua voluntate rapto ſcelere in conjugium ſociavit, & ob hoc vitæ periculum incurrere potuerat, ſed intervenientibus amicis vel bonis hominibus convenit inter nos ut ſi aliqua procreatio filiorum orta fuerit inter vos, in integra ingenuitate permaneant.*

De sva volvntate] Marculfus in formulis: *Dilis hominibus non incognitum qualiter ſervum meum nomine N. voluntariè acceptiſti maritum, ut te ipſam & agnationem meam in meo inclinare potuerim ſervitio.*

Dvchte] Gloſſ. *Sponſata. Druhtines haus*, Templum domini apud Otfridum. *Kero* interpret. vocab. barbar. Dominus, *Truſtin.* Sidonius: *Neque patiaris ut te ab hoc propoſito propediem conjunx domum feliciter ducenda deflectat.*

Per virtvtem] ſic veteres omnes codices. Vulgat. *Per vim mœchatus fuerit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SORORIS] Aliàs, *ſororem aut fratris filiam.*

CERTE ALTERIVS] Sic vetera quatuor. Alia duo, *certè ulterius.*

FRATRIS VXOREM] Gregor. Turon. lib. 3. cap. 6.

TIT. XV.

DEEO QVI] Vetera duo exemplaria, ſicut & Germanica editio, *de ſuperventis & expoliationibus.* Et ſanè mirum eſt quàm malè conveniat in pleriſque editio Tiliana cum Germanica. Nec tamen utraque ſine veteribus libris; ut putem Tilianam repetitæ prælectionis eſſe, ſaltem poſteriorem Germanica.

IN SVPERVENTV] Turon. 8. 40. *furta ſuperventa, pervaſiones.* Gloſſ. ἐπιδόσεται, *ſuperventum facio.* Tit. 29. leg. Burgund. *Si quis ſuperventu aut latrocinij ſcelere negotiatorem aut aliquem occiderit.*

PRÆCEPTVM REGIS HABENTIS] Grego. Turon. lib. 9. hiſtoriar. cap. 20. Aimo. 5. c. 36. *Præceptum tamen de confirmatione totius abbatiæ de more Principum fecit.* Odo monachus Foſſatenſis in vita Burcardi Comitis: *Poſt hæc etiam Regis adeuntes præſentiam deprecati ſunt ut hæc dona præcepti ſui auctoritate roboraret & annuli ſui impreſſione munire dignaretur.*

ADSALIRE] *aſſaillir.*

VIÆ LACINIAM EI FACERE] Germanica editio: *Extra ordinationem Regis reſtare aut adſallire præſumpſerit. Arreſter.* Arreſtare in leg. Longobard. lib. 3. tit. 1. l. 78.

FVRTV] Sic veteres omnes, ut inf. tit. 17.

TIT. XVI.

CONTVBERNIO] Gloſſ. *auxilio.*

VNVSQVISQVE EORVM CVLPABILIS IVDICETVR.] Deſunt hæc in antiquiſſimo exemplari.

TIT. XVII.

NAVEO] Sic veteres tres. Gloſſ. *Sarcofago ligneo.* Noſtris *Nau, Noue.* Gregor. Turon. de glor. confeſſ. *Cùmque ſanctæ corpora palliis ac nauſis exornata.* Sic veteres. Nec tamen malè vulgat. edit. *mappis.*

ARISTATONEM] Gloſſ. *Staplum ſuper tumulum miſſum.* ut tit. 57. inf. *Palla tegebant tumulum.* Einardus de ſanctis martyribus Marcellino & Petro fol. 528. in editione recentiori: *Lapidem quo ſummitas ſepulchri tegebatur, de loco ſuo levare moliuntur.* Gregor. Turonen. cap. 54. de miraculis ſancti Martini: *De palla quæ ſanctum tegit tumulum.* & lib. 1. mirac. *Pallam holoſericam auróque exornatam ex gemmis, quæ ſanctum tegebat ſepulchrum, temerario auſu deripuit ſecúmque ſuſtulit.* Et de glor. confeſſ. *Palla erat lignea quæ ſanctum confeſſoris tegebat ſepulchrum.* Nobilibus ſuperponebant tapetem. In veteri cartulario: *In redemptionem unius tapetis, quod patri mortuo ſuperpoſitum eſt, ut eſt conſuetudo nobilium.*

TIT. XVIII.

SPICARIVM] Gloſſ. *Horreum cum tecto.* Germ. *Spicker.*

MAHOLVM] Sic veteres quatuor. Gloſſ. *Horreum ſine tecto.* Noſtris, *Machau.*

SCVRIAM] Alaman. *Schure* ſive *ſcheure.* Hincmar. Rhem. adverſ. Hincmarum Laudun. *Inſuper & ſcuriam ipſius intercluſit, & annonam de terris domnicatis collectam ſine licentia ipſius Presbyteri in eam miſit.* & tit. 4. leg. Bajuvar. *Qui defendere volunt caſas vel ſcurias ubi fœnum vel granum inveniunt.* Inde noſtris, *Eſcurie*, & fortaſſe Gloſſar. B. German. *Curia,* ἵππων δόμος.

FENILE] *Fenil.* Gloſſ. *Fenile locus ubi fœnum ponunt.* χορτοκόπιον. *fenile, feniſecium.*

MALLARE EVM DEBENT] Inde *hamallus* tit. 49.

CONCISAM] Sic veteres quatuor. Vetus Chronicon: *Et nimia feſtinatione Saxonum caſas ſeu firmitates ſubitò introiit.* Item: *Multos Britones conquiſierunt unà cum caſtellis, & firmitates eorum locis paluſtribus & inceſit.* quod alius autor ſic: *Et ibi multa caſtella acquiſierunt, & loca firma & munita paluſtria & inceſa.* Nec tamen omnino malè vetus unum exemplar *concidem* habet. Gregor. Turon. lib. 2. *Franci ſimulato metu ſe in remotiores ſaltus recèperant, concidibus per extrema ſilvarum procuratis.* Et: *qui conjunctis arborum truncis vel concidibus ſuperſtantes.* Concedes appellat Cæſar, & Marcellinus: *Concede*, inquit, *arborum denſa undique ſemitis clauſit.* & alibi: *Difficiles vias & ſuapte natura clivoſas concædibus clauſere ſolerter, arboribus immenſi roboris cæſis.*

TIT. XIX.

COLPVS] Gloſſ. *ictus. Coup.*

SAGITTA TOXICATA] Gregor. Tur. 2. hiſt. *Sagittas tormentorum ritu effudere inlitas herbarum venenis.*

PLAGAVERIT] Vetus interpres Iuvenal. *Mars cùm plagatus eſt à Diomede.*

VT SANGVIS AD TERRAM CADAT] Ribuar. 2. *ut ſanguis exeat terrámque tangat.*

INTRANIA] Sic veteres quinque. Greg. Tur. 4. miracul. ſancti Martini: *Doloris malum in illis intraniorum flexuoſis receſſibus bacchabatur.* In edicto Turci Aproniani Præf. Vrb. *reliqua caro cum pelle & interaneis proficiat venditori.*

PLAGA SEMPER CVRRIT] *la playe court.*

TIT. XXI.

VIII. DENARIOS] Apud Nitardum in fluvium merguntur. *Gerbergam*, inquit, *more maleficorum in Ararim mergi præcepit.*

HERBAS DEDERIT] *Herbarum venena.* Greg. Turon. lib. 2. cap. 9. & cap. 36. lib. 4. de miraculis ſancti Martini: *Ligamina herbarum atque incantationum verba proferebant.* Vnde *enherber.* Vetus Poëta:

Souz giſt le frais ſerpent en l'herbe.
Fuyez enfans, car il enherbe.

SVPERIACTATVS FVERIT] Sic veteres ſex.

CVM LIGATVRIS] Turon. mirac. 2. cap. 45. *Incantationes immurmurat, ſortes jactat, ligaturas collo ſuſpendit.* & de mirac. S. Mart. cap. 26. Hincmarus in geſtis habitis ſuper divortio Thietbergæ ad 15. interrogationem: *Ad hæc non pertinent ligaturæ execrabilium remediorum quæ ars medicorum commendat, ſive in præcantationibus, ſive in characteribus, vel in quibuſdam rebus ſuſpendendis atque ligandis.* quæ verba

verba extant apud Rabanum epistola ad Bonosum. Burchardus lib. 19. collect. canon. *Feciſti ligaturas & incantationes.*

TIT. XXII.

MAMILLAM STRINXERIT] Editio Alamannica, *capulaverit.* Vid. tit. Leg. Lang. *De paupere.* Burchard. decret. lib. 19.

TIT. XXIV.

IN MOLINO ANNONAM] Greg. Turon. de virtutib. S. Mart. *Quidam non metuens neque honorans diem ſanctum dominicæ reſurrectionis, accepta annona ad molam vadit; impoſitóque tritico, molam manu vertere cœpit.* Et de glor. confeſſ. cap. 107.

SI QVIS SCLVSAM] *Eſelnze.* Inde ἐκκρόμματα. *Cluſuræ* ſive *ſcluſæ.* Anonymus in Pipino: *Aſtulphus Rex Langobardorum ſupradictam juſtitiam vetando ſcluſas Langobardorum petiit.* quas Aimoinus vocat *clauſuras.*

DE FARINARIO] Marculf. *pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, farinariis, adjacentiis, appenditiis.* Odo Foſſatenſ. monachus in vita Burcardi Comitis: *Item prope caſtrum farinarium quod vocatur Toluia.*

TIT. XXV.

PRO EO QVIA DESCENDERIT] Sic veteres omnes. Tilius, *pro equa quam aſcenderit.*

TIT. XXVI.

SIVE CRINITVM] Lucanus: *Crinibus in nodum totis venere Sicambri.* Apud Romanos uſque ad pubertatem comæ nutriri conſueverant. *Vnum è crinitis.* Agathias 8. 9.

TOTONDERIT] An reſpicit ad illum morem de quo Otto Friſing. lib. 1. cap. 16. & veteres annales. *Karolus*, inquiunt, *Francorum Princeps filium ſuum ad Liuthprandum miſit, ut more fidelium Chriſtianorum ejus capillum primus adtonderet & pater illi ſpiritualis exiſteret.* An ad clericatum? Greg. Tur. 3. hiſt. 19. *& ſibi propria manu capillos incidens Clericus factus eſt.* & lib. 4. cap. 4. Vid. tit. 6. leg. Burgundionum. Marculfus in præcepto de clericatu: *Veniens ille ad noſtram præſentiam petiit ſerenitati noſtræ ut licentiam tribuere deberemus qualiter comam capitis ſui ad ordo clericatus deponere deberet.* Sequitur paulò póſt: *Præcipientes ergo jubemus ut ſi memoratus ille de capite ſuo bene ingenuus eſſe videtur, & in polypticho cenſitus non eſt, licentiam habeat comam capitis ſui tonſurare.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 38. *Drocheltum inciſis capillis & auribus ad vineam exercendam delegavit.*

INFRA IX. NOCTES] Sic veteres omnes. Pueris ergo nono die nomina impoſuerunt, ſicut & Romani Feſtus. *Luſtrici.* Inde vir & uxor inter ſe ſolidum capere poterant, ſi duos trimos vel ſi tres poſt nonum diem amiſiſſent. lib. 2. leg. Vuiſig. tit. 4. §. 17. 18. Vlpian. lib. Regul. Alij ſeptimo; quidam decimo. Ariſtot. Harpocrat. Schol. Ariſtoph. Suidas. Galli verò omnes ſpatia omnis temporis non numero dierum ſed noctium finiebant, ut noctem dies ſequeretur; ut docui Gloſſario ad Capitula Caroli Magni.

IIII. DEN.] Non igitur multa plectitur qua qui virum occiderit. quod eſt contra jus Romanum. *leg. pen. C. ad l. Cornel.*

FREDVS EI NON REQVIRATVR] XII. Tab. Impuberes ſi furtum fecerint, Prætoris arbitratu verberantur.

TIT. XXVII.

ALIENA ANCILLA] Iure Romano tenetur injuriarum actione. *l. inter liberas. D. ad leg. Iul. de adult.* & aliam reformare cogendus eſt. *Paul 1. ſentent. tit. 12.*

IPSE CVM EA IN SERVITIO] SC. Claudiano mulier quæ ſe alieno ſervo jungit, ancilla fit. *Vlp. tit. XI. lib. ſing. regular.*

CASTRETVR] Vt qua parte peccavit, eadem multetur. Niceph. hiſt. 11. Εἰ μὲν γὰρ τις ἁμαρτάνῃ δι' αὐτῶν ἢ σωφρονίσεται.

POSTQVAM INFANTES HABERE COEPIT.] Rib. 12. *Poſtquam parturire cœperit, uſque ad quadrageſimum annum.*

TIT. XXVIII.

IN HOSTE] *En l'hoſt.* Inde *hoſtage.*

PER DENARIVM] Præcepti denarialis formula extat in explicatione obſcuriorum vocabulorum Capitularium. In veteri chartula Eccleſiæ Lugdunenſis: *Servum juris veſtri manu propria, & manu illius excutientes denarium, ſecundum legem Salicam liberum, cum omnibus quæ habet vel adquiſierit, fecimus.* In veteri formula: *Inde quemdam ſervum N. ut eum ob mercedis augmentum liberum dimitteremus rogarunt. Nos verò manu propria noſtra excutientes de manu ſupradicti N. denarium vel nummum vel argenteum vel aureum vel dragmam vel ſeſtertium vel minam, ſecundum legem Salicam, eum liberum dimiſimus, & ab omni jugo ſervitutis abſolvimus.*

TIT. XXIX.

DE PECORIBVS TINTINVM] Clementianus Fortunatus:

Tintinnum rapit alter inops, magis improbus ille
Qui jumentorum colla tenere ſolet.

SKELLAM] Sic quinque exemplaria, non *ſellam*, ut editum erat antea. *Tintinnabulum*, Alamannis *Skel.* Toloſanis *Eſquila.* In vita B. Anſelmi: *Vnum eorum ſumpta in manibus corda pro excitandis fratribus, ſcillam pulſantem ad ejus ſonitum.* Durandus 1. de divin. offic. cap. 4. *Nota ſex eſſe genera tintinabulorum quibus in Eccleſia pulſatur; ſquilla, cymbalum & c. Squilla pulſatur in triclinio, id eſt, refectorio.* Aimoinus lib. 3. cap. 82.

REFFARE] Editio Baſilienſis: *Repaſcere.* Aliàs *tripaverit aut meterit.* Gloſſ. *Raptor, reofere. Meſſor. Riſtere.* & hodie Germanis *Reupfen*, Gallicè *Raffler*, vellere eſt.

INPOTOS] Sic veteres quinque. An inde *impſſen* Alamannis, *Enter* noſtris. Gloſſ. *fructus pæſtin.*

MILARIO] Sic veteres quinque. Gloſſ. Malarium pomum. Vet. donat. inſtrum. *& 2. melarios in ipſo loco.*

DECORTICAVERIT] Exemplar primum, *excervicaverit.*

CVLTELLVM] Noſtris *Coultre.*

SI QVIS ARATRVM] Gallos adinveniſſe formam aratri cum rotis teſtatur Plin. lib. 18. cap. 18.

TESTAVERIT] Sic veteres omnes libri præter unum, qui habet, *ſi quis aratrum de campo alieno anteoſtaverit aut ſactaverit aut teſtaverit.* Baſilienſis: *aratrum anteortaverit aut jactaverit.*

DESCARGAVERIT] *deſcharge.*

SI VERO TANTVM TVLERIT] Licet tamen viam tranſeunti pabuli nonnihil equo carpere. Leg. 1. Long. De tranſeunt. Leg. Neapol. lib. 3. tit. 58. Iure Saxonico lib. 2. Speculi.

POST ANNVM QVAM FVERIT SIGNATA.] In diplom. Ludovici II. apud Lazium: *Ex parte Auſtri uſque ad medium montis Slavonum Colmiza dicta; ubi duabus arboribus ſigna certa poſita ſunt.* Et in Chronico Laureshamenſi, ex donatione Cancronis: *De illo rubero ut per Agilofum & ſuos conſortes pro ſigna inciſa.* Et paulò pòſt: *ſicut ipſa inciſio arborum in ipſa die facta eſt, quæ vulgò lachus appellatur ſive diviſio.* Inde *Laye. S. Germain en Laye.*

STATVAM] Sic veteres ſeptem. Alij *ſtavam.* noſtris *Eſtave.* Genus majoris retis. Palum. Germ. *Staf.*

TREMACVLVM] Sic veteres quinque. Alij *Tramaculam, Tramaculum, Trimaclem, Vremalium, Tremail* noſtris.

VERTIVOLVM] Sic veteres quinque. duo *Vertuolum.* al. *Verticulum.* Noſtris *Verneil.* Genus piſcatorij retis; quò cùm intravit piſcis, exire non poteſt.

BRACHILE] *bracelet.* Tacitus de moribus Germanorum: *Nec aliis feminis quàm viris habitus; partémque veſtitus ſuperioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos.*

SI QVIS CASAM] Sic veteres ſeptem. Tacitus de moribus Germanorum: *Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum uſus. Materia ad omnia utuntur informi.*

TIT. XXXI.

TRVNCAVERIT] Baſil. edit. *capolaverit.*

DIGITVM QVO SAGITTATVR] Ribuar. tit. 5. *digitus unde ſagittatur.*

SI VERO POLLIX MANCATVS PENDERIT] Rib. 5. *Quòd ſi pollix ibidem mancus pendiderit.*

TIT. XXXII.

CENITVM] Gloſſ. *oculum erutum habentem. Borgne.*

CONCHAGATVM] Gloſſ. *ſordidatum.* Honos auribus, *foireux, breneux.*

VVLPICVLAM] *renard.* Greg. Tur. 8. hiſt. cap. 6. *Multas eis perfidias & perjuria exprobravit, vocans eos ſæpius vulpes ingenioſas.* In vita S. Remigij: *Juſſit nominari vulpeculam; quod cur ita eum nominari voluerit, qui fraudes & ſignificationes ipſius animalis cognoſcit, ſatis advertit.*

LEPOREM] Sidonius: *Cùm ſint in prætoriis leones, in caſtris lepores.* Euſebius in Chronico: *Cornificius poëta à militibus deſtitutus interiit, quos ſæpe fugientes galeatos lepores appellarat.*

SI QVÆ MVLIER] Abeſt hic paragraphus in omnibus exemplaribus, præterquam in veruſtiori.

QVOD SCVTVM SVVM PROIECISSET] Videndus Agathias libro ſecundo. Gallos ſcuta patria thireos vocaſſe ſcribit Pauſanias. Hodie *Targes.* Tacitus de moribus Germanorum: *Scutum reliquiſſe præcipuum flagitium; nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo fas; multique ſuperſtites bellorum, infamiam laqueo finierunt.*

DELATOREM] Gloſſ. *mendacem vel latratorem.*

TIT. XXXIV.

VIA LACINA] Sic veteres quatuor. *Alicui viam ſuam obſtare.* lib. 1. hîc & tit. 82. leg. Ripuar. *Viam contradicere.* tit. 66. leg. Alam. Langobard. *Vecorint.*

BARONI] Gloſſ. *Baro, ανήρ.* Tit. 76. leg. Alaman. *Si quis mortandit baronem.* Cæſarius in vita Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis: *Ex Teutonico enim Latinòque compoſitus, Engelbertus vocabatur, angelicam ſonat libertatem.* Kero, *liberorum barono.* Inde Barones homines Regis, ſive qui hominium Regi debent.

TIT. XXXV.

HOMINEM INGENVVM SINE CAVSA LIGAVERIT] Tacitus de moribus Germanorum: *Aleam ſobrij inter ſeria exercent, & noviſſimo jactu de libertate & de corpore contendunt. Victus voluntariam ſervitutem adit. Quamvis junior, quamvis robuſtior, alligari ſe ac vinciri patitur.*

HOMINEM NOXIVM LIGATVM] Gregorius Turon. de miraculis S. Martini lib. 1. cap. 17. & lib. 4. cap. 16. & cap. 35.

TIT. XXXVI.

RETORTAS] *unde ſepes continetur.* Ribuar. tit. 45. *ſuperiores virgæ, quæ ſepis continent firmitatem.* & tit. 74. *Si quis hominem intertiaverit, & infra placitum mortuus fuerit in quadrivio cum retorta in pede.* Sic quinque. Vid. tit. 17. leg. Bajuvar. Chron. Caſin. lib. 2. cap. 62. *Duo nigerrimi ſpiritus retortas ex agreſtibus vitibus facientes, eumque per guttur ligantes, in ipſa lacus profunda miſerunt.* In Chartulario Majoris-Monaſterij: *& de ſilva boſco dedit monachis quantum eis in omnibus ſufficiat, ſimiliter quoque retortas, & rollones, ſtimulos quoque & cavillas & hucias, & ſi quid aliud in rurali opere eis neceſſe fuerit.*

CAMBORTAS] Gloſſ. *quæ ſepem deſuper firmant.* Eadem origine forſitan qua *Camboritum* Britannis. *Baculus incurvatus* in vita B. Notkeri. Vualafrid. Strabus in vita B. Galli cap. 23. *Accepit à fratribus epiſtolam ad B. Gallum continentem venerandi tranſitum Columbani. Qui & baculum ipſius, quem vulgò Cambotam vocant, per manum Diaconi tranſmiſerit.* Eckerhardus in vita B. Notkeri: *Feſtinatò autem aram ſancti Galli adientes, Cambotam quam ſanctus magiſter Columbanus per Manoaldum Diaconum miſerat &c. Cùm autem illum baculo ſancto.*

HERPICEM] Servius in Virgil. 1. Georg. *Vimineáſque trahit crates. Ad agrorum ſc. exæquationem, quam ruſtici hyrpicem vocant. Herce.*

PER MALVM INGENIVM] *Par malengin.*

TIT. XXXVII.

TRIENTI VNO, QVOD EST TERTIA PARS SOLIDI] Sic veteres omnes. Gregor. Turon. de vita S. Mart. *Vnum trientem mercedis inuitu detulit.* & cap. 19. lib. 2. de gloria martyrum: *Quidam alteri trientem præstiterat.* Et de gloria confess. *Invenies unum trientem, ipsum donans vinum dignum epulis pauperum comparabis.* & cap. 109. *Igitur de hoc triente vinum comparat.* Idem hist. lib. 3. cap. 13.

LEGEM INTELLEXERIT] Intellexerit secundùm legem se defendere. tit. 38. *s'il se trait & recourt à loy*, sicut moribus Leodiensibus habetur.

OBMALLARE] Marculfi formula, Vt causas auctorum adsumendas suorum aliquis licentiam habeat. *Ne aliquis per quodlibet ingenium de ipsis rebus eum inquietare voluerit, licentiam habeat in vice auctorum suorum ipse vel advocatus suus ejus causa adsumere &c. Præcipientes ergo jubemus ut memoratus Pontifex, aut Abbas, vel Abbatissa, seu advocatus ejus, in vicem auctorum causas ipsius licentiam habeat adsumendi vel obmallandi.* quod alibi *respondendi vel obmallandi.* Et alibi: *Fidelis Deo propitio noster ille ad nostram veniens præsentiam suggessit nobis eò quod propter simplicitatem suam causas suas minimè persequi vel homallare possit. Ideo clementiam nostram petiit ut illuster vir ille omnes causas suas in vice ipsius tam in pago quàm in palatio nostro admallandum vel prosequendum recipere deberet. quod in præsens per fistucam eas eidem visus est commendasse.*

TTI. XXXVIII.

MEDIETATEM COMPOSITIONIS] Basilienses editio: *Medietatem de ipsa leudi componat, & pro alia medietate ipsum quadrupedem homini donet.* Tit. 48. Ribuar. *in medietatem vueregeldi suscipiatur.*

TIT. XXXIX.

DE VESTIGIO MINANDO] Gregor. Turon. cap. 81. de glor. confess. *Alterius hominis, malitia furis boves abstulerat, qui adprehenso vestigio, & inter infusos aqua viarum tramites ad profundas luti voragines perdito.*

INFRA TRES NOCTES] Ribuar. 49. *Et tertio die in domo cujuslibet vel in quolibet loco eum invenerit.*

CONCAMBIASSE] Prisc ianus. Al. *Camiasse.* Marculf. *Concamio de villa: Aliqua loca inter se concamiare deberent.* Et: *Concamio de terra aut vinea.*

SEQVITVR] *suit ses bestes*, Morib. Bituricens.

PROCLAMAVERIT] In lege familiæ datâ à Burchardo Episcopo VVormatiensi: *Si quis ex familia S. Petri ad sociam suam legitimè venerit, quicquid in dotem dederit, & hoc ipsa annum & diem non proclamatum possidet, si vir prior moritur, uxor ejus totam habeat dotem usque ad finem vitæ suæ.* Libro 2. de feud. tit. 27. §. 4.

ADRHAMIRE] *Iurare.* Nostris *Arramir.* In instrumento de concordia cum Tetbaldo filio Leterij Vindoc. *Pro his rebus acquirendis arramivimus bellum in curia Vindocinensi.* al. *arravimus.* Vide Glossarium ad Capitularia.

SECVNDVM LEGEM CVLCAVERIT] Sic septem exemplaria. Al. *collocaverit*, ut tit. 42. inf. & alibi sæpe. Nostris, *Adjourner, ou donner jour.* Nam sol occasus suprema tempestas erat. Gregor. Turon. 7. hist. cap. 23. *Injuriosus tamen ad placitum in conspectu Regis Childeberti advenit, & per triduum usque ad occasum solis observavit. Sed cùm hic venisset, neque de causa hac ab ullo interpellatus fuisset, ad propria rediit.*

RES SVAS QVÆSIERIT ET INVENERIT] Rib. titul. 49. *Quòd si in domo fuerit, & ei scrutinium cujus est domus contradixerit, fur habeatur.*

ILLO ALIÒ RECLAMANTE] Inde *Reclain.*

TIT. XL.

CARRVGAM] Sic quatuor. Al. *carruam, charruë.* Greg. Turon. 2. miracul. cap. 14. *præparatis carrucis compositóque plaustro.*

VVARANIONEM] Sic veteres quatuor. An inde *haras?* Tit. 12. Leg. Bajuvariorum angargnaco dicitur equus qui in hoste utilis non est.

SPADATVM] castratum. Equorum plurimi ex usu castrantur, ne aut feminarum usu exagitati cunctentur, aut in subsidiis ferocientes prodant hinnitu densiore vectores. Ammianus Marcellinus.

AMISSARIVM] Sic veteres octo. Glossar. *qui omni tempore cum equabus est.* Ivo Carnotens. epist. 8. In conventione pacis inter Elsatiæ proceres & civitates: *Equi autem admissarij, quod vulgariter Stuot vocatur, & vineæ & segetes sub hac pacis conditione perpetuò permaneant.* Ribuar. tit. 5. *Si ingenuus soneſti, id est, duodecim equas cum amissario, sex scrovas cum verre, vel duodecim vaccas cum tauro furatus fuerit.* Marculfus: *Armentorum cum ipso amissario caballos tantos.* Equus ad stallum dicitur lib. 8. VVisig. tit. 4. §. 4. Sic enim veteres libri. *Estalon.*

SI QVIS PVLEDRVM] Sic quatuor. Al. *poletrum*, ut in legib. VVisigott. lib. 8. *poudre ou poutre.* Gloss. *Pullus*, ὠῶιος.

TRIBATTERIT] Sic quatuor veteres. Al. *trebatterit, debilitaverit*, aut *percusserit.* In editione Germanica tit. 28. *Si quis feminam ingenuam gravidam trabatit, & ipsa femina fuerit mortua.*

TRIAEN COMPONAT] Sic exemplaria quatuor. Alia duo: *Triante uno.*

EXCVRTAVERIT] Sic quinque. Alia: *scurtaverit.* Tit. 4. lib. 8. leg. VVisigott. §. 3. *Si quis alieni caballi comam turpaverit, aut caudam curtaverit.*

EXCORTICAVERIT] Sic quinque. Alia duo: *excoriaverit.* Plenius unum exemplar: *Si quis caballum mortuum sine permissu domini sui excorticaverit.*

TIT. XLII.

SVPER SCAMNVM TENSVS] Ad malam mansionem extensus. l. 7. D. depos it. Eusseb. περὶ τοῦ ξύλου διατάσεως τῶν ποδῶν. Gregor. Turon. histor. 5. cap. 49. Gesta Francorum: *Chramnus super scamnum tensus orario suggillatus est.* Aimoin. lib. 2. cap. 30.

TIT. XLIII.

DE HALLIS] Tit. 69. Ripuar. Gloſſ. *Siccis ramis.* Inde, *Halle de Mars.* Et quæ à Philippo Auguſto Lutetiæ ædificatæ ſunt, *Les Halles.* Rigord.

IN TRVSTE] Antruſtionem Regis, cui dabatur duploma, cujus formula hæc eſt. *Rectum eſt ut qui nobis fidem pollicentur inlæſam, noſtro tueamur auxilio. Et quia ille noſter fidelis Domino propitio veniens in palatio noſtro unà cum arimania ſua, in manu noſtra truſtem & fidelitatem nobis viſus eſt conjuraſſe, propterea per præſens præceptum decernimus ac jubemus ut deinceps memoratus ille in numero antruſtionum computetur, & ſi quis fortaſſe eum interficere præſumpſerit, noverit ſe virgeldo ſuo ſolidos ſexcentos eſſe culpabilem.* Germanis *trevv.*

CONVIVAM REGIS] Venantius Honorius Clementianus Fortunatus Preſbyter Italicus de Conda Domeſtico.

Nunc etiam placidi Sigeberti Regis amore
Sunt data ſerviliis libera dona tuis.
Juſſit & egregios inter reſidere potentes,
Convivam reddens proficiente gradu.
Rex potior reliquis merito meliora paravit:
Et quod majus habet, hoc tua cauſa docet.

Gregor. Turon. lib. 7. cap. 16. de Prætextato: *Poſt reditum verò ſuum ad urbem Pariſiacam advenit, ac ſe Gunthcramo Regi repræſentavit, exorans ut cauſam ſuam diligenter exquireret. Aſſerebat enim Regina eum non debere recipi qui fuiſſet per judicium quadraginta quinque Epiſcoporum à ſacerdotali officio ſegregatus.* Sequitur deinde: *Et ſic à Rege ſuſceptus, atque convivio ejus adſcitus, ad urbem ſuam regreſſus eſt.* Vt jure ſe tueatur Ivo epiſt. 123. Capitularibus regalibus quòd Gervaſium ad communionem in Paſchali Curia ſuſcepiſſet.

POSSESSOR] *Ingenuus.* Greg. Turon. 3. de mir. S. Martini cap. 23. *Erant enim ingenui & poſſeſſionem propriam poſſidentes.*

ROMANVM TRIBVTARIVM] Gloſſ. *Et Stopharius nominatur qui cenſum Regi ſolvit.* Nec enim Franci ingenui pendebant tributum. Turon. lib. 7. cap. 16. In exemplari de donationibus factis Eccleſiæ Saliſburgenſi: *Tradiditque tributales Romanos ad eundem locum in diverſis locis colonos centumſedecim.* Tom. 6. Caniſij pag. 1151. Ibidem: *Dedit qui dicuntur Romanos tributales* LXXX. pag. 1152. *Alij erant exercitales.* ibid.

IN QVADRIVIO] Auſonius.

Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat
Teſta hominis.

SINE MANIBVS ET PEDIBVS] Gregor. Turon. hiſt. lib. 8. cap. 29. *Truncatis manibus auribuſque & naribus, variis ſunt mortibus interempti.* lib. 10. cap. 15. *Aliis manibus, nonnullis auribus naribuſque deciſis, ſeditio depreſſa quievit.* Et lib. 10. cap. 17. *Alios manibus inciſis relinquunt, nonnullos auribus naribuſque amputatis ad ridiculum laxaverunt.* & cap. 11. 18.

IN PVTEVM] Tur. 7. 23. 373. *Iudæi cum duobus Chriſtianis ab Injuriosi hominibus interfecti, in puteum qui propinquus erat domui ejus projecti ſunt.* Ado: *Comprehenſus à Chlodomero cum uxore & filiis ſuis necatur, & in puteum projectus occultatur.*

TOTA LEVDE SVA COMPONATVR] Tit. 55. & tit. 7. leg. Angl. & tit. 2. leg. Friſion. In Capitulis Caroli Magni in Sylvaco editis: *Si latro ibi occiſus fuerit, qui eum occiderit leudem inde non ſolvit, & nullus illi inde faidam portare præſumat.* Vetus formula: *ſic ab ipſis fuit judicatum, ut illam leudem, ut lex erat, ſolvere deberet.*

TIT. XLIV.

IN DOMO SVA ADSALLIERIT] Marculfus: *Qualiter vos nulla movente cauſa in via adſaliſſetis & graviter livoraſſetis.*

TIT XLV.

SI IN CONVIVIO] Pœnitentiale Romanum cap. 15. ex Concilio apud Vvermerias.

TIT. XLVI.

DE REIPPVS] Gloſſ. *de ſponſalitiis viduarum.* Pretium emptionis viduæ matrimonij cauſa. Tit. 41. leg. Saxon.

TVNGINVS] Gloſſ. *Iudex qui poſt Comitem eſt. Degan* Sollenſib. & in priſcis Anglorum legibus, *Thegn.*

SCVTVM HABERE DEBET] Tit. 48. *Scutum in ipſo mallo habeat.* Inde apud Ottonem de geſtis Friderici lib. 1. cap. 12. *Eſt autem conſuetudinis Regum Francorum, quæ & Teutonum, ut quotieſcunque ad ſumendam imperij coronam militem ad tranſalpizandum coëgerint, in prædicto campo manſionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto ſcutum ſuſpenditur.* Guntherus.

Ligno ſuſpenditur altè
Erecto clypeus. Tum præco regius omnes
Convocat à dominis feudalia jura tenentes.

An quòd armati in Concilium venirent? Liv. lib. XXI. de Gallis. Tacitus de moribus Germanorum.

TRES HOMINES] Tit. 48. & tit. 56. *Sagibarones plus quàm tres eſſe non debent.*

TRES SOLIDOS ÆQVE PENSANTES] Majores noſtri, ſicut & nos hodie, uxores ſibi emebant ſolido & denario. Fredegarius Scholaſticus: *Legatos ad Gundebaldum dirigit petens ut Chrotildem neptem ſuam ei in conjugium ſociandam traderet. Quod ille denegare metuens, & ſperans amicitiam cum Chlodoveo inire, eam daturum ſpopondit. Legati offerentes, ſolido & denario, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei ſponſant, placitum ad præſens petentes ut ipſam ad conjugium traderet Chlodoveo.* Marculfus in formulis: *N. filius N. puellam ingenuam nomine N. illius filiam per ſolidum & denarium ſecundum legem Salicam & antiquam conſuetudinem deſponſavit.* Propterea uxor in poteſtatem viri cedit, nec liberam habet rerum adminiſtrationem. quod & Gallis in uſu fuiſſe teſtatur Cæſar.

HABERE DEBET] Additur in duobus: *Et tres erunt qui ſolidos penſare vel probare debent.* Quaſi libripendes intervenerint.

CVI REIPPVS DEBEATVR] Nec enim debetur ei qui in hereditatem defuncti mariti ſuccedit.

POST SEXTVM GENVCVLVM] Synod. Agripp. can. 6. Meldenſ. can. 7. *uſque ad ſeptimum gradum.*

CAVSA] Gloss. *Pœna propter solemnia non servata.*

TIT. XLVII.

DE EO QVI VILLAM] *De complainte en cas de saisine & nouvelleté dedans l'an.* Vt fallantur qui D. Ludovicum Regem aut Simonem de Bucy jus istud antè nescitum intra Franciam proquiritasse tradunt.

SI VERO XXX. NOCTES IMPLETÆ FVERINT] Iure Romano cùm in rem aliquam agerent litigatores, & pœna se sacramenti peterent, poscebant judicem, qui dabatur post tricesimum diem. Ascon. 3. in Verrem.

PRÆSTOS HABEAT] Sic veteres tres. Gloss. *præsentes.* Alij duo: *præstus.* Iure Romano superstitibus, id est, testibus præsentibus, ij inter quos controversia erat, vindicias sumere jubebantur.

SVPRA FORTVNA SVA] *à ses perils & fortunes.*

VT ACCEDAT AD LOCVM] *Execution & fournissement de complainte sur le lieu.* cap. 12. Consuetud. Insulan. Gellius lib. 20. cap. 9.

ELABORAVIT] Turon. cap. 82. de gloria confess. *Cúmque alterum vas apium vellet auferre, ait sacerdos: Sufficiat nunc fili istud, alterum verò ei qui ipsum laboravit reserva.* Marculfus in formulis: *Tam de alode aut de comparato vel de qualibet adtractu, ubicunque habere videor, & quod pariter in conjugium positi laboravimus.* Et canone 14. synodi Triburiensis: *Si verò in qualibet silva vel deserto loco aliquod desertum collaboraverit.*

TIT. XLVIII.

DE AFFATOMIÆ] Sic veteres quinque: Gloss. *De donationibus quæ fiunt festuca in sinum ei cui donabatur projecta.* Marculfus in formula affatimiæ. *Dulcissimis nepotibus meis illis, ego avus. Dum cognitum est qualiter genitor vester filius meus compellente fine naturæ de hac luce decessit, & vos in alode minimè accedere poteratis, ideo pensantes causam consanguinitatis dono vobis per hanc affatimiam pro omni portione in pago illo, centena illa, quidquid in jam dicto loco &c.* Idem: *quicquid jam dicto loco genitor vester filius meus dividere & exæquare deberet, vos quoque nepotes mei per hanc affatimiam post obitum meum dividere & exæquare faciatis.*

FESTVCAM] Aliquot codices, *fistucam.* Symbolum traditionis. Marculfus: *Consignavit & tradidit & vestivit, & per durpilum & festucam sibi foras exitum alienum vel spoliatum in omnibus esse dixit.* Et alibi: *quod in præsente & per fistucam eas eidem visus est commendasse.* Idem: *Inter se visi sunt divisisse vel exæquasse & invicem pars partem tradidisse & per fistucam omnia partitum partisse.* Inde *exfestucare* Henrico IV. Imperatori, Sigeberto, & Ottoni Frisingensi. & formulariis nostris, *bailler un festu en signe de deguerpissement.*

IN LAISVM] Gloss. *in sinum.* Marculfus de læsoverpo per manum Regis: *Villas nuncupatas N. sitas in pago illo sua spontanea voluntate nobis per fistucam visus est laisoverpisse vel condonasse.* Inde *tendre le giron.*

IN CASA IPSIVS MANERE] Greg. Turon. 4. de mirac. S. Martini c. 12.

IN POTESTATE SVA] *Car donner & retenir ne vaut.*

ANTE XII. MENSES] *Temps d'insinuation.*

BEVDO] Al. *Beodo. à sa table.* Vet. Glossar. *Mensa, beod; Refectorium, Beodden.* Inde opinor, *Vnir & mettre à sa table.*

THEADA] Veteres, *Theoda.* Al. *Theuda.* Gloss. Lipsij: *Theado, gentes, nationes, Thiadon.*

ANTE REGEM AVT IN MALLO PVBLICO] Donationis per manum Regis formula extat apud Marculfum. Moribus Bolonienses. & Pontivens. *Avant que le donataire puisse jouir du don à luy fait, & en faire son acquest, faut qu'il l'apprehende par mise de fait & justice competente.*

TIT. XLIX.

DE FILTORTIS] Gloss. *de intertiatis rebus.*

IN TERTIAM MANVM] *En main tierce.*

CARBONARIAM] Quæ est inter Cameracum & Tornacum. Tritenheim. ex Hunnibaldo. Sulpit. Alexand. apud Gregor. Turonens. lib. 2. c. 8. 9. Sigebert. ann. 880. *Camaracum obsedit & cepit. Inde movens per Carbonariam silvam, ad Tornacum festinans, iter direxit in Thoringiam.*

NOCTES XL.] Sic tit. 52. & in Constitutionibus Caroli Magni: *Postquam Comes & pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die supra quadraginta noctes sit bannus rescissus, quod lingua Theutisca scatlegi, id est, armorum depositio, vocatur.*

REM INTERTIATAM] *Chose entiercée.* Aurelian. In legibus Eduardi Regis Angl. *Si quispiam aliquid interiet super aliquem, & intertiatus non poterit vuarantum suum habere, erit forisfaltura sua.*

VENDIDERIT AVT CAMBIAVERIT] Vnde & Constitutio Caroli Magni: *Nullus comparet caballum nisi illum hominem agnoscat qui ei vendidit, aut de quo pago est, vel ubi manet, aut quis ejus senior.*

QVOD EI NVNCIASSET] Editio Germanica: *quomodo ei mancaverit.*

EXIVIT SE] Sic veteres tres. Al. *Exuit se.*

ISTA OMNIA VBI SVVS HAMALLVS EST] Exemplar unum: *Ista omnia facere debet in mallo ubi ipse amallus esse dignoscitur super quem &c.* Aliud: *Itta omnia in mallo debent fieri ubi illi est hamallus.* id est, *qui suscipit causam ad mallandum in vicem alterius.* Tit. 35. leg. Ripuariorum.

TIT. L.

ADFIRMARE] Sic veteres sex.

DE IPSIS CONIVRATORIBVS] Veteres duo, *de ipsis juratoribus.* Marculfus in formulis: *Sed nuncupatus ille nec ad placitum suum venit, nec ipsum sacramentum juravit, neque juratores sui, nec ullus fuit testatus qui sunia nunciasset.* Plaut. Pœnul. *Vos juratores estis, quæso operam date.* Seneca: *Quis unquam ab historico juratores exegit.* Nortmannis, *Iureurs.*

PERIVRASSET] Maximè in cauſis quæ ſub jurejurando finiendæ ſunt. can. 8. ſyn. Aurel.

TIT. LI.

FORBANNITI] Sic veteres tres. Alia quinque exemplaria, *Ferbanniti*. In Conſtitutionibus Caroli Magni: *De theloneis qui jam antea forbanniti fuerant, nemo tollat.* Et alibi: *Quicunque abhinc inante latronem receperit, maximè autem illum qui forbannitus fuerit.*

TIT. LII.

DE EO QVI FIDEM FACTAM] Gloſſar. *Qui vvadium alteri dat, & poſtea perſolvere ſpreverit.* Al. *De fide facta.* ſicut Baſilienſis editio, quam cum hac confer. Tit. 59. *nec de ulla lege fidem facere noluerit.*

ADMALLARE] Editio Germanica, *mannire ad mallum.* Marculfus in formula de cauſis alterius recipiendis: *Eò quòd propter ſimplicitatem ſuam cauſas ſuas minimè poſſit proſequi vel admallare, clementia regni noſtri petiit ut inluſtris vir ille omnes cauſas ſuas in vice ipſius tam in pago quàm in palatio noſtro admallandum proſequendúmque recipere deberet.*

IVDEX] *Tunginus.* Editio Germanica.

GASACCHIONEM] Al. *Gaſacchium.* Adverſarium cauſatorem. *Gegenſac. Vuithefsack.*

INDE IVM ADSTRINGAS] In form. Rom. *Inde ego te ex jure manu conſertum voco.*

IVDEX] Duo exemplaria, *Tunzinus.*

DEBITVM ASCENDAT] *La debte monte à neuf ſols.*

ADIACTIVVM] Videnda Notitia de jactivis. Marculfus in formulis: *Dum & illuſtris vir ill. Comes palatii noſtri teſtimoniavit quòd antedictus ille placitum ſuum legibus cuſtodivit, & eum adjectivit, vel ſolſaltivit, & ipſe placitum ſuum cuſtodire neglexit. Iectivus ſive negligens.* In formula quam adſcripſi tit. de Racinburg. infrà, & alibi apud Marculfum: *Ut dum ipſe tale ſacramentum habuit adfirmatum, & ipſum nullatenus juravit, nec ipſe nec juratores ſui, ſed exinde ſe jectivum dimiſit.* Et in adnunciatione Caroli apud Piſtas: *Et ſi ſacramenta legalia in primo die Luna poſt Paſcha juranda devenerint, aut in aliis feriis, quando mallum tenire debuerit, mittet quiſque Comes miſſum ſuum, qui ipſa ſacramenta auſcultet, ne ipſi homines jectivi inveniantur, & ipſe ſic mallum ſuum teneat ut Barrigildi.* Et *jectare* in Conſtitutionibus Caroli Magni: *Ut nullus præſumat hominem ad judicium ſine cauſa jectare, niſi judicatum fuerit.*

PER TRES MANNITAS] Trinundino, Rom.

PER SINGVLAS ADMONITIONES] *Pour chacun defaut.*

RACINBVRGIOS] Sic veteres tres Gloſſ. *Iudices.* Kero. *Cauſa, rabcha.* Tit. 57. leg. Ripuar. & in formulis Salic. *Ideo venientes pariter illo mallo ante illum Comitem vel reliquos racinburgios.* An *Rechtburgen?*

DE FORTVNA IPSIVS TOLLANT] Alioquin licuit res adverſarij poſſidere, donec ſatisfeciſſet. Gregor. Turon. 4. 46.

AVT DE VITA COMPONAT] Vide præfationem Burgund. leg. Marculfus in formula Qui ſe in ſervitio alterius obnoxiat. *Dum inſtigante adverſario, & fragilitate mea prævalente, in caſus graves cecidi, unde mortis periculum incurrere potueram; ſed dum veſtra pietas me jam morti adjudicatum de pecunia veſtra redemiſtis, vel pro mea culpa res veſtras quamplures dediſtis, & ego de rebus meis, unde veſtra beneficia rependere debuiſſem, non habeo, ideo pro hoc ſtatum meum vobis viſus ſum obnoxiviſſe, ita ut ab hoc de veſtro ſervitio penitus non diſcedam.*

TIT. LIII.

DE EO QVI GRAFIONEM] Vetus unum, *de andoctemito.* Editio Baſilienſis: *de andocmito.* Sugger. de poſſeſſion. monaſt. B. Dionyſij: *Ab oppreſſione exactorum regiorum, quos dicunt Graſſiones.*

ADMALLATVM] Additur in duobus exemplaribus, *vel adjectivum.* Aliud exemplar habet, *antequam legitimè admallatus aut fides ei facta fuerit.* Editio Baſilienſis: *Antequam eum per legem habeat admallatum aut conſecutum quòd ei in mallo fidem feciſſet.*

AVT SE REDIMAT] Editio Baſilienſis: *Aut vueregildeum ſuum redimat.*

TIT. LIV.

DE RE PRÆSTATA] Al. *de præſtata. Du preſt.*

SOLEM COLLOCET] Gregorius Turonenſis lib. 7. cap. 23. *Injuriоſus ad placitum in conſpectu Regis Childeberti advenit, & per triduum uſque occaſum ſolis obſervavit.*

SVPER ILLOS &c.] Vnde & moribus Ambianenſium multam fiſco inferunt qui ad diem non ſolverunt.

TIT. LV.

DE ÆNEO] Gloſſ. *de caldario.* Gloſſ. χαλκοῦν. Olla, æneum, miliarium. Gregor. Turon. 8. hiſtor. c. 6. *Conſpicio eminus æneum ſuper ignem poſitum fervere vehementer.* In formula conſecrationis ejuſmodi aquæ: *Ut ſi hic homo pro hac reputationis cauſa, furto videlicet, vel homicidio, aut adulterio, vel luxuria, aut pro qualibet cauſa culpa modò ad præſens manum ſuam in hanc aquam igne ferventem miſerit.* Vnde in conſuet. Nort. *ſe purger par eau & par igniſe.* & leg. Vuiſigott. *Examen caldaria.* Et communis apud nos loquutio: *I'en mettrois la main au feu.*

AD ÆNEVM] Gloſſ. interlinearis, *id eſt, ad judicium.* Aimoinus lib. 5. cap. 34. Art. 39. Iur. Sax. *Vel in aquam bullientem brachium uſque ad cubitum imponant.*

TIT. LVI.

SAGIBARONEM] Gloſſ. *dicuntur quaſi ſenatores.* Al. *Sachbarones. hommes de loy ou de cauſes.* Artic. 85. Conſuet. Hanno. Senatorum urbis Arvernæ meminit Gregor. Turonen. de glor. confeſſ. cap. 5. 42. 65. & 206. Senatorum Bituricenſium lib. 1. c. 31. Turonenſium lib. 2. c. 26. hiſtoriar. In ſynodo Aquiſgranenſi: *Senatores univerſi regni Francorum perfectæ ſe acclamaverunt.*

ID EST PLEBS QVÆ AD VNVM MALLVM CONVENIRE SOLET] Tacitus de moribus Germanorum: *Eliguntur in iiſdem conciliis & principes qui jura per pagos vicoſque*

reddunt. Centeni singulis ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas, adsunt.

TIT. LVII.

TVMVLVM] Gloss. *Tumbam.* Iornandes in histor. Gotthor. *Noctúque secreto cadaver est terræ reconditum, cujus coopercula primùm auro, secundò argento, tertiò ferri rigore communiunt.*

ARISTATONEM] Pag. 687. tit. 17. suprà. Pallio cadavera tegebantur. Apulejus 1. Floridor.

MANDVALEM] Gloss. *Cancellum qui desuper tumulum stat.* Einhardus lib. 1. de translatione beatorum martyrum Marcellini & Petri: *Sacra beatorum martyrum corpora notto recondita in absida basilica locavimus, & sicut in Francia mos est, superposito ligneo culmine linteis ac fericis palliis ornandi gratia conteximus, apponentes altare, ac duo vexilla dominicæ passionis, quæ in via feretrum precedere solebant, hinc atque hinc erigentes, locum illum divinis officiis celebrandis aptum facere curavimus.*

SELAVE] Alemannis columella *seule* dicitur. & tit. 7. leg. Baioar. *sul.* Inde *Hermsul*, Mercurij columna.

PONTICVLVS] In vita beati Evermari: *Post exequias accuratiori sepultura cohonestantes dimidio clypeo corpori ejus superposito, & altera clypei parte ei suppositâ.* In epistola Theodulphi Aurelianensis, & can. 9. synodi Meldensis: *Tumuli qui apparent profundiùs in terram mittantur, & pavimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente &c.* Einardus suprà pag. 687. tit. 17. In Gloss. Lipsij: *Sl. pigravi, sepulchro.*

CORPVS IAM SEPVLTVM] Nam vestitum sepeliebant cum ornamentis. Gregor. Turonen. lib. 6. c. ult. *Ablutúmque vestimentis melioribus induit.* Amalarius lib. 4. c. 41. Idem Gregor. lib. 8. cap. 21. *Sepulta est cum grandibus ornamentis & multo auro.* Paulò pòst: *Detexerunt sepulchrum, tollentes & auferentes omnia ornamenta corporis defuncti quæ reperire potuerunt.* Idem alibi: *Exinde vestitu atque ablutus in Ecclesiam defertur.* Et: *Adfuit quadam matrona, quæ ablutam dignis vestiit vestimentis.*

VVARGVS] hoc est, *dejectus & expulsus.* Sic vet. Gloss. & tit. 87. leg. Ripuar. *Vagus & profugus super terram*, ut habetur cap. 4. Genesis. Inde apud Sidonium lib. 6. ep. 3. *Vargus, Bandouiller.*

IN MODVM BASILICÆ] Gregor. Turonen. de glor. martyr. *Basilicam super tumulum sancti magnam ædificavit.* & 2. histor. cap. 14. Idem de glor. confess. cap. 51. & 105.

FACTVM] Sic veteres quinque.

QVICVNQVE HOSPITALITATEM DEDERIT] παρέχει σίτον apud Plutarch. in Cicerone. Alioquin quemcunque mortalium arcere tecto nefas habebant majores nostri. Cæsar lib. 6. Tacitus de moribus Germanorum.

TIT. LVIII.

DE INCENDIO VEL EXPOLIATIONE ECCLESIÆ] *Hæc capitula Domnus Ludovicus Imp. anno imperij sui quinto cum universo cœtu populi in Aquisgrani palatio promulgavit, atque legi Salicæ addere præcepit. Ipsáque postea cùm in Theodonis villa generalem conventum habuisset, ulteriùs capitula appellanda esse prohibuit, sed ut lex tantùm diceretur voluit.*

VEL VBI RELIQVIÆ] Gregor. Turon. 2. mirac. cap. 40.

DE ALTARI] 1. q. 3. c. *Quæsitum.* & c. *Gravem.* de excess. Prælat.

SI QVIS DIACONEM] Ita in omnibus.

TIT. LIX.

IN XL. NOCTES] In formula relationis cum judicio: *Sed postea taliter in jam dicto loco ipsi illi judicatum fuit ut in noctes quadragintæ apud homines* XXXVI. *manu sua trigesima septima in Ecclesia illa, in loco nuncupante illo, conjurare debeat.*

REX EXTRA SERMONEM SVVM EVM ESSE DIIVDICET] Extra mundeburdem. Marculfus in formula de mundeburde Regis: *Sub sermone*, inquit, *nostro & mundeburde quietus resideat.* Et alibi: *sub sermone tuitionis nostræ visi fuimus recepisse.*

PER LEGEM SE EDVCERE] Veteres quinque, *per legem sè edicere noluerit.*

ET QVICVNQVE EI PANEM DEDERIT] Cæsar 6. de bell. Gall. *Sacrificiis interdicunt. Hæc pœna est apud eos gravissima. Quibus ita interdictum est, ij numero impiorum ac sceleratorum habentur, ab iis omnes decedunt, aditum eorum, sermonem defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur.*

TIT. LX.

DE RACINBVRGIIS] Gloss. Keronis: *Causa, Rabcha.* In formula cautionis de infractu-ris: *Contigit quòd cellarium vel spicarium vestrum infregi, & exinde annonam vel aliam raupam in solidos tantum furavi, dum & vos & advocatus vester exinde ante illum Comitem interpellare feciſti, & ego hanc causam nullatenus potui denegare, sic ab ipsis Racinburgiis judicatum, ut per vuadium meum eam contra vos, hoc est, componere vel satisfacere debeam &c. Sed dum ipsos solidos minimè habui unde transsolvere debeam, sic mihi aptificavit, ut brachium in collum posui, & per comam capitis mei coram præsentibus hominibus tradere feci, in ea ratione ut interim quòd ipsos solidos vestros reddere potuero, & servitium vestrum & opera qualecumque vos vel juniores vestri injunxeritis, facere & adimplere debeam; & si exinde negligens vel factivus apparuero, spondeo me contra vos, ut talem disciplinam supra dorsum meum fatere jubeatis quam super reliquos servos vestros.*

EGO VOS TANGANO] *Adjuro, interpello.* Ribuar. tit. 30. *Et sine tangano loquatur & dicat: Ego ignoro utrum servus meus culp. an innocens de hoc extiterit.* Et tit. 60. *Tabularium interpellatum in judicio non tanganet, & nec alsaccia requirat, & sacramenta absque tangano conjurent.* In fœdere Ludovici & Caroli apud Nitardum, *plaid. Thing.* Gloss. vetus: *placium, plait, vel gedinge; placitare, Dengen.* Germ. *dingen*, accusare dicitur.

LEGEM IVDICETIS] Inde *Iugement de loy.* Hannonienss. mor. cap. 17. & Mont. cap. 2. & 15.

CONTRA VNVMQVEMQVE] *Amende de fol appel.* ut Ribuar. tit. 57.

TIT. LXI.

IN DVRPILO] *In liminari ſive veſtibulo.* Marculfus: *Et per durpilum & feſtucam ſibi foras exitum alienum vel ſpoliatum in omnibus eſſe dixit.* In vita S. Eugendi: *Clauſuram fortiſſimam ſuperſtitioſiſſimi templi, quod Gallica lingua Iſandor, id eſt, ferrei hoſtij.*

DE ILLA TERRA] Vnde moribus noſtris, *Mettre en ſa main le gazon de l'heritage.* In notitia traditionis: *Qualiter veniens il. die illo in villa illa ante bonos homines per hoſtium & axatoria ſeu terram vel herbam homini illi nomine ill. & conjugi ſuæ ill. rem illam viſus fuit tradidiſſe, non in fraude, ſed in publico, & per meam fiſtucam de jam dicta re illa exitum feciſſe.* Et alibi: *Per terram & per herbam ſeu per hoſtium viſus fuit tradidiſſe.* In formula traditoriæ de terra: *Miſſus ipſius feminæ ille ipſi miſſo monaſterij nomine illi per ipſum hoſtium de ipſa caſa per terram vel herbam, ſicut lex eſt, ad partem ſancti illius viſus eſt tradidiſſe, & per ſuam fiſtucam ipſum miſſum vel ipſam feminam de ipſis rebus ſe exutos ex omnibus eſſe dixiſſe.*

VLTRA SCAPVLAS IACTARE] Inde, *Riche par deſſus l'eſpaule.*

CAMISA] Al. *Camiſia.* Guitbert. de bello ſacro lib. 3. *Adoptionis autem talis pro gentis conſuetudine dicitur fuiſſe modus. Intra lineam interulam, quam nos camiſiam vocamus, nudum intrare eum faciens, ſibi adſtrinxit. Ad hæc omnia oſculo libato firmavit.*

DISCINCTVS ET DISCALCEATVS] *Deſceint & ſans houzeaux.* Artic. 72. Conſuet. Borbon. & cap. 20. Alverniæ artic. 4. Marchiæ 64. Inde *tendre & donner la ceinture. Et laiſſer les houzeaux.* Videatur quæſt. 46. Druſij.

TIT. LXII.

ALODE] In epiſt. Ioan. PP. VIII. *Proprietates Boſonis & Engeltrudis, quas vos alodium dicitis, filiabus eorum heredibus reſtituatis.* Marculfus: *Terra paterna. Aviatica.* tit. 58. leg. Ripuariorum. *Biens papoaux & aviins* VVaſconibus. Dicitur tamen & de conquiſito, ut notavi in Gloſſario ad Capitularia.

ET FILIOS NON DIMISERIT] Filiæ enim patri in alode non ſuccedebant, niſi aliter caviſſet. Marculfus in formula quæ extat apud Doctorem meum Obſervat. 8. Innominatus Auctor de formulis Salicis: *Dulciſſima filia mea, dum cognitum eſt qualiter ſecundum legem Salicam in portione paterna cum fratribus tuis filiis meis minimè potes accedere.* Sed nec in lege familiæ quam Burchardus VVormatienſis Epiſcopus ſcripſit: *Si ex familia*, inquit, *vir aliquis & uxor ejus obierint, & filium cum filia reliquerint, filius hereditatem ſervilis terra recipiat, filia autem veſtimenta matris & pecuniam operatam recipiat.*

QVICVNQVE PROXIMIORES] Vetus formula, Vt in locum filiarum nepotes inſtituantur ab avo: *Dulciſſimis nepotibus meis S. Dum peccatis meis facientibus genitrix veſtra filia mea, quod non optaveram, tempore naturæ ſuæ completo ab hac luce deceſſit, ego verò penſans conſanguinitatis cauſam, dum & pro lege cum ceteris filiis meis avunculis veſtris in alode mea minimè accedere potueratis, ideo per hanc epiſtulam vos dulciſſimi nepotes mei volo ut in alode mea poſt meum diſceſſum, ſi mihi ſuperſtites fueritis, &c.*

DE TERRA VERO SALICA] In donatione Caroli Magni Eccleſiæ Tigurinæ: *Atque inſuper in Honica duos manſos & dimidium præter Salicam terram de noſtra propria manu in ſuam manum ut juſtum eſt percepit.* id eſt, terra quæ hoſtibus devictis Regi militibúſve Saliis forte obtigit. Gregor. Turonenſ. hiſtor. 2. 27. Aimoin. 1. 12. Thoromach. 678. Hincmarus in vita beati Remigij. Vnde & *decima Salica* in deſcriptione hubarum ad curiam Furde pertinentium, apud Marq. Freherum vir. doct. Et Salica domus in Polyptico ſancti Galli, *tam marchis quàm ædificiis (excepta domo Salica) curtilibus terris &c. anno* XXXV. *Hludowici piiſſimi Regis.* Nam agri ex hoſte capti partim in publico, vel Principi, partim veteri poſſeſſori relinquebantur, partim militibus & veteranis in præmia aſſignabantur. Procop. 1. de bello VVandalico: *Gizerichus deinde ſi quid inter Afros boni fuerat, aut agri, aut rerum aliarum, omne inter filios diviſit Honorichum & Genzonem. Nam Theodatus omnibus junior jam deceſſerat ſine liberis. Ceteros item agros optimos Africæ à dominis ereptos VVandalis diſtribuit, qui adhuc hodie* κλῆροι βασιλικοὶ καλοῦνται. Malè interpres Latinus. Vnde in edicto Hunnerici apud Victorem Epiſcopum Vticenſ. lib. III. *Sortes Vandilorum.* Et lib. 10. leg. VViſigotth. tit. 2. *Sortes Gothica & Romanæ.* Sidonius lib. 7. ep. 6: *Limes Gothica ſortis.* Videantur leg. Burgund. & Caſſiodorus.

NVLLA PORTIO HEREDITATIS MVLIERI VENIAT] Carol. IV. de vita ſua: *Eodem anno obiit Carolus Francorum Rex, relicta uxore prægnante, quæ filiam peperit. Et cùm de conſuetudine regni filiæ non ſuccedant, provectus eſt Philippus filius ſoceri mei in Regem Franciæ, quia propinquior erat heres in linea maſculina.* Albertus Argentin. in Chronico: *Cùm Francia à nullo haberi dicatur in feudum, quamvis è contrà nullus per femininam lineam ſucceſſiſſe dicatur.* Vetus Chronicon: *Obeunte inhumatóque Carolo Pulchro, orta eſt quæſtio non modica quis in regno de ipſius progenie proximior exiſteret ad ſuccedendum &c. Tandem opinionibus & altercationibus ſopitis, per Principes & regni ſapientes concluſum fuit & unanimiter determinatum quòd regnum, eò quòd de conſuetudine & ſtatutis ejuſdem in genus femineum deſcendere non valebat, Comiti de Valeſio Philippo pertinere debebat.* Bald. ad l. 1. D. de ſenator. & ad tit. de feudo Marchiæ. Petr. Iacobus tit. de cauſis ex quibus Vaſall. Froiſſard. volum. 1. c. 4. Garibay lib. 26. hiſt. Hiſp. cap. 16. Et ſanè jure antiquo feudorum filiæ à ſucceſſione feudi removentur, quia feminæ neque faidam levare neque pugnam facere poſſunt. *lib. 1. de feud. tit. 1.*

TIT. LXIII.

DE EO QVI SE DE PARENTILA] id eſt, *de ejuratione cognationis.*

FVSTES

FVSTES ALNINOS SVPER CAPVT SVVM FRANGAT] An inde fustis fractio in funere Regum nostrorum? Et *Rompre le fust ou festu avec quelqu'un.* Sicut contrà moribus nostris, *Livrement de fust.* In vet. instrument. *Vnde ejusmodi auctoramentum priùs ibidem in capitulo quodam fuste, ut moris est, fecit, & postea eundem fustem super altare posuit.* Et alibi: *Ex quo molendino dum super altare donationem quodam fuste, ut moris est, faceret.* Item: *Postea hoc majus monasterium in capitulo nostro, quodam fuste qui apud nos nomine ejus inscripto in testimonium servatur, præsente Domino Abbate Alberto fecit guerpitionem.*

DE TOTA EORVM SE RATIONE] *De toute leur race.*

TIT. LXV.

MEDIETATEM PARENTES] Nam universa domus recipiebat satisfactionem. Tacit. de moribus Germanorum: *Suos enim opprimi quisque & circumveniri non patitur.* Cæsar.

TIT. LXVII.

HEREBVRGIVM] Equestribus *Herege*, Helvetiis *Herberger.* An inde *Hurebez?*

STRIA HOMINEM COMEDERIT] λαιστρυγών. *Striga, malefica.* Plaut. Pseudolo. *Strigibus vivis, convivis intestina quæ exedant.* Vid. tit. de homicidiis servor. lib. 1. Leg. Langobardorum. *Genichiales* Hincmaro dicuntur, *Genoches* Biturigensibus.

TIT. LXIX.

DE BARGO] *Ramo.* Tacit. de morib. Germ. *Proditores & transfugas arboribus suspendunt.* Invenio in Gloss. Saxonic. antiquiss. *Baar, feretrum.* Inde fortassis *Bargina*, νεκροφορός.

VTI INCROCATVR] Inde *Pendre au croc.*

QVOD INIMICVS] *Duellio.* Mos Francis solitus. Aimon. 5. 13.

VIVVM HOMINEM] In quæstionibus adhibendis more Francico, reus revinctis post tergum manibus, suspensus ad arborem dependebat. Gregor. Turon. lib. 5. histor. cap. 49.

TIT. LXXI.

DE TERRA CONDEMNATA] Totus hic titulus abest in omnibus exemplaribus. Ædificiorum condemnatorum fit mentio Speculo Saxon. libr. 3. tit. 1.

FRANCISCI PITHOEI GLOSSARIVM AD LIBROS CAPITVLARIVM.

Nunc prodit multò auctius & emendatius ex autographo ejusdem Pithœi.

ABSIS] V. 117. Canone 32. synodi Carthaginensis tertiæ. Veteres Glossæ: *Absida, sedes Episcoporum.* B. Augustinus Albinæ: *Ad nostra subsellia relicta turba redieram.* & paulò pòst: *Dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in absidem honoratiores & graviores ascenderant.* Idem Maximino Episcopo Donatistæ: *Transit honor hujus seculi, transit ambitio. In futuro Christi judicio nec absidæ gradatæ, nec cathedræ velatæ, nec sanctimonialium occursantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem.* Evodius lib. 1. de miraculis B. Stephani cap. 3. & lib. 2. cap. 2. Paulinus ad Severum: *In qua æquè absidem factam indicavit. Sed de hoc, absidam aut absidem magis dicere debuerim, tu videris; ego nescire me fateor, quia hoc verbi genus nec legisse reminiscor.* Sic veteres. Isidor. 15. orig. cap. 8. Hincmarus Rhemensis de gestis habitis pro divortio Thietbergæ: *Et sacri canones jubent ut pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, imposituram manuum & cilicium super capita à sacerdote, sicut ubique vulgatum est, ante absidam accipiant, quod unusquisque publicè pœnitens ab Episcopo suo, de cujus parrochia est, debet suscipere.*

ACTOR DOMINICVS] IV. 44. *actor rei dominicæ, Rationalis.* l. 11. C. Th. de jurisdiction. omn. Iudic. l. 4. de conlation. fundor. patrim. Significatur & actionis nomine quodlibet officium. Victor persec. African. 2. Iustinian. pragmat. Gregor. Turon. 4. histor. Franc. cap. 36. & de gloria martyr. 2. 16. Marculfus: *Ideo actionem comitatus, ducatus, patriciatus, in pago ill. quam antecessor tuus ill. videtur egisse, tibi ad agendum regendúmque commisimus.*

A CVPICTILE] I. 75. *Phrygium opus.* Isidor. 9. origin. cap. 19. Servius in illud Virgil. *Et phrygiam Ascanio chlamydem.*

ADNVNTIATIO] Append. II. 9. Sic *Adnuntiatio Karoli & nepotis ejus Lotharij apud S.*

Quiminum &c. Volumus vos ſcire quòd fecit noſter conventus. & alibi : *Adnuntiatio Karoli apud Piſtas.* Item : *Adnuntiatio Ludovici Regis apud Confluentem.*

ADRHAMIRE SACRAMENTA] III. 58. IV. 28. *jurare. Arramir* Francis.

Molt les oyſſez arramir,
Serement faire & foy plevir
Que par morir ne ly falleront.
Tel fra comm'il ſera feront.

ADRHAMIRE SE] III. 58. IV. 29. Marculfus : *Veniens ante nos homo ille ibi in palatio noſtro, placitum ſuum legibus cuſtodivit quod habebat apud hominem nomine illo, quod ipſe vel per ſuam ſiſtucam ante nos viſus fuit adrhamiſſe. Sed nuncupatus ille nec ad placitum ſuum venit, nec ipſum ſacramentum juravit.*

ADVENÆ] III. 18. *Aubains. Albani.* Nam Scoti vagi. Vide, *Scotorum hoſpitalia.* Sic à Sclavis *Eſclaves.* In vita Bonifacij Moguntini : *Ut à Sclavis Chriſtianorum terras habitantibus tributum exigatur, ne ſibi proprium vindicent quod colunt.* In duplomate Hlotharij & Hludouvici ad petitionem Eliſiardi Epiſcopi Pariſienſis : *Nec de liberis hominibus albaniſque ac colonis in ſupradicta terra commanentibus aliquem cenſum vel aliquas redhibitiones accipere.*

*ADVOCATI] IV. 3. *Advoez. Defenſores ſive protectores.* Ex Canone 99. Africanæ ſynodi poſt conſulatum Stiliconis inducta eſt advocatorum defenſio pro cauſis Eccleſiæ. Vide privilegium quod monaſterio Vttenburrhano conceſſit Karolus Magnus apud Bruſchium. In Edicto Cariſiacenſi Karoli Calvi anni DCCCLXIV. *Et ipſe ſic mallum ſuum teneat ut barigildi ejus & advocati, qui in aliis comitatibus rationes habent, ad ſuum mallum occurrere poſſint.* Chronicon Beſuenſe : *Anno octavo regni ſui Clotharius Rex defenſorem & advocatum Gengulfum virum illuſtriſſ. monaſterio Beſuenſi inſtituit. quod ejus littera indicant. Petiit à nobis ut illuſt. vir Gengulfus omnes cauſas ipſius monaſterij ad proſequendum & redintegrandum deberet recipere.*

AGENDA] V. 55. VI. 306. Synodus Karthaginenſis ſecunda cap. IX. *Agenda mortuorum* in lectionario B. Hieronymi. *Agenda veſpertina vel matutina* in regula B. Benedicti. Beda in vita Auguſtini : *Per omne ſabbathum à Presbytero loci illius agenda eorum ſollenniter celebrantur.*

AGGERES LIGERIS] IV. 10. *Turcis & levées de Loire.* Gloſſ. *Agger, prata, via publica.* Hieronymus in chronico : *Propter inundationem aggeres conſtruxit.*

ALODE] I. 120. Gallicum vocabulum. Plin. 21. 37. Sueton. in Iulio cap. 24. *Res mancipi* Sigeberto dicitur. Cap. 20. lib. 3. hic. Can. 42. ſynodi Meldenſis. Karolus in capitulis quæ conſtituta ſunt apud Sueſſionas anno 853. *Et poſtea in alodem data ſunt, ut deſcribant quæ ſint, & à quo vel à quibus in proprietatem data ſunt.* & in adnuntiatione Hludovici Regis : *Et illorum alodes de hereditate & de conquiſitu, & quod de donatione noſtri ſenioris habuerunt.* Ibidem : *Ut Miſſi noſtri his qui firmitatem fecerunt, alodes illorum quos de hereditate & de tali conquiſitu qui de noſtra donatione non venit &c. Hereditatem* Reginoni : *Vt perderent ingenuitatem & hereditatem.* Ado : *Baptizatis Saxonibus, ex ingenuitate & alode firmitas roborata.* Flodoardus ex Hincmaro : *Cupiens cavere ne cenſus ipſe deperiret, & villa in alodem verteretur, & eccleſiaſtica mancipia in ſervos & ancillas diſpertiantur.*

ΑΛΕΞΙΚΑΚΟΙ] VII. 356. ΑΛΕΞΙΚΑΚΟΙ Harmenopulo.

AMBO] I. 82. *Pulpitum.* Beatus Cyprian. epiſt. 33. & veteri interpr. can. 25. ſynodi Laodicenæ. Epiphanius Tripartitæ X. cap. IV. *Epiſcopus verò Eutropio ſub altare jacente, nimióque repercuſſo timore, reſidens ſuper ambonem, ubi ſolebat priùs facere conſuetum ſermonem.* Socrat. VI. cap. V. ΚΑΘΕΖΟΜΕΝΟΣ ΤΟΥ ΤΟΥ ΔΙΔΑΣΚΕΙΝ, ΟΠΕΡ ΕΙΩΘΕΙ Ο ΠΡΟΫΣΤΩΣ ΟΜΙΛΕΙΝ, ΧΩΡΕΙ ΤΟΥ ΙΕΡΑΚΟΥΣΟΥΣ. Zonaras in Anaſtaſ. ΟΙ ΔΕ ΤΟΥ ΔΙΔΑΣΚΕΙΝ ΟΥΣ ΤΟΥΣ ΙΕΡΕΙΣ ΚΑΛΟΥΣΙΝ ΕΣΤΩΤΑΣ. Euſtathio in Odiſſ. ΟΡΥ ΛΕΞΙΣ, Ο ΦΑΣΙ ΥΠΕΡΟΧΗΝ Ο ΕΝΙΟΙ ΟΡΡΩ. Benedictus cunctis Epiſcopis in Caroli gloriosi Regis regno morantibus : *Vt in divinis celebrandis myſteriis, more Subdiaconorum, ſacras lectiones, conſcendens ambonem, populis nuntiaret.*

ANGELORVM NOMINA] I. 16. contra Adebertum & Clementem. In ſynodo Romana ſub Zacharia Papa, quæ refertur in vita Bonifacij : *Cumque per ordinem legeretur, pervenit ad locum ubi ait : Precor vos & conjuro vos & ſupplico me ad vos angele Vriel, angele Raguel, angele Tubuel, angele Michael, angele Adimis, angele Tubuas, angele Sabaoth, angele Simibel. Dum verò hac oratio ſacrilega uſque ad finem perlecta fuiſſet &c. Quid aliud agendum eſt niſi ut omnia quæ coram nobis lecta ſunt igne concrementur? Octo enim nomina angelorum quæ in ſua oratione Adebertus invocavit, non angelorum, præter Michaelis, ſed magis dæmonum nomina ſunt &c. Nos autem, ut à veſtro ſancto apoſtolatu edocemur, & divina tradit auctoritas, non plus quàm trium angelorum nomina agnoſcimus, id eſt, Michaël, Gabriel, Raphael.*

ANNONA] I. 112. 125. Gregorius Turon. 3. de virtut. B. Martini cap. 3. *Accepta annona ad molam vadit, impoſitóque tritico, molam manu vertere cœpit.* Art. 59. Speculi Saxonum : *Qui priùs annonam molendino præſentaverit, priùs molere debet.*

A QVÆ FERVENTIS AVT FRIGIDÆ IVDICIVM] IV. 13. Additione IV. 113. Leg. Friſio. tit. 3. Burchardus in lege quam dedit familiæ. Hincmarus pro Lothario : *Hoc examinandus judicio conligatus in aquam dimittitur, & aut purgatus ſtatim judicio arbitrorum abſolvitur, aut uſque ad purgationem conligatus judicio examinatur.* Idem Hincmarus contra Hincmarum Laudunenſem : *Præfati homines quia non liberæ conditionis ſunt, aut cum aqua frigida, aut cum aqua calida, inde ad judicium Dei exirent.* Cujus ritus & aliorum ejuſmodi & precum concipiendarum formulæ variæ pro cujuſque regionis more editæ ſunt. Quæ ſequuntur, extant in ordine Dunſtani Dorobernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi ex bibliotheca illuſtris Eccleſiæ Pariſienſis & mea.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[In hoc loco Franciſcus Pithœus edidit formulas precum quibus uti ſolebant antiqui in judiciis Dei. Nos illas heic omiſimus, quia editæ ſunt ſuprà inter formulas exorciſmorum Tit. III. IV. & V.]

ARMA] III. 22. VI. 90. Can. 17. ſynodi Moguntinæ: *Laicis verò qui apud nos ſunt arma portare non præjudicemus, quia antiquus mos eſt & ad nos uſque pervenit.* Can. 8. ſynodi Salegunſt. *Decretum eſt etiam ut nemo gladium in Eccleſiam portet, regali tantùm excepto.*

AVCTORITAS] I. 82. Videnda quæ ex ſynodi Rhemenſi & Toletano referunt Burchardus lib. 2. Collectarij canonum & Ivo parte 6. Decreti.

B

BALATIONES] VI. 196. Can. 62. ſynodi ſextæ in Trullo. Can. 80. ſynodi Brach. & ſynodi Rom. ſub Lothario & Ludovico cap. 35. *Ut ſacerdotes admoneant viros & mulieres qui feſtis diebus ad Eccleſiam conveniunt, ne balando & turpia verba decantando choros teneant & ducant.* Nobis *Balz.* Apud Vopiſcum *Balliſtea.* Gloſſ. βαλλίζω, *ballo.* Meminit & Athenæus τῷ βαλλιστῷ.

BANNVS DOMINICVS] III. 63. IV. 1. VII. 22. 31. 32. *Bannus regius* lib. 2. Speculi Saxonici art. 61. *id eſt, multa quæ eſt ſexaginta ſolidorum.* Inde conſuetudinibus noſtris majores multæ ſolidis ſexaginta frequentiùs taxantur. *Bannus francilis* in edicto Karoli regis Cariſiacenſi de monetis.

ANNONAM SVPER BANNVM DOMINICVM RAPERE] III. 66. Abbo: *Quòd ſi is locus interdicto veſtro &, ut ſollemniter dicamus, veſtro banno jure tenetur adſtrictus.*

PROPRIETAS SIVE POSSESSIO IN BANNVM MISSA] III. 45. IV. 24. Hincmarus Karolo Regi: *Quicquid de rebus & facultatibus eccleſiaſticis ſibi in epiſcopali ordinatione munere Spiritus ſancti ad gubernandum & diſpenſandum commiſſis acceperat, juſſione veſtra per Vicecomitem illius pagi in bannum, quod in lingua Latina proſcripsio confiſcando vocatur, eſt miſſum.*

BANNIRI] III. 40. Marculfus: *Ideo jubemus ut omnes pagenſes veſtros tam Francos quàm Romanos bannire & locis congruis per civitates, vicos, & caſtella congregare faciatis.* Fredegarius ſcholaſticus, ſive continuator Gregorij Turonenſis: *Exercitum in auxilium Siſenandi, totum regnum Burgundiæ bannire præcepit.*

BAPTIZENTVR DE QVIBVS DVBIVM EST VTRVM BAPTIZATI] VI. 184. In epiſtola Gregorij Papæ ad Bonifacium Moguntinum: *Baptizentur à paganis baptizati.* VII. 401. in altera epiſtola Gregorij Papæ ad eundem Bonifacium. Videatur epiſt. Zachariæ Papæ in vita ejuſdem Bonifacij.

BASTONICVM.] VI. 97. *Arctiſſima cuſtodia.*

BATTERE] I. 75. *battre.* In admonitione Karoli Piſtis: *Et de manopere in ſcuria battere noluit.* Repperio in Gloſſario: *Battutum*, τυπτητὸν. *Battuit*, κατέδωσε, quomodo ſcribendum videtur apud Suetonium. Sic *Battualia* quæ vulgò *battalia*, exercitationes militum vel gladiatorum Adamantio Martyrio. Inde *Battaile.*

BAVGA] Append. II. 5. *Armilla.* VI. 223. *Bogen* quidem Alamannis *arcus.*

BENEFICIVM] I. 157. In vita ſancti Gothardi Epiſcopi Hildeſemenſis: *Inſtitutum monaſticum præclarè illic profecit uſque ad diſſenſionem quæ extitit inter Ludovicum Caroli magni filium & liberos ejus. Ea enim tempeſtate complures ſpoliabantur Eccleſiæ, monaſteria vaſtabantur, atque in his etiam Altahenſe, cujus poſſeſſiones à fidelibus ei collatæ militantibus, pro voluntate eorum qui ſic debacchabantur, beneficij imò verò maleficij nomine attribuebantur.* In vita beati Guiberti confeſſoris cap. x. apud Surium to. 3. Guibertus apud Cæſarem accuſatur *quòd Gemmelacu regalem piſcum, majoribus ipſius munificentia imperiali loco beneficij attributum, in partem proprietatis ſuæ uſurpaverit, & injuſſu Regis, fundato ibi cœnobio, in ſortem eccleſiaſtici juris injuſtè transfuderit. quod fieri nullo modo lex publica ſinit.*

BENEFICIARIO IVRE] In capitulis Regis Karoli VI. In diplomate Karoli Calvi Imp. Kal. Oct. Indict. VIII. in pago Andegavenſi apud Flodoard. lib. 3. hiſt. Rhem. cap. 4. *Proinde noverit omnium fidelium Dei ac noſtrorum ſolertia quia res ex epiſcopatu Rhemenſi, quas magna neceſſitate, & per omnia inviti, dum à paſtore ſancta ſedes illa vacaret, fidelibus noſtris ad tempus, unde quoddam temporale ſolatium in noſtro haberent ſervitio, commendavimus, electo & ordinato munere ſancti Spiritus per Dei & noſtram diſpoſitionem in eadem ſancta ſede Hincmaro Archiepiſcopo, hoc noſtræ auctoritatis præcepto, cum integritate quicquid exinde nos fidelibus noſtris beneficiavimus, præſentaliter reſtituimus.* Ibidem: *Quicquid ex eadem epiſcopatu, quando de manu Fulconis illud recepimus, alicui præſtito beneficio conceſſimus.* Nollem virum multæ lectionis ex interpretatione Gallica alienis à ſenſu verbis hoc idem diploma retuliſſe.

BLASPHEMARE] III. 12. *Blaſmer de faux jugement.*

BREVE] III. 82. *brevis* App. II. 9. Can. 4. ſynodi Meldenſis. Gloſſar. πιττάκιον, pittacium, brevis. Anna Alexiad. ἐκ τῶν βίβλων ἃς μέσον τιθέασι τῶν καλουμένων πραξίβενθρ, βρεῦσις παῦλα ἡ σωμάτων εἴτε καλῶν, ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐκάστου τέρματα ἤτοι κτημάτια. Cap 32. Reg. B. Benedicti. Inde *brevet* & *Brief.*

BRVNIA] III. 14. VI. 223. Addit. IV. 94. *Lorica.* Nobis *Brunie. Vt omnis homo de duodecim manſis Bruniam habeat.* Inde *feuda loricæ* quæ Nortmannis *fiefs de haubert.* ſicut *ſcutagium*, *id eſt ſervitium ſcuti*, Anglis. Invenio tamen vetuſtiori Saxonum lingua *Brynn* galeam ſignificare.

BVCCELLÆ] VI. 194. Can. 50. ſynodi Matiſconenſis. ψώμια Ioan. 10. Concil. Tolet. 16. can. 6. Tertullianus de monogamia cap. XI. *Et illi planè ſic dabunt viros & uxores quomodo buccellas.* Evodius de miraculis beati Stephani: *Megetia buccellam omni die in oleo ſanctificato tinctam priùs accipiebat, & ſic ceteros cibos ſumebat.* Bernoldus Preſbyter Conſtantienſis in

expoſitione ordinis Romani conqueritur in quibuſdam Eccleſiis oblatas panis, quæ priſca Eccleſiæ conſuetudine ad uſum ſacrificij à populo fideli ad menſam Domini offerebantur, ad imaginem nummorum & ad tenuiſſimam quandam & leviſſimam formam à veri panis ſpecie alienam fuiſſe redactas. Honorius lib. 1. Gemmæ animæ: *Et quia populo non communicante non erat neceſſe panem tam magnum fieri, ſtatutum eſt in modum denarij formari.*

BVTTICVLARIVS] Append. III. 6. Gloſſar. βύτλιον, *Capella.* βύτλις, *Cupa.* Gloſſ. Germanicianum: *Cupa*, Vagna, βύτις μεγάλη, ὃν τινες γαυλὸν καλοῦσιν. & in inſtrumento veteri apud Doctorem meum: *buttæ, buticellæ.* Inde *Coupe, Bouteille, Cuve, Bagnoire, Botte de vin.*

C

CAMPVS] II. 46. In duplomate Roberti Regis: *legem duelli, quod vulgò dicitur campus.* Mos Francis ſolitus armis impacta diluere. Aymoin. 5. 13. lib. 2. Neapolit. conſtit. tit. 32. 33.

CAMPIO] IV. 23. *Champion.* Alamannis *Kampffer.* Burchardus in lege quam dedit familiæ: *Duo eligantur ad pugnam, & cum duello litem decernant; & cujus campio ceciderit, perdat &c. Ainſi le battu payoit l'amende.*

CANCELLARII] III. 43. Gloſſ. *Cancellarij, ἀρχιγραμματεῖς. qui chartas ſcribunt.* I. 152. Can. 44. ſynodi Cabillon. 2. *Tabelliones. Notarij* Anian. l. 1. C. Th. ad leg. Cornel. de falſis.

CANCELLARIVS] II. 24. In vita B. Auſberti: *Cœpit eſſe aulicus ſcriba, doctus, conditórque regalium privilegiorum, & gerulus annuli regalis quo eadem ſignabantur privilegia.* In conſtitutione Karoli Calvi facta in Cariſiaco anno DCCCLXI. *Preterea neceſſarium duximus ut commendationem noſtram ex hoc ſcribere rogaremus, quæ ex more in noſtro palatio apud Cancellarium noſtrum retineatur, & inde per Miſſos noſtros dirigatur.* Hincmarus Rhemenſis ad Epiſcopos quoſdam Franciæ: *Cui (Apocriſiario) ſociabatur ſummus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur; erántque illi ſubjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui precepta regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter cuſtodirent.*

CANES IN DEXTRO ARMO TONSI] VI. 236.

CANTVS GALLICANVS] I. 74. Karol. M. Imp. lib. 1. contra ſynodum Græcorum de imaginibus; quem ea de re quatuor libros Romam miſiſſe Hincmarus refert. *A cujus (Romana Eccleſiæ) ſanctæ & venerandæ communione multis recedentibus, noſtræ tamen partis nunquam receſſit Eccleſia; ſed ea apoſtolica eruditione inſtruente, & eo à quo eſt omne donum optimum tribuente, ſemper ſuſcepit reverenda chariſmata. Quæ dum à primis fidei temporibus cum ea perſtaret in religionis ſacræ unione, & ab ea paulò diſtaret, quod tamen contra fidem non eſt, in officiorum celebratione, venerandæ memoriæ genitoris noſtri illuſtriſſimi Pippini Regis cura & induſtria, ſive adventu in Gallias reverentiſſimi & ſanctiſſimi viri Stephani Romanæ urbis antiſtitis, eſt ei etiam in pſallendi ordine copulata; ut non eſſet diſpar ordo pſallendi quibus erat compar ardor credendi, & quæ unita erant unius ſanctæ legis ſacra lectione, eſſent etiam unita unius modulationis veneranda traditione, nec ſejungeret officiorum varia celebratio quæ conjunxerat unica fidei pia devotio. Quod quidem & nos collato nobis à Deo Italiæ regno fecimus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ faſtigium ſublimare cupientes, reverentiſſimi Papæ Adriani ſalutaribus exhortationibus parere nitemur; ſcilicet ut plures illius partis Eccleſiæ, quæ quondam apoſtolicæ ſedis traditionem in pſallendo ſuſcipere recuſabant, nunc eam cum omni diligentia ampletlantur, & cui adhæſerant fidei munere, adhæreant quoque pſallendi ordine. Quod non ſolùm omnium Galliarum provincia, & Germania, ſive Italia, ſed etiam Saxones, & quadam aquilonalis plagæ gentes per nos Deo annuente ad veræ fidei rudimenta converſæ facere noſcuntur.* De quo conqueritur Leidradus Archiepiſcopus Lugdunenſis ad Carolum Imperatorem. *Habeo*, inquit, *ſcholas cantorum, ex quibus plerique ita ſunt eruditi ut etiam alios erudire poſſint. Præter hæc habeo ſcholas lectorum.* Molanus cap. 42. lib. 2. de Canonicis ex hiſtoria Lugdunenſi per Paradinum lib. 2. c. 20. Idem Karolus in præfatione Omiliarij totius anni. Einhardus. Chronicon Engoliſmenſe: *Mox petiit Dominus Rex Karolus ab Adriano Papa cantores qui Franciam corrigerent de cantu. At ille dedit ei Theodorum & Benedictum Romanæ Eccleſiæ doctiſſimos cantores, qui à ſancto Gregorio eruditi fuerant. Tribuitque antiphonarios ſancti Gregorij, quos ipſe notaverat nota Romana. Dominus verò Rex Karolus revertens in Franciam, miſit unum cantorem in Metis civitate, alium in Sueſſionis civitate, præcipiens de omnibus civitatibus Franciæ magiſtros ſchola antiphonarios eis ad corrigendum tradere, & ab eis diſcere cantare. Correcti ſunt ergo antiphonarij Francorum, quos unuſquiſque pro arbitrio ſuo vitiaverat, vel addens vel minuens; & omnes Franciæ cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant notam Franciſcam. Excepto quòd tremulas vel colliſibiles vel ſecabiles voces in cantu non poterant perfectè exprimere Franci, naturali voce frangentes in gutture voces potiùs quàm exprimentes. Majus autem magiſterium cantandi in Metis civitate remanſit.* Vide Agobardum pag. 400. VValfridum Strabum de rebus eccleſiaſt. cap. XXV. & Ioannem Saliſber. lib. 1. Policrat. cap. VI.

CAPITVLARE] *Capitulare dominicum.* Tit. IX. Pœnitent. Roman. cap. 13. *A capitulis.* Hadrianus Papa Karolo Magno: *Edidit nobis Capitulare adversùs ſynodum &c. Vnde per unumquodque capitulum reſponſum reddidimus.* In lege Longobardorum: *Iam non ulteriùs capitula, ſed tantùm leges dicantur.* Aymoin. 5. 35. Lupus Ferrarienſis epiſt. 42. *Canones eoſdem ſive, ut vos vocatis, capitula.* Capitularium tributorum apud Gregor. Turon. lib. 9. cap. 30. *Capdaſtre* Septimanis Gotthis.

CAPELLA] V. 334. Can. 5. ſynodi Aquiſgran. Can. 5. ſynodi Rhemenſis. Hincmarus clero & plebi Tornacenſi: *De capellis antiquitus ſubjectis Eccleſiis non æqualem ſicut de principalibus Eccleſiis collationem exigat. Sed princi-*

palis Ecclesia cum sibi subjectis capellis. Capellani Presbyteri. V. 2. Hincmarus ad Episcopos quosdam Franciæ : *Apocrisiarius autem, quem nostrates Capellanum vel Palatij custodem appellant, omnem clerum sub cura & dispositione sua regebat.* Ibidem : *Apocrisiarius quidem de omni ecclesiastica re vel ordine, necnon etiam de canonicæ vel monasticæ altercatione, seu quacunque Palatium adibant pro ecclesiasticis necessitatibus, sollicitudinem haberet, & ea tantummodo de externis Regem adirent quæ sine illo plenius definiri non potuissent.* Valafridus Strabo Abbas Augiensis capite ultimo de exordiis & incrementis rerum ecclesiasticarum : *Sunt & illi quos summos Capellanos Franci appellant, Clericorum cœtus prælati. Cappellani autem minores &c. Dicti autem sunt primitus Cappellani à Cappa sancti Martini, quam Reges Francorum ob adjutorium victoriæ in prœliis solebant secum habere; quam ferentes & custodientes cum ceteris sanctorum reliquiis Clerici, Cappellani cœperunt vocari.* Monachus quidam S. Galli : *Quendam optimum dictatorem & scriptorem in Capellam suam assumpsit, quo nomine Francorum Reges propter Cappam S. Martini, quam secum ob sui tuitionem & hostium oppressionem jugiter ad bellum portabant, sancta sua appellare solebant, vel patrocinia sanctorum* V. 2. In formula chartæ audientialis : *Dum inter se contenderent, sic eidem à proceribus nostris, in quantum inlustr vir ille Comes palatij nostri testimoniavit, fuit judicatum, ut de quinque denominatis idem ille apud tres & alios tres sua manu septima tunc in palatio nostro super capella Domni Martini, ubi reliqua sacramenta percurrunt, debeat conjurare.* Eckerthardus in vita beati Notkeri to. 6. Canisij pag. 932. *Capsam solidè auream, gemmis regaliter inclitam, reliquiis summis refertam, in modum Capellæ formatam, cujus superscriptio sic est :*

En crucis atque pie cum sanctis capsa Maria.
Hanc Carolus summam delegit habere Capellam.

Et : *Capsam illam suspendens collo.* Evodius lib. 1. de miraculis beati Stephani : *Capella argentea, in qua erat reliquiarum portio.*

Capvlare] I. 75. Hincmarus Remensis Archiepiscopus in libro contra Hincmarum Laudunensem, de sententiis Engeltramno Metensium Episcopo datis : *Quàm diversa à sacris canonibus, & quàm discrepantes in quibusdam ab ecclesiasticis judiciis habeantur, ut hic quædam de plurimis ponam, evidenter manifestatur. Delatori, inquit, aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur &c.* In legibus Longobardorum : *Nasus ei capuletur. Le nez luy soit coupé.*

Diaconvs in cardine constitvtvs in vrbe Roma] I. 133. Gloss. *Cardinalis,* γεγγραμμένος. *Diaconus Cardinatus* Gregorio Magno, *Incardinatus & Cardinarius* Hincmaro & aliis. *Cardinalis Diaconus, qui dalmatica utitur, & cujus lævam pallia linostima tegunt*, canone VI. synodi Romanæ sub Sylvestro, quòd in ejus potestate ac moderatione verteretur diaconia (xenodochium in vita Gregorij I. 164.) sive hospitale pauperum cum sua capella, ut Petrus Vrbevetanus intepretatur in vitam Fabiani. Ex quo canone manifestum est septem fuisse Diaconos Cardinales urbis Romæ, & ex eis, 7. Subdiaconos usque ad Lectores omnes illis subditos. Fortasse à cardine in quo vertitur ostium, unde & cardines mundi septentrio & meridies, quòd in ipsis cœlum volvitur. Inde *Cardinales Donatistæ* B. Augustino lib. 1. de baptismo adversùs Donatistas, tanquam cardines factionis. Et *Cardinales tituli in urbibus & suburbiis* can. 54. synodi Meldensis. *Cardinales Presbyteri* in epistola Zachariæ Papæ ad Pippinum Majorem domus, Episcopos, & Abbates in regione Francorum constitutos. *Quartum capitulum est*, inquit, *de Presbyteris agrorum, quam obedientiam debeant exhibere Episcopis & Presbyteris Cardinalibus. Ex Concil. Neocæsarien. cap. 13. ita continetur. Presbyteri ruris in Ecclesia civitatis Episcopo præsente vel Presbyteris urbis ipsius offerre non possunt.* Et XV. capitulo : *Vt in eodem loco nec futuris temporibus baptisteria construantur nec Presbyter constituatur Cardinalis. Sed si ibi Missas facere maluerit, ab Episcopo noverit Presbyterum postulandum.*

Casati homines] III. 80. *Casati vasalli* LXXIII. *qui intra casam serviunt.* Ivo epistol. 105. Chronicon Andegavense : *Tertullum uxore ei tradita, adæquando beneficio Landonensi castro & aliquibus terris tam in pago Gastinensi quàm in aliis locis per Franciam, casatum fecit.*

Casata] V. 3. Zacharias Bonifacio coëpiscopo : *De censu autem Ecclesiarum, id est, solidum de casata suscipe, & nullam habeas hesitationem, dum ex eo poteris eleemosynas tribuere ac in Christi pauperes partiri.* Corruptè Romana editio *Cassata.*

Castitia] V. 279. Vetus formula : *mansis ad commanendum, cum castitiis suprapositis, terris arabilibus.* In epistola Episcoporum diœceseos Rhemorum atque Rothomag. ad Hludovicum : *Iudices &c. ædificent villas suas moderatis castitiis.* & alibi : *Et in castitiis & in villis custoditis.* In duplomate Karolomanni : *Cum omnibus appenditiis ad eundem mansum pertinentibus & aspicienibus, castitiis, campis, pratis, silvis, pascuis, exitibus & regressibus aquarum, & earum decursibus.*

Cavcvlatores] I. 62. *Gaucher* Alamannis. *Circulatores, præstigiatores, cocleavij.*

Cavsam qværere] III. 40. *Conquirere* 38. *Adquirere.* 51. *Causator.* 10. *litigator.*

Centena] III. 10. IV. 23. *Hundred* Anglis. Vetus Chronicon in Aluredo : *Centurias quas hundredas vocant, & decimas quas thetinge appellant instituit, ut omnis Angligena legaliter vivens & centuriam habeat & decimam. Quòd si quis alicujus delicti argueretur incommodo, statim exhiberentur ex centuria qui eum vadarentur & decima.* Eadem omnino ratione *la Septaine* Biturigibus & *Quintes* Andegavensibus appellantur.

Centenarii] II. 28. III. 11. 79. IV. 26. *minores judices, ministri comitum.* Can. 21. synodi Cabillon. 2. can. 50. syn. Mogunt. can. 1. synodi Ticinensis. Vvalafridus Strabo : *Centenarij, qui & Centenariones, vel Vicarij, qui per*

pagos ſtatuti ſunt, Presbyteris plebium, qui baptiſmales Eccleſias tenent, & minoribus Presbyteris præſunt, conferri queunt.

CHARTA INGENVITATIS] III. 38. *Epiſtola ingenuitatis* Marculphus: *Propterea te per hanc epiſtolam noſtram, ſicut mihi juſſum eſt, ab omni vinculo ſervitutis abſolvo, ita ut deinceps tanquam ſi de ingenuis parentibus fuiſſes procreatus vitam ducas ingenuam, & in nullo ſervitio inclinari poſſis, ſed per hanc epiſtolam ingenuitatis, ſicut nobis juſſum eſt fieri, bene & integrè ingenuus cunctis diebus vitæ tuæ debeas permanere. Si quis verò &c.*] *Homo Chartularius* VI. 213. per chartam ſive epiſtolam liber factus. Leo Holtienſis Epiſcopus cap. 11. Chronici Caſſinenſis: *Servos quidem ſuos & ancillas omnes priùs per chartulam libertate donavit.* Non diſſimiliter cap. 84. Conſuet. Hannon. *Villes chartrées* dicuntur.

CHRISMA SVB PRÆTEXTV MEDICINÆ VEL MALEFICII] V. 145. III. 55. Can. 18. ſynodi Arelatenſis, can. 27. ſynodi Mogunt. *Nam criminoſos eodem chriſmate unctos aut potatos nequaquam ullo examine deprehendi poſſe à multis putabatur.* Burchardus VVormat. lib. 19. collect. cano. *Bibiſti chriſma ad ſubvertendum Dei judicium &c.* Can. 4. ſynodi Tribur. can. 3. & 20. ſynodi Turonenſis.

CLAMOR] II. 33. *Clain.* In duplomate Hludouvici: *Contra regiam majeſtatem noſtram ſi quis injuſtè aliquid commiſerit, clamorem de illo ad Abbatem faciemus.* Inde *clamatores* II. 12. III. 7. 59.

CLAVSÆ.] V. 279. *Cluſa, Scluſa, interpoſitiones.* Inde *Eſcluſes.*

COCLEARII] I. 21. Canone 36. ſynodi Laodicenſis: μάγους ἢ ἐπαοιδοὺς ἢ, ἢ μαθηματικοὺς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια. Hincmarus.

COCCIONES] App. I. 34. VI. 379. *Coquins.* Sangallenſis monachus lib. 2. de geſtis Karoli Magni: *Reſponſumque accipiens quòd quidam coccio deraſus inſulſus & inſaniens, linea tantùm & femoralibus indutus.*

COLLECTA.] III. 63. V. 201. *cum colligitur populus.* VValafridus Strabo cap. ult. de exordiis rerum eccleſiaſticarum.

COMAM DIMITTERE IN POENITENTIA.] V. 116. Gregorius Turon. 6. 28. *Caput totondit, atque pœnitentiam accipiens, ſpiritum exhalavit.*

COMITES.] II. 6. 9. 10. 12. 23. *Adſeſſores judicum* Papiniano. l. 4. D. de offic. adſeſſor. Francis *Iudices ordinarij.* Gregor. Turonenſ. de B. Nicetio: *Nam vidi ego quodam tempore Baſilium Presbyterum miſſum ab eo ad Armentarium Comitem, qui Lugdunenſem urbem his diebus poteſtate judiciaria gubernabat.* Idem de B. Gregorio Lingonenſi Epiſcopo: *In comitatu poſitus regionem illam per quadraginta annos juſtitia comitante correxit. Erat enim ſeverus atque diſtrictus in malefactoribus, ut vix ei ullus reorum poſſet evadere.*

COMES PALATII] III. 77. V. 303. *Comes palatij* in vita B. Auſtreberthæ ſub Dagoberto. *Comes ſacræ aulæ* Gunthero. Hincmarus ad Epiſcopos quoſdam Franciæ: *Comitis palatij inter cetera penè innumerabilia in hoc maximè ſollicitudo erat ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ propter æquitatis judicium palatium aggrediebantur, juſtè ac rationabiliter determinaret, ſeu perversè judicata ad æquitatis tramitem reduceret. Si quid verò eſſet tale quod leges mundanæ hoc in ſuis definitionibus ſtatutum non haberent, aut ſecundùm gentilium conſuetudinem crudelius ſancitum eſſet quàm Chriſtianitatis rectitudo vel ſancta auctoritas meritò non conſentiret, hoc ad Regis moderationem perduceretur &c.* Einardus in vita Karoli Magni: *Si Comes palatij litem aliquam eſſe diceret quæ ſine ejus juſſu definiri non poſſet, ſtatim litigantes introducere juſſit, & veluti pro tribunali ſedens, lite cognita ſententiam dixit.* In duplomate Ottonis III. an. 1001. *Et quicquid contentionis inter eos emerſerit definiat ſicut definiendum eſſet ante nos vel noſtrum Miſſum ſeu Comitem palatinum.*

COMIATVS] V. 18. Can. 9. 13. ſynodi Vernis habitæ. Can. 3. Aurelia. 4. *Conſé.*

COMMENDATITIÆ LITERÆ,] I. 3. συσταλικὰ can. 13. ſynodi Calched. ξένος (*inquit*) κοινωνὸς ἢ ἀγνώστος ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἄνθρωπος συσταλικῶν γραμμάτων τῶν ἰδίων θεοφιλεστάτων, μὴ ὄντων μεταμὲν χειροτονίας. Sic veteres. Malè vulg. ξένος κοινωνὸς ἢ ἀκατάγνωστος. Malè in editione Romana Lectores. τιτυλικὰ δὲ, ait Zonaras, ὑπόμνημα λέγονται αἱ ψυχικαὶ ἐπιστολαὶ κοινωνικὰς ἢ κοινὰς ἀποκαλοῦσιν, ἢ ἀγνώστοις παντάπασιν ἢ ἑτέρᾳ πόλει ἀσκῆσαι, ἢ συνιστῶσι τῷ ἐν ᾗ σπουδὴ ἐκείνη θεοφιλεστάτους ἄνδρας, οὓς μάλιστα δεῖ παιδεύειν ἢ πίστει ὀρθῇ. Septimus tamen canon ſynodi Antiochenæ vetat μηδένα αὖθι ἐπιστολὰς δέχεσθαι τῶν ξένων, cùm ἐπιστολὰς epiſtolæ, quæ & συστατικὰς dicuntur, οὐκ ἀδιδόασιν οἱ θεοφιλέστατοι κλῆροι τῶν μαθητευθέντων εἰς ἐπίσκοπον, ἢ τοῖς μαθητευτέοις, ἀλλ' ἢ τὰ παθόντα χρέα ἀπαιτοῦντες ὑφ' ὧν πεψηφίζηνται, ἢ ἐπὶ τινὰ χρείαν ἀναγκαίαν ἀνίασι πρὸς βασιλέα, ἢ ἐπὶ οἰκίαν ἀπαρτιζόμενοι κλειστοῖς ἀλλὰ θεοφιλέσιν ὀπαδοῦσιν, δηλοῦσι ὡς ἔλεγεν πάντα ἀσπάζεσθαι ἢ κατασπάζεσθαι τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν. Ἑρμηνεὺς δὲ λέγοντος ὡς αἰρέσεως βεβλάβηται, ἢ ἢ ἐξ ἑτέρας πόλεως ὡς ἐνέσχεν ἀσθένεια κληρικὸς αὐτὸν γνώμης τῆ ἑαυτοῦ ἀσπάζεσθαι τὸν κάπηλον, ἢ ὁ διάκονος αὐτόν. quòd enantiophanes ſic conciliat Zonaras ſcholio in dictum canonem ſeptimum: ἄρτιοι ἐκανόνισαν ἐπὶ τῶν τοιούτων σωθῆναι, τίνες εἰσὶν αἱρετικοὶ θεσπεσιοι, ἢ τίνες συσταλικοὶ. ξένος οὖν ἐστιν, ὑφ' ἧς τὸν ὄχλου λέγει, τὸν ἐξ ἄλλης χώρας ἥκοντα ἢ καλῶν θεοδιμήσιος, ἀλλὰ τὸν κοινωνὸν τὸν ἐκ ἄλλης ἐκκλησίας εἰς ἄλλην ἀσπάζεσθαι, ἢ ἢ μὲ δόγμασι ἢ τοῦ περιεστῶτος τὴν ἐκκλησίαν ἐν ᾗς ἀσπάσασθαι, ὀκνοῦν ἐγκρίνειν, εἰμὴ ὀρθοκαὶ ἐπιστασθῇ ἐπιτρέψειεν τοῦ περιεστῶτος τὴν ἐκκλησίαν ἐξ ἧν ὑποχώρησεν.

QVIDAM DEO SOLVMMODO] Addit. III. 57. Can. 33. ſynodi Cabillonenſis. Alcuinus fratribus & patribus in provincia Gothorum: *Dicitur verò neminem ex laicis ſuam velle confeſſionem ſacerdotibus dare, quos à Deo Chriſto cum ſanctis Apoſtolis ligandi ſolvendique poteſtatem accepiſſe credimus &c. Deo vis, ô homo, confiteri, quem volens nolens latere non poteris; Eccleſiæ Chriſti, in qua peccaſti, ſatisfacere negligis.*

CONIECTVM IV. 69. In Edicto Karoli in Cariſiaco anno 861. *Vnde volumus propter pau-*

pertatem hominum, quia necesse fuit in istis temporibus conjectum de illis accipere, & ad navium compositionem, & in Normannorum causa, pro regni sui, sicut res coniacet, salvamente. Gregorius Turon. 6. 45. *Nihil de fisco suo Rex dari præcepit, nisi de pauperum conjecturis.* Quod ita refert Aymoinus 3. 56. *Vt de substantiis pauperum necessaria eis in itinere subministrentur.* Flodoardus *de conjecto Normannis dando.*

Coniuratores] III. 13. 26. *Consacramentales homines* III. 58. Audoenus Rothomagensis Episcopus de vita B. Eligij lib. 2. cap. 50. *Lata igitur sententia est, ut vir ille cum multis aliis juraret. Sic enim apud Francos in more positum est.*

Tertia conlaborationis] IV. 9. Tit. xxxix. legis Ripuariorum. Appendix Gregorij Turon. cap. 85. Aymoin. 4. 36. Marculfus: *Quod pariter stante conjugio adquisivimus, prædicta conjux nostra tertiam habere potuerat.* Ibidem: *Quantumcunque in servitio tuo pariter laboravimus, & quod in tertia mea accepi.* Gesta Dagoberti: *Tertiam tamen partem de omnibus quæ Dagobertus Rex adquisierat postquam Nanthildis Regina regnare ceperat, eidem reservavit.* Can. 5. synodi Meldensis.

Consvetvdines] IV. 48. ἀνὴρ ἢ συνήθεια διδάσκει γενόμενα. *Coustumes.*

Conversi] App. I. 8. *Conversio* 137. *Conversio morum* in formula promissionis monachalis: *Ego promitto stabilitatem meam & conversionem morum meorum.* Petrus Venerabilis ep. 18. lib. 4. *in Capitulo lectam tam litteratis quàm illiteratis, quos Conversos vocamus, exposui.*

Commvnio peregrina] Addit. IV. 159. Can. 2. Concilij Agathensis. Clericis olim non imponebatur solennis ac publica pœnitentia can. 8. Concilij Carthag. 4. & Carthag. 7. c. 11. nisi priùs ab ordine remoti aut regradati essent, ita ut inter laicos haberentur. Vide epist. 8. Cypriani lib. 3. ad Fidum. Communio cum laicis, ordine post clerum, & loco extra chorum, quæ in pœnam dabatur Clericis atque ita ut propriæ communionis habitam jacturam. Epistola Symmachi Papæ 426. Euseb. lib. c. 37. penult. Vtriusque tamen speciei, qualem tunc laicos ex more Ecclesiæ catholicæ percepisse Lindanus probat lib. 4. Panopl. Evang. cap. 58. In actis synodi Suessionensis: *Sæpe dictum Ebbonem damnavit Episcopum, adeo ut inter laicos communionem tantùm habere mereretur.* Athanasius apolog. 2. *Atqui Coluthum in gradu presbyterij mortuum, omnèsque ab eo constitutos sacerdotes sive Clericos in laicorum ordinem redactos esse, & sub nomine laicorum ad synaxin admissos, apud omnes constat.*

Libertatem ante cornv altaris] I. 82. Lib. 2. Collectarij canonum Burchardi: *Idcirco ego Burchardus Deo annuente VVormatiensis Ecclesiæ Episcopus quendam Ecclesiæ nostræ famulum, nomine Eberhardum, sacris ordinibus oblatum, ad altaris cornu, nobilium virorum in præsentia, per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus ab omni servitutis vinculo securus permaneat.* Sic *traditio ad altare* in veteri instrumento Majoris monasterij: *Et fecerunt in Capitulo nostro guerpitionem calumniæ & donum auctorisationis de his omnibus, quod dum de more super altare posuissent, hi de nostris interfuere testes.* Ter circum altare vertebantur, in lege Longobardor. tit. de testamentis.

Crvcis examinatio] I. 102. III. 46. V. 196. Canone 17. synodi apud Vermeriam. Agobard. pag 288. Vide leg. Frisionum §. 1. tit. 14. Bedam de remed. peccat. cap. 4. & 9. In testamento Karoli Magni: *Iudicium crucis Dei.* Vide infrà de Pelagio in voce *Purgatio.*

Cvra domvs] VI. 124. Sic *Curapalatij* lib. 14. Ammiani Marcellini & in epist. Vigilij Papæ & *Curopalates.*

Cvrtes] III. 19. Flodoardus: *Quidam Presbyter de Bovonis curte. sic enim villa vocatur.* In duplomate Hludovici: *Curtim nostram Turegum in ducatu Alamannico.* Leo Hostiensis Episcopus chron. Casin. lib. 1. cap. 36.

D

Decanica Ecclesiæ] V. 378. Videantur quæ notavi ad Iulianum Anteces. Constantinop.

Defensionis tempvs] V. 201. *temps de deffense.* Leg. Vvisigoth. 8. *Qui in pratum eo tempore quo defenditur.*

Deliberare] VI. 370. *delivrer.* Nodgerus in vita B. Landoaldi: *Locum ad honorem S. Bavonis deliberare.* In duplomate Friderici Regis Siciliæ: *Restituit & deliberavit.*

Denarialis homo] VI. 213. *manumissus jactato denario.* In Marculphi monachi libro hoc ponitur denariale præceptum. *Et quia*, inquit, *apostolicus vel inluster vir ille per manum suam in nostra præsentia jactato denario secundùm legem Salicam dimisit ingenuum, ejus quoque absolutionem per præsentem auctoritatem nostram firmamus, præcipientes eum ut sicut & reliqui mansuarij qui per talem titulum à jugo servitutis in præsentia principum noscuntur esse relaxati ingenui, ita amodo memoratus ille per nostrum præceptum plenius in Dei nomine confirmatus, nullo inquietante perennisque temporibus cum Dei & nostra gratia valeat permanere ingenuus atque securus &c.*

Dei verbvm passvm] V. 61. Contra Felicem Vrgelitanum, in quem libellus extat Paulini Aquilegiensis Episcopi.

Disfacere Ivstitiam] III. 26. *disfacta charta* III. 28. In Leg. Longob. tit. de furtis: *Nisi per justitiam & pacem faciendam hominem disfecerit.* S'il ne le condamne à estre deffaict.

Dos Ecclesiæ] VI. 69. Can. 19. synodi Tolet. 3. Can. 3. 6. synodi VVormat. cap. 1. de censib. Can. 4. synodi Colonien. *Neque ex dote Ecclesiæ, id est, ex uno manso & quatuor mancipiis, census exigatur.* In duplomate Ottonis I. *Dotem quoque Ecclesiæ, id est, duas hobas possessas, & beneficium Presbyteri in eodem loco deservientis, id est, unam hobam.*

Dominicvs dies a vespera] I. 15. V. 189. Can. 13. synodi Forojulien. Vide infrà *Noctes.*

Proprivm dominicvm] IV. 34.

Rabanus ad Otgarium : *Proprietas dominicalis, quæ Domino Imperatori ex paterna ſucceſſione hereditario jure pervenit.* Reges noſtri, propter excellentiam, commune nomen Domini ſive Domni effecerunt ſuum. Anaſtaſius Bibliothecarius Adriani ſecundi, ſive Landulfus Sagax hiſtoria Miſcella : *Genti Francorum moris eſt Domnum id eſt Regem ſecundùm genus principari.* Κύριος *ſive* ὦ δέσποτα Græcis, *Sire* nobis.

Dvx] V. 367. διοικώτης Nov. 145. Fortunatus ad Galactorium Comitem :

Debet & ipſe potens, ut adhuc bene creſcere poſſis,
Præſtet ut arma Ducis, qui tibi reſtat apex,
Vt patriæ fines ſapiens tuearis & urbes.

Idem de Lupo Duce :

Bella moves armis, jura quiete regis.
Fultus utriſque bonis, hinc armis, legibus illinc,
Quàm bene ſit primus cui favet omne decus.

Dvx et Princeps Francorvm] V. 2. In vita B. Baboleni : *Ab Erchevaldo, qui tunc Francorum ducatui præerat, & omnia palatina officia ſuo moderamine procurabat.* Stephanus Abbas Leodienſis in vita B. Modoaldi : *Ea tempeſtate Dagobertus rerum potiebatur; ſub quo idem Dux, dignitate modicum à ſublimitate regia differente præditus, omnia regni negotia prudentiſſima diſpoſitione ordinabat.* Hincmarus epiſt. ad Epiſcopos Franciæ.

E

Emendare.] I. 116. IV. 38. *Reſtaurare, Reparare, Emender.* Can. 27. ſynodi Aquiſgr. *Vt domus Eccleſiarum & tegumenta ab eis ſint emendata qui beneficia exinde habent.*

Emvnitas] V. 195. *Immunitas.* Can. 30. ſynodi Tribur. Can. 2. ſyn. Mediomatr. Can. 10. ſynodi Aurelianenſis.

Episcopvs per electionem] I. 78. Can. 9. ſynodi Aurelian. 4. *Vt nullum epiſcopatum per præmia aut comparatione liceat adipiſci, ſed voluntate Regis, juxta electionem cleri ac plebis, ſicut in antiquis canonibus continetur.* Can. 8. ſynodi Pariſienſ. can. 10. ſynodi Cabillonenſis. Videatur vita beatorum Medardi, Auſberti Rothomagenſis, Eucherij, Vdalrici, apud Surium. Fulbertus epiſt. 10. Ivo epiſt. 49.

Epistola de cælo lapsa] I. 73. Adversùs Aldebertum hæreticum. In ſynodo Romana, quæ extat in vita Bonifacij Moguntini : *Deneardus Presbyter reſpondit : Ecce Domine epiſtola qua utebatur Aldebertus, & quam divulgabat eſſe Ieſu, ſibique de cœlo veniſſe. Et accipiens Theophanius notarius legit, cujus initium erat. In nomine Domini. Incipit epiſtola Domini noſtri Ieſu Chriſti filij Dei, quæ in Hieroſolymam cecidit, & per Michaelem Archangelum inventa eſt in porta Ephraim, & per manus ſacerdotis nomine Scoræ ipſa epiſtola fuit exemplata &c. Et recepit eam Macrius ſacerdos Dei, & tranſmiſit in montem ſanctum archangeli Michaëlis, & per manus angeli Dei pervenit ad Romanam civitatem &c.*

Evlogiæ] Add. I. 68. Honor. lib. 1. cap. 67. Genuæ animæ. Cap. 54. Regulæ B. Benedicti. Can. 45. ſyn. Meldenſis. Can. 9. ſynodi Nanetenſis. Gregor. Turon. 6. hiſtor Franc. cap. 5.

Evva] III. 65. Append. II. 35. Kero interpret. vocab. barbar. *Lex, euva.* Et alibi : *Teſtamentum, euva.* in paraphraſi VVillerami Abbatis in Cantica canticorum veteri lingua Francica. Vox etiamnum hodie Anglis uſitatiſſima. Vt putem legendum in Capitulis à viro de literis bene merito Marco VVelſero editis *Correpti ſecundùm euvam Bajoariorum vel legem.* Vid. cap. de igne emiſſo & extinct. in leg. Bajuvar.

Exactare] III. 68. IV. 31. Can. 18. ſynodi Cabillonenſis. In duplomate Caroli Magni : *Cariaticum & vinum contra omnem juſtitiam ab eis exactare non ceſſant.* In altero duplomate : *nec quæ fiſci à longo tempore fuit conſuetudo exactandum.*

Exartvs] VII. 276. Can. 27. ſyn. Aurel. 2. can. 18. ſynodi Cabillonenſis. In duplomate Karoli Magni : *Conferremus ſtirpes vel, ut vulgò dicitur, exartes quoſdam quos ex rebus Tricaſſinenſis comitatus ipſi proprio labore de heremo ad agriculturam perduxiſſe noſcuntur.* In Cartulario Rhemenſi : *Si novalia, quæ ſarta vocant, ibi ſunt.* Tit. 41. leg. Burgund. & tit. de exartis. *Eſſartz.*

Exheredati] I. 115. *Privati rebus ſuis.* Can. 6. ſynodi Mogunt. Can. 51. ſynodi Turonenſ. 4. Can. 7. ſynodi Cabillon. 2.

Expositi ante Ecclesiam] VI. 144. Can. 32. ſynodi Arelat. 2. Can. 9. ſyn. Vaſenſ. VVandelbertus Diaconus in vita B. Goaris : *Moris tunc Trevirorum erat ut cùm caſu qualibet femina infantem peperiſſet cujus nollet ſciri parentem, aut certè quem præinopia rei familiaris nequaquam nutrire ſufficeret, ortum parvulum in quadam marmorea concha, quæ ad hoc ipſum ſtatuta erat, exponeret, vt in ea cùm expoſitus infans reperiretur, exiſteret aliquis qui eum provocatus miſeratione ſuſciperet & enutriret. Si quando igitur id contigiſſet, cuſtodes vel matricularij Eccleſiæ puerum accipientes, quærebant in populo ſi quis fortè eum ſuſcipere nutriendum & pro ſuo deinceps habere vellet. Vbi verò ad eam rem offerret ſeſe aliquis, infans qui eſſet expoſitus Epiſcopo deferebatur, & ejus privilegio auctoritas nutriendi habendique parvuli ei qui à matricularijs ſuſceperat firmabatur.*

F

Facvlas accendere] VII. 316. Can. 23. ſynodi Arelatenſis Burchard. in collectar. can. *Veniſti ad aliquem locum, id eſt, ad fontes, vel ad lapides, vel ad arbores, vel ad bivia; & ibi aut candelam aut faculam pro ventratione loci incendiſti.*

Faida] III. 27. 55. *Inimicitia ſive aperta ſimultas.* VVehd Alemannis. *Feund* Anglis borealib.

Faidosvs] III. 4. *diffidatus. Deffié.* Theodoricus de Nihem de juribus imperij : *Imperatori Græco qui tunc erat bellum indixit, eúmque more Saxonico diffidavit.*

Per fideivssores ad palativm] III. 34. V. 98. 278. VII. 470. Gregorius Turon. 4. c. 43. & lib. 8. Franc. hiſt. cap. 12. 43. & lib. 9. cap. 8. & cap. 70. de glor. confeſſorum. Marculfus indiculo ad Epiſcopum pro aliis diſtringendis & judicio evidentali.

Fidelitas per sacram.] III. 8. Hujus

Hujus formula in memorialibus capitulis quæ dedit Karolus Rex Missis suis anno DCCCLIV. mense Iunio fuit hæc: *Ego ill. Karolo Hludowici & Iuditha filio ab ista die in ante fidelis ero secundùm meum savirum, sicut Francus homo per rectum esse debet suo Regi. Sic me Deus adjuvet & ista reliquiæ.* At in placito generali apud Gundulfivillam anno DCCCLXXIV. Indict. 3. V. Id. Septemb. hæc fuit professio Episcoporum. *Quantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio secundùm meum ministerium fidelis vobis adjutor ero ut regnum quod vobis Deus donavit vel donaverit, ad ipsius voluntatem & sanctæ Ecclesiæ ac debitum regium honorem vestrum & vestram fidelitatemque vestrorum salvationem habere & obtinere & continere possitis.* Sacramentum verò laicorum istud. *Quantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio fidelis vobis adjutor ero ut regnum quod habetis, ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ & vestrum honorem atque ad vestrorum salvationem continere possitis, & quod Deus vobis concesserit acquirere & contra omnes homines defendere valeatis.*

Fiscalini regii] III. 16. *Ex familia dominica* Marculpho. Aymoin. 3. 56. *Fiscalinorum multos à parentibus segregatos &c.* Gregor. Turon. Franc. hist. 6. 45. *Familias multas de domibus fiscalibus.* Marculph. *De unaquaque villa fiscali tres homines ex servientibus ex utroque sexu à servitio relaxentur.*

Forbannire] III. 49. *Forbannem* Alamannis, *Forbannir* nostris.

Forbannvm] III. 50. *forbannissement.*

Forcapia] IV. 36.

Forenses Presbyteri] VI. 246. In vita B. Pauli Virdunensis apud Surium to. 1. pag. 934. Ioannes Diacon. lib. 3. de vita Gregorij magni cap. 11. *Cardinales violenter in parœcias ordinatos forensibus in pristinum cardinem Gregorius revocabat. Quapropter Ioanni Episcopo Syracusano scribens ait: Quorumdam ad nos relatione pervenit Cosmam, qui ex monacho &c. à decessore tuo Maximiano in Ecclesia Syracusana Subdiaconus factus, atque à te postea in possessione quæ Iuliana vocatur Presbyter dicitur ordinatus.* Petrus Vrbevetanus: *Multitudo Presbyterorum & Diaconorum forensium ad urbem concurrentium causam dedit ut urbani Presbyteri & Diaconi ab eis distinguerentur nomine Cardinalis.*

Foras Presbyteri] V. 161. Can. 45. synodi Moguntinæ.

Forestis] IV. 42. In Pragmatica Childeberti: *Has omnes piscationes quæ sunt & fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus, & nostra foresta est, tradimus ad ipsum locum.* Gloss. in c. *Cùm dilecti.* de donationibus. Du Tillet pag. 144.

Forfactvm] Gloss. Isidori: *Foriefacio, offendo, noceo.*

Freda] III. 30. Gregor. Turon. 4. de virtut. B. Martini cap. 26. *Affirmavit Rex quosdam ex his qui absoluti fuerant ad se venisse, compositionémque fisco debitam, quam illi fredum vocant, à se indultam.*

Friscingæ] IV. 73. Tolosanis *Fresingues.* Can. 13. synodi Ticinensis. Episcopi diœces. Rhemor. & Rothomag. ad Hludovicum Regem: *Qui illorum pecora vel friscinkas vel quæcunque illorum sunt non prædentur.* Hincmarus clero & plebi Tornacensi: *Exigendo denarios aut verres seu friskingas.* In veteri duplomate: *friscingas ovinas.* Inde Notgero Abbati S. Galli, quem Psalterium de Latina lingua in barbaram transtulisse scribit Eckerhardus, *Osterfriscinch*, id est, agnus paschalis. *Frischling* etiamnum nuncupant accolæ Rheni porcos qui nondum pervenerunt ad justum incrementum.

G

Generatio] VI. 80. Ex epistola Gregorij ad Bonifacium Moguntinum. Zacharias Pipino Majori domus: *Decimus ut dum usque sese generatio cognoverit, juxta ritum & normam Christianitatis & religionis Romanorum, non copulentur conjugiis.*

Gildonia] V. 200. *Confratria* Hincmaro.

Gloria Patri] I. 66. Cassianus apud Massiliam Presbyter lib. 2. de institut. cœnob. cap. 8. *Illud autem quod in hac provincia vidimus, ut uno cantante, in clausula psalmi, omnes astantes concinant cum clamore Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, nusquam per orientem audivimus, sed cum silentio omnium, ab eo qui cantat, finito psalmo, orationem succedere.* Can. 7. synodi Vasensis.

Graphio] V. 2. Glossar. διπέντις διπήντις σεκτιόνη. *Gravius.* Vt videatur idem significare quod Baronis nomen, quo, lingua Gallorum, servi militum dicebantur, sicut Cornutus sive quis alius notat in illud Persij *Baro reguſtatum &c.* Licèt hodie Alamanni *Gravionem* appellent quem nos *Comte*, nos *Baronem* quem illi *Freyherr.* Iudex fiscalis hic significatur, sicut tit. 55. leg. Ribuar. & in veteri duplomate: *Iudicem fiscalem, quem Grafionem appellant.* Suggerius de possessionibus monasterij B. Dionysij: *Ab oppressione exactorum regiorum, quos dicunt Grafiones, multo labore multisque placitis emancipaveram.*

Gradale] I. 74. Amalarius de ordine Antiphonarij. Rabanus l. 33. de inst. Clericorum.

Granea] Addit. IV. 144. *Grange.* Cap. 81. Leg. Alamannorum.

Gvnebodigni] Capitulare Aquisgran. an. 789. cap. 62. Guntbadingi can. 33. synodi Aquisgranensis contra Felicem & Elipandum. Sed lib. 2. legum Longobard. tit. *Qualiter quisque se defendere deb.* ubi hoc idem capitulum extat, vetera exemplaria habent: *Sicut Gundebada lege viventes.* Et apud Hincmarum pro Lothario de Tietberga: *Tamen si Christiani sunt, sciant se nec Romanis in die judicij, nec Salicis, nec Gundobadis, sed divinis & apostolicis legibus judicandos.* Agobardus Lugdunensis Episcopus ad Ludovicum Imp. adversùs legem Gundobaldi & impia certamina quæ per eam geruntur: *Cùm fortè contingit ut omnes sint veraciter Christiani, nemo alterius testimonium spernat, cùm se bonis locutionibus ædificant, si subitò contigerit alicui ex ipsis disceptatio in judiciis, nullum poterit habere testem de suis carissimis sociis, eò quòd non recipiatur testimonium alicujus super Gundobadum.*

Ibidem: *Quæ utilitas eſt propter Gundobadam legem, cujus auctor extitit homo hæreticus & fidei catholicæ vehementer inimicus, cujus legis homines ſunt perpauci, ut non poſſit ſuper illum teſtificari alter etiam bonus Chriſtianus &c. Si autem placeret Domino noſtro ſapientiſſimo Imp. ut eos transferret ad legem Francorum, & nobiliores ipſi efficerentur, & hæc regio ab ſqualoribus miſeriarum ſublevaretur. Horum enim cauſa contigit ut laceſſantur ad certamen & pugnam pro viliſſimis rebus, quibus contingunt homicidia.* Et ſub fine: *Temporibus prædicti Gundobadi Regis Burgundionum &c. La loy Gombette.* Gregor. Turon. 2. 33.

H

HARMISCARA] V. 98. Karolus in capitulis quæ Sueſſionis conſtituta ſunt anno 853. *Sciant quia & bannum noſtrum component, & ſimul cum excommunicatione eccleſiaſtica noſtram harmiſcaram duriſſimam ſuſtinebunt. Harniſcaram* ſcriptum etiam invenio in capitulis quæ idem Karolus conſtituit anno 856. *Vt jubeamus ipſos depradatores per eandem viam cum Miſſo noſtro redire, & illa omnia quæ malè egerunt legaliter emendare, & talem harniſcaram ſicut nobis viſum fuerit, aut judicium ſicut cum fidelibus noſtris conſideravimus, ſuſtinere.* Et in capitulis quæ Piſtis conſtitutа ſunt anno 869. *Epiſcopi provideant quem honorem Presbyteri pro Eccleſiis ſuis ſenioribus ſuis tribuere debent, & ſenioribus Presbyterorum hoc ſufficiat, & amplius per ingenioſas machinationes à Presbyteris non exigant vel exquirant niſi ſicut in eiſdem capitulis avi noſtri conſtitutum, ne Deum offendant & noſtram offenſam incurrant, ac poſt debitam emendationem dignam harniſcaram à nobis diſpoſitam ſuſtineant.*

HERIBANNVS] III. 13. 18. 35. *L'hoſt banni* Nortmannis. *Bannus in hoſtem*; id eſt, vocatio ad caſtra aut exercitum, III. 67. Multa non ambulantis in exercitum Gregor. Turon. 5. 27. *Here* enim Francico, Alamannico, Anglico idiomate caſtra ſive exercitum ſignificat. Inde *Herault*, Fecialis.

HERISLIZ] III. 70. In quibuſdam exemplaribus inveni ita ſcriptum hoc capitulum: *Si quis contumax adeo aut ſuperbus extiterit ut dimiſſo exercitu abſque juſſu & licentia Regis domum revertatur, & quod nos Theudiſca lingua dicimus eriliz fecerit, ipſe ut rens majeſtatis vitæ periculum incurrat, & res ejus fiſco ſocientur.* Deſertio caſtrorum aut exercitus, ſive deſertionis multa. *Laſſen* enim Alamannis deſerere eſt; nobis *laiſſer, delaiſſer*. Theodulphus: *Et quomodo Dominum Pipinum Regem in exercitu derelinquens, & ibi, quod Theodiſca lingua heriſliz dicitur, viſi ſunt judicaſſe eundem Taſſilonem ad mortem.* Nec tamen malè heriſcliz dicetur, quaſi ſit exercitus ſciſſio. Lotharius Imp. *Sit bannum reſciſſum, quod Theodiſca lingua heriſcliz vocatur.* Inde *Eſcleſche* & *Eſclechement de fief*.

HERIBERGARE.] III. 68. *Herberger*. In admonitione Karoli Piſtis: *Mandamus ut ſicut nec in noſtro palatio, ita nec in iſto heribergo aliquis alius ſine noſtra juſſione manere præſumat, nec illud aliquis deſtruat.*

HOSTIS.] I. 135. *L'hoſt*. Inde *hoſtages*. quæ tamen *obſtagia* dicuntur in duplomate Ludovici Comitis Palatini Rheni dat. ann. 1279.

I

IDONEARE] III. 64. *Idoneum ſe facere* ibid. 89. Immunem ſe facere à crimine quo quis impetitur cum idoneis hominibus. Gregor. Turo. 9. hiſt. Franc. 13. 16. Vt putem in legibus Thaſſilonis legendum: *Et parentes ejus non exidoneaverint eam ut libera fuiſſet.*

IEIVNIVM QVATVOR] V. 151. Can. 34. ſynodi Mogunt. In dialogo Bernonis & Gerungi Augienſis monachi: *Cum una fides ſanctæ catholicæ matris Eccleſiæ unitatem commendet, quare ipſa in filiis ſuis quibuſdam conſuetudinum diverſitate aliquando diſcordat, ut de jejuniis quatuor temporum, in quorum obſervatione nonnulli videntur diſcordare.* Gregorius primus officium quod dicitur Martij, primæ quadrageſimali adſcripſit. Micrologus cap. 24. & cap. 25. *Gregorius Papa ſeptimus apoſtolicæ ſedi præſidens conſtituit ut æſtivale jejunium infra octavam Pentecoſtes annuatim celebretur. Quod quidem ſapientioribus reverentia ſedis apoſtolicæ facilè perſuaſit. Simplicioribus autem nonnulla dubitatio ſuper hujus ſtatuti promulgatione remanſit. Nam non parum à conſuetudine eorum diſcrepat, quam à quibuſdam ſcriptis non adeo authenticis mutaverunt, id eſt, à Mogontiacenſi Concilio tempore Henrici II. Imp. facto. Hoc enim hanc regulam jejunij quatuor temporum præfixit, ut hebdomada prima, quarta feria Martij, in ſecunda Junij, in tertia Septembris, omni anno jejunetur. Præterea & hoc attendunt quod in quibuſdam ſacramentariis inveniunt, quod & in primo ſabbato Martij, in ſecundo Junij, in tertio Septembris jejunare debeamus.* Et cap. 27. *Jejunium hyemale juxta traditionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſemper in tertia hebdomada de adventu Domini debet celebrari.* Can. 2. ſynodi Salegunſtadienſis.

IEIVNIVM XL. DIES ANTE] VI. 187. Amalarius lib. 1. cap. 36. & lib. 4. cap. 37. Officialis: *Nos obſervamus tres quadrageſimas, id eſt, ante Paſcha Domini, circàque feſtivitatem ſancti Ioannis, & ante nativitatem Domini, ſic à piis mentibus frequentatum apud nos.* Burchard. lib. 19. cap. 5. ex ſynodo Triburienſi.

INBREVIARE,] In Capitulis Regis Karoli VI. In Capitulis apud Sueſſionenſem civitatem anno DCCCLIII. *Theſaurum ac veſtimenta ſeu libros diligenter inbrevient, & breves nobis reportent. Inbrevient etiam quid unuſquiſque Eccleſiarum prælatus, quando prælationem Eccleſiæ ſuſcepit, ibi invenerit.*

INDEBITARE] Add. IV. 144. *Endebter.*

INDICVLVS] III. 58. In juramento Bonifacij: *Hunc etiam indiculum ſacramenti ego Bonifacius exiguus Epiſcopus manu propria ſcripſi.* Bonifacius Pipino: *Veniens ad nos cum indiculo veſtro, rogans ut ei juſtitiam faceremus.*

INFANTES] VII. 142. Hieronym. in quæſtion. Hebraic. in Geneſim.

INFERENDA] Addit. IV. 116. *Inlatio.* Aymoin. 4. 26. Fredegarius ſcholaſticus, ſive continuator Gregorij cap. 74. In duplomate

Karoli Magni : *Nullus judex publicus nec ad causas audiendum, nec ad infrandas nec freda exigendum.* Inde *inferendales vacce* quas à Clothario seniore annis singulis quingentas reddere consuerant Saxones in Chronico monasterij Besuensis. Et in Gestis Dagoberti : *Super hæc verò centum vaccas inferendales, quæ ei de ducatu Cenomanico annis singulis solvebantur.*

INGENIVM] II. 31. Gregorius Tur. 6. cap. 22. *Quod sapius hic ingenia quereret qualiter eum ab episcopatu dejiceret.* Malum ingenium III. 27. *Mal engin.*

RES INTERTIATA] III. 46. VI. 214. Tit. 49. legis Salicæ, & tit. 35. leg. Ripuar. & in leg. Edouardi Regis Angl. *Chose entiercée* legib. Aurelia. municipal. artic. 379. Gloss. ἔνεγυος, *Sequester.*

INTERVENTORES] VII. 120. Can. 41. synodi Carthag. 7. Augustinus epistol. 163. & cap. 16. de unico baptismo contra Petilianum.

ITERARE IVDICIVM] VI. 64. *Retractare* l. 1. C. Th de episc. judicio. Quo remedio utimur cùm appellandi jus non est. *l. ult. C. de tempor. appell. Novell.* 82. ἀναπεῖν can. 3. synodi Sardicensis. Cyprianus epist. 55. *Iterato quoque à pluribus nobis in Concilio anno priore absentus.* Sever. Sulpit. lib. 2. sacr. histor. *Nocentem pronuntiavit, redegitque in custodiam donec ad Principem referret. Gestis ad palatium delatis, censuit Imperator Priscillianum sociósque ejus capitis damnari oportere. Ceterùm Ithacius videns quàm invidiosum sibi apud Episcopos foret si accusato etiam postremis &c. Etenim iterari judicium necesse erat.* Videantur epistola Karoli Calvi Imp. ad Ioannem summum Pontificem edita cum Hincmari Rhem. Archiepiscopi epistolis, & Add. IV. 29. 30. & quæ Hadrianus Papa ad eundem Karolum & Hincmarum scripsit, ejusdémque Karoli Imp. & Hincmari ad Hadrianum Papam epistolæ de causa Hincmari Laudunensis Episcopi apud Baronium.

IVDÆI CHRISTIANA MANCIPIA] VI. 423. Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum : *Omnino præterea admirati sumus cur & in regno vestro Judæos Christiana mancipia habere permittitis.* Idem Theodorico & Theodeberto Regibus Francorum.

IVNIORES] I. 161. III. 63. Marculfus : *Jubemus ut nec nos nec juniores seu successores eorum nec quilibet de partibus judicum &c.* In duplomate Karoli Magni : *Ut neque vos neque juniores seu successores vestri.* In duplomate Hlotharij : *Quicquid ad partem Comitum aut juniorum eorum seu successorum exigi poterat.* & in duplomate Theoderici : *Ut neque vos neque juniores vestri seu successores.*

IVNIORES ECCLESIÆ] V. 192. VI. 156. Can. 8. synodi Matisc. Can. 10. synodi Patisiens. Can. 10. synodi ad Theodonis villam. Gregor. Turon. 5. 26.

K

KYRIE ELEYSON] VI. 205. Can. 3. synodi Vasensis habitæ Decio V. C. Consule. Gregorius epist. 63. lib. 7. *Kyrie eleyson autem neque diximus neque dicimus sicut à Græcis dicitur. Quia in Græcia simul omnes dicunt. Apud nos autem à Clericis dicitur, à populo respondetur. & totidem vocibus etiam Christe eleyson dicitur. quod apud Græcos nullo modo dicitur.* Quæ precum formula & nationibus in ore fuit, si vera est vulgata editio Arriani cap. 7. lib. 2. οὗτοι δὲ, inquit, τρίμοιρος ὁ ἀριθμὸς κραυγῆς, ᾧ τὸ Χριστὲ ἐλέησον ἐπικαλοῦμενοι δοξάζουσι αὐτὸν, Κύριε ἐλέησον, Πάτερ ἡμῶν καὶ ἐξομολογοῦ. Videantur epistolæ 63. Basilij & 178. B. Augustini. *Kyrie eleyson in deducendo cadavere* VI. 197. Can. 3. synodi Arelatensis.

L

LANAM CARPERE] I. 75. Nobis *Carder.* Plautus Menæchmis : *Inter ancillas sedere jubeas, lanam carpere.* Sic legitur in omnibus exemplaribus, non *lanam cavere* ; sicut apud Varronem, *Ut caveat spurcitia, sive* καθὲ ὃ κάρπει. Gloss. *Carpit*, ξαίνει, κεκαθίζει, ἀγρὶ ποιεῖ, ἐπιμέτρεται. Aliud Glossarium : ξάσπε, *carpius.*

LECTIONARIVS] I. 103. Sigebert. ann. 807. Amalarius 3. Officialis.

LITANIA MAIOR DIEBVS TRIBVS] V. 150. synod. Aurelianens. 1. Can. 33. synodi Mogunt. *Rogationes* Sidonio lib. 5. epist. 14. & lib. 7. epist. 1. *Sive tres dies Rogationum qui celebrantur ante Ascensionem Domini juxta morem Gallicanæ Ecclesiæ,* ut habetur in Ordine Romano, in quo minor litania dicitur, auctore Mamerco Viennensi Episcopo. de quibus extat homilia Alcimi Ecdicij Aviti, & multa multi. Ecxerhardus in vita B. Notkeri de Rottperto 962. *Dictaverat etiam letanias quas Ecclesia canit per totum orbem in diebus Rogationum.* In vita B. Audomari : *Sub festum dominicæ ascensionis. cùm more recepto triduanæ fiunt Rogationes, & sacrosanctæ crucis vexilla totius Ecclesiæ proles devoto pectore sequitur.*

LITANIA MAIOR MORE ROMANO] VI. 74. Can. 10. synodi Aquisgr. *De litania quoque majore atque de rogationibus ventilatum est ; sed communi consensu ab omnibus electum atque decretum, juxta morem Romanum* VII. *Kal. Maij illam celebrationem secundùm consuetudinem nostræ Ecclesiæ omittendam.* Ordo Romanus : *Romana consuetudo unum diem, id est,* VII. *Kal. Maij interponit, quem vocat litaniam majorem, non in jejunio &c. Hanc autem legimus statutam à sancto Gregorio. Iussit autem fieri in eodem die litaniam septenam* ; quæ septiformis dicitur Paulo Diac. lib. 3. histor. Long. cap. 23. Eadem refert Amalarius lib. 4. Officialis cap. 24. 25. VValafridus Strabo cap. 28. de reb. ecclesiasticis, Alcuinus de divin. offic. cap. de litania majore.

LITHOSTROTVM] V. 353. *Strata.* Ipsa est & *delapidata.* Gloss. *Delapidata*, λιθόστρωτα. Isidorus, id est, lapidibus strata. Non autem, ut apud Plinium, elaborata arte picturæ, parvulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores.

LVMINARIA ARBORIBVS] I. 62. Can. 8. synodi Nannet. Can. 23. synodi Arelat. 2. Can. 5. synodi Agathensis.

M

MAIORES] V. 174. Μάζονες Balsamoni can. 10. synodi octavæ : in quem sic Zonaras : ὁ γὰρ λεγόμενος δὲ μαζόδρομος φησίλις ὃς ὁ καιὸν ἕξις λέγει, ἔστι, ὃ ἐν τοῖς ἀρχοντικοῖς λεγόμενον κενταλιφόν. Major

regiæ villæ in vita B. Goaris. *Maires.* Hincmaro *Villarum regiarum majores.*

MALLVS] III. 31. 38. 45. VII. 133. Majus placitum, ſive de majoribus cauſis, ubi quem præſentem adeſſe oportuit. cap. XXIII. & XXIX. libri quarti. In Capitulis quæ facta ſunt Sueſſionis ann. 853. *Comes convenientem locum conſideret & inveniat ubi ſationem ad mallum tenendum conſtituat: quia nefas eſt ibi reos puniri ubi reſpectu divinæ reverentiæ miſericordiam conſequuntur.* In præcepto remiſſionis ſive conceſſionis quod fecit Ludovicus Imperator Hiſpanis: *Ipſi pro majoribus cauſis, ſicut ſunt homicidia, raptus, incendia, depradationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invaſiones, & undecunque à vicino ſuo aut criminaliter aut civiliter fuerint accuſati, & ad placitum venire juſſi, ad Comitis ſui mallum omnimodis venire non recuſent. Ceteras verò minores cauſas &c.* In donatione Vdalrici Laureshamenſis Abbatis: *à tribus principalibus mallis, qui vulgò Vngebodending vocantur, quibus ad curtim Luitereshuſem annuatim manniebantur.* In admonitione Karoli Piſtis: *Vt conlimitanei & vicini Comites in una die mallum non teneant, maximè propter Francos homines & advocatos, qui ad utrumque mallum non poſſunt occurrere.* Vetus Chronicon: *Accuſatus eſt ibi coram Imperatore Ceadragus Dux Abodritorum, qui infidelis erat Francis, & quia vocatus ad mallum Imperatoris, contempſit venire per ſemetipſum, ſed legatos ei miſerat &c.* Quod ita refert Aimoinus 4. 111. *Accuſatus eſt in eodem placito Ceadragus quòd ſe erga partem Francorum parum fideliter ageret, & ad Imperatoris præſentiam jamdiu venire diſſimulaſſet.*

MANDATVM] Add I. 24. Ordo Romanus. Can. 20 ſynodi Aquiſgranenſis: *In cœna Domini pedes fratrum poſt mandatum Abbas lavet & oſculetur.* & can. 22. *Vt mandatum, ſi tempus cœnæ eſt, tam fratrum quàm etiam peregrinorum, poſt cenam fiat.* In ſtatutis congregationis Caſalis Benedicti non editis titulus eſt, *De mandato ſive ablutione pedum*, quæ fiebat cantante choro. *Mandatum novum do vobis.*

MANGONES] App. I. 34. *Gueux.* Germanis *Mengen.*

MANNIRE] I. 115. III. 45. IV. 25. Vocare in jus, tribus teſtibus præſentibus. *Manen* Alamannis. *Monere* ſive *commonere* Iuſtiniano. *Semondre* veteribus pragmaticis. Hincmarus ad Epiſcopos Franciæ: *Comes & Vicarii plurima placita conſtituant; & ſi ibi non venerint, compoſitionem ejus exſolvere faciant. Et quia priùs per manninas veniebant, excogitaverunt quidam ut per bannos venirent ad placita, quaſi propterea melius eſſet, ne ipſas manninas alterutrum ſolverent. Hocideo facientes, ut ipſi bannum acciperent.*

MANNITIO] III. 45. *Semonſe ou adjournement.*

MANOPERA] V. 305. *Servitium manuale* alibi dicitur. In admonitione Karoli Piſtis: *Vt coloni tam fiſcales quam eccleſiaſtici &c. non denegent carropera & manopera ex antiqua conſuetudine.* Et: *De manopere in ſcuria battere nolunt.* Inde *Maneuvre.*

MANSIONATICI] II. 17. hoſpium ſuſceptiones, ſive expenſæ ad hoſpitum ſuſceptiones apud Aymoinum 5. 10. Hincmarus clero Tornacenſi: *Nec manſionaticos ſuis amicis aut ſuis hominibus à Presbyteris parari.* Marculphus: *Non ad manſionaticos vel repaſtos exigendum, non ad miniſteria deſcribendum.* Alibi: *Non pro paſto exactando, non pro manſionatico requirendo.*

MANSVS] I. 85. οἰκήματα. *Meix* Burgundionibus, *Mois* Nortmannis, *Mas* aliis. Can. 63. ſynodi Meldenſis. Vetus formula: *Manſus circumcinctus, cum arboribus & caſticiis ſuperpoſitis, terris arabilibus &c.* Et alibi ſæpe. Alia formula: *ad illum manſum vel terram.* In admonitione Karoli Piſtis: *Vt quoniam quibuſdam in locis coloni tam fiſcales quàm de caſis Dei ſuæ hereditates, id eſt, manſa quæ tenent, non ſolùm ſuis paribus, ſed & Clericis vendunt, & tantummodo cellam retinent, & hac occaſione ſic deſtructa ſunt villæ ut non ſolùm cenſus debitus inde non poſſit exigi, ſed etiam quæ terræ de ſingulis manſis fuerunt, non poſſunt cognoſci, conſtituimus ut præcipiatur à noſtris miniſterialibus & à miniſtris ut hoc nullo modo de cetero fiat, ne villæ deſtructæ atque confuſæ fiant. Et quicquid de ſingulis manſis ſine licentia dominorum vel magiſtrorum per quoſcunque venditum eſt, recipiatur. Et juxta qualitatem vel quantitatem terræ vel vinearum ad ſingulos manſos pertinentium, poſtquam reſtaurati fuerint, ab unoquoque manſo cenſus ad partem dominicam exigatur.* In duplomate Henrici Imp. apud Lazium: *Vnum regalem manſum cum omnibus ſuis pertinentiis & utriuſque ſexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, aquarúmque decurſibus, piſcationibus, ſilvis, venationibus, ſaginationibus, cum omni utilitate quæ aut ſcribi aut nominari poteſt, in proprium tradidimus.*

MANVS MORTVA] V. 110. In admonitione Karoli apud Piſtas: *Vt de injuſtis commutationibus, quæ ad caſas Dei factæ ſunt ſine regia auctoritate, Miſſi noſtri inquirant. Et ſi mortua manus vel præceptum regium ſuper eis interfacet, deſcribantur diligenter qualiter facta ſunt.* In duplomate Philippi Regis anno 1195. *Neque nos neque alius ſuper hominem de communia mortuam manum clamabimus.* Inde *heritages & gens de mortemain.* Fit & in catalogo Leodienſium Epiſcoporum mentio legis quæ *Manus mortua* dicebatur, abrogatæ circa annum 1122. Cui opponitur *Manus firma* in veteri inſtrumento. *Notum ſit*, inquit, *quòd firmam manum quam dedit nobis Otbertus moriens apud Vindocinum.* & in eodem polypticho. *Vnam manu firmam terræ cenſivæ, hoc eſt, terram unius carrucæ, cum tribus arpentis pratorum.* Inde noſtris *Ferme, Fermier.*

MANV PR. SIN. SE IDO. FAC.] III. 88. *Manu ſua* lib. 1. feud. tit. 27. Conradus Ratiſbonenſis Epiſcopus: *Ille qui pro reo habetur, ſola manu ſe poterit expurgare.* Arnulfus Lexovienſis. *Abbati eſt à nobis adjudicata purgatio ſeptima manu, trium ſcilicet Abbatum, & trium monachorum.* In vita B. Goaris: *cum aliis duodecim firmavit.* Fit & alias ſæpe mentio

purgationis, sicut tum loquebantur, quæ fiebat manu tertia, quarta, quinta, sexta, septima, duodecima, decimaquarta &c.

MARCHA] II. 14. III. 64. IV. 4. *Marche.* Aymoin. 4. 109. ex gestis Ludovici Pij: *Simili modo de Marcha Hispanica constitutum, & hoc illius limitis Præfectis imperatum est.* Theodulfus: *Fines vel marchas Bajoariorum disposuit.*

AD MEDIETATEM LABORANS] I. 157. *Metayer* nobis.

MINISTERIALES] IV. 30. 69. Hincmarus: *Plebeiis quoque quibusdam personis, villarum scilicet ministerialibus, pro rebus ministeriorum suorum nonnunquam scribens, qualiter res sibi commissas tractare deberent.* In diplomate Karoli Magni apud Bruschium: *Nullum de militari familia damnet &c. qui militares vel alio nomine ministeriales, optimo jure perfruantur.*

MISSA ORD. ROM. CELEBRETVR] V. 371. Libri hymnorum B. Hilarij Pictavensis Episcopi & alterius mysteriorum meminit Hieronymus, item synodus Toletana IV. cap. 13. & hymni *Gloria in excelsis Deo* ab eo aucti & consummati Alcuinus de divinis officiis. Missarum à Sidonio Apollinari compositarum Gregor. Turon. lib. 2 historiar. cap. 22. qui de cursibus ecclesiasticis librum unum condidit. quod de se ipse testatur lib. 10. histor. sub finem. Vide Ildefonsum de viris illustribus pag. 770. Conciliorum Hispaniæ in Ioanne, & incertum auctorem in vita Salvi Abbatis Alveldensis ibid. pag. 774. & pag. 777. in Petro Ilerdensi Episcopo. Vide etiam Eckerhardum in vita B. Notkeri cap. 22. & vitam sancti Rigoberti Archiepiscopi Remensis apud Surium tomo primo, & vitam sancti Ioannis Climaci apud eundem pag. 429. Sed & B. Valericum cursum tam monasterialem quàm Gallicanum magno studio indesinenter celebrasse, qui contemporaneus vitam illius scripsit apud Surium testatur. Meminit & Psalterij Gallicani Honorius in prologo enarrationis psalmorum, Walafrid. Strabo cap. 25. de reb. ecclesiasticis, & Radulfus de Breda sive de Rivo posit. 8. de canonum observantia. quod à Gallis non solùm Romani, sed & Hispani tandem sub Gregorio VII. acceperunt. de quo & de officio Gallicano in Hispaniis observato Rodericus Toletanus Archiepiscopus lib. 6. hist. Hispan. cap. 26. conqueritur. Sigebertus in Einardo: *Abbreviavit & ipse Gallicanum psalterium, quo nos Galli utimur.* Mussæum Massiliensis Ecclesiæ Presbyterum hortatu sancti Venerij Episcopi excerpsisse de sanctis scripturis lectiones totius anni, festivis diebus aptas, responsoria, & psalmorum capitula lectionibus congruentia, simul & composuisse Sacramentorum non parvum volumen per membra pro opportunitate officiorum & temporum, lectionum textu, psalmorúmque serie, & cantatione discretum Gennadius, & Nothgerus Sequentias scripsisse Honorius refert. Sed & de Claudiano Viennensi Sidonius: *Hic sollemnibus annuis paravit quæ quo tempore lecta convenirent.* Sigebertus testatur Karolum Imp. de scripturis catholicorum patrum lectiones unicuique festivitati convenientes per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecisse in duobus voluminibus. qui Vsuardum sanctorum festivitates & martyrologia colligere jussit quæ in Ecclesiis recitantur, sicut idem Vsuardus scribit. Videatur de Alcuino Micrologus cap. 60. & de ordine Antiphonarij Amalarius, & Fasciculus temporum in Stephano tertio. In epistola Karoli Calvi Imp. ad clerum Ravennatem: *Nam & usque ad tempora abavi nostri Pippini Gallicana & Hispanica Ecclesiæ aliter quàm Romana vel Mediolanensis Ecclesia divina officia celebrabant, sicut vidimus & audivimus ab eis qui ex partibus Toletanæ Ecclesiæ ad nos venientes, secundùm morem ipsius Ecclesiæ coram nobis sacra officia celebrarunt. Celebrata sunt etiam coram nobis sacra Missarum officia more Hierosolymitano auctore Iacobo Apostolo. & more Constantinopolitano auctore Basilio. Sed nos sequendam ducimus Romanam Ecclesiam in Missarum celebratione.* Ioannes V. Edaldo Viennensi: *De officiis Missarum, de quibus in literis vestris requisistis, sciat caritas vestra quia variè apud diversas Ecclesias sunt. Aliter enim Alexandrina Ecclesia, aliter Hierosolymitana, aliter Ephesina, aliter Romana facit.* Walafridus Strabo cap. de ord. Missæ, de exord. & increm. rer. ecclesiast. *Et Galliarum Ecclesiæ suis orationibus utebantur, quæ adhuc à multis habentur.* Idem cap. 25. *Et quia Gallicana Ecclesia, viris non minùs peritissimis instructa, sacrorum officiorum instrumenta habebat non minima, ex eis aliqua Romanorum officiis immixta dicuntur.* Auctor Micrologi cap. 11. *Composita autem oblatione in altari, dicit sacerdos hanc orationem juxta Gallicanum ordinem* VENI SANCTIFICATOR *&c. Romanus tamen ordo nullam orationem instituit post offerendam, ante Secretam.* Berno Augiensis de quibusdam rebus ad Missam pertinentib. cap. 2. *Ad hæc potest aliquis dicere tunc temporis Gallos & Hispanos in Missarum suarum celebratione nondum habuisse usum Romanæ Ecclesiæ, quod & nos non negamus. Testatur hoc Abbas Hilduinus, vir in divina lege apprime eruditus, in ea epistola quam ad Ludovicum Imp. direxit pro passione sanctorum martyrum Dyonisij & sociorum ejus; ubi inter alia quæ suæ narrationi videbantur congrua, hæc adjecit. Cui adstipulari videntur antiquissimi & nimia vetustate penè consumpti missales libri continentes Missæ ordinem more Gallico, qui ab initio receptæ fidei usus in hac occidentali plaga est habitus, usquequo tenorem, quo nunc utitur, Romanum suscepit. In nostri quoque monasterij archivo habetur Missalis longè aliter ordinatus quàm Romanæ Ecclesiæ habeat usus. Et quod his omnibus majus est, cùm una sit fides, cur super Missarum celebratione Galliarum Ecclesiæ à Romana discordent Augustino requirente Gregorius respondit: Novit fraternitas tua Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, in qua meminit se esse nutritam. Sed mihi placet ut sive in Romana Ecclesia, sive Galliarum, sive in qualibet inveniſti quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas. Non videtur ergo* (addit Radulphus de Rivo propositione 4.) *beati Gregorij fuisse consilium ut involuntariè per privilegium ad unam*

arctaremur Eccleſiam ſecularem in horis canonicis obſervandis. Guillielmus Durandus lib. 5. Rationalis divin. officior. cap. 2. *Legitur in vita beati Eugenij quòd dum adhuc officium Ambroſianum magis quàm Gregorianum ab Eccleſia ſervaretur, Adrianus Papa Concilium convocavit: ubi ſtatutum eſt quòd Gregorianum deberet univerſaliter obſervari. ad quod Karolus Imp. omnes Clericos minis & ſuppliciis per diverſas provincias cogebat.* Andreas Coloſſenſis Epiſcopus pro Latinis agens ſeſſione 7. ſynodi Ferrarienſis: *Maximo*, inquit, *in Gallia & in Hiſpaniis ſchiſmate imminente, cùm jam* EX FILIOQVE *paſſim celebraretur, Romano Pontifici fuit neceſſe in multorum occidentalium amplæ dignitatis magnique conſilij patrum conventu, addito* EX FILIOQ. *ſymbolum illuſtrare.* Quod confirmat Ratio quæ habita eſt de ſymbolo fidei in ſecretario beati Petri Apoſtoli inter Domnum Leonem ſanctiſſimum Papam Vrbis Romæ, & Bernarium atque Ieſſe Epiſcopos, ſeu Adalhardum Abbatem, Miſſos Domni Karoli Imperatoris, edita à Baronio. Alcuinus Paulino Patriarchæ: *Sapius Domno Regi ſuaſi ut ſymbolum catholicæ fidei planiſſimis ſenſibus & ſermonibus luculentiſſimis in unam congereretur chartulam, & per ſingulas epiſcopalium regiminum parrochias omnibus daretur Presbyteris legendum memoriaque commendandum, quatenus licèt lingua diverſa loquerentur, una tamen fides ubique reſonaret.* Vrbanus Reverſus Canonicus & Præcentor Senonenſis, Doctor Theologus, in hiſtoria de vitis Pontificum Senonenſium: *Anno 1512. poſt pugnam ad Ravennam, cùm illo fœdere cum Maximiliano & Venetis contra Regem Ludovicum XII. Iulius Papa II. inſtituiſſet ut in Italia contra Gallos ad pulſum angelicæ ſalutationis Deiparæ, cum eadem ſalutatione recitarentur tres breves orationes, quas ipſe dictaverat, ad Virginem Mariam, Rex Ludovicus à Pontificibus regni ſui obtinuit ut quotidie ad elevationem corporis Chriſti in Eccleſiis cathedralibus, collegiatis, & conventualibus inter Miſſarum ſollemnia ille verſiculus decantaretur,*

O ſalutaris hoſtia,
Quæ cœli pandis oſtium,
Bella premunt hoſtilia,
Da robur, fer auxilium.

Ad cujus finem loco illorum verborum, Fer auxilium, *cantores regij adjunxerunt*, Serva lilium.] cujus hiſtoriæ meminit Clichtoveus libro primo hymnorum eccleſiaſticorum, Eſpencæus lib. 1. de euchariſtiæ adoratione cap. 10. De Sainctes de rebus euchariſtiæ repetit. 9. cap. 7.

MISSA S. MARTINI] II. 18. Sic appellari ſolebat dies feſtus ejuſdem ſancti, ſicut *S. Andreæ II.* 20. *S. Ioannis III.* 23. Anonymus: *Imperator circa Miſſam ſancti Martini Aquiſgrani ad hyemandum venit.* Aymoin. 4. 116. *Circa feſtum S. Martini.* & cap. ult. *Feſtivitas beati Andreæ*, Anonymo *Miſſa* dicitur.

MISSI DOMINICI] II. 11. 26. III. 38. Directi à Rege pro qualicunque eccleſiaſtica aut publica utilitate vel opportunitate, qui corrigerent quæ corrigenda eſſent. Flodoardus in Remenſi hiſtoria: *Tilpinum ſequitur VVlfarius, qui ab Imperatore præfato Magno Karolo Miſſus dominicus ad recta judicia determinanda fuerat ante epiſcopatum conſtitutus ſuper totam Campaniam &c.* VValafridus Strab. c. ult. de exord. & increm. rer. eccleſiaſt. Inde *Eſchiquier.* Nam *Schicken* Alamannis mittere ſignificat.

MISSI COMITVM] II. 24. *Vicarij, Loci ſervatores.*

MISSVS S. PETRI] V. 2. *Karolus Major domus apoſtolicis in Chriſto patribus Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Domeſticis, & omnibus amicis noſtris. Cognoſcatis qualiter apoſtolicus vir in Chriſto pater Bonifacius Epiſcopus Miſſus ſancti Petri ad nos venit, & nobis ſuggeſſit quòd ſub noſtro mundeburde vel defenſione cum recipere debeamus, quod ita nos gratanti animo feciſſe cognoſcite. Proinde nos epiſtolam viſi fuimus ei manu noſtra roboratam dare, ut ubicunque ambulare videtur, cum noſtro amore vel ſub noſtro mundeburde & defenſione quietus & conſervatus eſſe debeat, in ea ratione ut juſtitiam reddat, & ſimiliter juſtitiam accipiat. Et ſi aliqua cauſatio vel neceſſitas ei evenerit quæ per legem definiri non potuerit, uſque ante nos quietus vel conſervatus eſſe debeat, tam ipſe quàm qui per ipſum ſperare videntur, ut ei nullus ullam contrarietatem vel damnationem adverſus eum facere debeat. Et ut certius credatur, manu propria ſubter firmavimus, & de annulo noſtro ſubter ſignavimus.* Sic vetus codex.

LAICI QVI MONASTERIA HABENT] V. 333. *Abbicomites* Gerberto. Videnda epiſtola Bonifacij ad Zachariam Papam. In capitulis quæ miſerunt Epiſcopi provinciarum Rhemenſis & Rothomagenſis Hludovico Regi anno 858. *Monaſteria etiam religioſa atque præcipua Canonicorum & monachorum atque ſanctimonialium habitacula, quæ ab antiquo tempore parentes veſtri ſub religioſo habitu conſtituerunt, ac frater veſter Dominus noſter, innuente partim fragilitate, partim alierum callida ſuggeſtione, etiam & nimia neceſſitate, quia dicebant petitores, niſi eis illa ſacra loca donaret, ab eo deficerent, & ipſe aliquando per vos, ſicut nunc patet, aliquando per fratrem veſtrum regno deſtitutus, ab eis penderet, talibus, ſicut ſcitis, perſonis commiſit, debito privilegio reſtituite.* Can. 10. ſynodi Meldenſis.

MVFFVLÆ] Add. I. 22. 79. *Mouffles.*

MVNDEBVRDE] VI. 247. *Tuitio, defenſio, Mamburnie.* Froiſſardus vol. 1. cap. 155. *Fuſſent en garde, bâille, tutelle, cure, manburnie.* Corruptè vulgò *main bonne.* In annuntiatione Karoli Regis ad Ludovicum fratrem: *Filiam noſtram Iudith viduam ſecundùm leges divinas & mundanas ſub tuitione eccleſiaſtica & regio mundeburde conſtitutam Balduinus ſibi furatus eſt in uxorem.* In Marculphi monachi libro hæc legitur de mundeburde Regis formula. *Rectum eſt ut regalis poteſtas illis tuitionem impartiat quorum neceſſitas comprobatur. Igitur cognoſcat magnitudo veſtra quòd nos apoſtolico aut venerabili viro ill. &c. cum omnibus rebus vel hominibus ſuis aut gaſindis vel amicis juxta ejus petitionem, propter malorum hominum illicitas infeſtationes, ſub ſermone tuitionis noſtræ viſi fuimus*

recepisse, ut sub mundeburde vel defensione illustris viri illius Majoris domus cum omnibus rebus præfatæ Ecclesiæ quietus debeat residere.

N

NATALIS S. REMIGII] II. 35. Albinus in Ioannem: *Dies beatorum martyrum, quibus de seculo transierunt, natales vocitamus, eorumque sollemnia non funebria, sed natalitia, dicuntur.* Natalis est æterni postremus dies. Seneca epist. 102. Chrysologus sermone 129. de Cypriano: *Natalem ergo sanctorum cùm auditis, carissimi, nolite putare illum dici quo nascitur in terram de carne, sed de terra in cœlum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem.*

NEFRATRES IGNES] V. 2. In tomis Conciliorum, vita B. Bonifacij, & Burchardo legitur: *Sive illos sacrilegos ignes quos nedfri vocant.* Aliàs *Nedfres.*

NOCTES] III. 45. Tit. 26. & 47. leg. Salicæ. Iulius Cæsar: *Galli se omnes ab dite patre prognatos prædicant; idque ad Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum sed noctium finiunt &c.* Tacitus de moribus Germanorum: *Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant, sic constituunt, sic condicunt. ut nox ducere diem videatur.* Inde veteribus pragmaticis, *Comparoir dedans les nuictz*, & similia.

NOMINVM RECITATIO] I. 52. Innocentius epistola regulari ad Decentium Eugubinum. Alcuinus de divinis officiis: *Cùm dicitur Memento Domine famulorum famularúmque tuarum, & sic deinde subjungitur, & omnium circumstantium, manifestum est quòd quasi quidam locus sit ubi aliquibus specialiter nominatis, etiam ceterorum qui assistunt in Ecclesia commemoratio adjungatur. In quo loco aut liberum est sacerdoti quos desideraverit peculiariter nominare & nominatim Deo commendare, aut certè illud ab antiquis est observatum ut ibi offerentium nomina recitarentur. Priùs ergo oblationes sunt commendandæ, ac tum eorum nomina sunt dicenda &c.* Videndus Micrologus cap. 23.

NONÆ ET DECIMÆ] I. 157. II. 21. IV. 40. Can. 42. syn. Mogunt. Can. 46. synodi Turonenf. *Nonas ac decimas, quas qui res ecclesiasticas tenent, solvere rectoribus Ecclesiarum ordinati sunt ad luminaria & stipendia Clericorum, multis in locis abstractas esse videmus.* Can. 62. synodi Meldensis. Karolus Calvus Comitibus Abbat. &c. *Iubemus ut quisquis &c. venerabilis Archiepiscop. aliquid habere dignoscitur &c. nonam & decimam in Missorum præsentia nostrorum Misso Ecclesiæ sanctæ Mariæ vel sancti Remigij revadiet, & annis singulis ad eandem Ecclesiam persolvere studeat. Quicunque verò contra hanc præceptionem facere præsumpserit, sciat secundùm dignæ memoriæ avi & genitoris nostri capitula se emendaturum & ipsas easdem res amißurum.* Atque hoc est quod Additione ultima dicitur: *Qui negligit censum, perdat agrum.*

NONNANES] V. 2. *Nonnains.* Hieronymus ad Eustochium: *Et quia maritorum experta dominatum, viduitatis præferum libertatem, casta vocantur & nonna.* Idem in epist. 99. ad Asellam. Invenio apud Xiphilinum in Domitiano: ὡσπάσιος δὲ καὶ τὰς ἀγώνας τὰς ἐπὶ, ἢ ὅτι ἢ τι καὶ ἄλλως ἢ γυμνικὰς συνίζατο. In Martyrologio Vsuardi XI. Kal. Septembr. *In portu urbis Romæ, sanctus Hippolytus, qui dicitur Nonnus.*

NONNI] Addit. I. 54. Can. 18. synodi Aquisgran. anno 816. ex qua & altera eodem anno habita, quæ in hac ipsa Additione prima habentur sumpta sunt: *Vt qui præponuntur, Nonni vocentur*, hoc est, *paterna reverentia.* In regula B. Benedicti: *Priores juniores suos, fratres nominent. Iuniores autem priores suos, Nonnos vocent. quod intelligitur paterna reverentia.* Arnobius in psalm. 105. & 140.

NVDI CVM FERRO.] App. I. 34.

NVTRIMEN] II. 21. IV. 40. *Nourry.* Can. 122. synodi Aquisgr. *Loca ei congrua attribuat, in quibus nutrimina fiant.* In Capitulis Episcoporum Rhem. & Rothom. provinc. *faciant nutrimina congrua & necessaria.*

O

OBLATA] I. 46. V. 24. Can. 7. & 8. synodi Gangre. καρποφορεῖν οἱ εὐνοῦχοι τὰις ἐκκλησίαις προσαγομένας, ut Zonaras scribit.

OBLIGATORES] I. 62. VI. 72. Augustin. 2. de doctrin. Christ. Sermon. in natali martyr. Protasij & Gervasij. Can. 4. synodi Rothomag. Can. 42. synodi Remens. *Non ligaturas ossium vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse, sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis.*

OCCASIONES] IV. 47. In præcepto Chlodovei Erchenaldo Duci: *Nec ullas redhibitiones vel inlicitas occasiones requirendas.* In Capitulis Episcoporum in Carisiaco palatio an. 858. *Quatenus non sit vobis necesse per quascunque occasiones quorumcunque hortatibus circuire loca Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, vel Comitum, & majores quàm ratio postulat paratas exquirere, & pauperes ecclesiasticos & fidelium vestrorum mansuarios in carricaturis & paraveredis contra debitum exigendis gravare.* In duplomate Hlotharij & Hludovici: *Nec ob ullas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris & futuris temporibus ingredi audeant.* Aymoin. 5. 17.

ORARIVM] V. 146. Can. 28. synodi Moguntinæ. Suidæ περιώμιον τὸ ὑπηλγίον. Rufino ὀθόνη. Nam quod Eusebius lib. 7. eccle. histor. μὴ δὲ ὡ ἐν τοῖς θεάτροις καθεζόμενοι ταῖς ὀθόναις, Rufinus ita: *Ab auditoribus verò non favorem neque plausum sperare solùm, sed theatrali more oraria moveri sibi expetlabat.* Vnde assequemur quis sit orariorum usus apud Voiscum in Aureliano: *Ipsúmque*, inquit, *primum donasse oraria Pop. Rom. quibus uteretur populus ad favorem.* Stola lib. VI. cap. 172. Alcuino, Rabano, Ivoni Carnotensi. VValafridus cap. 10. de reb. eccles. *Primi ordines in Ecclesia utuntur orariis, quia ad ipsos pertinet docendi officium.* In Pontificali Romano sub Stephano, de degradatione Constantini in basilica S. Salvatoris: *Constantinus in medium adductus, lectis sacratissimis canonibus, ita depositus est. Accedens Maurianus Subdiaconus orarium de ejus collò abstulit, & ante pedes ejus projecit, & campagos ipsius abs-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cidit. Qui locus ſingularis eſt, & pertinet valde ad cap. *Pervenit.* diſtinct. 93. qui etiam in Romana recognitione malè habet.

P

PAGANIÆ] V. 2. Bonifacius ad Zachariam Papam: *Sicut affirmant ſe vidiſſe annis præteritis in Romana urbe & juxta Eccleſiam ſancti Petri, die vel nocte, quando Kalendæ Ianuarij intrant, paganorum conſuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes & cantiones facere ſacrilegas, & nullum de domo ſua vel ignem vel ferramentum vel aliquid commodi vicino ſuo præſtare velle. Dicunt quique ſe vidiſſe ibi mulieres pagano ritu phylacteria & ligaturas in brachiis & cruribus ligatas habere, & publicè venales aliis offerre.*

PAGENSES] IV. 19. *Ejuſdem pagi homines.*

PALLIVM] VI. 79. Albinus Alcuinus de divinis officiis, Amalar. lib. 2. Officialis cap. 23. Raban. 1. de inſtit. Cleric. cap. 23. Flodoard. hiſt. metrop. Rhemenſ. 3. cap. 8. Albertus Stadenſis in Chron. Bonifacius Zachariæ Papæ: *De eo quod jam præterito tempore de Archiepiſcopis, & de palliis à Romana Eccleſia petendis juxta promiſſa Francorum ſanctitati veſtræ notum feci, indulgentiam apoſtolicæ ſedis flagito: quia quod promiſerunt, tardantes non impleverunt, & ventilatur, & quid inde perficere voluerint ignoratur.* Can. 6. ſynodi Matiſcon. 1. *Vt Archiepiſcopus ſine pallio Miſſas dicere non præſumat.* Hincmarus Rhem. Archiepiſcopus Nicolao Papæ: *Pro cujus uſu apud ſedem apoſtolicam nil petij niſi ſicut deceſſores ac prædeceſſores mei eo uti in Epiſcopi ordinatione ſolebant. Non enim uſum pallij eſſe meæ dignitatis puto, ſed genij ſedis metropolis eſſe cognoſco, dicente magno Leone Papa: Quoniam etſi diverſa nonnunquam ſunt merita Præſulum, tamen jura permanent ſedium; & cùm multi ſint ſancti Epiſcopi qui eodem pallio non utuntur, non neſcio quia ſi ſine virtutibus, quas exponente beato Gregorio pallium ſignat, pallio utor, etſi excellentiorem ceteris Rhemorum provinciæ ſedibus Metropolitarum ſedem pallij uſus demonſtrat in oculis hominum, non tamen majorem me facit in oculis Domini.* Petrus Damiani de divinis officiis: *Trevirenſi Eccleſiæ Maternus à beato Petro Apoſtolo miſſus hereditatem pallij ſuis ſucceſſoribus dereliquit.* Valentiniani Imperatoris reſcriptum quo Ravennati Epiſcopo tribuitur jus pallij & archiepiſcopatus apud Baronium to. 5. 637. ex Rubeo. Ioannes Papa VIII. Arelatenſi Archiepiſcopo Pallium concedit, eique vices ſuas committit pag. 368. tom. 3. Decretalium. Idem 370. ibid. *Proh dolor! cùm in Galliæ partibus eſſemus, inter cetera unum valde prohibendum invenimus. Metropolitani, antequam pallium à ſede apoſtolica ſuſcipiant, conſecrationes facere præſumunt?* Pallij uſum (quem Gregorius appellat genium lib. 7. ep. 111. & lib. 3. ep. 1.) introductum primùm fuiſſe à Cæſarius Agnellus judicat, ſicut Blondus refert lib. 2. decad. 1. Fuit autem ex candida lana, qua ſoli utebantur Imperatores; & videtur ſignificare Gregorius in cap. *Contra morem.* 100. diſt. Vide lib. 1. ſacrar. ceremoniarum. Supponebatur autem pallium corporibus D. Petri & Pauli; & ideo dicitur Pallium de corpore beati Petri.

PARAVEREDA] II. 16. Append. III. 10. Hincmarus clero & plebi Tornacenſi: *Aut ad iter aliquod paraveredos.* In duplomate Karoli Magni quod Sigonius lib. 4. de reg. Ital. refert, ſcriptum fuiſſe videtur: *Per ſingula territoria habitantes vel diſcurrentes, manſionaticos & paraveredos accipiunt.* In admonitione Karoli apud Piſtas: *Vt pagenſes Franci qui caballos habent vel habere poſſunt, cum ſuis Comitibus in hoſtem pergant, & nullus per violentiam talibus Francis res ſuas aut caballos tollat, ut hoſtem facère & debitos paraveredos ſecundùm antiquam conſuetudinem nobis exſolvere non poſſint.* In Capitulis Epiſcoporum anno DCCCLVIII. menſe Novembri in Carifiaco palatio: *Iudices &c. faciant nutrimina congrua & neceſſaria, cuſtodiant ſilvas, paſtionem defendant, excolant prata, unde habeant pabula; quatenus non ſit vobis neceſſe per quaſcunque occaſiones circuire loca Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, vel Comitum, & majores quàm ratio poſtulat paratas exquirere, & pauperes eccleſiaſticos & fidelium veſtrorum manſuarios in carricaturis & paraveredis exigendis gravare: quin potius habeatis unde ſufficienter & honeſtè cum domeſtica curte veſtra poſſitis vivere & legationes recipere &c.* Inde *Palefredus* VVillelmo Tyr. 13. bell. ſacr. cap. 27. Nobis *Palefroy. Reda* quidem Gallicum nomen eſt. Quintilian. 1. 9. Et *eporedicas* bones equorum domitores vocaſſe Gallos notat Plinius 3. 17.

PARASCEVE ET SABBATO SANCTO] VII. 430. VValafridus cap. 22. de reb. eccleſiaſt. *Et relatio majorum eſt, ita primis temporibus Miſſas fieri ſolitas ſicut modò in Paraſceve Paſchæ, in quo die apud Romanos Miſſa non aguntur, communicationem facere ſolemus, id eſt, præmiſſa oratione dominica, & ſicut ipſe Dominus noſter præcepit, commemoratione paſſionis ejus adhibita, eos corpori dominico communicaſſe & ſanguini quos ratio permittebat.* Can. 47. ſynodi Cabill. 2. Theodulphus ad compreſbyteros cap. 41.

PARES] III. 71. 72. *Pairs & compagnons.* In Capitulis quæ miſit Karolus Rex ad Francos & Aquitanos qui ab eo deſciverant anno DCCCLVI. *Sic ſumus omnes per illius voluntatem & conſenſum confirmati Epiſcopi atque Abbates cum laicis, & laici cum viris eccleſiaſticis, ut nullus ſuum parem dimittat, ut contra legem ſuam & rectam rationem & juſtum judicium, etiamſi voluerit (quod abſit) Rex noſter alicui facere, non poſſit.* Ibidem: *Et ſi aliqui ſunt qui homines non habent, ſi volunt in ſuis alodibus conſiſtere aut cum aliis eorum paribus vel amicis, faciant.* Ibidem: *Et ſi aliquis de nobis in quocunque ordine contra iſtum pactum in contra illum fecerit, ſi talis eſt ut ille eum inde admonere valeat ut emendet, faciat. Et ſi talis eſt cauſa ut illum inde familiariter non debeat admonere, ante ſuos pares illum in rectam rationem mittat; & ille qui debitum pactum & rectam legem & debitam ſeniori reverentiam non vult exhibere & obſervare, juſtum juſtitiæ judicium ſuſtineat.* Et in admonitione Karoli apud Piſtas:

Pistas: *Vt quoniam in quibusdam locis coloni tam fiscales quàm de casis Dei suas hereditates, id est, mansa quæ tenent, non solùm suis paribus, sed & Clericis canonicis ac villanis Presbyteris & aliis quibuscunque vendunt.*

PATRINI] II. 46. *Parrains.* ut matrinæ, *marraines.* Filioli, *filieux.*

PEDVLES] Add. I. 22. *indumenta pedum* cap. 55. Regulæ B. Benedicti. In canonibus Theodori: *Dat ei baculum & pedules.* In vita B. Nicetij Lugdun. *aptatis pedulibus pedes operui.* Gloss. πεδύλια, ὑποδήματα κατόμματα. Τοὺς δὲ πᾶσι ἀρῶσιν ἐρημίσουσι.

PERIVRIVM IN ALTARI &c.] I. 61. *Positis super altare manibus.* Gregor. Tur. hist. 3. 14. & de glor. mart. 1. 20. *Tactis sanctorum corporibus vel capsis.* Aym. *sive sacrosanctis evangeliis.* Raban. ad Reginbald. & alibi sæpe. *Purgatio ad memorias sanctorum.* Augustin. ep. 137.

PHYLACTERIA] VI. 72. Add. II. 21. Hieronymus in Matth. cap. 23. *Picta ciola illa decalogi phylacteria vocabant, quòd quicunque habuisset ea, quasi ob custodiam & munimentum sui haberet &c. Hoc apud nos superstitiosa muliercula in parvulis evangeliis & in crucis ligno & istiusmodi rebus (quæ habent quidem Zelum Dei, sed non juxta scientiam) usque hodie facitant.* B. Augustinus sermone non edito de martyribus & phylacteriis, cujus mihi copiam fecit vir undecunque doctissimus & nunquam laudatus satis Nicolaus Faber: *Solet fieri, fratres, ut etiam ad aliquem ægrotantem veniat persecutor ex parte diaboli, & dicat: Si illum præcantatorem adhibuisses, jam sanus esses. Si characteres illos tibi voluisses appendere, jam poteras sanitatem recipere &c. Venit fortè & alius qui dicat: Mitte ad illum divinum, transmitte ad illum cingulum aut fasciam tuam, & afficiat &c. Dicis & alium: Ille bene novit suffumigare. Nam cuicunque hoc fecit, statim melius habuit &c.*

PLACITA] III. 83. *plaidz.* Can. 16. synodi Arelat. 4. *Causationes disceptationésque.* Can. 35. synodi Turon. 3. *Pro quolibet placito vel judicio.*

PLVVIVM] II. 15. *Plevine.*

POENIT. EX ORD. ROM.] V. 132. VII. 202. Sozomenus lib. 7. cap. 16. Hieronymus ad Occeanum.

POENITENTIALES LIBELLI QVIDAM ELIMINATI] Additi. III. 65. Can. 38. synodi Cabillo. Can. 22. synodi Turon. Can. 32. synodi Parisiensis: *Vtentes scilicet quibusdam codicillis contra canonicam auctoritatem scriptis, quos pœnitentiales vocant. Vt unusquisque Episcoporum in sua parrochia eosdem erroneos codicillos diligenter perquirat, & inventos igni tradat.*

PONTIFICES SVMMI] VII. 423. *Cathedrales Episcopi* can. 35. syn. Agathensis. Gelasius ad Episcopos Lucaniæ: *Nec sibi meminerit villa ratione concedi sine summo Pontifice Subdiaconum vel Acolythum jus habere faciendi.* Sidon 7. epist. 5. *Summi antistites* can. 3. synodi Aurelian. 1. Episcopus, summus sacerdos. Tertull. de baptismo. c. *Si Episcopus.* 18. dist. & c. & 2. dist. 59. vetitum Episcopis Romanis summos se dicere, c. *Prima.* 99. & c. seq. dist. 99. vide c. *Accusato.* 2. q. 7. c. *Infames.* 6. q. 1. c. 1. 14. 4. Ivo par. 5. c. 343. c. *Majus.* de consecr. dist. 5. c. *Miserum.* 61. dist. Zosimus apud Ivonem par. 5. c. 102.

PONTIVM RESTAVRATIO] II. 20. IV. 11. Addit. IV. 112. Sangallensis quidam monachus de gestis Karoli Magni: *Fuit consuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquod opus ex imperiali præcepto faciendum esset, siquidem pontes vel naves, aut trajecti, sive purgatio, seu stramentum, vel impletio cœnosorum itinerum, ea Comites per Vicarios & officiales suos exequerentur, in minoribus duntaxat laboribus. A majoribus autem & maximè noviter instruendis nullus Ducum vel Comitum, nullus Episcoporum vel Abbatum excusaretur aliquo modo. Cujus rei testes adhuc sunt arcæ pontis Magontiacensis. Si verò essent Ecclesiæ ad jus regium proprié pertinentes, laquearibus vel muralibus adornandæ picturis, id à vicinis Episcopis aut Abbatibus curabatur. Quòd si novæ fuissent instituendæ, omnes Episcopi, Duces & Comites, Abbates etiam, vel quicunque regalibus Ecclesiis præsidentes, cum universis qui publica consecuti sunt beneficia, à fundamentis usque ad culmen instantissimo labore perduxerunt.* Aymoin. lib. 5. cap. 14.

PRECARIA] V. 198. VI. 426. VII. 142. Add. III. 49. *Sub precario & censu* V. 5. ex synodo Liptinensi. In capitulis quæ miserunt Episcopi provinciarum Rhemensis & Rothomagensis à Carisiaco palatio Hludovico Regi anno 858. *Quia verò Karolus Princeps, Pipini Regis pater, primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separavit atque divisit &c. Quod cognoscens filius ejus Pipinus synodum apud Liptinas congregari fecit &c. Et quantumcunque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, Ecclesiis reddi procuravit. Et quoniam omnes res Ecclesiis à quibus ablatæ erant restituere propter concertationem quam cum Vuaifario Aquitanorum Principe habebat non prævaluit, precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad restaurationes tectorum, & de unaquaque casata duodecim denarios ad Ecclesiam unde res erant beneficiatæ, sicut in libro capitulorum Regum habetur, dari constituit usque dum ipsæ res ad Ecclesiam revenirent.* Can. 18. synodi Epaun. Can. 21. 22. synodi Meldensis. Can. 51. synodi Turon. Can. 36. 37. synodi Rhemens. Can. 10. 11. 12. 13. synodi Belvacensis. Flodoardus: *Recepit denique res diversas & villas Ecclesiæ, quas antecessor suus per precarias sive præstarias diversis contulerat personis.*

PRÆCEPTVM] III. 28. Gregor. Turon. 8. Franc. hist. cap. 20. & cap. 15. de mirac. B. Martini. Aymoin. 5. 17. Chron. Angolesm. *Postulante Launo Episcopo fecit in monasterio sancti Eparchij auctoritatem præcepti de terris quæ ibi sine contentione erant. Quod præceptum Bartholomeus Cancellarius ejus scripsit, & ipse Domnus Rex Karolus manu sua & de annulo firmavit.*

PRESBYTERI AB INCOG. EPISCOPIS] VI. 81. Ex epistola Gregorij papæ ad Bonifacium.

NVLLVS IN PRECIBVS] Can. 23. ſynodi Carthagin. ex quo hoc Capitulum ſumptum eſt: *Nullus ad altare Patrem pro Filio vel Filium pro Patre nominet, ſed ſemper orationem ad Patrem dirigat, nec qualibet oratione utatur niſi probata.* Vide Micrologum. cap. 5. & Alcuin. cap. de celebratione Miſſæ, libello de divinis officiis.

PROPRISÆ RES] V. 242. *Invaſæ.*

PSALLENTIVM] V. 372. Greg. Tur. 1. de glor. mart. 6. 51. 75. Ep. ad Damaſ. Theodor. *Poſt veſpertinum officium cum modulato pſallentio refectorium ingrediuntur.* Anaſtaſius Biblioth. in Hadriano: *Conſtituitque per unamquamque hebdomadam quinta feria cum pſallentio ut à diaconia pauperes uſque ad balneum pergerent.*

PSALMVS INVITATORIVS] Addit. I. 66. *Venite exultemus Domino &c.* Ex editione Romana.

PVLSARI SECVND. REG.] I. 108. 109. *Pulſatorium* ibid. c. 69. Can. 6. ſynodi Vernis habitæ. Cap. 58. Regulæ B. Benedicti.

PVLVERATICVM] VI. 243. In Præcepto Dagoberti de mercato S. Dionyſij: *Teloneos, vel navigios, portaticos, pontaticos, rivaticos, rotaticos, vultaticos, themonaticos, ceſſetaticos, pulveraticos, foraticos, meſtaticos, laudaticos, ſaumaticos, ſalutaticos omnes, & ex omnibus quicquid ad partem noſtram vel fiſco publico de ipſo mercato ex ipſa mercimonia exactari potuerat.* Pulveratici quidem nomine binos ſolidos dati ſervis qui ſe militiæ offerunt, in l. 16. C. Th. de tiron. & judicum pulveratica abolita, notat Doctor meus 4. obſervationum.

PVRGATIO EXEMPLO LEONIS] V. 36. Monachus S. Eparchij Engoliſmenſis in vita Karoli Magni: *Inter quæ vel maximum & difficillimum erat de diſcutiendis Papæ objectis criminibus. Et dum nullus probator criminum eſſe potuit, Domnus papa (Leo) coram omni populo in baſilica beati Petri evangelium portans ambonem conſcendit, & invocato ſanctæ Trinitatis nomine, jurejurando ab objectis criminibus ſe purgavit.* Monachus Sangallenſis quidam in vita Karoli Magni: *Illic intemeratus pater Leo aſſumens evangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, poſuit ſuper caput ſuum, & in conſpectu Karoli ejuſque militum, aſſiſtentibus etiam perſecutoribus ſuis, in hæc verba juravit. Sic in die magni judicij ſim particeps evangelij ſicut immunis ſum criminis falsò mihi ab iſtis objecti.* Ado Viennenſ. ætate VI. Aymoin. lib. cap. 88. Fuldenſes annales. Anaſtaſ. Biblioth. in Pelagio: *Qui Pelagius tenens evangelia & crucem Domini ſuper caput ſuum, in ambonem aſcendens, ſatisfecit cunctò populo & plebi quia nullum malum peregiſſet contra Vigilium.* Purgationis Damaſi meminit Sigebert. & Anaſtaſ. Xiſti III. & Symmachi idem Anaſtaſius. Paſchalis Theganus de geſtis Ludovici Pij, & auctor anonymus in vita ejuſdem Ludovici. Vide cap. *Nos competenter.* 2. q. 7. & Liutprandum de Ioanne XIII. apud Othonem Imp. accuſato.

R

RACHINBVRGII] V. 16. *Iudices* tit. 52. & 60. legis Salicæ, tit. 24. leg. Ripuar. & in capitulis de alia ſynodo ſub ipſo Domno Rege Pipino factis.

RECLAMARE] IV. 68. Can. 9. ſynodi Vernis habitæ: *Quòd ſi aliquis reclamaverit quòd injuſtè ſit excommunicatus.* & in codice quodam pervetuſto. *N. Comes in placito deveſtivit N. de ſuo proprio alode propter crimen inceſti. Poſtquam autem N. Abbas, & N. Comes Miſſi dominici in illas partes veniſſent ad juſſionem Domni Imperatoris explendam & juſta judicia terminanda, reclamavit prædictus N. quòd injuſto judicio propriis rebus caruiſſet &c. Auditis teſtibus, prædicti Miſſi judicaverunt &c.* Hinc eſt noſtris *Reclain, & reclamer.*

REICVLA] VII. 265. Monachus ſancti Galli lib. 2. de geſtis Karoli Magni: *Quòd reiculæ ſancti Galli, non ex regalibus donariis, ſed ex privatorum traditiunculis collecta.*

RES QVÆ A NONN. ECCLESIIS ABLATÆ] I. 104. Videnda vita Bonifacij, & lib. V. infrà cap. 3. Nec veriſimile videtur quod de Eucherio Aurelianenſi Epiſcopo fabulantur quidam, quaſi viderit animam Karoli Martelli apud inferos cruciari, cùm Eucherium relegatum notet Sigebertus anno 723. objiſſe verò ſexto exilij ſui anno, qui contemporaneus vitam illius ſcripſit apud Surium, vel, ut Molanus ex archivis monaſterij Trudonenſis, anno Dom. 727. atque ita Eucherio Karolus Martellus diù ſuperſtes vixerit, quem objiſſe anno Domini 741. omnes antiquiores hiſtorici tradunt. Nec novum videbitur draconem effracto ſepulcro Martelli repertum fuiſſe qui legerit Plutarchum in Agide & Cleomen.

ALLATA EPIST. A RICVLFO] VII. 281. Richolfi Moguntini meminit Einardus in vita Karoli. Et extat epiſtola Leonis Papæ ad ipſum tom. decret. ex qua appareat ei dedijtum. Marianus Scotus, Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, Lambertus Schafnaburgenſis. Hincmarus Rhem. adversùs Hincmarum Laudunenſem Epiſcop. de ſententiis ex Græcis & Latinis canonibus atque ſynodis decretiſque Pontificum collectis, & Engelramno Metenſium Epiſcopo datis, quando pro ſui negotij cauſa agebatur: *De illis ſententiis plena eſt terra iſta, ſicut & de libro collectarum epiſtolarum ab Iſidoro, quem de Hiſpania allatum Riculfus Moguntinus Epiſcopus in hujuſmodi ſicut in Capitulis regiis curioſus obtinuit, & iſtas regiones de illo repleri fecit.* Unde *quidam Epiſcoporum* (ait Nicolaus Papa ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Galliæ) *ſcripſerunt haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto codicis canonum corpore contineri deſcripta.* Cujus codicis ſive collectionis, (quæ & *Corpus Canonum* dicitur diſtinct. 19. & 20.) auctor fuit Dionyſius Exiguus, non autem Iſidorus Mercator epiſtolarum pontificiarum à B. Clemente uſque ad Gregorium primum collector. Idem Hincmarus epiſtol. 7.

ROMANVM ITER] Cabillon. ſynod. 2. c. 45. Concilium Salegunſtad. c. 18. ut impetiti aliquo delicto non liberentur per ſuſceptam peregrinationem ad limina Apoſtolorum, ſed priùs in loco ubi deliquerunt ſacerdoti ſatisfaciant; inde, ſi velint, cum licentia ſui Epiſcopi, acceptis ab

eo litteris, Romam peregrinentur. Vignier. hist. eccles. ad an. 818. pag. 207.

ROCCVM] Addit. I. 22. Helgaudus in vita Roberti Regis: *Et exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur rocus.* Ptolem. *Rochet.* Nicetas in Isaaco. Φακτικὰ ῥῶκα ὑφάσματος.

RODATICVM.] VI. 243. *Rodage.* Tit. 10. leg. municip. S. Severi, & tit. 12. Aquens. *Droits de Rouage.* Rotaticum.

VT IVDICATO EPISCOPO] VI. 64. 401. Add. IV. 29. Greg. Turon. lib. 5. hist. cap. 20. *At illi* (Salonius & Sagittarius Episcopi) *cùm adhuc propitium sibi Regem esse nossent, ad eum accedunt, implorantes se injustè remotos, sibique tribui licentiam ut ad Papam urbis Romanæ accedere debeant. Rex verò annuens petitionibus eorum, datis epistolis, eos abire permisit.* Hincmarus Hadriano universalis Ecclesiæ Papæ: *De eo quod pusillitati meæ vestra rescripsit sublimitas, ut eundem Hincmarum & alios tres Episcopos, omnium Episcoporum regni Domni Karoli vicem ferentes, ad synodum Romam mitterem, vestra sciat auctoritas quia nec prædictum Hincmarum, nec etiam quemlibet Episcoporum diœceseos Rhemorum, minimè autem aliarum provinciarum Episcopos, nisi Domnus Rex illis præceperit, Romam vel in aliquam partem mea commendatione mittendi habeo potestatem, nec ipse ego ultra fines sui regni absque illius scientia progredi valeo.* Idem Hincmarus Nicolao summæ sedis apostolicæ & universali Papæ: *Nesciens quia nos Metropolitani in istis regionibus non habemus potestatem ut sine consensu vel jussione Regis aut nos ipsi ire, aut coepiscopos nostros quoquam longius possimus dirigere.* Flodoardus in VVlfario: *Eundi denique Romam causa orationis ad S. Petrum licentiam ab Imperatore se accepisse in quadam sua designat epistola.*

S

SAGA] V. 2. Can. 5. synodi Matisconensis. Gallicum vocabulum Varroni, Straboni, Plinio; Hispanicum Appiano. Anonymus quidam S. Galli monachus in vita Karoli Magni, ex VVerimberto: *Erat antiquorum ornatus vel paratura Francorum, calciamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciolæ crurales vermiculatæ, & subtus eas tibialia ac coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata: super quæ & fasciolas in crucis modum intrinsecus & extrinsecus, ante & retro, longissimæ illæ corrigiæ tendebantur. Deinde camisia glizzina. Post hæc baltheus spatæ colligatus. Quæ ispata primò vagina fagea, secundò corio qualicunque, tertiò linteamine candidissimo cera lucidissima roborato ita cingebatur ut per medium cruciculis eminentibus, ad peremptionem gentilium auraretur. Vltimum habitus eorum erat pallium canum vel saphyrinum, quadrangulum, duplex, sic formatum ut cùm imponeretur humeris, ante & retro pedes tangeret, de lateribus verò vix genua contegeret. Tum baculus de arbore malo nodis paribus admirabilis, rigidus & terribilis cuspide manuali ex auro vel argento cum calaturis insignibus præfixo, portabatur in dextra. Quo habitu lentus ego cùm in Franciam nonnunquam venirem, vidi caput Francorum in monasterio S. Galli, duósque flores auricomos ex ejus femoribus progressos, quorum qui prior egressus est proceritatem illius adæquabat, posterior autem paulatim excrescens verticem stipitis sui summa gloria decoravit, & transcendendo contexit. Sed, ut est mos humani ingenij, cùm inter Gallos Franci militantes, virgatis eos sagulis lucere conspicerent, novitate gaudentes, antiquam consuetudinem dimiserunt, & eos imitari cœperunt. Quod interim rigidissimus Imp. idcirco non prohibuit quia bellicis rebus aptior ille videretur habitus. Sed cùm Frisones hac licentia abutentes adverterent, & brevissima illa palliola sicut prius maxima vendere comperisset, præcepit ut nullus ab eis nisi grandia latissimáque illa longissima pallia consuetudinario pretio coëmeret, adjiciens: Quid prosunt illa pictaciola? In lecto non illis possumus cooperiri, cabellicans contra ventos & pluvias nequeo defendi, ad necessaria naturæ secedens, tibiarum gelatione deficio.* Videndus Plinius.

SAL CATECHVMENIS] VII. 263. Can. 5. synodi Carth. 3. Origenes, Isidor. 2. de divin. offic. cap. 20. Alcuinus cap. de sabbatho sancto Pasch. lib. de divin. offic. Augustin. lib. 2. de peccat. merit. cap. 26. *Nam & catechumenos secundùm quendam modum suum per signum Christi & orationem manus impositionis puto sanctificari, & quod accipiunt, quamvis non sit Christi corpus, sanctum est tamen, & sanctius quàm cibi quibus alimur.* Can. 65. de consecrat. distinct. 4. *Sal cœlestis sapientia.*

SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, COMMVNI VOCE] I. 66. Can. 45. synodi Vasensis. Lib. 8. apostolic. constitut. cap. 12. Ἐν παῖ ἁγίῳ ἅμα πνεύματι ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ.

INCERTÆ SANCT. MEMORIÆ] I. 41. Canone 50. synodi Africanæ.

SANCTI NOVITER INVENTI] Append. I. 10. Can. 51. synodi Moguntinæ. Can. 43. synodi Francofurd. *Vt nulli novi sancti colantur aut invocentur, nec memoriæ eorum per vias erigantur. Sed hi soli in Ecclesia venerandi sunt qui ex auctoritate passionum aut vitæ merito electi sunt.* Severus Sulpitius in vita B. Martini: *Erat haud longè ab oppido proximus monasterij locus, quem falsa opinio conseputis martyribus sacraverat &c. Sed Martinus non temerè adhibens incertis fidem, ab his qui majores natu erant Presbyteris vel Clericis flagitabat sibi nomen martyris vel tempora passionis ostendi, grandi se scrupulo permoveri quòd nihil certi constans sibi majorum memoria tradidisset.* Optatus Milevitan. lib. 1. *Quæ ante spiritalem cibum & potum os nescio cujus martyris, si tamen martyris, libare dicebatur; & cùm præponeret calici salutari os nescio cujus hominis mortui, & si martyris, sed necdum vindicati, correpta cum confusione irata discesset.* Nam fiebat dedicatio offium martyris. Hieronymus ad Iulian. *Quòd in quadragesimo die dormitionis earum lugubrem vestem mutaveris, & dedicatio ossium martyris candida tibi vestimenta reddiderit.* Vide Vignier. hist. eccles. an. 827. pag. 209.

SANDALIA] V. 371. In charta Karoli

Magni: *De calceamentis ſecundùm Romanum uſum.* Raban. 1. de inſtit. Cleric. cap. 22. Amalar. 2. Officialis cap. 25. Albin. Alcuin. de divinis officiis. Ordo Roman. 99.

SCABINEI] II. 38. III. 7. 30. 33. 40. 49. IV. 5. Vet. Gloſſ. *Scepeno, Iudex.* In chartulario ſancti Galli: *Interrogavit ipſe Comes illos Scabinios quid illi de hac cauſa judicare voluiſſent. At illi dixerunt: Secundùm iſtorum hominum teſtimonium & ſecundùm veſtram inquiſitionem judicamus.* Chartularium Beſuenſis monaſterij. *Notum ſiat poſteris quòd ante illuſtrem virum Hildegarium Comitem ſeu Iudices quos Scabineos vocant & quamplures perſonas qui cum eo aderant in Montaniaco villa in mallo publico ad multorum cauſas audiendas & rectas juſtitias terminandas, ibi veniens Betto Epiſcopus & advocatus ſuus Burgoardus, novem legitimos teſtes ibi præſentavit, quorum nomina hæc ſunt.* Et alibi: *Ante illuſtrem virum Hildegarium Comitem, ſeu judices quos Scabineos vocant. Tunc ipſi Scabinei unanimiter judicarunt. Scheffen* Alamannis, *Eſchevins* nobis.

SCARA] III. 68. Hincmarus ad diœceſis Rhemenſis Epiſcopos: *Domnus Karolus bellatorum acies, quas vulgari ſermone ſcaras vocamus, diſpoſitas.* Aymoinus lib. 4. cap. 26. *Collegit è Franciæ bellatoribus ſcaram, quam nos turmam vel cuneum appellare poſſumus. Schaar* Alamannis. Inde *Eſquiere, Eſcadron, Eſcarmouches.*

SCASTLEGI] Addit. IV. 114. *armorum depoſitio.*

SCHEDVLA] I. 81. In præfatione reformationis Ludovici Pij Imp. *Libellus.*

SCHOLÆ] I. 68. Addit. II. 5. Can. 12. ſynodi Pariſienſ. Can. 9. ſynodi Nannetenſ. Can. 1. ſynodi Valentinæ. Can. 43. ſyn. Cabillon. 2. Lupus ad Einardum: *Siquidem veſtra memoria per famoſiſſimum Imperatorem Carolum literæ captæ revocari, aliquantulum quidem exculere caput.* In privilegio quod idem Carolus Magnus dedit Eccleſiæ Oſnabrugen. apud Crantzium: *In eodem loco Græcas & Latinas ſcholas in perpetuum manere ordinavimus.* Angelomus in Cantic. Canticorum. Sed & ei qui ſcholas regebat beneficium olim deputatum fuiſſe per omnes ferè Eccleſias majores Gallicanas & ſuo tempore dignoſcitur Alexander. 3. Rhemenſi Archiepiſcopo Collect. 2. Canon.

SCORTICATVS] V. 2. VII. 400. Burchardus in lege quam dedit familiæ: *Conſtituimus ut ei tollantur corium & capilli.*

SCOTI QVI SE EPISCOPOS DICVNT] Addit. III. 67. cap. 43. ſynodi Cabillon. 2. In hiſtoria B. Rudberti to. VI. Caniſij pag. 1108. de Scotis: *nominari, ut aſſolet, deceptores, gyrovagi, & curſores.* VValafridus Strabus lib. 2. de mirac. B. Galli c. 47. *Nuper quoque de natione Scotorum, quibus conſuetudo peregrinandi jam penè in naturam converſa eſt.*

SCOTORVM HOSPITALIA] In Capitulis excerptis à Karolo Hludovici Imp. filio XII. Can. 14. ſynodi Meldenſis. In Capitulis quæ miſerunt Epiſcopi provinc. Rhemenſ. & Rothomag. Hludovico Regi anno 858. *Hoſpitalia peregrinorum, ſicut ſunt Scotorum, ac quæ tempore anteceſſorum veſtrorum Regum conſtructa & conſtituta fuerunt, ut ad hoc ad quod deputata ſunt teneantur.*

SCRVTINIVM MORE ROMANO] V. 372. Can. 4. ſyn. Moguntinenſ. ad Carolum Magnum: *Sacramenta itaque baptiſmalis volumus ut ſicut ſancta veſtra fuit admonitio, ita concorditer atque uniformiter in ſingulis parœchiis ſecundùm Romanum ordinem inter nos celebrentur jugiter atque conſervemur, id eſt, ſcrutinium ad ordinem baptiſmatis.* Ordo Romanus pag. 31. 41. Can. 3. ſynodi Moguntinæ ſub Rhabano.

SENIORES] I. 85. II. 15. III. 8. *Seigneurs.* In capitulis quæ miſit Carolus ad Francos & Aquitanos anno 856. *Et mandat vobis noſter ſenior quia ſi aliquis de vobis talis eſt cui ſuus ſenioratus non placet &c.*

NVLLVS IN ECCLESIA MORTVVM SEPELIAT] I. 153. Can. 9. ſynodi Meldenſis. Theodulphus Aurelianenſ. Epiſcop. ad fratres compreſbyteros: *Antiquus in hu regionibus in Eccleſia ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, ut plerunque loca divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias præparata, cœmiteria ſive polyandria facta ſint. Vnde volumus ut ab hac re deinceps abſtineatur, ut nemo in Eccleſia ſepeliatur.* Gregor. Turon. 1. cap. 36. hiſtor. Can. 15. 17. ſynodi Triburienſis. Hoc privilegium retinere Galliæ civitates ſcribit Ivo Carnotenſis. Quæ vox, *Galliæ*, abeſt in editione Conciliorum.

SIGELE] I. 126. *Secale, Soigle.* Quod in quibuſdam chartis *bladum hibernagium.* Moſchopul. ὄυιεγα, ἰδός τι πλ'ουσέλαιον, ἢ ᾧ ζειὰ καυκᾶται, ἢ κριθὴ ἀκμάζει. Inde *Secalonia.*

SIGNA] VI. 171. Trinodium: ἐκ κρόα τὸ σῆμα λεγει. Einhardus de tranſlatione beatorum Marcellini & Petri lib. 3. cap. 15. *Turricula quæ ſigna baſilica continebat, ab eis conſpici potuiſſet.* In ordine Dunſtani Dorobernenſis Archiepiſcopi: *Benedicto ad ſignum Eccleſiæ, id eſt, tintinnum.* Vvalafrid. Strab. cap. 5. de reb. eccleſ. Amalarius Fortun. lib. 3. Officialis. *Seins.* Inde *Toeſein,* & proverbium: *Il n'en faict pas les ſeins ſomer.*

SIGNATI QVI MENT. VADVNT] App. II. 14.

SOLIDVS] III. 30. IV. 75. Can. 41. ſynodi Rhemenſis. Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis in libro de vita & actib. B. Remigij: *In teſtamento à B. Remigio condito lector attendat quia ſolidorum quantitas numero quadraginta denariorum computatur, ſicut tunc ſolidi habebantur, & in Francorum lege Salica continetur. Et generaliter in ſolutione uſque ad tempora Karoli perduravit, velut in ejus Capitulis continetur.* Inde multæ quædam municipalibus aliquot Franciæ legibus & in ſingulas libras δισέκλινα ſive laudimia quadraginta denariis taxantur.

DE STATV SVO] IV. 25. 74. Ado: *Baptizatis Saxonibus, ex ingenuitate & alode, fidei firmitas roborata.* Regino: *Sacramenta ſecundùm conſuetudinem dederunt ut perderent ingenuitatem & omnem hereditatem, niſi conſervarent Chriſtianitatem.* Hincmarus Hadriano Papæ: *Vt pro libertate & hereditate noſtra uſque ad mortem certare debeamus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

STIPVLAS] VI. 370. Vid. tit. 48. leg. Salicæ. Isidorus: *Veteres quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant: quam iterum jungentes, sponsiones suas agnoscebant.* Non dissimiliter in veteri formula excommunicationis: *Debent duodecim sacerdotes Episcopum circumstare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione excommunicationis projicere debent in terram & pedibus conculcare.*

SVNNIS] III. 45. Vet. Gloss. *Sunnis, impeditio. Sonnis, impedimentum,* Alamannis *Saumnuz,* Nobis *Esoine,* Exonia. Hincmarus Karolo Regi: *Quo mittens ad dominationem vestram excusationem impossibilitatis suæ illuc veniendi, requisita est quam patriotica lingua nominamus exonia, quia venire nequiverit. quod hactenus est inauditum.*

BEATI SYLVESTRI CANON] I. 133. Hincmarus Rhemensis epistol. 7. *In libro verò qui titulatur Gestorum pontificum legimus constituisse B. Sylvestrum ut nullus laicus Clerico crimen audeat inferre. Cetera autem quæ subsequuntur ut suprà posuimus, in regesto ipsius eum constituisse non legimus. Quapropter credendum non est eundem sanctum virum talia constituisse.* Vt videatur Hincmaro canon iste supposititius.

T

TABERNA] I. 14. Can. 24. syn. Laodic. & Can. 40. synodi Carthag. καπηλεῖον. *Taverne.*

TE IGITVR] VI. 173. Auctor Micrologi cap. 10. *Erectus autem Presbyter populum hortatur ad orandum; & ipse post finitam secretam præfationem ordiur in canonem, in qua supernorum civium ordines meritò connumerantur &c. Vnde & angelicus hymnus, id est, Sanctus, Sanctus, Sanctus subsequitur, quem beatus Sixtus Papa in ordine octavus constituit ut ante sacrificium diceretur.* & cap. 23. *Canon juxta Romanam auctoritatem est iste. Te igitur clementissime pater &c.*

TELONEVM] II. 19. *Tonlieu.* Teloneum, quod in exitu regni solvitur. τελος.

TEMPESTARII] I. 62. *Immissores tempestatum.* Pœnitentiale Romanum. Agobardus contra insulsam opinionem de grandine: *Alij autem considenter confirmant incantationibus hominum qui dicuntur tempestarij esse levatam, & ideo dici levatitiam auram.*

TITVLI] V. 175. Ponebantur tituli singulis quibusque domibus, ut cujus essent, & ad quem pertinerent, inspiceretur, testante B. Augustino in psalm. XXI. & LV. & tractatu VII. in epistol. B. Ioannis. Vt putem inde titulorum denominationem quos Evaristum in urbe Roma divisisse Presbyteris & Marcellum XXV. in eadem urbe constituisse Anastasius scribit. Idem Anastasius in Silvestro: *Hic fecit in urbe Roma Ecclesiam in prædio cujusdam Presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius; quem titulum Romanum constituit juxta Thermas Domitianas, qui usque in hodiernum diem appellatur Titulus Equitij.* Vide can. 20. synodi Rhemens. can. 14. synodi Turon. 3. can. 11. 52. synodi Meldens. can. 36. syn. apud Altheim.

TONSVRARE] V. 212. Canon. 7. synodi Cabillon. 2.

TRACTATVS CATHOLICI] I. 73. Contra Clementem Scotum. Bonifacius Zachariæ Papæ: *Alter autem hæreticus, qui dicitur Clemens, contra catholicam contendit Ecclesiam, abnegans scilicet & refutans canones sacros, tractatus & expositiones sanctorum patrum Hieronymi, Augustini, & Gregorij.*

TRACTORIA] IV. 30. 70. Videantur quæ scripsit doctor meus Cod. De Tractoriis & Statiu.

TRANSITVRÆ] IV. 58. Vetus exemplar habet *trasturas. Transitorium tributum* vocatur lib. 1. leg. Longobard. tit. de exercitalibus. Inde *droict de traitte,* & *traitte foraine.*

SVPER TVMVLOS MANDVCARE] VI. 197. Can. 3. synod. Arelatens. Can. 70. synodi. Braccar.

TZANGÆ] VII. 398. Can. 22. synodi Aurelian. 1. *Monacho uti orario & tzangas habere non liceat.* Sic omnes codices manuscripti. Vetus interpres Horatij in illud, *Nigris medium impediit crus Pellibus*] *Zangis.* Gloss. κόθορνος, ὃ βασιλικὸν σκάρπος. Idem. τζάγγα, ὃ ὑπόδημα. Georgius Codinus: ὁ τῆς ἐδέσης ἐπάνω μέρος ἐκαλοῦντο τζάγγια, ἐχόντα ἐκ πλαγίων τὴν τῶν κτήμασι ἢ ὅπλοις τῶν ἀξίας ἢ λίθων ἢ μαργάρων.

V

VASSI] II. 9. 24. *Serviles.* Gallicum vocabulum. Turon. 1. 32. Odo in vita B. Gerardi: *Nec hoc patiebatur ut quilibet senior beneficium à suo vasso pro qualibet animi commotione posset auferre,* Theodulphus: *Tassilo venit per semetipsum tradens se manibus Domini Regis in vassaticum, & reddens ducatum sibi commissum.* Regino: *tradens se manibus ejus ad servitium, reddens ducatum à Pipino Rege sibi commissum.* In adnuntiatione Karoli Pistis. *Vassalli nostri nobis & nostræ conjugi famulantes.* Can. 63. syn. Cabil. *Lassi* Saxombus. Vvitaldus: *Sunt etenim inter illos qui Edbilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lassi illorum lingua dicuntur. Latina verò lingua hoc sonat, nobiles, ingenui, atque serviles.* Huebaldus Elnonensis Abbas in vita B. Lebuini: *Erat gens Saxonum, sicut nunc usque consistit, ordine triparrito divisa. Sunt enim ibi qui illorum lingua Edlingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lassi vocantur. quod Latina sonat lingua, nobiles, ingenui, atque serviles.* In præcepto evindicatorio Karoli Magni: *Tum nos unà cum fidelibus nostris, id est, Hagino, Rothlando, Vvichingo, Frodegario Comitibus, necnon & Vassis nostris Theodoreto, Bertholdo &c.*

VASSI DOMINICI] III. 75. Vvalafridus Strabo: *Cappellani minores ita sunt sicut hi quos Vassos dominicos Gallica consuetudine nominamus.* In capitulis quæ Episcopi Rhemorum diœceseos atque Rothomagensis miserunt Ludovico Regi: *Quando anima vestra de corpore exierit &c. & sine solatio & comitatu drudorum atque vassorum nuda ac desolata exibit.*

VESTITVRA] IV. 19. 24. 42. 45. Append. II. 7. *Vt non mittantur testimonia super vestituram Domni Pipini Regis.* Append. III. 2. *Vestituram Domni Karoli. 7. De rebus quas Marchio tradidit filio Bosonis &c. ut hi quibus traditæ fuerunt, vestituram suam accipiant.* Vt

* Intelligit Baronium.

valde mirer virum * multæ & variæ lectionis asserere ne ipsum quidem nomen investituræ temporibus Karoli Magni fuisse in usu. Saltem meminisse potuit canonis quem ex synodo Liptinensi ad annum 743. ipse exscripsit, qui sic habet: *Ecclesia cum propria pecunia revestita sit.* & extat lib. v. Capitular. cap. 3. Apulleus: *devestire se.*

VIATICVM] I. 100. V. 118. VII. 138. Can. 3. synodi Arausic. Amalar. official. 3. cap. 35. Siricius: *Quibus, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cùm ad Dominum caperint proficisci, per communionis gratiam volumus subveniri.*

VICARII COMITVM] II. 28. *per pagos constituti.* Vvalafridus Strab. Gregor. Turon. 9. 5. Nunc *Viguiers.*

VICEDOMINVS] III. 11. 26. V. 191. Karolus Calvus Hadriano summo Pontifici: *Quia Reges Francorum ex regio genere nati, non Episcoporum Vicedomini, sed terræ domini hactenus fuimus computati.* Sigebertus anno 539. Gregorius Papa: *Volumus autem ut memoratus frater noster Pascasius & Vicedominum sibi ordinet & Majorem domus, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus causis quæ veniunt idoneus & paratus existere.* Can. 24. synodi Rhemensis. Nobis *Vidame.*

VOMERES IGNITI] Append. II. 3. *Vomeres ferventes* tit. 15. leg. Angl. Can. 1. 24. synodi Mogunt. In actis synodi Rhemensis de causa Arnulphi: *Meúmque vernaculum Episcopis tradam, qui per ignitos vomeres incedens, Deum de te judicare manifestis declaret indiciis.* Nuncius apud Sophoclem in Antigone:

Ἦμαι δ' ἐλαφρὸς ἢ μόλις τρέχων ὅσον
ἢ σῶν λέγειν, ἢ δεῦρος ἐρχόμενος ἅμα
τὸ μὴ δέος.

VVACTA] III. 68. *Guet.* Francis. *Vvacht* Alamannis. In præcepto remissionis sive concessionis quam fecit Ludovicus Imp. Hispanis: *Explorationes & excubias (quod usitato vocabulo vvactas dicunt) facere non negligant.* In admonitione Karoli apud Pistas: *Et in civitate atque marcha vvactas faciant ad defensionem patriæ.*

VVADII] II. 38. III. 29. Can. 18. synodi Cabillo. 2. Gesta Karoli Magni: *Perterriti Saxones omnes, ad locum ubi Lappia consurgit venerunt ex omni parte, & Domno Regi Karolo per vvadium manibus suis reddiderunt patriam.* Inde *Debitum rewvadiatum* IV. 58. Oddo invita B. Gerardi: *Debitum vvadij nequaquam debitori relaxare solitus erat.* Et lib. IV. c. 70. *Heribannum rewvadiatum.*

VVANTI] Add. I. 22. *Gantz.*

VVARDA] III. 68. *Garde.* Anglis *Vverde.*

VVIRGILDVS] IV. 13. 15. 18. Vetus Glossarium: *Vvirgild, secundum quod appretiatum fuerit.* Pœnitentiale Romanum: *Pretium suum, id est vvirgildum suum.* In legibus Edoüardi Regis Angl. *Inveniat plegios tales qui possint reddere forisfacturam, id est, vvere suum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TOM. I. # IACOBI SIRMONDI TOM. I.

NOTÆ
AD CAPITVLARIA.

Pag. 5. CHILDEBERTI R. CONSTIT.] Extat in codice Corbeiensi, sed mutila, folio sub finem exciso, ut quàm multa desint conjici nequeat. Desunt præterea quædam alia in eo loco quem asterisco signavimus. Quare dum integrum exemplar consequi liceat, hac ejus parte fruendum est.

Pag. 7. CHLOTHARII R. CONSTIT.] Duo hujus constitutionis exemplaria vidimus, unum è monasterio Corbeiensi, quod in editione nostra secuti sumus, alterum è bibliotheca Tiliana, quod fuerat olim monasterij Corbionensis, id est, Blesensis S. Launomari.

OMNIB. AGENTIB.] Tilianus, *omnibus Comitibus*. Item paulò pòst: *sibi omnium populorum*. & rursus, *quæcunque justa sunt*. Et infrà, *incumbent*. Item, *& inanis habeatur*.

Pag. 8. c. 2. AVT GERMANI NOSTRI:] Hæc absunt à Tiliano. Ambigi autem hoc loco jure queat, si ad Clotarium primum referatur constitutio, quemnam avum suum vocet, qui Clericis immunitatem concesserit: si ad Clotarium secundum, ecquem dicat germanum.

Pag. 11. CONVENTVS APVD ANDELAVM] De hoc conventu & fœdere scribit Gregorius Turon. lib. IX. hist. cap. XI. *Rex*, inquit, *Guntramnus cum nepote suo ac Reginis*, id est, cum Childeberto Rege, & cum Brunichilde matre, ac Faileuba uxore Childeberti, *pacem firmavit, & conscriptis pactionibus regressus est unusquisque in civitatem suam*. Pactionis verò exemplar profert idem cap. XX. quo loco illam Childeberti legatis à Guntramno prolatam ac relegi jussam narrat.

ANDELAVM] Vetus nomen retinet oppidum in pago Lingonensi, cujus situm indicat Fredegarius. *Anno*, inquit, XVII. *regni Theodorici Lingonas mense Maio exercitus adunatur: dirigénsque per Andelaum, Nasio castro capto, Tullum civitatem pervenit*.

Pag. 11. EDICTVM CHLOTHARII] In manuscripto synodum antecedit. Postponi autem debere visum est, eò quòd synodi mentionem faciat, & ea quæ synodali decreto sancita fuerant Principis auctoritate constituat.

Pag. 145. KARLOMANNI PR. CAPITVL.] Duo, ut res docet, sub Karlomanno Concilia fuerunt. unum in Germania, cujus locus non proditur, celebratum anno Christi DCCXLII. alterum anno sequenti apud Liptinas in Gallia, in quo superioris quoque Concilij canones relecti & approbati sunt. Quinam ad Germanicam synodum Episcopi convenerint, præfatio declarat. In Liptinensi qui adfuerint, non est proditum. Præfuisse utrique Bonifacium sedis apostolicæ Vicarium compertum est.

MODO A. I. H. SYNODO] Hæc jam propriè spectant ad synodum apud Liptinas habitam. Quod nomen olim palatij & villæ regiæ fuit in pago Cameracensi, ut ab aliis jam observatum. *Leptinos* scriptum est apud Aimoinum, qui situm loci apertè confirmat lib. V. cap. 25. Caroli Calvi reditum describens à Procaspide super Mosam, ubi regnum Lotharij cum Ludovico fratre divisérat. *Ludovicus*, inquit, *Aquisgranum rediit, Carolus Leptinos uxorem suam sibi obviam venire jussit. Inde per monasterium S. Quintini ad Silvacum, & inde per Carisiacum Compendium venit*. Pag. 149.

ANNO SEC. CHILDER.] Postremi Merovingorum Regis; qui post aliquot annorum interregnum, quibus rerum potitus est Carolus Martellus, illo mortuo Rex tandem ab ejus filiis renuntiatus est. Qui à Martello ipso renuntiatum volunt, non animadvertunt Childerici Regis, si superstite Martello regnum iniisset, cùm is anno Christi DCCXII. vivere desierit, annum hunc fore non secundum, sed tertium. Pag. 155.

VI. NON. MARTII.] Ita & vetus exemplar Metense, & alterum Flandricum. In Bellovacensi tamen legitur V. *Nonas*. quod magis fortasse cohæret cùm Luna XIV. quam numerabant.

IN ADALBERTO] vulgati *Adlaberto*. item codex Bellovacensis cum Flandrico. Nos Metensem hoc loco, ut in ceteris, secuti sumus. Idem Aldebertus vocatur in epistola Bonifacij ad Zachariam, & in synodo Romana. Pag. 157. c. 2.

ABEL ET ARDOBERTVM.] Alterum Remorum, alterum Senonum, ut est in epistola quinta Zachariæ ad Bonifacium, ubi posteriori Artbertus appellatur. Ibid. c. 3.

ET QVOD SVPERAVERIT] Metensis, *si quid superaverit*. De hoc verò casu cautum fuerat in synodo Leptinensi can. 2.

NEC ACCIPITRES PORTENT] Bellovacensis *acceptores*. quod idem est, ut in lege Salica cap. VII. *Si quis acceptorem de arbore fuaverit*.

ILLAS CRVCICVLAS.] Ita Metensis & Flandricus. In Bellovacensi verò *crucilias*, sicut in vulgatis. Sed cruciculas item habet Bonifacius, de iisdem agens in epistola ad Zachariam. Pag. 158. c. 7.

SIG. ILLVSTR.] Hæ subscriptiones aberant à vulgatis. Exstant autem in tribus manuscriptis, Metensi, Bellovacensi, & Flandrico. Pag. 160.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. Pag. 161. APVD VERMERIAM] Citant ſubinde hujus ſynodi canones Burchardus, Ivo, & Gratianus, appellántque *Concilium apud Vermerias, cui interfuit Pippinus Rex*, vel *temporibus Pippini Regis*. Citatur & in Decretalibus cap. 1. de divortiis, & cap. 1. de eo qui cognovit conſanguineam uxoris &c. Sed ibi *ex Concilio apud Vuermaciam* & *ex Concilio apud Metiam* ſcriptum eſt pro *apud Vermeriam*. qui locus Verberia nunc dicitur in pago Sueſſionenſi.

c. 1. IN TERTIO GENV] Tertio gradu propinquitatis. Dicebant & geniculum. Lex Ripuaria tit. 56. de alodibus: *uſque ad quintum geniculum, qui proximus fuerit in hereditatem ſuccedat.* Et in Longobardicis lib. 2. tit. 14. *Omnis parentela uſque in ſeptimum geniculum numeretur.*

Pag. 166. c. 20. CARTELLARIVS.] Qui per epiſtolam liber fiebat, chartularius dicebatur, ſicut denarialis qui jactato denario. In Capitularibus regum lib. VI. cap. 213. *homo chartularius.*

Pag. 167. ANNO DCCLV.] Pippini Regis anni, quando primùm inauguratus eſt à ſancto Bonifacio, conſurgunt ex anno Chriſti DCCLII. quod docet Chronicum Pithœanum, & confirmant antiquæ tabulæ monaſterij S. Galli, in quibus comparatur tertius annus Pippini Regis VIII. Idus Auguſti cum anno Chriſti DCCLVI. item annus ſextus Pippini XII. Kalendas Ianuarias cum anno DCCLVII. & rurſum annus X. Pippini ejuſdem V. Idus Maias cum anno DCCLXI. Conſequens ergo ut annus quartus Pippini, quem ſynodi notat præfatio, cum anno Chriſti congruere dicatur DCCLV.

VERNIS PALATIO.] In codice Metenſi *Vernis* legitur, ut in vulgatis. At in Bellovacenſi *Verno palatio.* quod rectius videtur. Sic enim à Pippino ipſo appellatur libro V. cap. XIII. *ſicut eis ad Vernum ordinavimus.*

Pag. 175. c. 25. VT NEC EPISCOPVS.] Poſt hunc canonem ſequebatur in vulgatis canon XXVI. *De juſtitia facienda.* in quo etiam definit codex Metenſis; ſed ante hunc tres item alios præmittit, *De teloneis, de moneta, & de immunitatibus.* quos omnes, cùm ſuperiùs * relati ſint in capitulis de alia ſynodo, jure hoc loco miſſos facit exemplar Bellovacenſe.

*Immo inferiùs pag. 177. in noſtra collectione.

Pag. 177. CAPITVLA DE AL. SYNODO] Edita jam fuerant à Petro Pithœo in fronte Capitularium, exſtántque in eodem codice S. Vincentij Metenſis atque in aliis antiquis. Sed quo anno vel loco condita ſint, nuſquam tradunt. Sunt tamen qui in Metenſi quondam conventu à Pippino Rege facta ſcribant.

Pag. 179. ANNO CHR. DCCLVII] Huic anno ut Concilium Compendienſe adſcriberem fecit Eginhartus in Chronico & alij, qui Pippinum Regem in Compendio villa generalem populi ſui conventum hoc anno habuiſſe tradunt. Nam in codice manuſcripto nulla eſt temporis nota, & ſimplex titulus, *Decretum quod factum fuit apud Compendium palatium publicum.* Ceterùm Gratianus 31. q. 1. *Si quis*, Ivo item & Burchardus, Concilium apud Compendium habitum vocant.

Pag. 181. c. 5. SI FEMINA INGENVA.] Hoc membrum canonis hujus & canonem rurſus XII. ac XIV. Concilio apud Vermeriam tribuit Gratianus 29. q. 2. *Si femina.* 30. q. 1. *Si quis filiaſtrum.* & 35. q. 2. *Si quis cum matre.* Tribuunt etiam Burchardus & Ivo, mendosè omnes. Quare omnino corrigendi ſunt. Tom. I.

Pag. 182. c. 9. SI QVIS BAPTIZATVS.] Relatus eſt hic canon à Benedicto Levita, cum aliquot aliis Concilij hujus, in librum quintum Capitularium cap. 6. 7. 8. & cap. 18. 19. 20. 21. Quibus locis, qui Gregorius Epiſcopus in vulgata editione appellatur, Georgius ſcribi debuit. atque ita prorsùs ſcribitur in antiquis exemplaribus. Georgij porrò Epiſcopi & Ioannis Sacellarij Legatorum Stephani Papæ ad Pippinum Stephanus ipſe meminit in epiſtola octava codicis Carolini, quem Gretſerus noſter edidit.

Pag. 184. c. 18. SI QVI PROPTER FAIDAM.] Hic rurſum poſt hunc canonem ſubjiciebantur in codice S. Vincentij alia quatuor capitula, nempe, *Si homo inceſtum fecerit, De eccleſiaſticis verò, & De Presbyteris & Clericis*, (quæ tria ſuperiùs primo loco poſita ſunt in Capitulis de alia ſynodo) & quartum, *Quia perſuaſum eſt populis*, qui fuit canon XIV. ſynodi Vernenſis.

Pag. 195. CAPITVLARE ANNI XI.] Annus undecimus Caroli Magni, menſe Martio, annum Chriſti notat DCCLXXIX. Et quia hoc Chriſti anno Carolus, Eginharto teſte, hibernos menſes egit apud Hariſtallum, ibique natalem Domini ac ſanctum Paſcha celebravit, non inanis, opinior, fuerit conjectura, ſi Capitulare hoc ibidem factum & decretum Hariſtallenſe dici poſſe ſuſpicemur. Quod quidem vulgatum pridem in Bavaria fuerat, ſed mendosè prorsùs. Totum porrò jam olim excerptum à Benedicto Levita, relatúmque partim in librum quintum Capitularium cap. 193. & ſequentibus, partim in Additionem quartam, poſt caput 120.

CONSENSERVNT DECRETVM] Decreti vocem, hoc loco prætermiſſam, habent libri ferè omnes manuſcripti & lib. III. leg. Longob. tit. 1. tametſi minimè neceſſaria videatur, quia nomen ipſum CAPITVLARIS decretum ſignificat capitulis digeſtum atque diſtinctum.

Pag. 199. DECRETALE PRECVM] Pertinet iſtud ad annum DCCLXXIX. Primùm, quia fame graſſante factum conſtat. Illo autem anno, ut notat Chronicum S. Galli non * editum, fames fuit magna & mortalitas in Francia. Deinde quia in codice S. Vincentij reipſa conjungitur cum Capitulari anni XI. Caroli Regis, hoc eſt, Chriſti DCCLXXIX. * Habetur to. 1. Andr. Duchesnij pag. 462.

Pag. 209. CAPIT. AQVISGRANENSE.] Capitula ſynodalia vocantur in Concilio Sueſſionenſi anni DCCCLIII. Et horum quidem cum ſua præfactione alterum eſt exemplar in veteri codice S. Remigij, ſed breviatum, & quale ab Anſegiſo Abbate tranſlatum eſt in primum librum Capitulorum, ſuccíſis nimirum detractíſque ſynodorum ac Pontificum decretis quæ per ſingula ferè capita commemorantur. In exemplari autem Aquitanico cùm ſubdita ſuis locis decreta omnia offendiſſem, minimèque dubium videretur quin hic germanus atque integer totius Capitularis textus eſſet, hoc potiùs modo edendum exiſtimavi. Ceterùm quotquot ex ſynodis Græcis hic canones proferuntur, diſcrepant à vulgata verſione Dionyſij,

Tom. I. Dionysij, & cum alia interpretatione consentiunt cujus exemplaria nunc etiam servantur in Anicienſi & in Corbeienſi atque in aliis Galliæ bibliothecis.

Pag. 141. CAPITVLARE SECVNDVM.] In codice ſancti Vincentij Capitulare iſtud cum ſequenti conjungitur, & ſeorſim utrumque ante Anſegiſi collectionem ponitur cum eo titulo qui proximè ad calcem præcedentis Capitularis eſt additus *Anno dominicæ incarnationis &c.* ut ad eundem locum & annum pertinere intelligatur. Copulantur ſimiliter eidémque titulo ſubjiciuntur in editione Bavarica.

CAPITVLARE FRANCOFORD.] Æſtatis initio celebratum Concilium Francofordienſe docet in Chronico Eginhartus. Synodi porrò hujus, exceptis canonibus, integrum ac pervetus exemplar ſuppeditavit nobis bibliotheca Eccleſiæ Remenſis, cujus ope multa paſſim emendata. Canonum verò, qui antehac deſiderabantur, copiam nacti ſumus ex vetuſto item codice S. Remigij, eodem ipſo quo uſum conſtabat illum qui primus libros Carolinos & cum his primum & ſecundum hujus concilij canonem, diſſimulato & interpolato nomine ſuo, in lucem dedit. Præter hoc enim aliud antiquæ notæ canonum Francofordienſium exemplar, quod ſciam, nullum eſt.

Pag. 163. c. 1. SECVM IN MONASTERIO.] Taſſilo quippe vitam hoc tempore ducebat in monaſterio cui addictus ante ſex annos fuerat poſt judicium Ingelheimenſe anni DCCLXXXVIII.

Pag. 165. c. 2. QVATVOR SVFFRAGANEAS.] Eccleſiæ ſeu civitates quatuor, quæ Viennenſi Archiepiſcopo in provinciæ diviſione relictæ ſunt, in Leonis Papæ epiſtola quinta nominantur, Valentia, Tarantaſia, (quæ extra provinciam) Genava, & Gratianopolis Novem porrò Arelatenſi conceſſæ in codice Lugdunenſi hæ numerantur, Maſſilienſium, Albenſium, Deenſium, Tricaſtinorum, Vaſenſium, Arauſicorum, Cavellicorum, Avennicorum, & Carpentoratenſium.

DE TARANTASIA ET EBRED.] Id agebant, opinor, harum civitatum Epiſcopi, ut inter Metropolitanos in Eccleſia cenſerentur. Et ſi enim tres iſtæ civitates jam olim capita & metropoles erant ſuarum provinciarum, videntur tamen illarum Epiſcopi ſuperioribus ſeculis ſub aliarum provinciarum Metropolitanis fuiſſe, Tarantaſienſis nimirum ſub Viennenſi, Ebredunenſis & Aquenſis ſub Arelatenſi. Hoc membrum diſtinctum canonem facit in manuſcriptis, ita ut ſynodi univerſæ canones ſint LVII.

cap. 7. IN MORTEM REGIS.] Nefariam conjurationem intelligit quæ ante biennium patefacta fuerat apud Ratiſbonam, de qua Eginhardus idem & alij anno DCCXCII. Breve item aliud Chronicum ejus ævi, nondum editum, in bibliotheca Tiliana: *Eodem*, inquit, *anno patefactum eſt conſilium iniquum quod conſiliaverunt cum Pippino filio Karoli iniqui conſiliatores. unde reprobi apparuerunt, & receperunt conſiliorum ſuorum meritum.* Et Chronicum S. Galli cujus ſuprà memini: *Pippinus comam capitis depoſuit, & quidam de Francis occiſi & ſuſpenſi propter conſilium peſſimum quod fecerunt ſuper Karolum Regem.*

A MAGNARDO.] Rotomagenſi Archiepiſcopo, Miſſo poſtea dominico ſub Karolo Imperatore, quem alij Mainardum vocant. Gerbodus verò is videtur quem inter Ebroicenſes Epiſcopos numerant veteres catalogi, & Girvoldum appellant, ex Abbate Fontanellenſi. Tom. I.

SECVNDVM PRIOREM CAPITVL.] Ante quindecim annos editum anno XI. Caroli Regis. Ibi enim de dandis decimis cautum fuerat cap. VII. Quare quod de valida illius anni fame hoc loco ſubjicitur, ſuperiorem conjecturam noſtram confirmat, ad eundem ipſum annum pertinere Decretale precum de quo antè dictum eſt. Pag. 269. c. 23.

ANGILRAMNVM ARCAIEPISC.] Mediomatricæ, hoc eſt, Metenſis urbis Epiſcopum fuiſſe docuit inſcriptio Capitularis Hadriani Papæ. Quòd verò Archiepiſcopus hoc loco dicitur & apud Alcuinum epiſtola 79. ſingulare fuit privilegium ſedis apoſtolicæ, quo tres Eccleſiæ Metenſis Epiſcopos, Chrodogandum, Angilramnum & Drogonem, ornatos fuiſſe conſtat, ut pallij honore frueretur cum nomine Archiepiſcopi. Pag. 270. c. 53.

HILDEBOLDVM EPISCOPVM] Colonienſem, ut docebit Caroli ejuſdem epiſtola ad Offam regem. Hildebaldum Archiepiſcopum & Capellanum vocat Anaſtaſius in Leone III. Fuit enim, ut ex hoc loco apparet, Caroli Regis poſt Angilramnum ſummus Capellanus & Apocriſiarius apoſtolicæ ſedis.

ALCVINVM.] Flaccum Albinum Alcuinum, qui Caroli Regis accitu è Britannia venerat ante biennium. In codice Remenſi corruptè ſcriptum erat *Aliquinum*, in altero recentiore *Aquilinum*. cap. 54.

KAROLVS HOMERO.] Angilberto Centulæ Abbati, quem & Alcuinus quoque in epiſtolis & Theodulfus in verſibus nondum * editis Homerum ſimiliter vocant. Atque ut Angibertus hic Homerus, ſic Riculfus Moguntinus Epiſcopus Damœtas, Carolus ipſe David, alij aliis tum inter familiares nominibus appellabantur. Pag. 271. * Editi ſunt à Sirmondo an. 1646.

CAPIT. I. ANNI DCCCXIII.] Titulus in codice Metenſi ſimplex erat: *De anno XIII.* In Gandavenſi plenior: *Hæc ſunt capitula quæ Epiſcopi congregati in unum obſervanda decreverunt & admonenda.* Edita conſtat in conventu Aquiſgranenſi, in quo conſtitutionum quæ in ſynodis ſuperioribus factæ fuerant collationem coram Imperatore habitam docet Eginhartus. Præter hæc autem quæ tunc à Carolo Imperatore ſancita ſunt, multa poſt hæc ex earundem ſynodorum canonibus ab Anſegiſo Abbate in librum ſecundum Capitularium tranſlata, & à Benedicto rurſum Levita tota propemodum Additio tertia ex iiſdem canonibus conflata. Pag. 501.

LEGE GVNDOBADA] Gombatam legem majores noſtri dixerunt legem Burgundionum à Gundebado eorum Rege, voce corrupta pro *Gundebada*, quomodo hic legunt codices nonnulli. Inde rurſum in Concilio Francofordienſi can. XLV. *Gumbodingi*, & in Capitulari Aquiſgranenſi cap. LXIII. *Gundebodingi* appellati qui Gundebada lege vivebant. Pag. 506.

AD SICHARIVM ARCHIEPISC.] Miſſa ſunt Concilij Aquiſgranenſis exemplaria in ſingulas provincias cum epiſtola Imperatoris ad Pag. 557.

Tom. I. uniuſcujuſque provinciæ Metropolitanum. Hinc epiſtolarum, quæ paſſim occurrunt, tituli diverſi. In exemplari noſtro, quia in Aquitaniam ſecundam miſſum fuit, nomen eſt Sicharij Archiepiſcopi Burdigalenſis; in Autiſiodorenſi nomen Magni Senonicæ urbis, quæ caput eſt provinciæ illius, Archiepiſcopi. Omnes porrò ejuſdem ſunt argumenti; tametſi quædam, prout res poſcebat, in ſingulis diverſa. quod in epiſtola ad Magnum videre eſt.

Pag. 558. HABITATIONIB. CONSTRVENDIS] Duo præcipit Imperator, regulam obſervari, & monaſticas habitationes inſtaurari. Vtrumque pariter complexus eſt Hetti Trevirenſis Archiepiſcopus in epiſtola quam de eadem re tunc ſcripſit ad Frotarium Tullenſem Epiſcopum; *Non neſcitis*, inquit, *cum qua cautela mandatum ſuſcepimus Domni Imperatoris, nos in dioceſi noſtra, & Epiſcopi ſinguli in parrochiis ſuis, id eſt, de regula augenda religionis, & de miniſtratoriis Canonicorum officinis, ut ſi quibus in locis bene compta eſſent, deinceps cum ſumma diligentia ornarentur. Nunc autem in proximo eſt placitum, quo ſine dubio ſciſcitabitur de obtemperatione mandati dominus mandati. Quapropter ſcrutemini diligenter in parrochia veſtra, in veſtris aliorumque monaſteriis, ſi præfata regula dignè per omnia conſervetur, & ſi officinæ juxta ipſius decreta conſtructæ atque innovatæ contineantur; ut cùm imperiali ſolertiæ præſentabimur, dejecto procul molimento aliorum, unà vobiſcum ex omnibus illi à nobis veritas nuntietur.* & cetera quæ ſequuntur in ſchedis S. Petri Carnotenſis, unde olim deſcripſimus.

Pag. 561. CAPITVLARE AQVISGR.] Totum extat in libro primo Capitularium cap. LXXVII. & ſequentibus, id eſt, poſt caput ultimum Capitularis Aquiſgranenſis Caroli Magni Regis. Immemor enim propoſiti & inſtituti ſui Anſegiſus, cùm librum illum ſolius Caroli eccleſiaſticis legibus deſtinaſſet, has etiam Ludovici filij conſtitutiones injecit; quas quidem hoc anno poſt ſynodum Aquiſgranenſem editas fuiſſe confirmant ea quæ in capite tertio leguntur de ſynodo illa & regulis Canonicorum ac ſanctimonialium in ea conſtitutis.

Pag. 579. CONVENTVS ABBATVM] Quemadmodum in Aquiſgranenſi Epiſcoporum Concilio tradita ſuperiore anno fuerat regula Canonicis & ſanctimonialibus, ita & in hoc Abbatum conventu monachis quæ ſequuntur præcepta ſunt capitula. Quanto autem ſtudio adlaborarit Ludovicus ut ab omnibus obſervarentur, declarat vitæ auctor his verbis: *Conſtituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo monachos ſtrenua vita, qui per omnia monaſteria monachorum euntes redeuntéſque, uniformem traderent cunctis monaſteriis, tam viris, quàm ſanctimonialibus feminis, vivendi ſecundum regulam S. Benedicti incommutabilem morem.* Declarat & Ludovicus ipſe in diplomate de ordine reſtituto in monaſterio S. Dionyſij, quod infrà produce-

tur anno DCCCXXXII. Ad hunc ipſum præterea conventum pertinere videtur Ludovici ejuſdem conſtitutum de monaſteriis regni Francorum quæ Regi militiam, dona, vel ſolas orationes debebant juxta notitiam infraſcriptam, quam ex monaſterio S. Ægidij apud Septimanos olim depromptam, vel cum his quibus ſcatet mendis, donec emendatius exemplar ſe offerat, non indignam luce arbitrati ſumus. Tom. I.

IN CONC. APVD THEODONIS VILLAM] De hoc conventu interpretor quod eſt apud Eginhartum in Chronico DCCCXXI. *Medio*, inquit, *menſe Octobris conventus generalis apud Theodonis villam magna populi Francorum frequentia celebratur, in quo Lotharius primogenitus Imperatoris Ludovici Irmingardam Hugonis Comitis filiam ſolemni more duxit uxorem.* Huic conventui alio pòſt anno ſucceſſit alter apud Triburiam, in quo Ludovicus, quod in priore ſynodo rogatus fuerat ab Epiſcopis, decretum edidit adversùs percuſſores Clericorum. Quem conventum Triburienſem incautè nonnulli cum eo confundunt qui plurimis pòſt annis habitus eſt ſub Arnulfo. Pag. 625.

CAPITVLARE AN. DCCCXXIII.] Hæc illa, opinor, ſunt capitula quæ Agobardus libro de diſpenſatione rei eccleſiaſticæ in conventu Attiniacenſi edita fuiſſe narrat. Vt minimè aberraturus videatur, ſi cui Capitulare Attiniacenſe appellare libeat. Totum autem ab Anſegiſo Abbate relatum eſt in priorem partem libri ſecundi Capitularium. Pag. 631.

AD IPSIVS PERICVLVM] Variant hoc loco vetera exemplaria. Quædam enim, ſicut in Capitularibus editum eſt, *pluvium* legunt, alia *plevium*, aut *plivium*, alia, quæ ſequuti ſumus, *periculum*. quæ vox veterem alteram Gallicanam interpretatur. Pag. 637. c. 15.

RAGENARIVS EPISCOPVS] Ita codex S. Remigij & Tilianus. In aliis *Raganarius*, *Regenarius*, *Ragnarius*, aut, ut in editis, *Rangarius*. quomodo etiam vocatus in Concilio Pariſienſi lib. III. cap. 6. & in vetere catalogo Epiſcoporum Noviomagenſium. Pag. 641.

EPISTOLA GENERALIS] Karolus Magnus ultimo imperij ſui anno Concilia per Galliam quinque in locis haberi juſſit. Ludovicus Pius hoc anno etſi quatuor tantùm locis Concilia imperavit, in his tamen omnes Galliæ provincias, una excepta Novempopulana, comprehendit. Moguntiam enim, ut ex Metropolitanorum quos recenſet nominibus intelligimus, convenire cum Metropolitanis ſuis juſſi ſunt Epiſcopi Germaniæ primæ & ſecundæ, Belgicæ primæ, & Maximæ Sequanorum. Pariſios ex Belgica ſecunda, & Lugdunenſi ſecunda, tertia, & quarta. Lugdunum ex Lugdunenſi prima, Viennenſi, Alpibus maritimis, & Narbonenſi ſecunda. Toloſam denique ex Arelatenſi, Narbonenſi prima, Aquitanica prima & ſecunda. Reliqua erat Novempopulana, cujus, ut dixi, nulla hoc loco fit mentio. Pag. 657.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I.

Conventus in villa Colonia.

Pag. 2. IN VILLA COLONIA] Titulo VII. apud Sparnacum, & tit. XVIII. apud Bonoilum. Ex præfatione synodi Meldensis liquet actum fuisse hunc conventum cùm Rex Karolus à Redonis civitate reverteretur. Quare villam Coloniam verisimile est illam dici quæ in eo itinere sita est non procul à mœnibus Cenomannorum. de qua & Aveſgandi Episcopi literæ pro monasterio S. Vincentij: *In villa quæ dicitur Colonia terram quam tenuit Hildebertus, cum silva quæ vocatur Broilus &c.* Vulgò *Conleines*.

CONSENSV VVARINI] Præcipuæ dignationis est quòd solus inter proceres nominatur. Comes Arvernorum olim fuerat, cùm adversùs Lupum Vasconem conflixit; ut Ludovici Pij vita testatur. Idem etiam Dux à Nithardo libro quarto, & in Caroli Calvi diplomate Marchio nuncupatur, ob varias scilicet administrationes quas diversis locis gessit. Cùm multa autem à VVarino præclarè gesta memorentur, tum illud certè præ ceteris gloriosum quòd victoriæ Fontaneticæ laudem illi adscribit Chronicum bibliothecæ Memmianæ: *Anno* DCCCXLI. *Hlotharius Imp. cum Karolo & Ludovico fratribus certamen apud Fontanetum init, & per VVarinum Provinciæ Ducem superatus fugam capessit, Francorum strage innumera peracta.*

SANCTA ECCLESIA] Tota hæc præfatio Caroli Regis nomine concepta est. Itaque titulus esse poterat: *Adlocutio* vel *adnuntiatio Karoli Regis*.

Pag. 3. PATERNI REGNI DIVISIO] Quo pacto instituta fuerit hæc divisio, Nithardus docet libro quarto. Sed quænam cuique fratrum pars regni obtigerit, neque Nithardi liber eo loco mutilus neque veterum quisquam satis explicat. Ceteris tamen accuratiùs Ado Viennensis in Chronico. Cessit autem Ludovico ad orientem Germania omnis Transrhenana, cum paucis aliquot eis Rhenum urbibus & pagis propter vini copiam, Carolo ad occidentem Gallia, non universa, sed quicquid ejus ab Oceano, hinc ad Mosam & Scaldim, inde ad Rhodanum & Ararim porrigitur. Lotharius Imp. reliquas Galliæ provincias quæ inter Mosam, Scaldim, & Rhenum, quæque inter Rhodanum, Ararim, & Alpes sitæ sunt, cum Italiæ regno sortitus est. Ita ex uno triplex Francorum regnum factum est. Omnes enim Francorum Reges appellabantur.

Pag. 5. c. 1. DE HONORE] Capitula hæc omnia in synodum postea Meldensem translata sunt: in qua nunc etiam leguntur, sed corrupto in Holoniam villæ vocabulo. Coloniam enim, non Holoniam, scribendum probant non modò Capitularium istorum exemplaria omnia, sed ipsius quoque synodi Meldensis vetus codex Metensis, quo usi sumus.

II.

Synodi ad Theodonis villam.

Pag. 7. IN LOCO Q. D. IVDICIVM] Tit. XVIII. apud Bonoilum, & tit. XXVII. c. 8. Ioannes Abbas Gorziensis de translatione S. Glodesindis: *Sub ipso ferè articulo temporis, faber quidam imperatorius de villa Iudicio Metiis advenit.* Prisci nominis vestigia retinet. Vulgò enim *Iudtz* vocant haud procul à Theodonis villa.

DROGO METTENSIS EPISC.] Tit. III. cap. XI. quo loco de Drogone plura. Nunc satis sit adnotasse, quòd synodo huic (quam synodus Meldensis, ob trium in ea regnorum conventum, generalem vocat) præsidere Drogonem Reges voluerunt, habitum ab illis honorem videri vel Vicario, ut pòst dicetur, sedis apostolicæ, vel patruo, Caroli olim magni ex concubina, non re, sed nomine Regina, filio.

HIS ITA PRÆMISSIS] Ex his etiam capitulis pleraque in synodum Meldensem recepta, nec tamen omnia. Quædam enim, ut patres ipsi præfantur, ab illis consultò recisa sunt, quædam pro rei necessitate interposita.

III.

Concilij in Verno palatio.

IN VERNO PALATIO] Tit. XVIII. & Pag. 13. in præfatione synodi Meldensis. Numeratur & inter palatia regia Vernum tit. LIII. cap. 32. Synodus sub Pippino Rege anno DCCLV. *Pippinus Rex Francorum universos penè Galliarum Episcopos aggregari fecit ad Concilium Verno palatio publico.* Sic enim codices quidam legunt, alij *Vernis*. Vita S. Eucherij Episcopi Aurelianensis: *Vernum fiscum publicæ ditionis illico advolavit.* Fors etiam & apud Aimoinum lib. 5. c. 36. ubi de Ludovico II. Rege sermo est, (*& iter agens per Carisiacum & Compendium usque Arvernum, quatenus ad sepulturam patris sui apud monasterium S. Dionysij perveniret*) non *Arvernum*, sed *ad Vernum* legendum est.

EBROINVS PICTAVOR. EPISC.] Summus Capellanus Karoli Regis. quod adnotatum fuerat in ora codicis Laudunensis. ut intelligeremus, opinor, principem hic locum eo nomine datum Ebroino. Nec alia certè potior sit ratio cur Episcopus Archiepiscopo præponatur. Archicapellanus apex olim fuit & caput omnium dignitatum palatinarum, ut ostendunt quæ ex Adalardi commentario scribit Hincmarus epistola III. & diploma Ludovici Pij de Ecclesia Hammaburgensi: *Cui & primum præesse atque solemniter consecrari per manus Drogonis Metensis & summæ sanctæ palatinæ dignitatis Præsulis Anschario fecimus Archiepiscopum.* Quibus verbis Archicapellanum designavit. Atin epistola Ecclesiæ Senonensis ad Hilduinum pro electione Hieremiæ Archiepiscopi aliter ex officio ac munere describitur. Nam quia is ecclesiastica & sacra omnia negotia vel expediebat ipse, vel cum Rege tractabat, epistolam his verbis inscribunt: *Eximio Domino & verè sanctissimo Hilduino sacris negotiis à Deo prælato, Senonicæ urbis abjecta Ecclesia.* Caroli porrò Calvi Archicapellanum fuisse Ebroinum Carolus ipse auctor est in præcepto quod Glannensi monasterio concessit de villa Bidis-

Tom. II. ciaco: *Venerabilis vir Ebroinus Episcopus, sacrique palatij nostri Archicapellanus, adiens culminis nostri serenitatem, deprecatus est &c.*

Pag. 17. c. 9. REMORVM ECCLESIAM] Exauctorato apud Theodonis villam Ebone anno DCCCXXXV. sine Archiepiscopo decem annis fuit Remorum metropolis, donec in synodo Belvacensi, de qua titulo sequenti, ordinatus est Hincmarus; ut Hincmarus ipse narrat in posteriori volumine adversus Gothiscalcum cap. 36. & Flodoardus lib. III. historiæ Remensis cap. 1.

c. 10. AGIVM PRESBYT. PAL. V.] Ionæ Episcopi propinquum, cui in Aurelianensi cathedra successit anno DCCCXLIII. Ex hoc autem loco apparet non satis probatam Carolo Regi ordinationem Agij fuisse. Ratam tamen postea synodi rogatu habuisse hinc patet quòd Agij Episcopi deinceps crebra passim est mentio.

c. 11. DE PRÆLAT. DROGONIS] Sedis apostolicæ vices intelligit, quas Sergius II. Papa Drogoni hoc anno delegarat. Sergij literas * ex codice Metensi alio loco, si Deus volet, proferemus. In his scribit se ad humilitatis suæ vicem (sic enim loquitur) cunctis provinciis trans Alpes constitutis Drogonem Archiepiscopum Metensem, glorioso quondam Karoli Imp. filium, sanctitate doctrinaque conspicuum præfecisse. Ceterùm Drogo, refragantibus Galliæ Germaniæque Episcopis, concessa auctoritate usus non est. Hincmarus epistola VI. cap. 30. *Drogo Metensium Episcopus, fastu regiæ prosapiæ subvectus, prælationem in Cisalpinis regionibus tempore Hlotharij Imp. apud Sergium Papam obtinuit. Sed quod affecta ambiit, effectu non habuit; & quod efficaciæ usu, non consentientibus quibus intererat, obtinere non potuit, patientissimè, ut eum decuit, toleravit; ne scandalum fratribus consacerdotibus generans, schisma in Ecclesiam introduceret.*

* Editæ sunt in tomis Conciliorum.

IV.

Synodi Belvacensis.

Pag. 19. APVD BELVACVM] Tit. XVIII. De hujus synodi capitulis, quæ sequuntur, Hincmarus in epistola nondum * edita ad Carolum Regem: *Hæc namque, cum aliis quæ ibidem continentur, anno incarnationis dominicæ* DCCCXLV. *mense Aprili, anno sexto regni vestri, in Belgivaco civitate, cum maxima contestatione cunctis diebus vitæ vestræ vos servaturos promisistis Episcopis qui præsentes aderant, & in manus eorundem Episcoporum ad petitionem eorum dedistis.* Quibus deinde octo hæc capitula subjicit; quæ eadem in synodo quoque Meldensi pro parte recitantur cap. XVII. At in fine synodi, post caput LXXX. eadem rursus collectorum, ut patet, errore integra repetuntur.

* Edita est to. 2. oper. Hincmari pag. 316.

HORVM EPISCOPORVM] VVenilo Senonensis erat Episcopus, Erchanradus Parisiacensis, Immo Noviomagensis, Rothadus Suessionensis, Simeon Laudunensis, Lupus Catalaunensis, Ragenarius Ambianensis, Helias Carnotensis, Erpoinus Silvanectensis, Agius Aurelianensis, Hincmarus Remensis. Qui omnes synodo etiam Parisiensi anno insequenti adfuerunt, & privilegio monasterij Corbeiensis, quod cum Ratberti Abbatis operibus editum est, subscripserunt. Tom. II.

V.

Apud Tolosam civitatem.

APVD TOLOSAM] In tabulario Ecclesiæ Narbonensis extare dicitur Caroli Regis diploma de ejusdem Ecclesiæ privilegiis cum hac subscriptione: *Data XII. Kalendas Iulij Indictione VI. anno IV. regni præstantissimi Regis Caroli. Actum in cœnobio S. Saturnini martyris juxta Tolosam.* quæ ipsa est epocha tituli hujus & anni DCCCXLIII. Quare Tolosæ, hoc est, in Septimania seu Gothia tum fuisse dubium non est. Pag. 22.

FRISCHINGAM] Tit. XXVII. cap. 12. *friskingas.* Hincmarus in capitulis quæ Archidiaconibus suis dedit anno DCCCLXXVII. *Quando parrochias circuitis, nolite graves esse Presbyteris, petentes friskingas.* Idem ad Laudunenses de ordinatione Hedenulfi Episcopi: *exigendo denarios, vel caballos, aut verres, seu friskingas.* Friskingæ dicebantur, non porcelli, (ab his enim distinguntur lib. IV. cap. LXXIII.) sed porcellis majores, nondum tamen justi incrementi, quod alij jam docuerunt. Ergo ut hoc loco friskingæ aliæ sex, aliæ quatuor denariis æstimantur, sic in Alamannicis S. Galli chartis Num. LXVII. friskinga tremissalis dicta est quæ tremissem valeret: quia pro ætatis & incrementi modo varij erant pretij. Frescengiæ vocantur in diplomate Ludovici VII. Regis pro S. Dionysio: *Porcos seu frescengias, anseres, gallinas &c.* Pag. 22. c. 2.

VII.

In villa Sparnaco.

IN SPARNACO VILLA] Sita est ad Matronam fluvium, Remensis Ecclesiæ antiquissima possessio à S. Remigij usque temporibus, ut docet Flodoardus lib. I. cap. 14. In Chronico item Frodoardi anno DCCCLXIV. de Odelrico Episcopo Remensi: *Heribertus Comes villam Sparnacum ei reddidit, & amicitiam præfati Episcopi impetravit.* Meminit & vini quod apud Sparnacum nascitur Pardulus Laudunensis in epistola ad Hincmarum. Pag. 25.

EDIDERVNT IN SYNODIS] Meldensi & Parisiacensi. Quæ enim sequuntur XIX. capitula, omnia quidem in synodo Meldensi, sub iis numeris qui singulis capitibus præfixi sunt, continentur; sed quæ in Meldensi constituta fuerant, in Parisiacensi demum, ut præfatio declarat, absoluta & edita sunt anno DCCCXLVI. Ceterùm qui inter Episcopos hic nominantur, Guntboldus Archiepiscopus fuit Rotomagensis, Vrsmarus Turonensis, Amalo Lugdunensis, qui Amulo vel Amulus est aliis.

PLENITVDO] Plenitudinem appellat integrum exemplar. Optatus lib. I. adversus Parmenianum, de synodo agens Cirtensi Donatistarum: *Harum*, inquit, *plenitudinem rerum in novissima parte istorum libellorum ad implendam fidem adjunximus.* Pag. 31.

IN BENEFIC. IVRE, AVT IN ALODE] c. 19.

Tom. II. Alodis est propria cujusque possessio. unde proprietas appellatur. Tit. XI. cap. 2. *in alodem sunt data.* quod mox ait, *in proprietatem data sunt.* & tit. XXXVII. cap. 3. *proprietas illorum in nostrum indominicatum recipiatur.* quod cap. 5. dicit *ipsi alodes.* Ioannes Papa VIII. Ludovico Regi epist. 129. *ipsas proprietates, quas vos alodes dicitis.* Propterea opponuntur hoc loco alodis & beneficium; quia quod beneficiario jure habetur, beneficiarij proprium non est. Non omnis olim proprietas alodis nomine comprehensa, sed illa speciatim quæ successionis jure obveniebat & hereditas appellabatur. Quo sensu & in legibus antiquis, ut rectè Hieronymus Bignonius v. c. observat, alodis pro hereditate sumitur; & apud Marculfum lib. II. cap. VII. à comparato, id est, à conquisita proprietate secernitur. Verùm etsi principio ita res habuit, invaluit tamen ut alodis tandem proprietas omnis diceretur, sive à parentibus hereditario jure accepta esset, sive emptione, aut donatione, vel alio conquisitu comparata. Atque ita passim in his capitulis, ut tit. XXXII. c. 4. *Alodes illorum quos de hereditate & de tali conquisitu, qui de donatione nostra non venit, habuerunt, & quos senior noster Domnus Imperator eis dedit.*

Pag. 31. c. 22. Precariæ.] Tit. XII. cap. 2. & tit. XXVII. cap. 7. item *præstaria* tit. XI. cap. II. Qui rem Ecclesiæ ad usumfructum sub annuo censu impetrabant, iis per precariam & præstariam dari solebat. Præstariam dabat Ecclesiæ rector, qui rem in præstitum concedebat, & quibus legibus eam concederet exponebat: precariam petitor, qui rem precario accipiebat, qua censum & alias conditiones impositas expleturum se profitebatur. Vtriusque extant formulæ apud Marculfum. Precariæ autem exemplum ex tabulario S. Vitoni Virdunensis ad calcem Notarum inter Analecta proponemus.

Pag. 34. c. 40. Hospitalia scottorvm.] Tit. XXVII. cap. X. *Hospitalia peregrinorum, sicut sunt Scottorum,* id est, Hibernorum. ut in synodo Cabilonensi sub Karolo Magno cap. 42. *Scotti, qui se dicunt Episcopos.* apud Prosperum libro contra Cassianum, *ordinato Scottis Episcopo.* & passim. Claudianus de laudibus Stiliconis II. *totam cùm Scottus Hibernam movit.* Scotti jam olim peregrinationibus dediti. Vvalafridus Strabo lib. 2. vitæ S. Galli cap. 46. de natione Scottorum, *quibus consuetudo peregrinandi jam penè in naturam conversa est.* Proinde hospitales, & peregrinis benevoli.

Ibid. Inqvit Symmachvs] Verba sunt, non Symmachi Papæ, sed synodi Arvernicæ can. 4. *Qui reiculam Ecclesiæ petunt à Regibus, & horrenda cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt &c.* Sic suprà tit. III. c. 5. Innocentio Papæ tribuitur quod est Gelasij in epistola ad Episcopos Lucaniæ cap. 22. & tit. II. cap. 4. pallium à Samuele propheta scissum dicitur, cùm sciderit Ahias Silonites 3. Regum 11. & 2. Paralip. 10. Sunt & alia hujus generis ac notæ non pauca.

IX.

Conventus apud Marsnam I.

Pag. 41. In loco q. d. Marsna] De hoc conventu Lupus Abbas Ferrariensis epistola 50. & 51. tum præcipuè in 59. ad Marcuvadum Abbatem Prumiensem: *Non ignoratis, credo, Reges nostros apud Trajectum hebdomade secunda quadragesimæ celebraturos colloquium.* Hic mense Februario celebrasse dicuntur. quod eodem spectat, cùm anno DCCCXLVII. quadragesimæ initium fuerit die XVI. Februarij. Marsnæ, sive, ut Regino vocat anno DCCCLXIX. & sequenti, Marsanæ ad Trajectum in diœcesi Leodiensi multis locis meminit Petrus Abbas S. Remigij. Meminit & Gallicus scriptor apud Conradum Vrspergensem de Gisilberto Duce agens his verbis: *Recipit itaque Trajectum, Iupilam, Harstalium, Marsnam, Littam, Capræ montem, quæ à defunctis derelicta vacabant.* Tom. II.

Raptvm facere] Id cautum opinor propter Gisalbertum alterum Karoli Regis vasallum, qui superiore anno Lotharij Imp. filiam rapuerat, abductámque in Aquitaniam conjugem duxerat. Vnde gravis & acerba Lotharij adversùs Carolum, quem rei conscium suspicabatur, orta dissensio, de qua Annales Pithœani anno DCCCXLVI. & sequentibus. Pag. 42. c. 8.

Ad Dvcem Brittonvm] Nomenoium. Dux hic Britannorum sub Ludovico Pio. Quo mortuo, dum inter fratres regni procerum fit discidium, Nomenoius Karolo adhæsit anno DCCCXLI. Nithardus lib. 2. *Ad Nomenoium Ducem Brittannorum mittit, scire cupiens si suæ se ditioni reddere vellet. Qui adquiescens consiliis plurimorum Karolo munera mittit, ac sacramento fidem deinceps servandam illi firmavit.* Biennio post defecit, & regnum affectare in Britannia ausus est. Chronicum Vindocinense anno DCCCXLIII. *Civitas Namnetica à Nortmannis capitur vice prima, prodente eam Lamberto perfido Comite, qui à fidelitate Francorum Regum ad Nomenoium Brittonem se contulerat: qui etiam ipsius consilio in Britannia regnum usurpare ausus est.* Rex ergo exinde à suis dictus Nomenoius, sed Franci Ducem tantùm appellabant. quo modo & synodus apud Saponarias in epistola ad quatuor Episcopos Britanniæ: *De qua reverentia salubriter à vobis & à gente vestra Metropolitano impendenda, tempore Nomenoij Ducis* (sic enim legendum est) *& reverentissimi Papæ Leonis, & successoris ejus Benedicti scripta docuerunt.* Priorem gentis suæ appellarat synodus Turonensis apud Lupum Abbatem epistola 84. *Nomenoio Priori gentis Britannicæ.* c. 10.

Commvnem nepotem] Pippinum, Pippini olim Regis trium regum fratris Aquitaniæ Regis superstite Ludovico patre mortui filium. de quo tit. XI. cap. 5. Regnabat is hoc tempore in Aquitania. Sed patrui, quòd Aquitaniam Karolo in partem obtigisse censerent, Pippinium Regis nomine non dignabantur, & pro Aquitaniæ regno comitatibus aliquot contentum nunc esse jubent. Pag. 43. c. 1.

Qvam Lantvveri dicvnt] Vox hæc in usu etiamnum Alamannis, qua regionis fines significant. Sive hinc igitur originem arcessas quòd in fines incurratur, sive aliud etymum fingas, dubium non est publicum & communem belli motum designari. Pag. 44. c. 5.

Tom. II.

X.

Conventus apud Marsnam II.

Pag. 45. SVBSCR. MANIBVS PROPRIIS] Ex hac inscriptione nomen inditum his capitulis videtur ut Chirographum Regum dicerentur. Ita enim appellat Carolus Rex in proclamatione adversùs VVenilonem tit. XXX. cap. 4. & Episcopi in epistola ad Ludovicum tit. XXVII. cap. 8. atque ita appellare solet Hincmarus, ut de divortio Hlotharij cap. 23. ad quintam interrogationem: *Capitula sunt*, inquit, *legalia Imperatorum & Regum, quid sustinere debeat qui post bannum latronem receperit; & in Chirographo Regum nostrorum hinc expressè decernitur.* & de uxore Bosonis: *Restat ut Rex in cujus regno degit, secundùm conscriptionem Chirographi Regum nostrorum, eam ad viri sui præsentiam adduci faciat.* & in fine opusculi ejusdem: *Quoniam quidem suprà Chirographi Regum nostrorum memoriam feci, quæ de his ibidem constituta sunt, hic subnectere procurari.* Subnectit autem duo tituli hujus capitula, quartum & quintum.

XI.

Synodi Suessionensis.

Pag. 49. act. 1. CANONICE DEPOSITVS] Depositus fuerat Ebo tanquam auctor & incentor conspirationis adversùs Ludovicum Aug. in synodo apud Theodonis villam anno, ut dictum est, DCCCXXXV. Rem multis narrat Flodoardus lib. 2. c. 20. Synodi verò ipsius seriem, cum subscriptionibus Episcoporum XLIII. qui Ebonem damnarunt, recitat Hincmarus cap. 36. posterioris operis adversùs Gotheschalcum. Mortuo deinde Ludovico, sedem à Lothario iterum obtinuit per edictum quod apud Flodoardum eodem loco extat * cum subscriptione & assensu Episcoporum viginti, atque in Remensi Ecclesia Clericos aliquot ordinavit: quos Hincmarus sedem illam adeptus pro Clericis habendos non censuit, utpote vitio creatos ab eo qui legitimè restitutus non esset. Qua de re illi cùm apud synodum Suessionensem expostulassent, synodus secundùm Hincmarum pronuntiavit.

* Extat etiam suprà pag. 341.

Pag. 50. act. 2. HERIMANNVS] De quo iterum tit. XII. cap. 1. Apud Lupum Abbatem epist. 84. & 99. *Herimannus Episcopus Nivernensium.* Hujus sunt in armariis Ecclesiæ Nivernensis tabulæ * quibus Canonicos in ea numero sexaginta constituit, eorúmque stipendiis partim ex facultatibus Ecclesiæ, partim ex propriis, statas aliquot villas delegat. Habent & Karoli Regis diploma, quo tabulas Herimanni jam antè in conventu Episcoporum Parisiis anno DCCCXLIX. mense Novembri approbatas regia etiam auctoritate confirmavit apud Vermeriam IX. Kalend. Junij Indictione XII. triennio videlicet ante synodum in qua versamur.

*Editæ sunt in to. VIII. Concilior. pag. 1928.

Act. 3. DE BVRCHARDO] Diaconus hic erat è regno Lotharij, VVenilonis Senonum Archiepiscopi consanguineus; ut ex anonymo ejus ævi scriptore didicimus, qui sub revelationum legati Ecclesiarum nomine multa sui temporis memorabilia persequitur. Narrat ergo Burchardum à Karolo Rege accitum, & Carnutensium Ecclesiæ, Deo irato, ac publica de eo fama reclamante, impositum, atque à VVenilone hoc anno DCCCLIII. quarto, id est Junio, mense consecratum. Numeratur idem idem inter Missos dominicos tit. XIV. Tom. II.

Pag. 51. act. 3. LVGDVNENSIVM PARDVLVS] Hoc est Laudunensium, ut tit. XII. cap. 1. Vetus enim & verum ejus urbis nomen Lugdunum, vel cum adjuncto Lugdunum clavatum. *Gregor. Turon. lib. 6. cap. 4. Testamentum S. Remigij MS.* Quo modo in synodis sæpe subscribunt Episcopi Laudunenses. Neque aliter in nummis Launduni cusis; ut in hoc videre est, cujus in antica parte KARLVS GRATIA DEI REX in postica LVGDVNI CLAVATI.

Act. 4. CAVSAM ABSENTIÆ SVÆ] Alioqui ad frequentandas synodos minimè segnis erat Aldricus, cùm multis interfuisse constet, ut Vormatiensi, in qua restitutus est in imperium Ludovicus anno DCCCXXXV. & sequenti anno Aquisgranensi, unde legatus cum Erchanrado Parisiensi ad Pippinum Aquitaniæ Regem missus est. Parisiacensi quoque anno DCCCXLVI. & triennio pòst Turonicæ.

Act. 5. PIPPINVS A SVIS] De anno quo Pippinus hic junior in patrui potestatem venit atque in monasterium Suessionense detrusus est, scriptores non consentiunt. Annales Pithœani & Regino adscribunt anno DCCCLI. Sigebertus anno sequenti, cui favet Chronicum Memmianum, quod ipsum etiam mensem notat: *Anno*, inquit, DCCCLII. *Lambertus Comes à Gauzberto Cenomannensium Comite Kalendis Maij occiditur. Eodem anno mense Septembri Karolus nepotem suum Pippinum adquisivit.* Lamberti porrò cædem in eundem quoque annum conjicit aliud Chronicum Engolismense Tilianum.

Pag. 52. act. 5. DVO MONACHI] Horum opera elapsum è monasterio Pippinum auctor est Regino. Nunc igitur hoc nomine à synodo plectuntur. At Pippinum è fuga tandem retractum castróque Silvanectensi ad custodiam denuo inclusum Regino idem narrat. Cetera Hincmaro debemus, qui Pippinum in illa sua fuga sese paganis, id est, Nortmannis sociasse atque illegitimas & incestas nuptias iniisse docet in consilio quod Karolo Regi suggerendum de pœnitentia Pippino irroganda postea scripsit, cùm is de anteactis dolere ac monachi habitum repetere velle diceretur. Reginonis locus in tota hac historia depravatus est, non solùm quòd *Insula Nectis* pro *in Silvanectis* legitur, sed quòd injectis perperam Ludovici & Lotharij nominibus, quæ de Pippino juniore scripta ab auctore fuerant, ad Pippinum patrem detorta sunt. Sincerior codex S. Arnulfi, qui omnibus his nævis caret.

Act. 6. RAGANFRIDVM DIACONVM] Sacri palatij Notarium. Qui falsa regio nomine præcepta seu diplomata condebat, eum verisimile est è Notariorum numero fuisse qui in palatio sub Archicancellario merebant. Quare hunc illum esse Raganfridum conjicio cujus nomen in quibusdam Caroli Calvi diplomatibus legitur, ut in confirmatione privilegiorum monasterij S. Dionysij: *Ragenfridus Notarius ad vicem Ludovici Abbatis recognovi. Compendio* XII. *Kalendas*

Tom. II. *Februarias anno* IV. *regnante Karolo Indictione* VII. quod est anno DCCCXLIV.

SEPTIMA ACTIONE] Secuti sumus exemplar Ecclesiæ Bellovacensis, cum quo Pithœanus item codex & Tilianus ac Laudunensis consentiunt. Metensis verò noster hujus capitis loco, & præcedentis de Raganfrido, quæ hic penitus omittit, sex alia subjungit capitula, atque in his desinit, quorum primum est, *Vt in civitatibus & monasteriis*, & cetera, quæ videre est in synodo Suessionensi tomo III. Conciliorum. Ab illa enim editione Metensis MS. hac in parte non discrepat. At qui codices alios concinnarunt, propterea sex istis capitulis abstinuerunt quia in duodecim aliis quæ sequuntur eadem comprehendi videbant.

ISTA CAPITVLA] Plerique codices inscriptione ista carent. In Laudunensi verò hæc non à Karolo sed coram Karolo Rege constituta dicuntur. Excerpta enim sunt ex gestis synodalibus Concilij Suessionensis, cujus brevem summam continent, ex qua de singulis, quæ in eo Concilio acta sunt, quid decretum fuerit intelligimus. Quod alioqui penitùs ignoraremus, cùm ex actis synodi, præter ea quæ ad primum caput, hoc est, ad Clericos ab Ebone Remensi post abdicationem ordinatos pertinent, nihil supersit. Quidam codices, in quibus hæc seorsim sepositа leguntur, inscriptionem habent: *Capitula Karoli Regis junioris facta in monasterio S. Medardi.* Sunt autem memorialia capitula Missis dominicis in diversos regni pagos & provincias ituris tradita, ex quorum præscripto mandata exequerentur. De nittendis ergo legatis Suessione synodi rogatu statutum fuerat, & capitula quæ illis commendarentur constituta: sed Missi Novembri postea mense designati, & pagi apud Silvacum distributi tit. XIV.

Pag. 53. INBREVIENT] in breves seu pittacia referant & describant, ut tit. VII. tit. XXXII. tit. XXXVI. Hincmarus adversùs nepotem cap. 1. *habebas inbreviatos quot infantes sine baptismate & quot homines sine communione inde obierint.* Nithardus libro quarto: *mitterentque per universum imperium, & inbreviaretur.* Breves dicebant quos vulgus rotulos & inventaria vocat. Lupus epist. 80. *Breves etiam quos de facultate monasterij vestri mittere debuistis.* Karolus M. in Capitulis anni DCCCXIII. *De rebus quæ Hildegardæ Reginæ traditæ fuerunt, volumus ut fiant descriptæ breves, & ipsæ breves ad nos fiant adductæ.* Inde inbreviator in Documento de examinatione VVilleberti Episcopi Catalaunensis: *Inbreviator sive descriptor stipendiorum regalium.*

Pag. 55. c. 2. CASTITIIS] Malè hic duo libri *casdiciis*, alij omnes *casticiis* aut *castitiis*, ut tit. XXVII. cap. 14. *Ædificent villas vestras moderatis castitiis.* Quibus ex verbis castitia intelligimus ad structuras & ædificia pertinere. Quod ipsum eu Ludovici Pij constitutione intelligere est lib. V. cap. 279. ubi cum monasteriorum claustris comparat castitia Ecclesiarum, id est, ædificia quæ ad Ecclesias pertinent & illis cohærent. Sic igitur villarum castitia interpretamur quæ in villis inædificata sunt. Vetus charta S. Germani Parisiensis: *Mansum dominicatum cum casa & aliis castitiis,* quæ casalia dicuntur in alia vetere charta S. Benigni: *Mansum indominicatum cum casalibus super exstructis.* atque alia passim hujusmodi. Tom. II.

NOSTRAM HARMISCARAM] Tit. XXIII. cap. 9. *talem harmiscaram sicut nobis visum fuerit sustinere.* Tit. XL. c. 9. *dignam harmiscaram à nobis dispositam.* Tit. LIII. cap. 8. *Insuper nostram harmiscaram secundum modum culpæ & ut nobis placuerit sustineat.* & aliis loci in quibus omnibus harmiscara, aut harmiscara interdum etiam harscara legitur, harniscara, quod alij scribunt, nusquam. Ex hoc autem capitulo & aliis quæ descripsimus liquet harmiscaram graviorem multam fuisse, quæ à Principe pro arbitrio extra ordinem imponi soleret. Hincmarus Laudunensis Hincmaro Remensi: *Se velle ad meam mercedem venire & sustinere qualem illi commendassem harmiscaram.* Pag. 56. c. 9.

XII.

Synodi apud Vermeriam.

APVD VERMERIAM PAL.] Tit. XIX. cap. 11. In Capitulis Karoli Magni anno octavo imperij: *De operibus palatij ad Vermeriam.* In diplomate Caroli junioris pro Ecclesia Remensi apud Flodoardum lib. 3. cap. 4. *Actum Vermeriæ palatio regio.* Sita est ad Isaram fluvium. Aimoinus lib. 4. c. 57. de Karolo Martellot *agrotare cœpit in villa Verneria super fluvium Isaram.* Hodie Verberia, non procul Compendio. Concilij apud Vermeriam, cui Pippinus interfuit, meminit Gratianus 29. q. 2. c. 4. cujus canones XXI. * extant in codice nostro Metensi. Pag. 57. * Editi sunt suprà to. 1. pag. 161.

CHVONRADO NOBILISS.] Idem qui primo loco inter proceres numeratur tit. XXXI. & à Vvalafrido Strabo *Nobilitatis apex* dicitur in carmine ad Chonradum Comitem. Quo fit ut de Conrado conjicere liceat Iudith Reginæ fratre: de qua qui scribunt, Vvelfonis nobilissimi Comitis filiam tradunt fuisse. Pag. 59. c. 2.

ABBA FVLRADVS] Tit. XXVII. c. 7. *Fulradum Abbatem monasterij S. Dionysij, & summum Capellanum regis Pippini.* Eodem etiam Capellani munere functus est apud Karlomannum Regem, ut Karlomanni ipsius de S. Dionysij mercato diploma testatur. Sed Fulradi & legationum quas ad Zachariam, Paulum, & Stephanum Pontifices summa cum laude gessit, clarior est memoria quàm ut illustrari debeat. Hoc non perinde omnibus notum, præter hunc alterum ejusdem nominis Abbatem Fulradum fuisse, Karoli Martelli ex Hieronymo filio nepotem. quod ex his Theodulfi Aurelianensis versibus didicimus. Ibid.

Condere cœpit opus hujus venerabilis aulæ
Abbas Fulradus nobilitate cluens,
Namq; huic Hieronymus Carolus pater extitit illi,
Qui propriæ specimen gentis ad alta tulit.
Bella gerens, pacémque tuens, qui culmina regni
Ad prolem misit auxiliante Deo.

De sancti Quintini æde sermo est, quam à Fulrado hoc Abbate structam ait anno DCCCXV. Karolo ergo magno superstes fuit. Sed ut ad nostrum redeamus, in Karoli ejusdem magni Regis diplomate, quod Fulrado Abbati concessit, com-

Tom. II. memoratur inter cetera monasterij bona, *In pago Alsacinse cella S. Alexandri, ubi ipse corpore quieſcit.* Hoc nempe est Lebrahæ monasterium in Alsatia.

Ibid. Abbas hludovvicvs] Magni & hic nominis Abbas, Karoli Calvi propinquus. Sic enim appellat in diplomate quodam pro monasterio S. Dionysij: *Vir venerabilis ac propinquus noster Ludovicus Abbas monasterij Apostolorum principis excellentiſſimorumque Christi martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij.* Suprà tit. III. inter eos relatus est qui Vernensi Concilio præsidebant, & tit. XIV. inter Missos dominicos numeratur, & quidem ante Yrminfridum Episcopum. Fuit præterea Caroli ejusdem Regis Cancellarius, *epistolare in palatio gerens officium*, ut loquitur Lupus Ferrariensis, cujus sunt aliquot ad Ludovicum Abbatem epistolæ quæ summam illius auctoritatem declarant. Scribit ad eundem Hincmarus Remensis, & Abbatem suum vocat, apud Flodoardum lib. 3. c. 24.

XIII.

Apud Valentianas.

Pag. 61. Ad Valentianas] Tit. XIV. in præfatione, & tit. XXXIV. cap. 2. & 4. quibus in locis hujusce apud Valentianas cum Lothario Imp. colloquij fit mentio. Einhardus Abbas ad Augustam: *Postquam de Aquis exivi, tantis corporis incommodis affectus sum ut de Trajecto vix decimo die pervenire possem ad Valentianas.* Valentianæ ad Scaldim fluvium notæ sunt, ad quas synodum etiam Karolus M. habuisse dicitur anno DCCLXXI. ut est in annalibus Pithœanis. Erant illæ tum quidem in ditione Lotharij, quippe trans Scaldim positæ; at postea in divisione regni Lotharij junioris Carolo cesserunt cum reliquo pago Cameracensi.

XIV.

Apud Silvacum.

Pag. 63. In Silvatico] Ita hoc loco libri plerique. At iidem tit. XV. & tit. XVIII. ubi rursum hujus loci atque horum capitulorum fit mentio, non Silvaticum, sed Silvacum vocant, quo modo hîc etiam codex Laudunensis & Bellovacensis. Sive igitur utrumque loco nomen fuit, sive in Silvatico corruptum est, constat hallucinari eos qui cum Silvanecto confundunt. Procul namque aberat Silvacus villa regia in pago Laudunensi, ut Hincmarus Laudunensis docet in epistola ad Remensem: *Relegi scripta quæ mihi destinastis, instante anniversario mei traditionis perpetratæ mea in parrochia in loco qui dicitur Silvacus.* & tit. LIII. cap. 32. *Silvacus cum toto Laudunensi.* Meminit Lupus Abbas epistola 55. & 57. & Aimoinus multis locis.

c. 1. Parabolaverunt simvl] Tit. XXV. cap. 3. *Quia iste meus carissimus nepos cum dilectissimo fratre meo Hludouvico parabolavit.* & tit. XXVII. cap. 4. *quicquid cogitavit, parabolavit, & fecit.* Parabolare ergo dicebant quod nos parlare, id est, loqui.

Pag. 64. c. 1. Censvm de Manso] Ecclesiæ cujusque. Mansus dicebatur fundus, hoc est, certus agri modus cum structura plerunque ad mansionem. Hincmarus epistol. 7. c. 34. *Quidam res comparant, & in illis structuras faciunt, & in eisdem mansis feminas recipiunt, quæ domus curam gerant.* Italis massa, ut apud Cassiodorum & Gregorium magnum sæpe, atque in formulis antiquis Ecclesiæ Romanæ: *Colonis & familia massarum sive fundorum.* Regum autem edictis sancitum fuerat unicuique Ecclesiæ unum mansum integrum absque ullo servitio adtribui, lib. 1. cap. 85. Vnde Hincmarus idem in Capitulis quæ anno DCCCLII. Presbyteris dedit, referri ad se inter cetera jubet: *Si habent mansum habentem bunuaria duodecim.* Frotarius Episcopus Leucorum Drogoni Metensi: *Quædam vestri juris basilicæ in providentia nostra consistunt, quæ nec mansorum subjectione fulciuntur, nec sacerdotum præsentia custodiuntur.* Quare de hoc manso censum aut aliud quodvis servitium exigi nefas fuit. Ea immunitas mansi dicebatur, ut tit. XL. cap. 9. *Seniores immunitatem de manso ad Ecclesiam dato conservent.* Nunc ergo qui hanc infringant coërceri à Missis jubentur, & tit. XXXVI. cap. 2. & tit. XXXVII. cap. 11. Ludovici Pij exemplo, qui idem statuit lib. 5. cap. 100.

Tom. II.

De collectis qvas Herizvph] Tit. XXXIV. cap. 4. Collecta hoc loco non quælibet populi congregatio, sed cum nefariè ad resistendum aut ad vim faciendam colligitur. Tit. XXXVI. cap. 18. *Qui Comiti collecta manu resistere præsumpserit, DC. solidos culpabilis judicetur.* quod caput ex iis sumptum est quæ Karolus M. anno tertio imperij legi Salicæ adjecit. Quod *collecta manu* hic dicitur, alibi *cum collecta* simpliciter, ut lib. III. cap. 64.

Pag. 65. c. 3.

Sonvm inde avdierit] Rumorem. In Evindicatione mancipiorum S. Remigij, quæ Hincmari jussu facta: *Residentes in placito publico audierunt sonum de hac mancipiis, quòd servi & ancillæ meritò esse deberent.*

Ibid. 3.

Levdem non solvat] Tit. XLV. cap. 3. *Et si talis malefactor in illa persecutione occisus fuerit, qui eum occiderit leudem inde non solvat.* Hinc apparet leudem dictam fuisse compositionem quæ homicidij causa fiebat, id est vveregildum. Karolus M. Imper. anno octavo: *De servis verò, si quis alterius servum absque judicio & sine culpa pendiderit, & ibi mortuus fuerit, vveregildus ejus domino solvatur: & si de ipsa morte evaserit, ipse ipsam leudem recipiat, & liber permaneat.* Idem alibi. *Nemini licitat servum suum propter damnum à se dimittere: sed juxta qualitatem culpæ dominus ejus pro ipso servo respondeat, aut componat quicquid ille fecit usque ad semiplenam leudem liberi hominis. Quicquid super hoc fuerit, irregauditio esse videtur.*

Ibid. c. 2.

Faidam portare] Tit. XLV. & Karlomanni tit. III. cap. 3. 10. 11. Faida est gravis & aperta inimicitia ob cædem ferè aliquam suscepta. unde & vindictam mortis interpretantur. Synodus apud Compendium sub Pippino Rege cap. 18. *Si qui propter faidam fugiunt in aliam patriam, & dimittunt uxores suas, nec illi viri nec illa femina accipiant alterum consugium.* Hinc illa in Capitulis, *de faidâ coercendâ & de*

Tom. II. *& de faidis pacandis* lib. IV. cap. 27. & 55. & in noſtris tit. XL. cap. 10. *ut faida pacificetur.* A faida faidoſus, qui faidam patitur. Einhardus Rabano Abbati: *pro eo quòd faidoſus ſit, & cum inimicis ſuis, & his qui vitæ ſuæ inſidiantur, hoc iter agere non audeat.*

Ibid. c. 6. LATRO FORBANNITVS] in forbannum miſſus & proſcriptus. Tit. XLV. cap. 1. & 3. quem Meziban vocabant. In Capitulis Karoli M. anno nono: *De Meziban, id eſt, latrone forbannito, ut unuſquiſque Comes alio mandet, ut nullus eum recipere audeat.*

Pag. 67. c. 13. MARASCALCOS AD FODRVM] Maraſcalcus præfectum ſeu curatorem equorum ſonat. Lex Alamannorum tit. LXXIX. paſtoribus & artificibus mariſcalcos adgregat. c. 4. *Si mariſcalcus, qui ſuper XII. caballos eſt, occiditur, XL. ſolidis componatur.* Ita hoc loco maraſcalcos equiſones dicere videtur, & fodrum pabulum equorum. Karolus M. in Capitulis anni DCCCIII. *Vt nullus audeat in nocte negotiari, excepto vivanda & fodro, quod iter agentibus neceſſaria ſunt.* Fodrum ad caballos Hincmarus in Capitulis ſuis anni DCCCLXXVII. *Neque ducatis ſuperfluè homines, per quos illos gravetis in cibo & potu & fodro ad caballos.* At fodrum, ſive foderum, interdum eſt annona militaris. Auctor vitæ Ludovici Pij: *Inhibuit à plebeiis ulteriùs annonas militares, quas vulgò foderum vocant, dari.* Et à fodro fodrarij, qui fodrum exigunt. Hincmarus idem Karolo Regi anno DCCCLIX. *Mittite homines, ſecundùm conſuetudinem prædeceſſorum veſtrorum, qui in longius pergant propter fodrarios, & curam de pace accipiant.* Apud nos fodrarij hodie dicuntur metatores manſionum; & hoc munere in equeſtribus turmis qui funguntur, maraſcalci hoſpitiorum nuncupantur.

Pag. 68. SCACH VOCANT] lingua Teutonica. Nam & hodie Germani latrocinium ſcach vocant. Otto Imp. lib. II. legum Longobardicarum tit. 55. l. 37. *De furto aut ſchachо, ſi ultra ſex ſolidos fuerit, ſimiliter ut per pugnam veritas inveniatur præcipimus.* Inde ſchacorum ludus, ludus latrunculorum.

TESCEIAM] Sic veteres libri hoc loco. At tit. XLV. cap. 3. ubi vox eadem ſæpius repetitur, teſteia perpetuo ſcribitur: *De illis qui infames vel clamodici ſunt de teſteiis vel latrociniis & rapacitatibus & aſſalturis.* Origo vocis obſcura eſt, ſed nota ex his capitulis ſignificatio.

MISSIS DOMINICIS] Quos ſuprà legatos à latere vocavit. Tit. III. cap. 2. *Quæſumus ut ſcelerum patratores & apoſtolicæ diſciplinæ contemptores, miſſis à latere veſtro probatæ fidei legatis, abſque reſpectu perſonarum coërceantur.* Miſſi ergo dominici dicebantur quos Princeps extra ordinem in diverſas regni partes ad juſtitias faciendas (ſic enim loquebantur) cum ampliſſima poteſtate dirigebat. Cujuſmodi legationum exempla paſſim extant: ſed duo maximè illuſtria memorantur, unius ſub Karolo Magno Imp. cujus meminit Flodoardus lib. 2. c. 18. alterius ſub Ludovico Pio, quæ in Capitularibus lib. II. cap. 25. deſcribitur.

CENTENARII] Iudices minores, qui per centenas jus dicebant ſub Comite. Comes enim judex erat totius pagi. Pagus verò Comitis, id Tom. II. eſt, comitatus, dividebatur in vicarias, centenas, decanias; in quibus judices erant Vicarij, Centenarij, Decani. Decretio Childeberti Regis cap. 9. *Si quis Centenarium aut quemlibet judicem.* & cap. XI. *cauſator Centenarium cum centena requirat.* Tit. III. Karlomanni cap. 9. *Comes præcipiat ſuo Vicecomiti ſuiſque Centenariis.* In Capitulis Aquenſibus Karoli M. anno decimo imperij: *Vt ante Vicarium & Centenarium de proprietate aut liberiate judicium non terminetur aut acquiratur, niſi ſemper in præſentia Miſſorum imperialium, aut in præſentia Comitum.*

PAGI PER MISSATICOS] Miſſaticos & miſſatica dicebant regiones tractúſque provinciarum per quos Miſſorum dominicorum legatio & poteſtas porrigebatur. Tit. XIII. cap. 2. *Si de uno regno in aliud, aut de uno miſſatico in aliud fugerint.* Tit. XXIII. cap. 2. *Epiſcopi in ſuis parochiis, & Miſſi in illorum miſſaticis, Comitéſque in eorum comitatibus.* & in præfatione tituli hujuſce ad Miſſos per regnum conſtitutos: *ut ſicut in miſſaticis conjuncti & deputati eſtis, ſimul conveniatis.* & aliis locis ſæpiſſime. Hi miſſatici quamquam alias majores minoréſve pro arbitrio Principum inſtitui ſolebant, ſemper tamen ampliſſimi erant, & plures pagos comitatúſque continebant. quod ex brevi ſubdito videre eſt, in quo miſſatici duodecim pagos continent ſupra octoginta. In hac ergo legatione Carolus regnum ſuum univerſum, excepta Aquitania, quæ tunc ſeorſim regebatur, & Britannia, quæ rebellarat, in duodecim regiones ſeu miſſaticos diſtribuit, atque in his duodecim Miſſorum dominicorum collegia conſtituit: quorum ſingula, ut mos erat, Epiſcopum aliquem aut ſimul etiam Abbatem & Comitem unum pluréſve deſignatos habuere.

REMTIANO] pago Remenſi. Pagorum hic nomina pro illius ſeculi uſu mirum in modum depravata leguntur, ut Adertiſo pro Atrebatenſi, Rotmenſe pro Rodomenſi ſive Rotomagenſi, Bagiſino pro Bajocenſi, Lisvino pro Lexovienſi, Carrentino pro Carnotenſi, Alciodriſo pro Autiſiodorenſi. Sed horum tamen quæ pagos denotant, in quibus capita ſunt civitatum & diœceſeon, facilis eſt conjectura; difficilior in ceteris, quæ minores pagos ſignificant, quorum multi in unaquaque diœceſi. Obſcutiora enim ſunt pleraque, quòd iſta pagorum diſtinctio poſt primam & ſecundam Regum noſtrorum ſtirpem obſervari deſierit, ac nomen quoque ipſum pagi deinceps, præterquam in vernacula lingua, vix uſurpatum ſit. Quare non aliunde ferè explicari queant quàm ex illorum temporum ſcriptoribus & monimentis. Longum eſſet ſingula perſequi. Vt viam curioſis aperiamus, in paucis quibuſdam experiemur.

VONZISO] pro Vongiſo ſeu Vongenſi, ut eſt apud Flodoardum lib. 2. c. 18. Alcuinus in vita S. Vedaſti Epiſcopi: *Venerunt in quendam pagum qui incolarum illius conſuetudine Vungiſe pagus dicitur, prope Reguliacam villam, quæ ſita eſt ſuper florigerus Axone fluminis ripas.* Quo ex loco docemur pagum Vongenſem ad Axonam fuiſſe, in eo nimirum tractu quà Remis Trevitos eſt iter. quod iter deſcribens vetus Itinerarium Vungum vicum in eo locat lapide à Durocortoro

Tom. II. xxii. *Vongum municipium* à Flodoardo dicitur. in præcepto Ludovici Pij pro Ecclesia Remensi *Castrum Vonzense*. Nomen hodie retinet in illo tractu quem dixi, ubi olim pagus Vongensis.

Folcoinvs] Episcopus Tarvanensis, qui Corbeiensi privilegio cum ceteris subscripsit in Synodo Parisiacensi anno dcccxlvi. Reliqui Episcopi jam noti sunt omnes ex synodo apud Vermeriam tit. xii. præter Dodonem Andegavensem, qui Suessionensi hoc anno interfuerat, & Burchardum Carnotensem, de quo dictum est tit. xi.

Pag. 69. Tellav] Series ipsa inter Caletensem agrum, qui pars est pagi Rotomagensis, & Vitnau, id est, Vimacensem, in eadem maris ora positum fuisse hunc pagum ostendit. quod verum est, confirmatúrque ex tabulis antiquis, quæ docent Ludovicum Pium monasterio S. Medardi apud Suessiones concessisse *Arcas in pago Tellao, & Nidum Corbini in eodem pago*. Tellaus ergo pagus, ubi castrum Arcarum, is erat qui nomen postea fecit comitatui Talogij, cujus nempe castríque in eo conditi meminit Vvillelmus Gemmeticensis lib. 7. cap. 7. & Ordericus Vitalis libro sexto. Alij Talovium appellarunt. Tellau, ut hoc loco, scriptum est in diplomate Caroli Calvi pro S. Dionysio: *Et solitum censum de venna quæ est super fluvium Loch in pago Tellau piscatorum cum manso uno. In eodem pago villam quæ dicitur Leritneuvallis, & mansos supra mare sitos, qui nuncupantur mares, cum integritate.*

Otlinga Saxonia] Habitasse aliquando Saxones in ea ora Galliæ quæ ostiis Sequanæ alluitur argumento est nomen littoris Saxonici, quod in Notitia utriusque imperij legitur sub dispositione Ducis Armoricani & Nervicani. Propiùs etiam locum indicat Gregorius Turonensis, cùm Saxones Bajocassinos nominat lib. 5. historiæ c. 27.

Pag. 70. Madriciso] Madriacensi. In legatione Karoli magni, cujus partem nobis exhibuit codex
* Suprà to. pag. 378. Metensis: * *In Parisiaco, Melciano, Meledunensi, Provinensi, Stampensi, Carnotensi, Pinciacensi, Fardulfus & Stephanus. In Cenomannico, Oxmensi, Lisvino, Bajocassino, Constantino, Abrincatino, Ebrecino, & Madricensi, & de illa parte Sequanæ Rodomensi, Magenardus Episcopus & Madelgaudus.* Aliter, ut patet, quàm in ista Missis dominicis distributi fuerant pagi. Madriacensis tamen in utraque cum Ebroicensi ut vicinus conjungitur. Situm enim in hoc pago fuisse monasterium S. Leufredi, quod ab ipso Ebroicorum capite Mediolano paucis millibus abest, docet Karoli simplicis diploma apud Aimoinum lib. v. cap. xlii. & S. Leufredi vita cap. 10. Madriacensis præterea pagi meminit alterum diploma S. Dionysij, cujus partem edidimus in Notis ad Goffridum Abbatem lib. 2. ep. 16.

Morviso] Morviensi. Fuit autem pagus Morviensis, ut hic locus indicat, Pruvinensi confinis. Quod Karoli Calvi pro S. Dionysio literæ confirmant: *villam Novigentum supra Sequanam in pago Morviensi sitam.* Idem in aliis: *villam Matriniacum nomine in Morviensi comitatu sitam.* atque in eodem pago Buxidum quoque & Altam ripam nominat. quæ omnia in illo tractu sita sunt. Quin & Rosontum villam in eodem pago Rex idem commemorat in diplomate pro monasterio Cellensi, quod legitur in Antiquitatibus Tricassinis, nisi quòd *Morinensi* perperam ibi excusum est pro *Morviensi*. Aliud ergo est pagus Morviensis hoc loco, aliud Morvenni pagus, qui nomen hodie retinet in diœcesi Augustodunensi. quamquam & hic quoque Morvensis pagus dicitur in literis Herimanni Episcopi Nivernensis. Tom. II.

Hatvariis] Crebra fit hujus pagi mentio in tabulis Besvensis cœnobij, quod ipsum fuisse memorant in pago Attoariorum. Chronicum etiam S. Benigni Hugonis meminit Comitis Attoariorum. Finitimus erat pagus comitatúsque Attoariensis pago Cabillonensi & Tornedriso sive Tornodorensi, inter utrumque interjectus. Diversæ autem ab his fuerunt Attoariæ tum Belgicæ, tum Germanicæ, quæ nominantur in divisione regni Lotharij tit. xliii. & in præcepto Ludovici Pij de divisione regni inter filios, atque ab his pagus Attoariensis in Chronico Laureshamensi. Ceterùm in eadem Karoli M. legatione longè amplioribus terminis hic missaticus definitus est. Sic enim describitur: *In primis de Aurelianense civitate ad Segonnam quomodo rectum est, deinde ad Trecas cum Tricassino toto. Inde ad Lingonas, de Lingonis ad Bissancion villam partis Burgundiæ. Inde verò ad Augustidunum, postea ad Ligerem usque ad Aurelianis sunt Missi Magnus Archiepiscopus & Godefridus.*

XV.

Apud Attiniacum.

Apvd Attiniacvm] Attiniaco palatio tit. xxvii. & tit. liii. inter palatia regia numeratur cap. 31. In parrochia, hoc est, in episcopatu Remensi fuisse Hincmarus testatur in epistola ad nepotem, quam recitat Flodoardus libro tertio. Nec verò longiore opera eget Attiniacus, cùm de nomine nunc etiam notus sit ad Axonam fluvium, multis olim synodis & placitis Regum illustris. Pag. 69.

De maritima custodia] Einhardus epistola 22. *Homines nostri secundum ordinationem & jussionem Domni Imperatoris ad custodiam maritimam fuerunt.* Lib. iv. Capitul. 5. *Comites qui ad custodiendam maritimam deputati sunt.* c. 2.

Adflictionem aquitanicam] Vnde hæc nata sit docent annales Pithœani dcccliii. & dcccliv. Narrant enim post Gozberti Comitis interitum, quem Carolus Rex jussit occidi, instigatum ab illius propinquis per legatos fuisse Ludovicum Germaniæ Regem ut Aquitaniam invaderet, missúmque à patre Ludovicum filium ut periculum faceret, sed cum à ceteris non susciperetur, re infecta rediisse. Hinc igitur liquet tum cur Ludovicus huic colloquio & sequenti cum frattribus non interfuerit, tum cur ex Aquitania nonnulli à factiosis pulsi excederent. Pag. 70. c. 6.

Sacramentvm fidelitatis] Non absimile sacramentum quod à Karoli Magni Missis exigebatur; cujus hæc formula in eodem codi- Pag. 71.

Tom. II. * Suprà to. 1. pag. 177.

ce noſtro Metenſi. * *Promitto ego quòd ab iſto die in antea fidelis ſum Domno Karolo piiſſimo Imperatori, filio Pippini Regis & Berthanæ Reginæ, pura mente, abſque fraude & malo ingenio, de mea parte ad ſuam partem, & ad honorem regni ſui, ſicut per dictum debet eſſe homo domino ſuo. Sic me adjuvet Deus, & iſta ſanctorum patrocinia quæ in hoc loco ſunt, quia diebus vitæ meæ per meam voluntatem, in quantum mihi Deus intellectum dederit, ſic adtendam & conſentiam.*

SECVNDVM MEVM SAVIRVM] In ſacramento Ludovici & Karoli fratrum Romana, id eſt, vernacula, lingua concepto apud Nithardum lib. III. * *In quant Deus ſavir & podir me donat.* quod eſt in adnuntiatione Lotharij tit. XXV. *quantum Deus mihi ſcire & poſſe donaverit.* & in formula juramenti ab Hincmaro exacti: *quantumcunque plus & melius ſciero & potuero.* & in ſacramento Regis tit. XXVI. *quantum mihi Deus intellectum & poſſibilitatem donaverit.*

* Suprà pag. 40.

IN MALLO REMIS] Mallus & mallum, publicus conventus majorum cauſarum judiciorúmque cauſa. Miſſorum autem erat idoneis per miſſaticos ſuos locis malla celebrare, atque in his tum cetera exequi, tum fidelitatis ſacramentum Regis nomine exigere. Hoc igitur eſt exemplum malli Remis coacti, cum brevi vaſſorum qui fidelitatem in eo mallo jurarunt: inter quos qui Decani nuncupantur, minores, ut paulò ante dictum, judices erant, qui per decanias jus dicebant. Hincmarus epiſt. IV. cap. XV. *Comites & Vicarij vel etiam Decani plurima placita conſtituant.*

XVI.

Apud Leudicam.

Pag. 71. APVD LEVDICAM] Leodium. Tit. XVIII. in Leodico. quo modo & in vita Karoli M. anno DCCLXIX. *Celebravit Paſcha in Leodico vico publico.* Vicus tunc erat, nunc civitas ampla & nobilis. Liugas vocat tit. XLIII. in diviſione Regni Lotharij. Legiam alij, ut Ioannes Papa X. in epiſtola ad Carolum Regem.

Pag. 73. c. 1. PERTVRBATIONE QVAM FILIVS] Ludovicus junior. Aquitanicam incurſionem ſignificat, de qua jam dictum tit. XV. Hæc nimirum cauſa cur abſit ab hoc item congreſſu Ludovicus pater, & cur ſeſe adverſùs illum Karolus & Lotharius novo fœdere ac firmitate conjungant. de qua in adnuntiatione Karoli tit. XXV. cap. 1. & 3.

XVIII.

Apud Bonoilum.

Pag. 77. APVD BONOILVM] Vicum agri Pariſienſis. Bonogilus Lupo Abbati epiſt. 18. *Ad generale placitum occurrendum, quod in prædio quodam Pariſiorum, cui Bonogilo nomen eſt, incipiet Kalendis Iulij celebrari.* Hincmarus in præfatione poſterioris refutationis Gotheſcalci: *Sermonem Flori, quem mutuante Heriboldo Autiſiodorenſium Epiſcopo in ſynodali conventu apud Bonoilum exſcripſimus.* Sed Lupus de alio quodam ſuperiore conventu loqui videtur, Hincmarus de hoc ipſo. Eſt & in agro Meldenſi ultra Matronam ejuſdem nominis vicus alter, qui villa Bonogilus appellatur in vita Ludovici.

TOM. II.

DOMNI APOSTOLICI] Benedicti III. Papæ. Dubium non eſt quin Benedictum intelligat: ſed quam ejus increpationem dicat, incertum. De hac autem ſedis apoſtolicæ commonitione iterum tit. XXVII. cap. 8.

BARONIBVS VESTRIS] Regni primoribus, Hincmaro interprete, qui quos regni primores dixerat, quorum conſilio & opera poſt mortem Pippini patris Karlomannus & Karolus Reges levati ſunt, eoſdem paulò pòſt barones vocat epiſt. 1. c. 6. *Nam ſi illi boni barones poſt mortem Pippini cum duobus fratribus ſic ſano conſilio egerunt ut pax inter fratres Reges & inter regni primores ac populum eſſet.* Diutiſſimè apud nos uſus perſeveravit ut barones universè dicerentur optimates. In actis viſitationis Simonis Archiepiſcopi Bituricenſis anni MCCLXXXV. *Delatum fuit corpus* Philippi Regis defuncti in Aragonia *proceſſionaliter ad majorem Eccleſiam, & receptum in ea à D. Archiepiſcopo & Epiſcopo Carnotenſe, præſente novo Rege, qui corpus prædictum geſtabat inter brachia unà cum multis baronibus.* & poſt alia, ubi de Miſſa quæ ab eodem Archiepiſcopo poſtridie pro defuncto celebrata eſt, *præſente novo Rege, Epiſcopo Carnotenſe, & Othone Comite Burgundiæ, & pluribus alijs baronibus & perſonis.*

XIX.

Ad Francos & Aquitanos.

Pag. 79. QVI AB EO DESCIVERANT] & Ludovici partibus poſt Aquitanicos motus occulte ſtudebant. Qui ſequuntur tituli quatuor, ejuſdem ſunt argumenti, pertinéntque ad diverſas legationes quibus Karolus Rex iſtos ſibi conciliare atque ad fidem & officium revocare conatus eſt. Res autem, ut ſequentia pòſt docebunt, excito è Germania Ludovico, in apertum tandem bellum erupit.

c. 1. AVVNCVLVS RHODVLFVS] Iudith Auguſtæ Karoli matris frater. Duo ejus fratres in hiſtoria noſtra celebrantur, Conradus & Rodulfus, apud Theganum cap. 36. & Nithardum lib. 1. De Conrado ſuperiùs tit. XII. De Rodulfo Hincmarus in epiſtola Karolo Regi ſcripta anno DCCCLIX. *Avunculum veſtrum Rodulfum, qui Deum timet, & malum odit, & vos ac regnum veſtrum carum habet.* Idem Nicolao Papæ: *Rodulfus quoque ejuſdem filij veſtri Domni noſtri Regis avunculus.* apud Flodoardum lib. 3. cap. 13. Vixit ad annum uſque DCCCLXVI. Illo vivere deſiit, ut auctor eſt Ado in Chronicis: *Anno* DCCCLXVI. *regnante Karolo Ludovici filio, duo filij illius moriuntur, Hlotharius Abbas, & Karolus Rex Aquitanorum. Avunculus quoque ejus Rhodulfus, conſiliarius primáſque palatij, hominem exuit.*

Pag. 81. c. 7. CONSILIVM ACAPTARE] Hoc eodem titulo cap. 13. *quod acaptare potuerit, pacificè habeat,* pro eo quod eſt petere, captare, acquirere. Vnde ſuum Italis *acattare.* & *achepter* noſtris.

Ibid. COMMISCVLATVS EST] Hincmarus in epiſtola eadem ad Karolum Regem: *Per plurimorum ora vulgatur vos dicere quoniam de iſtis rapinis atque depradationibus nihil vos debeatis*

Tom. II. *miſculare, unuſquiſque ſua defendat ut poteſt.*

Pag. 83. c. 11. ACCOGNITET] Notum faciat & promulget. Tit. XXXIII. in fine: *Hanc noſtram conſtitutionem & in palatio noſtro & in civitatibus & in mallis atque placitis ſeu mercatis relegi, adcognitari, & obſervari mandamus.* Hincmarus epiſtola eadem: *Exemplar dominationi veſtræ tranſmitto, ut jubeatis venire fideles veſtros, dicentes quia eis adcognitare vultis.* Inde adcognitatio tit. XXXV. cognitamentum & cognitatio aliis locis.

c. 13. ILLI SIMVLAT] Illi videtur, *il luy ſemble.* Hincmarus Laudunenſis ad Remenſem: *ut ille poſſit res de ſua Eccleſia ordinare, & illi liceat ſicut ei ſimulaverit diſponere.*

Pag. 84. c. 13. MARRITIONEM FACIAT] Marritio detrimentum, aut jactura rei. In chartis monaſterij S. Galli, charta LXI. Karlomanno Rege: *Sin autem, ipſæ res ſine ulla marritione ad ipſum monaſterium revertantur.* Item in proximo, anno ſecundo Karoli Regis: *Et poſt noſtrum diſceſſum ipſæ res pro animabus noſtris ad ipſum monaſterium ſine ulla marritione revertantur.* quod in aliis dici ſolet, *cum omni integritate*, vel, *ſine ulla diminutione.* Marritionem etiam hoc loco interpretari poſſumus moleſtiam aut mœrorem, qualis ex damno ſequi ſolet. Quo ſenſu & majores noſtri eam vocem ſæpe uſurpabant, & nos vulgò marritum nunc quoque dicimus illum qui de re quapiam doleat.

XX.

Miſſa de Baſiu.

Pag. 85. DE BASIV] Apud Salas Baſiu datum proditur diploma Karoli Calvi pro monaſterio S. Luciani apud Bellovacos anno regni ejus trigeſimo. Eſt & Baſiu ſilvæ mentio in Chronico Montis Dei de geſtis Nortmannorum, quo loco Karlomanni Regis mortem, deſcribit anno DCCCXXCIV. *Karlomannus venandi cauſa in Baſiu ſilva veniens, dum aprum vellet percutere, quidam ex ſuis, Bertoldus nomine, caſu Regem vulneravit.* Nominatur etiam in Ottonis III. præcepto pro Eccleſia Cameracenſi villa Baſius ad Sambram fluvium. Sed de hac non agi manifeſtum eſt.

Pag. 84. c. 3. IN VILLA NIELFA] quæ poſteris Nealfa. Hæc verò notior eſt vel ex nominis veſtigio. Neaufla enim nunc dicitur in pago Vilcaſſino parrochiæ Rotomagenſis. Hincmarus contra Gotheſcalcum in epiſtola ad Regem: *Ante triennium nobis in villa Rotomagenſis epiſcopij quæ Njelfa dicitur, quando in excubiis contra Nortmannorum infeſtationem degebamus.* Deſignat autem hunc ipſum annum DCCCLVI. quia tertio poſt anno ſcribebat, ut initio præfatus eſt.

XXI.

Per Adalardum Abbatem.

Pag. 85. ISTVM MISSATICVM] Alio nunc ſenſu miſſaticum dicit legationem ipſam & mandata Miſſi ſeu legati. ut tit. XXXI. cap. 1. Sic in viſione Bernoldi, quam recitat Flodoardus lib. III. cap. 18. *Vides quomodo me adjuvit tuus miſſaticus?* id eſt legatio, &, ut Hincmarus in epiſtola quadam ad Ludovicum Balbum loquitur, ambaſciatum. Tom. II.

ADALARDVM ABBATEM] Adalardo Abbati ſcribit Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 24. ſed cujus loci Abbas fuerit non exprimitur. Nec facile eſt pronuntiare; tametſi monaſterio S. Martini Turonenſis & S. Vedaſti Atrebatenſis præfuiſſe hoc tempore nominis hujus Abbates ex variis diplomatibus obſervatum eſt.

XXIII.

Synodi Cariſiacæ.

Pag. 87. ILLI EPISCOPO, MISSIS ILLIS] Sic concipi ſolebant epiſtolæ generales aut chartæ quævis aliæ quæ ad diverſos eodem exemplo in diverſa loca dirigebantur. Singulis poſtea exemplis quæ fiebant adſcribebatur proprium nomen Epiſcopi & Miſſorum ad quos mittebantur. Itaque in codice noſtro Metenſi, atque in altero quem nobiſcum Heribertus Roſvveydus noſter communicavit, pro generali hac inſcriptione, altera his verbis expreſſa eſt: *Karolus gratia Dei Rex Hunfrido venerabili Epiſcopo, Ingiſcalco & Berengario Comitibus & miniſterialibus ac fidelibus Miſſis noſtris in Domino ſalutem.* Hunfridus hic Epiſcopus erat Morinenſis ſive Tarvanenſis, Folcoini nuper defuncti ſucceſſor. Ingiſcalcus verò & Berengarius Comites iidem ipſi qui Folcoini collegæ inter Miſſos dominicos adlecti tit. XIV. Quare in miſſaticum illud directum fuerat exemplar unde codices ipſi deſcripti ſunt.

APVD CARISIACVM] Tit. XXVI. *apud Cariſiacum palatium.* & tit. LIII. ſub finem inter regia palatia excipitur Cariſiacus cum foreſtibus. Hinc illa in diplomatibus: *Aſtum Cariſiaco palatio regio.* Fredegarius Chronico extremo *Cariſiacum villam palatij ſuper Iſaram fluvium* locat. Vt dubitari minimè debeat quin ea ſit quam hodie Creſſiacum ad Iſaram vocant, ut ab aliis ejuſdem nominis diſtinguatur. Synodi apud Cariſiacum plurimæ fuerunt. Ad hanc noſtram anni, ut reor, DCCCLVII. referendum quod narrat Flodoardus lib. 3. c. 24. Hincmarum cum Synodo Epiſcoporum apud Cariſiacum habita ſcripſiſſe Hilduino Caroli Regis Archicapellano de Iſaac Epiſcopi electione in Eccleſia Lingonica, poſt mortem ſcilicet Teutboldi.

FRAT. N. AC NEPOT.] Ludovici, & fi- Pag. 90. liorum Lotharij. Deceſſerat enim anno DCCCLV. c. 10. Lotharius Imp. regno priùs inter filios tres ita diſtributo ut Ludovico Italiam cum imperio reliquerit, Lothario juniori eam Galliæ partem quæ ab illo (non, quod aliis placet, à patre) Lotharij exinde regnum & Lotharingia eſt appellata, Carolo natu minimo Provinciam. Nepotes igitur hoc loco, Ludovicus II. Imperator, Lotharius & Carolus Reges.

SECVNDVM LEGEM EAM ILLI] Non Pag. 94. eſt dubium quin ita legendum ſit ut editum eſt à Pithœo in Capitularibus lib. III. cap. 65. *ſecundum legem & æquam.* Nam & hoc prorsùs modo capitulum idem recitatur in legibus Longobardicis lib. 1. tit. 14. l. 9. & in Append. II. lib.

Tom. II. IV. cap. 35. vox eadem usurparat, quæ legem quoque prisca Germanicarum gentium lingua significabat. Sed antiquarij obscuritate vocis perculsi locum hunc multis modis depravarunt. Plerique tamen codices sinceræ lectionis vestigia retinent, legúntque aut *secundùm legem suam illi*, aut *secundùm legem & coram illo*, aut *secundùm legem & eam illi*.

In bastonico] Arctissima custodia. Item tit. XXXII. ex lib. VI. cap. 97.

XXV.

Apud S. Quintinum.

Pag. 97. Apud S. Quintinvm] in monasterio S. Quintini, quod ejusdem nominis oppido vicinum est in agro Veromanduorum; ubi etiam placitum Karolus idem Rex habuit anno DCCCLXXIV. de quo Aimoinus lib. 5. cap. 31. *Carolus in Purificatione B. Mariæ cum suis consiliariis placitum in monasterio S. Quintini tenuit.* In adnuntiationum porrò istarum collocatione, quia in codice Bellovacensi confusæ erant & disjectæ, secuti sumus Metensem, sed in eo falsa erat inscriptio. Sic enim inscribebat quasi hæc fuissent non apud S. Quintinum, sed apud Valentianas, errore, ut suspicor, inde nato quòd Lotharij patris & Caroli aliæ fuerunt adnuntiationes apud Valentianas tit. XIII. De hac verò Lotharij nepotis cum Carolo patruo pactione ac fœdere annales Pithœani DCCCLVIII.

c. 1. Firmitas facta] Mutuæ conjunctionis confirmatio, apud Leudicam, tit. XVI.

Pag. 98. c. 5. Cvm Hlvdovvico parab.] Apud Confluentes. Annales iidem: *Anno* DCCCLVII. *Rex Hludouvicus mense Februario colloquium habuit in Confluente castello cum Lothario nepote suo.*

Ibid. Tale receptvm invenit] Receptum appellat viam & rationem rei conficiendæ, qua ratione usurpari à nostris vulgò solet, cùm bonum consilium bonam receptam dicunt, translatione à medicorum pharmacis petita.

Pag. 99. Synodvm Episcoporvm] Apud Carisiacum tit. XXIII.

Pag. 100. Cvm omni barnatv] Summa cum fide & observantia, quæ barones & Regis vassallos in primis decet. Hinc enim barnatus, id est, baronatus, pro fidelis animi obsequio. quod bernagium, quasi baronagium, inferior ætas postea dixit.

XXVI.

Sacramenta apud Carisiacum.

Pag. 99. Anno DCCCLVIII.] Quo scilicet anno Ludovicus Karoli regnum invasit: ante cujus adventum, cùm suspectos non immeritò suos Karolus haberet, id egisse videtur ut iteratis invicem sacramentis illorum animos placaret sibique obstringeret. Hincmarus Karolo Regi: *Et hæc sequentia apud Carisiacum anno* DCCCLVIII. *vos servaturos Episcopis & ceteris fidelibus vestris manu propria vestra firmastis. Quantum sciero & rationabiliter potuero &c.* & post cetera quæ sequuntur: *Sed & alia*, inquit, *ex hoc firmastis quæ hic non posui. Et post hæc omnia & alia quæ sæpe fidelibus vestris, etiam in Carisiaco, quando veniam petentes ab Episcopis qui adfuerunt, manus impositionem accepistis, quin & in villa Breona promisistis, nunc tantam* &c. Quibus ex verbis multa in illo conventu acta fuisse intelligimus quæ hoc loco non commemorantur. Tom. II.

Hincmarvs Archiep.] Quæ subjiciuntur nomina sunt partim Episcoporum, partim Comitum, ex eorum nempe numero qui sacramenta in hoc placito renovarunt. Hæc in uno tantùm Ecclesiæ Laudunensis codice legebantur. Qui ergo posteriore loco nominatur Hincmarus, Hincmari Remensis Archiepiscopi nepos fuit, Episcopus Laudunensis, Parduli successor. Pag. 104.

XXVII.

Epistola ad Ludovicum Regem.

In mense Novembrio] Ludovicus, ut est in annalibus Pithœanis, Augusto mense in Galliam cum exercitu ex Germania venit. Cui ad Breonam Karolus occurrens, maxima ex parte derelictus à suis pridie Idus Novembris, ut Hincmarus in epistola quinta notat, gradum referre coactus est. Tumultum Breonensem Hincmarus idem vocat contra Gothescalcum. Tertio pòst mense redintegratis copiis ad Ludovicum rediit; qui penè jam ab omnibus destitutus de pago Laudunensi excessit, atque in patriam reversus est. Quo verò tempore in Gallia hæsit, partem in Attiniaco palatio exegit, quod & titulus hic declarat, & Karoli Regis proclamatio adversùs Vvenilonem tit. XXX. cap. 7. In eo igitur palatio erat cùm ab Episcopis Karoli partium studiosis scripta est eodem ipso Novembri mense aurea hæc epistola, de qua Hincmarus item Karolo *Regi: Et nolite negligere illa capitula quæ synodus de Carisiaco per Vvanilonem & Erchanraum transmisit ad hunc Attiniacum præterito anno Hludouvico fratri vestro, & me transmittente Hincmarus filius meus vobis dedit, quando vobiscum in Burgundia fuit. Sed relegite illa diligenter: quia, mihi credite, plus pro vobis quàm pro illo falla fuerunt.* De eadem Flodoardus lib. 3. c. 20. de Hincmari epistolis agens: *Item aliam de pervasione regni fraterni cum ceteris regni hujus Episcopis ad eundem Regem Ludovicum scribit epistolam episcopali moderatione refertam.* Quæ verba auctorem illum hujus epistolæ fuisse significant. Nam de hac loqui obscurum non est. Extant præterea Karoli Regis diplomata duo, unum pro S. Dionysio Compendij datum anno regni ejus XXIII. quod Ludovici fugæ diem notat XVIII. Kalendas Februarias, alterum in ipso fraternæ contentionis articulo editum in Magniaco vico pagi Nivernensis, cùm in eo pago copias adversùs fratrem instauraret. Hoc verò integrum inter Analecta describemus. Pag. 101.

Remis occvrreremvs] Flodoardus lib. III. cap. XXI. de epistolis Hincmari ad Theodoricum Cameracensem: *Item de adventu Ludovici Transrhenensis, quia Remis venerit, & quid egerit, quidve præceperit.* c. 1.

In comitatv drvdorvm] fidelium amicorum. Incertus auctor vitæ S. Vdalrici c. 4. Pag. 104.

Tom. II. sub finem: *Ideo sapius cum imperialibus muneribus eum visitavit* (Ottonem Imp.) *& drudes suos donis congruis sibi complacare satagebat.* Quo loco drudes exponunt gratos & consiliarios, ab antiqua voce Germanica quæ fidem significet.

Pag. 108. SICVT COMES PALATII] Tit. LIII. cap. 17. *Adalardus Comes palatij.* Quod munus erat in palatio Comitis palatij in causis secularibus, hoc idem in negotiis omnibus ecclesiasticis præstabat Capellanus, sive Custos palatij, ut ex Adalardi Abbatis commentario docet Hincmarus epist. 5. c. 19. 20. 21. Quare ad summum Capellanum referenda hæc videntur.

Pag. 109. NAM S. EVCHERIVS] De tota hac narratione, quæ Karoli Martelli memoriam infamat, libenter assentior Cardinali Baronio, qui fabulosam arbitratur, multisque argumentis refelli posse docet, tum eo maximè quòd ex vita S. Eucherij, subductis annorum rationibus, constet illum multò ante Karolum vitam clausisse. Mihi quidem quòd tam enixè fidem huic relationi adstruere auctores nituntur, suspectam ipsam facit. Ac mirum sanè non animadvertisse illos nec Flodoardum (qui eandem historiæ suæ inseruit lib. 2. c. 12.) Pippinum in ea Regem nominari, & Fulradum Pippini Regis Capellanum, cùm exploratum sit Pippinum Regis nomen nisi decimo post Karoli obitum anno id est DCCLI. non sumpsisse. quem ad annum perveniisse Eucherium nemo somniavit. Sunt & alia ejus notæ ac saporis alia, quibus supersedeo.

Pag. 113. c. 12. DOMVS REGIS SCHOLA DICITVR] Ericus monachus in epistola quam præfixit libris carminum de vita S. Germani ad Carolum Calvum Imp. de scholis & studiis sub illo florentibus: *Ita ut meritò vocitetur schola palatium, cujus apex non minùs scholaribus quàm militaribus consuescit quotidie disciplinis.*

Pag. 114. NECESTVOSI] Vox Hincmare familiaris, qua usus est in monitis quæ Presbyteris suis in synodo dedit anno DCCCLII. c. 19. *pauperibus aut quibuslibet necessitatis subvenire.* Item in epistola 7. c. 35.

NEQVE DEHON. PAGENSES] pagorum incolas. Agobardus de jure sacerdotij ad Bernardum Episcopum Viennensem: *De servis meis propriis aut beneficialibus sive pagensibus.* Einhardus Gebuino Comiti palatij epist. 9. *Rogo dilectionem tuam ut hunc pagensem nostrum, nomine David, necessitates suas tibi referre volentem exaudire digneris.* Pagensem nostrum dixit qui ejusdem pagi; ut Capitularium lib. III. c. 73. Comitis pagenses dicuntur qui in pago erant cui præerat Comes.

Pag. 115. c. 14. IVDICES VILLAR. REGIAR.] Provisores seu procuratores. In vita Ludovici Pij ad annum DCCXCV. *Misit illi* Karolus pater Ludovico in Aquitaniam *Richardum Comitem, villarum suarum provisorem, præcipiens ut villæ quæ eatenus usui servierant regio, obsequio restituerentur publico.* Aut majores. Hincmarus ad nepotem: *Per judices seculares, Helmigarium scilicet mercati palatini telonarium, & Elotarium ac Vrsionem villarum regiarum majores.*

Pag. 116. NVTRIMENTA] Quæ alij nutrimina. Rei rusticæ duæ potissimæ sunt partes, agricultura & pastio, seu nutricatus animalium. Ad culturam agri spectant laborata quæ dixit, ad pastionem nutrimenta. Vtraque similiter conjungit & distinguit lex Karoli M. lib. II. cap. 21. *ut de omni conlaborato nona & decima persolvatur: de nutrimine verò prodecima sicut hactenus consuetudo fuit observetur.* & infra tit. XLVIII. cap. XI. *Decima conlaborationum & animalium.* Tom. II.

PARATAS] mansionaticos, hospitia & mansiones cum expensis. Ludovicus Pius in præcepto quod Hispanis ad se confugientibus concessit: * *Missis nostris aut filij nostri, quos in illas partes miserimus, aut legatis qui de partibus Hispaniæ ad nos transmissi fuerint, paratas faciant, & ad subvectionem etiam veredos donent.* Hincmarus Archidiaconis: *Non graves sitis Presbyteris in paratis quærendis, neque ducatis superflue vobiscum homines, vel vestros proprios, vel amicos, seu propinquos vestros, per quos illos gravetis in cibo & potu & fodro ad caballos.* Dictæ à parando. Hincmarus idem ad Laudunenses: *Ne mansionaticos suis amicis aut suis hominibus à Presbyteris parari faciat.* * Supra to. 1. pag. 549.

MANSVARIOS] mansorum colonos, qui mansos ad colendum inhabitant. ut tit. XXXVI. cap. 21. *à mansuariis, vel ab iis qui censum debent.* Ab his ergo carricaturas & paraveredos, id est carrorum equorúmve ad subvectionem operas, extra ordinem exigi non debere docent.

Pag. 117. c. 15. CVM VICINO REGE] Lothario juniore, quem Ludovicus hoc tempore Karolo subripere, hoc est, à Karoli amicitia promissóque illi auxilio deducere modis omnibus nitebatur, ut est in proclamatione adversùs Vvenilonem tit. XXX. cap. 7.

Pag. 118. VNXERVNT IN REGEM] Vnxerat Vvenilo Senonum antistes, Remorum vacua tunc sede. Karolus ipse Rex in eadem proclamatione cap. 3. *Sed & cum aliis Archiepiscopis & Episcopis Vvenilo in dioceſi sua, apud Aurelianis civitatem, in basilica sanctæ crucis, me secundum traditionem ecclesiasticam Regem consecravit, & in regni regimine chrismate sacro perunxit, & diademate atque regni sceptro in regni solio sublimavit.*

Pag. 120. ILLI FELLONES] Perfidi & rebelles. Dictio Gallis nota, & frequens apud feudorum juris interpretes; ut cùm libro IV. cap. 56. quærunt an ex omni felonia qua vassallus feudo privatur, dominus, si feloniam fecerit, proprietate privetur.

XXVIII.

De indulgentia Ludovici Regis.

Pag. 121. DE INDVLGENTIA LVDOVICI] Reverso in regnum Ludovico, & operam dante ut Karoli fratris ac Lotharij nepotis animos superiore ipsius expeditione offensos sibi reconciliaret, decreta ad illum est ex synodo Metensi legatio Episcoporum novem cum mandatis ut indulgentiam illi certis legibus offerrent. Qui fuerit eventus, subjecta legatorum post reditum narratio patefaciet. Ceterùm qui secundo loco inter Archiepiscopos nominatur Guntarius Agrippinensis Ecclesiæ Archiepiscopus fuit: qui sequitur

Tom. II. Vvenilo, Rotomagensis. Inter Episcopos verò, Hildegarius (de quo & tit. XXVII.) Meldensis, Adventius Metensis, Abbo Autisiodorensis. Reliquorum sedes ex superioribus notæ jam sunt.

Pag. 117. IN VVORMATIA] Eò enim è Gallia rediens concesserat. Annales Pithœani DCCCIX. *Ludovicus Rex quasi inchoante verno tempore de Gallia rediens Vvormatiam venit.*

GRIMOLDO] Abbate S. Galli, Ludovici Regis Archicapellano. Ratpertus monachus de monasterio S. Galli cap. 9. *Corpus S. Othmari in basilicam S. Galli est perlatum, præsente Grimoldo Abbate & Archicapellano Regis Ludovici, & Salomone Constantiensis Ecclesiæ Episcopo,* VIII. *Kalend. Novembris anno* DCCCLXIV. Quibus ex verbis Salomonis etiam Episcopi sedem agnoscimus. Cur autem Salomoni & Theodorico item Episcopo Grimoldus Abbas præponatur, alia opinor causa non fuit quàm quòd idem Regis summus erat Capellanus. Meminit Flodoardus lib. 3. c. 24. literarum Hincmari ad Grimoldum Abbatem, quibus suggerebat ut Ludovico suaderet ne similia deinceps adversùs Karolum fratrem tentaret. Sed pro Grimoldo, *Grunoldo* malè eo loco scriptum est.

Pag. 118. VESTR. EPIST. CVM CAPIT.] Synodi epistolam ad legatos, quæ mandatorum capitula continebat. Atque hoc est scriptum quod legati confirmatum obsignatúmque à synodo se accepisse & Ludovico relectum à Gunthario fuisse aiunt.

DE SVO GRADV] de suggesto. Libellus sacrosyllabus Concilij Francofordiensis: *Surgens venerabilis Princeps de sella regia, stetit supra gradum suum.* Augustinus de prædestinatione sanctorum cap. XIV. *Libri Sapientiæ, qui meruit in Ecclesia Christi de gradu lectorum Ecclesiæ Christi tam longa annositate recitari.*

XXIX.

Synodi apud Saponarias.

Pag. 119. IN TERRIT. TVLL.] Diem & locum indicat titulus proclamationis Karoli in hac synodo prolatæ, infrà tit. XXX. *Apud Tullensem parrochiam, in suburbano ejusdem urbis quod dicitur Saponariæ, anno* DCCCLIX. XVIII. *Kalendas Iulias.* De loco item synodus ipsa in epistola ad Brittones: *Vniversalis synodus ex diversis partibus ad vicinum locum Tullensi urbi, qui dicitur Saponariæ, congregata.* Habita ergo est paucis diebus post synodum Metensem.

ET ITEM KAROLO] Rege Provinciæ & Burgundiæ, Lotharij junioris fratre, quem Cisalpinæ Galliæ id est vicinæ Alpibus Galliæ Regem appellat Hincmarus ad Gerardum Comitem scribens apud Flodoardum lib. 3. c. 26. Hunc titulo sequenti Ludovicus Rex in sacramento suo cum duobus fratribus conjungit: *Nepotes meos Hludowicum, Hlotarium, atque Karolum.* Karolus etiam noster eosdem nepotes suos vocat tit. XXXII. ut dubium esse non possit de hoc Carolo hic agi. Quare falsum est quod Regino & alij tradunt, illum anno DCCCLVIII. diem obiisse. Veri similius quod in vetere quodam Chronico post quatuor annos excessisse dicitur: *Anno* DCCCLXII. *Karolus filius Hlotharij Rex Burgundiæ moritur.* Quin ad illius quoque anni ultimos menses pervenisse probat Nicolai Papæ ad Lotharium Regem epistola IX. Kalend. Decembris Indictione IX. hoc est anno DCCCLXII. scripta, in qua Karoli ipsius fratris ut superstitis meminit. Tom. II.

CVI TORTOLDVS NOMEN] Propinquus erat Vvenilonis; cujus opera cùm episcopatum à Ludovico Rege obtinuisset, de eo inter cetera quæstus est in proclamatione Karolus tit. XXX. cap. XII. Synodus judices Tortodo dedit: quorum sententia dejectus videtur fuisse, cùm in synodo quæ apud Tusiacum anno post hunc proximo celebrata est, Bajocacensium Episcopus interfuisse dicatur, non Tortoldus, sed Erchambertus. c. 4.

IANVACENSEM] Codex Bellovacensis *Ianuensem.* quod idem est. sicut Bajocacensis Bajocensis, & Parisiacensis Parisiensis. Ianuam autem & Genuam illis seculis multi scribebant pro Genava, ut Ianobam civitatem Gregorius Turon. lib. 4. historiæ c. 31. & in vita S. Nicetij Lugdunensis Episcopi Ianubensem & Genabensem urbem. Einhardus Genauvam epist. 27. *ut sibi liceat beneficium suum habere quod ei Dominus Karolus Imperator dedit in Burgundia in pago Genauvensi.* Ceterùm hoc capitulum, quod sextum hic numeratur, pars est superioris. Itaque in universum duodecim esse debent. Imposuit nobis in tota hac synodo exemplar Antonij Augustini, quod Baronius secutus est, cùm in collectione nostra synodorum Gallicanarum multò emendatius haberemus. quod suo loco, si Deus annuet, repræsentabimus. Pag. 131. c. 5.

PROCLAMATIONIS DIPLOMA.] Editum est jampridem à Petro Pithœo inter scriptores duodecim coætaneos. Mutila verò est capituli hujus pars posterior, atque ita restitui debet: *inducia ac dierum dilatio est concessa, & certa accusatio per Episcopos & synodicas literas præfato Archiepiscopo est intimata secundùm regulas &c.* Extant hæ synodi literæ ad Vvenilonem: quas synodus Herardo Archiepiscopo commendarat, Herardus valetudine impeditus per Robertum Cenomannensem misit cum Commonitorio quod cum ceteris quæ ad hanc synodum spectant in lucem proferendum erit. c. 6. Vide to. 3. Concilior. Gall. pag. 144. 156.

DE ATTONE VIRDVN.] Monachum in Autisiodorensium cœnobio fuisse significat. Monachi autem Episcopi fieri aliòque transferri non poterant sine Abbatis sui & proprij Episcopi atque Archiepiscopi licentia. quod Hincmari & Ansegisi exempla declarant. Quid verò in Attone præteritum fuerit, non explicat. Fraudi tamen id non fuit quò minùs episcopatum retinuerit & cum laude administrarit, ut Bertarius testatur in Excerpto * quo de gestis Episcoporum Virdunensium eodem seculo scripsit ad Dadonem Episcopum. c. 7. * Editum est in to. 12. Spicil. Dacheriani pag. 251.

AD EPISCOPOS BRITTON.] Qui se à Turonensis Metropolitani sui potestate subduxerant. Exordium hoc nempe diuturnæ illius controversiæ quæ inter Turonensem & Dolensem Episcopos paucis antè annis nata sub Nomenoio, ad Innocentij usque III. tempora perduravit. Synodi c. 8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. II. epistola, cujus hic mentio, scripta est ad Fastrarium Dolensem, Vvernarium Aletensem, Garurbrium Briocensem, & Felicem Trecorensem Episcopos, à quibus & origo & causa discidij. Narrat enim vetus de ea re indiculus, quem in S. Michaelis in mari bibliotheca videre nos meminimus, Nomenoium è quatuor episcopatibus septem feciſſe, tribus novis constitutis, uno apud Dolum monasterium, ubi Archiepiscopi sedem esse jusserit, altero in monasterio S. Brioci, tertio similiter in S. Rabatuali, qui sedes fuit Episcopi Trecorensis. Integram narrationem Analectis inseremus. Cui quidem refragari vulgò Britannicarum rerum scriptores non ignoro; sed fidem illius multa magnopere confirmant; tum illud in primis, quòd Nicolaus Papa Salomoni Regi scribit nullam ad id tempus extitisse memoriam Brittones in sua regione ullam habuisse metropolim.

Ibid. EXCOMMVNICATIS ETIAM] Et hic rursum aliqua desiderantur, quæ hoc modo restituenda sunt: *Excommunicatis etiam, sicut sacra decernunt regulæ, nequaquam communicent, & Salomonem commoneant ut promissam fidem glorioso Regi Karolo observet, & ipse & Brittones excommunicatis communicantes ipsi se &c.* Excommunicatos intelligit illos qui ab Episcopis quibusdam ob varia crimina perstricti hac nota fuerant, ut est in epistola synodi ad eos scripta; de qua capite sequenti.

Pag. 132. c. 10. RELECTA SVNT CAPITVLA] sedecim numero in synodo Lingonensi paucis antè diebus edita. De his planè, sed de sex primis potissimùm, quæ eadem prima etiam sunt in synodo Valentina anni DCCCLV. gravis inter Episcopos orta est disceptatio, ex diversis Gothescalci fautorum vel adversariorum studiis nata. Hæc igitur capitula cùm à Remigio Lugdunensi Episcopo allata ad synodum fuissent, & post synodum à Karolo Rege Hincmaro ad examinandum proposita, Hincmarus quantopere ea improbaret in utraque adversùs Gothescalcum disputatione sua diligenter exposuit. Posterioris autem operis dedicatoriam ad Karolum ab iisdem orditur: *Nuper elapso mense Iunio per Indictionem* VII. *anno incarnationis dominicæ* DCCCLIX. *dedistis nobis quædam capitula, sicut nostræ dixistis humilitati, à Remigio reverentissimo Lugdunensium Archiepiscopo vestræ porrecta sublimitati, jubentes ut tempore congruo de his vobis redderemus responsum &c.*

c. 11. RODVLF. BITVRIG. ARCHIEP.] Is Abbas antea fuerat monasterij Floriacensis, abbatiámque tunc etiam Archiepiscopus haud legitimè retinebat. Quare paulò inferiùs ita legendum ex codice nostro: *Rodulfus subscripserat, qui præfatam abbatiam irregulariter retinebat, ratum & inconvulsum &c.*

XXXI.

Apud Confluentes.

Pag. 137. BASILICÆ S. CASTORIS] monasterij S. Castoris prope Confluentes ad Rhenum. Quem in locum, ut Nithardus lib. IV. narrat, convenerant olim, de paterni regni divisione tractaturi, Ludovicus & Karolus iidem cum Lothario fratre Imp. *quotidie ob commune colloquium sanctum Castorem petentes.* Ibi nunc pacem quam superiore anno in insula Rheni ejusdem frustra tentarant, inter se & cum Lothario nepote componunt. Annales Pithœani DCCCLX. *Ludovicus Rex, & Karolus frater ejus, nepósque eorum Lotharius, cum primatibus suis in Confluente castello convenientes, pacem inter se & fidelitatem mutuam singuli juramento firmaverunt, cujus sacramenti series hujusmodi fuit. Amodo & quandiu vixero &c.* Integrum enim describit. Tom. II.

ALTFRIDVS] Transrhenensis Episcopus dicitur Flodoardo lib. 3. c. 23. Hildesheimensis Episcopus in synodo Moguntina DCCCXLVIII. cui interfuit. vir insignis, Saxo genere, è primariis Ludovici Regis consiliariis, ut ex iis etiam patet quæ tit. XXXV. XXXIX. & XLII. narrantur, & in annalibus Pithœanis anno DCCCLXIV. atque ex Hincmari epistola nondum * edita ad Ludovicum eundem. Regino DCCCLXIX. *Altfridum Episcopum de Saxonia prudentissimum virum.* * Tom. I. Hincmari Pag. 331.

FRANCO, CHRISTIANVS] Franco Tungrensis Episcopus tit. XLI. & LIII. iterum occurret. Chriſtianus tit. XXXV. Episcopus Autisiodorensis, Abbonis successor, atque adeo collega, cùm uterque hoc anno interfuisse & subscripsisse legatur synodo apud Tusiacum.

VVLFADVS ABBA] Resbacensis, opinor, quem synodo Pistensi anno DCCCLXII. interfuisse unàque cum aliis privilegium S. Dionysio concessisse ostendunt tabulæ ejusdem monasterij. Pag. 138.

NEC EOS FORCONSILIABO] titulo sequenti & tit. XLII. Annales Pithœani legunt *forsconsiliabo*, quomodo & superiùs tit. X. scriptum *forsconsiliet.* quod idem est, sicut forfactum & forisfactum idem. Vt igitur forisfacere hominem homini dicebant in quem ille forfactum committeret, sic vitam vel honorem alteri, aut alterum in vita vel in honore forconsiliare, qui malo consilio in illius vitam vel honorem machinaretur.

CAPITVLA AB OMNIB. CONSERV.] Quæ apud Marsnam tit. X. sanxerant, eadem hoc loco repetunt. Verùm ibi octo tantùm capitula, hic duodecim, quatuor in medium è re nata interjectis. In reliquis nullum discrimen, nisi quòd cap. XI. addenda fuit mentio Lotharij nepotis, qui huic conventui aderat, cùm in Marsnensi Lotharius pater adfuisset.

ET NONNÆ] Deo devotæ sanctimoniales tit. seq. & in Flotildis visionibus: *Vidit se in quodam amœno loco, velúmque nigrum se super caput habere, de quo cùm requisisset, audivit quòd fieri nonna deberet.* Flodoardus lib. 3. c. 27. de Hincmari epistolis: *Teutbergæ Abbatissæ pro ordinatione Avennaci monasterij, de numero Clericorum & nonnarum, significans se dissuasisse viginti Clericos & quadraginta nonnas ibidem consistere posse.* Sic etiam appellantur in synodo Bonifacij anno DCCXLII. & in altera Lepticensi. Vocabantur & nonnanes, ut in Capitulis Karoli M. *De monasteriis minutis, ubi nonnanes sine regula sedent, volumus ut uno in loco congregatio* Pag. 145. c. 4.

Tom. II. *gregatio fiat regularis, & Episcopi prævideant ubi fieri possit.* & in synodo Moguntina sub Karolo eodem cap. XX. & passim. Nomen ex reverentia inditum; quo modo apud Græcos calogeri monachi dicti, & calogeræ monachæ. Nonnos enim & nonnas nunc etiam Itali avos & avias dicunt. Quare ut hic nonnæ sunt monachæ, sic inter monachos etiam eos qui priores erant nonnos à junioribus ob paternam reverentiam vocari jussit regula S. Benedicti.

Ibid. TALEM MVNDEBVRDEM] tuitionem ac defensionem. Ideo ferè cum horum altero conjungitur. Tit. XXXV. cap. 5. *sub tuitione ecclesiastica & regia mundeburde.* Tit. XXXIX. *Mundeburdem autem & defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ pariter conservabimus.* & apud Marculfum in formula de mundeburde Regis. Alij mundeburdum scribebant, ut in epistola * Karoli majoris domus pro S. Bonifacio in codice S. Remigij: *Et nobis suggessit quòd sub nostro mundeburdo vel defensione eum recipere deberemus.* & in Karoli Calvi præcepto pro monasterio Cellensi: *quod monasterium sub tuitione & mundeburdo ex longo tempore constat esse Comitis prædictæ civitatis.*

* Extat supra pag. 732.

c. 6. DE DEI BAN. ET DE N. VER. BANNIMVS] Tit. seq. sub finem: *De quibus omnes admoneri atque omnes ex Dei banno & nostro cavere præcipimus.* Hìc bannus est edictum, & bannire publico banno edicere. Decretio Childeberti Regis cap. 8. *Similiter Coloniæ convenit, & ita bannivimus, ut unusquisque judex latronem ut audierit, ligare faciat.* In Capitulis quæ Missis dominicis data fuerunt à Karolo M. cap. 20. *De banno Domni Imperatoris, quod per semetipsum solitus est bannire, id est de mundeburdio Ecclesiarum & viduarum, orphanorum, & minùs potentum.* Quod igitur in commune vocabant aut præcipiebant, id quia banno, id est, publica denuntiatione, indicebatur, bannus erat. Aliæ fuerunt hujus vocis ab eodem fonte notiones, de quibus postea suis locis.

Ibid. DE SVO SIC VVARNITVS] Tit. LIII. cap. XXIV. *& ad hoc omnes vvarniti sint,* id est, parati & necessariis rebus instructi. quæ nunc eadem in vernacula nostra ejus vocis est notio. ut cùm domum vvarnitam dicimus omni instrumento & suppellectile sua ornatam atque instructam. Sive in hostem igitur, hoc est, in exercitum, sive ad placita & publicos conventus, sive ad curtem & palatium Regis veniendum est, sic de suo paratum unumquemque domo sua progredi jubet ut nulli gravis esse cogatur, atque ab omni præda & direptione abstineat.

Pag. 144. ETIAM DE HONORIBVS] beneficiis aut dignitatibus & muneribus publicis quibus fungebantur. Contendebat Ludovicus ut qui à Karolo ad ipsum desciverant, pristinos honores reciperent, quibus spoliati à Rege fuerant: sed obtinere non potuit. Annales Pithœani DCCCLIX. *Ludovicus tamen eis qui priore anno à Karolo desciscentes sui effecti sunt, honores quos priùs habuerunt impetrare non potuit. Dilata enim res est in proximo placito finienda.* At nunc etiam suspensa remanet.

XXXII.

Tom. II.

Post reditum à Confluentibus.

MISSI NOST. DISCVRR.] Sub finem tituli hujus: *De his Missi nostri discurrentes cum consilio majorum Missorum, ut præmisimus, studeant.* & in formulis antiquis frequenter. Qui in provincias ad certum aliquod negotium mittebantur, ut hoc loco ad denuntianda & observanda ea quæ apud Confluentes statuta fuerant, & tit. seq. *Missi ad hoc constitutum exequendum.* Missi discurrentes præ ceteris appellari jure poterant, quòd in missaticis suis non subsisterent, sicut majores Missi dominici, qui ad justitias faciendas erant constituti, sed impositum munus celeriter obirent, eòque perfuncti regrederentur. Pag. 143.

MAIORES HOMINES] Capitula Ludovici Pij: *sive de ceteris quæ ad correctionem majorum hominum pertinent.* cujusmodi sunt vassi dominici, qui alios sub se vassos habent, & qui homines boni generis à Karolo M. dicuntur in Capitulis ex lege Salica, Romana, & Gombata cap. XII. *Vt homines boni generis, qui infra comitatum iniquè vel injustè agunt, in præsentia Regis ducantur, & Rex super eos districtionem faciat.* Majores natu, & superiorum natalium, in synodis antiquis, majores personæ in legibus Burgundionum tit. 38. cap. 4. c. 3.

SI VVADII AD NOSTR. PART.] Si fisco debeantur. Vvadium est pignus; & in vvadium dare, pignori dare. Hincmarus in Capitulis anni DCCCLII. cap. XI. *Vt nullus Presbyter præsumat calicem vel patenam aut pallium altaris tabernario, negotiatori, aut cuilibet laico in vvadium dare.* atque ita tit. XXXVI. cap. XXIV. quod vvadium dixerat, pignus interpretatur ex libro tertio Capitulorum. Hoc verò loco vvadios dicit, non pignus, sed multam quæ à reo delicti causa debebatur, & pro qua vvadium dari mos erat. Quo sensu synodus Cabillonensis II. cap. XVIII. *Dictum est nobis quòd in quibusdam locis Episcopi & Comites ab incestuosis & ab his qui decimas non dant vvadios accipiant, & à Presbyteris pro quibusdam negligentiis, & inter se pecuniam dividant.* Hoc debitum vvadij Odoni lib. I. de vita S. Geraldi cap. 24. Idem rursus cap. 25. *quomodo consequens esset ut exactiones vvadiorum sine indulgentia exegisses?* Pag. 146. c. 6.

NEQVE VVERRIBO] nullam in regno sedítionem excitabo. Suprà tit. XXVII. cap. 15. *rixas & dissensiones seu seditiones, quas vulgus vverras nominat, commovere.* & tit. LIII. cap. 18. c. 8.

· MISPRISERVNT, MISFECERVNT] Posterior ætas tertiam vocalem in hujusmodi verbis in secundam vertit, misfactum *meffait*, misprendere *meſprendre.* eodémque modo in aliis in quibus prima syllaba idem sonat quod malè ac perperam. Pag. 147. c. 52

XXXIII.

Edictum in Carisiaco.

HOC EDICTVM] Mutilum erat in codice Bellovacensi. Quod deerat adjecimus ex Laudunensi. De bonis denariis non rejiciendis antea cautum fuerat alio edicto; in cujus execu- Pag. 151.

Tom. II. tione cùm dupliciter à Missis peccaretur, hoc est in mallatione sive citatione ad mallum, & in exactione, banni videlicet ac multæ quam irrogabant, in utroque Rex quem modum teneri placeat nova lege statuit.

Apvd Cancellarivm] Edictorum quippe regiorum custos Cancellarius. Proinde ab illo capitula qui non habent accipere jubentur, tit. xiv. cap. 11. & tit. xxxvi. cap. 36. Idem enim edicta ipsa condebat. quod ex Adalardo docet Hincmarus epistola 3. c. 16. Additio iv. Capitulorum: *Sequentia inter nostra capitula tenenda generali consultu Erchembaldo Cancellario nostro inserere jussimus.* Eadem Regis nomine populo adnuntiabat. Tit. liii. post cap. xxxii. *Et tunc jussit Gauzlenum Cancellarium ut hæc sequentia in populum recitaret.* Quibus omnibus in locis Cancellarius absolutè dictus pro summo Cancellario vel Archicancellario; cùm alioqui Cancellarij quoque essent dicique solerent qui sub illo erant secretarij ac notarij palatij, ut in diplomate Karoli nostri Regis pro S. Martino Turon. quod anno xxxii. Indictione x. hoc est anno post hoc edictum proximo datum est: *Gauzlenus regiæ dignitatis Cancellarius ad vicem Ludovici recognovi.* quod in aliis est, *regiæ dignitatis* vel *sacri palatij* notarius.

Coniectvm accipere] contributionem exigere. Tit. v. cap. 4. de his quæ Presbyteri adventantibus Episcopis pendere debent: *Presbyteri tale conjectum faciant ut Episcopi solatium habeant, & ipsi non graventur.* & tit. liii. *conjectus exigatur*, de exactione constituta Nortmannis. Conjectus ergo, sive conjectum, Græcæ vocis imitatione, symbola dicitur, id est pensitatio & tributum, quod aliqua de causa exigitur & confertur. Karolus M. in Capitulis non edi-
* Suprà te. 1. pag. 400. tis *: *Ut liberi homines nullum obsequium Comitibus faciant, nec Vicariis, neque in prato, neque in messe, neque in aratura aut vinea, & conjectum ullum vel restituum eis resolvant, excepto servitio quod ad Regem pertinet & ad heribannitores & his qui legationem ducunt.* & in Capitulis anni dccclvii. *Et unicuique ex ipsis qui in hoste pergunt, fiant conjectati solidi quinque.* id est, solidi quinque ex aliorum conjectu tribuantur.

Medietat. francilis banni] Bannus hoc loco non edictum, ut suprà, sed fredum, id est, multa & compositio quæ ob neglectum violatúmque bannum fisco solvebatur. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 27. de Chilperico: *De pauperibus & junioribus Ecclesia vel Basilicæ bannos justit exigi, pro eo quòd in exercitu non ambulassent.* Hinc illa frequenter in Capitulis: *Qui ista incuperit, bannum dominicum omnimodis componat.* Francilis itaque bannus intelligitur franci id est liberi hominis multa, quæ Francorum compositio dicitur in lege Ripuariorum tit. xviii. cap. 3. *Medietate compositionis francorum culpabilis judicetur.* Quæ porrò medietas francilis banni seu compositionis francorum hic dicitur, in Karoli M. Capitulis, quorum testimonio superiùs usi sumus, semiplena leudes liberi hominis appellatur.

Pag. 151. Barcaniare] tricari & tergiversari. Id nostrum *barguigner.* quod propriè est licitando cunctari. Tom. II.

XXXIV.

Synodi Pistensis.

Rex et Episcopi] Inde synodus regalis appellatur in privilegio de libertate S. Dionysij, quia Rex aderat, & synodus universalis, quia ex diversis provinciis convenerant Episcopi qui privilegio eidem subscribunt numero ampliùs triginta. Ex annorum autem Christi nota & indictionis Iulio mense vel Augusto habitum colligimus, cùm annus Karoli xxiii. inchoatus jam esset, Indictio decima nondum finita. Quod planè confirmant verba privilegij synodi ipsius de villa Lirado, pro S. Martino Turonensi: *Cùm super fluvium Sequana, in loco qui Pistas dicitur, unanimiter sacrosanctum Concilium ageretur anno* dccclxii. Et subscripto: *Data mense Augusto,* xx. *ipsius mensis.* Pag. 153.

Locvm qvi pistis dicitvr] Pistas nostri ferè Pixiacum ad Sequanam esse tradunt. Rem incertam facit quòd pagum Pinciacensem, sive, ut titulo xiii. scriptum est, Pincesium, ipsum esse non abnuunt Pixiacensem pagum, in quo archidiaconatus est Ecclesiæ Carnotensis. Qui autem consentaneum est à Pistis Pincesium formari, vel tam diversis nominibus eundem locum designari? Accedit quòd Aimoinus lib. 5. c. 31. Karoli Regis describens iter ab Andegavis ad Ambianos, *per Cenomannos, & Ebroicense oppidum, ac secus castellum novum apud Pistas,* Ambianos perveniisse scribit. Absurda porrò itineris illius ratio videatur, nisi Pistas multo infrà Pixiacum fuisse intelligamus. De Pistis sanè constat, primùm ad Sequanam fuisse, deinde pontem & castellum habuisse, ibi præterea sedes aliquandiu fixisse Nortmannos. quod titulus hic testatur. Et quoniam Nortmannos in Oscello Sequanæ fluminis insula resedisse indicat Karoli proclamatio adversùs Vvenilonem tit. xxx. cap. v. idémque diserte affirmat Hincmarus in libello de villa Noviliaco, qui editus est cum Flodoardo, haud vanus fortasse conjector fuerit qui Pistas eo loco quærendas suspicetur. In episcopatu Rotomagensi fuisse argumento est epistola Hincmari, quam Vveniloni Rotomagensi scripserat, *de operariis & opera quam faciebat ad Pistas in Sequana;* cujus meminit Flodoardus lib. 3. c. 21.

Cvm drappis] Drappi hodie Gallis sunt panni. Sed ut pannos Itali vocant vestes ipsas è panno, ita hoc loco drappos dixit vestes è drappis. Drappos autem depannatos, vestes usu detritas & derasas. qua forma item detonsos homines & delavatos dixerat pro intonsis & illotis. Drapporum & drappalium nomen frequens apud Marculfum & reliquos formularum auctores. Leguntur & drappæ laneæ in epistola Salomonis Brittonum Regis ad Hadrianum secundum. Pag. 157.

Firmitates] castella & munitiones. ut tit. xxxvi. post finem edicti: *Castella & firmitates & haias.* Pontibus enim & castellis Sequanam & Ligerim munire illo seculo necesse fuit propter incursiones Nortmannorum. Tit. liii. c. 26. *De castellis super Sequanam & super Li-*

Tom. II. *gerim ex utraque parte.* De castello novo apud Pistas paulò antè dictum est ex Aimoino, iterumque audiemus tit. XXXVI. De ponte scribit Hincmarus Karolo Regi apud Flodoardum lib. 3. c. 18. *De opera pontis quem Rex cum ipso ac ceteris nonnullis fidelibus suis faciebat ad Pistas in Sequana.*

Pag. 159. c. 3. In bann. n. mittantvr] in fisci potestatem redigantur. Tit. XXXVI. c. 6. *& sic ipsa res illi judicio Scabiniorum in bannum mittantur.* Hincmarus Karolo Regi de Hincmaro nepote: *Quicquid de rebus & facultatibus ecclesiasticis ad gubernandum acceperat, jussione vestra in bannum, quod jus lingua Latina proscriptio confiscandi vocatur, est missum.*

XXXV.

Quando Lotharius ad osculum receptus est.

Pag. 163. Pro his causis] Discidij causam Karolus, cur à Lotharij colloquio abstineret, triplicem exponet, Engeltrudis adulterium, Iudith raptum, & Theutpergæ repudium. de quibus mox ordine singulatim.

Pag. 165. Ad tvsiacvm] villam Tullensis territorij, in qua insignis XIV. provinciarum celebrata est synodus anno DCCCLX. mense Octobri; in eáque actum inter cetera de Engeltrude Bosonis Comitis conjuge, quæ relicto viro in regno Lotharij jam pridem pessima fama vagabatur. Hincmarus de divortio Lotharij: *Sicut Bosonis mulier, de qua in synodo apud Leucorum civitatem habita fuimus cum interpellatione commoniti.* Vetus adnotatio in codice Nicolai Fabri: *Dum celebraretur Concilium in villa Tusiaco, ha epistolæ apostolicæ directæ sunt causa Bosonis & uxoris ejus.* Intelligit autem has ipsas à Bosone allatas Nicolai I. epistolas, tum ceteras ad alios, tum illam qua Karolum ut de Engeltrude Lotharium moneret hortabatur: *Unde vestram*, inquit, *exhortamur regiam magnitudinem ut corrigatis Lotharium Regem nepotem vestrum, ne tantum piaculum permittat manere in regno suo, hoc est, non consentiat fugitivam uxorem Bosonis Comitis tamdiu remanere ut non reddatur viro suo.* Integra extat in annalibus ecclesiasticis, sed anno DCCCLXII. inserta, cùm ad DCCCLX. referenda videatur.

Pag. 166. c. 5. Filiam Ivdith vidvam] Nupserat illa priùs Edilulfo Regi Anglorum, ut coronationis acta declarant, quæ suo loco sub finem post Capitula subjicientur. Illo mortuo cùm rediisset in Galliam, Balduinum Comitem ipsius nuptias appetentem, patre insciо, Ludovico, ut ferunt, fratre approbante, volens secuta est. Balduinus Karoli metu in Lotharij regno delituit quoad Rex Nicolai Papæ precibus inflexus annuit ut nuptiæ legitimæ Autisiodori conjungerentur sub exitum anni, ut ex Hincmari ad Nicolaum epistola (quam Flodoardus lib. 3. cap. 12. recitat) colligere est, DCCCLXIII. Quòd ergo furatus uxorem hic dicitur Balduinus, itémque ab Hincmaro in epistolis ad Theodoricum Cameracensem & ad Hungarium Trajectensem Episcopos, (quarum mentio apud Flodoardum lib. 3. c. 20. & 23.) eo nempe dictum est quòd illam sine patris assensu duxerat; volentem alioqui, ut dixi, secutam fuisse Balduinus affirmabat, ut Nicolai ad Karolum epistola secunda testatur: *Qui vestram se habere indignationem eò quòd Iudith filiam vestram illum præ ceteris diligentem sine vestra voluntatis consensu in conjugium elegerit, eamque volentem acceperit, ore proprio retulit.* Hic porrò est Balduinus à quo genus & origo veterum Flandriæ Comitum. Tom. II.

De vxore Lotharii] Theutperga Huberti Abbatis sorore, quam Lotharius Vualdrada pellice inducta repudiavit. De quo divortio, præter synodos Aquisgrani, Metis, Romæ habitas, & præter Nicolai aliorúmque epistolas, liber extat Hincmari Archiepiscopi. Res hoc anno inchoata, variis deinceps modis toto sexennio agitata & protracta, non alium quàm quem Lotharius vitæ finem fortita est. c. 6.

Illi sic privatvs] familiaris & amicus. Vtuntur & in adnuntiatione sua Karolus & Lotharius. Inde in vernacula nostra *privé* familiaris, & *privauté* familiaritas. Pag. 170. c. 2.

In sva mercede fecit] Tit. XIX. cap. 1. *ut ad vos suos denominatos fideles in sua mercede transmitteret.* id est, gratuita indulgentia. Karolus M. in Capitulis anni DCCCXIII. *qualiter in Domini Regis mercede eleemosyna fiat facta.* Alio sensu in mercede vel ad mercedem suam se facere dicebant quod spe fiebat divinæ remunerationis. Pippinus in diplomate pro S. Dionysio: *Propterea in nostra mercede & remedio animæ genitoris nostri Karoli donamus ipsum locum &c.* Pag. 172. c. 1.

XXXVI.

Edictum Pistense.

Manniri et banniri] citari & vocari ad placitum ac judicium. Differre tamen ista liquet ex lib. IV. cap. 25. *non manniatur, sed à Comite banniatur.* Hoc igitur discrimen, quòd mannire dicebantur causatores ipsi, cùm alter alterum, ut in jus ambularent, coram testibus admonebat. Hincmarus Laudunensis ad Remensem: *Ansgarius regia potestate ipsas obtinuit, non advocato meo ad mallum, ut publicæ se habent leges, pro rebus ipsis mannito.* Bannire verò Comites, Vicarij, & judices alij, cùm per bannum ad placita vocabant. Vnde qui vocatus ad placitum non venerat, si mannitus fuerat, mannitionis seu manninæ compositionem adversario solvebat: si bannitus, bannum Comiti componebat. Hincmarus epistola 4. c. 15. *Comites & Vicarij vel etiam Decani plurima placita constituunt; & si ibi non venerint, compositionem ejus exsolvere faciunt. Et quia priùs per manninas veniebant, excogitarunt quidam ut per bannos venirent ad placita. quasi propterea melius esset, ne ipsas manninas alterutrum solverent. hæc ideo facientes ut ipsi bannum acciperent.* Pag. 176. c. 6.

Ivdicio scabiniorvm] Iudicum. Karolus M. in Capitulis Aquensibus anno nono, de eo cui ad mortem damnato vita concessa est: *nec inter Scabinios ad legem judicandam locum teneat.* Hi ad omnia placita septeni minimùm conveniebant. Lib. III. cap. 40. *exceptis Scabineis* VII. *qui ad omnia placita præesse debent.* In placito de mancipiis S. Remigij evindicatis, Pag. 177. c. 6.

Tom. II. cujus antea meminimus, octo numerantur. *Ipsi enim videntes cognoscentésque rei veritatem atque comprobationem, statim se recredíderunt, & per judicium Scabiniorum, quorum hæc sunt nomina, Geimfridus, Vrsoldus, Fredericus, Vrsiaudus, Hroderans, Herlcherus, Rathertus. Gisselhardus, revuadiaverunt servitium multis diebus injustè retentum vel neglectum.*

Pag. 178. c. 11. NOMINIS NOSTRI MONOGRAMMA] Ea erat nota & character ut cùm litera unica videretur, unde monogramma est dictum, omnes tamen nominis literas exprimeret. Denariorum enim quos describit forma hæc erat, qualis hodie passim in plurimorum scriniolis spectari solet.



Monogrammatis antiquissimus olim usus fuit in diplomatibus Regum nostrorum, in quibus nomen non integrum, ut mos nunc est, signabatur, sed hoc unico charactere. Karolus Calvus institutisse primus videtur ut nummis imprimeretur, cùm ante illum, quod in Karoli M. & Ludovici Pij denariis observare est, pro monogrammate Principis effigies aut aliud quippiam incidi soleret.

cap. 12. NISI IN PALATIO NOSTRO] Hæc moneta palatina dicebatur, cujus specimen nunc datum est. Vetuerat aliquando Karolus M. monetam ullo alio loco esse nisi in palatio. Qua de re præter capitulum XII. lib. II. aliud extat ejusdem non editum: * *Vt in nullo loco moneta percutiatur nisi ad curtem, & illi denarij palatini mercentur, & per omnia discurrant.*

* Supràto. 1. pag. 464.

Ibid. IN QVENTOVICO] Hujus loci denarium vidimus hac inscriptione: KARLVS DEI GRATIA REX; in altera facie, QVENTOVVICI. Quentovici porrò mentio est in præcepto Ludovici Imp. de divisione inter filios, quod editum est à Pithœo post Theganum: *Adartensis, Bolonensis, Quentovico, Cameracensis, Vermandensis.* Idem, ni fallor, qui Vvicus simpliciter appellatur in alio diplomate Karoli M. apud Aimoinum lib. v. cap. 1. *Neque per civitates tam in Rodomo quàm & in Vuicus, neque in Ambianis.* de quo & Dagobertus Rex de mercato sancti Dionysij: *Ad Rothomum portum, & ad Vuicus portum, qui veniunt ultra mare.* & Alcuinus epistola XII. *Reverenti mihi de Vuicus propter causas necessarias.* Quibus ex locis quo in tractu Quentovvicus olim fuerit facilius est conjicere quàm certam & veram sedem indicare.

Ibid. IN METVLLO] Metullum vicum prope Burdigalam commemorat Chronicum Montis Dei de gestis Normannorum: *Anno* DCCCXLVIII. *Normanni Burdigalam Aquitaniæ Iudeis prodentibus captam depopulatámque incendunt. Deinde Metullum vicum populantes incendio tradunt.* De illo agi hoc loco non puto. De altero malim, quod in finibus Pictonum Mellum hodie appellant, aliàs Metullum dictum fuisse probant antiquæ chartæ Comitum Augensium, in quorum Tom. II. potestate oppidum id erat. Acta visitationis Simonis Archiepiscopi Bituricensis: *apud Priorátum S. Hilarij de Metulo distantem à Priorátu de Lezeignano per* VII. *leucas Pictavinas.* Metullum præterea, sed sine loci designatione, nominant gesta Dagoberti Regis cap. XLI. *Plumbum quod ei ex Metullo censitum in secundo semper anno solvebatur libras octo millia ad coopersendam Ecclesiam concessit.*

ARGENTVM EXMERENT] Purgent & c. 13. metum reddant. Duo in denariis requirebantur, ut puto fierent argento, non mixto, & ut pensam, id est, pondus haberent legitimum. In quibus hæc inerant, meri & pensantes dicebantur. Synodus Francofordiensis cap. 3. *De denariis, si mero sunt argento, & pleniter pensantes.*

IVDICIO DEI SE EXAMINET] Infrà Ibid. iterum cap. 20. & tit. XLV. cap. 3. & 7. Quibus ex locis liquet solitos olim, cùm de crimine suspectus atque insimulatus quispiam fuerat, si per testes comprobari non poterat, ad Dei judicium compellere, ut ex ejus eventu vel liberaretur vel condemnaretur. Karolus M. in Capitulis anni noni cap. 9. *Vt omnes judicio Dei credant absque dubitatione.* Quod genus examinis meritò improbat ac refellit Agobardus in libello quem de eo argumento scripsit. in quo & varios ejus modos explicat. *Mitte unum de tuis, qui congrediatur mecum singulari certamine, ut probet me reum tibi esse. si occiderit; aut certè jubeferrum vel aquas calefieri, quas manibus illæsus attrectem; aut constitue cruces, ad quas immobilis perseverem.* Quadruplex genus recensetˌmonomachiam, ferrum ignitum, aquam ferventem, & crucem. Aquam frigidam prætermittit, cùm in aquam colligati dimittebantur. de quo judicio prolixa est Hincmari epistola ad Hildegarium Episcopum Meldensem. *Et vani homines*, inquit Agobardus, *nominant ista judicium Dei. Vnde probari potest judicium esse Dei quod Deus nunquam præcepit?* Verùm hæc omnia tandem legibus tum ecclesiasticis tum civilibus damnata & abrogata sunt.

SE IDONEVM REDDAT] Purget se at- Pag. 181. que immunem probet à crimine de quo impetitur. c. 10. Tit. XI. cap. 6. Ragamfrido, qui præcepta falsa regio nomine compilasse dicebatur, interdictum ne à parrochia Remensi abscederet, *donec se ab illis quæ ei impingebantur idoneum redderet.* Id fiebat aut sacramento, ut hoc loco, aut per testes juratos, ut lib. III. cap. 64. aut judicio Dei, cujus exemplum est in synodo Francofordiensi cap. 7. de Petro Episcopo: *Exivit ejus homo ad judicium Dei, neque per Regis ordinationem, neque per sanctæ synodi censuram, sed spontanea voluntate; qui etiam à Domino liberatus idoneus exivit.*

TORTVM FACIANT] damnum vel in- Pag. 183. juriam inferant. cap. 13. & 26. tituli hujusce. cap. 20. Pro eodem torturæ quoque positum nomen animadverti in rescripto Godefridi Ducis & Marchionis, Virduni edito adversùs torturas Advocatorum, quibus affligebant Ecclesias fidei suæ commissas.

PER DENERATAS VENDVNT] dena- Ibid. riorum pretio, quasi per denariatas. Sic denarata

Tom. II. ceræ legitur in charta Beſuenſi, aut denerata de cera in charta ingenuitatis qua Aſaira famula ingenua facta eſt, in tabulario S. Vitoni: *ut annis ſingulis unam deneratam de cera perſolvat.* Et ibidem in teſtamento Bertarij: *perſolvant duas deneratas de cera ad altare S. Vitoni in Kalendario ſui tranſitus.* Duas deneratas de cera dicit quod in alia Beſuenſi charta eſt perſolvere in cera duos denarios.

Pag. 184. c. 21. BANNVM REVVADIATVM] Hincmarus Laudunenſis ad Remenſem: *& pro eo quòd illa manſa intraverat, ut bannum revvadiaret interpellaretur.* Item in alia epiſtola: *Videns autem quia mei homines cogerentur revvadiare quòd me in villam Pauliacum ſecuti fuerant.* Revvadiant bannum qui ad banni multam judicio damnati pro ea dant vvadium, eodémque modo in aliis. Vviehardus Abbas Frotario Epiſcopo Leucorum: *Videtur tamen nobis, ſi vos utile judicaveritis, ut quicunque de ipſis mancipiis, qui ſe ſubtrahere de noſtra dominatione moliuntur, ſervitutem ſuam coram vobis revvadiare faciatis, ut deinceps per juſtitiam ſubacti hanc fraudem perpetrare nequeant.* Et in evindicatione mancipiorum S. Remigij, *revvadiaverunt ſervitium,* ut ſuprà ſcriptum eſt.

Pag. 185. c. 23. FABRICIN. EX AVRO VEL ARG.] vaſa aurea vel argentea, aurum omne argentumve factum. quæ fabricaturæ dicuntur in formulis antiquis.

c. 24. VENDATVR LIBRA AVRI] Auri ad argentum proportio ferè olim, etſi aliquando variatum, apud Græcos decupla fuit, apud Romanos paulò pluſquam, ut ſic loquar, duodecupla. Itaque aureum illi nummum decem ejuſdem ponderis argenteis mutabant, hi duodecim & ſemiſſe. Quamquam autem diverſa ratio videatur, quando non maſſa cum maſſa ſimpliciter, neque ſignati nummi cum ſignatis, ſed maſſa cum nummis comparatur, hic tamen puri auri libra duodecim quoque denariorum libris æſtimatur. Arcadius verò Imp. lege unica Cod. Theod. *De argenti pretio quod theſauris infertur*, pro ſingulis libris quinos ſolidos aureos inferri jubet. Quòd ſi tunc auri libra ſolidos LXXII. continebat, ut eſt in l. 13. Cod. *De ſuſceptoribus præpoſitis & arcariis*, conſequens eſt ut maſſæ argenti ad aurum ſignatum ratio Arcadij lege fuerit quæ eſt unius ad quatuordecim.

Pag. 186. c. 25. BRVNIAS] loricas. Sic enim exponunt gloſſographi. atque ita intelligendum quod in lege Ripuariorum tit. 36. cap. 11. ſcriptum eſt, ut qui vveregildum ſolvere debet, *bruniam bonam pro ſolidis duodecim tribuat.* & in Capitulis Karoli M. ad Theotonis villam anno DCCCV. editis: *Omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat.*

c. 26. PAGENSES FRANCI] liberi. quo ſenſu in his Capitulis paſſim, & apud alios, ut cùm de ſervis quæritur qui francas feminas accipiunt, id eſt, liberæ conditionis. Inde bannum francile ſuprà liberi hominis bannum interpretati ſumus. Præcipit ergo ut qui per pagos liberi ſunt homines, & caballos habent, cum pagi Comite in exercitum pergant, & debitos paraveredos de more præſtent. A caballis caballarij equites dicti in Capitulis Aquenſibus Karoli M. anno ſeptimo, & ab Hincmaro in epiſtola ad Karolum Regem: *Per villas in quibus non ſolùm homines caballarij, ſed etiam ipſi cocciones rapinas faciunt.* Tom. II.

HOSTEM FACERE] Hoſtis eſt exercitus, *l'hoſt* majoribus noſtris. Capitula Karoli M. Bononiæ ad littus maris edita DCCCXII. *Vt in hoſte nemo parem ſuum vel alterum bibere cogat, & quicunque in exercitu ebrius inventus fuerit; in bibendo ſola aqua utatur, quouſque ſe malè feciſſe cognoſcat.* Quare hoſtem facere eſt expeditionem, ut proximo capite loquitur, exercitalem facere. quod exercitare in quodam alio capitulo dixit Karolus idem Imp. *De liberorum hominum poſſibilitate, ut juxta qualitatem proprietatis exercitare debeant.* alibi *hoſtilitatem facere*, ut in diplomate pro Maurilio Epiſcopo Andegavenſi. Hinc *hoſtilis apparatus* tit. ſequenti cap. 13. & *hoſtiliter præparatus* infrà ſub finem tituli hujus & in iiſdem Aquenſibus Capitulis. Pag. 187. c. 27.

IN MARCHA VVACTAS FACIANT] excubias in limitibus agant. Ludovicus Pius in præcepto quod Hiſpanis fecit qui ad ſe confugerant: *In marcha noſtra exploraciones & excubias, quod uſitato vocabulo vvactas dicunt, facere non negligant.* Inde ſuum *vvacht* Germanis, *guet* noſtris. Ibid.

HERIBANNVM PERSOLVANT] Heribannus dicebatur multa quam luebat is qui ad exercitum vocatus venire contempſerat. Karolus Imp. in Capitulis Bononienſibus cap. 9. *Quicunque liber homo inventus fuerit anno præſente cum ſeniore ſuo in hoſte non fuiſſe, plenum heribannum perſolvere cogatur.* Einhardus epiſt. 22. *Et ideo non videtur mihi juſtum eſſe ut heribannum ſolvere debeant qui non aliubi fuerunt niſi ubi ipſe Imperator præcepit.* Inde heribannator in Capitulis, heribanni exactor. Ibid.

IN POLYPTICIS] Sic appellarunt libros cenſuales aliòſve rationum publicarum. In Codice Theod. *De diſcuſſoribus* l. 2. vetat Imperator ne *acceptæ ſemel ſecuritates & regeſta polypticis*, id eſt, ut paulò pòſt exponit, ratiociniis publicis inſertæ, *à diſcuſſoribus & apparitoribus denuo poſtulentur.* Quæ in his libris continebantur, fidem perpetuò faciebant. unde fides polypticorum Cod. eod. *De indulgentia debitorum.* Pag. 188. c. 29.

CARROPERA ET MANOPERA] Duplex genus ſervitutis. Carropera ſunt quas tit. XXVII. cap. 14. carricaturas dixit, cùm carri vecturæque opera debetur. Manopera ſervitium manuale dicitur lib. III. cap. 51. quia opus manu fit. unde manoperarij in diplomate Karoli Calvi pro S. Dionyſio. Inferior ætas curbadas appellavit, *Corvées.* Ad carropera itaque ſpectat quod de vehenda margila ſequitur; ad manopera, battere in ſcutia. In Polyptico S. Remigij: *Faciunt carropera de annona aut vino in leugu XII. Sin autem, dabunt denarios XII.* Et alio loco: *Carroperas & manoperas inter totos circulos quinquaginta.* Ibid.

ET MARGILAM] Terræ adipem vocat Plinius de ratione agens emendandæ terræ lib. 18. cap. 6. *Alia eſt ratio quam Britannia & Gallia invenere, alendi eam ipſa. quod genus vocant margam. Eſt autem quidam terræ adeps, ibi den-* Ibid.

Tom. II. *sante se pinguitudinis nucleo.* Quæ ergo marga primùm, eadem pòst margila dicta est. Hodie vulgo à plerisque marna, ab aliis marla nuncupatur.

Ibid. In scvria battere] Lib. I. cap. 75. de his quæ die dominico facere non licet: *nec lanam carpere, nec linum battere.* Battere est tundere & percutere. linum battere, tundendo purgare. Hic de messe intelligendum, quam coloni nostri battendo & flagellando purgant. Quare scuriam, quæ apud nos stabulum nunc equorum significat, latiùs olim usurparunt pro ea quam graneam vocitant. Hincmarus adversùs nepotem: *Scuriam ipsius intercluſit, & annonam de terris dominicatis collectam ſine licentia Preſbyteri in eam miſit.* Polypticus S. Remigij: *Faciunt & pecturam ad cortem, ſcuriam, & horum claudendum.*

c. 30. Sellam retinent] mansi cujusque. Hincmarus ibidem cap. 1. de Capella quam Attala Episcopus Ecclesiæ Laudunensi donarat: *excepto atriolo ad ſepulturam, & excepta ſellula manſelli ipſius Capellæ, cum hortulo.*

Pag. 190. c. 32. Iectivi inveniantvr] Cap. sequenti: *ſe inter ſe jectiſcunt.* &, *contra cauſatores ſuos jectiſcant.* &, *ſine compoſitione ac jectitione.* Ex formulis solemnibus antiquis apparet jectivos propriè dictos fuisse qui vadimonium deseruerant & ad placitum venire neglexerant. Formula CLIX. quæ indiculus regalis de jectivis inscribitur: *Nec ipſe ad placitum venit, nec miſſum direxit qui ulla ſonia nuntiaret, & placitum ſuum neglexit, & jectivus exinde remanſit.* Hoc sensu jectiscere fuerit deserti vadimonij arcessere; jectitio, actio ipsa. Sed jectivos etiam universè dicebant omnes qui in re alia quavis negligentes fuissent, ut in formulis iisdem CXLVII. & CLXIX. qui debitum colonitium aut servitutem non reddiderant. & in charta audientiali CLVII. *Interim verò uſque ad placitum neutra pars ex ipſis jectiva appareat*, id est, causæ defuisse censeatur.

Ibid. Barigildi eivs] Apparitores. unde nunc etiam apud Italos barigelli vocantur principes appatitorum.

c. 33. Lingva theod. scastlegi] armorum depositio. Verba sunt cap. 114. Additionis quartæ. quod depromptum est ex Capitulis anni XVI. Ludovici Augusti. Teutonibus hodie *leggen* est deponere, *ſcaſt* quid sit dicere non habent. Affine huic, sed diversæ significationis vocabulum *ſcatz*, vel *ſcatz*, pro munere aut premio sumi videtur in epistola Hincmari Laudunensis ad Remensem de Grivone: *quòd Romam ipſum non pro alia re ire rogabam niſi ut inde ſcatz mihi daret. quod ego mirabar ſi diceret, cùm quicquid habebat beneficij gratis ei dediſſem & ſine ullo pretio.* & in missatico ejusdem apud Hincmarum Remensem post finem libri LV. capitum: *quicquid de rebus ſuæ Eccleſiæ fecit & ordinavit, non per ſcatz vel per aliquam propinquitatem aut amicitiam inde fecit.*

Pag. 192. c. 34. De svis rescellis] Reculis, aut reiculis, ut suprà tit. VII. ex synodo Arvernensi.

Pag. 194. c. 37. Heribergvm nostrvm] paratam mansionem & hospitium. quod paramentum dixit Hincmarus Karolo Regi: *& antequam de paramento veſtro ad manſiones redeant:* & paulò pòst: *hanc admonitionem eis quotidie, quando ad paramentum veſtrum venerint, relegat.* Inde heribergare in Capitulis Bononiensibus Karoli M. cap. 2. hospitio excipere, *herberger.* & heribergagium in literis S. Ludovici Regis, quibus Cormellas villam à procuratione regia & heribergagio seu gista liberam esse declarat.

Tom. II.

Et ha'ia §] clausuras. Haiæ nobis hodie sunt sepes quælibet. olim, ut hinc apparet, pro militari vallo & munitione usurpatæ. Pag. 193. c. 1.

XXXVII.

Apud Tusiacum.

Hæc misit in Byrgvndiam] In codice Laudunensi legatio hæc sequenti Regum adnuntiationi postponitur. Parvi autem refert utra antecedat. Id certum est, utramque hoc anno apud Tusiacum editam fuisse. Pag. 193.

In nostrvm indominicatvm] Cap. V. *in noſtrum dominicatum*, hoc est, in dominatum & potestatem. In literis Henrici Episcopi Tullensis de donatione Simonis Ducis Lotharingorum & Atleidis conjugis pro S. Mansuetо: *alodium ſuum quod emerant, & in ſuo indominicatu jamdudum poſſiderant.* Hincmarus de villa Noviliaco: *Defuncto Tilpino tenuit Rex Karolus Remenſe epiſcopium in ſuo dominicatu, & dedit villam Noviliacum in beneficio Anſchero Saxoni.* Qui fundum ut dominus possidebat, non ut beneficiarius, in ejus dominicatu fundus esse dicebatur. Dominicatura etiam dicta in præcepto Ludovici junioris de abbatia in Calvomonte, *quam ipſe & anteceſſores longo tempore in dominicatura habuerant*, tunc verò S. Dionysij monasterio concedebatur. Pag. 197. c. 1.

Fidelis homo deveniat] vassallus, qui fidelitatem regi ipsi vel alicui ejus vasso debeat. Ibid.

Mvlieribvs avt matribvs] Mulieres posuit pro uxoribus; ut synodus apud Compendium sub Pippino cap. 13. *Si quis vir mulierem ſuam dimiſerit.* & iterum: *vir illius accipiat mulierem legitimam.* Arsenius Nicolai Papæ legatus in epistola ad Episcopos scripta hoc ipso anno DCCCLXV. *& quanta ſcelera Engelrudis quondam Boſonis Comitis mulier perpetraſſet.* Idem Itali vulgò faciunt, quibus uxor est *moglie.* Et nos similiter feminam pro uxore dicimus. quod veterum etiam fit exemplo, ut in titulo præcedenti: *Si femina maritum aut marius feminam acceperit, illud conjugium diſſolvatur.* c. 5.

Cvm Gvntfanonario] Vexillifero, vel duce. Mansit vocis usus apud Italos, qui vexillum gonfalonem vocant. Ac Romæ nunc etiam Gonfanonarium sive, ut vulgò enuntiant, Gonfalonarium Ecclesiæ nuncupant magistrum seu præfectum vexilli militiæ ecclesiasticæ; & apud Florentinos superioribus seculis status fuit magistratus, qui Gonfalonarius justitiæ dicebatur. Pag. 199. c. 23.

In tractoria] Missis omnibus ad legationes suas profecturis tractoria dabatur, id est, epistola cujus beneficio suscipiebantur & conjectum accipiebant. Lib. IV. capit. 30. *Si quis litteras noſtras deſpexerit, id eſt, tractoriam quæ propter Miſſos recipiendos dirigitur.* Ideo tracto- Pag. 202. c. 14.

Tom. II. *riam ſtipendialem* appellat Agobardus in libello de inſolentia Iudæorum. In tractoriis porrò adnotari ſolebat quantum cuique Miſſo pro ejus conditione ſuppeditari oporteret. Qua de re Ludovici Pij extat conſtitutio in eodem libro cap. 73. *De diſpenſa Miſſorum, qualiter unicuique juxta ſuam qualitatem dandum vel accipiendum ſit, videlicet Epiſcopo panes* XL. *friſingæ tres &c.* ubi triplicem gradum diſtinguit, aliámque diſpenſam decernit Epiſcopo, aliam Abbati, Comiti, aut miniſteriali, aliam denique vaſallo regio.

Pag. 202. HLVDOVVICVS ET KAROLVS] Annales Pithœani alterum horum Regum conventum ante ſex menſes habitum fœdúſque in eo initum commemorant his verbis: *Anno* DCCCLXIV. *Hludouicus & Karolus Reges & fratres apud Duſicam villam menſe Septembri convenientes fœdus ineunt, & quicquid inter eos levitate humana vel ſuggeſtione militum perperam geſtum fuerat, ſibi mutuò dimittunt, cuncta retro oblivioni tradenda conſentes. Hujus autem fœderis pactum inviolabiliter omni tempore conſervandum, teſtes & admonitores idonei ex utraque parte ſtatuuntur. Nam Hludouicus ex parte Karoli Hincmarum Remenſem Epiſcopum & Engilrammum Comitem, Karolus verò ex parte Hludouici Luitbertum Archiepiſcopum & Altfridum antiſtitem elegit; ut ſi forte ab aliquo ejuſdem pacti jura læderentur, his admonentibus & geſta priora ad memoriam revocantibus, facilius in priſtinum ſtatum reformari poſſent.*

Pag. 202. c. 6. NEPOS NOSTER HLOTHARIVS] Pertinent hæc ad divortium Lotharij, de quo ſuprà tit. XXXV. cap. VI. Cujus cauſa poſt damnatam Romæ ſynodum Metenſem, quæ Theutbergæ repudium approbarat, poſt exauctoratos Theutgaudum Trevirenſem & Guntarium Agrippinenſem Archiepiſcopos, qui ſynodo illi præfederant, miſſus eſt hoc anno, ut Anaſtaſius ſcribit, à Nicolao Papa in Galliam legatus Arſenius Epiſcopus Hortenſis.

XXXIX.

Apud S. Arnulfum.

Pag. 207. APVD S. ARNVLFVM.] in monaſterio S. Arnulfi, quod nobiliſſimum olim, & patrum noſtrorum memoria fuit in ſuburbano Metenſi. Leutbertus, qui poſt Hincmarum nominatur, Archiepiſcopus fuit Moguntinus, Vvitgarius Epiſcopus Auguſtanus, ſive de Auguſtiburc, ut loquitur Hincmarus in epiſtola quadam ad nepotem: *Clarentius compreſbyter mihi dixit quòd Hadulfo miſſaticum ad Vvitgarium Epiſcopum de civitate Auguſtiburc pro libro Paterij commiſeris, de quo miſſatico non ſe excondixit.*

DE REGNIS NEPOT. NOSTROR.] Ludovici Regis Italiæ & Lotharij Regis, quos videbant legitimis heredibus carere. Karolus verò, tertius illorum frater, jam pridem ſine liberis deceſſerat.

XL.

Apud Piſtas.

Pag. 215. REGNI SVI XXX.] Cùm anni Karoli Calvi conſurgant ex obitu Ludovici patris, hoc eſt, ex XII. Kalendas Iulias anni DCCCXL. ſequitur anno DCCCLXIX. poſt XII. Kalendas Quintiles exordium fuiſſe anni ejus XXX. Sed quia Indictio ſecunda, quæ adſcribitur, finem habitura erat proximo Septembri, reliquum eſt ut placitum hoc Piſtenſe Iulio vel Auguſto menſe celebratum intelligamus. Tom. II.

FAIDA PACIFICETVR] Tit. XIV. faidam oſtendimus dictam fuiſſe apertam & capitalem inimicitiam ob cæſum aliquem de propinquis ſuſceptam. Et quia reipublicæ intererat hujuſmodi ſimultates coërceri, propterea legibus ſæpe cautum de faidis coërcendis atque ſedandis. Lex Friſionum ſatis habuit certorum locorum inducias præſcribere in Additione tit. 1. *Homo faidoſus pacem habeat in Eccleſia, in domo ſua, ad Eccleſiam eundo, de Eccleſia redeundo, ad placitum eundo, de placito redeundo.* Karolus Magnus faidas penitùs ſedandas ſanxit anno imperij quinto cap. VI. *Si faidoſus quis ſit, diſcutiatur quis ex duobus contrarius ſit ut pacati fiant, & diſtringantur ad pacem, etiamſi noluerint.* Idem ſanxit & Ludovicus lib. IV. cap. 27. Faidæ autem pacificatio pretio fiebat, quod à faidoſo perſolvebatur; recipiebat is qui faidam, ut loqui ſolebant, levabat & portabat. Karolus idem lib. 1. legis Longobardorum tit. 37. cap. 1. *Si quis pro faida pretium recipere noluerit, ad nos ſit tranſmiſſus, ut nos eum dirigamus ubi damnum minimè facere poſſit. Simili modo etiam qui pro faida pretium dare noluerit, nec juſtitiam inde facere, tunc ad nos ſit tranſmiſſus, & in tali loco eum mittere volumus ut majus damnum non creſcat.* Pag. 213. c. 10.

XLI.

Karoli coronatio Metis.

IN ECCLESIA S. STEPHANI] quæ Metenſium Epiſcoporum ſedes. Mortuo Placentiæ in Italia Lothario menſe Iunio anni hujus DCCCLXIX. ſimul ac in Galliam perlatus eſt nuntius, Karolus ad vacuum ejus regnum occupandum Metas advolavit, ibique ab aliquot utriuſque regni Epiſcopis conſeceratus eſt. Coronationis acta ſub finem Capitulorum edita. hoc verò loco adnuntiationes, quæ coronationem antecеſſerunt. Ceterùm Karolus, etſi regni Lotharij poſſeſſionem, ut ſequentia docebunt, integram non retinuit, ſucceſſionis tamen hujus epocham ſuis deinceps diplomatibus adjecit; ut in præcepto pro monaſterio S. Germani apud Aimoinum lib. 5. cap. 34. & in altero pro Eccleſia S. Martini Turonenſis: *Data Kalendis Auguſti Indictione* X. *anno* XXXVIII. *regni Domni Karoli Imperatoris in Francia, & in ſucceſſione Lotharij* VIII. *& imperij* II. *Actum Monaſteriolo.* atque in aliis paſſim. Pag. 215.

QVI PRIOR IN REM. ET TREV.] Hincmarus idem in epiſtola ad Nicolaum Papam, quæ apud Flodoardum legitur lib. 3. *Inter quas, Remenſem ſcilicet & Trevirenſem Eccleſiam, hæc ſemper diſtinctio fuit, ſicut in eccleſiaſticis monimentis invenimus, & veluſtiſſimam conſuetudinem ſemper obtinuiſſe comperimus, ut iſdem Epiſcopus non loci, ſed dignitate ordinis prior ſecundum ſacras regulas haberetur qui foret in qualibet iſtarum Eccleſiarum metropoli antea ordinatus.* Pag. 218. c. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. II. Consimilia sunt quæ in altera ad Ludovicum Transthenanum scribit apud Flodoardum eundem lib. 3. c. 20. crebérque omnino & multus in hoc argumento Hincmarus, ut Remensem Ecclesiam Trevirensi non imparem esse doceat. Inde adversùs Gothescalcum disserens ita concludit: *Quæ Remis nec minor est Trevirorum urbe prima provincia Belgicæ, propter quod ante est condita: nec inferior, quia in secunda est provincia regionis Belgicæ constituta.*

Pag. 220. VIGILIA S. PASCHÆ] Quo anni die aut quo mense baptizatus Clodoveus Rex fuerit, nihil proditum est à Gregorio Turonensi. Hincmarus hoc loco & in epist. 3. c. 14. de vigilia Paschæ conjecit, propterea quòd vigiliæ Paschæ & Pentecostes publicis olim ac solemnibus baptismis fuerant destinatæ. sed hallucinatus est. Constat enim ex Aviti Viennensis epistola, quam ad Clodoveum ipsum Regem statim post ejus baptismum scripsit, baptismum in natali Domini susceptisse. *Cujus*, inquit, *splendorem congruè redemptoris nostri nativitas inchoavit, ut consequenter eo die ad salutem regenerari ex unda vos pareat quo natum redemptioni suæ cæli dominum mundus accepit. Igitur qui celeber est natalis Domini, sit & vestri; quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus est mundo; in quo vos animam Deo, vitam præsentibus, famam posteris consecratis.*

A STEPHANO PAPA] Karolus Calvus Nicolao Papæ: *Post obitum divæ recordationis ævi nostri Karoli excellentissimi Imperatoris, genitor noster Hludowicus piissimus Augustus, Deo donante, paternum adeptus imperium, Remorum venit ad urbem; ubi præcessor vester sanctæ memoriæ Stephanus summus Pontifex ei obviam venit, atque in imperii honorem eum Deo inspirante consecravit.* Quæ pluribus narrantur in vita Ludovici & à Flodoardo lib. 2. c. 19.

IN HAC DOMO] in basilica Metensi. Flodoardus idem lib. 2. c. 20. Karolus Rex in eadem epistola ad Nicolaum Papam: *Ibi etiam*, Metis in Ecclesia B. Stephani, *piissimus Imperator ab omnibus Episcopis, clero, & populo est venerabiliter coronatus & pristino restitutus imperio.* Quo ritu res peracta, exponit auctor vitæ Ludovici, ubi de conventu apud Theodonis villam DCCCXXXV. *Sequenti verò Dominica, quæ sacra quadragesimæ initium præcedebat, in Metis civitatem Dominus Imperator, sed & Episcopi, & populus universalis illius conventus venit; & inter Missarum celebrationem septem Archiepiscopi septem reconciliationis ecclesiasticæ orationes super eum cecinerunt. & omnes populi, hoc viso, pro plenaria restitutione Imperatoris multas Deo gratias reddiderunt.*

XLII.

Pactio Aquisgranensis.

Pag. 221. HÆ PACTIONES] Ægrè ferente, ut parerat, Ludovico regnum Lotharij, cujus ipse partem speraverat, universum à Karolo usurpari, inita tandem per utriusque legatos pactione conventum est ut regnum hoc inter ipsos æquis portionibus divideretur. Itaque divisio ea facta est quæ proximo titulo continetur. De his autem plura Aimoinus lib. 5. c. 21. 24. 25. Tom. II.

ANNO XXXII. KAROLI] Initium annorum Karoli ex XII. Kalend. Iulias ducendum esse monuimus. Hinc sequitur Martio mense anni DCCCLXX. nondum expletum fuisse annum ejus trigesimum. Quare scribendum hoc loco non XXXII. sed XXX. eandémque ob causam tit. sequenti legendum XXXI. non XXXIII.

INGELRAMNVS COMES] Camerarius hic Karoli Regis, eique, ut Aimoini verbo utar, domesticissimus: qui post hæc suasione Richildis Reginæ honoribus suis exutus, & à Regis familiaritate summotus, Ludovico Transthenensi auctor fuit ut in Galliam cum exercitu iterum veniret anno DCCCLXXV. Aimoinus lib. 5. c. 32. Pag. 222.

XLIII.

Divisio regni Lotharij.

IN PROCASPIDE] Inter Heristallium & Marsnam in pago Leodicensi. Aimoinus lib. 5. c. 25. *Karolus Pontigonem veniens legatos accepit, nuntiantes ut ipse ad Heristallium veniret, & fratrer ejus Hludowicus ad Marsnam venturus esset, & in mediullio eorundem locorum Kalendis Augusti colloquerentur.* & post alia: *Tandem v. Kalendas Augusti ad locum colloquii convenerunt.* Pag. 222.

COLONIAM, ARGENTINAM] Quòd in tota hac enumeratione nulla fit mentio Moguntiæ, Spiræ, & Vvormatiæ, argumentum est illas civitates ad regnum Lotharij non pertinuisse, sed ad regnum Ludovici, atque hos nimirum pagos fuisse qui propter vini copiam, ut alio loco dictum est, transrhenanis provinciis adjecti sunt, cùm Ludovici Pij filij paternum imperium inter se dividerent.

LVGDVN. VESONT. VIENNAM] Non fuerant hæc in antiquo regno Lotharij, sed eidem postea cum aliis ex Karoli fratris successione obtigerant. Pag. 224.

XLIV.

Apud Gundulfi villam.

ANNO DCCCLXXII.] Scribendum DCCCLXXII. non solùm quia Aimoinus Gundulfi villæ placitum ante Hadriani Papæ obitum commemorat, quem omnes consentiunt anno DCCCLXXII. mense Novembri decessisse, sed quia Hadriani obitum, ut sequentia docebunt, re ipsa antecessit. Adde quòd nisi hanc æram statuas, præposterus ordo fuerit, & titulus hic sequenti postponendus. Pag. 225.

APVD GVNDVLFI VILLAM] Tit. LIII. cap. 4. Palatium regium ad Mosellam Tullo Leucorum finitimum. Aimoinus lib. 5. cap. 28. *Karolus à Burgundia ad Gundulfi villam, placitum illuc antea conditum habiturus, Kalendis Septembribus revertitur.* Villa Gundolfi in annalibus Pithœanis. Gundovilla Frotario Leucorum Episcopo in epistola XI. ad Hilduinum: *Recordari siquidem vestra paternitas valet quòd cùm in palatio Gundovilla Domnus Imperator hoc anno staret, vestram continens manum, jussit ut in fronte*

Tom. II. *fronte ipsius palatij solarij opus construerem, de quo in Capellam veniretur &c.*

Cvm Hlvdovvic. sacr. disrvp.] Parte scilicet regni Lotharij, quam in divisione sortitus erat, Ludovico Imp. Lotharij fratri clam reddita. Rem narrat Aimoinus loco suprà scripto: *Hludowicus apud Tridentum cum Engilberga loquens*, Ludovici Imp. conjuge, *partem regni Lotharij, quam contra Karolum accepit, neglectis sacramentis inter eos pactis, sine consensu ac conscientia hominum quondam Lotharij, qui se illi commendaverant, clam reddidit.* Diù adnixus apud Karolum fuerat per epistolas & legatos Hadrianus Papa ut à Lotharij regno, tanquam Ludovico ejus fratri jure debito, abstineret, idémque nunc missi, non à Ioanne Hadriani successore, ut quibusdam visum est, sed ab Hadriano ipso (ut constat ex tit. LIII. cap. 4.) legati, Formosus Portuensis & Gadericus Veliternensis Episcopi contendebant. Sed Karolo persuaderi non potuit.

Sacram. qvæ s. s. svnt] Desiderantur hæc sacramenta; quæ nimirum eò spectabant ut unà conjuncti duo Ludovici, patruus ac nepos, partem alteram regni Lotharij Karolo extorquerent. Karolus ergo tempestati occurrens, novis quoque sacramentis suos sibi in hoc placito devinciendos putavit. Aimoinus post superiora: *Vnde utrinque sacramenta prioribus sacramentis, quæ cum fratre suo pepigerat, diversa & adversa inter eos sunt facta.*

XLV.

Apud Carisiacum.

Pag. 227. Apvd Carisiacvm] Titulus hic alter in codice Laudunensi conceptus est. *Anno incarnationis dominicæ* DCCCLXXIII. *Indictione* VI. *pridie Nonas Ian. hæc quæ sequuntur capitula Domnus Rex Karolus in Carisiaco palatio cum fidelium suorum consilio decrevit, & per suum regnum denuntiari & observari mandavit.* Anno Christi DCCCLXXIII. & Karoli XXXIII. congruit Indictio non quinta, sed sexta. Quare ita restituendum est.

Pag. 228. c. 3. Infames vel clamodici] qui magnam, ut infrà loquitur, habent blasphemiam, hoc est, qui gravi criminis alicujus infamia laborant. Clamosum eodem sensu & blasphemum post dicet.

Pag. 229. Se excondicant] Purgent se atque idoneos reddant. Hincmarus in epistola ad nepotem, quam suprà citavimus: *quòd Hadulfo missaticum tuum commiseras, de quo missatico non se excondixit.* Non excusavit se, aut non satisfecit.

Pag. 229. c. 4. Cvm Carlomanno] Filius hic Karoli Calvi, Meldensis Ecclesiæ Clericus ac Diaconus, hoc tandem anno patris jussu ob varias grassationes & perduellionem oculis orbatus, retrusúsque in monasterium Corbeiense. quod docent annales Pithœani DCCCLXXIII. Flodoardus lib. 3. c. 18. Aimoinus lib. 5. c. 29. & 31. & alij. De sceleribus autem ac latrociniis per Karlomannum ejúsque homines perpetratis, præter ea quæ apud Aimoinum & reliquos edita leguntur, luculenta extat Hincmari Remensis ad Remigium Archiepiscopum ceterósque provinciæ Lugdunensis Episcopos epistola post ejus à patre fugam scripta anno DCCCLXXI. Vidimus & synopsim actorum * synodi Silvanectensis hoc anno Regis imperio ac voluntate adversùs Karlomannum coactæ, in qua judiciariis Episcoporum sententiis Diaconi gradu exauctoratus ad laicam communionem revocatus est. Actorum porrò exordium à Karoli Regis filium criminantis proclamatione ad Ansegisum Senonensem, Hildegarium Meldensem, ac ceteros ejus synodi Episcopos missa, quæ hæc quæ sequuntur inter cetera continebat. *Proinde quamvis specialiter accusationes atque testificationes necessaria non forent de his quæ omnis Ecclesia regni nostri cunctúmque regnum nobis à Deo commissum magnis gemitibus & publicis non solùm vocibus, sed & depopulationibus per Karlomannum carne non mente filium nostrum, Ecclesia Meldensis Senonum dioceseos Diaconem sibi inlatis clamat, tamen ut ordinabilius inde ministerium vestrum exequi valeatis, per nos, cujus carne est filius, propter regium ministerium nobis à Deo commissum, clamores Episcoporum ac ceterorum sacerdotum, Canonicorum quoque & monachorum atque sanctimonialium & virorum illustrium ac promiscui sexus ætatis seu conditionis, quæ ad nos de illo venerunt, velut & per voces præsentium audire potestis, canonico judicio vestro, quorum interest de Diacono judicare, proponimus &c.* Tom. II. * To. 3. Concilior. Gall. pag. 407.

Sicvt tvnc scarivimvs] statuimus & præscripsimus. ut tit. LIII. cap. XVI. *vel unum eorum qui cum eo scariti sunt*, id est, designati & constituti. Ibid.

Et sortiariæ] Ita nunc etiam apud nos strigæ ac maleficæ vocantur. Hincmarus de divortio Lotharij ad XV. interrogationem: *Alij potu, alij autem cibo à sortiariis dementati, alij verò tantùm carminibus à strigis fascinati.* Citatur & ab Ivone par. 8. c. 124. & à Gratiano 33. q. 1. cap. *Si per sortiarias atque maleficas*, ex Hincmaro eodem, sed operis nomine suppresso. De promptum est autem ex epistola nondum edita * quam Synodi Tusiacensis mandato ad Aquitaniæ Archiepiscopos scripsit de nuptiis Stephani Comitis Arvernorum & filiæ Regemundi Comitis Tolosani, cui edendæ locus erit inter acta synodi ejusdem. c. 7. * Edita est to. 3. Concil. Gal. pag. 173. & to. 2. oper. Hincmari pag. 647.

In regia vel in eccles. vestitvra] quæ fiscus vel Ecclesia possedit. Lib. IV. cap. 34. *Si quis proprium nostrum, quod in vestituræ genitoris nostri fuit*, id est, quod genitor quoque noster possederit. & Append. II. cap. 7. *ut non mittantur testimonia super vestituram Domni Pippini Regis.* id est, in controversiam non vocentur quæ in Pippini possessione fuerunt. In his enim & similibus locis vestitura est ipsa possessio. Pag. 231. c. 8.

Aliqvid proprindat] Invadat & usurpet. In formula notitiæ sactamentalis: *quòd terram suam de eorum potestate nec porprisi nec pervasi.* Vnde *porprisum* in Capitulis Ludovici II. c. 3. & *res propriſe* lib. VI. cap. 251. *De rebus propriſis, ut ante Missos & Comites & judices nostros veniant, & ibi accipiant finitivam sententiam, & inantea nullus præsumat alterius*

Tom. II. *res proprindere.* Ab eo quod est proprindere propriæ res dictæ, sicut ab eo quod est interprindere tit. XXXIII. interprisum. Hincmarus Ludovico Balbi F. *ut sicut in nomine interprisum est, ita sit & in ambasciato.* Sic & à misprindere misprisum tit. XXXII.

XLVI.

Reclamatio Episcopi Barcinonensis.

Pag. 233. c. 1. EPISCOPVS BARCINONENSIS] Frodoinus, opinor, qui synodo Tricassinæ subscripsit anno DCCCLXXVIII. Subscripsere itidem ex eadem ora Hispaniæ synodo apud Tusiacum DCCCLX. Adehulfus Barcinonensis, Audesindus Roscellensis, & Vvisadus Vrgellitanus Episcopi; Pontigonensi & Tricassinæ Theotarius Gerundensis. Parebant enim illo tempore, post Karoli M. & Ludovici victorias, Regum nostrorum impetio tum hæ tum vicinæ aliæ ejusdem tractus civitates: quarum Episcopi proinde & Galliæ placita synodósque frequentabant, & controversias suas vel apud Archiepiscopum Narbonensem, cui fuerant attributi, vel in publicis, ut hoc loco, conventibus agitabant.

Pag. 235. LONGIVS A MARCHA] à Pyrenæo. Hæc enim marca seu limes Hispaniæ lib. III. cap. 74. *Qui trans Ligerim manent, atque in Hispaniam proficisci debent, montes Pyrenæos marcham esse cognoscant.* Quare de hac marcha Ludovicus Pius ad populum Emeritanum, quæ apud Einhardum epistola est 39. *Volumus proxima æstate exercitum nostrum ad marcam nostram mittere, ut ibi præparatus sedeat donec vos mandetis quando promovere debeat.* Marca igitur & marcha limes seu fines cujusque regionis; & Marchio, Comes marcæ præpositus. Vita Ludovici anno DCCXXCVI. *relictis tantùm Marchionibus, qui fines regni tuentes, omnes, si fortè ingruerent, hostium arcerent incursus.* Inde Bernardus Comes Barcinonis, quia in marca Hispaniæ præsidebat, Marchio etiam dictus à nonnullis.

Pag. 236. c. 2. CASTRVM TERRACINENSE] Vicinum id Barcinoni ad Rubricatum amnem. indigenis hodie *Tarraça.*

XLVIII.

Synodi Pontigonensis.

Pag. 237. SYNODI PONTIGON.] Actorum hujus Concilij hactenus perpauca, eáque mutila, & cum Ticinensibus confusa gestis habebamus. Nunc multis partibus auctiora & notis quæque suis distincta prodeunt, adsciris etiam exemplaribus epistolis pontificiis quæ in hoc Concilio recitatæ ferebantur & plusculis aliis monimentis ad eandem synodum spectantibus, quorum fit mentio ferè omnium in synopsi Aimoini. Constat ergo primùm Romæ coronatum fuisse Carolum Imperatorem die natalis Domini sub finem anni DCCCLXXVI. cujus coronationis acta non exstant. Tum deinde celebratum à novo Imperatore conventum fuisse Ticinensem mense Februario DCCCLXXVI. in eóque ab Episcopis & optimatibus regni Italici acclamatum susceptúmque Imperatorem, & condita capitula duodecim. Postremò in synodo Pontigonensi mense Iunio ejusdem anni susceptum pariter à Gallis Imperatorem, & Ticinensia capitula confirmata. Itaque subscriptionum, quæ hîc geminæ leguntur, priores, quæ Italicorum sunt Præsulum & optimatum, ad synodum Ticinensem pertinent; posteriores, quæ Gallorum sunt, ad Pontigonensem referendæ, non ad Ticinensem, cui malè antea tribuebantur. Tom. II.

APVD PONTIGONEM] Pontigonis inter villas regias clarum & celebre nomen fuit. Ponticonem appellat Gregorius Turon. lib. 4. cap. 23. & lib. 6. cap. 37. quomodo legendum & in annalibus Pithœanis, ubi Panticona scriptum est DCCCLVIII. Anastasius item in vita Stephani III. Papæ, quem Pippinus Rex in Gallias adventantem eo loco excepit, Ponticonem palatium vocat. Pontigo fiscus dicitur in Chronico Frodoardi DCCCLII. quo ferè modo apud alios passim, nisi quòd Pontionem etiam elisa litera legere est, ut in præcepto Karoli nostri pro S. Martino: *Actum Pontione palatio imperiali.* Ac Pontionis hodie nomen manet vico pagi Catalaunensis, quà Lingonas spectat. Quo in tractu Pontigonem olim villam regiam fuisse, tum ex aliis superiorum scriptorum verbis, tum ex his colligere est quæ Aimoinus habet lib. 5. c. 35. *Imp. Karolus de Compendio Carisiacum, indéque per Suessionas ad Remensem civitatem, & sic iter suum per Catalaunos & Pontigonem atque Lingonas peragens, de Francia Italiam petiit.*

GLORIOSISSIMO] Ludovico Imp. Rege Italiæ vita functo, Karolus Romam profectus, Imperator à Ioanne VIII. Pontifice consecratus est die natalis Christi exeuntis anni DCCCLXXV. Inde Ticinum repetens synodum habuit mense Februario DCCCLXXVI. in qua Imperator ab Italici regni Episcopis proceribúsque acclamatus est, & capitula quæ sequuntur XV. edidit. Tum in Franciam reversus, alteram apud Pontigonem synodum eodem anno convocavit: in qua imperium illi pariter à Cisalpinis confirmatum est, & recepta capitula quæ Ticini fuerant promulgata. Hoc igitur loco synodi utriusque acclamationes & capitula cum subscriptionibus continentur.

BOSONIS INCLYTI DVCIS] Ducem in eodem placito creatum ostendit Aimoinus lib. 5. c. 32. *Roma exiens* Karolus Imp. *Papiam rediit, & placitum suum habuit, & Bosone uxoris suæ fratre Duce ipsius terræ constituto & corona ducali ornato, cum collegis ejus, quos idem Dux expetiit, in eodem regno relictis, iter acceleravit.* Frater erat Richildis Reginæ. Pag. 238.

LIBELLARIO IVRE] quod aliis est libellario nomine aut titulo, cùm interveniente libello seu scriptura res venditur certo pretio & certa pensione in annos singulos constituta. Leo Marsicanus libro 2. historiæ Cassinensis c. 8. de Aligerno Abbate: *Libellos plurimos de rebus hujus monasterij fecit, ut monasterium à Sarracenis dirutum ex eis pecuniis reficeret. Nam in Aprucio de curte Tulliana solidos accepit* CCC. *& annuo censu* XXIII. *à Gisonis filiis. Item ibidem facto eis libello de curte Vingana* CCCC. *modiorum, sexcentos accepit solidos, annuo autem censu solidos* XX. *&c.* Libellariam ab emphy- Pag. 241. c. 10.

Tom. II. tensi hoc inter cetera differre docent quòd emphyteusis nisi mutato possessore non renovabatur, libellaria plerunque statis temporibus data pecunia renovari solebat.

Pag. 242. c. 12. MISSAT. NOST. POTESTATE] qua præditi sunt qui Missi dominici appellantur.

Pag. 243. SUBSCRIPTIONES] Qui subscriptionum istarum hactenus meminere, plerique omnes synodi seu placiti Ticinensis subscriptiones appellarunt, manifesto errore, cùm ad synodum Pontigonensem pertineant. Quod verò in his Ansegisus Senonum Archiepiscopus inter sedis apostolicæ legatos, ut Papæ Vicarius, sedet & subscribit, ex iis intelligendum est quæ ab Aimoino lib. 5. c. 33. in hujus synodi actis prodita sunt, lectam nimirum in Concilio Ioannis Papæ VIII. epistolam qua primatum Ansegiso tribuebat, eique per Gallias & Germanias vices suas delegabat. Nacti sumus epistolæ hujus ac reliquarum quæ in iisdem actis memorantur exemplaria, quæ in lucem suis locis, id est, cum synodo ipsa proferentur.

Extant to. 5. Concil. Gallic. pag. 442.

L.

Alia acta synodi Pontigonensis.

Pag. 250. c. 4. IVRAMENTVM] Apud Pithœum post XII. scriptores coætaneos inscribitur *Generale omnium sacramentum*. Et verisimile est ab omnibus exactum fuisse. Sed Hincmarus in libello ad Carolum Imperatorem, quem in codice Leodiensi nacti sumus, singula juramenti hujus membra, ut inepta & alienas exagitat, queritúrque à se post tot annos requisitum esse, cùm satis esse deberet professio quam ut Archiepiscopus ediderat. *Pia*, inquit, *memoriæ pater vester ab Episcopis qui vel voluntarij vel inviti in sua dejectione consenserunt, sed nec ab ipso Ebone, qui auctor & incentor ipsius dejectionis duntaxat inter Episcopos fuit, non aliud sacramentum nisi libellos professionis à se subscriptos, quos ego habeo, requisivit. Et à me, qui ante professionem & subscriptionem, professa & subscripta per tot annos à juventute usque ad hanc senectutem servavi, nunc juramentum aliud non debuisset requiri. Sed non mirum est si per bajulos invidiæ sine causa animus benignitatis vestræ commotus nunc à me requirit quod nec pater vester in vita sua, qui mihi per octo circiter annos secreta sua indubitanter credidit, requisivit, nec vos per triginta & sex annos hactenus requisistis.* Hincmarum aliis Episcopis auctorem fuisse ut Ludovicum Regem ex Germania venientem susciperent indicat ejus epistola quinta.

ANSEGISO ET ADALGARIO] Missi ambo Romam à Carolo fuerant cum legatis apostolicis post synodum Pontigonensem. Aimoinus lib. 5. cap. 33. *Soluta est synodus. Postea Imperator legatos muneratos apostolicos, Leonem & Petrum, remisit Romam, & cum eis Ansegisum Senensem Episcopum & Adalgarium Augustidunensem Episcopum.*

LI.

Acta synodi Romanæ.

IAM monui Petrum Pithœum, qui hæc primus in lucem protulit, falsum fuisse, quòd ea ad primam Caroli Imperatoris coronationem pertinere existimavit. Non minùs autem aberrarunt qui ad Ticinensem postea synodum referenda censuerunt, ac synodo Ticinensi in postrema Conciliorum editione adscripserunt. Pertinent enim ad aliam synodum quam Ioannes Papa Romæ Februario mense habuit anno DCCLXXVII. in eáque Carolo imperium, quod à Germanis disceptabatur, totius synodi consensu iterum confirmavit. Cujus synodi acta Adalgarius Episcopus, qui ad eam missus à Carolo fuerat, in Franciam detulit, ut narrat Aimoinus lib. 5. cap. 35. quod & in vetusto exemplari adnotatum est his verbis: *Synodus quàm attulit Adalgarius Episcopus de parte Iohannis Papæ aliorúmque Episcoporum Karolo ad Vrbam civitatem, quando pergebat isdem Karolus Romam.* Pag. 251.

LII.

Exactio Nortmannis constituta.

HÆC EXACTIO] Duplex hoc loco exactio pro Nortmannis describitur. Quorsum enim bis eadem inculcaretur? Posterior expressam habet notam anni DCCCLXXVII. prior ad aliud tempus referenda est, ad annum, opinor, DCCCLXI. quo tempore (ut est in titulo XXXII.) *necesse fuit conjectum accipere & ad navium compositionem & in Nortmannorum causa pro regni salvamento.* Chronicum Montis Dei anno DCCCLXI. de Nortmannis: *Ad quorum videlicet locarium quinque millia libras argenti, cum animalium atque annonæ summa non modica, de regno suo, ne depradaretur, exigi Karolus Rex præcepit.* Pag. 257.

DE SVO MANSO INDOMIN.] Mansum alio loco diximus esse fundum cum certo agri modo. Hic mansorum triplex genus distinguitur, indominicatus, ingenuilis, & servilis. & in polypticho S. Remigij: *In Tasiaco habet mansum dominicatum cum ceteris ædificiis, hortum cum arboretis, vinario &c. mansos ingenuiles* XXXII. *serviles* XXXIV. Item: *In curte Acutiore, excepto dominicato manso, mansi ingenuiles* XCII. *semis, serviles* XXXV. Mansum dominicatum vel dominicum appellabant proprium & peculiarem domini mansum, quem dominus ipse excolebat, cujúsque fructus percipiebat; cùm ingenuilis servilisque mansi fructus colligerent coloni mansuarij, quibus concedebantur, censu tantùm retento, & aliis conditionibus quæ in manso ingenuili leviores erant, in servili graviores. Itaque Ludovicus Pius in Capitulis anni XVI. agris dominicatis, id est proprijs, opponit terras alienas: *De illo qui agros dominicatos propterea neglexit excolere ut nonas & decimas exinde non persolvat, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipit, volumus ut de tribus annis ipsam nonam cum sua lege persolvat.* & Karolus Calvus villas indominicatas villis in beneficium datis in diplomate pro S. Dionysio: *Volatilia de subscriptis villis, sive indominicatæ sive in beneficium fuerint datæ,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. II. *dari regio more constituimus.* Leguntur eodem modo & terræ & cortes & vineæ indominicatæ.

De censv dominicato] qui à domino exigitur, sive ad partem dominicam. Suprà tit. xxxvi. cap. 30. *Postquam restaurati fuerint, ab unoquoque manso census ad partem dominicam exigatur.*

Non de tota parte regni] Hæc enim exactio, ut Aimoinus docet, quæ pro Nortmannis qui erant in Sequana fiebat, parti tantùm Franciæ, quam Karolus ante mortem Lotharij habuit, & Burgundiæ indicta est. Qui verò trans Sequanam erant de Neustria, tributum Nortmannis qui in Ligeri erant persolverunt.

Pag. 258. Qvi cvm Imp. pergent] In Italiam, titulo sequenti.

LIII.

Apud Carisiacum.

Pag. 259. Apvd Carisiacvm] Postrema hæc capitula Karoli Calvi, cùm in Italiam, in qua obiit, alterum iter adornaret, regnúmque Ludovico filio per absentiam suam administrandum relinqueret. De hisce Hincmarus epist. 1. ad Ludovicum Balbum Regem: *Et quando proximè in Carisiaco inde disposuit, & nomina vobis descripta dedit quorum consilio & auxilio regni negotia disponeretis.*

Pag. 261. Professio qvam remis] Quæ sacramenta apud Carisiacum fuerint tit. xxvi. vidimus. Professionem Episcoporum cum sacramento laicorum apud Gundulfi villam titulo xliv. De hac Remensi professione quod Capitulis nostris deest, repetendum ab Hincmaro in epistola suprascripta: *Vos scitis quia pater vester priùs Remis de constitutione vestra post illum in regimine regni cum primoribus regni sui disposuit: ubi, quantum recordor, maximè omnes regni primores fuerunt, excepto venerabili Abbate Hugone & Bernardo Comite Arvernense; & omnes secundùm dispositionem patris vestri in vestra constitutione consenserunt.*

Post mortem fratris vestri] Ludovici Germaniæ Regis, qui anno superiore decesserat. Hic cùm in Galliam iterum hostili cum exercitu venisset anno, ut dictum est, dccclxxv. (quo tempore Karolus Romam ad capessendum imperium contenderat) multos è Karoli regno partium suarum fautores habuerat, è quibus Comites etiam aliquot in Germaniam rediens abduxerat; qui postea, videlicet illo mortuo, ad Karoli fidem redierant.

Pag. 262. c. 5. Dilectæ conivgi nostræ] Richildi Bosonis sorori, quam Karolus mortua Hirmintrude uxorem duxerat. Præceptum Karoli pro S. Dionysio: *quartum pro Hirmintrude olim conjuge nostra, quintum pro hac conjuge nostra Richilde.*

c. 7. De ordinandis scaris] copiis militaribus. Aimoinus lib. v. cap. xxvii. *ordinatis scaris quæ Karlomannum cum suis complicibus à regno propellerent.* Scaram Aimoinus idem cap. 36. lib. 5. interpretatus est turmam vel cuneum, Hincmarus epistola 5. c. 2. aciem bellatorum. Karolus M. Rex Fastradæ conjugi de victoria Avarica: *Retulit nobis qualiter illæ scaræ* Tom. II. *nostræ quas priùs de Italia jussimus pergere partibus Avariæ, perrexerunt infra fines ipsorum x. Kalendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis &c.* Scara Nortmannorum plenum exercitum præveniens apud Aimoinum lib. 5. c. 42.

Si nepotes nostri] Filij Ludovici Transthenensis: quorum ex numero duos in priore Italica profectione infestos Karolus habuerat, Carolum, & Carolomannum; cum tertio Ludovico infeliciter superiore anno ad Rhenum pugnarat.

Honores aperti fverint] Einhardus epist. 50. *Ut aliquam consolationem ei faciatis de beneficiis quæ hic in nostra vicinia absoluta & aperta esse noscuntur.* Aperti honores & aperta beneficia dicuntur cùm vacant. Aperta quoque feuda nos hodie in Gallia dicimus quæ à defunctis derelicta, vel alio modo vacant, *fiefs ouverts.* Sic apertum altare in chartis Vindocinensis cœnobij: *Quoties altare illud apertum erit, solummodo centum solidos in ejus redemptionem dabunt.* c. 8.

Ei valeat placitare] suo loco concedere. Traditio lxx. S. Galli: *Post ejus* Pag. 264. c. 10. *Presbyteri obitum, nepta illius eandem traditionem possideat. Et si nepta illam traditionem sibi placitatam dimittere voluerit, tunc locum & prebendam habeat quasi unus monachus, & traditionem præfatam sibique placitatam nobis dimittat.*

Et vicissitvdine cvm eo sint] Karoli Magni institvto vel exemplo, de quo sy- Pag. 265. c. 15. nodus apud S. Macram anno dccclxci. habita sic scribit: *Karolus Magnus Imperator, sicut quidam nostrum ab illis audivit qui interfuerunt, nullo unquam tempore sine tribus de sapientioribus & eminentioribus consiliariis suis esse patiebatur; sed vicissim per successiones, ut eis possibile foret, secum habebat. Et ad capitium lecti sui tabulas cum graphio habebat; & quæ sive in die sive in nocte de utilitate sanctæ Ecclesiæ & de profectu ac soliditate regni meditabatur, in eisdem tabulis adnotabat, & cum eisdem consiliariis, quos secum habebat, inde tractabat. Et quando ad placitum suum veniebat, omnia subtiliter tractata plenitudini consiliariorum suorum monstrabat, & communi consilio illa ad effectum perducere procurabat.*

Hvgo abba] Notus hoc cognomento apud historicos scriptores & in epistolis Ioannis octavi. Fragmentum membranæ Floriacensis: *Hugo per Gallias Abbatis honore præditus.* Abbatum summus Lupo epistola 88. Regali prosapia ortum Ioannes idem Papa testatur epistola 305. *Hugoni strenuo, nobili, regali prosapia edito, atque excellentissimo Abbati.* Propinquum sanè suum, appellat Karolus in diplomate hoc anno Pontione dato pro Ecclesia S. Martini: *Hugo Abbas, noster fidelis atque propinquus.* Item Ludovicus in altero diplomate quod Trecis anno sequenti concessit eidem Ecclesiæ Turonensi: *Venerandus vir, noster quoque propinquus, Hugo religiosus Abba basilicæ eximij confessoris Christi S. Martini in suburbio Turonica civitatis.* Ejus mortem notat Abbo lib. 2. de obsidione Parisiensi:

Tom. II. *Tempestate sub hac Hugo princeps obit Abba.* id est, anno DCCCXCVII.

c. 17. CVM EO SCARITI SVNT] illi attributi, aut cum illo consociati. Fredegarius, seu quis alius auctor gestorum Pippini Regis: *Rex Pippinus in quatuor partes Comites scaritos & leudes suos ad perquirendum Vuaifarium misit.* Legitur vox eadem in synodo Ticinensi anni DCCCLV. sub finem, & in Capitulis Karoli M. non editis: *Vt medio mense Augusti cum exscaritis hominibus ad nos esse debeant.* Scariti homines in re bellica propriè dicuntur in scaras conscripti & distributi, aut scaris instructi. Hinc ad alia significationem transferebant, ut hoc loco, ut suprà tit. XXXIV.

Pag. 266. c. 20. MANSIONATICVM ACCIPIAT] mansionis sive hospitij jus & expensas non requirat. quod onus declinari non poterat sine privilegio. Lib. II. cap. 17. de legatis recipiendis: *In illis locis ubi modo via & mansionatici à genitore nostro & à nobis per capitulare ordinati sunt.* Aimoinus lib. 5. c. 31. de itinere Karoli nostri: *Indéque per Attiniacum & consuetos mansionaticos Compendium adiit.* per solita diversoria.

Ibid. IN TRVSTE DOMINICO] in truste Regis. Lex Ripuariorum cap. XI. *Si quis eum interfecerit qui in truste Regis est,* DC. *solidis culpabilis judicetur.* quod lex Salica cap. XLIII. dixerat *in truste dominica.* Trustis apud Marculfum est fides lib. 1. formula 17. *in manu nostra trustem & fidelitatem visus est conjurasse.* Hoc loco trustis dominicus dici videtur qui fidem Regi juravit atque in ejus tutela est, quem amtrustionem appellabant. Porrò quæ in eos committuntur qui in truste sunt dominica, legibus Salicis triplo componuntur. Verbi gratia, si quis hominem occiderat, solidis CC. damnabatur; si eum qui in truste erat dominica, solidis DC. Rursum si quis collecta manu hominem ingenuum in ipsius domo aggressus occiderat, DC. solidis culpabilis judicabatur; si eum qui in truste dominica, triplo, id est, solidis M. DCCC. damnabatur. Legis Salicæ tit. XLIII. cap. 1. & 4. tit. XLIV. cap. 1. & 2.

c. 25. REGNVM QVOD BRITTONIB.] Hinc apparet Karolum bellis Britannicis fatigatum Regis nomen & insignia Brittonibus aliquando concessisse. Quod quidem in vetere scheda monasterij S. Michaëlis adnotatum reperi his verbis: *Salomon ad obsidionem Andegavensem in auxilium Karolo venit. Hujus rei gratia Karolus Salomoni Regi Brittonum habere permisit circulum aureum & purpuram & archiepiscopalem sedem & proprium nummisma & insuper omnia Regi convenientia. & non solùm illi, verùm etiam successoribus suis deinceps habenda permisit.* Sed parum exactæ fidei hæc narratio. Nam ut omittam quòd hæc multò ante obsidionem Andegavensem gesta videantur, ex hoc loco patet Regis nomen à Karolo non omnibus deinceps Salomonis successoribus, sed iis duntaxat concessum fuisse qui superstites tunc erant, & de quibus inter ipsos conventum. Quare illis nunc sublatis dari jubet operam ut eo nomine in posterum abstineant. quod factum est. Qui enim post Salomonem rerum in Brittannia potiti sunt, non Reges, sed Duces appellati sunt.

DE CAPPIS] Quosnam hic negotiatores cappos vocet incertum. In vita Ludovici anno DCCCXIII. Gerrici fit mentio Capis prælati. Sed aliud Cappi videntur, aliud Capi. Quin & Capos etiam eo sæculo dixerunt aves prædatorias; ut Theodulfus in carmine de pugna avium, & in altero ad Karolum Regem.

Colla superba teras, anates ut turba caporum,
Anserem ut accipiter, colla superba teras.

Tom. II. Pag. 268. c. 31.

IN QVIBVS FORESTIBVS] silvis. Frotarius in epistolis: *Interfeci in vestris forestibus lupos* CCXL. *Interfeci dico, quia me jubente & ingenuante capti fuerunt.* Einhardus Popponi Comiti epist. 7. *Convicti de quodam furto, quod commiserunt furando feramina in foreste dominica.* Karolus M. in Capitulis ex triplici lege cap. 18. *De forestis, ut forestarij bene illas defendant, simul custodiant bestias & pisces; & si Rex intus foreste feramen unum aut magis dederit, amplius ne prendat quàm illi datum est.* Manet integrum in vernacula nostra vocabulum. Nec solùm silvas foresteas dicimus; sed caciare, venationem exercere.

Ibid.

Suprà to. 1. pag. 510.

COMPENDIVM CVM CAVSIA] quæ aliis Cotia silva. Gregorius Turon. lib. 5. c. 21. de morte Clotarij Regis: *Dum in Cotio silva venationem exerceret, à febre corripitur, & exinde Compendium villam rediit.* Aimoninus de Karolo nostro lib. 5. c. 25. *Per Carisiacum Compendium veniens, autumni venationem in Cotiæ saltu exercuit.*

SALMONCIACVS] Locus insignis obitu Karlomanni Regis fratris Karoli M. Annales Pithœani anno DCCLXXI. *Karlomannus Rex decessit* II. *Nonas Decembris in villa Salmuntiaco.* Extant Regis utriusque diplomata Salmontiaco palatio data. Placitum etiam ibidem à Karolo Calvo Imp. celebratum anno DCCCLXXVI. auctor est Aimoinus lib. 5. c. 34.

IN ODREIA VILLA] Audriacam puto, inter Ambianos & Atrebatas. Aimoinus lib. 5. c. 31. de Karolo Calvo, quem Ambianos pervenisse scripserat: *Indéque apud Audriacam villam ac circum circa venationem exercens, ad monasterium S. Vedasti pervenit.* Einhardus epist. 52. *Et quando de Audriaca villa ad Compendium reversus fuerit.*

CAPITVLA EXCERPTA] De his tit. 1. Ludovici Regis. & Hincmarus epistola 1. cap. 7. *qualiter illa capitula quæ pater vester proximè in Carisiaco adnuntiavit, ad effectum pervenire possint.*

GAVZLENVM CANCELLARIVM] Karoli Calvi duo tantùm in diuturno ejus regno summi fuere Cancellarij, Ludovicus S. Dionysij Abbas, de quo dictum est superiùs, & post hunc Gauzlenus Abbas SS. Vincentij & Germani, qui sub Ludovico etiam filio eodem functus magistratu, episcopatum adeptus est Parisiensem.

PRO DONA LIBERANDA] Karolus Magnus in Capitulis non editis: * *Vt quicunque in dona regia caballos præsentaverit, in unumquemque suum nomen scriptum habeat.* & Frotarius Hugoni Drogonis fratri: *Ad horum itinerum incommoda, seu ad dona regalia quæ ad palatium dirigimus, penè quicquid ex optimis equis*

Pag. 270. in fine. * Suprà to. 1. pag. 400.

Tom. II. *habuimus distribuere compulsi sumus.* Liberare hoc loco est dare, quod aliis deliberare, *delivrer.* Donam ergo regiam & dona regalia intelligunt quæ Regi quotannis offerri consueverant. unde annua vel annualia dicebantur. Chronicum S. Arnulfi in gestis Ludovici Pij anno DCCCXXIX. *Vvormatiam venit; ibique habito generali conventu, oblata sibi annua dona solemni more suscepit.* eodémque modo anno DCCCXXXII. Aurelianis, anno DCCCXXXV. & duobus seqq. Stramiaci, Vuormatiæ iterum, & ad Theodonis villam, annualia hæc dona ab eodem recepta notat. Anno etiam DCCCXXXIII. cùm imperio exutus esset Ludovicus: *Conditum placitum Kalendis Octobris Lotharius in Compendio habuit; ibique Episcopi, Abbates, Comites, & universus populus convenientes, dona annualia ei præsentaverunt, fidelitatémque promiserunt.* De donis Karolo Calvo apud Duziacum oblatis anno DCCCLXXIV. Aimoinus lib. 5. c. 21.

LVDOVICI II. REGIS.

I.

Quando Compendij coronatus est.

Pag. 271. AB EPISCOPIS PETITA] In actis coronationis, quæ infrà subjicientur, prior loco posita est hæc Episcoporum postulatio, cum promissione Regis. Quare ad illam pertinere certum est. Hæc verò prior fuit Ludovici Regis inauguratio, cùm ab Hincmaro Archiepiscopo apud Compendium post Karoli patris mortem hoc anno consecratus & coronatus est VI. Idus Decembris. Nam iterum postea sequenti anno à Ioanne Papa in Gallia, cùm ad synodum Tricassinam venisset, Imperator coronatus est VII. Idus Septembris. De utraque coronatione Aimoinus lib. 5. c. 36. 37.

Hæc addita sunt ex Notis ad Concil. Tricass. II.

Sunt autem qui Ludovicum ab Ioanne coronam hoc loco non regni, sed imperij, suscepisse putent. Inde enim Ludovicum Balbum inter Imperatores plerique numerant, tum exteri, tum nostri etiam scriptores. Quod mirum certè mihi falsúmque semper visum est, cùm Ioannes ipse Papa in epistola 47. & in aliis quas ad Ludovicum postea scripsit, ipsum Regem, non Imperatorem, vocet, in epistola 71. ad Ludovicum & Carlomannum Ludovici Balbi filios, Caroli Calvi nepotes, Carolo eorum avo Imperatoris nomen tribuat, Ludovico patri nomen Regis, Imperatorem hauddubiè appellaturus, si Imperator fuisset, eodémque modo Hincmarus in epistolis quarum meminit Flodoardus lib. 3. cap. 19. fratres istos Reges Ludovici Regis, non Imperatoris, filios nominet. Quid quòd Ludovici ipsius Balbi, ut alia omittam, diploma exstat pro Ecclesia Nivernensi IV. Idus Septembres, hoc est, triduo post coronationem istam Trecis datum, in quo non alium se quàm Regem vocat his verbis: *Ludovicus misericordia Dei Rex.* Rex ergo fuit, non Imperator: Imperatoris verò titulum, antiquis ignotum, alij postea temerè adfinxerunt.

APOST. SEDIS LEGATIS] Horum in Carisiacensi conventu tit. LIII. nulla facta est mentio. Sed ex Aimoini verbis lib. 5. c. 24. facilè intelligimus hos fuisse Petrum Episcopum Forosempronienſem & Petrum item Episcopum Senogalliæ, qui à Ioanne Papa missi ad Karolum venerant ut illum in Vrbem ad tuendam à paganorum infestatione Romanam Ecclesiam pelliceret. Tom. II.

II.

Synodi Tricassinæ.

IN SYNODO TRICASSINA] Synodi hujus acta, vel actorum potius breviculum quinque sessionibus distinctum suppeditavit nobis bibliotheca S. Mariæ Virdunensis, in quo quid per singulas actiones actum sit summatim exponitur. Huic edendo * alius erit locus. Nunc quod instituti ratio postulabat, solos canones seu capitula hoc loco exhibuimus, adjectis ex alio codice subscriptionibus quæ in Laudunensi deerant, quem in Capitulis secuti sumus. Pag. 273. * Extat in 3. Concil. Gall. pag. 473.

APVD RAVENNAM] Indicta primùm fuerat à Ioanne Papa synodus Ravennæ in diem VIII. Kalendas Iulias, ut constat ex ejus epistola LVII. ad Ioannem Episcopum Ravennatem. Postea, ut epistola 59. docet, dilata est in XII. Kalendas Augustas ejusdem anni DCCCLXXVII. Indictione X. c. 3.

III.

Conventus Furonensis.

FVRONIS] Annales Pithœani DCCCLXXVIII. *Rex Hludowicus ad Aquas in mense Octobri perrexit, & cum aquivoco suo Karoli filio haud procul inde colloquium habuit.* Aimoinus apud Marsnam convenisse narrat lib. 5. cap. 38. Quare Furonos in illo tractu fuisse oportet. Pag. 277.

ANNO INCARNAT. DCCCLXXIX.] Aut annos revera computat non à natali Christi, sed ab incarnatione, contrà quàm in ceteris solet, aut scribendum DCCCLXXVIII. Hunc enim annum vulgaris æræ Dionysianæ designat Indictio duodecima. Deinde absurdum sit Ludovicum dicere conventum hunc Kalendis Novembris anni DCCCLXXIX. celebrasse, cùm ad Kalendas illas non pervenerit. Septimo enim antè mense mortuus est IV. Idus Apriles, ut Aimoinus refert lib. 5. c. 39.

HLVDOVVICVM PARVVLVM] Is est qui puerulus altero pòst anno Ratisponæ, quo Ludovicus pater post Karlomanni fratris obitum concesserat, *de fenestra palatij*, ait Regino, *cecidit, & confractis cervicibus exspiravit.* Pag. 278. c. 3.

LVDOVICVM ET KARLOMANNVM] quos ex Ansgardi priore conjuge susstulerat. quam etsi coactus à patre abjecerat, legitimos tamen ejus filios ducebat, & successores sibi destinabat. Flodoardus lib. 3. c. 19. inter alia quæ ad hos fratres ab Hincmaro scripta commemorat, scripsisse ait: *De objectis sibi à Gosleno super Ludovici patris eorum assensu quare Ansgardim uxorem abjectam eum recipere non coëgerit, & Adelaidim ab eo retineri non prohibuerit, & de literis Ludovici Regis ad eum pro filiorum suorum promotione.* Pag. 279. c. 3.

Tom. II. KARLOMANNI REGIS.

II.

In broilo Compendij.

Pag. 283. REGNI SVI IN FRANCIA I.] Indivisione regni paterni, quam apud Ambianos mense Martio, ut Chronicum Floriacense docet, anno DCCCXXC. instituerunt, Ludovicus Franciam & Neustriam sortitus est, Karlomannus Burgundiam & Aquitaniam. Ludovico deinde post biennium mortuo mense Augusti anno DCCCXXCII. Karlomannus Franciam quoque & Neustriam adeptus est, sulque in Francia regni exordium inde duxit. Quare Februarius mensis anni sequentis, cùm promulgata hæc capitula dicuntur, primo ejus in Francia regni anno rectè adscribitur.

IN BROILO COMPENDII] Karolus M. in Capitulis anni octavi: *De broilo ad Attiniacum palatium.* nemore aut saltu. Avesgaudus in literis quas principio citavimus: *cum silva quæ vocatur broilus.* A broilis id genus multis in Gallia locis nomen. Pardulus Laudunensis ad Hincmarum Archiepiscopum: *Per viam juxta montes Remorum, quæ vocatur Barbaria, ire, & per Iuncaracum sive Broilum transire, & ita ad Glannam.*

III.

Apud Vernis palatium.

Pag. 283. REGNI NOSTRI V.] Ita codex noster Metensis, ex quo unico hæc capitula deprompsimus. Hic ergo alia est ratio annorum Karlomanni. Non enim numerat annos tantùm quibus Franciam post Ludovici fratris obitum obtinuerat, ut paulò ante dictum est, sed illos etiam complectitur quos cum illo post mortem patris (id est ab anno DCCCLXXIX.) vel conjunctim ante regni divisionem, vel post hanc in altera regni parte imperarat.

Pag. 289. c. 11. PER FORCIAM EMEND. COGATVR] per vim, *par force.* Malculfus lib. 1. formula 27. *quasi eidem servum suum per fortiam tulisset.* Sic *fortiam facere & per fortiam depredari* in legibus antiquis. Aliquando in bonam partem, ut in lege Bajoariorum tit. XI. cap. 5. *Cui Deus dederit fortiam & victoriam.* sicut contrà virtutem pro vi injusta posuit Lex Salica tit. XIV. cap. 13.

Pag. 290. c. 14. VVLGO GELDAM VOCANT] Vocabant etiam geldoniam. Karolus Rex in Capitulis anni DCCLXXIX. *ut sacramentum pro geldonia non fiat*, id est, pro collecta seu congregatione facienda. Inde & confratrias quoque geldonias appellarunt. Hincmarus in Capitulis anno DCCCLII. datis: *Vt de collectis quas geldonias vel confratrias vulgò vocant tantum fiat quantum ad auctoritatem & utilitatem atque rationem pertinet.* In quibus omnibus locis geldoniam scribunt veteres libri, non gildoniam. De collectis quæ lingua Theotisca herizuph vocantur dictum suprà tit. XIV. cap. III.

KAROLI III. REGIS. Tom. II.

II.

Tungrensis Episcopatus controversia.

TVNGRENSIS EPISC.] Tituli hujus argumentum explicat Sigebertus in Chronico ad annum DCCCCXXI. *Stephano Leodicensium Episcopo defuncto, Richarius vir catholicus à Karolo per auctoritatem Papæ Romani ordinatur Episcopus, repudiato Hilduino, qui pecunia data Duci Gisleberto ambiebat ab eo sibi dari episcopatum.* Aliquanto uberiùs in Chronico item suo Frodoardus anno DCCCCXX. quo initium fuit controversiæ. Extat in Codice S. Mariæ Virdunensis, unde hæc capitula excerpsimus, Ioannis Papæ X.* ad Karolum Regem epistola, qua significat se Romam Herimannum Archiepiscopum cum Hilduino & Richero ad examinandam causam evocasse. At Frodoardus cetera persequens Richerum Romæ à Ioanne Papa ordinatum Episcopum, Hilduinum verò excommunicatum fuisse scribit anno DCCCCXXII. Tungrensis porrò episcopatus, sive Leodiensis, in regno erat Lotharij. quod regnum Karolus post excessum Ludovici patris amissum à fratribus, occupatúmque à Transrhenanis, in potestatem suam revocarat.

Pag. 295. * To. 3. Concilior. Gall. pag. 377.

AB HEINRICO INIM. N.] Duce Saxoniæ ac Thuringiæ, qui biennio antè regnum Germaniæ post Conradum Regem occuparat.

III.

Pactum Karoli & Heinrici.

ANNO DOM. INC. DCCCCXXVI.] Pactum hoc Bonnense ad Rhenum Karoli & Heinrici Regum Sigebertus adscripsit anno DCCCCXXIII. Sed duplex hoc loco est character, qui ad annum DCCCCXXI. referendum docet, feriæ nimirum primæ, & feriæ quartæ, quarum altera pridie Nonas, altera VII. Idus Novembris eo anno incidisse dicitur. quod quidem anno congruit DCCCCXXI. non XXIII. aut XXVI. ut perperam hic scriptum est. Quare rectiùs omnino in chronico Frodoardi pactio eadem in annum DCCCCXXI. conjicitur. quod ipsum mox etiam Karoli annorum epocha demonstrabit. atque hoc præterea, Indictionem mense illo Novembri decimam fuisse, non nonam.

Pag. 299.

ANNO REGNI KAROLI XXIX.] Plerique omnes rerum nostrarum auctores Karoli Simplicis annorum exordium ducunt ab obitu Odonis Regis III. Nonas Ianuarias anni DCCCXCVIII. Karolus autem ipse in diplomatibus suis quinquennio altiùs repetit, ex die videlicet quo Remis à Fulcone Archiepiscopo unctus est in Regem, hoc est V. Kalend. Februarias anni, ut reor, DCCCXCIII. Diem quidem Karolus designat in diplomate Fossatensis monasterij & in altero S. Martini Turonici: *In die*, inquit, *quo ad regni fastigium ordinati fuimus, qui evenit V. Kalendas Februarias, id est, natali S. Agnetis virginis.* Annum autem indicat Regino, cùm Regem levatum ait sub finem anni DCCCXCII. Nam cùm annos à Christi incarnatione ordiatur, non à natali, anno cuique primos etiam sequentis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. II. anni menſes adnumerat. Denique Karoli regnum ab hoc quem dixi Chriſti anno in ejus diplomatibus inchoari facilè perſpiciet qui ejus annos cum Indictionibus comparabit. Sed ne ambigendi locus foret, extat in tabulario S. Martini diploma quod cum Karoli annis Chriſti quoque annos habet adſcriptos in hunc modum: *Data* III. *Idus Iuliæ Indictione* VII. *anno* XII. *regnante Domno Karolo gloriosissimo Rege, redintegrationis* VII. *Actum Compendio palatio anno incarnationis Chriſti* DCCCCIV. Sanè ſi annus Chriſti DCCCCIV. numerabatur Karoli XII. conſequens eſt ut primus Karoli anno Chriſti DCCCXCIII. reſpondeat, & cum anno Chriſti DCCCCXXI. comparandus ſit annus Karoli XXIX. ut hoc loco. Deinde ſi anno XII. Karoli Iulio menſe ſeptima erat Indictio, reliquum eſt ut anno ejus XXIX. Iulio eodem menſe nona, poſt Septembrem verò decima fuerit Indictio. quod erat demonſtrandum. Eſt & alterum diploma quod Karoli annos cum Chriſti annis comparat, & hæc quæ diximus omni ex parte confirmat, in ſcriniis Eccleſiæ Pariſienſis, de immunitate clauſtri quam Rex idem Theodulfo Epiſcopo poſtulante conceſſit: *Datum* XV. *Kalendas Iunij Indictione* XV. *anno incarnationis dominicæ* DCCCCXI. *regnante Domno Karolo Rege* XIX. *redintegrante* XIV. *Actum villa Cangiaco.*

Redintegrante XXIV.] Karolus quo tempore in Regem confirmatus eſt, integrum regnum in poteſtate ſua non habuit, quia Odo Rex, quoad vixit, Aquitania & Burgundia potitus eſt. Mortuo poſt quinque annos Odone, quæ ab illo poſſidebantur recepit, regnúmque redintegravit; atque hujus redintegrationis annos regni ſui annis deinceps in publicis tabulis ſubjecit. Semper igitur redintegrationis anni regni annis ſolido ferè quinquennio pauciores ſunt. Et ſolidum fuiſſet, ſi Odo, quem III. Nonas Ianuarias vita functum diximus, ad V. Kalendas Februarias, quo die inunctus fuerat Karolus, vitam produxiſſet.

Largiore hered. indepta X.] Hoc verò pertinet ad regnum Lotharij, cujus acceſſione Karolus hereditatem ſuam amplificavit: quia non ſolùm partem illam recepit quam avus olim & pater ejus poſſederant, ſed alteram etiam quæ Regum fuerat Tranſrhenanorum. Sed quo anno regnum Lotharij receperit, inveſtigandum. Sigebertus enim anno DCCCCXVI. receptum notat. Ceterùm ex hoc loco & ex Karoli diplomatibus facile eſt videre quadriennio antè, hoc eſt, anno Chriſti DCCCCXII. regni Karoli XX. receptum fuiſſe. Quo nimirum tempore, Ludovico ultimo Francicæ ſtirpis in Germania Rege ſine liberis defuncto, Karolo, ut legitimo heredi, jure licuit non regnum modò Lotharij, ſed Germaniam quoque ipſam, ſi pat in armis vis fuiſſet, repetere.

Pag. 300. Episcopi ex parte Karoli] Omnes è regno erant Lotharij, excepto Bovone Catalaunenſi; cujus ſoror Frideruna olim Regina uxor fuerat Karoli.

Episcopi ex parte Heinrici.] Nullus in his è regno Lotharij, omnes è Tranſrhenano. Nam & Moguntia & Vvormatia, ut alibi dictum, quamvis citimæ Rheno, Tranſrhenenſi tamen regno vini gratia fuerant ad tributæ. Tom. II.

Episc. ImmogernefeRDÆ] Hodie Monaſterienſis in Vveſtfalia. Synodo Colonienſi anni DCCCXXCVII. ſubſcribit Vviſelmus Mimigarnafurdenſis Epiſcopus. Sic enim ibi ſcriptum eſt. Nos eam lectionem repræſentavimus quam exhibuit P. Heriberti noſtri exemplar, cui uni hoc Capitulare debemus.

CORONATIONES REGVM ET REGINARVM.

I.

Caroli Calvi in regno Lotharij.

Coronatvs in mettis] De hac coronatione ſuprà in Capitulis tit. XLI. ubi & adnuntiationes quæ coronationem præceſſerunt integræ continentur. Pag. 301.

Benedictiones svper regem] In Regum noſtrorum conſecratione diverſæ nunc etiam benedictiones, ſed ab uno Archiepiſcopo pronuntiantur. Olim, ut hic locus declarat, interdum etiam à diverſis Epiſcopis pronuntiabantur. Quomodo & in Ludovici Pij reſtitutione, quam in eadem Metenſi Eccleſia factam ſuprà didicimus, *inter Miſſarum celebrationem ſeptem Archiepiſcopi ſeptem reconciliationis eccleſiaſticæ orationes ſuper eum cecinerunt.* Vetus etiam Ordo Romanus in conſecratione Imperatoris ſingulas orationes à ſingulis Epiſcopis, Albano, Portuenſi, & Oſtienſi fundi ſolitas docet. Pag. 303.

Ad dextram avricvlam] Hodie ungi Reges ſolent primùm in vertice, deinde in pectore, tertiò inter ſcapulas, tum in ſcapulis ipſis, poſtea in brachiorum internodiis, ac poſtremò in manibus. Pag. 304.

Palmam et sceptrvm] Regibus nunc cum ſceptro, non palmæ ramus, ſed palma manus offertur, id eſt, ſcipio inauratus, cui eburnea expanſæ manus effigies in ſummo infixa eſt. Sed hanc juſtitiæ manum noſtri vocant. Hic verò ad victoriam palma, non ad juſtitiam, referri videtur. Pag. 305.

B. Gorgonii] Hujus agoni ſacer dies erat, quo hæc celebrabantur, V. Idus Septembris. Præcipua autem hujus martyris apud Metenſes veneratio ob ſacras ejus reliquias in Gorzienſi olim monaſterio conditas à Chrodgango Epiſcopo.

II.

LVDOVICI II. REGIS.

Ab Episcopis petita] Editæ ſuprà fuerunt inter Ludovici II. Capitula primo loco. Eædem ipſæ ac ſuperiorum ſequentiúmque benedictionum pars maxima nunc etiam in Regum Francorum conſecrationibus uſurpatur. Vt veriſimile ſit ab Hincmaro, cùm hos Reges Reginaſque coronaret, conceptas fuiſſe formulas quas poſteri ſecuti ſint.

III.

IVDITH CAROLI FILIÆ.

Regin. qvam Edelvlfvs] Edi- Pag. 309.
lulfum item appellat Lupus Abbas epiſtola XIII.

Tom. II. XIII. & XLIII. alij Ethelulfum, alij aliter, ut Flodoardus lib. 3. c. 12. *Iudith Karoli Regis filia Edilnulfo Regi Angelorum, qui & Edeboldus, dudum fuerat in matrimonium copulata, & Reginæ decore ac benedictione insignita.* Hoc verò loco duplex illius est, sponsæ primùm, deinde Reginæ benedictio.

IV.

HERMINTRVDIS KAROLI VXORIS.

Pag. 333. QVANDO HERMINTRVDIS] Nupserat jam olim Karolo Hermintrudis Vodonis Comitis filia mense Decembri anni DCCCXLI. ut auctor est Nithardus libro quarto. Nondum tamen ante hoc tempus in Reginam consecrata, nunc demum Karoli rogatu Suessione ab Episcopis coronata est, post mortem, ut verisimile est, Caroli filij, quem anno DCCCLXVI. infelici Tom. II. casu extinctum narrant. Hirmintrudis verò ipsa haud multis annis superstes, cùm anno DCCCLXIX. pridie Nonas Octobris mortuam doceat Aimoinus lib. 5. c. 35.

A SEDE APOST. ET A N. DECESS.] A sede apostolica, ut Ermingardis Ludovici Pij Regina, quam cum Ludovico Augustam appellavit coronaque aurea cinxit Stephanus Papa, ut Theganus cap. XVIII. testatur & Flodoardus lib. 2. c. 19. Ab Episcopis verò, ut inter alias Bertrada Pippini Regis, de qua Fredegarius editionis Bavaricæ: *Pippinus electione totius Franciæ in sedem regni cum consecratione Episcoporum & subjectione principum unà cum Bertradane Regina, ut antiquitus ordo deposcit, sublimatur in regno.*

ANALECTA MINVTORVM DIVERSI GENERIS opusculorum quæ in Notis promissa vel commemorata sunt.

I.

Epistola Karoli Magni de victoria Avarica anni DCCXCI.

KAROLVS gratia Dei Rex Francorum &c. *ut suprà to. 1. pag. 255.*

II.

Epistola Ludovici Pij Aug. ad Emeritatos Hispaniæ, ab Einhardo, cujus epistolis inserta est, composita.

HLVDOVVICVS divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus primatibus & cuncto populo Emeritano in Domino salutem. Audivimus tribulationem vestram, & multimodas angustias quas patimini per crudelitatem Regis Abdiraman, qui vos per nimiam cupiditatem rerum vestrarum, quas vobis auferre conatus est, sæpissime violenter oppressit; sicut & patrem ejus Abolaz fecisse comperimus, qui injustis superpositionibus censum, cujus debitores non eratis, sibi solvere cogebat, & propter hoc de amicis inimicos & de obedientibus sibi contrarios atque inobedientes effecerat; quia & libertatem vobis tollere & injustis censibus ac tributis vos onerare atque humiliare molitus est. Sed, ut audivimus, vos semper, sicut viri fortes, injurias ab iniquis Regibus vobis inlatas fortiter repulistis, & crudelitati atque aviditati eorum viriliter restitistis. quod & vos modò facere multorum relatione didicimus. Quapropter complacuit nobis ad vos litteras dirigere vósque consolari atque exhortari ut in ea qua cœpistis libertatis vestræ defensione contra crudelissimum Regem perseveretis, & furori atque sævitiæ illius, sicut hactenus fecistis, cedere non dignemini. Et quia idem Rex certissimus adversarius & inimicus tam noster quàm & vester est, communi consilio contra sævitiam ejus dimicemus. Volumus enim, cum Dei omnipotentis adjutorio, proxima æstate exercitum nostrum ad marcam nostram mittere, ut ibi præparatus sedeat, & expectet donec vos mandetis quando promovere debeat, si ita vobis bonum visum fuerit ut propter vos adjuvandos eundem exercitum contra communes inimicos nostros, qui in marca nostra residunt, dirigamus, ad hoc ut si Abdiraman vel exercitus ejus contra vos venire voluerit, isti per nostrum exercitum impediantur, ut illi & exercitui ejus in adjutorium contra vos venire non valeant. Nam certos vos facimus quòd si ab illo nos avertere & ad nos convertere volueritis, antiquam libertatem vestram plenissimè & sine ulla diminutione vobis uti concedimus, & absque censu vel tributo immunes vos esse permittimus, & non aliam legem, nisi qua ipsi vivere volueritis, vos tenere jubemus, nec aliter erga vos agere volumus nisi ut vos amicos & socios in defensione regni nostri honorificè habeamus. Optamus vos in Domino semper bene valere.

III.

Præceptum Caroli Calvi pro Ecclesia in Magniaco vico pagi Nivernensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si fidelium nostrorum petitionibus aurem celsitudinis nostræ commodaverimus, morem prædecessorum nostrorum parentum Regum scilicet exercebimus. Igitur notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, præsentibus scilicet atque futuris, quia in conflictu altercationis fraternæ, quando me notissima concertatio agebat, ut vires resistendi penes me restaurarentur in fratrem, Nevernensem comitatum deveni apud Magniacum vicum, ubi corpus sacratissimum beati Vincentij confessoris Christi memorabili veneratione percolitur. ibique munificum largitorem Deum in ejus commemoratione

adorans deprecatus sum ut ejus suffragiis munimen divinæ protectionis adipiscerer, quatenus per suam exoptabilem intercessionem tranquillæ prosperitati restituerer. Quin verò sub spe talis adsecutionis votis me obligavi ibidem, ac beneficia temporalia conferre ejus ministris perseveranter promisi. Quocirca percepta quiete, potitúsque victoria, ut spes anhelabat, libuit perquirere dotem ipsius Ecclesiæ, scire volens utrum seriem ejusdem tenoris haberet quam avus memorabilis noster Karolus quondam Imperator cunctis vicis fieri statuit. Quam nostris obtutibus delatam reperimus à jam dicto tenore alienam existere, scilicet per diminutiones aliorum beneficiorum cessisse potestatibus res quondam ibidem delegatas. Tunc placuit nobis res pariter collectas per auctoritatis nostræ conscriptionem ibi redintegrare, quæ abstractæ inde fuerant, cum iis quæ ibi perdurabant, & per divisibilia exercitia tres inde divisiones fieri, unam in usu salutaris sacrificij ac reparationis Ecclesiæ, alteram ad luminaria administranda, tertiam ad usus necessarios Clericorum ibi deservientium excolendos. Quas quindecim mansis & colonicis quatuor, quæ solvunt in censum denarios duodecim, ibidem, solidos quatuor fieri statuimus, quos à nostris nostrorúmque fidelium usibus ex comitatu Nevernensi abstraximus, & in honore omnipotentis Dei necnon & veneratione sanctorum ejus Nazarij & Vincentij, quorum reliquiæ ibi venerantur, sicut antiquitus extiterat, restaurando ibi contulimus; quemadmodum in altero auctoritatis nostræ præcepto, quod de eadem ratione ad presbyterij honestatem fieri jussimus, reperiri potest, permanente in suo statu ratione presbyterij ex suo beneficio ibi collato. Volumus etiam matri Ecclesiæ Nevernensi omnia hæc sint subjecta, sub nostráque immunitate posita, & nullius oneris cultum alij ibi exerceant, sed sub tutela Præsulis ejusdem loci ordinata consistant; ubi anni orbita redeunte libram ceræ in censum in festivite S. Cyrici publicè persolvant. Quapropter volumus ut nullus Comes, nullus judex, nulla opposita persona exinde quicquam exigere præsumat, nec censum, nec paratam, nec aliquod obsequium servitutis, sed jam dictæ matri Ecclesiæ tali ordine deservire. Et liceat Adalardo Presbytero, cujus labore & studio hoc agimus, súisque successoribus memoratas res quietè possidere & absque obstaculo alicujus impeditionis perpetualiter tenere & ordinare; ut pro incolumitate mea & conjugis sobolisque prosperitate beatus Vincentius, in cujus commemorotione agitur, ante Deum pacis precator adsistat. Sed & hoc cunctis catholicis orthodoxa religione viventibus notum manere volumus, quia pro studio laboris & constructionis quod eidem loco Adalardus Presbyter impendit, licentiam concessimus ut nullus se opponat successor, qui jam dictæ Ecclesiæ sacerdos subrogetur post ejus obitum, nisi quem in vita sua ipse elegerit, & vice sua ministrum constituerit, aut ex parentela progeniei suæ, aut quemlibet alium quem ad id peragendum idoneum providerit. Ipsi quoque à nullo temporale donum acquiratur, nisi soli Deo, cui servitio fungi unicuique sacerdoti convenit. Et ut nostræ largitionis præsens auctoritas firmior habeatur, & diligentiori observatione custodiatur, anuli nostri impressione subter signari jussimus.

Signum Karoli



gloriosissimi Regis.

Datum XIII. Kalendas Ianuarias Indict. VI. anno XIX. regnante Karolo gloriosissimo Rege. Actum in Magniaco in Dei nomine feliciter.

IV.

Consilium Hincmari Archiepiscopi de pœnitentia Pippini junioris, olim Regis Aquitaniæ.

SANCTUS Papa Gregorius in decretis ad Felicem Sicilienſem Episcopum: *Progeniem suam unumquemque usque ad septimam observare decernimus generationem &c.* Item in decreto synodali ante B. Petri corpus: *Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit &c.*

Sanctus Siricius Papa in decretis suis de apostatis monachis: *Hos*, inquit, *impudicas detestabilésque personas à monasteriorum cœtu Ecclesiarúmque conventibus eliminandas esse mandamus &c.*

In hoc capitulo stat modo Pippinus, & in alio capitulo quod de apostatis idem Siricius decrevit. Quia verò nunc dicit se pœnitere de præteritis malis, quia habitum & professionem suam deseruit, & sacramentum quo se constrinxit graviter violavit, & quia cum paganis se junxit, & profitetur se ad suam professionem & habitum velle redire, quoniam illius causa synodali diffinitione atque judicio decreta fuit, si tempus & locus permitteret, synodali judicio immutari debuerat. Nunc autem quia hinc judicium & hinc nos circumstat misericordia, pro judicio synodali nobis sequenda sunt quæ à sede apostolica & per synodalia judicia sunt diffinita, dicente B. Leone quia *in dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se gemitus lacrymáque negligere, cùm ipsam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo: Ne forte det illis Deus pœnitentiam, ut resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem.* Et item idem in decretis suis dicit: *Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo, debet ei reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est: quia etsi innocens militia & honestum potest esse conjugium, electionem meliorum deseruisse transgressio est.* Et sequendum est de eo Leonis capitulum, quo dicit: *Si convivio solo gentilium &*

Epist. 80. ad Theodorum.

1. Tim. 2.

Cap. 16.

Cap. 30.

eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis & manus impoſitione purgari, ut deinceps ab idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos niſi per pœnitentiam publicam non oportet admitti. Et Nicæni canones de
Cap. 11. his qui præter neceſſitatem prævaricati ſunt qualiter pœniteant dicunt. Quia verò, ut audivi, paralyſi ſolet Pippinus percuti, ſequenda eſt de illo
Ep. 89. ſententia magni Leonis, quæ dicit: *His qui in tempore neceſſitatis & in periculum urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ & mox reconciliationis implorant nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur venia moras vera confeſſio, dicente Dei Spiritu per prophetam: Cùm ingemueris, tunc ſalvus eris.* & alibi: *Dic tu iniquitates tuas prior ut juſtificeris.* & iterum: *quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.* Et Innocentius dixit: *De*
Cap. 7. *pœnitentibus qui ſive ex gravioribus ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum Romana Eccleſia conſuetudo demonſtrat. Ceterùm de pondere æſtimando delictorum ſacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem pœnitentis & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus Paſcha relaxandum, ne de ſeculo abſque communione diſcedat.* Plura ſunt alia quæ hinc poſſumus colligere, niſi iſta crederemus poſſe ſufficere. Vnde, quantum mihi videtur, non præjudicans ſynodali ſententiæ de Pippino decretæ, ſed confiſus de Dei miſericordia, qui per Apoſtolum ſuum dicit ut ſuperexaltet miſericordia judicium, & de caritate confratrum noſtrorum, & de auctoritate ſacrorum canonum & Pontificum Romanorum, exhortandus eſt Pippinus ut puram confeſſionem de omnibus peccatis ſuis, quæ ab ineunte ætate perpetravit, ſecretè faciat, (quia fortè talia fecit quæ turpe eſt etiam in publicum dicere) & de hoc quòd ſuum habitum dimiſit, & ſe perjuravit, & quia cum paganis ſe junxit, (de qua ſua conjunctione multa mala ſunt perpetrata) coram Eccleſia inter publicè pœnitentes ſe lacrymabiliter accuſet, & pœnitentiam & reconciliationem humiliter petat, & de omnibus quæ vel ſecretè confeſſus fuerit, vel publicè ſe accuſaverit, per manus impoſitionem epiſcopalis auctoritatis publicè reconcilietur, & reconciliatus tonſuram clericalem accipiat, & habitum monaſticum recipiat, & profiteatur ſe de cetero ſervare quæ expetit & expedit, & ſic communionem ſacri altaris recipiat. Reconciliatus autem benignè tractetur, ut tali loco ſub libera cuſtodia miſericorditer cuſtodiatur, & cuſtodes monachos ac bonos Canonicos, qui eum exhortentur, & quorum doctrina & exemplo bene de cetero vivere & præterita peccata plangere diſcat, & quorum providentia & loci convenientia ita cuſtodiatur ut ad priſtinum vomitum redire nequeat, etiamſi diabolo ſuadente voluerit, & re-

divivum ſcandalum per eum in ſancta Eccleſia & in iſta Chriſtianitate oriri non poſſit. Accipe, frater & fili, iſtam rotulam, ſed & illam de cognatione non conjungenda, & porta illas Domno Regi, & relege coram illo; & de iſta fac ſecundùm illius conſilium & commendationem; & de illa cognatione non conjungenda, per ejus conſilium & auxilium ſequere ſacras auctoritates tibi directas. Providentia de Pippino non eſt negligenda, & ut certi ac fideles cuſtodes illi adhibeantur ſatis eſt procurandum; nec obliviſcendum quod de eo in monaſterio S. Medardi accidit, & quod de Karlomanno in Corbeia evenit. Nam quod factum eſt, adhuc fieri poteſt.

V.

Quomodo Nomenoius tyrannus Britonum de quatuor epiſcopatibus fecit ſeptem, tempore Karoli Calvi Regis Francorum.

NOMENOIVS valde ſuperbus urbem Namneticam, Redonicam, ac etiam Andegavenſe territorium, & Cenomannenſe uſque Meduanam invaſit. His autem urbibus & territoriis nominatis in ſua ditione aſſumptis ſuperbior extitit & potentior. Contemptòque omnino jure Francorum regio, Regem ſe fieri poſſe exiſtimavit; multiſque artibus, ut doloſus & fraudulentus, perquirens quibus id modis aſſequeretur, reperit ut Epiſcopos totius ſuæ regionis aliqua ſeductione expelleret, & alios conceſſione ſua conſtitutos in locis illorum ſubrogaret; ſicque facilè conceptam tyrannidem poſſe perficere excogitavit. Æſtuante verò Principe, & plurima eviſcerata facie ſecum animo revolvente quomodo conceptum ſcelus perpetrare poſſet, tandem invenit unum ex complicibus ſuis, qui ſe circumvenire poſſe Epiſcopos & abſque ulla examinatione & purgatione aliqua infamari & damnari fateretur. Quod audiens tyrannus, lætus efficitur, multa ei ſpondens, ſi dictis facta compenſaret. Miniſter itaque doli convocans Britannos Epiſcopos, Scitote, inquit, Domini ſacerdotes, unum me vobis cauſa ſalutis veſtræ pandere myſterium, quòd audierim à ſecretis Principis, quia niſi Epiſcopi ſe reos ex eis quæ eis objicerentur eſſe audiente conventu Præſulum, quos aliunde à diſcuſſione reatus ipſorum Dux invitaverat, profiterentur, nec eos lateret ſine dilatione capite plectendos fore. Quo audito Epiſcopi conſternati animo, præter Dei & Eccleſiæ leges omnia ſe profiteri quæ malignus perſuadebat, antequam morte multarentur, promiſerunt. In craſtinum autem evocans Princeps in monaſterio ſancti Salvatoris ſynodum Epiſcoporum atque procerum, adhibuit teſtes falſiſſimos pretio conductos adverſùs Subſannum Venetenſem, Salaconem Aletenſem, Felicem Coriſopitenſem, Liberalem Oximenſem Epiſcopos, qui dicerent eos pretio in Eccleſia intruſos muneribus ſæpe ſacros ordines fuiſſe largitos & omnibus criminibus obnoxios fore. Cùmque reticerent Epiſcopi repentino mortis metu perculſi, requiſiti ſunt à conventu utrum vera eſſent quæ opponebantur: qui ita ſe habere profeſſi ſunt; depoſitiſque in Concilio virgis & anulis pontificalibus, Gallias petierunt,

ad Karolum se conferentes. Nomenoius verò patrato scelere pseudoepiscopos constituit loco ipsorum. Cogitans autem Episcopos, quos elegerat, à Metropolitano Turonensi benedictionem minimè posse consequi, nec accessum ad eum metu Regis habere, ex quatuor episcopatibus septem composuit. Quorum apud Dolum monasterium unum constituit, quem Archiepiscopum fieri decrevit. Monasterium verò sancti Brioci sedem constituit episcopalem. Similiter etiam sancti Rabutuali. Hos tres usurpatitios Episcopos instituit, ceteris quatuor in antiquis urbibus derelictis. Provincia itaque Turonensi ita recisa, Nomenoius Dolo monasterio Episcopos suos congregans, se in Regem ungere fecit.

VI.

Notitia de mancipiis sancti Remigij per judicium Scabiniorum evindicatis in placito Missorum Hincmari Archiepiscopi.

Emendata ex vet. cod. ex quo Sirmondus edidit.

ORDINANTE Hincmaro Archiepiscopo venerunt ejus Missi in Curte Acutiori, Sigloardus scilicet Presbyter vel Caput scholæ sanctæ Remensis Ecclesiæ, & Dodilo vir nobilis vassallus ejusdem Episcopi, Residentes ipsi in placito publico, investigantésque justitiam sancti Remigij vel senioris jam dicti, audierunt sonum de his mancipiis quorum subter continentur nomina, & de eorum genealogia, quòd servi & ancillæ meritò debuerant esse, eò quòd Berta & Avila eorum aviæ de pretio dominico fuissent comparatæ. Missi enim supradicti ut hoc audierunt, requisierunt diligenter eandem rationem. Et hæc nomina eorum qui præsentes interrogati fuerunt. Grimoldus, Vvarinherus, Leuthadus, Ostroldus, Adelardus, Ivoia Hildiardis filia. Ipsi enim respondentes dixerunt. Non est ita, quoniam ex nativitate ingenui esse debemus. Præfati verò Missi interrogaverunt si aliquis ibi fuisset qui ex hac ratione veritatem sciret vel approbare voluissent. Tunc accesserunt testes senissimi, quorum hæc sunt nomina, Hardierus, Tedicus, Odelmarus, Sorulfus, Gisinbrandus, Gifardus, Teudericus. Et testificaverunt quòd de pretio dominico eorum origo comparata fuit, & magis per justitiam & legem servi vel ancillæ deberent esse quàm ingenui & ingenuæ. Missi autem interrogaverunt si testes contra eos verum dicebant. Ipsi enim videntes cognoscentésque rei veritatem atque comprobationem, statim se recrediderunt, & per judicium Scabiniorum, quorum hæc sunt nomina, Geimfridus, Vrsoldus, Fredericus, Vrsiaudus, Hroderaus, Herleherus, Rathertus, Gisslehardus, reuvadiaverunt servitium multis diebus injustè retentum vel neglectum. Actum in Curte Acutiori III. Idus Maias in placito publico, anno VI. regnante Karolo Rege glorioso, regente autem Hincmaro Archiepiscopo sanctam sedem Remensem anno tertio. Ego Sigloardus Presbyter omnibus his veris indiciis rogatus interfui, & manu propria subscripsi. Ego Heronodus Cancellarius scripsi. Ego Dodilo propria manu subscripsi. Signum Leidradi monachi. Signum Adroini Majoris. Signum Goffredi vocati. S. Flotgisi. S. Guntionis. S. Bettonis. S. Rigfredi. S. Vrsini. S. Alacranni, Altiaudi, Balsmi, Balthardi, Fredemari, Teutharij, Autharij, Geroardi, Vuidonis, Righardi, Amalhadi, Rafoldi, Altheri, Amalberti. Ego Hairoaldus Cancellarius recognovi & subscripsi. Testes suprascripti comprobaverunt etiam Teutbertum & Blithelmum originaliter esse servos, & per judicium Scabiniorum, quorum nomina suprà videntur scripta, reuvadiaverunt servitium in eodem placito.

VII.

Precaria Grinberti S. Madalveo Episcopo Virdunensi oblata sub annum DCCLXXI.

Domino sancto & apostolico in Christo patri Madalveo Episcopo in Dei nomine Grinbertus precator.

DUM vestra fuit voluntas, & mea fuit petitio, & vestra benevolentia & pietas habuit ut res illa in pago Virdunensi, in loco nuncupante qui dicitur ad Ex, quas ego ipse per meum strumentum ad basilicam vestram sancto Vitono condonavi, hoc est, in mansis, campis, olicis, pratis, pascuis, concidis, silvis, aquis, aquarúmque decursibus, similiter & alias res ibi conjacentes, quas senior meus Sartono per suum testamentum ad basilicam vestram sancto Vitono condonavit, unà cum farinario cum ipso sesso super ipso fluviolo, & quam ipse condonavit, ad vos expetivi, & vos mihi pro beneficio vestro sancto Vitono habere promisistis. Ideo & ego spondeo pro hujus vinculo precariæ ut annis singulis in censu ad festivitatem S. Vitoni libras xx. de oleo ad ipsam basilicam, ubi ipse Domnus in corpore requiescit, ad illa luminaria facienda dare, & in posterum promitto facturum. Quòd si non fecero, aut si de ipso censu negligens fuero, sicut lex est de hoc faciam, & ipsas res habeam; aut si ipsas res meum proprium esse dixero, aut alienare voluero, potestas vestra sit successorúmque vestrorum me exinde foras mittere & cum emelioratione res vestras recipere. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ego, aut ullus de heredibus meis, seu quislibet ulla opposita persona contra hanc chartulam præcariæ adire voluerit aut eam infringere, inferat sacratissimo fisco una cum basilica S. Vitoni auti libras 11. argenti pondera v. multam sustineat, & quod repetit evindicare non valeat. Et ut hæc chartula precariæ firmior sit, manu propria subter firmavi, & qui subscriberent vel signarent, in præsenti rogavi, stipulatione subnixa. Actum sub die Kalend. Iulias anno III. regnante Karlomanno Rege. Signum Grinberti, qui hanc chartulam precariæ fieri & firmari rogavi. Signum Grimboldi germani sui. Signum Taringo. Signum Godoni. Signum Gobberti. Hoc est testamentum quod Domnus Madalveus Episcopus Virdunensis Ecclesiæ firmavit sua auctoritate. Remedius Diaconus hanc chartulam precariæ scripsi & subscripsi.

Emendata ex vet. cod.

VIII.

Charta ingenuitatis qua Amalricus Diaconus Aſairæ famulæ libertatem conceſſit in Eccleſia ſancti Vitoni.

QVI famulum vel famulam ſuam à jugo ſervitutis abſolvit, ſine dubio mercedem recipiet ab illo qui dixit : *Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.* Quapropter ego Amalricus Diaconus atque ſanctæ Mariæ Virdunenſis Eccleſiæ Canonicus pro remedio & abſolutione animæ fratris mei Ladonis dimitto ingenuam famulam illius nomine Aſairam, quam ipſe mihi ad libertatem faciendam tradidit & dedit, ut hinc & deinceps ingenua ſit ingenuáque permaneat, tuitionem Eccleſiæ ſancti Petri & ſanctorum confeſſorum Vitoni, Pulchronij, Poſſeſſoris civitatis Virdunenſis Pontificum habeat, & annis ſingulis in feſtivitate ſancti Vitoni ad altare ipſius in prædicta Eccleſia civitatis Virduni unam deneratam de cera perſolvat, ipſiúſque Eccleſiæ mundiburdo & Abbatis ejus tuitione defenſata, per hanc ingenuitatis chartam liberam & firmiſſimam omni tempore obtineat libertatem & ingenuitatem. Si quis verò, quod futurum non credo, ſi ego aut ullus de heredibus meis vel coheredibus, vel ipſius fratris mei Ladonis, ſeu quælibet altera extranea perſona hanc ingenuitatis chartulam infringere voluerit, cui litem intulerit, unà cum prædicta ſocia Eccleſia, cogatur perſolvere auri libram 1. argenti pondera XII. multa ſuſtineat, & quod repetit non evindicet. Et ut hæc ingenuitatis chartula in omnibus firmior ſit, manibus propriis ſubter eam firmavimus, & qui ſubſcriberent vel ſignarent in præſenti rogavimus, ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die Iduum menſis Junij, in prædicta Eccleſia S. Vitoni, ubi corpus Ladonis ſepultum eſt, anno XI. regnante Ottone Rege filio Heinrici Regis in regno quondam Lotharij junioris. Signum Amalrici Diaconi, qui hanc ingenuitatis chartulam fieri & firmari rogavit. Iſti ſunt teſtes. Adelardus, Albricus, item Albricus, Anſelmus, Raynboldus, Robertus, Dominicus, Flocherus, Beratdus Abba, Heiroaldus Diaconus, Blicherus Diaconus, Bertetus Preſbyter calvus. Saroardus Preſbyter & Cancellarius ſcripſi & ſubſcripſi.

NOTÆ
HIERONYMI BIGNONII
AD LIBRVM
LEGIS SALICÆ.

LEGIS SALICÆ] Zoſimus lib. 3. Τὸ Σαλίων ἔθνος Φραγκικὸν ὑπῆκοον. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Iuliano : *Petit primos omnium Francos, eos videlicet quos conſuetudo Salios appellavit.* Idem Zoſimus lib. 3. Iulianum refert Saliorum ope Quados penitùs excidiſſe, quos demum in numeros militares adſcripſit: Καίσαρ Σαλίους τὸ, ἓν Κουάδων μοῖραν, ἐφ' ὧν τῆς Βαρβαρίας ἡνίκα τοὺς πλησίον ἐδῄωσαν, ἀνέλαβε καὶ ὑμᾶς ἔθι δοκῶ στρατεύεσθαι. Quos Saliorum ordines ſuo tempore durare ait. Ideóque in Notitia utriuſque imperij inter auxilia palatina ſæpe Saliorum numeri memorantur : *Sub diſpoſitione Magiſtri militum præſentalis per orientem Batavi ſeniores, Bracati juniores, Salij Conſtantiani.* In Occidente verò ſub diſpoſitione Magiſtri peditum, *Salij Tubantes Auguſtei, cum eorum clypeis.* Ibidémque, *Sagittarij Nervij, Salij Gallicani.* Et inter equitum vexillationes intra Gallias cum viro illuſtri Magiſtro militum Galliarum, *Salij ſeniores*; alibi, *Salij juniores.* Francorum quippe multitudo non in palatio modò, ut ait Ammianus, ea tempeſtate florebat, ſed & auxilia militaria numeróſque complebat. Sed unde Saliorum appellationem traxerint ignotum eſt. Nam quòd plerique à fluminibus ſic nominatos eſſe contendunt, nec confirmare nec refellere in animo eſt. Tantùm dicam nihil adferri quo mihi quidquam ex his opinionibus probetur. Quòd verò doctiſſimus Pithœus & Vignerius de ſaltu commenti ſunt, id bellè & acutè magis quàm verè dictum. Neque ſuffragatur Ammianus dum ait conſuetudine Francorum partem Salios vocari, cùm liquidò conſtet conſuetudinem pro more gentis ab illo uſurpatam. Longè itaque Romanas ejuſmodi barbararum appellationum etymologias fugere debemus, ne cum illis ineptiamus qui Longobardos à longis barbis dictos ſomniarunt, cùm tamen inter Germanicarum gentium barbara vocabula apud Tacitum reperiantur. Idem & de Burgundionibus ſtatuo, qui itidem à Tacito nominantur; quos tamen Iordanus à Burgis Romanis appellatos eſſe contendit. Vt tamen nihil prætermittam, Salicen oppidum Mœſiæ apud Ammianum lib. 31. legitur, unde Salios deducere poſſent qui ſomnia ſua obtrudere geſtiunt, quandoquidem & ex Pannoniis aut etiam ex Scythia Francos oriundos aſſerunt quidam apud Grego-

rium. Igitur ſupervacuo labore & anxia curioſitate rejecta, nihil certi de veteſtiſſimis rebus ſine coætaneis ſcriptoribus poſſe dici pronuntiemus. Porrò hæc lex una ex duabus eſt quibus Franci regebantur, altera verò lex Ribuariorum. Sic accipio Einhardi memorabilem locum de vita Karoli M. *Franci duas habent leges plurimis in locis valde diverſas*; quibus Karolum capitula pleraque addidiſſe ſcribit, quæ quidem hodie extant. Hæc quoque lex eſt qua ſub Friderico Ænobarbo Francorum nobiliſſimos Salicos adhuc uſos fuiſſe teſtatur Otthо Friſingenſis lib. 4. cap. 32. qua uſam fuiſſe Matthildem Comitiſſam in diplomatibus ſuis apud Sigonium de regno Italiæ lib. 8. ipſa docet. qua tandem vetuſtate abolita, Iuris Francici præcipua capita in locum ejus nonénque immigrarunt; præcipuè illud decantatiſſimum quod regni noſtri velut tutelam continet. De tempore verò quo lata eſt, & quid quoque tempore additum vel immutatum ſit, jam accuratè à nobis diſputatum eſt.

TIT. I.

DE MANNIRE] Adnuntiatio apud Piſtas DCCCLXIV. cap. VI. *Et quia non habent domos ad quas ſecundùm legem manniri & banniri poſſint, dicunt quòd de mannitione vel bannitione legibus comprobari aut legaliter judicari non poſſunt.*

1. SI EVM SVNNIS NON DETINVERIT] Editio Germanica legis Salicæ, ut teſtatur Pithœus. *Si in mallum vocatus fuerit, & is qui vocatus eſt non venit, ſi eum aut infirmitas aut ambaſcia dominica detinuerit &c.* AMBASCIA leg. Burgund. addit. 1. tit. 17. *in ambaſcia ſua aſinum alienum detinere pro opera.* Germ. *Ambacht.* inde *Ambaſiator.* Petrus de Vineis lib. 1. ep. 8. lib. 3. ep. 82. inde *Ambachti* Gallorum clientes Cæſari.

TIT. II.

FVRAVERIT] Sic infrà paſſim hoc tit. & in ſeqq. ubicunque *furatus fuerit* legis, in MS. *furaverit* ſcriptum eſt. Sic Symmachus lib. 2. ep. 48. Gloſſarium infrà tit. 29. in legibus Bajuvariorum.

HRANNE] Hara Varroni R. R. lib. 3. cap. 10.

EXCEPTO CAPITALI ET DILATVRA] Damnum & dilatura. Leg. Rip. tit. XVII. Præter capitale ſubreptum, & præter dilaturam, hæc etiam multa infertur excepto capitali, id eſt, præter ſubreptum vel ejus rei pretium, ut infrà tit. XI. Dilatura verò eſt id quod intereſt propter moram. Iacobus Cujacius. non autem pretium delationis aut fredi, ut malè apud Pithœum & Lindenbrogium gloſſæ vett. quibus non eò ſtatim fides habenda quòd illi ſcripſerint. Mihi namque conſtat edita gloſſaria ineptorum hominum & inſciorum opera, à quibus nonniſi veſtigium vocum antiquarum quærendum eſt. Hæc dixiſſe ſufficiat. Nam non ſemel ab illis infrà diſſentimus; nec illi ſumus qui adeo religiosè editas quiſquilias obſervemus ut integrum judicium non retineamus.

4. DE SVDE FVRAVERIT] Obſerva gravius puniri qui è ſtabulo ſeu hara ſubripiunt, denique ſi quid clauſum, ut infra ſepe, quàm qui in campo. Sic l. ult. §. 1. D. de Abigeis *plenius coërcendus &c.* quamquam Cujacius hoc tit. & obſervat. 6. cap. 8. ex Græcis legat *lenius*, πραότερον, adducto Iuſtini loco de Scythis.

13. SCROVAM DVCARIAM] Codex Thuani, *ſcrofam*, id eſt ſcrofam quam ceteræ ſequuntur. Virgilius: *Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequantur.* Tertullianus adversùs Iudæos: *cùm ducator ejus in ea pati haberet.* Sic ducator navis, l. Quemadmodum. §. Si navis. ad leg. Aquil. Et quod propiùs ad hunc locum accedit, gloſſæ vet. *Ducale*, ἀγωγεὺς ὁ τῶν κτηνῶν. Gloſſæ quippe ad jumenta quæ agmen ducunt reſpiciunt. Vide Savaronem in notis ad Sidon. pag. 350.

14. SACRIVVM, QVI DICITVR VOTIVVS] Sacrivus Varroni dicitur ad ſacrificium deſtinatus. Tertullianus tamen de ſanguine reprobi bovis mori optantis. Ea verò vox tranſlata eſt ad illos qui locis ſanctis devovebantur, ut apud Gregor. Turon. Porro ſacrivi iſtud vocabulum reliquum eſt ex ethnicis obſervationibus quibus tum Salij tenebantur cùm ſcribi leges ſuas juſſerunt; etſi remanſerit tanquam de votivis rebus ageretur, quæ ſanctis quibuſdam devotæ ſunt. Et quod heic ex Gregorio Turonenſi affertur, ejus exemplum hodie extat in agnis ſancti Petri, ex quorum lana fit pallium. Sacrivus pro votivo accipitur in Concilio Antiſſiodor. can. 3. *Non licet inter ſentes aut arbores ſacrivas vel ad fontes vota exolvere.*

VOTIVVS] Gregor. Turonenſ. de miraculis lib. 1. cap. 97. *Annu exigua pauculos gallinarum pullos habebat, quos ex voto Baſilicani dictioni ſubdiderat.* Idem lib. 2. cap. 31. *Illud memoratu dignum eſt, quæ ſit manſuetudo pecorum in hac baſilica* (S. Iuliani Brivatenſis) *votivorum &c. De his verò quæ votiva ſunt nulli penitus quippiam ſubtrahere licet, nullus prinſquam ad baſilicam veniat aut commutare præſumit aut emere.* Sic & de gloria confeſſor. cap. 3. Vide de equis à Cæſare Rubiconi conſecratis Sueton. lib. 1. cap. 81.

17. XV. PORCOS] Quidam decem oves gregem eſſe putaverunt, porcos etiam quinque vel quatuor abactos, l. ult. D. de Abigeis.

SI QVIS DE GREGE XV. PORCOS] Nam & ſues gregatim paſcuntur. in tit. D. ad leg. Aquil. ex Homero.

TIT. III.

5. SI QVIS VACCAM DOMITAM] An gravidam, quæ tauri ruentis in venerem pondus toleravit? Vide tamen Columellam de domitis bobus. Fortè cicurem & manſuefactam, ut intelligatur de ea quæ in villa nutritur, non de aliis quæ cum grege in agris vagantur.

7. TAVRVM GREGEM REG.] Virgilius Georg. 3. *Quem legere ducem, & pecori dixere magiſtrum.* Seneca Hippolyto act. 1. ſc. 2. *ductor indomiti gregis.* Claudianus de quarto conſulatu Honorij:

Sic paſcua parvus
Vindicat, & necdum firmatis cornibus audax
Iam regit armentum vitulus.

Seneca ep. 90. *Mutis gregibus aut maxima corpora præſunt, aut vehementiſſima. Non præcedit armenta degener taurus, ſed qui magnitudine ac*

toris ceteros mares vicit. Vide de ariete gregis ductore Basilium in psalm. 28.

GREGEM REGENTEM] Atqui armentum est, non grex. Sed non mirum si id nostri non curarunt. Nam à Iurisconsultis ipsis confundi videmus, l. 2. §. 2. D. ad leg. Aquil. l. 22. de leg. 1.

10. TAVRVM REGIS] Vide libros Regum, de Regibus Edon.

TIT. IV.

3. BERVICES] Paulus Diaconus lib. 5. cap. 40. Vlpianus in l. 2. §. 2. de Abigeis. *Qui porcum vel capram vel vervicem abduxit.* Vulgata editio habet *vervicem*, sed Florent. *bervicem.*

TIT. VI.

DE FVRTIS CANVM] Vide Columellam lib. 7. cap. 12. Virgil. Georgic. 3. *Nec tibi cura canum fuerit postrema.*

1. CANEM SEVSIVM] Hermannus Nuenarius in lib. de origine Francor. porcarium canem interpretatur vel doctum ad investigandos apros; fortasse doctus ad venandum aut indagandum. Sidon. Rutilius Itinerar.

Instrumenta parat venandi villicus hospes,
Atque olidum doctas nosse cubile canes.

Germani dicunt *Ein scus hunt*, vel *Schuynhunt*. At in legibus Alamannorum & Bajuvarior *Loithihunt* vocatur, quasi manu ducatur, *leithen* ducere, *hundt*, canis. Nos *Limier* ab ea fortassis origine. Exemplar ϕ. habet *segusium*, omnino rectè, qui canis Gallicus à loco dicitur Arrian. in cynegetico MS. Vide leg. Burgund. addit. 1. tit. 10. leg. Alamannor. tit. 82. leg. Bajuvar. tit. 19. cap. 1. num. 1. 2. 3. Glossæ vet. *Suses, magni canes.* Papianus tit. 20.

QVI MAGISTER SIT] Fortè, *dreßé à la chasse*, aut qui alios possit ducere. Canis venatitius apud Ruffinum antiquit. Iudaïcarum lib. 4. cap. 6. Canis doctus leg. Alaman. tit. 79. c. 1. n. 1. Fortasse & canis ductor, ut in leg. Alaman. tit. 28. Boiorum tit. 19. cap. 1. Fridericus Imper. de arte venandi cap. 6.

2. SEVSIVM RELIQVVM] Vnum ex multis, inter ceteros.

VELTREM] Vide Franc. Pithœi notas. Ioh. Belius indicavit hanc vocem apud Xenophontem in cynegetico latere.

PORCARIVM] Leg. Alaman. tit. 28. *canis porcaritius.*

VELTREM LEPORATIVM] Vide Lindenbrog. glossar. leg. Burgundionum addit. 1. c. 10. Alamann. tit. 82. Bajuvar. tit. 19. cap. 1. §. 5. Firmicum tit. 5. cap. 8.

QVI ET ARGVTARIVS] *Qui ciat occultos & signis arguat hostes.* Gratius de venatione. F. Pithœus. Hîc tamen de cane leporario agitur, quem argutarij quoque nomine vocitatum docet hic locus, ab argutis naribus & acri olfactu nomen sortitum. Valerianus Cemel. homil. 10. *Hic in conflictu amulis cursibus aurito lepori imminet, ille argutis naribus cervi vestigia latentis inquirit.* ὠκεως Sophocli & Xenophonti in cynegetico.

3. CVSTODEM DOMVS] Leg. Alaman. tit. 82. Fris. tit. 4. Bojor. tit. 19.

QVI IN DIE LIGARI SOLET] Cato rei rust. c. 124.

4. CANEM PASTORALEM] Leg. Fris. tit. 4. Iustin. in legibus Georgicis vocat κύνα ποιμαίνειν. Iac. Cujac. Ioseph. lib. 4. cap. ult. κυνὶς ἕλκει λυκισκου, ἢ ποιμένων φύλακος. Sophocles vocat κύνας βοτῆρας, hoc est, τὰ ποιμενικὰ κύνας.

TIT. VII.

1. ACCEPTOREM DE ARBORE] Gregor. Turonens. de miracul. lib. 2. cap. 16. In leg. Frisionum tit. 4. num. 3. *canis acceptoricius.* leg. Bojor. tit. 19. cap. 1. leg. Burgund. addit. 1. tit. 11. edit. Til. leg. Alaman. tit. 99. Glossæ vett. *acceptor, ἱέραξ.* Acceptor & accipiter dicitur. Virgilius enim accipiter dixit, Lucilius acceptor. Sosipater Charisius. Acceptor *domitus* in leg. Ribuar. tit. 36. n. 11. qui idem est ac accipiter. Communiter autem accipitrem sparvarium reddimus; quamquam hoc clarè distinguantur infrà num. 4. Sed scitè hoc distinguuntur, non malè à vulgo nostrati conjunguntur. idem enim utriusque genus, quamquam diversæ species. In ejusmodi venatione tribus variis avium speciebus utuntur, aquila, falcone, accipitre. Priores duæ pinnariæ sunt, seu lorariæ; ultima buccellaria, cujus rursum sunt quinque species. Primus est *autour* dictus, femina. Secundus *autour* mas & parum capiens. Tertiæ speciei deest mæsculus. Quarta sparvarius est. & quinta Salech omnium minimus. *Tardif* artis falconariæ cap. 1. & 8. Porrò *acceptor* ad verbum est *autour.* Quarta species sparvarius dicitur fringilarius Thuano lib. 1. de re accipitraria; quamquam astures vocet Thuanus ex Iulio Firmico ibidem. & Volaterranus lib. 25. *Astorgios ponit Pausanias, quos Italici astores dicunt, astures alij vocant.* Ita Fridericus de arte venandi lib. 2. c. 29. *Sparvarij sunt minores aliis avibus de rapina quibus frequentiùs utuntur homines; & quia secundum formam membrorum & maneriem plumagij similes sunt austuribus, licèt sint alterius speciei, tamen illi qui appropinquant formæ membrorum convenienti, & pulchro plumagio, austurum sunt laudabiliores.*

5. INTRA CLAVEM] Observa majorem pœnam in furto rei intra clavem servatæ, ut infrà tit. 2. num. 3. & 4.

5. ANETAM] Fortè anserem feminam, aut anatem, leg. Alaman. tit. 99. num. 19. *Anethapich* in leg. Bajuvar. tit. 20. cap. 3. accipiter anetas capiens. Speculum Saxon. tit. 3. art. 51.

TIT. VIII.

2. INFRA CLAVSVRAM] De clausura vide infrà tit. 10. in rubrica.

EXCIDERIT] Virgilius eclog. 3. *Atque mala vites incidere falce novellas.*

TIT. IX.

1. VAS APIVM] Apiaria, in leg. VVisig. lib. 8. tit. ult. l. 2. & 3. *Si quis apiaria in civitate aut in villa forsitan construxerit, & alij damnum intulerit, statim moneatur ut eas in aliis locis transferre debeat, ne forte in eodem loco hominibus aut animalibus damnum inferant.* Leg. 3. *Si quis ingenuus in apiariis furti causa fuerit deprehensus.* Porrò in leg. Bajuvar. tit. 21. c. 8. advertenda hæc: *Si apes, id est examen alicujus ex apili elapsum fuerit.* Et cap. 9. *Si autem in capturis quæ ad capiendas apes ponuntur, id est, vasculis apum,* (evolaverunt apes, supple) *simili*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modo (ut suprà cap. 8.) *interpellat eum cujus est vasculum.* Vide rei rusticæ auctores.

3. CAVSAM] id est, rem, ut infrà tit. XI. n. 2. Vide notas ad Marculfum lib. 1. cap. 1.

TIT. X.

CLAVSVRA] Leg. VVisigotthor. lib. 8. tit. 11. *Si pecus absque damno in clausuram mittatur*, suprà tit. 8. num. 2. Capitular. lib. v. cap. 279. *domus & villæ & septa villarum, & piscatoria manufacta, & quidquid fossis aut sepibus vel etiam alio clausarum genere præcingitur. Clos, closture* nostris.

1. PENITVS EVM LÆDERE] L. 39. D. ad leg. Aquil. Sic illud expellere debet quomodo si suum deprehendisset, alioqui actio est ex lege Aquilia. Nam si quod damnum ex ea re cepit, habet proprias actiones, de pastu scilicet, l. 14. de præscript. verbis. Itaque qui alienum pecus in agro suo deprehenderit, non jure id includit. Hæc Pomponius. Aliud tamen hodie servatur. Nam includimus secundùm legem municipalem. Vide *Rat* in consuetud. Pict. Speculator. tit. de actore. vers. *sed pone juven.* Bartol. ad l. 9. §. 1. de damno infecto. Contra Oldrad. Vide *Mingon* ad consuetudines Andeg. Godofred. ad l. 39. ad leg. Aquil.

3. CONSESSVS NON ERIT] Sumptum ex lege Aquilia, in qua inficiatione lis crescit.

9. MINENTVR] Hieremias thren. cap. 3. *Me minavit & adduxit in tenebras.* Vide libros Regum. Minare est agere. Victor Vticensis lib. 11. *Illa beatorum turba expellentibus quibusdam Æthiopibus minata est foras.* Quæ vox apud nos integra conservatur. Arianus ad Pauli sentent. lib. 1. tit. 18. actum interpretatur quo pecora minare consuevimus. Cujac. ad eum locum. Apuleius lib. 9. *Iumenta bibendi causa prominabat.* Et lib. 3. *Nos duos asinos minantes baculis exigunt.* Festus: *Agasones, equos agentes, id est, minantes.* Mox: *Agere modò significat ante se pellere, id est, minare.* glossema videlicet Pauli Diaconi. Vnde Cujacius dicit se assentiri Ant. Oisellio, qui in Ausonij epig. de Myronis Bucula, *me movebat ut suam*, legebat, *minabat.*

11. SEPEM] Prudentius Hamartigenia:

Quamvis maceries florentes ambiat hortos,
Sepibus & densis vallentur vitrea rura,
Aut populata rodet gemmantia germina bruchus,
Aut avibus discerpta feris lacerabitur uva.

Vide infrà tit. 36. de sepibus. Vide Columellam, Catonem, Palladium, de maceriis & sepibus.

QVEMLIBET LABOREM] Græcis ἔργον: ἐν τοῖς ἐρίοις, pro in arvis, in cultis, Xenophon in cynegetico, Eustathius odyss. ξ. Hesiodus: ἐρίαι δ' ἄμεδες.

PECORA MISERIT] Gregor. Turonens. de miracul. lib. 1. de Chunis seu Hunnis Gallias vastantibus: *Hostis in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros vineásque pecoribus intromissis vastabat.* Alioqui si aperta esset terra, nec sepe aut vallo defensa, impune erat, ut & consuetudinibus nostris. Pithœus. Sic Cicero pro Cæcinna: *Si via sit immunita, jubet lex quà velit agere jumentum.* Defendere porrò eo sensu apud Columellam & in legibus VVisigotth.

TIT. XI.

3. INGENVVM DIMISERIT] Pro, libertate donaverit, ut infrà tit. 28.

5. VALENT. SOL. XV. AVT XXV.] Varium mancipiorum fuit pretium, ut & ceterarum rerum venalium, pro tempore scilicet & mancipij qualitate. Finge aliud esse in novitio, aliud in veteratore, aliud in artifice, ih erudito. Vide titul. de ædilitio edicto, & Pignorium de servis. Communis tamen æstimatio fuit viginti aureorum, l. 31. D. de minorib. l. 1. Cod. de comm. serv. manumiss. Gregor. Turon. lib. 3. cap. 15. sunt XII. solidi, leg. Burgund. tit. 57. Concil. Matisconens. I. ann. 18. Guntchramni R. c. 16. *Sancimus ut nullus Christianus Iudæo deinceps debeat deservire; sed datis pro quolibet homo mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quilibet Christianus seu ad ingenuitatem seu ad servitium licentiam habeat redimendi.*

TIT. XII.

1. SI QVIS INGENVVS] Heic passim duæ tantùm hominum species, servi & ingenui; non liberti, nec libertini.

5. AVT ADVLTERAVERIT] Glossæ interlin. Thu. *& eam furtivè aperit.* Videndum an rectè.

TIT. XIII.

1. AVT FLAGELLIS] Patibulo condemnabantur servi pro furto aut latrocinio, ni esset qui redimeret. Gregor. Turonensis de miracul. lib. 2. cap. 16. Et etiam aliquando liberi. Idem de mirac. lib. 1. cap. 73. Seneca epist. 7. *Latrocinium aliquis fecit, meruit ut suspendatur.* Gregor. Turonens. de gloria confessor. cap. 101. Idem de miracul. B. Martini lib. 1. cap. 21. lib. 3. cap. 53.

CXX. ICTVS] Franc. Pithœus. Capitular. lib. 3. cap. 31. ubi quædam annotavi. Iosephus lib. 4. cap. ult. ὁ δὲ φαρὲ τῶν ψυχῶν, παυσάμενος τοῦ δημοσίου ἐκεῖθι κλαίων &c. Synodi Matisconens. sub Gunteramno R. cap. 8. *Si quicunque Clericus hoc implere distulerit, si junior fuerit, uno minus quadraginta ictus accipiat; si honoratior, triginta dierum inclusione multetur.* Victor Vticensis pag. 21. *& fustes accipiat.* De quadraginta ictibus vide Buxtorfium Synag. Iud. pag. 410.

PRO DORSO SVO] Sic corium servi redimere, leg. Frison. tit. 3. num. 4. Sic apud Iurisconsultos sanguinem suum redimere.

TIT. XIV.

1. SCREONA] Cod. Thuani, *screuna.* Non potest esse scrinium. Fr. Pithœus feliciter interpretatus est cameras in humum demersas & fœno oneratas, in quibus hyeme puellæ conveniunt, idque etiam cum integro nomine apud rusticos campanos remanere testatur. quod Germanis consuetum. Tacitus: *Solent & ulteraneos specus aperire, eósque multo insuper fimo onerant, suffugium hyemi & receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt, & si quando hostis advenit, aperta populatur, abdita autem & defossa aut ignorantur, aut eo ipso fallunt quòd quærenda sunt.* Infrà tit. 29. num. 33. *Si quis screonam quæ clavem habet effregerit, & aliquid*

aliquid furaverit. Des-Accords librum fecit *Esgrenes*, à jocis ibi habitis.

5. TRAHITVR] id est, rapitur, ut suprà num. 1. & 4. & infrà tit. 29. num. 38. Marculfus lib. 2. cap. 16. & cap. 39. formulæ leg. Rom. cap. 16. Synodus Turonens. II. cap. 21. *Ut nullus ingenuam puellam absque parentum voluntate trahere aut accipere præsumat.* Vide Virgilium 2. Æneid. de Cassandra.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus.

IN VERBO REGIS] Vide leg. Rib. tit. 35. num. 3.

6. LITVS] Glossæ interlin. Th. *fiscalinus vel sanctuarius.*

7. INGENVITATEM SVAM PERDAT] Senatusconsultum Claudianum. Marculf. lib. 2. cap. 29.

8. TVLERIT] id est, abstulerit, ademerit. Glossæ vet. barbaræ MSS. *ademtis, tultis.* Notæ ad Marculfum lib. 1. cap. 28.

10. DRVCHTE] pacta, promissa; à fide, quæ *drouu* Germanis. Aventinus in glossario.

ADSALIERIT] Infrà tit. 15. num. 4.

11.] Tertull. lib. 1. ad uxorem.

IN SERVITIVM IMPLICETVR] Infrà tit. 27. num. 3. Sic apud nos, *en formariage le pire emporte le bon.* Vide Burchardum in lege familiæ.

13. PER VIRTVTEM] Per vim. leg. Alaman. tit. 5. v. 2. & 5. ubi facto opponitur. leg. Longobard. tit. 1. & tit. 17. l. 4. *Et collegerit se una pars cum virtute, & dixerit Eamus & expellamus eos de ipso loco per virtutem foras.* Tertull. adversùs Iudæos: *Nam præter quod omnibus notum est Orientis virtutem* (id est, vires) *auro & argento pollere solitam.* Anastasius Bibliothecarius ex Theophane ad an. Christi DCXXV. *Imperator* (Heraclius) *ordinavit alium Pretorem nomine Bahanem & Theodorum Sacellarium cum virtute Romaica, & adversùs Arabes misit.* Theophanes dixit μετ' ῥωμαϊκῆς δωάμεως. Eò retulerim illud Virgilij, *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Et sanè præcipua militaris virtus fortitudo est, unde virtus etiam in malam partem, pro vi, aut pro copiis, nos, *forces.* Franci quidem fortitudinem præcipuam virtutem habuerunt, & vi virtutis nomen tribuerunt. Prudentius hamartigenia: *Insultat virtute pari, sed dispare fato.* Idem ibidem: *Pœnarum virtutis non intellecta coërcet.* Paulus VVarnefrid. lib. 6. cap. 27. *Qui Gisulfus tempore Iohannis Papæ cum omni sua virtute Campaniam venit, incendia & depredationes faciens &c.* Sic Tertullianus de pallio: *Præsentis imperij præsens virtus.* Per fortiam, leg. Ribuar. leg. Bajuvar. Marculfus lib. 1. cap. 28.

16. Etsi caput hoc in quibusdam MSS. reperiatur, ut in cod. Iac. Augusti Thuani, Anton. Oisellij, & in Metensi, abest tamen à plerisque. Regij quidem & phylitacei duo non habent, & rectè. Nemo quippe dixerit hanc legem Salios redolere, sed continuò Romanam esse omnes agnoscent. Vnde irrepserit manifestum est. Particula enim est interpretationis Aniani ad leg. 3. Cod. Th. de incestis nuptiis. Sanè lege Salica de incestis nuptiis nihil cautum fuisse adfirmare ausim, cùm in Decreto suo Childebertus Rex sanctionem ea de re ediderit: *Nullus incestum usum sibi societ conjugio, hoc est, nec fratris sui uxorem, nec uxoris sui sororem, nec uxorem patrui, aut parentis consanguinei. Si quis uxorem patris acceperit, mortem incurrat. De præteritis verò incestis conjunctionibus, per prædicationem Episcoporum jussimus emendari.* Quod malum in Gallia primis Francorum temporibus, ut qui aut pagani adhuc aut recèns Christiani fuerint, grassatum fuisse ex repetitis canonum sanctionibus videre est. Synodi Agathensis c. 61. Epaunensis c. 30. Aurelianensis III. c. 10. Arvernensis c. 2. Aurelianensis IV. c. 27. Turonicæ II. sub Chariberto R. c. 22. in qua referuntur excerpta ex libris sacris, canonibus superioribus, & legibus quæ huc pertinebant; nominatimque hæc constitutio laudatur: *Itemque ait sacra sententia legum, quæ in hac explanatione omni homini tam docto quàm indocto aperta est, ut quisquis aut sororis aut fratris filium aut certè gradu* (lege, *ulterioris gradus*) *consobrinam aut fratris uxorem sceleratis nuptiis sibi junxerit, huic pœnæ subjaceat, & de tali consortio separetur, & reliqua.* Vide Capitul. lib. VI. c. 410. lib. legum Theodosij 3. cap. 12. contra illicita conjugia & de viduis, synod. Paris. III. c. 4. tomo 2. Concil. pag. 638.

FRATRIS FILIAM] Hanc certè conjunctionem Romani quoque aspernati sunt, Senatu licèt in gratiam Claudij decernente ut justæ inter patruos fratrúmque filias nuptiæ in posterum statuerentur. Sed, ut Tacitus scribit, nemo repertus est nisi unus talis matrimonij cupitor. Iurisconsulti quidem satis docent reprobata fuisse hæc conjugia, dum quod ejusmodi matrimonij causa datum esset, causa non sequuta condictione sine causa repeti aiunt. Papinianus in l. ult. de condict. sine causa.

ALTERIVS] Oisellij cod. *ulterius.* Legendum ut in Aniano, *ulterioris.*

INFAMIA SINT NOTATI] Hæc ex Aniani mente, non ex Impp. sententia. Neque enim quid simile in lege ipsa reperire est. Sed ex quo Gothus ille legerat incestis nuptiis contractis neminem ex ejusmodi conjunctione neque uxorem neque dotem neque liberos sperare debere, continuò ille spurios infamia notari commentus est, certè præter constitutionis mentem. Spurios sanè illegitimæ conjunctionis & natalium pœnam nota quadam sustinere nemo ambigit. Verè Plutarchus: Τοὺς μιγέντας ἢ παῤ ὁντινοῦν ἐκ τῶν νομίμων ἀλεξάνδρου ἀφῃρημένου τὸ ἐξ ἐκείνου δίκαιον ἀεὶ παῖδα ἢ βίον, ἢ ἀπέχεσθαι τοῦ ἐπέλθειν ἢ κατέρξαι βουλομένους. In eam sententiam videndus Cassiodorus lib. 2. epist. 11. & Iosephus lib. 4. cap. ult. Idipsum tradit Calistus PP. in epist. ad fratres per Galliam constitutos c. 1. ex quo Burchardus lib. 7. cap. 1. *Conjunctiones consanguineorum prohibete, quòd eas & divina & seculi prohibent leges &c. Leges verò seculi infames tales vocant, & ab hereditate repellunt.* Leg. VVisigoth. lib. 5. tit. 5. cap. 1.

TIT. XV.

EXPOLIAVERIT] *Dépoüiller.* Salvianus lib. 7. *Punit expoliatores damorum, cùm sit expoliator provinciarum.*

1. SVPERVENTV] Paulus Varnefridus pag. 280. *Super eos venient.* & paſſim. in Bibl. *irruit ſuper eos.* Gallicè, *courir ſus.* Seneca de ira lib. 1. *Germanis quid animoſius, quid ad incurſum acrius.*

3. SI VERO FRANCVS] Obſerva majorem pœnam adversùs Romanum quàm adversùs Francum.

4. VIÆ LACINAM] Vet. cod. Thuani, *via laciniam.* Vide infrà titul. 33.

TIT. XVI.

1. VILLAM ALIENAM ADSALIERIT] Videl. 11. D. ad leg. Iul. de vi publica.

ET QVICQVID INDE ABSTVLERIT] id eſt, capitale, ut ſuprà & infrà paſſim.

TIT. XVII.

DE SEPVLCHRO VIOLATO] Vide infrà tit. 57.

2. PARENTES DEFVNCTI] Iulius Capitol. in Maximino juniore: *Quædam parens ſua libros Homericos dedit.* Lampridius in Alexandro: *amicos & parentes Alexander ſi malos reperit, aut punivit &c.* Vide Notas ad Marculf. lib. 2. cap. 14.

VT INTER HOMINES NON HABITET] Vide leg. Ribuar. tit. 87.

3. IN NOPFO] Gloſ. interlin. cod. Thuan. *in ſarcophago ligneo.*

4. ARISTATONEM] Vide infrà tit. LVII. num. 3. Fr. Pithœum. Vide & Lindenbrogium ad Ammianum, de purpura avulſa à ſepulchro Domitiani.

TIT. XVIII.

DE INCENDIIS] de incendiariis, de arſis. Vide *Beaumanoir* cap. *de haute juſtice.*

4. CONCISA] Concædes dicit Tacitus, ſicut Cæſar & Marcellinus. Vide Fr. Pithœum & Spartianum in Hadriano. Deſcribitur à Sangallenſi lib. 2. cap. 2. Paulus VVarnef. lib. 3. cap. 4. Strobo lib. 4. de Britannis: Περὶ σφᾶς ἐξαλεῖς ἀιδρεῖαι καπνίζουσιν &c.

TIT. XIX.

1. COLPVS] Vet. cod. *colaphus* Vnde noſtris, *coup.*

FALLIERIT] Fallire à verbo fallere; nobis, *faillir.*

SAGITTA TOXICATA] Venenatis ſagittis uſos olim Gallos, etiam in venatu, Plinius auctor eſt lib. 27. cap. 11. ut & Cornelius Celſus, A. Gellius ex Plinio, & Admiranda ſub nomine Ariſtotelis, quod Germanis in uſu eſſe hodie quoque audivi. Barbaræ gentes ubique ferè & olim utebantur, & hodie quoque utuntur. Longum eſſet exempla recenſere. De Getis Ovidius non uno loco, Triſtium lib. 5. de Ponto lib. 1.

Qui mortis ſævo geminent ut vulnere cauſas,
Omnia vipereo ſpicula felle linunt.

Romani quinetiam uſi aliquando ſagittis ejuſmodi, ni Plinium de omni hominum genere loquutum fuiſſe intelligamus lib. 18. cap. 1. *Nos & ſagittas unginus, & ferro ipſi nocemus aliquid damus.* Porrò in leg. Bajuvar. mulcò minor eſt multa, duodecim ſcilicet ſolidorum, etiam ſi quis non modò ſagittam toxicatam emiſerit, ſed etiam ſi alium vulneraverit, tit. 3. cap. 6. Gregorius Turonenſ. lib. 2. *Sagittas tormentorum ritu effudere illitas herbarum venenis.* Sidonius in panegyrico Majoriani verſ. 406.

teretes pars explicat arcus.
Spiculaque infuſum ferro latura venenum,
Quæ feriant bis miſſa ſemel.

D. Ambroſius de Tobia cap. 7. *Quaſi ſervus ſagitta toxicata ictus paululum procidens, tandem victus veneno procumbit; aut quaſi piſcis qui fuſcina fuerit infixus, quocunque fugerit, vulnus vehit.*

10. ADSALIERIT] Suprà tit. XIV. num. 10. tit. XV. n. 4. tit. XVI. n. 1. & 2. Infrà tit. XXXVII. n. 2. tit. XLIV. n. 1. Marculfus lib. 1. cap. 29. *Adſaliſſetis & graviter livoraſſetis.* Vide Notas. Idem lib. 1. cap. 37. Vide Notas. Capitul. lib. V. cap. 364. ex legib. Bajuvar.

TIT. XX.

De accuſatoribus calumniantibus.

2. VIII. DEN. &c.] Ergo lege Salica calumniatori mulcta pecuniaria infligitur, lege verò Romana talio. Vide notas ad veteres formulas ſecundùm legem Romanam cap. 29. Anaſtaſ. Bibliothecar. in Leone IV. pag. 293. & quæ ad eum locum notavi. Poſtea verò ubique ferè obſervari cœpit in Gallia. Brito Philippid. pag. 324.

Quædam autem in melius juri contraria mutant,
Conſtituit pugiles, ut in omni talio pugna
Sanguinis in cauſis ad pœnas exigat aquas,
Victus ut appellans, ſive appellatus eadem
Lege ligaretur, mutilari aut perdere vitam.
Moris enim extiterat apud illos hactenus ut ſi
Appellans victus in cauſa ſanguinis eſſet,
Sex ſolidos decies cum nummo ſolveret uno,
Et ſic impunis amiſſa lege maneret. &c.

Sed tandem ſublatus eſt, & ad jus Salicum reditum; ſcilicet ut accuſatores calumniari deprehenſi mulcta pecuniaria & præterea in id quod intereſt condemnentur.

TIT. XXI.

DE MALEFICIIS] ſeu potiùs de veneficiis.

1. HERBAS] Vide Gregorium Turonenſ. pag. 491. veteres formulas incerti auctoris (ſive Appendicem Marculfi) cap. 34. & notas. Id à medicina petitum, quæ remedia utplurimum ex herbis deducit. Vide Homerum de Machaone. Manilius lib. 3. de medicina:

Et vitæ ſuccos miſcere ſalubres.

At magia ex medicina nata. Plinius lib. 30. cap. 1. Claudianus:

Pocula nec triſti gramine miſta bibunt.

Virgilius Georg. 3.

Miſcuerunique herbas & non innoxia verba.

Gratianus Imper. in l. 6. Cod. Th. de indulgentiis criminum: *Qui noxiis quæſita graminibus, & diris immurmurata ſecretis, mentis & corporis venena compoſuit.*

3.] Gregorius Turonenſ. de miracul. lib. 2. cap. 44. & 45.

MALEFIC. SVPERIACT. FVE.] Noſtris, *Jetter du ſort.* Porrò jactare pro jacere non novum. Frontinus Agrimenſor. pag. 57. de arboribus imminentibus, quarum fructus in fundum vicini decidunt.

CVM LIGATVRIS] Tertullianus pag. 814. *In remediis naturalia plurimùm, aliquid & ma-*

gia circumligat, medicina cum ferro & poculo occurrit. Idem de spectaculis: *Magicis devinctionibus perfici.*

MISERIT] Mittere, pro ponere.

4. VT INFANTES HABERE NON POSSIT] ἄτεκνον Plin. lib. 29. cap. 4. ubi de Phalangio: *Vis ea annua est, quam solam ex omni atocio dixisse fas sit, quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.* Fallitur verò Plinius. Apud Christianos certè abominandum illud est. Tertullianus, Minutius, Arnobius. Idem Plinius lib. 27. cap. 8. *Fœcunditatem restituere adeuptam veneficiis.*

TIT. XXII.

Credo non tam heic agi de dolore quàm de pulsata verecundia & immodesta contrectatione & impudica. Vide Herodotum de legatis Persarum apud Macedones.

3. SVPER] CVBITVM] Nam ut Tacitus ait, *partem vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos.*

4. MAMILLAM STRINXERIT] Ovidius:

Forma mamillarum quàm fuit apta premi.

Injuriarum apud Romanos actio competit.

TIT. XXIII.

Argumentum est hic titulus scriptam esse legem cùm adhuc paludicolæ essent Franci, cui usui ascus; & cùm mare vel flumina accolerent in Belgio, ubi aquæ multæ.

3. VEL ASCVM] Hodie *nascon*, vel *ascon*, alveolus cujus in paludibus frequens usus. Vide. Rapini epigramma. Fortè heic ab utribus quibus flumina permeari sæpe dictum est. Marcell. Notitia.

TIT. XXIV.

1. INGENVVS] id est, liber. Marculfus lib. 2. cap. 32. & Notæ. Gregorius Turonensis. lib. 8 cap. 41.

ANNONAM] Gregorius Turonensis. lib. 8. cap. 42. *Ita ut annonas, fœnum, vinum, & quicquid reperire potuisset &c.* Capitul. lib. 4. cap. 25. Glossæ: *annona*, σίτηρέσιον. Nam de annona militari agitur, sed ab eadem origine. Inde est *area annonaria.* leg. Burgund. tit. 23. cap. 2. qui annonam dederit servo fugitivo, leg. Longob. lib. 1. tit. 25. l. 25. annona ad caballos, Capitul. lib. 4. cap. 73. Vide lib. 1. cap. 112. 125. leg. VVisigot. lib. 12. tit. 1. l. 2. lib. 9. tit. 2. l. 6.

3. SCLVSAM] Cassiodorus Senator lib. 2. c. 19. *Vniversis Gothis & Romanis, & his qui portubus vel clusuris præsunt.* Balsamon ad epist. Basilij ad Amphiloch. can. 55. *Clausura S. Basily,* εἰς τὴν κλεισοῦραν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Translatio martyrum Georgij, Aurelij, & Nataliæ pag. 47. *Ne fortè eis improvisis aut legatio fraudulenta fiat, aut certè magis hostilis impetus superveniens cunctarum ad sese viarum aditus continuis satagat obfirmare custodiis, atque ea permaximè loca quæ ab angusti tramite callis exclusas appellant.*

TIT. XXV.

1. SIVE CRINITVM] *Quilibet capillatorum* in Edicto Theoderici R. cap. 145. Decretum Childeberti R. cap. 3. *ut nullus de crinosis.* Quod tamen abest à MS. regiis, & p. p. Agathias tamen lib. 1. cap. 5. solos Reges Francorum cæsariem prolixam gerere scribit, subditos omnes circumtonsos esse, nec illis longiorem comam concedi. Quod ita accipiendum censeo, ut Romanos tantummodo tonsos fuisse intelligamus, aut Reges quidem longam gestasse cæsariem, sed crinium flagellis discriminatam & optimè comptam. quod aliis non licuit. Capillati Alpium populi, Plinio. Inde & Comata Gallia eidem lib. 4. cap. 17. Capilli apud quasdam gentes probro. Idem Plin. lib. 6. cap. 13. Majores crines & indumenta pellium inhibentur l. ult. Cod. Th. de habitu quo uti oportet int. urb. Claudianus de quarto consulatu Honorij:

Ante Ducem nostrum flavam sparsere Sicambri
Cæsariem.

Idem de Bello Getico.

Crinigeri sedere patres, pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat numerosa cicatrix.

Sidonius lib. 1. epist. 2. lib. 3. ep. 3. lib. 5. ep. 13. Isidorus lib. 16. c. 13. Iornandes in historia Gotth. Gregor. Turonens. lib. 6. cap. 24. lib. 8. cap. 10. de vita patrum cap. 12. Claudianus in Eutropium lib. 1.

Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.

Idem de laudibus Stiliconis lib. 1.

Ingentia quondam
Nomina, crinigero flaventes vertice Reges.

Ibidem: *Nec fida valenti*
Dextera duxisset rutilantes crinibus alas.

2. TOTONDERIT] Tondere, videlicet deturpare, decúsque capitis auferre. Ovidius:

Turpe pecus mutilum est & sine crine caput.

Vnde decalvatio pœna in leg. VVisigott. & Capitul. Caroli M. De cura capillorum apud veteres, etiam apud barbaras gentes. Tertullianus de Pallio: *Numidas etiam equis cæsariatos juxta cutem tonsor, & cultri vertex solus immunis.* Franci verò specialiter capillum curabant, quo scilicet distinguerentur à Romanis subditis. Ferè olim Galli comati, capillati Alpium populi Plinio. Posset tentari hunc locum accipi debere de clericatu. Nam & tum Episcopi sæpe inconsultis parentibus comam juvenibus tondebant, ut ad clericatum eos aggregarent. Quidam & invitos aliquando tondebant. Nam & sæpe vis fiebat ut quis Clericus ordinaretur. Vide insigne exemplum in epistola Paulini, quæ est inter epistolas B. Augustini ep. 35. pag. 145. *Nam ego etsi à Delphino Burdegaliæ baptizatus, à Lampio apud Barcilonam in Hispania per vim inflammata subitò plebis sacratus sim, tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidem nutritus sum & nunc in sacerdotij ordine confoveor.* Gregor. Turonens. lib. 7. cap. 31. *Quia invitum aliquando eum totonderat, inhians facultati ejus.* quasi Episcopi Clericorum heredes fierent. quod notandum, & plenius expendendum. Conciliis itaque id prohibitum est. Vide & Capitul. lib. 5. c. 212. Prior tamen interpretatio magis arridet, ut quasi de atroci injuria puero & parentibus facta agatur, cùm decus capitis præcipuum coma sit, unde & Clericis comam alere synodis prohibeatur. quasi in notam servitutis illud fieri videatur. Vide leg. Burg. tit. 6. num. 4. & discute.

TIT. XXVII.

DE ADVLTERIIS ANCILLARVM]

Adulterium heic impropriè cum ancilla. Vide l. 6. D. ad leg. Iul. de adulter. Sic accipitur apud Ambrosium de Abrahamo lib. 1. cap. 4. *Omne stuprum adulterium est; & quicquid in ea quæ non sit legitima uxor commissum fuerit, adulterij crimine damnatur.* Sic fortasse Gregorius Turonens. lib. 9. c. 37. *Et licèt esset vorax cibi ac potator vini extra modum quàm sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium quispiam est locutus.* Sic etiam fortè eodem lib. c. 34. in fine.

2. REGIS ANCILLA] In leg. Longob. lib. 2. tit. 9. l. 2. Rotharis Regis, mulier libera quæ se servo conjunxit, potest impunè à parentibus, id est, proximis, occidi intra annum. Post annum licet Gastaldio Regis, aut actori, aut Sculdasio, ipsam in curtem Regis ducere, & intra pensiles ancillas constituere, id est, quæ pensum faciunt. & leg. 3. Luitprandi eadem de re: *Sit ancilla palatij, & ipse servus similiter ad palatium replicetur; & filij qui ex eis nati fuerint, curti regiæ omnimodo serviant.* Vbi quod palatium dixit, mox curtem appellat. Ancilla regia in legibus Ribuar. tit. 58. Ita Lindenbrogius. vel Tilij 60. num. 9. servi Regis passim, & fisci.

3. PVBLICE IVNXERIT] id est, uxorem duxerit.

IN SERVITIO PERMANEAT] Suprà tit. 14. num. 11.

4. CASTRETVR] Castrationis pœna servo, non in adulterio tantùm, sed & in furto, infrà tit. 42. n. 4. κυλαυχένισις caulis abscissione puniti. Attaliates pag. 63. Iuris Græco-Romani.

7. ANCILLAM ALIENAM] Foras nubere. Tertullianus ad uxorem lib. 3. *Foras nubere servis suis interdicunt. Formariage* in consuetudinibus nostris.

TIT. XXVIII.

DE LIBERTIS DIMISSIS] De eo qui alienum servum manumiserit.

1. ANTE REGEM PER DENAR.] Marculfus lib. 1. cap. 22. ubi nonnulla notavimus, & vetus instrumentum denariale Caroli Calvi adduximus ex tabulario S. Martini Turonensis. Vuilhelmus Heda in historia Episcoporum Trajectensium p. 249. n. 15. *Egiboldus natione Frisius unanimi omnium voto XIII. Episcopus surrogatur in locum Odibaldi, vir non contemnendæ vitæ, litteris clarus, & ipsi Zuentiboldo Regi acceptus, qui ejus conuitu famulam quandam datis, ut lex Salica docet, in commutatione duobus mancipiis priùs, & postea secundùm legem Francorum denarium ejus excutiens, hoc modo servitutis vinculo liberavit, & donavit ingenuitati. Actum Niumagæ.* Synodus Lemovicensis MS. dicta tertia.

IV. DENARIOS &c.] Quo casu nota libertatem manere, seu favore libertatis, seu quia ante Regem celebrata est, & mulctam tantùm inferri cum peculio.

TIT. XXIX.

1. TINTINNVM] Nonius, & Isidorus lib. 3. cap. 22. Phædrus libro 2. *Clarúmque collo jactans tintinnabulum.* leg. Goth. lib. 12. tit. 2. l. 2. Burgund. tit. 4. c. 5. Boiorum cap. 8. tit. 2. §. 1. Fortunatus lib. 2. de B. Medardo. Greges tinnibulatos dixi Sidonius lib. 2. ep. 2. VValafridus Strabo:

Mala fidem, tintinna sonant documenta salutis.

Leg. VVisigoth. lib. 7. tit. 2. l. 11. leg. Burgund. Longobard. lib. 1. tit. 25. l. 31. Meminit & Ado Viennensis. Causa in bobus, ne in silvis aberrando amittantur; in equis præcipuè sagenariis, ut & hodie, & in mulis onerariis, quò tinnitu mulceantur, & sono laborem leniant, in musicæ modum ita ferunt. Adeo musica brutis etiam imperat. Agatharchides lib. 5. de mari rubro cap. 30. Θρεμμάτων μὲ κωδῶν ἑαυτοῖς ἔχουσι συνεπόμενοι. κώδωνας δ' ἐξεδήσαν ἐκ τῆς ἀρχῆθεν ἀφθόνου, ὅπως ὑπ' αὐτῶν ἡδέος ἀκούοντες τὴν ὁδοιπορίαν. Malè interpres, *ut tinnitus horum fures arceat fugêque.* Vide in historia Francor. de stratagemate per tintinnum. Aimoin. lib. 4. cap. 81.

3. SKELLAM DE CABALLIS] Scella, vel scilla, equorum clitelliarorum tintinnabulum. qua voce Aquitani adhuc utuntur. Græcis κώδων, cujus etiam furem in legibus Georgicis Iustinianus coërcet. *Esquil* Tolosatibus. Squillam pro tintinnabulo & nola vocat Petrarcha in poëmatibus Italicis. Et Itali etiam hodie *squillare.*

8. SI VERO IN HORTO] Major pœna si arborum furtum in horto fiat, ut suprà. Vide.

12. CVLTELLVM) Vide glossas Agrimens. p. 172.

13. NAPINAM] Columella lib. 11. cap. 2. Sic rapinam facere, id est, rapos serere, usurpatur in l. 88. §. matre. D. de leg. 2. Columella lib. 2. cap. 2. Cato rei rust. cap. 31. Pictavis *nabine*, locus napis consitus, ut monuit Ioh. Belius amicus carissimus.

16. ARBOREM INSERTAM] Servius Georgic. 2. vers. *Et sæpe alterius. Sane insitas arbores dicimus, insertas verò causas aut fabulas.* Ovidius:

Firmáque adoptivas possidet arbor opes.

De adoptione Suetonius: *Insertus est eadem figura.* Vide auctores rei rusticæ.

29. SIGNATA] An de signo quod imponebatur ad limites notandos. qua de re Siculus Flaccus: *Si notatæ arbores in regionibus finales observabuntur, intuendæ sunt notæ.* Leg. Longob. lib. 1. tit. 26. l. 3. *Si quis liber homo arborem ubi theclatura facta est, inter fines discernendos inciderit.* Vide Responsa Papiani tit. 39. leg. VVisigoth. lib. 10. tit. 3. l. 3. Bajuvar. tit. XI. cap. 3. num. 2. Et ita Lindenbrogius putat. cujus sententiæ non accedo. Nam heic de finibus nullum verbum, & de anno quod additur contrarium evincit. Vide an huc faciat quod est in leg. VVisigoth. lib. 8. tit. 6. ult. l. 1. in legib. Boior. tit. 9. cap. 12. *Signum quod propter defensionem ponitur &c.*

31. RETE AD ANG. CAP.] *Hord* locus apud nos dicitur in flumine ubi retia tenduntur ad anguillas capiendas. Vide Martin.

32. TREMACLVM] *Tramail.*

VERTVOLVM] *Verreul.*

CASAM ALIEN. TRAX.] Casam alienam trahere. Sic Gregorius Turonens. lib. 9. c. 35. *auferre villam.* Quamvis abolita sit Massilitij Sabini sententia, qui putabat fundi furtum fieri posse, Instit. lib. 4. tit. 1. Trahere autem rapere est

& invadere, suprà tit. 14. n. 5. Sic Hieronymus ep. 3. ad Heliodorum: *Marcomani trahunt, vastant, rapiunt.*

TIT. XXX.

1. LOCAVERIT VT HOM. INTERF.] Iuvenalis sat. 13.

Si stellas oculos majora ad crimina, confer Conductum latronem.

TIT. XXXII.

NON de injuria tantùm hic agitur, ut vulgò dicimus, sed de injuria quæ fit per convivia. Vide de judicio injuriarum apud Athenienses.

1. CENITVM] Si fides gloss. apud Pithœum, cocles cenitus est. Sed vereor ne aliud heic intelligatur. Fortasse heic cenitus est eadem inflexione qua concagatus num. sequenti, is qui aliquando cœno & sordibus ad summam ignominiam perfusus est à populo. quod injuriæ genus apud Francos in usu. Vide l. 1. D. de extraordinar. criminib. §. 1. Ecclesiastici cap. 22. vers. 1. & 2. Auctor Etymologici: οἱ Ἀττικοὶ τὸ νῆ τινι ἀμφιβάλλει ἀλόητε φησὶ χείσεις ἐδωμάσεις. Alibi ibidem auctor: οἱ Ἀρχαῖοι ὕτε ἔφασαν ὀξείαν τινὰ ἢ ἐμπαθῆ, φησὶ ἔχειν δ πρόσωπον αὐτῆ. Vide Gregor. Turonens. lib. 7. cap. 14. leg. Longob. lib. 1. tit. 16. l. 8. ubi de sponsa: *Perversi homines aquam sordidam & stercoratam super ipsam jactassent.*

2. CONCAGATVM] Gallis *conchié*. Honos auribus, *chiard*, κοπρίας. Scaliger ad Festum. Casaubonus ad Suetonium. Imò non de vitio corporis, sed de injuria ab alio illata. Glossar. Pithœi: *conchagatum, sordidatum.*

3. VVLPICVLAM] Herodes à Domino nostro ita vocatur Lucæ 13.

4. LEPOREM] timidum videlicet & fugacem. Græci proverbialiter, Σκύλλεται λαγῷ φεύγοντι. Annales Fuldenses Carolum Calvum leporem vocant. Vide. Magnum certè apud Francos convicium fuisse hinc apparet quòd fugam sibi exprobrari non patiebantur, quam dedecus extremum esse existimabant. De Gallis Ælianus de varia historia lib. 12. ἵνους δ' οὐ νομίζουσι θεούς, ὡς μηδὲ ἐν τῷ οἰκεῖν καταισχυνεῖν ἐμποδίζοντας πολλάκις ἀπαλλάξαι. Nicolaus Damascenus historiarum scriptor Augusto & Herodi acceptissimus ἐν ἐπιτομῇ apud Abbatem Maximum eclog. cap. 14. Κελτοὶ οἱ περὶ Ἀλπεις γαυριῶντες, ἀρχὴν ἡγεμονίας τείχη καταβαλόντα ἢ οἰκίαν φεύγει. παραμελοῦσι δ' ἐκ τοῦ ἔθους παιδόθεν ὑπερχόμενοι, μὴ ἄτιμον ἀναιτωλίας ὑπομένουσιν ἕως καπνὸν ζώντες, ἵνα μὴ δουλῶν φεύγειν δόξωσι φοβούμενοι. Strabo lib. 7. ἀτρεῖται οἱ Κελτοὶ ἀσκεῖσθαι, καταγελῶσι τῶν ἐλείας ὑπομενόντων. quæ tamen ridet Strabo. Idipsum de Francis nominatim affirmat Laonicus Chalcondyles histor. lib. 11. pag. 59. Κελτῶν δ' φασί τινες φύσει αὐτῶν ἀτρεῖς μάχεσθαι ἢ ἥττους νομίζειν, ἀπὸ μαχομένους τελευτᾶν. ὃ δὴ τοῦτο Κελτοὶ ὁρᾷ ἀξιοῦσι φεύγειν δὴ ἀπὸν ἡγεμονίαν, ἢ ἀπαλλάσσειν δὴ ἀσφαλῶς.

5. MERETRICEM CLAMAVERIT] Vide Consuetud. Campaniæ vett. p. 456. art. 45.

7. DELATOREM] Convicium illis temporibus non leve. Nam delatores, quibus alioqui præmia magna decernebantur, & à Tiberio custodia legum dicti apud Tacitum, ni fallor, sub malis Principibus sæviebant. Plinius panegyrico: *Vidimus delatorum indicium quasi grassatorum, quasi latronum.* Itaque id genus hominum omnes adversati, detestati, unde infamia; etsi initio bono publico essent introducti, ut & accusationes, quemadmodum Cicero in Verrem plenè tractat. Martialis: *turba gravis paci &c.* Postea ex consuetudine fraudis & calumniæ etiam Principibus exosi. *Execrabiles nuntiatores* dicuntur qui fisco deferunt, l. 4. Cod. de delatorib. lib. 10. Itaque calumniantes ferro puniti, l. 5. eodem, & illis aliquando lingua evulsa, l. 2. Cod. Th. de petitionibus & ultro datis & delatoribus. Atque adeo in bonis caussis si idem delator tertiò fuerit, capite punitur, l. 12. 13. 28. Cod. Th. eodem, quòd scilicet jam deferendi studium quasi artem exercere videatur. Vnde apparet delatoris nomen in convicium transiisse, quemadmodum latronis. Convicium est & injuria aliquem delatorem appellare, l. 3. Cod. de injuriis. Denique l. Græca. 7. Cod. de delatoribus statuit eum qui tyrannos deferat, μισθὸν χαλεπὸν κομίζειν, sed calumniatorem. Non tamen eo facto delatio abolita; translata ea in palatinos, qui obtentu officij posterioribus Rom. imperij temporibus impune grassati sunt, l. 7. Græca. & l. 2. Cod. eodem. Tacitus lib. 4. *Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum per præmia eliciebantur.* Delatores strangulantur Capitul. lib. 7. cap. 177. eis lingua capulatur; aut convictis caput amputatur, ibidem cap. 360. Malè glossæ interlin. Thuan. delatorem hoc loco interpretantur *mendacem vel latratorem*, *Ieux raporteur* apud nos.

TIT. XXXIII.

DE VIÆ LACINA] De via clausa, infrà eod. tit. n. 3. suprà tit. 15. num. 4. Vide leg. Ribuar. tit. 82. Vide Agrimensores pag. 125. & in glossa Rigaltij.

1. IMPINXERIT] Vide glossar. Agrimensorum pag. 180.

3. CLAVSERIT] Hieremias thren. cap. 3. *Concluſit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit.*

TIT. XXXIV.

SINE CAVSA LIGAVERIT] Additur sine causa, id est, innocentem. Alioqui licebat unicuique furem aut alium quemlibet reum privata auctoritate comprehendere & ligare, ut postea à judice condemnaretur. Quòd si vel ipse qui ligaverat vel alius eum solvisset, pœna legitima mulctabatur leg. Ribuar. tit. 73. Nam & privati tenebantur latrones insequi in sua vicinia. Decretum Childeberti cap. 12. & 13. decretum Chlotatij cap. 16. Locus Taciti de alea notatus à F. Pithœo nil ad rem.

3. ROMANVS] In præfat. leg. Burgund. in præfatione edicti Theodorici: *Barbari Romanique.* Vide Notas ad Marculfum lib. 1. cap. 40.

4. SI AVTEM FRANCVS] Observa minorem pœnam in Franco, ut suprà cap. 15. Aliud in leg. Ribuaria, ubi majore mulcta Ribuarius quàm Romanus damnatur. Sic in decreto Childeberti n. 7.

TIT. XXXV.

1. AVT CELAVERIT] Ergo aut de regia venatione generali, vere aut autumno, ut in annalibus vetustis, (quod vix credo) aut de quadam venatione quam in communi Franci facie-

bant, quemadmodum de quibusdam populis Aristoteles narrat, & Itineraria recentia.

2. CERVVM DOMESTICVM] Instit. lib. 2. tit. 1.

SIGNVM HABENTEM] Id est, nolam. Ita enim campanæ Ecclesiarum vocabantur.

AD VENATIONEM FACIENDAM MANSVEFACTVS] Fortasse ut quemadmodum aucupes illice utuntur, ita & cervis cicuribus Franci venando uterentur, quo ceteros attrahere possent. Nam memini me usquam legisse ejusmodi venationis modum. De anatibus qui alios inducunt in decipulas in Pictonibus docuit Belius.

4. CERVVM QVEM ALTERIVS CANES] Contrà Iustinianus Instit. lib. 2. tit. 1. §. *Illud quæsitum.*

TIT. XXXVI.

1. VEL RETORTAS] Leg. Ribuar. tit. 43. & 72. n. 1. 3. Constitution. Neapolitanæ: *Tortam vel virgam de nemore incidere*, lib. 3. tit. 38. cap. 4. Italis *ritorta*. Proverbium vulgare, *la reborte vant mieux que le fagot*, cùm appendix rem ipsam excedit. Docuit Belius.

2. HERPICEM TRAXERIT] Varro lib. 4. *Irpices regula cum pluribus dentibus, quam item ut plaustrum boves trahunt, ut eruant quæ in terra sunt.* videlicet ad occandum. Id notaverat Iac. Cujacius. nobis *herce.* quasi *herpce.* ἅρπξ, κος. Euripides Cyclope.

3. POSTQVAM IN CVLMVM ERIGITVR] Vide Ciceron. de senectute.

4. POSSESSIO EST] Agrimensores pag. 299. *Possessiones sunt agri latè patentes, publici privatique, quos initio non mancipatione, sed quisque ut potuit occupavit, unde & nuncupati. Fundus dictus quòd in eo fundatur vel stabiliatur patrimonium.* Confer. Siculum Flacum pag. 4. Impp. Arcadius & Honorius in l. 11. Cod. de Episcop. & Cleric. *In Ecclesiis quæ in possessionibus, ut fieri adsolet, diversorum, vicis etiam, vel quibuslibet locis sunt constitutæ, Clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo ubi Ecclesiam esse constiterit ordinentur,* & reliqua, quæ vide. Iornandes de rebus Getic. p. 2. *Traprobane quoque in qua exceptis oppidis & possessionibus dicunt munitissimas urbes &c.* Inde possessores in Cod. Th. & apud Cassiodorum, *Honoratis possessoribus & curialibus*, ad differentiam inquilinorum & colonorum, cujusmodi erat ferè plebecula. Originem inde ducere libet quòd major pars agrorum fuerit publicata, cùm devicta fuit à populo Rom. quæcunque provincia. Itaque agri publici, proprietas reipublicæ; possessio, privatorum. Id aliquatenus colligo ex Ciceronis Agraria 2. *Qui agrum Recentoricum possident, vetustate possessionis se, non jure, misericordia Senatus, non agri conditione defendunt. Nam illum agrum publicum esse fatentur; sed moveri possessionibus, amicissimis sedibus negant oportere.* Vnde adsignatio agrorum quæ militibus fiebat, ex ejusmodi agris fiebat; ne quis putet proprietarios pulsos. Suetonius lib. 1. cap. 38. *Adsignavit agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur.* Iurisconsulti de agro militibus adsignato: *Modico honoris gratia possessori dato.* Sed discutiendum ampliùs. nam aqua adhuc hæret. Vide tit. 43. num. 7. Symmachi notas p. 288.

TIT. XXXVII.

8. MEDIETATE COMPOSITIONIS] Vide tit. 63. n. 1. 2.

LEGEM INTELLEXERIT] Tit. 38. prox. in fine.

TIT. XXXVIII.

1. NON INTELLEX. SECVND. LEG.] Suprà tit. prox. in fine.

TIT. XXXIX.

DE VESTIGIO MINANDO] Vide Gregor. Turonens. de gloria confessor. cap. 81. Decretionem Clotarij n. 2. 16.

VESTIGIVM SEQVENDO] Livius lib. 1. de Hercule & Caco: *Ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant, aversos boves eximium quemque. &c.* Iamblichus apud Photium num. 94. persecutionem Rhodanes & Synonidis à Dama Etucho factam memorat. & pag. 239. ἐδίωκον κατ' ἴχνη βοῶν τοὺς ἁρπάσαντας, σημεῖα αὐτοῖς ἀκόλουθα τῷ τῶν κλοπῶν. Inde investigare & ἐξιχνίαν.

ADRHAMIRE] Vide notas ad veteres formulas (sive Appendicem Marculfi) cap. 1. *Adrhamire* ab affirmare, ut putat Belius. infrà tit. 49. Vide Glossarium Pithœi ad Capitularia, ubi adferuntur versus. Sed fallitur Pithœus, dum jurare exponit. quod ipsi versus ab illo adducti evincunt. *Molt les oyssez arramir, serement faire & foy plevir.* Vbi diversa videntur adrhamitio & sacramentum. Fortè illud quod vernaculè dicimus *arrer*, ab arra data. Instrumentum Tetbaldi apud Pithœum ad hunc locum.

SOLEM CVLCAVERIT] Infrà tit. 42. n. 9. & 52. n. 2. *adjurnatus.* Capitul. lib. 5. cap. 303. *De hominibus ecclesiasticis seu fiscalinis qui non erant adjurnati quando in Cenomanico pago fuimus.* Anglo-Saxonicè *Andagar.*

TIT. XL.

3. SPADATVM] id est, spadonem factum, seu castratum, infrà n. 13. Horum equorum Germanicis gentibus frequens usus, quòd sint laboris & æstus patientissimi, maximè verò in bellis. Ammianus Marcellin. lib. 17. de Quadis & Sarmatis in ea Sarmatiæ parte quæ secundam prospectat Hannoniam: *Equorum plurimi ex usu castrati; ne aut feminarum visu exagitati rapiantur, aut in subsidiis ferocientes, prodant hinnitu dentsore vectores.* Equi ita mutili hodie ex Sarmatia & Vngaria in Gallias adducuntur multi. unde communi nomine originis ejusmodi *Vngres* vocamus.

8. POLEDRVM] Pullum equinum, aliàs *puledrum*, quæ vox integra Italis usurpatur, *Pulledro. Poutre* Ronsardo & Amioto de femina, *Poudreau* de masculo.

13. ADMISSARIVM] leg. Alaman. tit. 69. Varro de re rust. lib. 2. cap. 2.

SPADAVERIT] id est, spadonem fecerit. Iac. Cujacius Spadones autem à Spada Persiæ urbe, in qua primi eunuchi facti, si Stephano fides: Σπάδα πόλις Περσική, κόλουσι δὲ αὐτὴν ἐνιοχικῶς σπάδαν. Concilium apud Theodonis villam: *Si quis Presbyterum calumniatus fuerit & spadaverit.* Alio capite; *Si quis Presbyterum malè tractaverit & spadaverit.* Anton. Augustinus emendat. Gratiani lib. 2. dialog. 11. legendum censet *spathaverit.* Malè vulgò *spassaverit.*

TRIAEN COMPONAT] Sic vetus codex Thuani. Legendum *triente* : nisi legas triene. De triente vide Gregor. Turonens. de gloria confessor. cap. 109. & alibi. vett. formul. Lindenbrogij 143.

TIT. XLII.

4. ET IN IPSO SVPPLICIO] Supplicium pro tormento, ut infrà num. 5. 8. Anianus in Caij epitome apud Aleandrum pag. 9. b.

CASTRETVR] Vide Sigonium de regno Italiæ lib. 6. ad annum 933. pag. 159. Castratur autem servus in adulterio suprà tit. 27. num. 4.

8. VIRGAS PARAT. HAB.] Fustuarium supplicium Senatori lib. 4. epist. 10. Nam in leg. Burgund. tit. 6. num. 11. *acceptis* CCC. *fustibus damnetur*. Ita leges illæ interpretantur quod aliæ frequentiùs dicunt CCC. *aut* CXX. *ictibus*. Vide pactum pro tenore pacis Dom. Childeberti & Clotharij R. art. 6. suprà tit. 13. num. 1. Gregor. Turonens. lib. 1. cap. 41. *Monachos ad malitiam cogi jubet, nolentes fustibus præcipit verberari.* cap. 34. *tamdiu fustibus cæditur quoadusque paturetur exanimis.* Vide Victorem Vtic. pag. 7. 14. 21. 31. 36. Sed ibi de flagellis ; quæ sunt diversa. Vide l. 1. Cod. de cursu publico lib. 12. & discute.

MINIMI DIG. GROSSIT.] Caroli Calvi admuntiatio apud Pistas an. DCCCLXIV. cap. 15. *Si verò servi ecclesiastici, aut Comitum, aut vassallorum nostrorum hoc facere præsumpserint, quia in præfato Capitulari continetur ut sexaginta ictibus vapulent, & hac occasione indiscreti homines modum in disciplina non faciebant, constituimus fidelium nostrorum consensu atque consilio ut quorumcunque coloni & servi pro hoc convicti non cum grossa fuste, sed nudi cum virgis vapulent ; & in civitatibus atque vicis seu villis Episcopi per suos ministros vel Presbyteros providentiam hanc cum reip. ministris accipiant, nec in hac causa modus disciplina transgrediatur.*

ET SCAMN. PARAT.] Tormenti & quæstionis genus Turcis etiam nunc in usu ; quod cùm homines tendat, equuleum possumus appellare. Nam & medici unum ex instrumentis quibus utuntur ad ossa componenda scamnum vocant. Celsus lib. 8. cap. 20. de femore luxato : *Etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum, cui ab utraque parte axes sunt ad quos habene illa diligantur ; qui ut in torcularibus conversi rumpere quoque, si quis perseveraverit, non solum extendere nervos & musculos possunt.* Hippocrates docuerat περὶ ἀρθρων. Tensionem ad trocleas vocat Gregor. Turonens. lib. 5. cap. 49. quem vide lib. 6. cap. 8. & 35. lib. 7. cap. 32. Vide Magium de tintinnabulis, & Gallonium. Abdias supposititius lib. 9. pag. 110. b. *Rex iratus jussit eum extensum torqueri & cæsum recludi carcere.* Martyrolog. Notkeri IV. id. Martij pag. 792. *Apud Nicomediam B. Petri martyris jubente Diocletiano, eo quòd de suppliciis martyribus irrogatis (nam unus erat ex sodalibus Dorothei & Gorgonij martyrum, qui in cubiculo Regis erant) liberius causaretur, in equuleo suspensus, & flagris toto laniatus corpore, aceto & sale perfunditur.* Idem idib. Martij de S. Matrona, quæ ancilla erat : *in scamno extenta atque ligata.* Gregor. Turonens. lib. 5. cap. 28. *ad stipitem extendi.* Ammian. Marcellin. lib. 14. *Eusebius verò objecta fidentiùs negans, suspensus in eodem gradu constantiæ stetit.* Vide notas Lindenbrogij pag. 22.

14. NOCTES] Vide notas ad Marculfum (sive ad Appendicem Marculfi) cap. 2. Id quia nox die prior. An verò quia non à dite oriundi, ut Cæsar ; sed à septentrione, ubi hyems ferè continua & longæ noctes, ut ab ea diei parte denominarent ex qua plurimum apud eos constabat. Etsi in compensationem longiores dies iidem illi habuerint. Inde Cimmeriorum fabulam fluxisse reor. & quod N. Paulus etiam fabulatur de tenebrarum regione. Quamquam, nisi fallat memoria, illi Haythonus Armenius concinat, plenius discutiendum. In legib. Canuti R. cap. 10. *Post duodecim hyemes.* Anglo-Saxones numerasse annos per hyemes palam est, ex quibus annus illis constabat. Bajuvarij per autumnos numerabant, l. Bajuvar. tit. 7. cap. 19. num. 4. Adde Iuvenalem satyr. 6. *Quinque per autumnos.* Servius ad eclogam 1. *Post aliquot aristas : quasi rusticus per aristas numeret annos.*] *Aux baux ; neuf années & neuf ensoeillettes.*

TIT. XLIII.

1. BARBARVM] Gregorius Turonens. lib. 3. cap. 15.

2. SOL. DC.] Marculfus lib. 1. cap. 18. cum Notis. Paulus VVarnefr. lib. 3. cap. 31. *Data est redemptio pro capite uniuscujusque vivi solidi sexcenti.*

IN TRVSTE DOMIN.] *Amistatio* in cod. reg. Marculfus lib. 1. cap. 18. cum Notis, ubi *trustem, id est fidem.* Decretio Clotarij R. cap. 3.

6. CONVIVAM REGIS] Suetonius in Vespasiano cap. 2. Martialis lib. 9. epig. 93. Marcellinus lib. 15. Senator lib. 1. cap. 43. lex Burgund. tit. 38. n. 2. Claudianus in Eutropium lib. 2.

Clavo quòd nobilis ortu
Conviva est domini.

Iornandes de rebus Geticis cap. 33. de Berimundo : *Susceptus est cum filio suo à Rege Theoderico honorificè nimis, adeo ut nec consilio suo expertem nec convivio faceret alienum.* Gallicè *commensal.* Vetus cod. Iac. Aug. Thuani habet, *in convivium.*

7. POSSESSOR] Vide suprà ad tit. 36. num. 4. & Gregor. Turonens. lib. 5. c. 28.

TIT. XLIV.

1. CONTVBERNIO] Sidonius lib. 3. epist. 9. *Inter armatos tumultuosos, virtute, numero, contubernio contumaces.* Ita emendavi. Marculfus lib. 2. cap. 16. Contubernium autem heic non est auxilium, ut malè Lindenbrogius, sed cœtus est, manus, quo per turbam vis fieret. quod nomen inde deductum esse opinor quòd contubernium extrema & minima centuriæ particula erat quæ ducem haberet, cui præerat decanus, sive caput contubernij. Vegetius lib. 2. cap. 8. & 13. apud Cæsarem & Suetonium passim. At si quis decem virorum cœtum coëgisset, turba erat, & de vi tenebatur, l. 4. §. 2. D. vi bonorum raptor. Vnde & ibi Bartolus ex decem populum constare existimavit. Et si diligentiùs hoc caput legis Salicæ

discurias num. 3. novem in contubernio ordine terno adsignari invenies. Porrò qui convocata seditione villas expugnaverint, lege Iulia de vi publica tenebantur; & qui hominem obsederit, incluserit concursu & turba, l. 3. §. 2. l. 5. D. ad leg. Iul. de vi publica.

4. MEDIETAS SOLVATVR] Medietas tantùm compositionis, & pœna minor in Romano aut liberto occiso à Francis.

TIT. XLV.

2. PLVSQVAM SEPTEM] Æquitas summa. Turba enim potiùs esse videtur quàm convivium. Inhumanum autem fuisset ab uno in turba commissum ceteros luere. Ausonius in ephemer.

Sex enim convivium
Cum Rege justum; si super, convicium est.

Regem convivij intelligit, ut sint numero septem. Convicium παιζόνησε, vociferatio multorum inconditè clamantium. Capitolinus in Vero: *Septem convivium, novem verò convicium.* Varro apud Gellium lib. 13. cap. 11. *Plures esse non convenit, quòd turba est turbulenta.* Archestratus Syracusius vetus Poëta in παρεισομίᾳ apud Athenæum lib. 1. pag. 3. non ampliùs quàm quinque convivas admittit:

Πεῖσε δ' μιᾷ κλίνῃ ξύστιος ἀζηχὴς τετράζυξ.
Ἑπόμεθα δ' ἢ τρεῖς, ἢ πέσσαρες οἱ ξυνάκωλοι.
Ἢ γὰρ αὐτὸς τὸ μὲν πλῆθος, ἡδὺ δὲ δὴ ὧν
Μισοφόρτοι ἀφάκελίσιν ἐκνὸς ἑξαίνετο.

Aptè itaque alludit Archestratus ad tentorium sub quo unum decem hominum contubernium. Vide Vegetium. Quamquam in Platonis Symposio viginti fuerint convivæ.

TIT. XLVI.

1. TRES HOMINES] Infrà tit. LVI. num. 4.

10. PARENTILLAM] Vide infrà tit. LXIII. ubi nota ex Iornande. Fortunatus pag. 99.

Iuncta parentali culmine Roma fuit.

Leg. Burgund. tit. 85. art. 1. Capitolinus in Gordiano: *Duxit uxorem filiam Misithei doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua putavit, & Præfectum statim fecit.*

11. CAVSA QVÆ INDE ORTA FVERIT] id est, pœna solemnium non servatorum. P. P. MS.

TIT. XLVIII.

DE AFATOMIE] Forma est & modus possessionis transferendæ ex causâ possessionis. Videantur veteres formulæ incerti auctoris / sive Appendix Marculfi) cap. 19. 20. 43. 57. & legis Romanæ cap. 15. Edictum Theodorici R. cap. 53. *Tres sufficiant curiales, dummodo vicinia scientibus impleatur corporalis introductionis effectus.* Vide ex consuetudinibus nostris Raguellum pag. 507. in verbo *saisine.* Videatur Andegavensis consuetudo, & acta possessionis. Traditio in donationibus necessariò requirebatur. Vide l. 1. Cod. Th. de donationibus in verbo *Abscessu donantis.* l. 8. eod. Adfatimire, & adfatimus, leg. Ribuar. tit. 51. pag. 28. edit. Til. epistolæ adfatimæ. Vet. form. Lindenbrogij 50. pag. 523. donatio est, ut videtur Francisco Pithœo.

TIT. XLIX.

INTERTIARE] Franc. Pith. gloss. Capitularium: ἐντίελος *sequester.* Ἐντίελος *intertius.* Glossæ Latino-Græcæ: *sequester*, μεσίτης, ἐντίελος, συνεγγυοδόκος. Capitul. lib. 3. cap. 46. lib. 6. cap. 214.

1. ADHRAMIRE] *Adhramire*, suprà tit. XXXVIII. Capitul. lib. 4. cap. 29. quod caput tribuitur Pipino Regi Italiæ in leg. Longob. lib. 1. tit. 25. l. 76. Et quod in Capitul. lib. 3. cap. 58. in titulo dicitur *de sacramentis in palatio adhramitis*, in veteri MS. capitulorum apud Aquas an. IX. sic exprimitur, *de sacramentis in palatio faciendis.* Sed hoc parum ad rem facit. Hoc autem caput Imp. Karolo tribuitur leg. Longobar. lib. 2. tit. 55. l. 20. Vide formulas veteres cap. 1. 2.

CARBONARIAM] Gregor. Turonens. lib. 2. cap. 8. Nithardus lib. 2. *Quamobrem cum paucis Karolus hoc iter accelerans ab Aquitania Carisiacum venit, & à Carbonariis & infrà ad se venientes benignè suscepit. Mox cùm Lodharius à Lodhuvico reverteretur, & omnes citra Carbonarias ad illum venirent, Mosa trajecta ratum duxit ut Sequanam usque procederet.* Idem lib. 4. pag. 366.

TIT. L.

4. SVPER IPSOS TRES] Tres tantùm conjuratores graviùs reliquis puniuntur; quia cum reo tres præcipuè puto proximiores affirmabant, reliqui tantùm probabant. Id patet ex formula vet. incerti auctoris 19. ubi tres aloarij & duodecim conlaudantes. Lege autem Alaman. tit. 6. solus reus conceptis verbis jurabat, ceteri probabant. Vide notas ad Marculf. lib. 1. cap. 38. & ad Appendic. cap. 29.

TIT. LI.

2. NOLVERINT VENIRE] De testibus cogendis agitur hoc capite, qui nolunt testimonij dicendi causâ in judicio sistere. quo nomine olim Athenis actio prodita. Iul. Pollux lib. 8. Λαχεμαρτύρια δ' καὶ τοὺς ἰδόντας μὲν, μὴ μαρτυρεῖν ἐθελησάντων, ὑπὸ δ τοῦ κυρίου τῶν μαρτυρίων ἐκκαιόντων. τὸ δ' ὑπὸ βουλόμενον μαρτυρεῖν, ἐκλιπόντων ἀδάλλειν τὴν μαρτυρίαν προστιθέντες, ἴδᾳ δ' αὐτὸν ἢ μαρτυρῶν, ἢ ἐξομόσασθαι ὡς οὐκ οἶδεν, ἢ μὴ παρὼν, ἢ χρόνια κέκτηται. Æschines τοὺς παρεπιζάλας. Quod & jure Romano observatum, ut inviti testimonium dicerent in causis criminalibus tantùm, l. 4. §. 8. & 19. De testibus. Ex constitutione verò Iustiniani Græca, l. 16. Cod. eodem, etiam in civilibus causis coguntur inviti testes esse.

TIT. LII.

2. ADMALIARE] Vide infrà ad tit. LIX. Sic infrà; *vel admallatus secundùm legem Salicam.* Tit. LIII. n. 1. *secundùm legem habeat admallatum.* Inde fortasse *hamallus* suprà tit. XLIX.

SOLEM CVLCATVM] Solem occasum, quæ scilicet suprema tempestas observabatur, ut infrà tit. LXIX. Gregorius Turonens. lib. 7. cap. 23. ubi nos quædam congessimus non aliena. Vnde & apud Marculfum lib. 1. cap. 37. *Solsatire.* Romanis quoque idem usitatum fuisse fidem facit lex 12. tab. Illud ipsum significare videtur Homerus Odyss. μ.

Ἡμος δ' ὕτε δέρκεται ἀνὴρ ἀγορήνδε ἰόντα
Κρίνων νείκεα πολλὰ διαζομένων ἀλεγεινά,

quibus verbis tempus vesperi designavit, ὃ μάλιστα δ τῶν ἐσιόντων ἐπιδύνει, ut Strabo interpretatur lib.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lib. 1. Vide suprà tit. XXXIX. infrà LIV. & LX. Speculum Saxonicum lib. 3. cap. 40. Iuvenalis sat. 13.

Hæc quota pars scelerum quæ custos Gallicus urbis
Vsque à lucifero donec lux occidat audit.

Normannis hodie *clameur couchée*. Quod suprà est, *Solem ei collocet*, & infrà, *Solem collocatum*, id est diem constitutum, *jour assigné*. unde *adjourner*, diem dicere. Sol pro die. Archilocus, & ex eo Ronsardus.

SINGVLAS ADMONIT.] *Tria edicta*, P. P. MS. *Pour chacun defaut*. F. Pithœus. *Doublement & tiercement*, in ordinationibus Regiis.

ADIACTIVVM] Vide notas ad Marculfum lib. 1. cap. 37. & Appendic. cap. 22.

RACIMBVRGOS] Glossæ interlinear. *judices*.

PRETIATVM] Preciari apud Cassiodor. lib. 2. cap. 22. Sic depretiari Tertullian. adversùs Marcion. lib. 1. cap. 6.

ADPRETIATVM] Leg. Alamann. tit. 75. *Illam optimam vaccam quatuor tremisses licet adpreciare*. Capitul. lib. 5. cap. 366. *Si quis alterius caballo aut bovi vel cuilibet quadrupedi unum oculum excusserit, adpreciet illud pecus quid valet, & tertiam partem componat*. Quod caput desumptum est ex legib. Bajuvar. tit. 13. cap. 8. pag. 87. edit. Tilia.

3. GRAFIO] Glossæ interlineares, *Comes*.

CERTA RATIO DOMINICA] Vetus cod. Thuan. *certè*. Vide suprà tit. 1. num. 4. & 5.

NEQVE MITT. VT CVM IVST.] *Refus de faire justice*, Infrà tit. LX.

TIT. LIII.

Vide leg. Ribuar. tit. 53. pag. 26. edit. Til. & tabul. S. Dionysij in fol. min.

1. GRAFIONEM] Paulus VVarnefr. lib. 5. cap. 36. pag. 303. Vide notas ad vet. formulas (sive Appendicem Marculfi) cap. 7. Iudex fiscalis dicitur in textu leg. Ribuar. tit. 55. pag. 29. edit. Til. *Si quis judicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit*, DC. *sol. mulctetur*. Deinde quia illa freda exigebant leg. Ribuar. cap. ult. exactores regij dicuntur à Suggero loco à Fr. Pithœo allato. Ideo autem mihi videtur dici judex fiscalis Comes, ad differentiam magistratuum municipalium. Illi enim etiam tum judicabant, ut patet variis ex locis, præcipuè ex Gregor. Turonens. lib. 1. de miraculis cap. 33. *Decretum est sententia primorum urbis*. Sunt & multa hujus rei alia exempla. De Comitibus autem vide notas ad Marculfum lib. 1. cap. 8.

GASACHIVM] Glossæ interlinear. cod. Thuan. *causatorem*.

TIT. LIV.

DE RE PRÆSTATA] De rebus creditis. nostris, *De prest*. Optatus lib. 3. pag. 35. b. *Precedente terrore creditores periculis vallabantur; & qui pro præstitis suis rogari meruerant, metu mortis humiles impellerentur in preces*. Iuretus ad Symmach. pag. 263. 264.

TIT. LV.

1. ÆNEVM] Examen aquæ ferventis, leg. VVisigotthor. lib. 6. tit. 1. c. 3. Adnuntiatio Caroli Calviapud Pistas an. DCCCLXIII. cap. 20. *Si colonus vel servus inde reputatus fuerit, aut judicio Dei inde examinet; aut si convictus fuerit, hoc ut suprà diximus unde mensuram adulteravit perdat, insuper & virgis nudo corio vapulet*. Capitul. lib. 4. cap. 13. Erat & aquæ frigidæ judicium, de quo Gregor. Turonens. lib. 1. cap. 69. & 70. de muliere adulterij à marito accusata, quæ Lugduni sententia judicis in Ararim probationis causa demersa est. De utroque Hincmarus de divortio Lotharij & Thetbergæ ad V 1. interrog. SEXTA INTERROGATIO. *Quidam dicunt nullius esse auctoritatis sive credulitatis judicium quod fieri solet per aquam calidam sive frigidam neque per ferrum calidum, sed adinventiones sunt humani arbitrij, in quibus sæpe per maleficia falsitas locum obtinet veritatis, & ideo credenda esse non debent*. HINCMARVS. *Christianitas ex antiquo, quæ inter alia est & agenda judicia, sanxit & frequentavit judicium quod fit per aquam &c.* Et paulò pòst; *Quapropter fieri aquam ignitam ad hæc duo copulata in unum indaganda judicia, illud videlicet quod jam per aquam factum est, & illud quod per ignem fiendum est, licèt sint pro temporum varietate disparia, sed unum sunt operatione mysterio, in quibus sancti liberantur inlæsi, & reprobi puniuntur addicti Ecclesiæ, quam designavit arca diluvij, creditur tradidisse auctoritas &c.* Deinde: *Constat nimirum, ut inquiunt, quia in aqua ignita coquuntur culpabiles, & innoxij liberantur incolti, quia de igne Sodomitico Lot justus evasit inustus &c.* Vide quæ apud Hincmarum post hæc sequuntur pag. 350. & pag. 557. *Aut sacramento aut Dei judicio expurgate &c.* Eodem pertinet quod refert Gregor. Turonens. de miracul. lib. 1. cap. 81. de altercatione Presbyteri Arriani cum Diacono catholico pro fide catholica: *Accenditur ignis, æneus superponitur, fervet valde, annulus in unda ferventi projicitur &c.* Insignis locus, & qui omnino legem Salicam illustrat, & vetustissimam ejusce judicij formam docet. ut & de gloria confessor. cap. 14. Videndus idem Gregorius historiæ lib. 2. cap. 1. de S. Briccio Turonensi Episcopo. De ignitis vomeribus varij meminere. Leges vett. Capitula, Ivo Carnotensis, Burchardus, Pithœus, & Iuretus. De aliis quoque purgationum generibus, juramento, duello, pane hordaceo, caseo, crucis, nos quædam scripsimus. De ferro candenti vide Georgium Logothetam pag. 41. ubi etiam de duello. Additur de purgatione ferri igniti: Οὐκ ἐστι τῆς ῥωμαικῆς κατηδάφους, βαρβαρικὴ ἢ σαρακήνη φάσκειν. mox dicitur eum qui ex barbaris originem ducit, barbarico judicio uti debere. Vide & N. B. Eadem de re Pachymerius lib. 1. Cantacuzenus lib 3. cap. 27. Hæc omnia judicia reprobavit Ecclesia. Agobardus contra scripsit pag. 287. De aquæ judicio videndus item Adhemarus, & ex eo Sirmondus ad Goffridum. Porrò nostra memoria paucis abhinc annis solebant judices reos maleficij accusatos mergere, pro certo habentes incertum crimen hac ratione patefieri. quod scelus meritò secundùm Ecclesiæ canones amplissimi ordinis decreta resecarunt. Sic accipio Nithardum, dum ait Gerbergam ut veneficam aquis

præfocatam, quia scilicet rea fuisse mersione apparuerat. Vnde fortasse,

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

leg. Longob. lib. 1. tit. 33. cap. 1. *Si quis servum alienum sine voluntate domini sui in sacramentum miserit, aut manum in caldaria mittere fecerit.* Æneum pro aheno. Vide Ezechielem 24. *Æneum in quo est arugo &c.* Salvianus pag. 252. Infra tit. 67. num. 1. *Æneum portare ubi strix concinunt.* Pactum Childeberti & Clotarij num 4. *Ad æneum provocatus manum incenderit.* In Decretione Clotarij num. 8. *Ad sortem veniat, aut ad plebeium promoveatur.* Fortè legendum est, *æneum*, non *plebeium*. Tit. LIX. infrà: *Vt per æneum aut per compositionem se educeret.*

TIT. LVI.

2. SAGIBAR. QVI PVER R. PVER.] Ille qui judicia Regis exequebatur. Vide leg. Burgund. de VVitisalcis tit. 76. edit. Til. *Saiones* apud Cassiodorum. Sed tamen hi judicabant. Infrà vers. 4. *viri agi*, P. P. MS.

4. MALLOBERGIIS] id est, locis tectis, inquit Belius, quia statutum est constitutionibus Caroli M. ut locus malli sub tecto foret. Capitul. lib. 3. cap. 57. lib. 4. cap. 28. in fine. *La Cour de Maubergeau à Poitiers.*

SAGIBARONES] Viros ætate & sapientia maturos interpretor, quibus controversias definiendi facultas erat, adeo ut nec postea ab his Comes seu Grafio appellari possit, quemadmodum heic statuitur. Periti scilicet legum, quos postea *homines legales* dixerunt; quorum & consuetudinario veteri jure non minima auctoritas in plerisque causis, ut apud Matthæum Paris & alios passim videre est. Illud ipsum est quod *judicium civium* vocat Gregor. Turonens. lib. 7. cap. 47. Dehinc & ex his delecti videntur qui legis Doctores in Adhemari Chronico, sub Ludovico Balbo, cujus particulam edidit Pithœus sub nomine *Fragmenti historiæ Aquitanicæ*, de Vulgrino Aquitaniæ Duce, qui contra Nortmannos Martiliacum castrum construxit, ibique misit *Robertum Gisdebertum legis doctum*, (al. peritum) *& amicum suum fidelissimum nomine Ranulfum, fecitque eum Vicecomitem suum.* Adrevaldus de miracul. S. Benedicti lib. 1. cap. 25. *Visum est Missis dominicis placitum Aurelianis mutare. Venientes igitur ad constitutum locum magistri & judices, utraque ex parte acerrimè decertabant. Aderant namque legum doctores tam ex Aurelianensi quàm ex Vvastinensi provincia &c.* In diplomate Pipini Majoris domus pro S. Dionysio: *Vbicunque eorum justitiam invenimus, sicut prædecessores nostri, seu Comites palatij nostri, vel reliqui legis doctores judicaverunt.* Prima pars hujus vocis, *sagibarones*, ad *saiones* accedit; de quibus passim Cassiodorus, leges VVisigotthor. & Concilia Toletana.

PLVS QVAM TRES ESSE N. DEB.] Suprà tit. XLVI. num. 1.

ANTE GRAFIONEM] qui cum septem judicat, suprà tit. III. num. 2. Sagibarones verò numero tres.

TIT. LVII.

Vide suprà tit. XVII. de sepulchro violato.

3. PONTICVLVS] Mos antiquæ sepulturæ; de qua, & de positione columbæ, vide Paulum VVarnefridum lib. 5. cap. 34.

4. SVPER ALIVM] Sic intelligo Sidonium lib. 3. epist. 12. *Quid plura, jam niger cespes ex viridi, jam supra antiquum sepulchrorum glebæ recentes.* Nec audiendus Savaro pag. 203. ad verbum *torsi latrones*; tamquam illi spoliandi mortuos causa sepulchrum violassent. Nam vetus erat sepulchrum avi multo antè mortui. Videsis epistolam.

5. EXPOLIAVERIT] Turonens. de gloria confessor. cap. 62. Franciscus Pithœus ad verbum *Corpus jam sepultum.* & tit. XVII. B. Basilius: Πρὸς τὰς πλουσιωτέρας pag. 286. πάλιν οἱ ἐν ἐξουσίᾳ ὄντες τῷ τελευταίῳ κόσμῳ, ἀλλ' ἀποπέμπουσι τῷ τάφῳ, τοῖς κληρονόμοις μετὰτὸν προσκαρτέρησιν τῷ οἴκῳ. ἢ τὸν ἐν καθαριότητι ἁγιασθέντα ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας φιλοκαλοῦσι τοῖς ἐκτὸς, ἢ πολυτελῶς ἐκκομίζῃ, ἢ ἐκεῖθι ἀφιλοτίμητον. Τί ἢ βέλτιον τὸν ἐξόντος κοσμεῖσθαι τῇ πολυτελείᾳ ἢ ἀδόξῳ ἐξοδίᾳ, ἢ πλουτοῦσθαι τοῦ νεκροῦ τὰ πολυτίμητα ἢ ἐσθῆτος. τί ἢ μνήμιος ἀκριβοῦμεν, ἢ τοῖς πολυτίμοις, ἢ ἀσωμάτῳ ἀκριβοῦς ὄρεξις. B. Ambrosius de Nabuthe cap. 1. *Eruderato paulò pòst tumulum; & si cognoscis egentem argue; nisi fortè hoc solum quòd cum divite plura pereunt. Serica vestes, & auro intexta velamina, quibus divitis corpus ambitur, damna vivenium, non subsidia defunctorum sunt.* Iunge l. 14. §. 5. de religios. & sumpt. funer. Vbi de ornamentis. Gregor. Turonens. lib. 8. cap. 21. leg. VVisigotth. lib. 11. tit. 2. l. 1. Boiorum tit. 8. c. 4. Vide Savaronem ad Sidonium pag. 161. Lindenbrogium ad Ammianum Marcell. lib. 16. Quintilianum declamat. 373. Paulum Diaconum lib. 4. cap. 49. Sidonius lib. 3. ep. 3. *Nec elutis vestimenta, nec vestitis sepulchra tribuebant, justè sic mortuis talia justa solventes.* l. 14. §. 4. D. de religios. l. 29. de in rem verso. Propriè tamen ad pœnam heic subjectam attinet l. 3. §. 7. de sepulcro violato. Vide locum & l. ult. de auro argento mundo. Lactantius lib. 2. cap. 4. Arnobius lib. 5. Mos ille in vulgo obsoletus, in funeribus Episcoporum & Presbyterorum retinetur. Vide Gravamina de Alliaco à P. Avenionensibus. Vide Novell. 19. Leonis sapientis, Photium Nomocan. tit. 13. cap. 25. tit. 19. cap. 27. l. 2. Cod. Th. de sepulcro violat. l. 5. Cod. eod. l. 3. 7. 8. Cod. Th. de indulgentiis criminum, Valentis Novellam de sepulcr. Concil. Toletan. IV. can. 45. Savaronem ad Sidon. pag. 211.

VVARGVS] Glossæ interlin. Thuan. *dejectus.* Vide leg. Ribuar. tit. 87.

HOSPITALITATEM] Hospitalitas Francorum. Videatur lex Burgund. Iosephi. lib. 4. cap. ult. pag. 109. Heic est aquæ & ignis interdictio. Sic infrà tit. LIX. *Panem dederit aut in hospitium collegerit.*

TIT. LIX.

1. QVI EVM ADMALLAT] Suprà tit. III. n. 1. *admallatus*, leg. Ribuar. tit. 32. 3. *Conjurare debet quòd eum ad strudem legitimam admallatum habet.* in edit. Til. tit. est 34. num. 4. pag. 19. Marculfus lib. 1. cap. 21. *admallandum prosequendumque.* Notæ ibidem. leg. Ribuar. tit. 52. num. 3. pag. 54. & tit 53. n. 1. edit. Til.

ETIAMSI VXOR EIVS] Vxor recipiens maritum punitur.

TIT. LX.

1. EGO VOS TANGANO &c.] *Dény de juſtice*, ut ſuprà de Grafione tit. 111. Vide præfationem leg. Burgund. P. P. MS.

CAVSATOREM] Gregor. Turonenſ. lib. 10. cap. 9. *Cauſaturus acceſſit.* lib. 9. cap. 3. *Exponens cauſas.* lib. 10. cap. 4. *Cauſatus cum ſocio.* Decretio Childeberti R. num. 12. *Cauſator Centenarium cum centena requirat.*

TIT. LXI.

DE CHRENECRVDA] de ceſſione bonorum.

1. NEC SVBTVS TERRAM] Theſaurum aut quid aliud denotat.

DE TERRA ILLA IN PVGNO] Vide leg. Alaman. tit. 84. *Tollat de ipſa terra, quod Alamanni Curffodi* (aliàs Zurb) *dicunt.* Videantur vett. formulæ cap. 19. & Notæ. Mos Germanicus, de quo Plinium accipio lib. 22. cap. 4. Sed & apud Romanos quid non diſſimile obſervabatur, de ceſpite &c.

VLTRA SVAS SCAPVLAS] Quaſi pro derelicto habeat. Verè enim relinquimus ea quibus oculos & anticam corporis partem retrahimus, & poſteriora tantùm oſtendimus. 3. Regum cap. 14. *Projicere poſt corpus ſuum.*

CAMISIA] Eginhartus: *ad corpus camiſiam lineam & feminalibus lineis induebatur.* Additio Capitul. Ludovici I. cap. 22. *Alioquin hoc omnino provideat ut camiſas duas & tunicas duas & cuculllas duas & cappas duas unuſquiſque monachorum habeat.* Victor Vticenſ. lib. 1. *De palliis altaris, proh nefas, camiſias ſibi & femoralia faciebat.* Beda in Martyrologio XVIII. Kal. Ianuar. *De ipſis palliis altaris camiſias ſibi & femoralia faciebat.* Quæ ſumpſit ex Victore proculdubio. Hieronymus epiſt. ad Fabiolam de veſte ſacerdotali: *Solent*, inquit, *militantes habere lineas, quas camiſias vocant, ſic aptas membris ſuis & aſtrictas corporibus &c.*

DISCINCTVS] Hodie quoque bonis cedentes zonam ſolvunt; & zonam abjicere pro bonis cedere vulgò apud nos uſurpatur. Porrò heic agitur de ceſſione bonorum.

DISCALCIATVS] Vide de calceis lib. Ruth. Calceus in ſcripturis nota dominationis. Pſalm. *Extendam calceamentum meum ſuper Idumæam.* Ad calceamentum pertinet, neſcio an huc faciat, quod ſcribit Gregor. Turonenſ. in vita B. Leobardi & B. Venantij, priſco Galliæ ritu uſitatum eſſe ut annulus porrigeretur ſponſæ, unàque oſculum & calceamentum. De calceis Plutarchus in Theſeo. Diſcute.

DIGER EST] Regius cod. 2. *dederit.* Atqui nil dedit cùm bonis cedat, niſi legas *dediſſet*, aut illi ſcripſiſſent *dederit* pro *dediſſet*, cùm certum ſit ſatis malæ ne dicam peſſimæ latinitatis auctores eſſe. Legerem *indigens eſt.* Vid.

PER COMPOSITIONEM] Alibi in eadem lege, *Per compoſitionem ſe educere.* infrà LXVI. num. 1. & 2. *compoſitionem quam infra patriam facere debuit.* Leg. Longobard. lib. 1. tit. 2. l. 10. *de compoſitionibus quæ ad palatium pertinent.*

TIT. LXII.

DE ALODE] Alode aviatica hereditas dicitur in leg. Ribuar. tit. 56. aliâ 58. p. 31. edit. Til. in fin. tit. Vide Decretionem Childeberti R. num. 1. Aviaticum in conſtitutione Conradi. In legib. Longobard. lib. 3. tit. 8. l. 4. nepos eſt; non hereditas; quamquam ibi malè accepiſſe videatur Lindenbrogius pag. 1360. de alode. Vide notas ad Marculfum lib. 1. cap. 2. & 12. ubi plura. leg. Bajuvar. tit. 2. cap. 1. n. 4. (in Lindenb. edit. 3.) edit. Til. pag. 31. leg. Bajuvar. tit. 17. cap. 2. (ſic Lindenbr.) Til. 3. pag. 105. leg. Ribuar. tit. 56. (ſic Lindenbr.) Tilio 58. pag. 30. Vide item leg. Angliorum tit. 6. pag. 483. ubi de excluſione feminarum agitur. Et alia capita omnino cum hujus tituli capitibus componenda Capitul. lib. 1. cap. 126. *ex beneficio ſuam familiam nutricare faciat, & de ſua proprietate propriam familiam nutriat.* Mox: *Si in beneficio aut in alode annonam habeat &c.* lib. 3. cap. 20. & cap. 81. *Quomodo eadem beneficia condricta ſint, aut quis de beneficio ſuo alodem comparavit vel ſtruxit.*

6. SED AD VIRILEM] *Dum extiterit*, leg. Ribuar. tit. 58. Idem apud Athenienſes ſanctum: Κελεύω δὲ τοὺς ἄρρενας, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ ἄρρενος, ἐὰν ὦσιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὄντες, καὶ ἐὰν ἥβης κρατῶσι. Demoſthenes in Oratione πρὸς Μακάρτατον. Vbi illud quoque obſervare eſt, ſeparationem quodammodo paternorum bonorum fieri. Ideo idem Demoſthenes in oratione πρὸς Λεωχάρη. Ἐγὼ μὲν οὖν ὁμολογῶ, δεῖν κελεύειν τοὺς κληρονόμους τοὺς ἄρρενας, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ ἄρρενος, ἀκούω δὲ τοὺς ἐγκαλοῦντας πρὸς ἀδελφὸν, εἶναι μὲ παῖδας ὄντας, ὁ νόμος τοὺς κληρονόμους ἀποδίδωσιν. Quod ſcilicet perpetuò obtinebat cùm de legitimis hereditatibus agebatur. Lex verò Salica etiam in paterna hereditate. Idque olim apud Armenios obſervatum Iuſtinianus ſuſtulit Novell. 21. Sic Ribuarij leg. Ribuar. tit. 58. Sic Saxones leg. Saxon. tit. 39. Sic Angli vetuſti leg. Angliorum tit. 6. Sic olim Hebræi, unde refertur Iobum caviſſe teſtamento ut filiæ cum fratribus portionem ferrent. Iob. cap. ult. Vide Marculfum lib. 2. cap. 12. Inſtitut. tit. de legitima agnator. ſucceſſ. §. *Ceterùm: Vt plerunque hereditates ad maſculos confluerent.* Videndus Philo de vita Moſis pag. 468. ὅτι τοὺς κληρονόμους ἄρρεσι δεῖ διδόναι. & pag. 469.

TIT. LXIII.

DE PARENTILLA TOLL.] De modo ejurandæ cognationis.

TOLLERE VVLT] Propter onera inimicitiarum, vindicandæ mortis, & juramenti. Vt hereditas proximos, ſic permulta onera ſequuntur. Onera proximorum apud Athenienſes, quæ mercede quadam hereditatis rependebantur. Vide Demoſthenem in oratione πρὸς Μακάρτατον.

1. PARENTILLA] Iornand. de regnorum ſucceſſione pag. 11. *parentela conjuncti.* Vide ſuprà tit. 46. num. 10.

TIT. LXIV.

DE CHAROENA] Vet. cod. Thuan. *charoena.* Sic cod. Expilij.

1. PER VIM] Cod. Expilij, *Per virtutem.*

TIT. LXV.

DE COMPOSITIONE HOMICIDII] Tacitus de Germanis: *Luitur homicidium certo armentorum aut pecorum numero.* Vide leg. Sco-

torum in lib. *Regiam majestatem.* Huc respicere videtur Salomon Proverb. 6. ℣. 35. *Nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* Sic apud Afros. Leo African. part. 2.

TIT. LXVII.

1. STRIÆ] Hincmar. de divortio Hlotarij & Tetbergæ ad 15. interrogat. *Quidam vestibus carminatis induebantur vel cooperiebantur; alij autem cibo à sortiariis dementati, alij verò tantùm carminibus à strigis fascinati, & quasi enerves effecti reperti sunt; quidam autem à lamiis sive genichialibus feminis debilitati &c.*

TIT. LXVIII.

CABALLO EXCORTICATO] MS. Expil. *decotato.* Apud nos vilissimi qui equorum morticinia decoriant, & ferè intestabiles.

1. CABALLVM ALIENVM] An vivum, an mortuum? Puto mortuum, quia corium domini est.

DECORTICAVERIT] Decorticare suprà tit. 29. num. 10. *escorcher.* In cod. MS. Lescurij & Expilij *decotaverit*, id est, caudam abstulerit & deturpaverit.

2. SI VERO NEGAVERIT] Inficiatione lis crescit, ut in lege Aquilia.

TIT. LXIX.

1. DE RAMO] Mos Germanicus. Tacitus annal. 1. p. 31. *Truncis arborum antefixa ora,* Gregor. Turonens. lib. 9. cap. 19.

3. SI QVIS CAPVT HOMINIS] Vetustissima Gallorum hæc observatio, auctore Posidonio; quámque à Romanis vetitam, ut docet Strabo, Franci rursum intulerunt. Strabo lib. 4. Ρεόντι δ' τῇ Δουΐῳ (aliàs τῇ ἀΐῃ) ἐς ὃν βάλλεται, ἐς δ' ἐκρυεν, ὁ τοῦ περιβόητος ἐθίσαι σφᾶς κεφαλὰς ἀνιέναι, ὃ καὶ τὰ μάχης ἀφαίρετος, τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐκπάλαι ἐν τῷ αὐχένι τῶν ἵππων, κομίζουσι δ' περικαλλωπίσαι τοῦ δόρατος τοῖς περιωτοῖς. φασὶ γοῦν Ποσειδώνιον αὐτὸς ἰδεῖν τοιοῦτον τοπαρχοῦ, ἐς ὃ μ πρώτου ἀνιζοῦσι, ἐς ὃ ἔσῖτα φέρας ἐξ τοῦ συνήθους. Apollonij Tyrij historia apud Photium: *Decollabatur, & caput ejus ad fastigia portæ suspendebatur.* Venationum certè notas & ferarum captarum capita nobilium valuis affigi hodieque mos est, ex illo veteri & immani, ut verisimile est, descendens. Manilius lib. 4.

Habet hoc studium, postes ornare superbos
Pellibus, & captas domibus prefigere prædas,
Et pacare metu silvas, & vivere rapto.

INIMICVS SVVS] Franc. Pithœus de eo qui in duello vicit interpretatur. Sed pace ejus dictum sit, non ita accipiendus hic locus, sed de inimico & faidoso, ut tum loquebantur. Licebat enim privatas inimicitias armis persequi, & inimicos qui aliquem ex agnatione sua occiderant aut malè mulctare, aut impune occidere.

IN PALO MISERIT] Vide Gregor. Turonens. lib. 9. cap. 19.

TIT. LXX.

De repudiis, seu de sponsalium dissolutione, leg. Alaman. tit. 53. *Componat eam quod desponsavit & dimisit, cum quadraginta solidis. Et cum duodecim sacramentalibus juret, cum quinque nominatis & septem advocatis, ut pro nullo vitio nec tentatam eam habuisset, nec vitium in illa invenisset, sed amor de alia eum adduxit ut illam dimisisset & aliam habuit uxorem.* Nec dissimile quod veteri jure Romano observabatur. Servius Sulpitius lib. de dotibus apud Gellium lib. 4. cap. 4. *Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur sponsalia. Tunc quæ promissa erat, sponsa appellabatur; qui spoponderat ducturum, sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat, judices cognoscebant. Judex quamobrem data acceptáve non esset uxor quærebat. Si nihil justa causa videbatur, litem pecunia æstimabat, quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum qui spoponderat aut qui stipulatus erat condemnabat.* Quod observatum scribit ad id tempus quo civitas universo Latio lege Iulia data est. Eadem & Neratius de nuptiis. Vide Aristotelem politic. lib. 5. cap. 4. l. 1. Cod. de sponsal. l. 2. Cod. de repud. l. 2. D. de divort.

TIT. LXXI.

EXTAT hic titulus num. XCVIII. in cod. reg. 2. & ℣. 2. quem ab omnibus abesse scribit Pithœus. Huc facit Speculum Saxonicum lib. 3. art. 1. *Ædificia prædiorum seu villarum propter nullam aliam injuriam succedi seu ad terram prosterni debent nisi in ipsis fuerint virgines aut mulieres violenter oppressæ, aut post factum introducta. Tunc enim domus illæ per jus condemnantur, si non, ut juris est, excusentur. Postquam condemnata jam fuerint ædificia ejusmodi, si reus postmodum absolvitur ab actione, destructa jam ædificia non exsolventur, quia ea à reatu non excusavit cùm jure fuerant excusanda.* Verùm cùm ejusmodi condemnatio jure fiat, & Romanis quoque legibus in crimine majestatis non sit ignota, palam est non de hac condemnatione legem Salicam heic agere; sed illud quale sit, mihi incompertum esse ingenuè profiteor. Suspicor tale quid heic designari quod in Arabia solitum fieri & κατασκαφὴν appellari scribit Vlpianus l. 9. de extraordinar. criminibus. Fortassè & ad terminos effossos, limites exaratos, arbores terminales evulsas referri potest. de qua re Edictum Theoderici R. cap. 104. Fortassè & ad clausum agri aditum. qua figura & condemnare portam, pro obstruere & occludere vulgò dicimus. Sed hoc divinare est.

1. CONDEMNAVERIT] Formul. vet. Lindenbrog. 38. pag. 521. *Ut nullus ex vobis jam dictum Abbatem, vel ipsum monasterium, nec homines, nec res suas quas ad præsens habere videtur, vel in antea Christo propitio à bonis hominibus ibidem conlatum fuerit, nullus inquietare, nec condemnare, vel aliquid de rebus suis minuere omnino præsumat.* Sed ibi de judicibus loquitur. Putarem condemnare esse damnum dare, *endommager la terre d'autruy.* Sic in leg. Burgund. tit. 48. num. 3. *Ceterùm si aut brachium cujuscunque, aut tibia supradicto ordine fracta, & evidenti fuerint debilitate damnata.*

NOTÆ

AD NONNVLLAS CONSTITVTIONES ANTIQVORVM REGVM.

Pag. 17. c. 1. CVM NOSTR. OPTIM.] De his nonnulla ad Marculf. lib. 1. cap. 25. adnotavimus. Olympiodorus apud Photium, τὰ μὲν Ῥωμαίων ἔτη πάντων οἱ καρανοῦσθαι ἐπιμάτιοι ἐκαινοῦντο, εἰς δώδεκα συντείνοντες χιλιάδας.

c. 2. ATTINIACO] Locus est durante secunda Regum nostrorum dynastia percelebris. Palatium quippe fuit in quo plerique conventus habiti. Vita Ludovici Pij: *Dominus Rex conventum generalem coire jussit in loco cui vocabulum est Attiniacus &c.* Ibidem indictum placitum à Lothario apud Nithardum lib. 1. Rodulfus quoque Rex Franciæ (inquit Frodoardus ad an. DCCCCXXIV.) placitum tenuit apud Attiniacum; ac tandem cum Carolo Rege fœdere Remis inito, Attiniacum reddidit an. DCCCCXXIX. Vicus est in ultimis Rhemorum finibus cis Mosam situs, qui antiquum nomen hodie retinet *Attigny*. Heic verò omnia quotquot vidi exemplaria, Reg. Oisel. 7. 2. non *Attiniaco*, sed *Antonaco* habent. quod etiam editio Tillij nominatim exhibet. Est autem *Antonacum* oppidum ad Rheni fluenta Romanis notissimum; cujus meminit Itinerarium Æthici, quod vulgò Antonino adscribitur. Notitia imperij occidentalis sub dispositione ducis Moguntiacensis Præfectum militum Acintensium Antonam locat. Quod etiam Alemannis à Iuliano ereptum, munitionibus deinde instructum, & mœnibus reparatis ornatum fuisse narrat Ammianus Marcellin. lib. 18. Regum tandem Francorum palatium fuit, & sedes eorum qui Vvestriæ austrasiæ seu Franciæ orientali imperarent. Fortunatus lib. 10. carm. 12.

Antonacensis castelli promptus ad arces
Inde propè accedens, sarcina pergo ratis.

Mox: *Denique dum præsunt Reges in sedibus aula,*
Ac mensæ officio prandia festa colunt,
Retibus inspicitur quo salmo fasce levatur,
Et numerat pisces, cùm sit in arce sedens.

& cetera quæ sequuntur. Quibus verbis eleganter publici conventus solemnibus diebus à Regibus nostris haberi soliti describuntur. Calendis Martij ut plurimum primæ familiæ Reges convenichant. Festis postea diebus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes celebrari placita moris erat. Qua occasione lubet heic ascribere Roberti R. diploma B. Dionysij monachis concessum. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Robertus divina ordinante clementia Rex Francorum semper Augustus &c. Curtem itaque nostram cùm in ipso castello haberemus, ut nos ab inquietudine ipsius Ecclesiæ & fratrum ibi Domino famulantium longè faceremus, Deo & glorioso protectori nostro S. Dionysio ex consultu Archiepiscoporum & Episcoporum quorum nomina subtersignavimus, & optimatum Francorum, placuit serenitati nostræ ab hodie & deinceps remittere ut solemnem curiam, hoc est, in natale Domini, in theophania, in Paschа & in Pentecoste, neque nos neque successores nostri in ipso castello ulteriùs ullo modo præsumamus celebrare. Data* VIII. *Kl. Februar. Indict.* II. *anno* I. *regnante Roberto Rege glorioso.* Vnde & judiciarij conventus (Parlamenta vocabant) quater in anno, in natali Domini, in purificatione, Paschа & Pentecoste, haberi soliti. Sed ut ad Antonacum revertamur, castellum est ad Rhenum non longè à Confluentibus, Coloniæ paret, *Andernach* vulgò vocant; quæ vox cùm non longè ab *Antonaco* absit, proximior est *Anternaco*. Sic enim illud ipsum castrum, de quo sermo est, annales Fuldenses vocant sub an. DCCCLXXVI. *Hludovicus* (Germaniæ Rex) *quadam nocte se subtraxit de castris, & Rheno flumine transito, in castello Anternaco cum suis consedit.*

AVIATICAS RES] Alode, suprà tit. LXII.

3. PER PRÆDICAT. EPISCOPOR.] Sic synodus Aurelianens. III. cap. X. *Illud etiam adjiciendum esse credidimus, ut in Episcopi discussione consistat de his qui in civitate sua & territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, utrum ignoranter ad illicita conjugia venerint, an per contumaciam quæ sunt interdicta præsumpserint &c.*

EXCOMMVNICATVS FVERIT] Synodi Aurelianens. III. anno 26. regni ejusdem Childeberti cap. X. *Non priùs ad communionem recipiantur quàm incesti adulterium separatione sanaverint.* Synodi Turonicæ II. cap. XXI. *Quandiu in tanto versatur scelere, à Christiano cœtu atque convivio & Ecclesiæ communione privabitur.* Itaque cùm Charibertus Rex uxoris suæ sororem connubio junxisset, à B. Germano Parisiensi Episcopo communione privatus est cum uxore. Gregor. Turonens. lib. 4. cap. 26. Id impune antè fecerat Chlotarius Rex. Idem Gregorius lib. 3. cap. 6. De anathemate vide Lindenbrog. pag. 1353. S. Ioh. Chrysost. Θεὸς τὸ μὴ δοῦναι αἰκίσασθαι ζωὰς ὁ νεκρώσας. Ibid.

DE PALAT. SIT EXTRAN.] Excommunicationis effectus ad temporalia.

4. TRICENARIA LEX] Theodosij junioris. Valentinianus Novell. lib. 2. tit. 8. *Humano generi profunda quiete prospexit.* & tit. 12. ubi Anianus. Procopius de bello VVandalico lib. 1. pag. 94. νόμῳ δὲ ἔθους Ῥωμαίοις, ὃν τοῖς ἔχουσι βασιλείαν ἐξεῖναι αὐτῷ ἔχειν, ἢ τελευτῆσαι τὸν τεταρακοστὸν ἐνιαυτὸν ἄρξαντα, τοῦτον ἢ ἐκβιασθῆναι ὑπὸ κυρίου καὶ τὸν βιασαμένου ἄρχειν, ἀπ' ἐς παρα-

ηγεμὼν αὐτοῖς κατακλείσῃ ἢ εἰς ὃ δικάσειεν ἄνδρα: νῦν μὲν ἡγεμὼν ἑκάστῃ ὁ τῆς Βασιλίνης χόρος, ὃν ὧν γε τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ διαλείψειεν, εἰς τοῦτο δὴ ἢ τελευτοῦντι παραγγελῶ ἥκειν ἑάσατε. Edictum Theoderici R. cap. LXIX. *Tricennalis legis ſaluberrimum conſtitutum.* Leg. VVisigothor. lib. 10. tit. 2. l. 3. & l. 4. *Tricennalis ergo tranſcurſio temporum cùm jam ſic conſtanter inoleverit in negotiis actionum ut non jam quaſi ex inſtructione humana, ſed veluti ex ipſa rerum proceſſiſſe natura videatur.* Conſtitutio Chlotarij MS. Vide ſynodum Aurelian. III. cap. XII. ubi tricenaria tempora Eccleſiæ quoque obſtare ſcribitur. Id poſtea immutatum, & quadraginta annorum præſcriptione contra eam opus eſt. Vide Cod. de triginta vel quadraginta ann. præſcript.

7. BANNIVIMVS] Vide notas ad Marculf. lib. 1. cap. 40. & Lindenbrog. pag. 1362.

Pag. 15. c. 4. AD ÆNEVM PROVOC.] Vide tit. 55. legis Salicæ.

Pag. 16. c. 6. INVOLAVERIT] Noſtris *voler.* Optatus lib. 4. *De involato gremio.* Et infrà: *Poſſeſſio Dei eſt turba fidelium, ex quo cotidie fur diabolus cupit aliquid involare.* Iuvat ſic recenſere plurium vocum noſtrarum origines, quas barbaras aut novitias plerique exiſtimant. Vet. Gloſſar. κλέπτω, *furor, involo.* Hygenus fab. 201.

OCC. ICT. ACC. FLAGELL.] Vide infrà ad tit. XIII. leg. Sal. Flagella porrò aliud ab ictibus in l. 2. Cod. Th. de curſu publico. Vide Philonem contra Flaccum pag. 998.

Pag. 19. DECRETIO CHLOTHARII] Hæc conſtitutio pars ſuperioris eſſe videtur, pacti ſcilicet inter Childebertum & Clotharium initi, tum quòd pactum illud, quod antecedit, fine congruenti & epilogo careat, tum quia pacis fœdus dicitur, neque tamen ulla pacis mentio, de qua in fine hujuſce conſtitutionis agitur verſ. 17. ut ex MS. ſupplevimus, & verſic. 17. Itaque cum præcedenti conjungi debet.

c. 1. CONLVDIO] Marcell. lib. 18. & 30. Symmach. lib. 1. ep. 5. lib. 3. ep. 20. & 50. lib. 4. ep. 36. Majoriani Novella de epiſcopali judicio. Edictum Theoderici cap. 114. Decretio Childeberti ſuprà cap. 7. Leg. Bajuvar. tit. 8. cap. 6. l. 11. Cod. de juriſdict. Gloſſæ: *Conludium,* συνθεσίς. Aliæ: *compactum, colluſio.*

c. 2. VESTIG. COMPROB. LATR.] Infrà verſ. 16. *Si quis ad veſtigium minandum.* Vide leg. Salic. tit. 39.

TRVSTIS ADQVIRAT.] Quid truſtis heic? c. 3.

AD PLEBIVM] i. *æneum,* ſeu *intium,* ut in MS. Nam de ſortibus heic agitur & purgationibus. Pag. 18. c. 8.

ATRIO ECCLESIÆ] Vide Concil. Tolet. XII. c. 10. can. *Diſſimivit.* 35. cauſ. 17. qu. 4. Ivon. part. III. c. 121. Capitular. lib. 1. cap. 134. lib. 4. cap. 13. 28. lib. 5. cap. 155. 156. Vide titul. in utroque Cod. de his qui ad Eccleſias confugiunt. Sozomenum lib. 5. de Stilicone. Homiliam S. Chryſoſtomi de ſacerdotio pag. 549. Leo Marſican. lib. 3. cap. 26. *Atrium ante Eccleſiam, quod nos Romana conſuetudine paradiſum dicimus.* Vide notas Lindenbrogij ad Pauli Diaconi hiſtoriam Longobardorum. Pag. 11. c. 13.

QVIB. ATRIA CL. NON SINT] Concil. Tolet. XIV. triginta paſſus tribuit. Vidi conſtitutionem Honorij MS. ubi quinquaginta paſſus tribuuntur.

ARPENNIS] Vide notas ad veteres formulas (ſive Appendicem Marculfi) tit. 50. Agrimenſores pag. 297. Pontanum Origin. lib. 6. pag. 579. Gregorius Turonenſ. lib. 1. cap. 6. *Vnum ſtadium habet aripennes quinque.* Leg. Bajuvar. tit. 1. cap. 14. num. 2. ubi dicitur arpentum, leg. VVisigoth. lib. 8. tit. 4. l. 25. & lib. 4. tit. 1. l. 14. Pag. 22. c. 13.

CONTENTIO EXCVSATVR &c.] Vetus codex MS. ita habet. *Omnium rerum excuſatio reddatur futurum, aut ſi de pretium domino reformetur. De fiſcalibus ut contra dominum cenſuimus pro tenore pacis jubemus, ut in truſte [1] electi [2] Centenarij ponantur, [3] pro quorum [4] fide atque [5] ſollicitudine pax prædicta ſervetur. [6] Et quia propitiante Domino inter nos germanitatis caritas indiſrupto vinculo cuſtodiatur, [7] Centenarij inter communes provincias licentiam habeant latrones perſequi, vel veſtigia aſſignata minare, & in truſte qua [8] defecerit, ſicut dictum eſt, cauſa remaneat; ita ut continuò capitale ei qui perdiderit reformave [9] feſtinet, & latronem [10] perquirat; quem ſi in truſte [11] perinvenerit, medietatem ſibi vindicat &c.* ut ſuprà cap. 12. quod ejuſdem codicis auctoritate trajectum inde auferri & heic legi debet. Leg. Omnium rerum excuſatio reddatur fugitivum, aut inde pretium domino reformetur. 1 electorum 2 centenarium 3 per 4 fidem 5 ſollicitudinem 6 Et quia incertum 7 defecerint, 8 feſtinet, 9 perquirant, 10 perinvenerint.

OMN. RER. EXC. REDD.] Videatur ſynodus Aurelian. I. c. 3. 4. & 5. Variar. formulat. cap. 22. & Notæ.

HIERONYMI BIGNONII NOTÆ AD MARCVLFVM.

MARCVLFI, quem nunc damus, Erudite Lector, plures docti viri meminerunt. Sed quis fuerit, & quo tempore vixerit, nihil certi ab illis proditum est. Quidam verò in universum circa primam Regum nostrorum familiam illius tempora conjecerunt. Adhuc tamen dubium remanebat ex librorum varietate, quibus permulta posterioris ætatis scriptores infarcierant. Verùm exemplar quod nacti sumus omnium facilè optimum nos ampliùs dubitare non sinit. Præfixa siquidem ab auctore ipso epistola docet professione monachum & septuaginta annos natum cùm hæc scriberet fuisse. Deinde cùm Landerico Papæ opus inscribat, facilè apparet Landericum illum Parisiorum Episcopum fuisse, qui Chlodoveo Dagoberti filio Rege claruit circa annum æræ Christianæ sexcentesimum sexagesimum. Nulli quippe alij Galliarum Episcopi hoc nomine reperiuntur, neque Landerici Parisiensis tempore, neque multis pòst annis. Tum Papæ nomen omnibus Episcopis passim tribui solitum sub prima Regum Francorum dynastia notum est. Quod licèt sub secunda aliquatenus continuatum sit, rariùs certè usurpatum reperitur. Accedunt & aliæ certissimæ conjecturæ ex totius libri lectione, quibus permulta occurrunt quæ vix possunt ad aliud tempus referri, & planè Merovingorum seculum redolent. Quis enim cùm Majorum domus non semel repetitam mentionem adverterit, non continuò deprehendat eo tempore Marculfum scripsisse quo Majores domus vice regia omnia regni negotia pertractabant, imò verè sub alieni nominis specie imperabant? quod à Dagoberto cœpisse scriptores notant. Omitto patritios sæpius nominatos, quos sub Carolinis rarò aut nusquam reperiri à doctis observatum est. Alia sunt infinita indicia, quæ cordatus lector facilè animadvertet. In qua autem civitate Marculfus vixerit, ex qua sit oriundus, aut cujus cœnobij monachus extiterit, nobis planè incompertum est. Quòd si divinare liceret, suspicarer eum in aliquo Parisiensis diœcesis monasterio regulariter vixisse, cùm Landerico Parisiorum antistiti librum suum inscribat. Quicquid sit, utilissimus certè auctor est, & à doctis non frustra expetitus. Nam ut omittam eo seculo scripsisse cujus pauca nobis hodie supersunt monumenta, sanè permultas docet rerum nostrarum origines, magistratuum & dignitatum munia, juris dicendi formam quæ tum recepta erat. Ius denique ipsum quo majores nostri utebantur, clarè ostendit, quando non aliud certius juris observati judicium requiri potest quàm cujus usum ex formulis tum usitatis deprehendimus. Quæ pars nostræ antiquitatis ut inter ceteras fructuosa, ita obscurissima & intacta ferè remansit. quo nomine doctis omnibus & nostri juris peritis acceptiorem Marculfum fore confido. Leges quoque veteres, Salica scilicet, Ribuaria, Alamannica, Saxonica, Bajuvarica, & ceteræ ejusmodi, quæ à Germanicis gentibus tot seculis observatæ sunt, non alium meliorem habent interpretem. Idipsum de Caroli Magni, Ludovici Pij, & Caroli Calvi constitutionibus seu, ut tum dicebant, capitulis dici potest. Ipse etiam Gregorius Turonensis, quo digniorem historicum non habemus, multis locis à Marculfo lucem accipit & omnino illustratur. Idem & in plerisque medij ævi scriptoribus obtinet. Quinimò & ad Iuris Romani pleniorem cognitionem non parum conferre adseverare ausim. Sed commendatitiis in publicum prodituris non eget, qui tot præstantissimorum virorum ingeniis sæpe jam commendatus est. Cujacium dico, Brissonium, & Pithœos fratres clarissima lumina, qui ex eo perplura immortalibus suis scriptis inferendo non levem ejus auctoris gustum ceteris dederunt. Defuturos tamen non dubito qui sermonis duritiam & ineptam planè rusticitatem exhorrescant. Facilis verò defensio est. Nam ab eo de Latini sermonis peritia edoceri non pe-

timus. Mores illorum temporum etiam sermonis inculta rusticitas penitiùs ostendit. Seculo sanè infelicissimo vixit, quo omnes disciplinæ & litteræ penitùs obrutæ & sepultæ erant, adeo quidem ut qui melioris doctrinæ quid attigissent, veluti novæ alicujus & pravæ opinionis auctores aut ut magi & malefici damnarentur. Qua occasione lectorem monitum velim ne variis solœcismis, qui sæpius occurrunt, offendatur, nec operarum typographicorum vitio imputet, quamquam optimè emendatum esse non equidem præstiterim. Sed meminerit prout in authentico exemplari scriptum est, ita editum esse. Nam si ea omnia immutanda fuissent, non jam Marculfus sed alius proditurus auctor videretur. Dubitavi certè utrum Marculfo an potiùs scriptori vitia ejusmodi adscriberem. Et verò à scriptoribus permulta in eo depravata facilè crediderim; sed ita ferè Marculfum scripsisse haud dubium est, cùm id ipsum in reliquis ejusdem ævi monimentis deprehendatur. Atque adeo plura in Gregorio Turonensi occurrunt, & infinita propè in manuscriptis codicibus, quæ ab iis qui ediderunt immutata sunt. Neque aliter eum scripsisse dubitari potest, cùm historici operis initio id deprecetur: *Priùs*, inquit, *veniam legentibus precor si aut in litteris aut in syllabis grammaticam artem excessero, de qua adplenè non sum imbutus.* Eadem excusatione utitur & Benedictus Levita in collectionis suæ præfatione. Quo fit ut existimem de eo sermonis genere sensisse patres synodi Turonensis III. sub Carolo Magno, cùm unumquemque Episcopum decreverunt curam habere ut homiliæ sanctorum in rusticam Romanam linguam transferrentur, quò faciliùs possent intelligi. Nam & rustico sermone de miraculis B. Martini libros Gregorium Turonensem scripsisse ipsemet testatur historiar. lib. v. eandemque excusationem repetit initio libri primi de gloria confessorum: *Qui nullum argumentum*, inquit, *in litteris habes, qui nomina discernere nescis, sæpius pro masculinis femininа, pro femininis neutra, & pro neutris masculina commutas, qui ipsas quoque præpositiones, quas nobilium dictatorum observare sanxit auctoritas, loco debito plerunque non locas. Nam pro ablativis accusativa, & rursum pro accusativis ablativa ponis.* Quæ verba ideo adscripsi quòd quis fuerit rusticus sermo graphicè exprimant, & ut faciliùs Marculfo ignoscatur, qui adhuc infeliciore seculo vixit, nec, ut ille, fuit melioribus disciplinis eruditus. Nec tamen dubito hoc opus priscis illis seculis non minore in pretio habitum fuisse quàm Gnæi Flavij scribæ apud Romanos legis actiones. Adeo rari erant qui de negotiis quamquam suis scripta conficere & quæ vellent possent facilè litteris mandare. Igitur in hujus auctoris editione non parum laboris in perpurgando, nec minùs curando ne quid temerè immutaretur. Ea siquidem quæ scriptorum incuria manifestò irrepserant emendavimus, dubia reliquimus; conjecturas tamen nostras & emendationes in Notis apposuimus. Vnum quidem Marculfi exemplar nacti sumus, quod ex ditissima Regum nostrorum bibliotheca suppeditavit nobis eruditissimi viri Nicolai Rigaltij humanitas, sed illud optimum & præstantissimum, cùm Marculfi ad Landericum dedicatoriam epistolam contineat & duorum librorum indices seu capitula ab auctore ipso prænotata. Vt planum sit ceteras formulas quæ illis non continentur, Marculfi non esse. quod incognitum doctissimis viris imposuit, qui librorum vitio, quibus omnes formulæ permixtæ erant, pleraque laudaverunt. In eo quoque recensendo usus sum excerptis quibusdam codicis Pithœani, quæ à doctissimo viro Ioanne Savarone Arvernorum Præside ad me missa sunt, cui multis nominibus me devinctum nunquam dubitabo profiteri. Secundum porrò Marculfi librum in regio exemplari excipiebant formularum capita quædam absque numeris; tum ejusdem voluminis initio aliæ plures formulæ, quarum hæc erat epigraphe, *Cartas senicas*, quas heic usurpari monuit me Ioannes Savaro quasi formulas veteres. Senicæ enim quasi senes. Igitur eas etiam formulas in unum colligavi & incerti auctoris veteres formulas inscripsi: ex quibus quædam sunt ejusdem ævi cum Marculfo, quædam verò Carolo Magno imperante proculdubio scriptæ apparent. Adjunximus & alias quæ XLVI. capita continent, quas ex vetustissimo codice descripserat & mihi jampridem communicaverat Iacobus Sirmondus, cujus viri singularis eruditio cum pari humanitate certat. His, ut faciliùs à ceteris discernerentur, titulus præfixus est: *Formulæ veteres secundùm legem Romanam.* quod ideo fecimus, quia ferè omnes iis scriptæ sint qui lege Romana uterentur, cùm in his sæpissime reperias, *Lex Romana expositi*, & *secundùm legem Romanam.* Saltem Romana est observatio; quibus tamen nonnulla barbarici moris admixta videre est. Denique cùm beneficio doctissimi viri Caroli Labbæi in manus nostras incidisset vetus

codex

codex in quo veteres quædam formulæ continebantur, qui olim Petri Danielis ac demum Iacobi Bongarsij fuerat, eas quoque adjicere visum est, ne quid formularum desiderari posset. Vtere his, Lector, & fruere. Vale.

AD LIBRVM PRIMVM.

REVERENT. P. LANDERICO] Auctoris seculum, ætatem, & institutum ex hac epistola discimus, quæ ab alio expectare frustra esset. Se enim Marculfum nomine, professione monachum fuisse, & septuaginta annis majorem diserte testatur. At cùm Landerico, cujus jussu id suscepisse fatetur, opus suum inscribit, tempus certissimè designat. Ille namque Landericus, etsi civitatis cui præfuit nomen non addatur, alius à Landerico Parisiorum antistite esse non potest: quem Chlodoveo seu Ludovico Dagoberti F. Rege claruisse constat circa annum Christi DCLX. cujus tandem sanctissimam memoriam Ecclesia Parisiensis IV. Eid. Iunij quotannis recolit. Quòd verò Landericum Papam appellet, seculi more loquutus est Marculfus. Omnes quippe tum Episcopi Papæ vocabantur. Id ex Sidonio, qui passim omnes Galliæ Episcopos Papas agnominat, palam est, tum ex Gregorio Turonensi, apud quem non semel hæc vox eodem sensu reperitur. & epistolæ Chlodovei Regis ad synodum Aurelianensem I. hæc legitur epilogus: *Oræ pro me Domni sancti & apostolica sede dignissimi Pape.* Fortunatus quoque Venantius Pictavensis Episcopus, ejusdem ævi scriptor, Leontium Burdegalensem & Gregorium Turonensem Papas passim vocat. Quin & synodus Turonensis II. sub Chariberto R. cap. 21. Epaunenses canones memorans, *à Papa Avito*, qui Viennensis Episcopus fuit, *& ceteris Episcopis* conscriptos esse ait. Quod à Græca voce, quæ patrem significat, deductum & veteribus usitatissimum fuisse ex Cypriano, Athanasio, Rufino, Hieronymo, & Augustino jam nemo nescit. Neque verò Iustiniani seculo, ut quidam putant, aut circa Gregorij Magni tempora, ut alij, illud exolevisse dici potest. Nam & plerique multis pòst annis, præsertim extra Italiam scriptores, Papæ nomen omnibus Episcopis tribuerunt. Extant inter cetera veteres Tortarij Floriacensis versus, ante sexcentos annos conscripti, de translatione B. Mauri, quibus quidam inducitur Britannus Episcopus, dum causam fugæ reddit, dicens melius esse fugere *quàm me barbarico Papam contradere Indo.* Donec in synodo Romana primus, ut à doctissimo Cardinale observatum est, Gregorius VII. Pontifex Romanus constituit ut Papæ nomen unius esset in orbe Christiano. quod inter ejus dictatus lib. 2. registri videre est.

REVERENTISSIMO] Sic MS. ut & apud Sidonium ep. 14. lib. 5. *reverentissimo exemplo*, non *reverendissimo*; ne operarum vitium putes.

EBETVDO] Gregorius Turonens. de miracul. lib. 2. cap. 2. *Cum starent omnes in hebetitate mentis attoniti.*

TAM IN PAL. Q. IN PAGO] In palatio, de negotiis scilicet quæ ante Regem expediuntur, & de quibus chartæ regales fiunt, quæ primo libro traduntur. In pago seu in unaquaque civitate, ante Comitem vel judicem loci; quæ chartæ pagenses dicuntur, & secundo libro proponuntur. qua de re latiùs libro secundo.

IN ANTEA] id est, in posterum, dehinc, veteribus Gallis *en avant*, unde natum Italicum *inanzi*. Quæ dictio non hujus tantùm auctoris propria, qui sexcentis locis ea utitur, sed & omnium ferè ejusdem ævi & sequentium auctorum. Itaque nil frequentius in synodis, capitulis, annalibus, & chronicis. quod semel annotasse visum est.

PRIVILEGIVM] Privilegij nomine heic significatur instrumentum libertatis ab Episcopo monasterio tributæ, quam vulgò exemptionem dicimus. quo sensu hanc vocem à plerisque usurpatam esse video. Porrò hæc formula testatur jam tum in usu fuisse ejusmodi libertates, & ab Episcopis, quorum præcipuè intererat, conscribi & indulgeri solitas. Verè autem privilegium dicitur. Nam jure communi Abbates Episcopis suberant, can. 4. Concilij Calchedonensis, synodi Aurelianensis I. sub Chlodoveo c. 9. c. 21. *Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant.* ex quo in capitulis Benedicti Levitæ exscriptum est cap. 139. l. 6. & apud Gratianum can. *Abbates.* 18. q. 2. Synodi Epaunensis c. 19. Aurelianensis II. sub Childeberto c. 22. Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 8. can. *Monasteria.* 18. q. 2. Itaque hæc formula exemplis se tuetur Lirinensis, Agaunensis, & Luxovienſis cœnobiorum, hoc addito, nihil de canonica institutione convelli quicquid domesticis fidei pro quietis tranquillitate conceditur, & ideo si Abbas neglexerit aut non potuerit, ad Episcopum monachorum coërcitionem pertinere. Sanè illud in ædificandis monasteriis privilegium ab ipsis ædificatoribus anxiè exquisitum & ab Episcopis concessum fuisse probant multa quæ adhuc extant exempla. Sed tandem quo firmiùs ejusmodi libertas consisteret, à summis Pontificibus eam confirmari ultrò petierunt & impetrarunt. Pleraque etiam cœnobia directò ab eadem sede apostolica se ab Episcoporum eximi potestate petierunt. Quod ut ab initio ex nimia antistitum in monachos sævitia ortum est, (ut Gregorius VII. lib. 2. ep. 69. testatur) ita negari non potest multos libertatis obtentu fugitasse disciplinam. Vnde frequentem exemptionum suo seculo usum exagitant Petrus Blesensis ep. 68. & S. Bernardus de consideratione lib. 3. c. 8. & seqq. qui tamen probat eam exemptionem quæ pro voluntate fundatorum quibusdam monasteriis indulta est, ut specialiùs ad sedem apostolicam pertinerent. Igitur ex hac formula patet initiò Episcopos, conventu aliorum Episcoporum habito, liberationem à sua potestate monasteriis concessisse, rogatu utplurimum Regum & procerum ipsorum qui ædificaverant, cujus rei multa hodie quoque suppetunt exempla. Siquidem præ- Cap. 1.

ter illa quæ ab auctore heic afferuntur, & Vincentij martyris in ſuburbano Lutetiæ baſilicam à B. Germano Pariſienſi Epiſcopo, à quo nunc nomen habet, ſimili privilegio donatam legimus apud Aimoinum lib. 3. c. 2. quod integrè ibidem à Ia. Breulio exſcriptum videre eſt. Rex quoque Guntchramnus, quæ ipſe, uxor ejus, aut binæ filiæ cœnobia conſtruxerant, multíſque poſſeſſionibus & donariis inſtruxerant, eodem pacto ab Epiſcoporum conventu confirmari enixè poſtulavit, & ut fieret obtinuit in ſynodo Valentina, quæ anno regni ejus XXIV. habita eſt. Extat etiam Bertefridi Ambianenſis Epiſcopi privilegium libertatis Corbeiæ veteris, ad petitionem Chlotharij Regis & Bathildis Reginæ conſcriptum VIII. Eid. Septemb. anno ſeptimo Chlotarij, quod eaſdem fermè clauſulas ac præſens formula continet. Inſigne verò eſt privilegium libertatis ab Epiſcopo Pariſienſi B. Dionyſij monaſterio datæ, quòd ob celebritatem nobiliſſimi cœnobij, & quòd à Landerico, Marculfo ætate ſuppari, indultum ſit, & non parum ad hujus capitis illuſtrationem facit, adſcribere non gravabor. Eſt verò ejuſmodi in cortice ſcriptum, & heic diligentiſſimè exſcriptum.

DIVINA largiente gratia Landericus Pariſiorum Eccleſiæ Epiſcopus. Quoniam quidem inter ea quæ Dei diſponente providentia curſu temporis agimus, ſi quid rectè actum eſt, ad illius qui & dando præmonuit & poſſe contulit, gloriam & noſtram proſperitatem non eſt dubium attinere, decet & præſertim eos qui in ſacris ordinibus eminere videntur, privatæ & publicæ rei ita curam agere ut & ſua peccamina adnullare, & ſi quid eſt virtutis, hoc ſemper ad altiora ſtudeant provehere, & aliorum vel benefacta commendare vel vitia invigilent corrigere. Debet etiam eſſe grata omnium Dei fidelium inter ſe familiaritas, & in expetendis dandíſque beneficiis adeo opportuna propinquitas ut nulli prorsùs digna petenti non modò non abnuat, verùm etiam ut amplius quod dignum eſt ab altero petere poſtuletur. Quapropter noverit omnium catholicæ Eccleſiæ cultorum generalis univerſitas quòd Dominus glorioſiſſimus Cludovicus Francorum Rex, divino irradiatus lumine, religioſa petitione humilitatis noſtræ extremitatem popoſcit ut & nos & Canonicorum noſtrorum communis fraternitas ſecuritatis & incommutabilitatis privilegium ederemus pro reverentia S. Dionyſij ſociorúmque ejus Ruſtici & Eleutherij, qui cum eo laurea martyrij ſunt redimiti, ad baſilicam ipſorum ubi ipſi corpore requieſcunt, & in virtutum miraculis coruſcant, & ubi Dagobertus genitor ſuus quondam Rex vel genitrix ſua Nanthildis Regina ſepulturas habere videntur. Quamquam ſancta Carthaginenſis ſynodus facta à beatæ memoriæ Domno Bonifacio ejúſque coëpiſcopis non prohibeat monachos ſub privilegio proprio reſidere, vel ſancti Auguſtini libri de eccleſiaſticis gradibus doceant monachos ſub quiete regulariter viventes ſua ſingulari lege debere quieſcere & ab omni infeſtatione Clericorum intrepidos permanere, ne ſecularis ſtrepitus eos lædat quos diſtricta regula ſervitutis Domini moderatur. Quod nos conſiderantes, dum & canonica inſtitutio nos hac de re non præjudicat, vel ideo quia ſupradicti Domini Cludovici Regis petitio quaſi nobis juſſio eſt, cui difficillimum eſt reſiſti, vel pro reverentia tantorum martyrum, quorum patrocinio ſe ipſe commiſit, ut ipſis monachis ſecundùm ſanctum ordinem vivere liceat, & ut tam pro nobis quàm pro omnibus noſtræ Eccleſiæ fratribus Deum orent, ipſum privilegium plena voluntate unà cum conſenſu fratrum meorum ipſis conceſſiſſe viſus ſum. Per quod decerno atque obteſtificatione divini nominis interdico ut nec ego deinceps nec ullus ſucceſſorum meorum hoc audeat infringere vel temerario auſu aliquatenus violare, videlicet ut omnis Preſbyter vel Clericus ex his quæ in ipſo loco beatiſſimi Dionyſij martyris, vel extra ex loco qui dicitur fons S. Remigij, ſicut via diſtinguit quæ præbet iter juxta pratum quod dicitur formoſum, uſque ad Eccleſiam S. Quintini martyris, & illinc per regalem ſtratam donec veniatur ad vivarium in capite triceni pontis, ſicut prata fratrum diſtinguunt, uſque ad præfatum locum fontis B. Remigij, omnes illi qui in hoc circumſcripto ſpatio Eccleſiis ſerviunt, ſint liberi & abſoluti ab omni debito & redditione circadarum & ſynodorum. Tamen volumus, & pro reverentia ſancti martyris Dionyſij concedimus, ut ſi neceſſitas eis fuerit, ex noſtro & ſucceſſorum noſtrorum epiſcopatu ſine pretio chriſma & oleum ſuſcipiant. Et ſi quis eorum Preſbyterorum vel Clericorum fortè aut occiſus, quod abſit, aut vulneratus fuerit, aut ex his omnibus alicujus injuriæ acclamatio ſurrexerit, quicquid ex his omnibus ad nos pertinere videatur, hoc totum Abbati qui in ipſo ſancto loco præfuerit ceteríſque fratribus habendum & diſponendum concedimus. Quòd ſi aliquis calliditate aut cupiditate præventus fuerit, & ea quæ ſunt ſuperiùs

comprehensa temerario spiritu violaverit, tribus annis pœnitentiam agat, à communione fratrum sequestratus, & nihilominus hoc privilegium Christo protegente, qui & adjuvet illud conservantibus, & dissipet illud destruere cupientibus, perpetuò maneat incorruptum. Quam definitionem constitutionis nostræ, ut nostris & futuris temporibus valitura sit, manus nostræ subscriptionibus roboravimus, & coëpiscopis Domnis & fratribus nostris rogavimus ut ipsum insuper firmare debeant. In Christi nomine Landericus ac si peccator Episcopus urbis Parisiacæ hoc privilegium consensi & subscripsi. Munemundus Episcopus consensi & subscripsi. Gouvaldus Episcopus consensi & subscripsi. Vulfolenus Episcopus consensi & subscripsi. Armentarius Episcopus consensi & subscripsi. Rauracus Episcopus consensi & subscripsi. Malchardus Episcopus consensi & subscripsi. Eligius Episcopus consensi & subscripsi. Grator Episcopus consensi & subscripsi. Ioannes Episcopus consensi & subscripsi. Burgundio Episcopus consensi & subscripsi. Faro Episcopus consensi & subscripsi. Richoaldus Episcopus consensi & subscripsi. Baldomerus Episcopus consensi & subscripsi. Audoenus Episcopus consensi & subscripsi. Taurinus Episcopus consensi & subscripsi. Eustorchius Episcopus consensi & subscripsi. Laridanus seu Karioendus Episcopus consensi & subscripsi. Berthefridus Episcopus consensi & subscripsi. Audebertus Episcopus consensi & subscripsi. Clarus Episcopus consensi & subscripsi. Castadius Episcopus consensi & subscripsi. Litterius Episcopus consensi & subscripsi. Palladius Episcopus consensi & subscripsi. Ætherius Episcopus consensi & subscripsi. Ingoldus Episcopus consensi & subscripsi. Facto privilegio sub die KL. Iulij in anno XV. regnante Cludovico glorioſissimo Rege. Austrolenus Lector jubente Domno Landerico Episcopo hoc privilegium scripsi & subscripsi.

Hunc Episcoporum ea de causa conventum memorat Aimoinus lib. 4. c. 41. & Clipiaci, quod tum palatium in agro Parisiensi ad Sequanam erat, habitum fuisse ait. *Nostri itaque devotio hoc extat animi* (inquit ibidem apud Aimoinum Rex Clodoveus) *ut monasterium patroni nostri Domini Dionysij, in quo ipse cum consortibus testimonij veritatis requiescit humatus, & piæ memoriæ genitores nostri, Dominus videlicet Dagobertus, ac Domina Nanthildis, se sepelire mandaverunt, ab omni solvamus dominio mortalium: quatenus Abba vel fratres eo loco commanentes possessiones à parentibus nostris sive ab aliis fidelibus Christianis sibi traditas absque ullius dominantis inquietudine possidentes, pro salute nostra ac statu regni nostri liberius Deum deprecentur. Huic autem nostræ suggestioni consentit venerabilis vir Landericus Parisiace urbis Præsul, in cujus diocesi cœnobium illud situm est, & cui usque ad præsens tempus subjectum fuit. Hanc ergo libertatem servi Dei inibi constituti dum fuerint adepti, nullíusque præter Dei ac sanctorum ejus, nostrúmque, (cui etiam tota natio Francorum paret) fuerint perpessi dominatum, sciant se debito tali genitoribus nostris & nobis eísque &c. fore obnoxios.* Quæ longiùs ideo adscripsimus quòd & caput propositum & superiùs instrumentum manifestò illustrent. Hæc demum libertas, seu exemptio, rogatu Pipini R. à Zacharia PP. auctoritate apostolica confirmata est, Bulla scripta in Lateranis anno V. Zachariæ II. *Non. Novemb. imperante Domino piissimo Augusto Constantino à Deo coronato anno* IV. *Indict.* VI. quæ itidem in cortice scripta, in tabulario celeberrimi illius cœnobij extat, à qua plumbum Zachariæ Pontificis nomine inscriptum filo canabino pendet.

DOMINO SANCTO] Propria hæc Episcoporum ἐφευρήματα, ut suprà in epistola Marculfi ad Landericum Episcopum, & infrà passim. Nec aliter scribere soliti, ut & *sanctitas tua*, ἁγιωσύνη. Gregorius Thaumaturgus in epistola canonica can. 7. *Vias vel domos nescientibus barbaris ostendentes, etiam ab auditione arcere oportet, donec de iis congregatis sanctis aliquid communiter visum fuerit, & ante eos sancto Spiritui.* Balsamon ibi sanctos Episcopos appellat: *Illud autem*, ante ipsos sancto Spiritui, *subjunxit, ostendens quòd quæcunque in communi consideratione ab Episcopis dispensantur & statuuntur, Spiritus sanctus suggerit.*

ET NE NOBIS ALIQVIS DETRAHENDO] Privilegium Corbeiæ à Bertefrido Ambianensi Episcopo indultum, quod proximè huic formulæ accedit, eandem clausulam ita concipit: *Et ne nos ad hoc propriæ deliberationis instinctu posteritas æstimet detrevisse, cùm etiam antiquiora vel in novo tempore monasteria, propria privilegia sunt consecuta, ex quibus ut pauca, dum longum est omnia evolvere, nominemus, Agaunensium, quod velut istud est regio munere ditatum, Lirinensium, ut basilica domni Marcelli, immóque & monasterium Luxovíense, hoc videntur habere concessum, & omnem libertatem sunt consecuti &c.* Sancti verò Marcelli, quod heic additur, privilegium a synodo Valentina confirmatum est, quæ à Guntchranno R. ob id præcipuè habita anno regni ejus XXIV. Ejus hodie, præter unicum illud caput, nihil extat.

LIRIN. AGAVN. ET LVXOV.] Lirinensis quidem insulæ antiquissimum monasterium, & quod ab Eucherio Lugdunensi, Sidonio, & aliis abundè celebratum est. Agaunense verò à Sigismundo Gundobaldi F. Burgundionum R. constructum fuisse testatur Gregor. Turon. lib. 3. c. 5. In MS. legebatur *Auganensis*, cujus loco veram lectionem reposui; quamquam & apud Faustum Presbyterum ejus seculi scriptorem Agavense cœnobium scriptum est. De Luxovio verò

Burgundiæ cœnobio vetus auctor vitæ S. Eligij Noviomensis lib. 1. apud Surium refert Audoënum seu Dadonem Rothomagensem Episcopum ejus auctorem extitisse. quod tamen non omnibus probatur. Illud quidem constat, non multò ante auctoris nostri tempora cœpisse.

SACROS PERCIPIAT GRADVS] Monachi quippe Clerici non sunt. *l. generaliter 40. C. de Episcop. & Cleric.* Nam primis seculis monachos extra clerum fuisse indubitatum est. Ideo can. 4. synodi Calchedonensis ecclesiasticis aut secularibus negotiis se immiscere prohibentur: μήτε ἢ ἐκκλησιαστικὰς, μήτε βιωτικὰς πραγματείας προστίθεσθαι, ἢ διακονεῖν. Vnde & eodem can. & can. 8. in pœnis, non depositione, ut Clerici, sed excommunicatione cum laicis puniuntur. Adhúcque in synodo Ticinensi anni DCCCLXXVIII. in qua Carolus Imperator renunciatus est, *laici & monachi perpetuo anathemate feriantur.* qui locus extat & apud Aimoini continuatorem lib. 5. c. 35. B. Hieronymus ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ pluribus aliam docet esse causam monachorum, aliam Clericorum, hos pascere, illos pasci. Quod infinitis patrum testimoniis probari posset, nisi certo certius esset monachos Clericos non fuisse usque ad tempus Zosimi & Siricij Romanorum Pontificum; quorum hic epist. 1. c. 23. ad Himerium innuere videtur licentiam se præstare monachis morum gravitate & fidei institutione commendatis ut possint Clericorum officiis aggregari. Inter opera Hyeronymi legitur Epiphanij ad Ioannem Hierosolymitanum epistola, ab eo Latinè reddita, in qua refertur Epiphanium ordinasse Presbyterum monachis quibusdam Syriæ poscentibus qui eis dominica sacramenta conficeret.

QVEM ABBAS POPOSCERIT] Privileg. Berthefridi: *Si quos autem gradus Clericorum minores aut majores Abbas jam dicti monasterij elegerit, sive intra aut extra monasterium, sine aliqua præmij acceptione constituimus consecrare.*

ALTARE BENEDICAT ETC.] Privileg. Berthefridi. *Altaria ad sæpedictum monasterium, vel tabula si defuerint, Episcopus Ambianensis Ecclesia in Dei nomine benedicat, & chrisma sacrum conficiat sine pretio, & annis singulis pro reverentia sanctorum sine ullo pretio, muneris causa concedat.* Privileg. Landerici: *Si necessitas eis fuerit, ex nostro & successorum nostrorum episcopatu sine pretio chrisma & oleum suscipiant.* Et quod de chrismate sine pretio dicitur, rectè id & secundùm canones. Synodi Barcinonensis sub Recaredo R. c. 2. *ut cùm chrisma Presbyteris diocesanis pro neophytis confirmandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur.* Meldensis seu veriùs Parisiensis cap. 45. *Vt nemo Episcoporum vel quilibet minister ecclesiasticus propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quelibet munuscula.* Synodi Cabilonensis II. sub Carolo M. can. 16. ex quo Gratian. can. *Statuimus*, 1. qu. 1.

NVLLAM PENITVS ALIAM] Berthefridus: *Vt quicquid prædicti monasterij monachis sub libertate evangelica regio munere seu à quibuslibet Christianis in agris, in mancipiis, vineis, silvis, auro, argento, vel vestibus, vel quibuslibet speciebus ad prædictum monasterium pertinentibus, à quibuslibet collatis, aut deinceps collatura sunt, sæpedictum monasterium vel monachi ibidem degentes vita nostræ temporibus seu successorum nostrorum, nec ego, nec ullus sibi Pontifex, aut aliquis ex ordine Clericorum ordinatores Ambianensis Ecclesiæ suis usibus usurpare, aut minorare, aut ad civitatem aliquas species deferre præsumat.* Quæ summatim & ad verbum ferè referuntur à Nicolao I. Papa ep. 24. qua illud Ambianensis Episcopi privilegium confirmat. Illud ipsum cavetur synodo Valentina, quæ basilicæ S. Marcelli & S. Symphoriani rogatu Guntchramni R. libertatem concedit: *Si quid per quascunque auctoritates aut scripturarum epistolas præfatus Dominus Rex vel suprà nuncupata jugalis sua filiaque eorum, sive in ministerio altariorum, sive in quibuscunque speciebus, quæ ad divinum cultum pertinere noscuntur, contulisse vel adhuc conferre voluerint, neque ab Episcopis locorum, neque potestas regia quocunque tempore successura, de eorum voluntate quicquam minorare aut auferre præsumat. Quod si quis hoc quocunque tempore temerare aut auferre præsumpserit, veluti necator pauperum, anathemate &c.*

ARCHIDIACONI] Quippe illi res temporales & Ecclesiæ opes dispensabant. Prudentius Peristephanon, de B. Laurentio, quem Levitam primum è septemviris dicit:

Cœlestis arcanum domus
Fidis gubernans clavibus,
Votáque dispensans opes.

IN ALTARIO OFFERTVM] Solemne tunc temporis erat res donatas Ecclesiæ vel traditas aut saltem earum instrumenta altari imponere. Infrà c. 2. *aut de offertione in altario.* Synodi Aurelian. I. can. 16. *Vt de his quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem Episcopus sibi vindicet.* & c. 17. *de his quæ in altario accesserint.* Gregorius Turonens. de mirac. lib. 1. cap. 61. *Homo devotus balteum ex auro purissimo cum omni apparatu studiosissimè fabricatum super altare basilicæ illius (S. Nazarij) posuit, orans ut in causis suis martyris virtus dignaretur adesse.* Leg. Alaman. tit. 1. ubi de charta donationis ad Ecclesiam: *Coram sacerdote qui ad eandem Ecclesiam deservit super altare ponat.* Leg. Bajuvarior. tit. 1. *& tunc ipsam epistolam ponat super altare, & sic tradat pecuniam.* Ideo & Carolus M. R. facta donatione Ecclesiæ Romanæ, eam *superaltare S. Petri, & postmodum intus in sancta ejus confessione posuit*, inquit Anastasius in Hadriano. Ejus rei formula traditur in Capitulis Benedicti Levitæ lib. 6. c. 370. *Et ipsam scripturam coram altari aut supra tenet, dicens ejusdem loci sacerdotibus atque custodibus: Offero Deo atque dedico omnes res quæ hac in chartula tenentur inserte.* In veteri instrumento Majoris-Monaster. apud Pithœum: *quod dum de more super altare posuissent.* In tabulario Corbeiæ: *Factum donum per manus Roberti Flandriæ Consulis, necnon Gauffredi Parisiorum Præsulis, super altare S. Petri imposuit.* Quò referri posset illud: *Qui altari servit, vivat de altari.*

AVFERRE PRÆSVMAT] Illud nominatim cavendum monachis fuit. Alioqui jure veteri id omne quod Ecclesiis totius diœcesis offerebatur, Episcopo cedebat. Synodi Aurelianensis III. sub Childeberto can. 5. *Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur, & in ejus sit arbitrio, quod ad reparationem basilicæ aut observantium ibi substantiam deputetur. De facultatibus verò parochiarum vel basilicarum in pagis civitatum constitutis, singulorum locorum consuetudo servetur.* Synodus Cabilonensis apud Gratianum: *Decretum est ut omnes Ecclesiæ cum dotibus suis & decimis & omnibus suis in Episcopi potestate consistant, & ad ejus ordinationem semper pertineant.* Verùm cùm omnia sibi vindicarent Episcopi, canonibus demum provisum fuit ut certa parte ab Episcopis præcepta, reliquum immune Ecclesiis seu parochiis superesset. qua de re elegans est constitutio in Concilio Carpenctoratensi sub Cæsario Arelatensi, synodi Aurelianensis I. cap. 16. De monasteriis verò Concilio Ilerdensi can. 3. statutum est *ut quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesana lege ab Episcopis contingantur.* Quod quidem an tum in Gallia obtinuerit nescio, cùm idipsum nominatim in omnibus monasteriorum privilegiis exactissimè cautum sit. quod alioqui frustra esset. Extat in tabulario Corbeiæ Benedicti III. Papæ epistola, qua ejus cœnobij privilegia confirmantur, quæ idipsum statuit: cujus verba, quæ huc faciunt, quòd nondum * edita, ac ne quidem ulla illius Pontificis epistola, & non minus piè quàm eleganter scripta sint, exscribere non pigebit. Sic igitur habent: *Cùmque Galliarum permaximè Ecclesias fidelium collationibus à Domino constet esse ditatas, ut nemo sit ferè Episcoporum cui sua sumptus Ecclesia satis superque non sufficiant, cujus gratia necessitudinis, quæ servorum Christi sint usibus collata, in suos committere sumptus præsumant? Si enim Clericorum, qui de propriis habundant reditibus, communicatio prohibetur cum eis quæ conferuntur Ecclesiæ, ne dum illi acceperint qui de propriis habundant, eorum qui nihil habent inopia non levetur, qua conscientia Episcopus suæ sumptibus Ecclesiæ sufficiens, qua servorum Dei fuerint usibus collata præsumat contingere? nec veretur quod per Prophetam Dominus exprobrat sacerdotibus, dicens, Rapinæ pauperis in domibus vestris. Pauperes enim Christi esse quis nesciat qui contemnentes substantiam mundi, salvatoris nostri vestigia sectantes, qui cùm esset dives pro nobis pauper effectus est. sanctæ professionis titulum sibi divitias arbitrantur? Quisquis igitur aliquid horum quæ fuerint ad necessitates eorum collata præsumpserit, & suis commodis applicuerit, rapinam in domum suam de substantia pauperis congregat. Omnia quæcunque sunt Ecclesiis oblata vel delegata, in pauperum, pupillorum, viduarum cernum est necessitates destinata. Quare quisquis ex his aliquid in suas utilitates exigit, rapinam pauperis in domum suam congestam detinet &c. Scriptum per manum Theodori notarij & scriniarij S. R. E. mense Octobrio indictione IX. Actum non. III. Octob. per manum Theophylacti Secundicerij sedis apostolicæ, imperante Domino piissimo Augusto Hlothario à Deo coronato magno Imp. an. XXXIX. sed & Hludovico novo Imperatore ejusdem filio an. VII. Indict. IV.*

* Extat. tom. VI. Spicileg. Dacheriani pag. 397.

PONTIFEX DE IPSA CIV.] Observa in casum negligentiæ jurisdictionem & potestatem Episcopo servatam; ne impunita scilicet essent maleficia, & canonica auctoritas convelleretur.

DOMESTICIS FIDEI] id est, fidelibus, qui divino servitio jugiter incumbunt, & quorum sors Dominus est. infrà c. 2. & alibi passim. Sidon. lib. 6. ep. 10. lib. 9. ep. 8. & alij.

REATV ANATHEMATIS] Frequens tum erat, & etiam postea, anathematis pœnam instrumentorum sanctionibus inserere, ut in Landerici & Berthefridi privilegiis, & infrà lib. 2. c. 1. 3. 6. & passim in veteribus formulis sacris & profanis, & in Regum quoque diplomatibus. In præcepto Dagoberti: *Si quis hæc non observaverit, & hic & in futuro anathema sit.* Sic & in testamento Leodebodi Abbatis de dotatione & constructione cœnobij Floriacensis. Nec dissimiliter apud Greg. Turon. lib. VII. cap. VI. in pactione fratrum, ne Parisios unus inconsulto altero ingrederetur, *essetque Polioctus martyr cum Hilario atque Martino confessoribus judex ac retributor ejus.*

DOMINI EPISCOPI] qui heic non tantùm adhibentur ut testes, verùm & quia ejusmodi libertas non nisi magno in conventu Episcoporum indulgebatur. infrà cap. 2. *juxta quod ab illo Pontifice vel ceteris Domnis Episcopis &c.* Berthefridus: *Quam definitionem constitutionis nostræ, ut nostris & futuris temporibus valitura sit, manus nostræ subscriptionibus roboravimus, & coëpiscopos Dominos & fratres nostros rogavimus ut ipsam in omnibus confirmare debeant.* Iisdem verbis Landericus in libertate S. Dionysij, quæ à magno Episcoporum numero subscripta est. Quam quidem Aunoinus lib. IV. c. XII. Clypiaci in conventu Pontificum & procerum totius gentis factam esse testatur, cui interfuere *propè omnes Galliarum Episcopi.* ut ille ait.

CONCESSIO REGIS] Satis ostendit hoc lemma non privilegio tantùm Episcopi, sed & consensu & confirmatione Regis opus fuisse. quod plenè hæc formula declarat, quæ superioris etiam verba recenset. Chlodovei quoque R. Dagoberti F. litteræ, quibus Landerici privilegium confirmatur, in illo cœnobio asservantur. Hincmarus Richildi Reginæ apud Flodoardum hist. Rhemens. lib. 3. c. 27. *Reducit etiam ob memoriam qualiter præfatus Rex, petente Irmintrude Regina, de rebus tunc suis per consilium Parduli Laudunensis Episcopi privilegium ad idem Oriniacum monasterium à se dictari & à ceteris Episcopis firmari rogaverit, & ipse Rex confirmaverit.* C. 2.

VIRIS APOSTOLICIS] Sic tum vocabantur Episcopi. infrà cap. 3. 5. 6. 7. 11. 16. 22. 23. & passim apud Marculfum & veteres formularum auctores, eadémque ratione apud eosdem *apostolica sede digni, & apostolica sede colendi.* Chlodoveus R. in epistola ad synodum Aurelian. I. *Orate pro me Domini sancti & apostolica sede dignissimi Papæ.* Sic & apud Gregorium Turon.

lib. 9. c. 41. & 42. extant duæ epistolæ quarum hoc est principium: *Domnis sanctis & apostolica sede dignissimis.* Ita & *apostolicam sedem* cathedram Tricassinæ urbis dixit Sidon. lib. 6. ep. 1. & *apostolatum* lib. 6. ep. 4. & 7. & alibi sæpe. quibus locis multa eruditissimè Ioannes Savaro Arvernorum & Præses & decus, quem non exscribo. Ideo autem Apostolicos Episcopos dictos esse apparet quòd in locum Apostolorum illi successerint. Præter auctores quos ille notavit, Cyprianus ep. 42. & 65. Clemens ep. 1. Anacletus ep. 2. & apud Gratianum can. *In novo.* dist. 21. & Greg. lib. 6. ep. 27. Hincmar. ep. 3. c. 4. idémque in libro adversùs Hincmarum Laudunensem cap. 12. Quamquam speciali nota Romanam sedem apostolicam dici synodi & patres ubique conclament. quod etiam Balsamo agnoscit in præfat. Concilij Carthaginensis. Quæ demum appellatio soli Pontifici Romano data est, adeo ut *Apostolicus*, nullo alio adjecto, sequentibus seculis diceretur, nostrisque vernaculis scriptoribus *Apostole.*

AVT SVP. PROPR. A. S. FISCO] His verbis duæ notantur bonorum species, & velut maxima rerum divisio quæ eo seculo recepta erat. quod & ex c. 33. infrà colligi potest. Omnia namque prædia, aut propria erant, aut fiscalia. Propria seu proprietates dicebantur quæ nullius juri obnoxia erant, sed optimo maximo jure possidebantur, ideóque ad heredes transibant. Fiscalia verò, beneficia sive fisci vocabantur, quæ à Rege ut plurimum, posteáque ab aliis ita concedebantur ut certis legibus servitiisque obnoxia, cum vita accipientis finirentur. Rursus proprium seu proprietas duplex. Alia quippe *alode* seu *hereditas*, proprium paternum aut maternum erat. Alia non à parentibus accepta, sed labore & parsimonia cujusque comparata, *ex comparato* aut *ex conquisitu* dicebatur. Sed postea & res comparatas alodij nomine vocaverunt; eòque perventum ut *alodia* liberi juris prædia, quæ nec fidem nec pensitationem deberent, generaliter dicta sint, ad feudi differentiam. quo sensu alodij vocabulum adhuc hodie jure nostro usurpatur. Hæc divisio passim apud medij seculi scriptores notanda occurrit. infrà c. 12. *Villas illas, sitas in pago illo, quas aut munere regio, aut de alode parentum, vel undecunque ad præsens tenere videtur.* &l. 2. c. 17. Greg. Tur. l. 9. c. 38. *Sunnesigillus & Gallomagnus, privati à rebus quas à fisco meruerant, in exilium retruduntur &c. quibus nihil aliud est relictum nisi quod habere proprium videbantur.* Idem lib. 7. c. 40. de uxore Mummoli: *Mulieri nihil amplius quàm ea quæ de parentibus habuerat relinquens.* Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 19. *Auditum habemus qualiter & Comites & alij homines qui nostra beneficia habere videntur, comparant sibi proprietates de ipso nostro beneficio.* & eod. lib. cap. 20. ubi alodis nomen. Lib. 4. cap. 28. *Quicunque suum beneficium occasione proprij desertum habuerit.* Sic & in testamento Caroli M. cap. 4. & in divisione regni à Ludovico Pio facta cap. 5. *beneficium* ab *hereditate* separatur. Proprietatem autem seu *terram propriam* (ut Gregor. Turon. appellat lib. 3. cap. 15.) aut ex alode aut ex comparato fuisse ex formulis suprà prolatis & lib. 2. cap. 6. & 7. manifestum est. Fisci verò nomen frequenter in ejus ævi auctoribus & vetustissimis instrumentis occurrit. Childebertus R. apud Aimoin. lib. 2. c. 20. basilicæ S. Vincentij martyris *fiscum Isciacensem* concedit. Sangallensis lib. 1. cap. 14. *Cum illo fisco vel curte, illa abbatiola vel Ecclesia, tam bonum vel meliorem vasallum quàm ille Comes est vel Episcopus fidelem mihi facio.* Caroli Calvi pro S. Dionysio præceptum, *fiscus noster, ubi fiscalinus Manbertus custos esse videtur.* Sigebertus ad annum 886. & 890. Ex quibus locis, plenius autem ex hoc Marculfi loco, declaratur fiscum id appellari quod à fisco profectum, Regis liberalitate alicui in beneficium concessum est, & ideo nomen fisci seu terræ fiscalis retinebat. Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 82. Synodi Valentinæ sub Lothario Imp. cap. 10. De alode autem infrà cap. 12.

AD PETITION. ILL.] Hoc enim libertatis privilegium ut plurimum rogatu eorum qui constructerant aut dotaverant concedebatur. Atque adeo plerunque sub ea conditione donationes fieri solitas ex lib. 2. cap. 1. apparet. *Ea scilicet ratione atque prætextu ut remota Pontificum similque ecclesiasticorum officialium seu publicorum omnium potestate &c.*

ADIICIENTES] Addit Rex clausulam immunitatis à functionibus publicis, cujus integra cap. seq. traditur formula.

IN LVMINARIBVS] quorum usus pervetustus, & à primordio nascentis Ecclesiæ, in antelucanis scilicet cœtibus; ut Irenæus, Tertullianus, & alij passim testantur. Tandémque pace Christianis data, Ecclesia id ex prisco more retinuit, tum in Dei honorem, tum in signum lætitiæ, ut B. Hieronymi verbis utar, qui Vigilantium cereorum usum reprobantem graviter redarguit. *Nam & absque martyrum reliquiis* (inquit) *per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est evangelium, accenduntur luminaria, jam sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. unde & virgines illæ evangelicæ semper habent accensas lampades suas &c.* Et quidem ignem honoris gratia, non Imperatoribus modò, verùm & aliis prælatum fuisse certum est. qua de re nos, si Deus dederit, aliàs plura. Porrò hanc de luminaribus clausulam habet præceptum Caroli R. in continuat. Aimoin. lib. v. cap. 1. itémque sæpe in Mindensis Ecclesiæ privilegiis, quæ excusa extant, & omnibus penè diplomatibus adscriptam videre est.

VT FIRMIOR HABEATVR] Clausula diplomatibus addi solita. Infrà cap. proximo & 3. & passim. Appositè ad hunc locum Hincmarus de divortio HLotarij R. & Thietbergæ, ad XII. interr. *De confirmatione autem suæ scriptura nihil dixerunt, quia quod firmaverunt, infringere nefas duxerunt, sicut in libro Hesther legitur, quantam valitudinem anuli regij habeat signatio, quantam cautelam signi illius vacuatio, quanto magis regiæ manus subscriptio. & nec perfunctorie ducere debet regia dignitas quod in suis præceptis scribitur. Et ut hoc,* inquit, *nostræ auctoritatis præceptum plenioremin Dei nomine obtineat firmitatis vigorem &c.* Hæc ille.

Cap. 1. EMVNITAS REGIA] Immunitatem, quæ & emunitas facili mutatione eo ſeculo vocabatur, Modeſtinus in leg. 15. de excuſat. ἀλειτουργησία πολιτικῶν ἢ δημοσίων λειτουργιῶν definit; eademque ἀνεσις ἢ ἀλειτουργησία Iuſtiniano dicitur. Hanc primi Chriſtiani Imperatores parcam & modicam Eccleſiis tribuerunt, & initio quidem à civilibus & perſonalibus muneribus tantùm, quod ex lib. XVI. Cod. Theod. facilè perſpicitur. Pleniſſima verò immunitas à Regibus noſtris conceſſa eſt; ut meritò dici poſſit, ſuo exemplo ceteris Principibus eandem immunitatem Eccleſiis concedendi auctores fuiſſe. Ejus itaque formulam hoc capite tradit Marculfus, ut nullus ſcilicet judex aut exactor fiſci nomine audeat aliquid in villis & rebus Eccleſiæ exigere, nec juriſdictionem aliámve poteſtatem ibidem exercere. Meminit hujus immunitatis ſynodus Aurelianenſis I. cap. 7. *ipſorum agrorum vel Clericorum immunitate conceſſa*; cujus initio capitis (ut id quoque obiter indicem) non *obligationibus*, ſed *oblationibus* legendum eſſe crediderim. *De obligationibus vel agris quos Dominus noſter Rex Eccleſiæ ſuo munere conferre dignatus eſt &c.* In ſynodo Ticinenſi à Ludovico Italiæ R. petunt Epiſcopi *ut emunitates progenitorum veſtrorum ita conſervari præcipiatis ſicut à glorioſo genitore veſtro conſtitutum eſt.* Quibus reſpondet Ludovicus: *Statuimus ut Eccleſiæ Dei per totum regni noſtri fundatæ terminos, ſub noſtræ emunitatis tuitione ſecuræ cum rebus & familiis permaneant &c. earúmque rectores propriis utantur privilegiis. Similiter & clerus omnis proprio fungatur miniſterio, nemine moleſtante noſtri terroris formidine.* Anteriorum Regum conſtitutiones, quarum meminit, extant apud Anſegiſum lib. 3. c. 26. & Benedictum Levitam li. 5. cap. 279. Hoc autem privilegium, cujus ſpecimen heic extat, *præceptum immunitatis* à Flodoardo dicitur hiſtor. Rhemenſ. lib. 2. c. 11. de Rigoberto Epiſcopo, qui illud à Dagoberto R. ſuæ impetravit Eccleſiæ, *ſuggerens qualiter ipſa Eccleſia ſub præcedentibus Regibus à tempore Domni Remigij & Clodovei Regis, quem ipſe baptizavit, ab omni functionum publicarum jugo liberrima ſemper extiterit.* Neque verò immunitatis iſtius præceptum ab amortizatione, quo forenſi verbo hodie utimur, omninò alienum eſt. Nam & pleraque cœnobiorum tabularia hanc immunitatem & amortizationis nomine inſcribunt. Quod tamen non eò pertinet, ſi attentiùs ſpectetur, ut à quocunque vectigali & ſoli tributo vacationem præſtet, ſi fortè cenſualis terra aut tributaria fuerit, ut apparet ex Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 85. *Unicuique Eccleſiæ unus manſus integer abſque ullo ſervitio adtribuatur &c. Et ſi aliquid amplius habuerint, inde ſenioribus ſuis debitum ſervitium impendant.* Synodi Meldenſis cap. 63. Quò pertinet & de terra tributaria Capitul. lib. 4. cap. 37. Ejuſdem immunitatis, eadem penè formula & conceptione verborum, diplomata extant apud Flodoard. hiſt. Rhemenſ. lib. 2. cap. 11. Sigonium de regno Italiæ lib. 5. Collectanea Camuzatij Trecenſis, in Eccleſiæ Mindenſis privilegiis Ioannis Piſtorij beneficio editis, & in veteribus cœnobiorum ſcriniis. Emunitatem porrò pro immunitate hoc ſeculo & ſequentibus dictam fuiſſe jam obſervavit nunquam ſatis laudatus Franciſcus Pithœus in eruditiſſimo ad Capitula gloſſario.

NVLLVS IVDEX PVBL.] Sic in immunitate monaſterij Derventis à Childerico R. indulta, quæ in collectaneis Camuzatij extat: *Vt nullus judex publicus, quolibet modo judiciaria accinctus poteſtate, in curtes ipſius monaſterij, ubicunque ad præſens eorum maneat peſſeſſio vel dominatio, aut quod inantea, ut diximus, fuerit additum vel condonatum, nec ad cauſas audiendum, nec fidejuſſores tollendum, nec freda exigendum, nec manſiones faciendum, nec rotaticum infra urbes vel in mercatis extorquendum, nec ullas paratas aut quaſlibet redhibitiones exactare præſumat.* Ita & Flodoardus hiſt. Rhemenſ. lib. 2. cap. 9. de Dagoberti R. præcepto: *Vt nullus judex publicus in ipſas terras auderet ingredi, ut manſiones intrando faceret, aut qualibet judicia vel xenia ibidem exigere ullatenus præſumeret.* Eadem quoque complectitur privilegium à Carolo M. Gradenſi Eccleſiæ indultum apud Sigonium de regno Italiæ lib. 4. & illud quod Eccleſiæ Patavinæ datum eſt lib. quinto. Sic denique S. Martini, S. Dionyſij, Corbeiæ, & Mindenſis Eccleſiæ privilegia, quæ eaſdem clauſulas & Marculfo ſimillimas conceptis penè verbis continent. Ad quid verò *judicis publici* nomen? An non omnes publici judices erant? Putavi aliquandiu publicos ad privatorum diſtinctionem dici, ut publici fuerint qui regij eſſent regiámque juſtitiam exercerent, privati autem qui privatorum dominorum loco jus dicerent. Namque tum, aut ſaltem Caroli M. ſeculo, privatas juſtitias fuiſſe ex quibuſdam locis non obſcurè colligi poteſt, ut in Capitul. lib. 2. cap. 44. Dagobertus R. in immunitate S. Dionyſij data Pariſiis anno decimo regni IV. KL. Auguſti: *Et ut ab omnibus optimatibus noſtris & judicibus publicis ac privatis melius ac certius credatur &c.* Quæ etſi non aliena viderentur, mutavi tamen ſententiam, ſuccurrente altera verâque, ni fallor, interpretatione. Publicus enim judex eccleſiaſtico judici opponitur in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 16. *Vt omnes juſtitias faciant, tam publici quàm eccleſiaſtici* & lib. 6. cap. 107. *Vt Epiſcopus judices publicos commoneat &c.* Sanctus Leo ad Epiſcopos per univerſas provincias: *Aliquanti malefici, qui ita ſe demerſerunt ut nullum his auxiliantis poſſit remedium ſubvenire, ſubditi legibus ſecundum Chriſtianorum Principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos judices perpetuo ſunt exilio relegati.* Ex Hincmaro de Lothar. ad XVII. interrogationem. Qua voce Anianus utitur ad leg. XII. de Epiſcop. & Cleric. Cod. Theod. *Specialiter prohibetur ne quis audeat apud judices publicos Epiſcopum accuſare.* Vnde deſumptum videtur cap. 390. lib. 5. Capitul. Benedicti Levitæ. Cujus ratio peti poteſt ex leg. 3. de epiſcopal. audient. Cod. Theod. in qua Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Impp. de Epiſcopis aiunt: *Habent illi judices ſuos, nec quidquam his publicis commune cum legibus.*

PRÆSVMAT INGREDI] infrà cap. 4. *Vt ſicut conſtat ab amedictis Principibus de villis præfatæ Eccleſiæ Domni illius integram emunita-*

tem absque introitu judicum fuisse concessam. & in formula immunitatis sanctorum, quæ XLIV. inter Anonymi formulas (sive in Appendice Marculfi) extat. In cœnobij Dervensis immunitate Childerici R. corrupta est hæc clausula, sed quæ facillimè restitui potest: *In omnibus locis & territoriis ubi aliquid possidere videntur, absque interdictu judicum.* Ex his enim planum est, *absque introitu judicum* legendum esse.

VALEANT DOMINARE] Vides hanc terrarum ecclesiasticarum immunitatem præcipuè ad jurisdictionem & justitiam pertinere, ut scilicet eorum subditi & coloni à nullo judice distringi possint, ut seculi verbis utar. quod & clarè ostendit charta Henrici I. R. anni millesimo sexagesimo, quæ inter Martiniana privilegia excusa est. Quo fit ut eo nomine in subditos jurisdictio eis concessa videatur, quam illi per Advocatos & Vicedominos exercebant, qui inter judices frequenter apud Ansegisum recensentur. Otthо Magnus in privilegio Mindensis Ecclesiæ anno nongentesimo sexagesimo primo, regni ejus XXII. *Hominibus quoque famulatum ejus monasterij facientibus, qui Saxonicè Malman dicuntur, prædictum mundeburdum & tuitionem nostram constituimus, ut etiam coram nulla judiciaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo, aut Advocato, quem ejusdem loci Episcopus elegerit.* Quod & in Henrici, Conradi, Otthonis, & aliorum diplomatibus repetitur.

IUNIORES] Carolus R. apud Aimoini Continuat. lib. v. cap. 1. *nec vos aut juniores vel successores vestri.* In diplomatibus Caroli M. Hlotharij & Theodorici in eruditissimi viri Fr. Pithœi Glossario: *Neque vos neque juniores seu successores vestri.* Marculfus cap. XXIX. *& nec vos nec juniores aut successores vestri.* quæ verba *juniores* pro successoribus dici quasi nepotibus, & postea nascendis satis apertè demonstrant. Vereor tamen ne hoc loco & cap. XXIV. junioris nomen aliud significet, cùm & juniores & successores ibidem distinctis verbis & clausulis nominentur. Iuniores enim hoc & sequentibus seculis non ætatis, sed conditionis nomen est. quod non aliena relatione *seniori* opponitur, quem etiam non ætatis, sed honoris causa dici & pro domino usurpari notum est & postea dicetur. Itaque juniores essent subditi & inferiores. Carolus M. apud Ansegisum lib. 1. cap. 161. *Ut primò omnium seniores semetipsos de ebrietate caveant, & eorum junioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant.* Lib. III. cap. LXIII. *De vulgari populo, ut unusquisque suos juniores distringat, ut melius obediant ac melius consentiant mandatis imperialibus.* Leg. Alamannor. tit. 78. 5. *Si coquus qui juniorem habet occiditur.* Hincmar. epist. 3. c. 17. Formula vetus ex codice doctissimi viri nuper magna rei litterariæ jactura fato functi Iacobi Bongarsij, quam inter varias XXIII. edidimus, *inlustris viri illius Comitis, sui juniores non exinde sic fecerunt quomodo eis fuit demandatum.* Vt planè appareat apud Marculfum & aliàs sæpe pro ministris juniores dici, quos & hæc ætas & sequens frequentiùs *servientes* nominavit. Sic accipio & apud Gregor. Turon. lib. 5. cap. 26. juniores Ecclesiæ: *à junioribus Ecclesiæ jussit bannos exigi, pro eo quòd in exercitu non ambulassent.* & apud Benedictum Levitam lib. 5. cap. 192. & lib. 6. cap. 156.

AD AVDIENDAS ALTERCATIONES] Caroli R. præceptum de S. Martini basilica: *De rebus ipsius sancti in regno nostro Austria, Neustria, & Burgundia, Aquitania, & Provincia &c. ut aliquis judex publicus fisci nostri ad agendum vel causas audiendum, seu freda vel inferendas exactandum, vel teloneum tollendum habere non præsumat; sed quicquid exinde ab antiquis temporibus fiscus noster accipere consueverat, omnia ex nostro fisco reddimus, ut in luminaribus ipsius sancti Martini vel alimonia pauperum seu stipendia monachorum proficiat.*

FREDA] Gregor. Turon. de miracul. S. Martini, lib. 4. c. 26. clarè interpretatur: *Affirmavit Rex quosdam ex his qui absoluti fuerant ad se venisse, compositionemque fisco debitam, quam illi fredum vocant, à se indultam.* Carolus M. in Capitul. *Hoc quoque jubemus, ut judices nominati, sive fiscales, de quacunque causa freda non exigant priusquam facinus componatur &c. tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilisque permaneat.* Ex quibus postremis verbis tentari posset fredum tertiam esse compositionis quæ parti solvenda erat. Nam in quibusdam causis, quæ legibus expressæ erant, præter compositionem, & fisco fredum solvebatur. quo nil frequentius in veteribus legibus, ut in lege Sal. tit. 14. & leg. Alaman. tit. 1. & 3. & passim in aliis. Litis enim expensæ nondum usu receptæ erant, ut infrà cap. 20. dicetur. Fredum verò Ioachimus Vadianus & Amerpachius à Germanica voce *frid* deducunt, quasi dicas violatæ pacis pœnam. Paci namque observandæ & ne quis eam infringere audeat multis ab annis Germani student, legibusque obligantur. quod quidem Germanis expendendum relinquo. Dicam tamen pacis conservandæ leges, quas *treugas* scriptores vocant, à Friderico I. Ænobarbo cœpisse, qui id in expeditione Italica sanxit ad privata bella & diffidia, quæ tum nimium invaluerant, tollenda, ut Radevicus lib. 3. c. 26. testatur. In veteribus autem legibus, fredi vox aliud sonat. Illud ipsum descripsit Tacitus de moribus Germanor. *Levioribus delictis, pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero convicti multantur, pars multæ Regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis ejus exsolvitur.* Non omittendum, fredi verbum & functionem adhuc Frederici II. Imp. temporibus durasse; ut edictis ejus palam est.

MANSIONES AVT PARATAS] Meritò hæc duo conjunguntur, ut & cap. seq. *nec mansiones aut paratas faciendum.* Nam apud Sigonium & in antiquis principalibus litteris paratæ perpetuò mansiones consequuntur. Et verò proxima sunt, adeo ut in quibusdam locis unum pro altero usurpetur; quamquam diversa nomina sint, & diversa etiam jura. Id jus mansiones faciendi, mansionaticum dicebatur. Carolus M. Pipino F. Italiæ R. *Ceteri per singula territoria habitantes ac discurrentes mansionaticos & paraveredos accipiunt.* Ludovicus Pius apud Ansegisum lib. 2. c. 17. *Vbi modò via & mansionatici à genitore nostro*

noſtro & à nobis per capitulare ordinati ſunt. & alibi ſæpe. Quod jus non ſatis rectè, pace tanti viri dixerim, Sigonius de regno Italiæ lib. 7. interpretatus eſt. Diploma Ludovici & Lotharij in continuat. Aimoin. lib. 5. cap. 10. *expenſas ad hoſpitum ſuſceptiones* dicit, itidémque Carolus R. cap. 35. ubi de Abbate S. Germani, *neque ſervitia ex eis exactet, vel paraveredos aut expenſas ad ſuas vel ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat, ſive manſionaticos inde exigat.* Atque etiam manſionum nomen hoc ipſum manifeſtat. Tunc namque ſolebant ſubditi hoſpitio non modò recipere Miſſos & Legatos Principis, Comites, Duces, & eorum miniſtros, verùm & viaticum eis pro uniuſcujuſque dignitate præſtare. Carolus M. Capitul. lib. 3. cap. 39. *De Miſſis noſtris diſcurrentibus, vel ceteris propter utilitatem noſtram iter agentibus, ut nullus manſionem contradicere eis præſumat.* & lib. 4. cap. 30. Ludovicus Italiæ R. in Synodo Ticinenſi: *Quando etiam Epiſcopos, Abbates vel Comites, ſeu fidelium noſtrorum quempiam in propria villa morari contigerit, cum ſuis in ſuis maneant domibus, ne ſub obtentu hoſpitij vicinos opprimant.* In eam rem tractoria dabatur, cujus formulam infrà cap. XI. videbimus. Regis quoque recipiendi idem onus provincialibus incumbebat; ejuſque rei cura ad manſionarium ſpectabat, cujus officium latè ex Adalhardo deſcribit Hincmarus epiſt. 3. c. 23. *Inter quos etiam & manſionarius intererat; ſuper cujus miniſterium incumbebat, ſicut & nomen ejus indicat, ut in hoc maximè ſollicitudo ejus intenta eſſet ut tam ſupradicti actores quàmque & ſuſceptores, quo tempore ad eos ille vel ille in loco Rex venturus eſſet, propter manſionum præparationem, ut opportuno tempore præſcire potuiſſent; ne aut inde tardè ſcientes, propter afflictionem familiæ inportuno tempore peccatum, aut iſti propter non condignam ſuſceptionem &c.* Is manſionarius in aula Conſtantinopolitana ὑφεγκωμιὸς vocabatur, ut eruditè obſervat & Suidam emendat Ioannes Meurſius in Gloſſario. Nóſque eum hodie *manſionum mareſcallum* dicimus. Tectum & hoſpitium quidem, ſive ut illi vocabant *manſionem* præbere, *manſionaticum* vocabatur; *paratarum* verò nomine, quæ pro viatico & alimentis præbebantur. Verùm hæc duo, ut jam diximus, etſi diverſa nomina nacta ſint, tamen utplurimùm ſimul exigebantur, ideóque mutuò ſe concomitari ſolent in omnibus veteribus inſtrumentis, atque adeo unum pro altero non rarò ſumitur. In Præcepto conceſſionis à Ludovico Pio Hiſpanis dato: *Miſſis noſtris aut filij noſtri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſſi fuerint, paratas faciant.* Et paulò pòſt de Comite ne illos gravet, *neque eos ſibi vel hominibus ſuis aut manſionaticos parare aut &c.* Hincmarus, *nec manſionaticos ſuis amicis aut hominibus à Preſbyteris parari.* Qui mos origine Romanus eſt; hoſpitúmque ſuſceptionem *metatum* illi appellabant, de quo titulus eſt XII. lib. XII. Cod. & publico ſumptu ali eos qui à Principe cum tractoria alicubi dirigebantur, declarat titulus ejuſdem libri de tractoriis & ſtativis. Originem apetrit Livius initio lib. 42. de L. Poſthumio Albino Cos. qui primus litteras miſit *ut ſibi magiſtratus obviam exiret, locum publicè pararet in quo diverteretur, jumentáque, cùm exiret, inde præſto eſſent.*

PARATAS FACERE] Neminis hujus interpretatio & notatio à ſuperioribus pendet. Itaque nil amplius de eo dicere ſtatueram, niſi advertiſſem ibidem quoque Sigonium impegiſſe, quod non cauſa obtrectandi clariſſ. viri memoriæ dico, ſed veritatis, & ne alios ejus auctoritas in errorem trahat. Ille enim ait ſumptus fuiſſe quos populi *in viis pontéſque fluminum, quà tranſiturus aut quò aditurus Rex erat*, impendebant. Quod minùs rectè dictum eſſe ex locis ſuprà allatis, atque etiam diplomatibus quæ apud eum extant apparet. Claudius Falcetus, quem verè Varronem Francicum dixerimus, optimè *paratas* uno Gallico verbo *livrée* interpretatus eſt. Sic enim hodie dicuntur cibi qui in familia regia miniſtris & familiaribus in ſpecie quotidie præbentur. Tunc enim, ut diximus, non hoſpitium modò Regi aliiſque ab eo miſſis dabatur, verùm & parabantur alimenta, adeo *ut ex omnibus* (inquit Ottho Friſingenſis de geſtis Friderici lib. 2. c. 12.) *quæ terra producere ſolet uſui neceſſariis, exceptis vix bubus & ſeminibus ad excolendam terram idoneis, de ceteris quantum neceſſe fuerit, militi profuturis, ad regios uſus ſuppeditare aquum illi arbitrentur.* Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 30. 69. & 73. Vet. formula apud Pithœum in Gloſſar. paratas, *paſtus* rectè agnominat: *Non ad manſionaticos vel repaſtos exigendum.* Ibidem: *non pro paſto exigendo, non pro manſionatico requirendo.* Illud addam, paratarum munus non ad hoſpitis privati tantùm onus pertinuiſſe, ſed videri ſumptus illos publicè collectos ab incolis præſtitos. Id colligo tum ex verbo *publicè*, quod ſæpe titulo de tractoriis Codd. Theod. & Iuſtinian. repetitur, tum ex Capitul. lib. 4. cap. 69. *Vt miſſi noſtri, qui vel Epiſcopi, vel Abbates, vel Comites ſunt, quandiu prope ſuum beneficium fuerint, nihil de aliorum conjecto accipiant. Poſtquam verò inde longè receſſerint, tunc accipiant ſecundùm quod in ſua tractoria continetur. Vaſſi verò noſtri & miniſteriales qui Miſſi ſunt, ubicunque venerint, conjectum accipiant. Conjectum*, hoc eſt, contributionem, ſymbolum, collectam. Quò pertinet & illud Greg. Turon. lib. 6. cap. 45. de Childeberti R. filia, quæ in Hiſpaniam nuptura ducebatur: *Adparatus quoque magnus expenſa de diverſis civitatibus in itinere congregatus eſt: in quo nihil de fiſco ſuo Rex dari præcepit, niſi omnia de pauperum conjecturis.* Vbi conjecturæ, quæ ſuperioribus locis conjecta dicuntur.

FIDEIVSSORES TOLLERE] id eſt, cogere ut ſubditi Eccleſiæ & in eccleſiaſtica terra degentes, aut ſtatim ad judicis audientiam pergant & judicatum faciant; aut ſi velint dimitti, fidejuſſores ſeu vades judicio ſiſtendi cauſa præſtent. In ſumma hoc agitur, ne judex aut miniſter regius in terris quibus immunitas conceſſa eſt jus dicat & juſtitiam exerceat. Greg. Turon. lib. 4. c. 43. *Albinus de ſede exiliens, adprehenſum Archidiaconum coarctat. Pro quo nunquam obtinere*

potuerunt, nec Episcopus, nec cives, nec ullus major natu, nec ipsa vox totius populi acclamantis ut datis fidejussoribus diem sanctum Archidiacono liceat cum reliquis celebrare, atque accusatio ejus in posterum deberet audiri &c. Idem lib. 8. c. 12. *Episcopum vallat, fidejussores requirit, & ad præsentiam Regis Guntchranni direxit.* & lib. 8. c. 7. & 43. lib. 9. c. 8. Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 34. *De his qui legem servare contempserint, ut per fidejussores ad præsentiam Regis deducantur.* lib. 5. cap. 278. & passim. Marculfus infrà lib. 1. cap. 27. & 28. Hincmarus ep. ad Sigloardum apud Flodoard. lib. 3. c. 28. Multa diplomata habent, *fidejussores requirere.*

MANVS NOSTRÆ SVBSCR.] Cæsares olim propria manu libellos, rescripta, edicta subnotasse testantur historiæ augustæ scriptores, Lampridius in Alexandro, Vopiscus in Carino, & alij sæpe. Et in Valentin. Novell. Magnus Cujacius observat hæc verba *Divina manu*, húncque morem apud Constantinopolitanos Imperatores durasse notat ad librum decimum Codicis. Vnde & Regibus nostris adhuc hodie propriæ manus adnotatio in usu est. Tunc autem subscriptionis nomine, de qua heic Marculfus agit, signum illud & character continebatur, totius nominis litteras implexas referens, qualia in vetustis regiis & imperatoris diplomatibus videre est. quod & doctissimus Freherus existimavit. Alibi dicitur, *manu nostra firmavimus.* Vnde & in Capitul. Benedicti Levitæ lib. 6. cap. 237. *manusirmationes* dicuntur.

Cap. 4. CONFIRMATIO DE EMVNITATE] quæ á Regibus successoribus solita peti, solita & indulgeri. infrà cap. 16. & 17.

PER SVAM AVCTORITATEM] Auctoritatis nomine heic & superiori capite intelligitur diploma, pragmaticum, seu ut seculi etiam verbis utar, præceptum regium, ea forma descriptum qua majorem auctoritatem habiturum erat, & ut puto, manu propria Regis subscriptum, & anulo seu sigillo Principis munitum. qua in re ab indiculo differt, ut mox adnotabimus. Gregor. Turonensis lib. 9. cap. 30. *Sed protinus epistolam cum auctoritate miserunt ne populus Turonicus pro reverentia S. Martini describeretur.* & cap. 42. in Radegondis epist. *Per auctoritates præcellentissimorum Domnorum Regum Chariberti, Guntchramni, Chilperici, & Sygiberti, cum sacramenti interpositione & suarum manuum subscriptionibus obtinui confirmari.* Constitutio Chlotarij MS. * Habetur suprà to. 1. pag. 7. * *Vt auctoritates cum justitia & lege competente in omnibus habeant stabilem firmitatem, nec subsequentibus auctoritatibus contra legem elicitis evacuentur.* Leges VVisigot. lib. 7. tit. 5. Edictum Theoderici R. cap. 73. *Auctoritates quorumlibet judicum &c.* Capitul. lib. 1. cap. 82. ubi de constitutione quadam Ludovici Pij de ordinatione servorum agitur: *In ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, & coram sacerdotibus, vel coram fidelibus laicis, ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur &c.* Synodi Parisiensis an. DCCCXLVI. quæ vulgò Meldensis dicitur, cap. 71. *Vt auctoritatem sigillo regio roboratam more tractoriæ Christianissimus Princeps donet singulis Episcopis &c.* Præceptum Dagoberti de fugitivis: *Vt autem hæc nostra auctoritas pleniorem & firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria nos & sancta synodus nostra eam subter decrevimus roborari. Data sub die* VII. *Kl. Jun. anno* V. *regni Clipiaco.*

PRÆCEPTVM DE EPISCOPATV] Formula est, ut & lemma ostendit, qua Rex, cùm primùm de obitu alicujus Episcopi certior factus est, ad Episcopum metropolitanum scribit, & præcipit ut virum illum à se probatum & electum in Episcopum ordinet & benedicat. Id quoque *præceptum de episcopatu* dicit Gregor. Tur. lib. 6. cap. 7. de Vvecienfi Ecclesia: *Iovinus iterum, qui quondam provinciæ rector fuerat, regium de episcopatu præceptum accipit.* & lib. VII. cap. XXXI. præceptionem vocat: *Nuper in Aquensi urbe Episcopus obierat. Et Nicetius Comes loci illius, germanus Rustici Vici Iulienfis Episcopi, præceptionem ab Chilperico elicuerat ut tonsuratus civitati illi sacerdos daretur.* Quod tum receptum fuisse hæc formula docet; idémque Gregor. Turon. multis locis testatur. lib. III. cap. 11. *Cùm hæc Theoderico nuntiata essent, jussit imbi sanctum Quintianum Episcopum constitui, & omnem ei potestatem tradi Ecclesiæ. Et statim directi nuntij, convocatis Pontificibus & populo, eum in cathedram Arvernæ Ecclesiæ locaverunt.* lib. IV. cap. XVIII. *Cùm Pientius Episcopus ab hac luce migrasset apud Parisios civitatem, Pascentius ei succedit ex jussu Regis Chariberti.* Alibi, *Rege ordinante*, & *Rege eligente*; ut lib. 6. cap. 15. & lib. 8. c. 39. Idem refert sanctissimam vocem illam Guntchranni R. lib. 6. cap. 39. ubi de Bituricensi episcopatu: *Post hæc Sulpitius in ipsa urbe ad sacerdotium Guntchramno Rege favente prælegitur. Nam cùm multi munera offerrent, hæc Rex episcopatum quærentibus respondisse fertur: Non est principatus nostri consuetudo sacerdotium venundare sub pretio, sed nec vestrum eum præmiis comparare, ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos mago Simoni comparemini.* Idipsum notat lex Bajuvar. tit. 1. cap. 10. *Si quis Episcopum quem constituit Rex, vel populus sibi elegit Pontificem, occiderit, solvat eum Regi vel plebi aut parentibus secundum hoc edictum &c.* Synodus Aurelianensis V. sub Childeberto R. cap. 10. *Vt nullum episcopatum præmiis aut comparatione liceat adipisci, sed cum voluntate Regis, juxta electionem cleri & plebis, sicut in antiquis canonibus continetur, consensu cleri ac plebis à Metropolitano, vel quem vice sua miserit, à comprovincialibus Pontificibus consecretur.* Id à Regibus continuatum declarant cujusque temporis historici. De Carolo Martello Flodoardus lib. 2. c. 12. De Carolo M. Sangallensis lib. 1. c. 52. ubi Carolus his qui litteris operam dabant, *Nunc*, inquit, *ad perfectum attingere studete, & dabo vobis episcopia & monasteria permagnifica.* & cap. 4. 5. & 6. Hludovicus R. (ait Chronicon Besuense) *Bictone Episcopo defuncto, Albericum virum dignum episcopatu Ecclesiæ Lingonensi restituit.* & passim de aliis apud historicos. Ex quibus apparet, ut & ex hac formula, non observata fuisse synodi Parisiensis decreta, quæ Childeberti R. tempore, pontificante Germano, habita est, cap. 8. *Nullus civibus*

Cap. 5.

invitis ordinetur Episcopus, nisi quem populi & Clericorum electio plenissima quæsierit voluntate, non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem, contra Metropolis voluntatem vel Episcoporum provincialium ingeratur. Quod quodam modo repetitum extat in synodo Rhemensi sub Sonnatio celebrata apud Flodoardum lib. 2. cap. 5. Nisi dicas synodi mentem fuisse electionem firmare, jus Regis non infringere, sed Metropolitani consensum exquirendum esse. quod probari posset ex Gregor. Turon. lib. 4. cap. 26. ubi de Santonensi conventu agit. Vnde & postea eadem moderatione Hincmarus epist. 3. c. 9. *Consensu principis terræ, electione cleri & plebis, & approbatione Episcoporum provinciæ* Episcopum ordinari debere scribit. Quò pertinet & ejusdem clariss. Præsulis epistola ad Hugonem Abbatem apud Flodoard. lib. 3. c. 24. *Ostendens quòd non Episcopi de palatio præciperentur eligi, sed de propria qualibet Ecclesia, & quòd de ordinando Episcopo non Regis vel Palatinorum debet esse commendatio, sed cleri & plebis electio, & Metropolitani in electione diiudicatio, deinde terreni Principis consensio, & Episcoporum manus impositio.* Anastasius Bibliothecarius de Benedicti III. electione: *His peractis, Clerici & cuncti proceres decretum componentes propriis manibus roborarunt, & consuetudo prisca ut posset, invillissimis Lothario ac Ludovico destinaverunt Augustis.* Sanè hodie absque controversia Reges nostri nominandorum antistitum jus retinent, ex pacto cum Summis Pontificibus & sede apostolica facto.

Assidvæ prædicationis] Munus id episcopale. S. Augustinus confession. lib. 6. cap. 3. de B. Ambrosio: *Et eum quidem in populo verbum veritatis rectè tractantem omni die dominico audiebam.* Synod. VI. in Trullo cap. 19. & ibi Balsamon. Possidius de vita B. Augustini cap. 4. *Potestatem dedit Valerius coram se in Ecclesia evangelium prædicandi ac frequentissimè tractandi, contra usum quidem & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum.* Ejus rei edictum Caroli M. memorat Sangallensis lib. 1. c. 20. *Præcepit religiosissimus Carolus Imperator ut omnes Episcopi per latissimum regnum suum, aut ante præfinitum diem, quem iste constituerat, in ecclesiastica sedis basilica prædicarent, aut quicunque non faceret, episcopatus honore careret.* quibus festivam narrationem de quodam Episcopo subjungit.

Vna cvm pontificib.] Videlicet ut magis rite & secundùm canones electus videretur, non Regis tantùm imperio constitutus. infrà c. seq. *De cujus successore sollicitudine integra cum Pontificibus vel primatibus populi nostri pertractantes.* Gregor. Turon. lib. 4. cap. 7. de Cautino Arvernensi Episcopo. Carlomannus Dux & Princeps Francorum in synodo habita anno DCCXLII. apud Benedictum Levitam lib. 5. c. 2. *Et per consilium sacerdotum & optimatum meorum ordinavimus per civitates Episcopos, & constituimus super eos Archiepiscopum Bonifacium, qui est Missus sancti Petri.*

Actio probata] id est, officium. Vide infrà ad cap. XI.

Nobilitatis ordo svbl.] Basilius ad Ambrosium: ἄδοξα ὑφεὶς τῷ γεγεννῆσθαι, γένους παμφανότητι, ἐξηρτάσθαι βίᾳ, λόγου δυνάμει, πεπεῖσθαι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀξιώσασι. quæ verissima Ambrosij præconia. Gregor. Turon. de gloria confessor. cap. 76. de Simplicio Augustodunensi Episcopo: *Fuit de stirpe nobili, valde dives in opibus seculi, nobilissimæ conjugi sociatus.* Deinde: *Propter illam, ut diximus, seculi dignitatem, Simplicius decedente Egemonio à populis eligitur: sed à Deo pro castitatis & sanctitatis gloria destinatur.* Tunc enim non alij quàm nobiles Episcopi fiebant. Quod passim apud Sidonium & Gregorium Turonensem observare licet. Quin & in Abbatibus idem quodammodo exigebatur. Ludovicus Pius de S. Martini cœnobio: *Post illius (Fridegisi) autem decessum fratres habeant facultatem eligendi de ipsis Abbatem, quem optimum & nobilitate generis & probitate morum & in scripturis eruditum &c.*

Benedici] hoc est, consecrari. utroque enim vocabulo utebantur. Gregor. Tur. lib. 8. c. 20. *Ea conditione removetur ut eum Bertchramnus Orestesque seu Palladius, qui eum benedixerant, vicibus pascerent.* Lib. 4. c. 6. *Veni, consenti nobis, & benedicentes consecremus te ad episcopatum.* Quamquam postea receptum sit ut *consecrari* dicantur Episcopi, Abbates *benedici*, cap. 1. de supplend. negligent. Prælat. cap. *Cùm contingat.* De ætate & qualit. ordinand. Heic autem apparet Regem ad metropolitanum Episcopum scribere, cujus officij illud erat ut confirmaret suffraganeos & cum aliis provinciæ Episcopis consecraret. Ideoque additur, *cum adunatorum caterva pontificum.* & cap. seq. *junctis vobiscum vestris comprovincialibus, ipsum in suprascripta urbe consecrare.* Synodi Nicænæ can. 4. Δεῖ τὸν κύριον τῆ μητρώῳ ἐπαρχίᾳ τὸν μητροπολίτην. Synodi Antioch. cap. 19. Ἐπίσκοπον μὲ χειροτονεῖσθαι δεῖ παντάπασι τὸν ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας. Martinus Bracarensis in collect. can. c. 3. & 4. Hincmarus adversùs Hincmarum Laudunensem, qui nondum typis editus, sed ex bibliotheca illustrissimi Præsidis Iac. Augusti Thuani à docto & pio viro brevi lucem expectat. Sic igitur ille cap. 6. in quo præclarè metropolitani Episcopi jura summatim recenset: *Si in Rhemensi provincia præter meam sententiam quis fuerit à quibuscunque & quantiscunque provinciæ hujus Episcopis factus Episcopus, sicut mystica Nicæna synodus diffinivit, non oportet eum esse Episcopum. Si autem communi ceterorum decreto Episcoporum rationabili, & secundùm regulam ecclesiasticam comprobato, tu aut alij duo tui complices tecum propter contentiones proprias contradixeritis, mea cum pluribus ad ordinandum Episcopum obtinebit sententia. & mihi non tibi firmitas eorum quæ geruntur de ordinationibus vel aliis rebus ecclesiasticis in Rhemensi provincia tribuetur: in qua si fuerit defunctus Episcopus, ego & non tu visitatorem ipsi viduatæ designabo Ecclesiæ, & electionem cum decreto canonico præcipiam fieri. Et si in partes se eligentium vota diviserint, meum & non tuum erit eligere qui majoribus ad ordinandum studiis juvetur & meritis: & meum est ordinandum examinare, non tuum; tuum est autem cum aliis mecum ordinare Episcopum, & litteris canonicis, quas or-*

To. 2. oper. Hincmar. pag. 402.

dinatus ab ordinatoribus suis jubetur accipere, post me in suo loco subscribere.

Cap. 6. INDICVLVS REGIS] Caput hoc ejusdem cum superiore argumenti esse titulus testatur. Verùm hanc inesse puto differentiam quòd superiùs *præceptum* inscribatur, majoris scilicet auctoritatis diploma, manu propria Principis subscriptum, & annulo fortè munitum, ut suprà de auctoritate diximus. Istud verò *indiculus* dicitur, quem, ut existimo, rectè epistolam absque sigillo dixeris. Id colligo ex Capitul. lib. 3. c. 58. *Et si confœderamentales homines cum ipso venire renuerint, jussione dominica, aut indiculo, aut sigillo ad palatium venire cogantur.* In legibus Vvisigoth. lib. 2. tit. 1. l. 18. *De his qui ammoniti judicis epistola vel sigillo, ad judicium venire contemnunt.* Ergo indiculus & sigillum discreta sunt, & indiculus absque sigillo est. Indiculi verò nomine nil frequentius ævo illo.

ILLI EPICOPO] Metropolis antistitem *Archiepiscopum* dixisset, si seculi tulisset usus. Per ea namque tempora Archiepiscoporum appellatio vixdum in Occidente usurpari cœperat; solique Patriarchæ ita designabantur. quod postea Metropolitanis communicatum hodie retinemus.

Cap. 7. CONCESSIO CIVIVM] Ita MS. titulum concipit, magis tamen placet *Consensus civium.* in quo capitum index & extrema capitis verba consentiunt. Ita etiam P. Pithœi codex MS. nisi *consensionem* quis malit. Igitur hac formula plebs pastore destituta Regem ea de re certiorem facit, & suppliciter postulat ut virum aliquem in Episcopum illis concedat. Id solitum fieri ex Gregor. Turon. apparet lib. 4. c. 26. ubi de Santonensi conventu: *Quo ejecto, consensum fecerunt in Heraclium tunc Burdegalensis urbis Presbyterum, quem Regi Hariberto subscriptum propriis manibus per nuncupatum Presbyterum transmiserunt: qui veniens Turonos, rem gestam beato Eufronio pandit, deprecans ut hunc consensum subscribere dignaretur* Et postea: *Consensum ad te direxerunt ut alius in loco ejus substituatur.* Lib. 8. c. 22. *Cum muneribus & consensu civium ad Regem properat, sed nihil obtinuit.* Idem de B. Gregorii Papæ electione initio libri decimi: *Comprehenso disruptis epistolis consensu, quem populus fecerat, Imperatori direxit.* Quò pertinet & synodi Aurelianensis V. can. 11. *Nullus invitis detur Episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum ad consensum faciendum cives aut Clerici inclinentur.*

SENIORI COMMVNI ILL.] Nullus, ut apparet, sensus. Itaque minima vel nulla mutatione legendum, *illi Regi vel seniori, commune illius* civitatis, nempe τῷ κοίνῳ. Populus enim conveniens de electione tractabat, & consensu in aliquem facto, ejus relationem scriptam & subscriptam ad Regem dirigebat; ut hæc formula testatur, & Gregorius Turonensis. Seniorem verò pro domino usurpari jam attigimus, & notius est quàm ut probatione egeat.

Cap. 8. CHARTA DE DVCATV &c.] Litteræ sunt Principis, quibus provinciæ vel civitati rectores destinat, qui aut Patritij, aut Duces, aut Comites vocantur. Hanc formulam jam edidit eruditissimus vir Petrus Pithœus, flos litteratorum, litterarúmque verè parens, in opere quod de Campaniæ patriæ suæ Comitibus edidit. Nos ex archetypo iterum repræsentamus.

ACTIONEM COMITATVS &c.] Actionem, id est, officium. Inde agentes infrà cap. 11. *omnibus agentibus*, id est, officialibus, ministris, ubi nos plura. De comitatu verò & ducatu pauca heic attingere ad Marculfi illustrationem non piget. Et quidem de comitatu illud primùm occurrit, videri nihil omnino commune habere cum Germanis illis comitibus de quibus agit Tacitus, ut quidam scripsere. Comites enim ille dixit, Latini sermonis proprietate, eos qui officij causa majores comitantur. Itaque hic magistratus à Francis usurpatus merè origine Romanus est, non illius quidem veteris reipublicæ, nec initio florentis imperij, sed posteriorum temporum; quibus Comitis nomen variis magistratibus tributum fuit, atque adeo civitatum rectoribus. Vt remota omittam, Comites Massiliæ apud Sidonium legimus lib. 7. epist. 2. & comitivæ Syracusanæ & Neapolitanæ formulas lib. 6. Variarum Cassiodorus scripsit; quarum si munia cum nostris conferas, eadem prorsùs apparebunt. Ille enim *judices* eos vocat cap. 22. 23. & 24. & civilia negotia examinare dicit, itidémque eos *exercitum habere* & provinciam custodire. Ideoque in formula comitivæ provinciæ lib. 7. *Quamvis omnium*, inquit, *dignitatum officia à manu secludantur armata, & civilibus vestibus videantur induti qui districtionem publicam ducentur operari, tua tamen dignitas à terroribus ornatur, quæ gladio bellico, rebus etiam pacatis, accingitur.* Per singulas provincias Comites à Theoderico Italiæ R. mitti solitos eodem libro docet, qui inter Gothos aut Gothum & Romanum jus dicerent, & judices etiam vocat. Vt rectè definierit Suidas Comitis verbum, dum populi magistratum vocat κόμης ὁ παρὰ δήμου. nec aliter sanè Hesychius. Quæ omnia Comitis etiam apud Francos veteres munus describunt. Singulis enim tum civitatibus Comites præerant, quorum potestas iisdem quibus Episcopi finibus distincta erat. Gregor. Turonens. lib. 6. cap. 22. *Rex igitur Chilpericus pervasis civitatibus fratris sui, novos Comites ordinat, & cuncta jubet sibi urbium tributa deferri.* cap. XLI. *Missique ad Duces & Comites civitatum nuntios, ut muros componerent urbium.* Idem sæpe eos judices, non Comites, vocat: sed lib. 7. cap. 42. seipsum interpretatur: *Post hæc edictum à judicibus datum est ut qui in hac expeditione tardi fuerant damnarentur. Biturigum quoque Comes misit pueros suos, ut in domo beati Martini &c.* lib. 8. c. 18. *Gundobaldus comitatum Meldensem super Guerpinum (invasit) ingressúsque urbem causarum actionem agere cœpit, Exinde dum pagum urbis in hoc officio circumiret, in quadam villa à Guerpino interficitur.* Sic enim locum mutilum uno verbo restituo. Idem de gloria confessor. cap. 10. & de vita patrum in S. Nicetio, & passim. Synodi Cabilonensis II. sub Carolo M. cap. 20. *Comites, qui post imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt.* Hincmarus epistola pro Episcopis Galliarum & Germaniarum Christianissimo Principi, quæ prima inter Busæi Paralipomena excusa

est, cap. 3. *Hujus gloriosa domus Dei decorem & locum habitationis gloriæ ejus fidelissimè diligere & zelari debent non solùm Episcopi & sacerdotes in sedibus, sed etiam Reges in regnis & palatiis suis, & Regum Comites in civitatibus suis, & Comitum Vicarij in plebibus, & quicunque patresfamiliæ in domibus suis.* Horum officium & munus *in pace & justitia facienda* præclarè traditur in Capitul. lib. 2. c. 6. & lib. 4. c. 5. Quitandem extremo dominationis Carolinæ stirpis ex ministris domini facti latè dominati sunt, donec pristinæ dignitati sensim regnum restitutum. Nec verò omittendum est Comitum officium sub prima Regum nostrorum familia non ad vitam fuisse, ut quidam scripserunt. Ad certum namque tempus eos tum constitutos mihi constat ex multis Gregorij locis, quorum insignis est lib. 4. cap. 36. Vnde apud eum frequenter hæc verba leguntur, *ex Præfecto, ex Comite, ex Duce, ex Vicario*; & ille remotorum exempla recensèt. Quod item à Romanis desumptum dubitari non potest, qui magistratus omnes ad certum tempus designatos habuere. Ideoque in Cassiodori formulis lib. 6. & 7. omnibus ferè adscribitur, *per Indictionem illam.* Duces autem Romani rei bellicæ & exercitibus regendis tantùm præpositi erant. Inde Duces limitum in Notitia Imperij, & Ducis Rhetiarum formula apud Cassiodor. lib. 7. Apud Francos verò præerant quidem exercitui: verùm & jus quemadmodum Comites dixisse hæc formula ostendit, & ex Gregorio Turonensi planum est. Comitibus honore & potestate superiores fuisse constat, pluréisque comitatus & Comites eorum curæ committebantur. Gregorius Turon. lib. 8. c. 18. *Nicetius per emissionem Eulalij à comitatu Arverno submotus, ducatum à Rege expetiit, datis pro eo immensis muneribus. Et sic in urbe Arverna, Ruthena, atque Vcetica Dux ordinatus est.* Cap. 26. *Turonicis atque Pictavis Ennodius Dux datus est.* Ex quibus liquet duodecim Comites sub cura Ducis necessariò non fuisse, ut quidam aiunt. Sanè in annalibus Pipini, qui Aimoino subjuncti sunt, lib. 4. c. 61. ita scriptum legitur: Pipinus *domum reversus Grifonem more Ducum duodecim comitatibus donavit.* Quod si verum est, Pipini tantùm ævo id observatum dici debet. Superiora namque Gregorij exempla aliud notant. Scitè VValafridus Strabo, pervetustus auctor, qui dominante secunda Regum nostrorum familia claruit, in libro quem ille de rebus ecclesiasticis scripsit, cap. 31. ubi seculi & Ecclesiæ dignitates comparat, Comites Episcopis, Duces Metropolitanis assimilat: *Archiepiscopos, qui ipsis Metropolitanis præminent, Regibus conferamus. Metropolitanos autem Ducibus comparemus; quia sicut Duces singularum sunt provinciarum, ita & illi in singulis provinciis singuli ponuntur. Vnde in Calchedonensi Concilio jubetur ne una provincia in duos Metropolitanos dividatur. Quod Comites vel præfecti in seculo, hoc Episcopi ceteri in Ecclesia explent.* Sic ille. De Patriciis verò cap. 35. dicetur.

VIDVIS ET PVP. DEFENSOR] Ita etiam Ludovicus Pius Comites admonet Capitul. lib. 2. c. 6. *Pupillorum & viduarum & ceterorum pauperum adjutores & defensores sitis.* Sed præstat caput longiùs exscribere. Huic enim formulæ planè geminum est, & omnino ad illustrationem & explicationem non hujus tantùm loci, sed & superiorum & sequentium clausularum confert. *Proinde monemus vestram fidelitatem ut memores sitis fidei nobis promissæ, & in parte ministerij nostri vobis commissi, in pace scilicet & justitia facienda, vosmetipsos coram Deo & coram hominibus tales exhibeatis ut & nostri veri adjutores & populi conservatores justè dici & vocari possitis: & nulla quælibet causa, aut munerum acceptio, aut amicitia cujuslibet, vel odium aut timor, vel gratia ab statu rectitudinis vos deviare compellat quin inter proximum & proximum semper justè judicetis. Pupillorum verò & viduarum & ceterorum pauperum adjutores & defensores, & sanctæ Ecclesiæ vel servorum illius honoratores, juxta vestram possibilitatem sitis. Illos quoque qui temeritate & violentia in furtis & latrociniis sive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur, vestro studio & correctione, sicut decet, compescite &c.* Synodus Ticinensis sub Ludovico Italiæ R. *Vt singuli Comites* (ita lego, non *conventus*, ut vitiosè editum est) *& exactores reip. in suis ministeriis legalem procurent facere justitiam, pupillos & viduas protegant, per loca solita restaurent palatia, quibus, cùm inter dictaverit, nos legatósque nostros valeant recipere.* Optimè viduarum & pupillorum causa commendatur magistratibus, quos contrà improbus ille certissimam esse prætoribus prædam dicebat. Præclarum etiam illud, ut viduarum, pupillorum, pauperum causæ ante meridiem audiantur & definiantur, & causæ regiæ & potentum post meridiem, Capitul. lib. 2. cap. 33. & lib. 4. cap. 16.

IN FISCI DITIONIBVS] Comites tributa etiam curasse & ærario intulisse vel hic locus evincit. Illud quoque confirmat Gregor. Turon. lib. 6. c. 22. & lib. 7. c. 23. & Cassiodor. lib. 6. cap. 21. rectori provinciæ id muneris adscribit. Leges Ribuarior. tit. 45. *Si quis judicem fiscalem, quem Comitem vocant.* Qua de re ejusdem Gregorij Turon. insignis est locus lib. 10. cap. 21. *Eunte autem Comite ut debitum fisco servitium solitè deberet inferre.* Quæ verba cum ultimis Marculfi componenda sunt: *Per vosmetipsos annis singulis nostris erariis inferatur.* Vnde & tributum, inferenda dicitur in Capitularibus Caroli M. Addit. IV. cap. 116. Appendix Gregorij cap. 74. Aimoinus lib. 4. cap. 26. Exemplar V. C. Pithœi *fisci dicationibus* habuit; cujus loco rectiùs in reg. *ditionibus* scriptum est.

INDICVLVS AD AL. REG.] Epistola est à Rege ad alium Regem scripta, legatis etiam missis. Cap. 9.

FRATRI ILLI REGI] Vt hodie, ita tum quoque mutuò se Reges fratres dicebant. Alaricus R. ad Chlodoveum R. apud Gregor. Turonens. lib. 2. cap. 35. *si fratrem meum velit.* Chosroes Persarum R. in epist. ad Iustinianum, in Menandri Protectoris excerptis de legationibus: Χοσρόης βασιλεὺς βασιλεῖ &c. Ἰουστινιανῷ Καίσαρι ἀδελφῷ ἰσοτίμῳ, & alibi apud eundem ἀδελφόθεν. Posset tamen dici hoc capite Regem fratrem vocari, quòd eo seculo vixerit auctor quo regnum inter

fratres divisum erat. Sed superior interpretatio verior est.

Cap. 11. TRACTORIA LEGATORVM] Tractoriarum usum à Romanis mutuatum esse hæc formula indicat. Sunt autem diplomata quæ dantur missis vel evocatis à Principe, ut cursu publico uti possint, quem alioqui absque diplomate usurpari fas non erat; adscriptis etiam locis & mansionibus quibus sumptu publico ali debent. Commeatus enim in itinere præstandus definiri his litteris solebat, ut hæc quoque formula exemplo est. Diplomata simul vocari insignis locus Plutarchi in Galba ostendit: ἐκ τὰ καλούμενα διπλώματα συμπασῶν δόλῳ ἀφαιρεῖται οἱ μὴ πᾶσι ἀρχοῦσι ἐκ τοῖς τῶν ἐχόντων ἀμιλλᾶται, ἐπιταχύνοντι τὰς ὁδοιπορίας τῶν τεταμιευόντων: & ille postmodum Imperator, qui quòd sine diplomatibus cursum usurpasset, pedibus iter facere coactus est. *De tractoriis & stativis* titulus extat Cod. Th. & Cod. Iustinian. lib. XII. ubi plura Magnus Cujacius, qui hanc Marculfi formulam integram inserit; quam tamen puriorem auctore exhibere conatus est, nos fide auctoris edidimus. Tractorias igitur à Francis frequentatas Marculfus docet, posteáque Caroli ævo durasse ex Capitul. patet. Lib. 4. cap. 30. *Si quis litteras nostras despexerit, id est, tractoriam quæ propter Missos recipiendos dirigitur &c.* Quid verò unicuique in itinere commeatus præstari deberet, Tractoria signabatur. Capitul. lib. 4. cap. 69. *Missi accipiant secundum quod in sua tractoria continetur.* Idque variè pro dignitate & qualitate (ut Capitula dicunt) personarum; ut ecce plus Episcopo, quem Rex mittebat, Abbati & Comiti non tantum, minus autem Vasallo decernebatur, quemadmodum Capitul. comprehensum est. Lib. 4. cap. 72. *Episcopo panes XL. frisinge tres, de potu modii tres &c.* quæ hujus formulæ speciem referunt. Verùm Marculfi & Caroli M. temporibus non eò pertinuisse tractorias arbitror ut cursus publici usum concederent, qui nullus tum erat; sed ut equi, mansiones, sumptus & viatica Missis à Principe directis aut ab eo evocatis à subditis & provincialibus suppeditarentur, qui mansionaticorum & paratarum oneri tenebantur. qua de re suprà cap. tertio. Paratas enim pro speciebus quæ in hac tractoria recensentur accipio. De paratis Capitula Caroli & Ludovici apud Carisiacum: *Constituite Comites & ministros reip. qui non diligant munera &c. qui illorum frisinkæ non prædentur. Custodiant silvas, unde habeant pastionem, defendant & excolant prata, unde habeant pabula: quatenus non sit necesse vobis per quascunque occasiones, quorumcunque hortatibus, circuire loca Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, vel Comitum, & majores quàm ratio postulat paratas exquirere, & pauperes ecclesiasticos & fidelium vestrorum mansuarios in carrucaturis & paraveredis exigendis gravare.* Tractorias olim apud Romanos non tantùm Imperator dabat, sed & Præfectus prætorio & Magister officiorum. leg. 9. de cursu publico lib. XII. Cod. Hæc verò formula nomine Regis inscripta probat non ab aliis quàm à Rege Francorum concedi solitas. Itaque petierunt Galliæ Episcopi à Carolo Calvo R. ut id illis tribueretur. Synodi Meldensis cap. 71. *Vt auctoritatem sigillo regio roboratam more tractoriæ Christianissimus Princeps singulis donet Episcopis.* Sanè hoc jus singulari beneficio quibusdam concessum fuisse non negaverim. Tractoriæ autem speciem refert vetus diploma Chilperici R. datum sub die III. Kal. Maij anno primo regni Compendio, quo res ab avunculo Clodechario R. & Baldechilde Regina avia sua Corbeiæ monasterio donatas & privilegia concessa confirmat, & inter cetera annonas quasdam à telonario Fossatense annis singulis accipiendas, eáque de causa evectionem quoque concedit misso monasterij, cui hæc procuratio committetur. cujus particulam mox exscribemus. Inter formulas incerti auctoris (five in Appendice Marculfi cap. 10.) una extat quæ *Tracturia pro itinere peragendo* inscribitur, & ab Episcopo cuidam, qui Romam orationis causa petit, traditur; & inter Varias (five inter Bignonianas) cap. 15. alia est peregrinationis item causa à Majore domus concessa. Et ambæ quidem precibus conceptæ sunt, ut religionis causa peregrino mansionem, focum, panem & aquam tantùm largiri velint illi per quos iter facturus est, Dominúmque eis retributurum. Vna verò etsi eodem ferè stylo à Majore domus, qui tum Regis vices agebat, scripta est, precibus tamen agit, quia extra ditionem. Ita tractoriæ vocabulum latiùs extensum est. Siquidem Carolus M. in præcepto S. Dionysij de mercato, quo telonea & omnigeneris tributa ad mercatum venientibus remittit, illud ipsum tractorium vocat, *per hanc nostram tractoriam.* Itidémque Hludovici Pij de ipsa re diploma *Tractoria* dicitur.

OMNIBVS AGENTIBVS] Cujacius adjecit *in illo loco*, quasi dicas, omnibus qui ibi degunt & habitationem habent. non satis convenienter, & præter auctoris mentem. Nec est etiam quod ad agentes in rebus quis referat, quorum in Romano imperio erant scholæ sub Magistri officiorum dispositione, qui variis officiis & ministeriis destinabantur, & in frumentariorum locum successisse Aurelius Victor testatur, de quibus titulus est lib. XII. Codicis, & ab Ammiano Marcellino & beatis Ambrosio & Augustino sæpius memorantur. quod planè alienum est ab agentibus ad quos hæc formula. Itaque ejus vocabuli interpretatio ex eodem sæculo, non aliunde petenda est. Vnicum è S. Dionysij scriniis diploma id præstabit. Præceptum Dagoberti R. de fugitivis: *Dagobertus Rex Francorum vir illuster omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Centenariis, Vicariis & ceteris agentibus nostris.* Idem de mercato: *Dagobertus Rex Francorum vir inluster Leutone, Vulfione, Raucone Comitibus, & omnibus agentibus nostris, Vicariis, Centenariis, & ceteris ministris reip. nostræ.* ubi palam est agentes non aliud quàm ministros & officiales regios designare. Actionis quippe nomine officium significabatur. Marculfus suprà cap. 8. *Ideo actionem comitatus, ducatus, patriciatus in pago illo, quam antecessor tuus videtur egisse, tibi ad agendum regendúmque commisimus.* S. Augustin. ep. 70. Bonifacio Comiti: *Nempe omnes actus publicos, quibus occupatus erat, relinquere cupiebas.* Idem sermone de divers. *qui aut militia cingulo detinentur, aut in actu sunt publico con-*

ſtituti. Victor Vticenſis lib. 2. *Cenſet primò tyrannus juſſione terribili ut nemo in ejus palatio militaret, neque publicas ageret actiones, niſi ſe Arrianum feciſſet.* Inde actionarij pro officialibus in legib. Longob. lib. 1. tit. 9. l. 28. *Damus in mandatis cunctis Epiſcopis, Abbatibus, ſeu actionariis noſtris ut hæc omnia adimpleantur.* Gloſſæ: *Actionarij, Comites actiones & ima perquirentes.* Sic ſynodi Aurel. IV. c. 13. *publicis actionibus applicare.* Synodi Rhemenſis ſub Sonnatio Epiſcopo apud Flodoard. lib. 2. c. 5. *Inceſti communione priventur, & neque in palatio militiam neque agendarum cauſarum licentiam habeant.* id eſt, non ut poſtulare non poſſint, ſed ne officij exercendi facultatem habeant. Nam & Gregor. Turon. lib. 8. c. 18. Comitem *cauſarum actionem agere* dixit. Eodem pertinet & Gregorij Tur. inſignis locus lib. 4. c. 42. de Mummulo, cujus pater Autiſiodorenſem comitatum regebat. *Cumque*, inquit, *ad renovandam actionem munera Regi per filium tranſmiſit &c.* Qui locus etiam oſtendit quod ſuprà diximus, comitatus ad certum tempus tunc datos, muneribúſque continuationem impetratam. Actor autem dominicus (de quo apud Gregor. Tur. lib. 9. c. 38. & in Capitul. lib. 4. cap. 3. & 41.) aliud eſt. Nam pro rationali & procuratore fundi alicujus regij accipitur.

Evectio] Gregor. Turon. lib. 9. cap. 9. *datis litteris & pueris deſtinatis cum evectione publica.* Plura apud Cujacium ad leg. 13. de curſu publico lib. XII. Codicis. Quibus addere viſum eſt quod ex veteri diplomate Chilperici R. exſcripſimus, cujus antè mentio facta eſt. *Ita ut telonarius qui per teloneum Foſſenſe agere videtur, annua illatione hæc omnia ad Miſſos ipſius monaſterij qui inde directi fuerunt dare & adimplere teneatur; imóque & evectionem ad ipſum Miſſum, qui ad hoc exigendum ambularet, perpetualiter abſque renovata tracturia annis ſingulis dare precipimus, hoc eſt veredos ſeu paraveredos* x. *panis nitidi* x. *ſequentis* x. *vini mod.* 1. *ceruſiæ mod.* 1. *lardi lib.* x. *carnis pondo* xx. *caſei lib.* XII. *piſorum lib.* xx. *caprum* 1. *pullos* 11. *ova* x. *olei lib.* 11. *gari lib.* 1. *piperis unciam* 1. *cumini uncias* 11. *ſal, acetum, olera, lignum ſufficienter. Hæc omnia ſuperius commemorata locis convenientibus, annis ſingulis, eiſdem tam euntibus quàm redeuntibus abſque mora dare & adimplere deberetis, etiam ad reverendum carra* XII. *de loco in locum per loca conſuetudinaria.*

Evectio simvl et hvm.] Humanitas pro cibo. Optatus lib. 5. p. 59. a. *Vindicent ſibi & miniſtri*, (id eſt *Diaconi*. ſic Commodianus) *qui menſæ dominicæ famulantur, ut pro humanitate exhibita ab invitatis gratulatio eis referatur.* Caſſiodor. lib. 6. cap. 3.

Veredos sev paraveredos] Procopius de bello Perſico lib. 11. ὁ δὲ Ἴωαννης διωκόδε ὑγιαίνοντος, ὃς δὴ βιβλίδιος καλεῖν νομίζουσι. Multa Cujacius ad tit. de curſu publico, & Fr. Pithœus in Capitularium Gloſſario; ad quos lectorem remitto. Enumerationis verò quæ ſequitur non diſſimilia ſunt principalia reſcripta de annonis ſingulis diebus certis perſonis præſtandis, apud Trebellium Pollionem & Vopiſcum.

Avcas] Anferes habet Cujacius; & recta eſt interpretatio. Sed *aucas* ſeculi vocabulo ſcriptum fuiſſe fides MS. teſtatur. Leg. Alaman. tit. 98. 18. *ſi auca fuerit involata.* 19. *ſi accipiter quæ aucam mordet.* In traditione bonorum in villa Hoſtheim anno DCCCLXXVI. traditionum Fuldenſium lib. 2. *Oves* XL. *auca* XVIII. *pulvilli* 11. *capones* 11. quod nomen etiam hodie Aquitani retinent.

Gari] Liquamen Romanis maximè celebratum. Auſonius ad Paulinum ep. XVI.

Facvlas tantas] ligni ſcilicet. In epiſtola Valeriani ad procuratorem Syriæ apud Trebellium Pollionem, *ligni quotidiani pondo mille.* Nam & in quibuſdam locis ubi rarius eſt appenditur, ut ibidem eruditiſſimus Caſaubonus obſervavit.

Præceptvm donationis] inter virum & uxorem, ut ſeries oſtendit, liberis non extantibus, uſufructus nomine ei qui ſuperſtes fuerit. Eodem pertinet cap. 7. lib. 2. cujus ſi non eadem omnino verba, eadem prorsùs mens. Verùm differentia in eo eſt quòd hæc ante Regem facta ſit, ideòque præceptum dicitur, & inter regales chartas traditur; altera verò, non ante Regem, ſed inter chartas pagenſes lib. 11. refertur. Quæ donationis inter virum & uxorem mutuæ ſpecies apud nos obſervatur, eaſdémque planè ei leges conſtituit Pariſiorum conſuetudo cap. 280. Cap. 11.

Pro eo qvod filior. procreat.] Hoc caſu donationem ita conceptam permittit lex Ribuariorum tit. 50. *Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem ſuam in præſentia Regis, ſive vir mulieri, vel mulier viro, ſeu cuicunque libet de proximis vel extraneis, adoptare in hereditatem, vel in adfatimi per ſcripturarum ſeriem, ſeu per traditionem & teſtibus adhibitis ſecundùm legem Ribuariam licentiam habeat.* Tit. 51. *Quod ſi adfatimus* (id eſt, donatio) *fuerit inter virum & mulierem, poſt diſceſſum amborum ad legitimos heredes revertatur; niſi tantùm qui parem ſuum ſupervixerit, in eleemoſyna vel in ſua neceſſitate expenderit.* Id ex teſtamento mutuo inter virum & uxorem, Valentiniani Novella approbato, petitum eſſe dici poteſt.

Per manvm nostram] Sic cap. proximo: *per manum noſtram tranſvulſum*, & paulò póſt: *nobis voluntario ordine viſus eſt laſſoverpiſſe vel condonaſſe, & nos prædicto viro illi ex noſtro munere largitus, ſicut ipſius illius decrevit voluntas, conceſſimus.* Leg. Ribuar. tit. 50. *in præſentia Regis.* Ideoque & hæc donatio præceptum donationis inſcribitur, quòd ante Regem peracta ſit. Poſſeſſionis enim ſolenniter transferendæ duo tum modi, aut in judicio ante Comitem & judices ſuos, quos Scabinos dicebant, aut in Regis præſentia in palatio. Quæ cauſa fuit Marculfo in duos libros opus ſuum partiendi, & ſingillatim horum negotiorum formulas tradere. Capitul. Benedicti Levitæ lib. 6. cap. 212. *Qui filios non habuerit, & alium quemlibet heredem ſibi facere voluerit, coram Rege vel coram Comite & Scabinis vel Miſſis dominicis, qui ad eo ad juſtitiæ faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.* Teſtamentum verò viri & uxoris Novella 4. lib. 2. Valentiniani ap-

probatum, in præsentia Principis fiebat, saltèm venia impetrata, & relatione facta. *Nam cùm liceat* (inquiunt Impp.) *cunctis jure civili atque prætorio, liceat per nuncupationem, liceat municipalibus gestis judicia suprema componere, proculdubio manebit firmior hæc voluntas quæ testimonio Principis & subscriptione conditoris firmatur.* cui congruit l. *Omnium.* C. de testament. unde hanc donationis formam fluxisse probabile est.

AVT MVNERE REGIO] Eandem heic tangit bonorum divisionem quam suprà cap. 3. notavimus. Beneficium namque, alode, & comparatum his verbis significantur. *Munere regio*, id est per beneficium Regis, quod postea feudum dictum est; licèt non ignorem à Regibus tunc quoque in proprietatem prædia data, ut infrà cap. XVII. Alodi verò rectè parentum nomen subjungitur. Propriè enim alode illud est quod à parentibus acceptum possidetur. Sic lib. 2. cap. 4. 6. & 9. Itaque *comparato* opponitur lib. 2. cap. 7. *tam de alode, aut de comparato, vel de quolibet adtractu.* cap. 12. *tam de alode paterna quàm de comparato.* Incerti auctoris (sive Appendicis Marculfi) formula 47. *tam quod alode parentum quàm ex meo contractu mihi obvenit.* & cap. 49. formularum Romanarum (sive Sirmondicarum) cap. 14. & 38. Ioannes VIII. PP. Ludovico R. epist. 139. de Bosonis filiabus, ut eis bona paterna redderentur: *Et pro nostro amore integriter ipsas proprietates, quas vos alodes dicitis, reddat.* Sic quoque hereditas passim pro alode dicitur, Leg. Salic. tit. 62. leg. Ribuarior. tit. 58. Nam quod in titulo *alodes* dixerant, in dispositione *hereditatem* vocant. Marculf. lib. 2. c. 7. *tam de alode quàm de comparato*, eadem postea repetendo, *tam de hereditate parentum quàm de comparato.* Vita Caroli M. apud Adhemarum: *Ibique multitudo Saxonum baptizata est, & secundum morem, omnem ingenuitatem illorum & alodem manibus gurpierunt, si amplius immutassent.* quæ eadem Reginoni *ut perderent ingenuitatem & hereditatem* dicuntur. Traditionum Fuldensium lib. 2. Abbatissa Emhil donat *propriæ hereditatis suæ terram in diversis videlicet locis tam de paterno quàm & de materno jure ad me pertinentem.* Alibi sæpe *paternum aut maternum alode.* Rhenanus & Vadianus arbitrantur alodij vocem inde natam quòd ea bona familiis velut coagmentata & conjuncta essent, à Germanica voce *anlodt.* Tentari posset ab alia Germanica voce originem ducere *ald*, quæ vetus antiquúmque declarat, auctore Aventino in Glossario. quæ notatio ad hereditatis nomen & paternam terram proximè accedit. Tandem verò & comparatum alode dictum, & generaliter omnis proprietas hoc censita nomine, ut ad Capitula observat sæpe nominatus vir magnus Franciscus Pithœus. In adnuntiatione Hludovici Regis: *Et illorum alodes de hereditate, & de conquisitu, & quod de donatione nostri senioris habuerunt.*

DRAPPIS] Synodi Pistensis anni DCCCLXIII. cap. 1. *Et sicut quando solemus de istis frequentibus itineribus reverti ad mansiones nostras detonsi & decalvati, cum drapis & calceamentis depannatis, & tunc nos reficimus & reparamus.* Variar. formul. (sive Bignonianar.) cap. 8. & 13. *aurum & argentum & drapalia.* Quod panni seu vestimenti genus, hodie nomen apud nos retinet, *drap.*

PRÆCEPTVM DE LÆSIVVERPO] Cap. 13. Formula est traditionis per quam possessio in palatio & in Regis præsentia transfertur.

FIRMISSIMVM] Quod enim in præsentia Principis actum est, omnes solennitates superat. Immo qui *testamentum Regis* (id est, instrumentum) *absque contrario testamento falsum clamaverit, non aliunde nisi de vita componat.* Leg. Ribuar. tit. 62. 7.

PER FISTVCAM] Tradita videlicet festuca in signum translatæ possessionis. Multis quippe tum utebantur traditionum symbolis, per glebam, sive terram & herbam, ut loquuntur formulæ incerti auctoris (id est, Appendix Marculfi) cap. 19. & 43. per virgam aut baculum. Vetus venditionis instrumentum apud Brissonium form. lib. 6. *Tu pascui fuste illum investito, tu segniti fustem manu capito.* & aliàs sæpe. Per chirotecam. Robertus Comes & Abbas S. Martini anno septimo regni Odonis Regis: *Reddimus Dociacum, admoniti, ad ejus sepulchrum veniens per guantum nostrum.* Per librum, ut ad Goffridum Vindocinensem observat vir eximiæ eruditionis Iac. Sirmondus, baculósque & chirothecas & ejusmodi traditionum symbola multa in tabulario sancti Albini hodie quoque extare testatur. Per anulum Comitis. Vet. form. *Genitor suus dimisit per fistucam & anulum ipsius Comitis, ipsi advocato tradidit in sua eleemosyna.* Per cultellum cum cespite & festuca. Tabularium S. Benigni Divionensis: *Fulchardus per vvadium suum & cultellum suum cum festuca & cespite coram præsentia bonorum hominum qui ibidem aderant se exutum fecit, & secundùm legem suam Missis beati Benigni publicè tradidit, Aldegario videlicet monacho & Præposito ejusdem monasterij, & Godefrido nomine tenus monacho, vel quæ per pretium Berthiloni Chorepiscopo & Abbati atque monachis ejusdem loci vendiderat, accepto librarum VII. pretio. Anno XXVIII. regnante Carolo R.* Fistucæ verò frequens in eam rem usus. Marculfus lib. 1. cap. 21. *quod in præsenti per fistucam eas eidem visus est commendasse.* Lib. 2. c. 14. *pars parti tradidisse, & per fistucam omnia partitum esse dixisse.* Leg. Salicæ tit. 48. ubi qui modus donationis faciendæ fuerit & possessionis transferendæ traditur, & tit. 52. Frequentia hujus traditionis ex facilitate descendit, quod fistuca obviam sæpe occurrat. Id luculenter describitur in concessione Guidonis Comitis Pictavorum, quam ego doctissimo viro Ioh. Belio Fontenaiensis apud Pictonas præfecturæ Advocato regio lubens acceptam refero. Dignus profectò qui in hanc rem exscribatur locus. *Vobis & omnibus aliis adhinc inantea permitto, concedo, & ad integrum restituo terras easdem & cetera omnia cum omnibus pristinis consuetudinibus, sicut ipse & mater mea cum illo tenuerunt, & monasterio S. Trinitatis dederunt, ut habeatis & teneatis firmissimo stabilimento vos & posteri vestri. Tunc inclinavit se Comes, & accepit viridem scirpum, nam domus recenter erat juncata. sicut solemus facere quando aliquem personæ potentis*

vel

vel dominum ſuſcipimus vel amicum. Tunc juncto ipſo non tam domum faciens quàm reſtaurationem, dedit duobus fratribus qui præſentes aderant, id eſt, Domno Claro & fratri David &c. Anno ab incarnatione Domini MLXVIII. *Indict.* VII. X. *KL. Iuny. Acta eſt iſta conceſſio à venerabili Comite Pictavorum Vvidone infra terram quæ vocatur Maritima apud Eccleſiam S. Saturnini.*

VVERPISSE] id eſt, dimittere, & ſic alium veſtire. Vita Caroli M. apud Adhemarum: *ingenuitatem illorum, & alodem manibus gurpierunt*, quo loco in quibuſdam exemplaribus, non *gurpierunt*, ſed *dulgum fecerunt* ſcriptum eſſe V. C. Petrus Pithœus notavit. quæ verba eodem recidunt. Chronicon S. Benigni Divionenſis ſub Rodulfo R. Robertus Vicecomes *in ipſo placito in præſentia principum eoſdem ſervos vvirpivit & ſancto Benigno reddidit.* Eò etiam referendum quod in formula XLIII. incerti auctoris dicitur *de ipſis rebus ſe exutos eſſe dixiſſe.* nam rem dimittendo & ſe exuendo, alium inveſtiebant. Quo vverpiendi verbo hodie utimur. in jure enim dimittere, *deſguerpir* dicimus. Inde vidua in veteribus Gallicis ſcriptis *la guerpie*, quaſi relicta, dicitur. Froſſart. hiſt. vol. 1. cap. 242.

LÆSOVVERPISSE] Leg. Salicæ tit. 48. hæc traditur donationis forma, quæ à Marculfo non longè recedit: *in mallo &c. & ſic feſtucam in laiſum ejus jactet, & ipſi in cujus laiſum feſtucam jactaverit, in caſa ipſius manere, & hoſpites tres ſuſcipere &c.* Fr. Pithœus ex vet. gloſſar. *in laiſum* in ſinum interpretatur, hucque eleganter vulgare forenſe verbum *tendre le giron* refert. Itaque læſouverpiſſe eſt rem aliquam dimiſiſſe & alteri tradidiſſe feſtuca in ſinum jactata.

ACCOLABVS] Hæc enumeratio omnibus inſtrumentis adſcripta eſt, ut exempla proferre fruſtra ſit. Accolæ verò qui heic nominantur ſunt coloni ſeu adſcriptitij qui ſimul cum prædiis venibant; ut & de villicis, ſaltuariis, & actoribus apud Iuriſconſultos exempla extant. Chartul. S. Martini; *cum hominibus ibidem commanentibus, quos colonario ordine vivere conſtituimus.* Servorum autem quæ fuerit apud Germanos veteres conditio apertè declarat Tacitus: *Servis non in noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſteriis utuntur. Suam quiſque ſedem, ſuos penates regit; frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis ut colono injungit; & ſervus hactenus paret.*

Cap. 14. ERGO COGNOSCAT] Si ad proximam præfationem hæc referas, abſona & aliena erunt. Nam cùm in ſuperiori præfatione loci ſancti fiat mentio, heic de inluſtri viro loquitur. Verùm & hæc & quæ ſequuntur ad primam & ſecundam præfationem referenda, quæ de donationibus à Rege fidelibus ſuis factis ſcriptæ ſunt.

FARINARIIS] Farinarium pro piſtrino dicit, ut & alij non pauci medij ſeculi ſcriptores. Leg. Salicæ tit. 24. 3. *Si quis ſcluſam de farinario alieno ruperit.* Tit. XXXIII. 3. *ſi quis viam quæ ad farinarium ducit clauſerit.* Diploma Caroli Simplicis R. de S. Martini cœnobio, *cum vineis, culturis, ſilvis, pratis, farinariis.* In traditionibus Fuldenſibus lib. 2. *totum & integrum, terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, molinariis &c.*

QVICQVID EXINDE FACERE] Sic cap. præced. & cap. 17. Gregor. Turonenſ. lib. 10. c. 31. *Cui aliquid de fiſci ditionibus eſt largitus, deditque ei poteſtatem faciendi de his rebus quæ voluiſſet.*

CONFIRMATIO] Vide infrà cap. 35. Confirmatio eſt à Rege locis ſanctis & venerabilibus indulta, quam ſolemne erat à Principe impetrari. Privilegia enim & cetera ejuſmodi à Principibus indulta, poſt illos ſucceſſorum confirmatione opus habent. Ceterùm de confirmationibus ejuſmodi rerum Eccleſiarum agit Hincmarus de divortio Hlotharij & Thietbergæ pag. 599. & 412. ubi querelam inſtituit adversùs Reges ſui temporis, qui ſpecie confirmationis ab Eccleſiis & locis ſanctis petitæ, & quam liberaliter indulgebant, bona tamen quæ eâ deſignabantur occupabant, & aut ſibi retinebant, aut fidelibus largiebantur. quam in verſutiam latè invehitur. Cap. 16.

CONFIRMATIO] Confirmatio eſt à Rege conceſſa, ejus quod ab anterioribus Regibus quibuſdam perſonis ex fiſco donatum fuerat, non in beneficium ſeu feudum, (morte quippe accipientis finiebatur) ſed in proprium, ut ad ſucceſſores etiam tranſiret. Quod ex his verbis manifeſtum eſt: *Et ipſe & poſteritas ejus eam teneant & poſſideant, & cui voluerint ad poſſidendum relinquant, vel quicquid exinde facere voluerint ex noſtro permiſſu libero perfruantur arbitrio.* Theganus Trevirenſis Chorepiſcopus de geſtis Ludeuvici Imp. cap. 19. ejus liberalitatis nomine Ludovicum extollit: *In tantum largus ut villas regias, quæ erant ſui & avi & tritavi, fidelibus ſuis tradidit eas in poſſeſſiones ſempiternas, & præcepta conſtruxit &c.* quæ tamen non rectè Falcetus de beneficiis intelligit, & præter auctoris mentem feudorum ſucceſſionis & proprietatis inde deducit originem antiquit. lib. 8. c. 18. In chartulario S. Martini Turonenſis extat ejus donationis diploma Caroli Simplicis R. Odoni Comiti factæ: *Placuit fidelem noſtrum de rebus proprietatis noſtræ donare, ut quicquid pro utilitate ſua proprietario facere decreverit, licentiam habeat & poteſtatem faciendi, donandi, vendendi ſeu commutandi. Anno* X. *regni Indict.* XII. *Narbonæ.* Itémque alia ejuſdem Odonis tum Regis Ebolo Comiti. Sic etiam accipio *in alodium dare* ſynodi Meldenſis cap. 41. Cap. 17.

DE REGIS ANTRVSTIONE] Ex hac formula apparet antruſtionem dici fidelem Regis, qui ſe fidem ei ſervaturum juramento ſpopondit. quod & nomen indicat. Fidem enim *trevv* hodie quoque Germani vocant, ut & apud Aventinum in gloſſario *drou & dravv*, quæ non niſi pronuntiatione differunt. Itaque antruſtiones fideles ſunt, leudes, ut paſſim Gregor. Turon. eos vocat, & auctor appendicis ad Gregorium, ſive is Idacius ſive Fredegarius ſit, aut, ut ſequens ætas dixit, vaſſi & vaſalli. Inde truſtis leg. Salicæ tit. 43. 4. *Si quis eum occiderit qui in truſte dominica eſt,* XXIV. *denariis qui faciunt ſolidos* DC. *culpabilis judicetur.* Aliter verò in reg. MS. legis Salicæ, quæ Marculfo noſtro præpoſita eſt, concipitur, quod proximè huic formulæ accedit; *Si* Cap. 18.

quis antruſcionem dominicum occiſſerit, malb. malcho, XXIV. denariis qui faciunt ſolidos DC. *culpabilis judicetur.*

VNA CVM ARIMANIA SVA] Ita edidi, Fr. Pithœum ſequutus, qui ad tit. 43. leg. Sal. hanc formulam exſcripſit; etſi regium exemplar, non *arinania*, ſed *arma* habeat. Hæſi certè aliquandiu utrum eligerem, quòd per arma jusjurandum olim præſtitum memineram, itémque illud interpretari poſſe putarem de eo qui armis ornatus, ut par erat, conſpectum Principis adit. Vicit me tandem auctoritas Pithœi; quam etiam ratio ſuadet. *Arimania* ergo heic pro familia uſurpatur. Sanè eo nomine ſervorum ſeu colonorum ſpeciem ſignificari multis ex inſtrumentis manifeſtum eſt. Vvido Imp. in legibus Francicis & Longobardicis adjectis tit. 5. *Nemo Comes, neque loco ejus Præpoſitus, neque Sculdaſius ab arimannis ſuis aliquid per vim exigat præter quod conſtitutum legibus eſt, ſed neque per ſuam fortunam in manſione arimanni ſe applicet &c.* Tit. VI. 2. *Si ex præcepto imperiali Comes loci ad defenſionem patriæ ſuos arimannos hoſtiliter præparare monuerit &c.* Diploma Conradi Imp. pro Eccleſia Mutinenſi anno MXXXIX. apud Sigonium de regno Italiæ lib. 8. *caſtella, villas, manſos, ſervos & ancillas, erimanos & erimanas.*

IN MANV NOSTRA] Manibus enim datis, more Francico, fidelitas promittebatur. Annales Pipini inſerti Aimoini continuationi lib. 4. c. 64. *Illuc & Taſſilo Dux Bajoariorum cum primoribus gentis ſuæ venit, & more Francico in manu Regis in vaſſaticum manibus ſuis ſemetipſum commendavit, fidelitatémque tam ipſi Regi Pipino quàm filiis ejus Carolo & Carlomanno jurejurando ſupra corpus ſancti Dionyſij promiſit.* qui locus fidelitatis illius morem apertè tradit, & Marculfum omnino illuſtrat. Sacramenti verò formulam, qua conceptis verbis ſuper ſanctorum reliquias jurabatur, ediderunt P. Pithœus una cum ſecundæ Regum familiæ hiſtoricis, Fr. Pithœus in Gloſſario, & Falcetus antiquit. lib. 6. c. 5. ideóque non exſcribo. Hominium id poſtea dictum eſt; cujus formulas poſterioribus ſeculis varij variè pro more regionis tradiderunt. Richardi Capuæ Principis fidelitatis jusjurandum lib. 1. regiſtri Gregor. VII. Papæ extat. Videndi Fulbertus apud Ivonem Carnotenſem Decreti par. 12. c. 76. Radevicus lib. 3. c. 19. lib. 2. feudorum tit. 6. & 7. Gallica verò lingua pleræque civitatum leges & conſuetudines, liber 11. MS. legum Pariſiorum & Aurelianenſium, Butellerius in Summa rurali. Sed ut ad annales Pipini redeam, ſcitè *ſeipſum commendavit* ſcriptum eſt. *Se* namque *commendare*, pro hominium ſeu fidelitatem facere tunc uſurpabatur. Hincmarus de Villa Noviliaco (Eruditorum etenim conjecturæ, qui hujus opuſculi eum auctorem faciunt, libens accedo) *Proceſſu denique temporis commendavit Donatus filium ſuum Gozelum Carolo Regi; cui in beneficium dedit Carolus villam Novilliacum cum appenditiis ſuis.* Nithardus lib. 1. *Qui omnes commendati eidem ſacramento fidem firmaverunt.* Conceſſionis præceptum à Ludovico Imp. Hiſpanis datum: *Noverint tamen iidem Hiſpani ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam ut ſe in vaſſaticum Comitibus noſtris more ſolito commendent.* Diviſio regni Ludovici Pij cap. VI. Sic etiam accipienda hæc verba, *ſe illi commiſtunt*, apud Frodoardum ad an. 922. 924. & 940. Illud poſtremò obſervandum, fidelitatem hodie quidem feudi cauſa tantùm præſtari; tum verò, ut ex hac formula patet, etiam citra beneficium plerique ejuſmodi ſacramento fidem ſuam obſtringebant, ſervitiúmque Principi profitebantur, non tamen fortaſſe ſine ſpe aliquod beneficium poſtea à Principe obtinendi. Solebant enim Reges his fidelibus ſuis beneficia ſeu feuda vacantia conferre. Conceſſionis præceptum Ludovici Imp. pro Hiſpanis: *ſi beneficium aliquod quiſpiam eorum ab eo cui ſe commendavit fuerit conſecutus, ſciat &c.* Sangallenſis de geſtis Caroli M. lib. 1. cap. 22. de quodam Epiſcopo: *Hic habuit unum vaſſallum non ignobilem civium ſuorum valde ſtrenuum & induſtrium, cui tamen ille, ne dicam aliquod beneficium, ſed ne unum quidem aliquando blandum ſermonem impendit.* ubi vaſallum ſine feudo & beneficio nominat. Vid. Capitul. lib. 3. cap. 73. Poſſent & alia non pauca ejuſdem rei exempla proferri.

TRVSTEM] id eſt, fidem. Leg. Sal. tit. 41. Decretio Chlotarij R. cap. 3. Vnde *antruſtio*, de quo antea.

VVIRGILDO SVO] Vvirgildus tum vocabatur pecunia quæ pro homicidio aut alio delicto defuncti heredibus & propinquis ſolvebatur; fredum verò quicquid ex eadem cauſa fiſcus capiebat. Nam apud Germanos veteres certa pecuniæ ſumma delicta æſtimabantur, neque homicidium morte lui lex erat. Leg. Bajuvar. cap. 1. tit. 7. 3. *Nulla ſit culpa tam gravis ut vita non concedatur.* Cap. 11. tit. 1. 4. *Vt nullus Bajuvarius alodem aut vitam ſine capitali crimine perdat, id eſt, ſi in necem Ducis conſiliatus fuerit, aut inimicos in provinciam invitaverit &c. Cetera verò quæcunque commiſerit peccata, quouſque habet ſubſtantiam, componat ſecundum legem.* Vides facinoroſos nec vita nec bonis privari, niſi in majeſtatis crimine. in ceteris pecuniariam fuiſſe pœnam, quæ *compoſitio* dicebatur. Idem in reliquis ejuſdem ævi legibus obtinet. Morem hunc antiquiſſimum obſervaverat Tacitus: *Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui quàm amicitias neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus.* Ideoque frequenter in vet. legib. & capitulis hæc verba reperias *de vita componat*, & Capitul. lib. 3. c. 10. *ſi quis convillus fuerit perjurij, perdat manum aut redimat.* Vveregildus igitur *compoſitio* dicitur quæ propinquis præſtatur luendi homicidij aut alterius criminis cauſa. Præter vett. leg. in quibus ſæpius id occurrit, Capitul. lib. 4. c. 13. 15. 18. *Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & vvirgildus ejus proximis perſolvatur.* Burchardus in lege familiæ: *Ius erit familiæ ut de vveregeldo fiſcalini hominis quinque libræ ad cameram reddantur, & duæ libræ & dimidia amicis ejus contingant.* Item *vveregeldum reddat, & cum proximis pacem faciat.* In Vvillelmi Normanni Angliæ R. legibus apud Roge-

rium Hovedenum annalium parte poſt. in Henrico II. *Vvere ſuum id eſt pretium redemptionis ſuæ ſolvat.* Inde *triniumgeltum & niungeldum* pro triplici & nona compoſitione in legib. Bajuvar. tit. 2. c. 13. & tit. 8. c. 1. & 2. leg. Alaman. tit. 7.

SOLID. DC. ESSE CVLP.] Quæ Salica & magna eſt compoſitio, Leg. Sal. tit. 43. & paſſim. Pragmaticum Regum Lotharij & Ludovici pro Eccleſia Pariſienſi: *Si forte calliditate judicis aut alicujus perſonæ ipſæ immunitates alicubi inruptæ fuerunt, priſcorum lege id eſt ſolidis* DC. *multetur.*

Cap. 19. PRÆCEPTVM DE CLERICATV] Iam monuimus præceptum apud Gregorium Turonenſem, Marculfum, & alios pro diplomate Principis accipi. Præceptum igitur de clericatu hoc dicitur Regis epiſtola qua licentiam alicui concedit ut Clericus fieri poſſit. Nam abſque Principis conſenſu Clericos ordinari mos non erat. quod apertè hæc formula teſtatur. Adalberonis Remenſis Archiepiſcopi epiſtola, quæ 57. eſt inter Gerberti epiſtolas: *Perfidiæ ac infidelitatis crimine in regiam majeſtatem arguor detineri, eò quòd nepotem meum, Clericum videlicet meæ Eccleſiæ, licentia donaverim, quia & palatium adierit, & dono alterius Regis epiſcopatum acceperit ejus regni quod ſenior Lotharius in proprium jus revocaverat, quòdque gradus eccleſiaſticos ei poſtmodum contulerim abſque licentia & auctoritate ſenioris mei.* Synodi Aurelianenſis I. cap. VI. *De ordinationibus Clericorum id obſervandum eſſe decrevimus, ut nullus ſecularium ad clericatus officium præſumat accedere niſi aut cum Regis juſſione, aut cum judicis voluntate.* Ejus rei ratio redditur à Carolo M. apud Anſegiſum lib. 1. cap. 114. ubi id quoque renovata conſtitutione ſancitur. *De liberis hominibus qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut priùs hoc non faciant quàm à nobis licentiam poſtulent. Hoc ideo quia audivimus aliquos ex illis non tam cauſa devotionis hoc feciſſe quàm pro exercitu ſeu alia functione regali fugienda, quoſdam verò cupiditatis cauſa ab his qui res illorum concupiſcunt circumventos audivimus. & hoc ideo fieri prohibemus.*

DE CAP. BENE INGENVVS] Admuntiatio apud Piſtas an. DCCCLXIV. cap. 28. MS. *Vt illi Franci qui cenſum de ſuo capite vel de ſuis rebus ad partem regiam debent, ſine noſtra licentia ad caſam Dei aut ad alterius cujuſcunque ſervitium ſine licentia noſtra tradere voluerint, Comites vel Vicarij hoc eis non conſentiant, ſed ex banno noſtro prohibeant.*

IN PVLETICO PVBLICO] Pithœus ad tit. 26. leg. Sal. hanc particulam exſcribens *polyptico* legit, rectiùs ſanè & concinniùs. Manuſcripti tamen libri lectio retinenda videtur, quamquam barbara, ſed quæ linguæ corruptionem prodat. Nam polyptichum ſignificat, & ab eo deductum eſſe apparet. Hodie quidem eccleſiaſticorum beneficiorum & reditumm notitias & catalogos *Poulier* dicimus. Itaque nil immutandum. Senſus autem hujus loci hic eſt, Regem licentiam alicui dare Clericum fieri, ſi quidem ingenuus ſit, non ſervus publicus, aut colonus, ſive adſcriptitius, qui in publicis rationibus ſeu polyptychis cenſitus & inſcriptus non ſit. Quò pertinet ſynodi Rhemenſis ſub Sonnatio Epiſcopo decretum apud Flodoard. hiſt. Rhem. lib. 2. cap. 5. *Hi vero quos publicus cenſus ſpectat, ſine permiſſu Principis vel judicis ſe ad religionem ſociare non audeant.* Rationes autem publicæ polyptycha dicuntur. In leg. 11. de diſcuſſorib. Cod. Th. quæ initio Impp. *polypticha* dixerant, in fine eadem *ratiocinia publica* vocant. quod ibidem etiam rectè Anianus interpretatur. Vegetius de re militari lib. 2. c. 19. Caſſiodor. Variar. lib. 5. cap. 14. Plenè autem de polyptychis agit Magnus Cujacius Obſervat. lib. 4. cap. 27.

COMAM CAPITIS] Comam namque Clerici ordinandi deponebant. Gregor. Turon. lib. 3. cap. 18. de Chlodovaldo Chlodomeris R. F. *ſibi propria manu capillos incidens Clericus factus eſt.* lib. 4. cap. 4. de Macliavo Britanno: *Venetiam urbem expetiit, ibique tonſuratus & Epiſcopus ordinatus eſt. Mortuo autem Chanaone hic apoſtatavit, & demiſſis capillis uxorem quam poſt clericatum reliquerat, cum regno fratris ſimul accepit.* Hic enim Macliavus cùm clericatui renuntiare vellet, demiſit capillos, id eſt, comam nutrire cœpit. Inde pleriſque ſynodis cavetur ne Clerici comam nutriant. Lubet heic obiter adnotare, cùm Childebertus & Chlotarius Reges de fratris filiis interficiendis conſilium caperent, Clotildæque matri utrum illos tonderi an interfici mallet nuntiarent, tonderi non accipi ut Clerici aut monachi fierent, ut plerique intelligunt, ſed an vellet eos à regni ſucceſſione removeri, inciſa cæſarie, quam prolixam & vetuſtè comptam Reges regiique tum Principes alebant. Id apparet ex his apud Gregor. Turon. verbis lib. 3. c. 18. *utrum inciſa cæſarie, ut reliqua plebs habeantur.*

DE DIVISIONE VBI REG.] Familiæ erciſcundæ judicij formula eſt, qua Rex dividendæ hereditatis cauſa ad petitionem partium Miſſum ſuum delegat. Leges Longob. lib. 2. tit. 29. Flodoardus lib. 3. c. 27. Huc planè facit Gregor. Turon. locus lib. 9. c. 33. *In qua cauſa Theutarius Preſbyter, qui nuper ex referendario Sygiberti Regis converſus preſbyterij honorem accepit, acceſſit, ut hanc diviſionem juxta Regis imperium celebraret.* Illud conſtat, jure Romano Prætores coheredibus aut aliis volentibus à communione diſcedere arbitrum dediſſe. Cap. 20.

ET DECIMA ILLIVS SVMPTVS LITIS] In MS. vitioſè ſcriptum erat *ſuntellitis*: cujus loco *ſumptus litis* repoſui. quod & ſcripturæ veſtigium & ſenſus ipſe ſuadebat. Conſtitutio Caroli M. MS. cap. VII. *De hereditate inter heredes ſi contentione egerunt, & Rex Miſſum ſuum ad illam diviſionem tranſmiſerit, decimum mancipium & decima virga hereditatis fiſco Regis detur.* Qui locus ad hujus loci interpretationem omnino facit. Sententia igitur eſt, Regem decimam illius litis, ſumptuum ſeu expenſarum nomine fiſco ſuo quacunque de cauſa debitam, alicui donare & concedere. Olim namque apud Romanos neceſſaria erat ex parte actoris cautio decimæ partis litis, calumniæ nomine; quia initio litis cavebat actor, ni viciſſet, reo decimam præſtitum iri. Extat in conſultatione veteris Iuriſconſulti conſti-

tutio Diocletiani ex Codice Hermogeniano (quam inde etiam exscribit Cujacius Observat. 7. c. 6.) quæ ejus repromissionis decimæ partis meminit: *Quippe si per calumniam hoc eum facere confidis, remedio repromissionis initio postulatæ calumniæ decimæ partis ejus quod competit, tibi condemnari eum desiderare potes.* Cujus cautionis specimen præbet cap. 29. formular. Legis Romanæ. Hanc obsoletam sustulit Iustinianus leg. ult. §. *Antiqua.* Cod. De jurejurand. propt. calum. dan. §. *Hæc autem.* Instit. De pœna temerè litigant. eandémque postea reduxit non abolito calumniæ jurejurando Nov. CXII. Decimam igitur litis apud Francos receptam fuisse probat hæc formula; quæ à Romanis accepta in tantum invaluit ut non aliæ litium expensæ multis seculis in usu fuerint præter decimam rei in judicium deductæ, & pecuniariam mulctam quam emendam dicebant; ut auctor est Petrus* Fontanus, qui B. Ludovico Rege claruit; cujus ea de re vetus quoque constitutio extat. Tandémque decrevit Carolus IV. Rex ubique illud observandum, ut victus victori in expensas teneretur, non in provinciis tantùm ubi jus scriptum pro legibus erat. quod optimus doctissimúsque senex Ant. Oisellus observavit Manual. lib. sexto, Id porrò hoc singulare est, decimam litis fisco præstari solitam. Verùm sic accipio, ut sportularum & judicij nomine pars illius decimæ fisco competeret. Sanè vetustissimo Romano jure quippiam non dissimile observatum ex Varrone & Festo elici potest. Sic enim ille de lingua Latina lib. 4. *Ea pecunia quæ in judicium venit in litibus, sacramentum à sacro. Qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus uterque quingentos æris ad pontem deponebant; de aliis rebus item certo alio legitimo numero assium. Qui judicio vicerat, suum sacramentum à sacro auferebat, victi ad ærarium redibat.* Valerius Max. lib. 7. cap. 7. *Sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt.* παρακαταβολή apud Pollucem lib. 8. Ἐπὶ μὲν τῶν ἀρχῶν ὁ δικάσων ἀμφισβητουμένων ὁ πέμπτον. ἐπὶ δὲ τῶν ἰδιωτικῶν ὁ δίκαιον. Idem Valer. Max. lib. 7. c. 8.

* Editus à v. c. Carolo du Fresne in appendice Ioinvillæi pag. 77.

Cap. 21. DE CAVSIS ALTER. RECIP.] Vetustissimo Romano jure non licebat per procuratorem agere. Instit. De his per quos agere possumus. Sed postea receptum est in plerisque causis per procuratores etiam experiri. Apud Francos verò illud non licuisse citra Principis rescriptum docet hæc formula, qua conceditur ut quidam, qui propter simplicitatem rebus suis superesse non potest, per alterum possit agere. quod & veteribus Romanis non ignotum. Auctor ad Herennium lib. 2. *Ex æquo & bono jus constat, quod ad veritatem & utilitatem communem videtur pertinere. quod genus, ut major annis sexaginta, & cui morbus causa est, cognitorem det.* Illud longo pòst tempore apud nos obtinuisse ut præter Regem nulli procuratoris habendi absque Principis consensu facultas suppeteret, testantur Io. Faber ad §. *Universitatis.* Instit. De rer. divis. & Brolius in stylo Parlamenti. Innocentij quoque III. Papæ rescriptum ad scholares Parisienses, qui procuratoris constituendi licentiam ab eo petierant, hanc habet ex more Francico dubitandi causam Cap. *Quia in causis.* De procurator.

CLEMENTIÆ REG. N. PETIIT] Eadem ratione & Ecclesiarum advocati seu defensores à Principe petebantur. Benedictus Levita Capitul. lib. 5. c. 53. & lib. 7. c. 392. Chlotarius Rex in Chronico Besuensi: *Vvaldalenus Abbas petiit à nobis ut inlustris vir Gengolfus omnes causas ipsius monasterij ad prosequendum & redintegrandum deberet recipere. Cui nos hoc beneficium præstitisse cognoscite. Quapropter per præsens hoc præceptum jubemus ut memoratas omnes causas ipsius monasterij illustris vir ille ex nostro permissu licentiam habeat prosequi, & unumquodque ut justum est restituat. sic tamen quandiu eorum pariter fuerit voluntas. Data XV. KL. Sept. anno octavo regni Domni Chlotarij Regis.*

IN VICE IPSIVS] qui propter simplicitatem, ut dictum est, rebus suis superesse non poterat. Sic accipienda in Legib. Andegavensibus c. 40. *procuration par non puissance.*

ADMALLANDVM PROSEQVENDVMQVE] Admallare, id est, ante judicem vocare litigandi causa. Leg. Salicæ tit. 52. 2. *Si adhuc supradictum debitum solvere noluerit, debet eum sic admallare: Rogo te judex ut hominem illum, denominatum, gasachionem meum* (id est, adversarium) *qui mihi fidem fecit, de debito tali, denominato, secundum legem Salicam mihi eum adstringas. Tunc judex dicere debet: Ego gasachium tuum illum in hoc mallo quod lex Salica habet.* & tit. 53. *Secundum legem habeat admallatum.* Inde *hamallus* leg. Sal. tit. 49. *ista omnia ubi suus hamallus est.* Quæ omnia à mallo seu placito, in quo judicia fiebant, nomen habent. qua de re postea ad incerti auctoris formulas.

OMNES CAVSAS LVI] *Lui* corruptè pro *illius* infinitis locis occurrit; indéque dictio nostra *lui*, eodem omnino sensu, quod semel adnotasse sufficiat.

DIRECTVM FACIAT] nostris *droict*. Gregor. Turon. lib. 4. c. 14. *Desistite ab hac intentione, verbum enim directum non habemus.* Formula sacramenti fidelitatis apud Attiniacum facti, *sicut Francus homo per rectum esse debet suo Regi.* Id à *recti* vocabulo mutuatum, ut *Curvo dignoscere rectum* apud Horatium. unde apud nos eodem sensu, *tort & droict.*

PRÆCEPTVM DENARIALE] Manumissio hæc est per denarium præsente Rege facta. Cap. 22. Multis quippe modis apud veteres Francos manumissio procedebat, aut ante Regem per denarium, cujus hoc editur formula, aut in Ecclesia per chartam seu tabulam, aut etiam per epistolam privatam, quarum formulas libro secundo & inter veteres alias videre est. Inde libertorum alij denariales, alij chartularij seu tabularij dicti. Benedictus Levita Capitul. lib. 6. cap. 233. ex Pipini Italiæ R. legibus tit. 10. *Homo denarialis non antea hereditare in sua agnatione poterit quàm usque ad tertiam generationem perveniat. Homo chartularius similiter faciat.* Et manumissio quidem per denarium ex lege Salica, Ribuaria, aut alterius adventitiæ gentis descendebat; per tabulam verò, seu chartam, in Ecclesia secundùm legem Romanam fiebat; & eadem ratione manumissi per chartam, lege Romana utebantur; illa verò libertatis datio per epistolam privatam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex domini manumittentis gente legem sumebat. Leg. Ribuar. tit. 59. & 60. qui *de tabulariis* id est per chartam manumissis inscribitur, & tit. 63. ubi plura de manumissionibus & earum forma. Apud Longobardos quatuor manumissionum species erant. Leg. Longobard. tit. 91. Luitprandi Regis tit. 34. & Astolfi Regis tit. 8. De manumissione in Ecclesia aut per epistolam postea agetur. Hæc verò de qua nunc Marculfus, solenniter auctoritate Regis, eóque præsente, jactato denario per manum seu domini seu alterius celebrabatur, ut hæc formula ostendit. Ejus etiam in veteribus instrumentis aliquot extant exempla. In veteri charta Ecclesiæ Lugdunensis apud Fr. Pithœum ad Leg. Sal. tit. 28. *Servum juris vestri manu propria & manu illius excutientes denarium secundùm Legem Salicam, liberum cum omnibus quæ habet vel adquisierit fecimus.* Quibus addere placuit & aliud exemplum nondum editum ex tabulario S. Martini Turonensis: *Carolus Imperator Augustus &c. Adalgarius Levita petiit ut imperiali more præceptum fieri juberemus. Decernimus ut more prædecessorum nostrorum Imperatorum & Regum à manu ipsius Leuthardi denarius excutiatur, ut à præsenti die idem Leuthardus semper & ubique omnibus locis liberatus valeat uti propria potestate absque alicujus resultatione aut contradictione, & quoque ei libuerit omnibus modis liber & velut nobili prosapia genitus esset, liberaliter per nostram auctoritatem pergat. Hanc præceptionem manu nostra firmavimus, & annulo nostri imperij sigillavimus. Amalberius notarius ad vicem Autberti Archicancellarij. Data* XV. *KL. Julij anno incarnationis dominicæ* DCCCLXXXVI. *Indictione* V. *imperij Caroli* VII.

IACTANTE DENARIO] pro *jactato denario*, ut sæpe *nuncupante* pro *nuncupato*. Igitur excutiebatur nummus de manu ipsius servi qui manumittebatur, ut ex locis suprà exscriptis apparet, qui nummus vel argenteus vel aureus erat, nullo prorsùs discrimine. Id enim pro forma & dicis tantùm causa, ut apud Romanos in mancipatione. Vetus formula apud Fr. Pithœum. *Nos verò manu propria excutientes de manu supradicti N. denarium vel nummum vel argenteum vel aureum, vel dragmam, vel sestertium, vel minam &c.*

SECVNDVM LEG. SAL.] Caput hoc legis Salicæ non extat. Ejus tamen mentio fit tit. 28. *Si quis servum alienum ante Regem per denarium ingenuum dimiserit.* Ex quo & aliis plerisque argumentis conjicere licet multò plurâ fuisse legis Salicæ capita quàm quæ ad nostram memoriam pervenerint. Eodem modo in formulis incerti auctoris cap. 47. *Postea ante Domnum illum Regem jactato denario secundùm legem Salicam te ingenuam dimisi.* In charta Ecclesiæ Lugdunensis apud Pithœum, *excutientes denarium secundùm legem Salicam.* Ibidem vetus formula: *secundùm legem Salicam eum liberum dimisimus, & ab omni jugo libertatis absolvimus.* De ejusmodi manumissione per denarium ante Regem est etiam titulus specialis in lege Ribuaria tit. 59. Vnde apparet non legis Salicæ propriam fuisse sed & aliarum legum. *Si quis*, inquit, *libertum suum per manum propriam seu per alienam in præsentia Regis secundùm legem Ribuariam ingenuum dimiserit per denarium &c.*

SICVT ET REL. MANSOARII] Mansoarij heic dicuntur qui aliis manentes, sive commanentes, & villici, μαγειρικοὶ, mansi, seu mansarij, coloni denique. Totidem namque vocabulis appellantur. Mansuarij in continuatione Aimoini lib. 5. c. 30. ubi de Normannici tributi exactione à Carolo Calvo Rege: *Vt de mansis indominicatis solidus unus, de unoquoque manso ingenuo quatuor denarij de censu dominico, & quatuor de facultate mansuarij, de manso verò servili duo denarij de censu dominico & duo de facultate mansuarij.* Quo tamen loco Falcetus non rectè mansum pro homine accipit. Diserte enim ibidem cavetur de censu fundi seu mansi nomine exigendo, & de facultatibus & bonis hominum aliud tantum, hoc est tributum & rei & personæ. Mansus enim villula est coloni unius habitationi propria; de quo ad varias formulas plenior erit dicendi locus. Illud quoque ex hoc continuationis Aimoini loco advertendum, mansos & eorum mansuarios seu colonos, alios liberos, alios serviles esse, ut & in Flodoardi appendice *mansi ingenuiles & vestiti* memorantur; cujusmodi fuisse illos de quibus nunc sermo est probat manumissio per denarium, colonariæ tamen conditionis. Coloni namque jure Romano liberi sunt & res proprias habent. Leg. 1. De præd. tami. Leg. 18. De agricolis & cens. lib. XI. Codicis. Terram tamen dimittere non possunt, nec etiam potest prædium vendi receptis colonis, leg. 11. eod. tit. De agricolis. Itaque concessa non fuit plena libertas, per quam à loco recedendi & quamlibet partem petendi facultas dabatur. *Massarios* dixit Rotharis Longobardorum R. tit. 49. & 106.

CHARTA DE CAVSA SVSP.] Vt dum Cap. 23.
reipublicæ causa quis abest, lites & negotia adversùs eum conquiescant. Leg. Salicæ tit. 14. *Si in jussione Regis fuerit occupatus, manniri non potest.* quæ tamen absunt à regio manuscripto. In editione Germanica: *si in dominica ambascia fuerit occupatus, manniri non potest.* & in Consuet. Hannonensi: *si eum aut infirmitas aut ambascia dominica detinuerit.* Hæ litteræ hodie quoque ex causa conceduntur, easque litteras status vulgò nuncupamus. In constitutione Philippi Augusti R. de decimis & crucis expeditione apud Rigordum: *Nullus crucem habentium, sive Clericus, sive Miles, sive alius quilibet alicui respondebit super hoc unde tenens erat ea die qua crucem assumpsit, donec ab itinere suscepto redierit.*

GASINDORVM] Gasindos pro servis aut fidelibus accipio, qui dominis suis perpetuò adhærent, eisque jugiter ministrant. quod ex Marculfo ipso colligi potest. lib. 2. cap. 26. in lemmate: *Si aliquis servo suo gasindo suo aliquid concedere voluerit.* Initiòque capitis ita scriptum est: *Justissimè nostris sublevantur muneribus quæ nobis fideliter & instanti famulantur officio.* Mox: *fideli nostro illi. Pro respecta fidei & servitutis quam circa nos impendere non desistit.* Gasindorum porrò vocabulo utitur Rachis Rex in legibus Longobardicis. tit. 6. 4. *Si enim quicunque liber*

homo in servitio de gasindio Regis aut de ejus fidelibus introierit. In iisdem legibus Rotharis R. tit. 91. 13. *si aliquid in gasindio Ducis conquisivit.* In legibus Pipini Italiæ Regis tit. 14. *Si forsitan attenderit ad gasindium, vel ad parentem, aut ad amicum suum.*

LEGITIMO REDIBIT MITTIO] Sic scriptum non hoc tantùm loco, sed & bis capite sequenti, corruptè quidem & nullo sensu. Itaque difficilis emendatio, præsertim in ejusmodi auctoribus, ubi cavendum ne menda purgando auctoris faciem immutes. quod in Marculfo agere religio fuit. Lucem verò affert formula quæ sequitur: *si aliqua causa adversùs eum vel suo mittio surrexerint.* ubi *mittio* pro *Missо* scriptum esse clarum est. Sententia igitur loci hæc est, undecunque aut ipse ut alterius procurator tenetur, aut ipsius etiam procurator, horum omnium causas, donec revertatur, suspensas esse.

Cap. 24. CHARTA DE MVNDEBVRDE REGIS] Mundeburdium Germanis scriptoribus tutela est seu defensio & tuitio. unde & hæc formula, qua Princeps Episcopo aut Abbati tuitionem & defensionem suam impertit, ne à quibuslibet infestentur, atque etiam ut eorum causæ in palatio tantùm decidantur concedit. quibus non admodum dissimilia sunt diplomata quæ adhuc hodie Ecclesiis dari moris est; eáque dicuntur *lettres de garde gardienne.* Nam & ex hac formula patet, Ecclesiis utplurimum ejusmodi defensionem tribui. Vnde & Caroli Martelli Majoris domus mundeburdij Bonifacio Episcopo dati diploma extat in Pithœi Glossar. in ver. *Missus sancti Petri*, quod huic formulæ planè geminum iisdémque clausulis constat. Synodi Meldensis c. 41. *Providendum est regiæ majestati ut monasteria quæ ab hominibus Deum timentibus in sua proprietate constructa prædecessores illius causa defensionis & mundeburbi susceperunt, ut libera libertate, remota spe hereditaria de illorum propinquitate, ibidem religio observaretur, & nunc in allodium sunt data.* Eadem decernuntur in synodo Ticinensi sub HLothario & HLudovico an. DCCCL. apud Canisium c. 16. *Suggerendum est beatissimis Imperatoribus quia hi qui monasteria & sinodochia sub defensione sacri palatij posuerunt, ideo feciße probantur quòd à nullo meliùs quàm à summis potestatibus protegenda crediderint &c.* Quæ synodus Regiaticina à Canisio inscribitur, & de loco inquirendum censet. Ego Ticinensem dixi, quæ regni Longobardici seu Italici regia erat. quod & initium synodi indicat *in urbe regia Ticino.* quæ verba distincta nullam dubitationem relinquunt. Hæc obiter. Synodus Confluentina an. DCCCLX. quæ Caroli & Ludovici Regum fœdera continet: *Volumus ut Ecclesia & casa Dei, & Episcopi, & Dei homines, Clerici & monachi & nonnæ, talem mundeburdem & honorem habeant sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt.* Sanè Gallici episcopatus in regia tutela & defensione perpetuò fuerunt, adeo ut extremis Carolinæ stirpis temporibus, & initio tertiæ regum familiæ, jure regio civilibus bellis imminuto, omnibus occupatis, episcopatus tamen in tutela & protectione Regum manserint. Chronicon Andegavense de Neustria Hugoni Abbati concessa sub Carolo Simplice Rege: *Iste itaque tractus cùm ei datus esset ad integrum cum civitatibus & comitatibus & abbatiis castellisque, præter episcopatus solos, qui in regia dominicata retenti sunt.* Rigordus in Philippi Augusti vita: *Igitur Reges Francorum prædictas Ecclesias in sua libertate semper custodire cupientes, quibuscunque Principibus terras custodiendas tradidissent, tamen Ecclesias sub potestate sua & protectione retinere decreverunt; ne Principes quibus terra custodienda delegabatur, Ecclesias vel Clericos ibidem Domino servientes aliquibus angariis, talliis, vel aliis exactionibus gravare præsumerent.* Nec verò Ecclesiis tantùm mundiburdium dabatur, sed & aliis personis, ut viduis, & orphanis. Capitul. lib. 6. c. 247. *Vt viduæ, orphani, & minus potentes sub Dei defensione & nostro mundeburde pacem habeant, & eorum justitias acquirant.*

SVB SERMON. TVIT. NOSTRÆ] Tuitio Eustorgio Mediolanensi Episcopo à Theoderico Rege data extat apud Senatorem lib. 2. c. 29. quam vide. Sic *in verbo Regis* esse leg. Sal. tit. 14. & tit. 59. *Rex ad quem mannitus est extra sermonem suum ponet.* Nam in verbo Regis quis recipiebatur, ne ab inimicis lædi aut interfici posset. Gregor. Turon. lib. 9. c. 19. *Regina Brunichildis in verbo suo posuerat Sicharium & c. Aginnum properans epistolam ejus elicuit ut à nullo contingeretur.* Eodem lib. c. 27. de Guntchramno Rege, qui puellæ quæ Amalonem Ducem vim sibi facientem occiderat *præceptionem tribui jussit, ut in verbo suo posita à nullo unquam parentum defuncti illius molestiam pateretur.* His respondet tuitionis formula apud Cassiodor. lib. 7. cap. 34. *Diversorum te, quemadmodum quereris, dispendiis sauciatum in castra defensionis nostra clementer excipimus &c.*

SVB MVNDEBVRDE] Mundeburdium, ut diximus, tutela est, & Longobardicis legibus feminarum tutor *mundoaldus* & *mundius* dicitur. Veteribus Francis *mainbour* & *mainbournie* pro tutela vel cura. Apud Frossartem vol. 1. cap. 155. *fussent en garde, baille, tutelle, cure, manburnie.* Burchardus Decretorum lib. XIX. ex Pœnitentiali Romano: *Rapuisti uxorem tuam, & vi sine voluntate mulieris vel parentum in quorum mundiburdio tenebatur illam adduxisti?* Sæpe etiam in ejusmodi litteris pro mundiburdio tuitio & defensio dicitur. Gregorius Turon. lib. 9. c. 20. in pactione Regum apud Andelaum. *Ne à quocunque ullo unquam tempore convellatur, & sub tuitione ac defensione domni Childeberti &c. debeat possidere.* Sic & in privilegio Ludovici & Lotharij pro Corbeiensi cœnobio: *Vt ipsum monasterium sub nostro munimine & defensione cum cellulis sibi subjectis & rebus vel hominibus ad se pertinentibus confirmare fecissemus.* Mox: *sub tuitionis atque immunitatis nostræ defensione.* Ex quibus etiam liquet tuitionis clausulam frequentissimè immunitatis privilegio insertam fuisse, ut & suprà cap. 3. Otthonis Magni diploma pro Ecclesia Mindensi: *anteriorum Regum conscripta, qualiter ipsi præfatæ Ecclesiæ res cum omnibus in ipsis rebus consistentibus sub illorum reciperent mundeburdo.* Postea: *mundeburdum & tuitionem nostram.*

TANTVM IN PALATIO] Sic edidi, & postulabat sensus. Nam in MS. vitiosè *tam in palatio* legitur. Huc facit locus synodi Ticinensis superà exscriptus, *sub defensione sacri palatij*.

Cap. 25 PROLOG. DE REGIS IVD.] Reges nostros olim proprio ore jus dixisse notum est, Episcopis & proceribus adsidentibus, præsertim de majoribus causis, & inter Episcopos, Abbates, Comites, & potentiores personas. Capitul. lib. 3. c. 77. lib. 5. c. 308. & de vassis & fidelibus suis lib. 3. c. 64. lib. 5. c. 101. item ex causa provocationis aut negati vel diu dilati judicij à Comitibus, lib. 5. c. 243. lib. 3. cap. 7. & cùm quis judicatum facere negligit, aut se judicio sistere recusat, lib. 2. cap. 19. Marculfus lib. 1. c. 26. 27. & 28. tum demum de neglectu regalium constitutionum & decretorum, & ex variis causis, de quibus aliàs singillatim. Illud est quod sepissime hic auctor *in palatio causam prosequi*. Verùm ex his quædam à Rege ipso judicabantur, dum jus dicebat, quasdam verò Comes palatij vice Regis Episcopis etiam & proceribus adsidentibus finiebat; & nihilominus Regis nomine judicata inscripta erant, atque si ipse judicasset. Hujus itaque judicij formula nunc exhibetur, præfationis videlicet. Nam rei judicatæ tot formulæ quot negotia. Nos antiquitatis causa integrum Regis judicium in causa Abbatis S. Benigni Divionensis exscribemus. Veritatem enim & rem gestam repræsentat, quam adumbratam formula tradit; præsertim cùm illud ipsum instrumentum visum & laudatum animadverterim à Io. Tilio rerum nostratum peritissimo. Est igitur ejusmodi in Chronico Divionensi, quod litteratissimi viri Caroli Labbæi beneficio videre contigit.

CHLOTARIVS REX FRANCORVM VIR INLVSTER. Quotiescunque altercantum jurgia palatij nostri judicia nostrorúmque fidelium ac Ecclesiarum seu sacerdotum pro quarumcunque rerum negotiis noscuntur advenire, oportet nobis in Dei nomine juxta legum severitatem inquirere, ut deinceps nulla videatur quæstio renovari. Ideoque cùm nos in Dei nomine Masolaco in palatio nostro unà cum apostolicis viris patribus nostris Episcopis, optimatibus, ceterisque palatij nostri ministris, necnon & Andobello palatij nostri Comite, qui de ipso ministerio ad præsens nobis deservire videbatur, ad universorum causas audiendas justóque judicio terminandas resideremus, advenientes ibi actores basilicæ Domni Benigni, quæ est sub oppidum Divione constructa, ubi ipse pretiosus martyr in corpore requiescit, & vir venerabilis Vulfechramnus Abba præesse videtur, videbantur repetere à quibusdam hominibus, dicentes quia anteacto tempore bonæ recordationis parens noster Domnus Guntchramnus quondam Rex per testamenti sui paginam ad ipsam basilicam sancti Benigni villam nuncupatam Elariacum cum adjacentiis vel omni re ad se pertinente concessisset, & ipsi homines infra ipsum terminum commanentes ex parte maxima plurima pervasissent, vel ad suam partem contradicerent, & reditus terræ partibus ipsius basilicæ reddere contemnerent, & silvas de ipso agro devastassent, & terram exinde aut prata per loca plurima invasissent, vel vineas plantassent, aut calmas rupissent. E contrà illi dicebant quòd ipse Princeps Domnus Guntchramnus per præceptionem, quam in præsenti protulerunt relegendam, in antecessores parentes eorum firmasset; ubi continebatur quòd ab eo tempore quo ipsum agrum Elariacum jam dictus Princeps ad memoratam basilicam sancti Benigni contulerat, per munificentiam ipsius Principis promoverant (leg. *promeruerant*) ut quicquid ex successione parentum habebant, hoc nunc ipsis confirmatum esse deberet. Interrogatum est à nostris proceribus si cessionem ipsius Domni Guntchramni aut aliorum Principum seu alia instrumenta de ipso agro habebant an non, in præsenti edicere debebant. Sed ipsi professi sunt ad præsens quòd aliud instrumentum nullum vel firmationem magis exinde non haberent quàm quod præsentabant. Vnde & ipsis confirmationibus relectis & percursis, inventum est à fidelibus nostris quòd nullum detrimentum vel præjudicium ipsa basilica Domni Benigni de ipso agro Elariacensi exinde non pateretur. Etiam & pactionem præsentabant qualiter antecessor supradicti Vulfechramni Richimarus quondam Abba, seu & apostolicus vir Domnus Berthoaldus Episcopus, unà cum ipsis, vel parentes eorum de parte maxima de infra termino ipso Elariacense contentionem maximam habuissent, & ipsas terminationes perambulassent, & signa posuissent. Proinde nos taliter unà cum nostris proceribus, in quantum illuster vir Andobaldus Comes palatij nostri testimoniavit, constitit decrevisse, ut dum hæc causa inter ipsos sicut superiùs continetur taliter acta vel inquisita fuisset, per ordinem jubemus ipsum agrum Elariacense, quantumcunque Domnus Guntchramnus per testamenti sui paginam ibidem delegavit, postposita & calcata ipsa confirmatione vel reliquis [à Domno Guntchramno] & successoribus Principibus factis descriptionibus, ne deinceps per ipsos aliqua removeri

videatur causatio, sed quod hactenus tenuisse videntur infra ipsum agrum Elariacensе vel ubicunque, tam terris, curtiferis, casis, vineis, pratis, silvis, pascuis, aquis, adjacentibúsque suis per alia loca, cum omni jure teneant, possideant absque sollicitudine, absque alicujus repetitione; sítque in Dei nomine ad partem sancti Benigni & provisorum subjectorúmque eorum evindicatum omni tempore &c. loci ac re (*leg.* ejus loci ac rei) sopita causatio. Abbicinus recognovit & datavit sub die IX. KL. Novemb. in anno octavo regnante Domino nostro feliciter. Amen. Airardus Presbyter recognovit & subscripsit.

Chlotarius ille filius erat Chlodovei Dagoberti F. ut idem Chronicon testatur; Guntchramnúmque Regem parentem vocat, quòd ex majoribus suis unus, proavíque patruus & loco patris fuerit.

VNA CVM DOMNIS EPISCOPIS] Hi enim in judiciis Regi adsidebant, ut etiam notavit Tillius, qui rectè Curiæ seu Parlamenti originem hinc deducit, illúdque ita durasse usque ad Philippi VI. Valesij tempora, qui amplissimum Parisiensem Senatum à comitatu & consistorio Principis separatum edicto constituit. Hujus quoque judicij Episcopis & proceribus adstantibus forma refertur antiquitatum Fuldensium libro primo. *Anno dominicæ incarnationis* DCCCXXXVIII. *Ind.* I. XVIII. *KL. Julij facta est contentio Gozboldi & Hrabani Abbatis coram Imperatore Ludovico & filiis ejus Ludovico & Carolo necnon & Principibus ejus in palatio apud Niomagum óppidum constituto de captura &c. præsentibus Trugone Archiepiscopo, Otgario Archiepiscopo, Radolto Episcopo &c. Adalberto Comite, Helphrico Comite, Albrico Comite, Popone Comite, Gobavuino Comite palatij, Ruadharto similiter Comite palatij &c. innumerabilibus vasallis dominicis.*

OPTIMATIBVS NOSTRIS] Ita nobilissimi & regni priores in appendice Greg. designantur. Capitul. lib. I. c. 126. *Vt omnes Episcopi, Abbates, Abbatissæ, optimates, & Comites.* Lib. 5. c. 2. *per consilium sacerdotum & optimatum meorum.* Frequentissimè verò in annalibus Fuldensibus à Petro Pithœo & Marquardo Frehero editis. Caroli Calvi præceptum de fugitivis S. Dionysij: *Statuimus cum communi consensu & consilio totius regni nostri optimatum.* Idem *priores regni* Gregorio Turonensi, *primates* appendici, *majores & seniores* Hincmaro, *proceres* infrà cap. 38. *Palatini* in Roberti R. privilegio pro S. Dionysij cœnobio, *ex sententia palatinorum nostrorum adjudicavimus.*

PATRIBVS ILLIS] Repetitio, hoc est Episcopis illis, qui patres ab Ecclesia dignatione meriti & sacerdotij dicti sunt. Vrbanus Papa ex Augustino apud Gratianum dist. 68. Gregor. Turonens. lib. 4. c. 26. de Presbytero Heraclio ad Charibertum Regem. *Pater*, inquit, *Presbyter tuus Leontius cum provincialibus suis salutem tibi mittit.* Senator Variar. lib. II. ep. 3. *Spiritales parentes, animæ veri parentes.*

REFERENDARIIS ILLIS] Referendarios Romani habuerunt, qui supplicum desideria Principi referrent, simúlque ejus jussiones & responsa exponerent, Novel. 10. & 113. Cassiodor. lib. 6. cap. 17. ubi eorum describit officium. Apud Francos verò diversum quodam modo munus erat. Anulum namque Principis Referendarium tenuisse Gregor. Turon. ostendit lib. 5. c. 3. Et eod. lib. cap. 42. Vrsicinum Vltrogothæ Reginæ Referendarium facit. Subscriptionem etiam regiis litteris apposuisse idem testatur lib. 10. cap. 19. Vt Referendarium summi Cancellarij munus sustinuisse apud Gregorium dubitari non possit. Quod & Sigebertus scribit ad annum DCXXXVII. *Referendarius*, inquit, *dicebatur ad quem publica conscriptiones referebantur, ut per eum anulo seu sigillo Regis confirmarentur.* Eadem ferè Aimoinus lib. 4. cap. 41. Atcùm plurium Referendariorum heic fiat mentio, & summorum Cancellariorum primæ Regum familiæ diplomata reperiantur, suspicari licet hoc saltem tempore & postea Referendarios in aula Francica plures fuisse, qui scilicet libellos supplices & diplomata subscribenda Regibus offerrent. Quod innuere videtur præceptum Dagoberti de fugitivis S. Dionysij: *Landericus obtulit, Dagobertus Rex subscripsit.* In præcepto immunitatis ejusdem cœnobij: *Dado obtulit.* & in diplomate Chlodovei Dagoberti F. *Gerardus obtulit, Chludovius Rex subscripsit.* Nisi fortè conjicias ex Referendariorum ordine unum aliquem anuli Principis custodem fuisse. Hodie quidem Magistri libellorum supplicum eodem officio funguntur.

DOMESTICIS] De quibus ad lib. 2. c. ult. commodiùs tractabitur.

SENISCALCIS] Annales Fuldenses sub an. DCCCXXXVI. *Carlus per Autulfum Senescallum misso exercitu Britones domuit.* Sic & vita Caroli M. apud Adhemarum, & Sigebertus. qui Audulfus in continuatione Aimoini lib. 4. c. 78. *regiæ mensæ præpositus* dicitur; eundémque Regino Prumiensis *principem coquorum* vocat. quo etiam officio functos sub tertia Regum familia ex vetustissimus vernaculis carminibus observat Falcetus origin. lib. I. c. 10. ut & plures extitisse, majorem verò, Dapiferum tunc dictum, etiam vexillum regium in acie detulisse. Robertus monachus S. Remigij Rhemensis histor. lib. IV. *Ipso die Podiensis Episcopus perdidit dapiferum suum, qui sua aciei deferre solebat vexillum.* Inter primas certè regni dignitates hanc fuisse declarant Regum tertiæ familiæ diplomata, quæ quidem à dapifero cum quatuor aliis familiæ regiæ præcipuis ministris subscribi consueverant. Ludovici VI. Regis diploma donationis ad S. Dionysium: *Præsentibus ex palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt & signa. S. Ancelli tunc temporis Dapiferi nostri, S. Giliberti Buticularij. S. Hugonis Constabularij. S. Vvidonis Camerarij. Stephanus Cancellarius relegendo subscripsit. Anno* MCXII. Innumera ejusmodi litterarum exempla passim reperiuntur, adeo ut

vacante

vacante Dapiferi seu Senescalli officio, subscriberetur in litteris, *Dapifero nullo*. Guillelmus Tyrius hist. belli sacri lib. 4. cap. 5. *Alexius megadomestici dignitate (quem nos majorem Senescallum appellare consuevimus) fungeretur officio, ab Imperatore secundus.* Itaque non malè eos in Majorum domus locum successisse observatum est. Nam majoratum & senescalciam Hugo de Cleriis vocat. Quod munus præclarè describit Hincmarus ex Adhalardo epist. 3. c. 23. *Quæ videlicet cura, quamquam ad Buticularium vel ad Comitem stabuli pertineret, maxima tamen cura ad Senescallum respiciebat, eò quòd omnia cetera, præter potus vel victus caballorum, ad eundem Senescallum respicerent.* Ejus quoque jura ab Hugone de Cleriis traduntur, qui Ludovico VI. Rege vixit, & post Goffridum Abbatem Vindocinensem à doctissimo Iacobo Sirmondo editus est. Hunc nos hodie *Magnum Magistrum Franciæ* dicimus; de quo plura apud Tillium & Falcetum.

CVBICVLARIIS] Gregor. Turon. lib. 7. c. 21. *Eberulfum cubicularium* Chilperici Regis refert à Fredegunde accusatum quòd is Principem occidisset, thesauróque expilasset. Vnde etiam apparet thesaurorum curam ad cubicularium pertinuisse. Idem lib. 10. c. 10. Chundonem Guntchramni Regis Cubicularium nominat. Plures fuisse ex hac formula & aliis locis manifestum est. Vnus verò ceteris præpositus fuit: de quo etiam suprascripti loci Gregorij Turonensis accipiendi sunt. Quem Regi adsedisse non mirum, ob dignitatis prærogativam, cùm idipsum Romano imperio solitum fuisse doceat Zosimus lib. v. ubi de Timasij magistri militum sub Arcadio damnatione: ὁ μὲν βασιλεὺς παρεκάλυπτο δικαίως. Βούλεται ἢ φαρετὸς, ἐκαθέδρ ἢ ὑπεμείνεν παλίνι τὸ βασιλικὸν ἄχθ κοιδόνιον, ἢ σώνς ἀνὴρ κόσε ἢ ἴν. Præpositus is erat sacri cubiculi. Ejus officium latè ab Hincmaro exponitur epist. 3. c. 22. Camerarium enim cum Cubiculatio eundem facio. *De honestate verò palatij, seu specialiter ornamento regali, necnon & de donis annuis militum, absque cibo & potu vel equis, ad Reginam precipuè & sub ipsa ad Camerarium pertinebat &c.* Videndi Tillius & Falcetus origin. lib. 1. cap. 11. Porrò hos omnes proceres & regiæ familiæ ministros regij quoque judicij participes fuisse probat lex Ribuar. tit. 90. *Inbemus ut optimates, Majores domus, Domestici, Comites, Grafiones, Cancellarij, vel quibuslibet gradibus sublimati in provincia Ribuaria in judicio residentes munera ad judicium pervertendum non recipiant. Quòd si quis in hoc deprehensus fuerit, de vita componat.* Quod antè constituerat Gundebaldus Rex in præfatione legum Burgundionum.

COMITE PALATII] Hoc officio functos repetio Trudulfum & Romulfum apud Greg. Turon. lib. 9. c. 12. & c. 30. Aigulfum sub Chlodoveo Dagoberti F. Rege in diplomate ejusdem Regis, Andobellum sub Chlotario ejus filio, sub Carolo M. Anselmum, Vvoradum, sub Ludovico Reginarium, Adhalardum, Bertricum, & sub Carolo Calvo Fulconem, Bernardum, & alios. In quo versaretur horum officium plenè tradit Hincmar. ep. 3. c. 21. in finiendis scilicet controversiis quæ ad palatium deferebantur, & ut si quid in legibus emendandum esset, Principi exponerent, & accepto responso emendarent. Idemque cap. 19. Comitem palatij Archicapellano seu Apocrisiario confert. *Præcipuè*, inquit, *duo, id est, Apocrisiarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel palatij custos, de omnibus negotiis ecclesiasticis vel ministris Ecclesiæ, & Comes palatij de omnibus secularibus causis vel judiciis suscipiendi curam instanter habebant; ut nec ecclesiastici nec seculares priùs Domnum Regem absque eorum consultu inquietare necesse haberent, quousque illi præviderent si necessitas esset ut causa ante Regem meritò venire deberet &c.* Non tamen omnium causarum notionem ad illos spectasse certum est, sed tantùm pauperum & minùs potentium causas. Capitul. lib. 3. cap. 77. *Neque ullus Comes palatij nostri potentiorum causas sine nostra jussione finire præsumat, sed tantùm ad pauperum & minùs potentium justitias faciendas sibi sciat esse vacandum.* Vice tamen regia sedisse & de majoribus etiam negotiis, seu Regum mandato, seu officij prærogativa, cognovisse, & ex hac formula & Chlotarij Regis judicio, quod suprà exscripsimus, palam est. Decreta nomine regio inscripta continebant, Regem ex relatione Comitis palatij judicasse, aut ab illo & proceribus jam judicata firmasse. Itaque magna ejus Comitis dignitas, magna potestas. Sangallensis lib. 2. c. 9. *Videntes Comitem palatij in medio procerum concionantem, Imperatorem suspicati, terra tenus sunt prostrati.* Quem magistratum in Germanico imperio longo tempore durasse, multáque alia præclara ex jure Saxonico notat P. Pithœus, nunquam sine laude nominandus, Comitum Campaniæ libro primo. Ex diplomatibus & veteribus instrumentis breviter & eruditè horum officium descripsit Ioannes Aventinus annal. lib. 4. cujus verba lubet adscribere: *Is vicem Cæsaris præsidendo senatui principali defungebatur, fidem Imperatoris implorantibus aderat, jusque reddebat, fiscum Augusti, prædia Salica, redditus regios procurabat, Cæsareum censum exigebat, nihil citra ejus auctoritatem Duci aut decernere aut statuere licebat &c.* Ex quibus quàm dissimile sit Senescalli seu Magni Magistri officium, quod plerique hodie confundunt, vel cæco perspicuum est. Illud addam, plures aliquando fuisse palatij Comites, non in Germanico imperio tantùm, quod Aventinus & Pithœus tetigerunt, sed & in prima & secunda Francorum Regum familia. Pipini Majoris domus de rebus S. Dionysij extat judicium in tabulario ejusdem monasterij, ubi hæc verba reperias: *Vbicunque eorum justitiam invenimus, sicut proceres nostri seu Comites palatij nostri vel reliqui legis doctores judicaverunt.* In tradition. Fuldens. lib. 1. uno eodémque tempore sub Ludovico Imp. anno DCCCXXVIII. atque etiam in eodem judicio duo referuntur Comites palatij, *præsentibus &c. Popone Comite, Gebavuino Comite palatij, Ruadharto similiter Comite palatij, Hattone Comite &c.* Capitul. lib. 3. c. 77. *Vt nullus Comes palatij &c.*

INDICVLVS COMMONITOR.] Regiæ sunt litteræ, quibus Episcopus ante Regem in jus vocatur. Cap. 26.

POST VOS RETINEATIS] Nostris veteribus scriptoribus, *retenir riere soy*, penes se.

LEGIBVS REVESTIRE] id est, ejus rei quam abstulisti possessionem ei restituas, iterúmque eum vestias secundùm formam legis qua ipse vivit. Vestiendi verbum hoc seculo frequens. Lex. Bajuvar. tit. 17. c. 3. *Mei antecessores tenuerunt, & mihi in alodem reliquerunt, & vestita est illius manu cui tradidi.* Pipini Majoris domus judicium de rebus S. Dionysij: *Vel casa S. Dionysij exinde vestita fuerat, vel à bonis & Deum timentibus hominibus data vel collata fuerunt, & ipsa casa legitimè & rationabiliter per legem exinde vestita fuerat.* Capitul. lib. 4. c. 19. *fidejussores vestituræ.* & cap. 42. *vestitura domni Karoli.* cap. 45. *nostra vestitura.* Synodus Leptinensis an. DCCXLIII. *Ecclesia cum propria pecunia revestita sit.* In traditionibus Fuldensibus sæpissime *vestitionis* & *vestitura* testes. In appendice Flodoardi, *vestitus.*

Cap. 28. CHARTA AVDIENTIALIS] Regia quoque est epistola, qua ad Comitem scribit ut quendam, qui ejus jurisdictioni suppositus est, judicium accipere & judicatum facere cogat, aut si nolit, fidejussorem det ad Regis judicium sistendi causa. Inde dictam audientialem puto, quòd per eam quis ad Principis audientiam vocetur. Vt enim Iurisconsulti jus pro loco dicunt, sic audientiam tum illi appellabant. Greg. Turon. lib. 7. cap. ult. synodi Meldensis cap. 77.

PAGENSIS VESTER] Pagi appellatio latè patet. Neque enim vicus tantùm hoc nomine dicitur, sed & provincia, aut saltem non exigua pars provinciæ. Sic Plinio lib. 4. cap. 17. *Gessoriacus pagus* non pro vico accipitur, sed pro magno agri tractu & civitatis unius territorio. Sic & septem Helvetiorum pagi apud Cæsarem. quod Gallica lingua retinuit, solita tamen mutatione gin *i*. *Pais* namque dicimus, ut Ios. Scaliger Phœnix ille litterarum observat; seu quia ejusmodi litteras in medio abjicimus. Gregor. Turon. lib. 9. c. 9. *quicquid de pago Stampensi vel Carnoteno.* Appendix Gregor. Turonens. cap. 57. *concessisse pagum Tolosanum, Catorcinum, Aganensem, Petrocorreum, & Samonicum.* Vnde pagenses dicti qui ejusdem pagi sunt. Pagis autem utplurimum præerant Comites. Itaque qui eorum ditioni subditi erant, pagenses dicebantur. Gregor. Turon. lib. 8. c. 18. *Vuintrio Dux à pagensibus suis depulsus ducatu caruit.* Præceptum Dagoberti de mercato S. Dionysij: *Saxones & Vngarij & Rothomenses & ceteri pagenses de aliis civitatibus.* Capitul. lib. 3. c. 73. *vasallos suos casatos secum non retineat, sed cum Comite cujus pagenses sunt ire permittat.* Eod. lib. c. 43. & lib. 4. cap. 19.

PER FORTIAM TVLISSET] hoc est, per vim abstulisset. Vnde nostris *par force.* Leg. Ribuarior. tit. XI. 4. *Si quis regio aut ecclesiastico homini de quacunque libet re fortiam fecerit, & per vim tulerit, in triplum componat.* Leg. Bajuvarior. tit. 1. c. 5. *per fortiam hostilem aliquid prædare.* In lege Salica tit. XIV. 13. *per virtutem.* Formulæ incerti auctoris (sive Appendix Marculfi) cap. 33.

TVLISSET] id est, vi abstulisset. Leg. Ribuar. tit. XI. Leg. Sal. tit. XIV. Vetustis Francis, *tollir.* & inde *male tolte* pro tributo. Sic infrà *tultis fidejussoribus*, pro ablatis & acceptis.

TVLTIS FIDEIVSSORIBVS] acceptis. Glossæ nostræ; *ademtis, tultis.*

ILLE REX VIR INL.] In antiquis Regum nostrorum præceptis & constitutionibus nil frequentius; ut *Childebertus vir inluster* in Decreto * post legem Salicam, Chlotarius, Dagobertus, Pipinus, Carolus, & alij in tabulario S. Dionysij & ceterorum cœnobiorum archivis. Sic Ennodius Ticinensis lib. 4. epist. 10. ad Trasimundum Vandalorum Regem scribens, *Viro inlustri* epistolam inscribit, ut ibi doctiss. Sirmondus notat. Hoc enim titulo nullus major in Romano imperio. Tanta enim erat apud exteras gentes illius imperij admiratio ut ceteri Reges ejus dignitatibus & honoribus insigniri cuperent & honestari; ut de Patricij & Cos. nomine & insignibus, quæ Chlodoveus Rex ab Anastasio Imp. recepit, Gregor. Turonens. lib. 2. cap. 38. Cap 19. * Supra to. 1. pag. 17.

ADSALLISSETIS ET LIVORASS.] Adsallire heic est adoriri, appetere, impetum facere, aggredi. unde nostris *assaillir.* Livorare est vulnerare & contundere, livoréque efficere. Leg. Salicæ tit. 44. *Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsallierit.* Formular. Romanar. cap. 30. *Ipsum adsallivit, vel ei insidiavit, & res suas ei contradixit, atque violenter super ipsum evaginato gladio venit, unde livores & capulatura atque colaphi manifesti apparent.* & cap. 31. *Me malo ordine assallivit vel livoravit.*

RAVPA SVA IN SOL. TAN.] pro *rauba*, id est, veste. Leg. Alaman. tit. 49. *quicquid super eum rauba vel arma tulit, omnia sicut furtiva componat.* quod postea per vestimenta explicatur: *De femina si ita contigerit, dupliciter componat; vestimenta autem quæ super eam tulit, velut furtiva componat.* Var. formul. cap. 8. Raubæ autem ut & vestis appellatio latè pro omni supellectile & vestimentis accipitur. Inde *desrober.*

COMMVTATIO CVM REGE] Hoc capite multa reperias quæ inscriptioni non conveniunt. Est enim ejusmodi, *ille Rex illi Regi*; sed postea inter Regem & illustrem virum aliquid conventum fuisse narratur: tum mentio fit ejus quod Rex in animæ remedium dederit. quæ verba ad Ecclesiam aut monasterium pertinere dubium non est. Tantùm dicam, eo animo scriptam fuisse videri ut pluribus commutationis negotiis inserviret; ut planum fit clausulam aliquam aut quædam verba deesse. Commutationum autem plures infrà formulæ extant lib. 2. cap. 23. & 24. incerti auctoris (sive Appendicis Marculfi) cap. 17. Leg. Rom. c. 26. Variar. c. 14. Cap. 30.

LOCELLVM] Eodem exemplo infrà lib. 2. c. 1. *faculticula.* Synodi Agathensis c. 7. *casellæ, mancipiola.* Synodi Aurelianensis IV. c. 19. *terrula, vineola.*

CVM COLONICIS ILLIS] Leg. Burgund. tit. 38. 7. Colonica est villa seu villula cum modo agri quantum colonus unus colere potest; nec admodum à manso distat, adeo ut mansus & colonica aliquando promiscuè dicantur. Synodi Valentinæ sub Lothario Imp. cap. 9. *Seculares & fideles laici, si condere voluerint basilicas in pradiis*

suis, sicut edictum piissimorum Augustorum continet, unam colonicam vestitam cum tribus mancipiis donationis (al. *dotis*) *gratia eis conferant.* Edictum illud extat Capitul. lib. 1. c. 85. & in vita Ludeuvici Pij & Aimoini continuat. lib. 5. c. 10. Synodi Meldensis c. 63. Vbi tamen *unus mansus integer* ubique dicitur, quem *colonicam unam* hæc synodus vocat. Quod ipsum ibidem & in ceteris Conciliis & Capitulis *dos Ecclesiæ* dicitur. Synodi Colonienſis c. 4. c. 1. De censib. Burchardus lib. 3. c. 52. Itaque mansus & colonica non semper certam quantitatem, sed modò majorem, modò minorem agri modum cotinebant; quemadmodum hodie videmus in illis possessionibus quas *fermes* & *mestairies* dicimus. Aliquando etiam sub manso colonicam comprehensam reperi. Chronicon S. Benigni circa an. 1007. *Femina quædam nobilis, Aremburgis dicta, mater Letbaldi Matisconensis Episcopi, cum eodem filio suo dedit sancto Benigno in villa Lu vocata septem mansa, cum silva ibi adjacente & servis qui de prædictis mansis septem colonicas tenebant.* In summa, plerunque colonica, mansus, villa, & in Germanicis scriptis diplomatibus & instrumentis, hoba & hobunna pro eodem accipi debent. Traditionum Fuldens. lib. 2. *duas hobas serviles.* item *unam hobam cum omnibus ad eam pertinentibus.* eod. lib. *trado servum unum cum sua hoba.* Gregor. Turonens. de miracul. lib. 2. cap. 15. Colonia quoque pro colonica usurpatur. Flodoard. hist. Rhem. lib. 9. c. 19. de Ebone Præsule: *Colonias nonnullas Ecclesiæ descriptis per strenuos viros colonis eorúmque servitiis ordinavit.* Hincmar. de villa Noviliaco: *quasi de fisco Regis quasdam colonias de ipsa villa obtinuit in proprietatem.* Carolus Calvus an. regni XVIII. Indict. VI. (apud Cochlæum in Histor. Nivernensi) *dedit Ecclesiæ Maniacensi mansos XV. & colonias sex.* In tradit. Fuldensib. lib. 1. Vuilibaldus Episcopus cœnobio Fuldensi, *in supradicto loco novem trado colonias* (*hoc sunt hobunna*) *integras cum omnibus adjacentiis & finibus suis, in arialis, in terris arduriis, in silvis, in campis, in pratis, in pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, ædificiis, molinariis, mancipiis, cum omni supellectili eorum.* Sic in l. 24. *Locati.* l. 12. §. *Quæritur.* l. 20. §. *Prædia.* De instr. vel instrum. leg. l. 27. §. 2. *Ad municipal.* Columell. lib. XI. cap. 1. *Neque enim colonia sua terminos egredi debet.* Inde lex colonica Varroni rei rust. cap. 2. lib. 1. Ex quibus etiam liquet quid coloniæ seu colonicæ nomine veteres intellexerint.

NOS PRO ANIMÆ REMED.] Satis apertè declarant hæc verba ad commutationem cum Ecclesia aut monasterio factam hanc clausulam pertinere. Porrò commutationes de rebus ecclesiasticis, ut & ceteræ omnes alienationes, synodis & constitutionibus prohibitas fuisse constat. Synodi Meldensis c. 23. Synodi Valentinæ sub Lothario Imp. cap. 21. Benedictus Levita Capitul. lib. 5. c. 110. Burchardus Decreti lib. 3. c. 164. & seqq. Tamen specialiter Principi in synodo Silvanectensi concessum est ut commutationes cum Ecclesia facere possit: *Si princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare, & accipere ab eis aliam immobilem rem, & eo modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei divina pragmatica sanctione ab eo promulgata.* Quæ verba Iuliani antecessoris sunt Novellarum interpretis cap. 33. ex Novella septima. Aliis verò absque Regis licentia non licebat. Burchardus lib. 3. c. 172. *Ne commutationes rerum vel mancipiorum ecclesiasticorum quælibet persona sine licentia & consensu regio præsumat facere.* Idcoque Flodoardus hist. Rhemens. lib. 2. c. 19. Ebonem antistitem *imperialia super eisdem commutationibus præcepta* obtinuisse refert. Et tradition. Fuldens. lib. 2. *Conventione inter se de concambio facta rogatu antedicti Comitis, cum scientia & licentia glorioſi Francorum Regis Ludovici &c.*

SI ALIQ. CONTRE REGIS VOL.] Cap. 32. Hac formula Princeps securitatem tribuit ei qui jussu ejus aliquem sibi adversarium aut infidelem occidit vel expulit, réisque illius in fiscum redegit, quem ab omni injuria tutum & innoxium esse jubet, vetátque ne propinquis & amicis illius eo nomine aut armis aut judicio eum persequi liceat. Extat de ea re caput legis Bajuvar. tit. 2. cap. 8. *Si quis hominem per jussionem Regis vel Ducis sui, qui illam provinciam in potestate habet, occiderit, non requiratur ei, nec faidosus sit, quia jussio domini sui fuit, & non potuit contradicere jussionem, sed Dux defendat eum & filios ejus.* Idipsum statuitur Capitul. lib. 5. c. 367. *Si quis jussione Regis vel Ducis illius, qui ipsam provinciam regit, hominem occiderit, non requiratur ei nec propterea faidosus sit, quia lex & jussio dominica occidit eum, & non potuit contradicere. Princeps verò & successores ejus defendant eum & totam progeniem ejus, ne ob hoc pereat, aut malum patiatur. Quòd si propterea ipse aut ejus progenies aliquid mali passi fuerint aut occisi, dupliciter componantur.*

CVM RELIQ. PARIB. SVIS] Pares sunt socij & æquales. Sic suprà cap. 12. *qui pari suo ex ipsis in hoc seculo superstes extiterit.* Leg. Ribuar. tit. 51. *qui parem suum supervixerit.* Leg. Alaman. tit. 45. *Si qua rixa orta fuerit &c. illi pares sequuntur eum usque in domum suam cum armis.* Capitul. lib. 3. cap. 71. *Quicunque &c. parem suum contra hostes communes in exercitu pergentem dimiserit, & cum eo stare noluerit, honorem suum & beneficium perdat.* & cap. 72. Capitula Caroli Calvi ad Aquitanos an. DCCCLVI. *Si talis est causa ut illum inde familiariter non debeat admonere, ante suos pares illum in rectam rationem mittat, & ille justum judicium justitiæ sustineat.* Quod *judicium sociorum* Burchardus in lege familiæ vocat. *Si quis*, inquit, *ex aliquo commisso in manus Episcopi cum judicio sociorum suorum pervenerit, ipse cum omnibus possessionibus suis eo dijudicetur.* Sic in libris feudorum passim *pares curiæ* seu *curtis* dicuntur qui ab eodem domino feuda tenent, quasi pares inter se. Friderici Imp. constitutio apud Radevicum lib. 4. c. 7. *Si inter dominum & vasallum lis oriatur, per pares curiæ à domino sub debito fidelitatis conjuratos terminetur.*

FACIENTEM REVELLO] Ita MS. Legendum verò *rebellem* vel *rebellionem.* Sed nihil mutandum. Nam more seculi loquitur de eo qui Principi rebellis & infidelis existit.

PRO TALI REVELLO] Leg. Ribuar. tit. 71. *Si quis homo Regi infidelis extiterit, de vita componat, & omnes res ejus fisco censeantur.* Annales Fuldenses ad ann. DCCCLXI. *Ludovicus Ernustum summatem inter omnes optimates suos, quasi infidelitatis reum, publicis privavit honoribus.*

CALVMNIAM] id est, actionem. Plura ad formulas legis Romanæ cap. 5.

Cap. 33. PRÆCEPTVM QVORVM AB HOSTIB.] Certi juris est, instrumentis igne vel naufragio consumptis, hostium incursu, vel alio casu perditis, nullum ex ea re domino præjudicium fieri, modò tamen de ejus dominio, debito, aut alio jure sufficiens sit alia probatio. l. *Sicut.* cum seqq. Cod. de fide instrument. Adeo ut quibus casibus per testes probatio jure non admitteretur, tamen instrumenti amissio & ejus tenor per testes probari possit. l. *Testium facilitatem.* in fi. C. De testibus. Quoties autem casus aliquis ejusmodi contigit, ne postea difficili probatione jus domini deterius constituatur, receptum fuit litteras à Principe impetrare, quibus, causa cognita & re probata ex relatione incolarum, cavetur ne amissio ei noceat, sed res quas possidet, securè in posterum, sicut antea, semper possideat. Sicque ejusmodi litteræ sunt ei omnium instrumentorum instar. Itaque etiam his litteris singillatim res singulas & possessiones omnes recensere motis erat. Appellantur à Flodoardo *præcepta de chartis combustis* hist. Rhemens. lib. 2. c. 17. de Tilpino Episcopo, qui à Carlomanno Rege plura privilegia obtinuit: *Item de chartis concrematis, quarum tunc temporis per negligentiam acciderat exustio, ut res & facultates Ecclesiæ, quæ eo tempore possidebat, ita permanerent absque diminutione confirmata ipsi Ecclesiæ per regiam ejus auctoritatem.* Extant & aliæ ejusdem rei formulæ inter formulas incerti auctoris (sive in Appendice Marculfi) cap. 46. ubi id ex Romanis moribus descendere dicitur, & formul. leg. Roman. cap. 27. & 28. A Comite quoque impetrari literas probat formula 46. incerti auctoris. Eodem ferè pertinent litteræ quas hodie *lettres en forme de terrier* appellamus.

REGIO MVNERE] Vide quæ suprà ad caput tertium notata sunt.

ALODE] suprà cap. XII. ubi nos plura.

RELATIONEM BONOR. HOM.] Vt amissio instrumentorum probaretur, & præterea ut illi adfererent quid his chartis comprehensum esset, & quæ bona ille tum possideret. Ejus formula seq. cap. exhibetur.

Cap. 35. ILLE REX ILLI PATRITIO] Patritios olim dictos qui majorum gentium senatores essent, nemo nescit. Patritiatus demum dignitas sub Imperatoribus summa, & omnium honorum apex, quos quasi patres Principis Iustinianus ipse agnoscit. §. *Filiisfamiliar.* Institut. Quib. mod. jus pat. potestat. solv. l. ult. De consulib. lib. XII. Cod. & Novel. 81. Hanc dignitatem Constantinus Imp. primus instituit, ut auctor est Zosimus lib. 2. συναυξηθῆναι τοῖς ὑφ' ὧν ἐτιμήθησαν, εἰς ἴσον Κωνσταντίνου τῷ πενθερῷ τὸν σωτῆριον, πρώτου τοῦτο βασιλέων ἢ τιμῶ, & πατρικίους τοὺς τούτῳ ξυνιόντας καλεῖν ἐπάρχων τε καὶ ὑπάτους ἐπαύξων τιμαῖς. Formula patritiatus extat apud Cassiodorum lib. 6. cap. 2. quem uni tantùm cedere fulgori ait, consulatui scilicet, solámque ceterarum dignitatum successoris ambitionem non timere. Quam tamen dignitatum maximam nihil jurisdictionis habuisse ibidem testatur. Patritios quidem legationes obiisse, exercitibus præfectos, summam rerum aliquando tenuisse legimus. Quo exemplo fuerunt sub primis Francorum Regibus etiam Patritij summæ dignitatis. Itaque Galliarum Patritios memorat synodus Arausicana à Cæsario Arelatensi contra Faustum Rhegiensem habita; ut & Gregorij Magni Papæ registrum, ubi Arigium & Asclipiodotum & alios sub Francorum Regibus eo munere functos videre est. Ex Gregorio Turon. multis locis liquet sub Guntchramno Rege Patricios fuisse, qui Rhodano finitimas provincias regerent, & exercitus ducerent, eámque dignitatem *patriciatus honorem & patriciatus culmen* vocat: qua donatos fuisse Agrœculam, Celsum, Pericium, & Mummolum refert lib. 4. c. 24. & 42. Quod etiam ex appendice Fredegarij apparet, ubi Vltra-Iuranis Patricios datos Ægilanem, Quolenum, Protadium, Vulfum, Richomerem, Vvillibaldum, illósque exercitibus præfectos fuisse tradit. Inter Duces certè numerari clarè ejusdem appendicis auctor innuit cap. 78. *Dagobertus de universo regno Burgundiæ exercitum promovere jubet, statuens eis caput exercitus nomine Chadoinum referendarium &c. qui cum decem Ducibus cum exercitibus, id est, Amalgario, Aremberto, Leudeberto &c. Vvilibaldo Patricio ex genere Burgundionum, exceptis Comitibus plurimis qui Ducem super se non habebant, in Vvasconia cum exercitu perrexissent &c.* Et cap. XC. Vvillibaldum *ex patriciatus sui termino* plurimam secum adduxisse multitudinem Pontificum & nobilium. Ex quibus manifestum est Patriciis exercitus regendos, provincias administrandas datas fuisse. Leg. Ribuar. tit. 52. *Si quis testes ad mallum ante Centenarium vel Comitem, seu ante Ducem, Patritium, vel Regem &c.* In summa cum Ducibus eodem munere functos. Ideoque Marculfus suprà cap. 8. eadem formula Duces, Comites, & Patricios à Principe institui docet. Sic & Carolum M. Patricium fuisse Romanorum, iisque hoc nomine imperasse, infinita diplomata & historici testantur. Patriciorum quoque dignitatem ab Anglis usurpatam reperio apud Alcuinum epist. 2. quæ ad Æthelredum Regem & Osbaldum Patricium scripta est: cujus etiam Patricij meminit Rogerius Hovedenus annal. par. 1. sub ann. DCCXCVI.

ADTRACTVM] id est, acquisitum & comparatum. Passim his formulis & in veteribus instrumentis.

SVB NOSTRO SERMONE] hoc est, sub nostra defensione, tuitione, & mundeburde. Suprà cap. 24. Leg. Salicæ tit. 59. *Tunc Rex ad quem mannitus est extra sermonem suum ponet eum.*

Cap. 36. VT CAVSAS AVCTOR. ADSVMENDI] Vt quis jure auctoris sui uti possit, jus commune id præstare videtur, adeo quidem ut jus superveniens auctori meo, jus quoque meum confirmet, L. *Si à Titio.* De rei vindicat. Tamen id cohsir-

Dubium mihi adhuc remanet.

mandi, & tollendæ dubitationis causa, litteras quoque Principis impetratas fuisse docet hæc formula: quibus à Principe Episcopo vel Abbati conceditur, sive etiam alteri, qui res ab aliis emerant, quorum auctores sine heredibus decesserant, ut auctorum suorum defensionibus uti, imò & easdem instituere actiones & exercere possent.

PER QVODLIBET INGENIVM] id est, quacunque occasione aut artificio. Gregor. Turonens. lib. 6. cap. 22. *Proclamante Episcopo & cente quòd sæpius hic ingenia quæreret qualiter eum ab episcopatu dejiceret.* Capitul. lib. 2. cap. 31. *aliorum suasionibus aut petitionibus, vel aliquo ingenio.* Sic & *malum ingenium* in leg. Sal. tit. 36. 4. & Capitul. lib. 2. c. 32. *Nullus omnino sub mala occasione vel malo ingenio res pauperum vel minùs potentum nec emere nec vi tollere audeat.* Olim apud nos, *par mal engin.*

HOMALLANDI] Sive obmallandi, id est, agendi, judicio experiundi, & alterum in jus vocandi, ut dictum est cap. 36.

SVPER AN. CON. QVEMC. SANC.] Hæc videntur esse corrupta. Verùm commodè referri possunt ad continuationem possessionis, hoc est, ut tempora possessionis auctorum cum eorum possessione continuentur & conjungantur. quod etiam ad usucapionem Iustinianus extendit. §. *Diuina.* Instit. De Vsucapion. l. 1. Cod. De usucapione transform.

Cap. 37. IVDICIVM EVINDITALE] hoc est, declaratorium, quo Rex notum & evidens facit quendam in palatio die dicta judicio stetisse, adversarium verò vadimonium deseruisse; ideoque Comiti mandat ut contra absentem, qui per triduum expectatus non venit, sententiam proferat secundùm consuetudinem loci, eundémque ad parendum compellat. Ejusdem argumenti formulæ extant in formulis incerti auctor. cap. 38. & formul. leg. Rom. cap. 33. quæ proximè huic capiti accedunt. Quibus jungi debet notitia de jactivis cap. 22. incerti auctoris.

ADSALLISSET] Adsilire, aggredi, impetere, adoriri. qua de re suprà, ut & de livorandi quod sequitur vocabulo.

RAVPA SVA] id est, vestem, seu in universum aliam supellectilem. Formula cautionis de infracturis, quæ ultima inter varias est, *& exinde annouam vel aliam raupam in solidos tantos furavi.* Sed de his suprà.

IN SOLID. TANT.] id est, quæ tot solidis æstimabatur.

CAVSANTES] Aliàs *placitantes*, nobis *plaidans.* Formul. leg. Rom. c. 33. *rationantes.*

A QVO PLACITO VENIENS] Mallem *ad quod placitum.* Placitum verò generaliter pro die dicta usurpabant, in qua quid agendum gerendúmve esset, quòd scilicet sic inter partes pactum conventum fuisset. Sic conventus regios, in quibus de summa regni tractabatur, placita dixerunt; quæ post *parlamenta* dicta Greg. Turon. lib. 7. c. 13. & 14. & aliàs passim. Sic & *placitum legatis dare* ait Greg. Turon. lib. 6. c. 34. pro legatos audire & absolvere. Vnde placitum pro judicio sumptum synodi Turonensis 3. cap. 35. *pro quolibet placito vel judicio à qualibet persona munera exigere.* Synodi Arelatensis sub Carolo M. cap. 16. *Ne in dominicis diebus publica mercata neque causationes disceptationésque exerceantur.* Synodi Turon. 3. c. 39. *placita secularia.* Sic *placitum Comitis & placitum Centenarij* in Capitul. lib. 3. nostris *plaids.* Gregor. Turon. lib. 7. c. 23. *Placitum in Regis Childeberti præsentia posuerunt.*

PER TRID. SEV AMPLIVS] Sic cap. 38. formulæ. incerti auctor. & Leg. Roman. cap. 33. Ex quo discimus non uno tantùm die, sed triduo adversarium expectari debuisse. Gregor. Turon. lib. 7. c. 23. *Injuriosus ad placitum in conspectu Regis Childeberti advenit, & per triduum usque occasum solis observavit. Sed cùm hi non venissem, neque de causa hac ab ullo interpellatus fuisset, ad propria rediit.* Iunge leg. Sal. tit. 59.

ADIECTVS SIT] hoc est, vadimonium deseruerit & defecerit, à dejecti & dejiciendi vocabulo. Formulæ incerti auct. cap. 22. *Placitum suum exinde neglexit, & jactivus inde remansit.* Cautio de infracturis variat. cap. ult. *& si exinde negligens & jactivus apparuero.* Leg. Salicæ tit. 52. 3. *quem legitimè habeo adjactivum vel admallatum secundùm legem Salicam,* quo loci videndus Fr. Pithœus.

SOLSATISSIT] id est, solem ei occasum fuisse, ante solis occasum judicio non stitisse. Nam post solem occasum nemo se judicio sistere poterat. Gregor. Turon. lib. 7. cap. 23. *per triduum usque occasum solis expectavit.* Sic leg. Salicæ tit. 52. *solem collocare, & per singulas admonitiones vel solem culcatum terni solidi accrescant.* Sic olim apud Romanos in legibus duodecim tabularum *solis occasu diei suprema tempestas esto,* apud Varronem libro sexto de lingua Latina. Hunc verò morem solis occasum opperiundi apud Francos multis seculis duravisse probant veteres duelli formulæ quas doctiss. Io. Savaro edidit; in quibus ante solis occasum adversarium vincere necesse erat, aut id nominatim excipiendo sibi cavere. De civilibus quoque negotiis illud ipsum Philippus de Beaumanoir testatur, qui sub Philippo III. Rege Claromontensis comitatus in Bellovacis leges patria lingua scripsit, cujus verba sunt hæc cap. 2. ex codice optimi doctissimique viri Antonij Oiselli: *Se li ajornemens est fais à relevée ou as vespres, l'euvre de la presentation dure jusques à Soleil esconsant; & qui de Soleil luisant se presente, il ne puet estre en defaute du jour.*

NVLLA SONNIA NVNTIASSET] Sonnia est impedimentum, excusatio. Sunnis in leg. Sal. tit. 1. leg. Ribuar. tit. 34. Capitul. lib. 3. c. 45. Ecsonia in formul. leg. Rom. cap. 33. Nobis *Exoine.* de quibus integro capite agit Philippus de Beaumanoir, quem modò laudavi, capite tertio, *Des Essoines & contremans.* Veteribus quibusdam monimentis *soine.* Non placet hanc vocem deducere ex alia barbarica voce *Exidoniare,* ut quidam scripsere. Nam hæc duo vocabula toto cœlo inter se distant. qua de re aliàs. Mallem à morbo suntico sunnis originem petere.

COMES PALATII NOSTRI] Sic infrà capite proximo, & in judicio Chlotarij Regis, quod suprà exscripsimus. quæ verba Comitem palatij cum proceribus vice regia cognovisse

manifestè ostendunt. Nomine tamen regio judicia inscripta erant. quod & hodie in Senatusconsultis fieri solet.

COMPONERE ET SATISFACERE] Itaque hoc jure qui defecerat & vadimonium deseruerat, causa cadebat. Quod etiam lege duodecim tabularum cautum fuit, *præsenti litem addicito*, apud Gellium lib. 17. c. 2. Verùm postea id mutatum. Vlpianus in l. *Et post edictum.* 72. De judiciis : *Pronuntiabitur non ubique secundùm præsentem, sed interdum vel absens, si bonam causam habuerit, vincet.* Franci tamen perpetuò observarunt ut absens causa caderet, nisi justam absentiæ causam nuntiasset. Consuetudines Regulæ à Ricardo Abbate Floriacensi constitutæ consilio Vicecomitum & Baronum terræ anno nongentesimo septuagesimo septimo : *Ille qui die assignata usque ad horam septimam coram priore non comparuerit, tanquam convictus judicabitur.* Illud quoque passim occurrit in veteribus amplissimi Senatus Parisiensis monimentis. Donec constitutione Francisci I. Regis statutum est ut absente reo, actor tamen necesse habeat legitimè probare justam actionis causam. Quod antea à judicibus Ecclesiæ, qui lege Romana utebantur, observatum. Eleutherius Papa apud Gratianum in can. *Caveant judices.* 3. quæst. 1.

Cap. 38. CHARTA PARICLA] *Paricla* pro *paricula* scriptum est. Est autem judicium Comitis palatij, quo statuit ut quidam, qui fugitivum servum recepisse accusabatur, certa die juraret cum sex aliis se non fecisse, & ita crimen objectum purgaret. Et quia neutra pars victa dici poterat, jubentur ambo ejus judicij similia exempla accipere. ideo *paricula* dicitur *charta*, quòd ejusdem exempli duæ litigantibus dandæ essent. Sic variar. formul. cap. 14. *Vnde duas epistolas pariculas, uno tenore conscriptas, manu eorum vel bonorum hominum firmatas, inter se fieri & firmare rogaverunt.*

ITEMQVE HOMINEM] Videtur aliquid deesse, designatio videlicet quorundam qui eodem crimine accusabantur. quod dictio *item* demonstrat. deinde quinque denominatos esse dicit, quorum unus jurare jubetur.

FORTITER VISVS EST DENEGASSE] Gregor. Turon. lib. 7. c. 23. *Post hæc in judicium venit. Sed cùm fortiter, ut diximus, denegaret, & hi non haberent qualiter eum convincere possent, judicatum est ut se insontem redderet sacramento.*

DE QVINQVE DENOMINATIS]Ex quinque reis unus purgari jubetur sacramento. Ex quo etiam patet initio capitis quædam deesse.

SVA MANV SEPTIMA] Porrectis namque manibus jurabant, tactisque sacrosanctis evangeliis, aut altari, aut etiam, quod frequentissimum erat, sanctorum reliquiis. Solebant enim non in civilibus tantùm & levioribus causis, sed & in criminalibus, cùm nulla probatio supperet, jusjurandum decernere, ut reus crimen purgaret. Leg. Bajuvar. cap. 12. tit. 15. 2. *Iudex causam suam bene cognoscat, & priùs vel tacitus inquirat, ut eum veritas latere non possit ; nec facilè ad sacramenta veniatur.* Paulò post : *Nulli liceat perjurare, sed sicut judicatum est cogatur exsolvi. In his verò causis sacramenta præstentur in quibus nullam probationem discussio judicantis invenerit.* Gregor. Turonens. lib. 7. c. 23. Formulæ incerti auctoris cap. 2. 3. 5. In legib. Frisionum, *non juret, sed componat ac si ipse eum occidisset.* Leg. Angl. tit. 9. *si negat, cum undecim juret, aut campo decernat.* Denique nil frequentius in his legibus. Vvillelmi Normanni Angliæ Regis leges apud Hovedenum : *Si Anglicus appellaverit Francigenam, & eum approbare voluerit judicio aut duello, volo tamen Francigenam purgari sacramento, non ferro.* Verùm non uni tantùm reo deferebatur jusjurandum, sed & alios tres, quinque, duodecim, aut amplius, prout judicatum fuerat, necesse habebat adducere, qui scilicet idem quod ipse jurarent ; qui *juratores* & *conjuratores* in Lege Salica dicuntur tit. 50. 55. 61. Capitul. lib. 3. c. 9. ut *sacramentales* & *consacramentales* passim his legibus. Auctor vitæ S. Eligij Noviomensis lib. 2. c. 51. apud Surium : *Lata sententia est ut vir ille cum multis aliis juraret. Sic enim apud Francos in more positum est. Verùm Abbas omnibus aliis remisit juramentum, ne alterius flagitio implicarentur. Solus ille agri usurpator procerum sententia jurare jussus est.* Leg. Bajuvar. cap. 12. tit. 2. 3. *Cum duodecim sacramentalibus juret de lite sua, vel duo campiones propter hoc pugnent.* Greg. Turon. lib. 8. c. 9. *Fredegundis Regina, conjunctis prioribus regni sui, id est, tribus Episcopis, & trecentis viris optimis, sacramenta dederunt hunc à Chilperico Rege generatum fuisse ; & sic suspicio ab animis Regis ablata est.* Idem lib. 8. c. 40. de Pelagio quodam qui res S. Martini abstulerat, *ille electis duodecim viris ut hoc scelus peieraret advenit.* Capitul. lib. 1. cap. 61. lib. 3. c. 9. & 10. lib. 5. c. 353. & 362. Theganus Trevirensis Chorepiscopus de gestis Ludeuvici c. 29. de Paschalis Papæ purgatione. Inde frequentissimè *manu quinta, manu sexta, septima, duodecima*, in veteribus legibus, Capitulis, epistolis Romanorum Pontificum, & in libris feudorum. Quæ demum purgatio canonica dicta est, quòd ea tantùm purgationis species ab Ecclesia probaretur, ceteris duelli, ferri candentis, crucis, aquæ calidæ, panis hordeacei damnatis. Ea de re tituli sunt libro quinto Decretalium *De purgatione canonica*, & *De purgatione vulgari.* Iurisjurandi forma refertur leg. Alaman. tit. 6. solum videlicet reum conceptis verbis jurare, ceteros verò juratores hoc tantùm, credere illum vera jurasse. Innocentius III. Papa in cap. de testibus, de purgatione canonica : *Illi qui ad purgandam alicujus infamiam inducuntur, id solum tenentur juramento firmare, quòd veritatem credunt eum dicere qui purgatur.* Ex consuetudine tamen jurandi perjuria adeò invaluerant ut jurisjurandi probatio à plerisque reprobaretur, & Burchardus Vvormatiensis Episcopus in lege familiæ duellum ejus loco suffecerit. Vide Ottonis constitutionem in legib. Longob. lib. 2. tit. 55.

SVPER CAPELLAM DOM. MARTINI] hoc est, super reliquias S. Martini, quæ in palatio asservabantur ; quibus etiam tactis, palatinæ causæ jurejurando finiebantur. Solenne fuit jusjurandum publicè in Ecclesiis aut martyrum

tumulis & altaribus præstare, aut etiam extra Ecclesiam admotis sanctorum reliquiis. Gregor. Turon. lib. 4. cap. 46. *Requirit hominem alium Vrsum nomine, quem ad altare clam addu&um jurare fecit ac dicere : Per hunc locum sanctum & reliquias martyrum beatorum &c.* Lib. 5. cap. 32. *Si, inquiunt, est innoxia, super tumulum hoc beati Dionysii martyris sacramentis adfirma. Faciam, inquit pater. Tunc inito placito ad basilicam martyris sancti conveniunt : elevatisque pater manibus super altarium, juravit filiam non esse culpabilem.* Lib. 8. c. 16. de impij cujusdam voce, qui pejerare consueverat : *Ibo ad basilicam beati Martini, & sacramento me exuens innocens reddar.* Idem de miraculis lib. 1. c. 33. *Quidam tempore Felicis (Biturigum) Episcopi vicinos suos quodam pro crimine impetebat : quos cum plerunque verbis procacibus lacesseret, ac judicio publicè provocaret, decretum est sententia primorum urbis ut se ab hac noxa, qui impetebantur, sacramento purgarent; ingressique in ejus memoratæ ædis altare, cum elevatis manibus sacramenta proferrent &c.* Idem de miracul. lib. 1. cap. 20. 39. 53. lib. 2. c. 19. 39. Idem de gloria confess. cap. 93. 94. Leg. Alaman. tit. 6. *Sacramenta sic fieri debent ut illi juratores manum suam supra capsam ponant.* Capitul. lib. 1. c. 61. Synodi Meldensis c. 39. *Tantum hoc malum est ut ad sanctuaria martyrum, ubi diversorum ægritudines sanantur, ibi perjuri, licèt manifestè interdum vexari non videantur, justo Dei judicio à dæmonibus arripiantur, sicut sanctus dicit Gregorius.*

SVPER CAPELLAM DOM. MARTINI] Capellam pro capsa dici, in qua martyrum ossa conderentur, vel hic locus evincit. Nam & super capsam jurare lex Alaman. tit. 6. dicit. Sic etiam accipitur in formulis incerti auctoris cap. 3. Evodius de miraculis S. Stephani lib. 1. *Capella argentea, in qua erat reliquiarum portio.* Reliquias igitur sancti Martini in palatio asservatas innuit hæc formula. Vnde capellæ regiæ seu sacello nomen. Sangallensis lib. 1. c. 4. *De pauperibus supradictis quendam optimum dictatorem & scriptorem in capellam suam assumpsit, quo nomine Regei Francorum propter cappam S. Martini, quam secum ob sui tuitionem & hostium oppressionem juxta ad bella portabant, sancta sua appellare solebant.* Hodie verò capellam vocamus quam veteres cellam & sacellum dixere.

PERCVRRVNT] id est, fieri & præstari solent, à consuetudine quæ impetu & cursu quodam fertur. S. Augustinus conf. lib. 1. cap. 16. *Væ tibi fluvius moris humani : quis resistet tibi? quandiu non siccaberis?*

DE HAC CAVSA DVCTVS SEDEAT] *Ductus* pro *eductus*, hoc est, extra aleam & periculum positus. non dissimiliter de verbo *exire*, quod usurpabatur de eo qui accusatione impetitus, absolutus est; ut & hodie, *il est sorti d'affaire.* Augustinus sermon. 18. in Matthæum in fin. p. 109. tom. 10.

CVM LEGIS BENEFICIO] hoc est, pretio compositionis, quæ lege statuta est. Videantur veteres leges.

ÆQVALES PRÆCEPTIONES] ejusdem exempli. Inde in titulo, *charta paricla* seu *paricula*, variar. formul. c. 14.

VT PRO NATIVITATE REGIS] Regis est epistola, qua Comitibus & Domesticis mandat sibi filium natum. Ideoque jubet ut in unaquaque fiscali villa tres servi manumittantur, & lætitiæ & eleemosynæ causa. Eò pertinet & illud Gregorij Turon. lib. 6. c. 23. *Dehinc Chilperico Regi, post multa funera filiorum, filius nascitur. Ex hoc jubet Rex omnes custodias relaxari, vinctos absolvi; compositionésque negligentum fisco debitas præcepit omnino non exigi.* Illud præterea in hoc lemmate observandum, filium Regis Regem dici. quod tunc usitatum fuisse ex Greg. Tur. apparet, qui lib. 3. c. 22. Theodebertum Theoderici Regis filium Regem vocat. & lib. 4. c. 13. *Intendebat & ipse Rex Chramnus minas*; qui tamen perduellis, patre superstite Chlotario Rege, interfectus est. Sic & filiæ Regum Reginæ dictæ. Gregor. Turon. lib. 10. c. 15. de Chrodielde Pictavensi moniali : *Nolite super me quæso vim inferre, quæ sum Regina filia Regis.* Rigordus in Philippi Augusti vita, Regis Lusitaniæ filiam, Flandriæ Comiti nuptam, *Reginam Comitissam* vocat. Nec novo id exemplo. Servius in Virgilij eclog. 3. in fi. *Regum autem nomina dixit, non quoniam ipsi Reges fuerint, sed quia Regum filij: ut, Magnum Reginæ sed enim miseratus amorem, cum de Ariadne diceret Pasiphaës Reginæ filia.* Sic & Claudianus Serenam Theodosij Imp. fratris filiam, Stiliconi nuptam, Reginam vocat in panegyrico Serenæ. Teucer apud Sophoclem in Ajace lorario matrem suam filiam Laomedontis Regis à Telamone captam, Reginam natura fuisse dicit : ὃν ὁ μὲν τῶ βασιλικοῦ Λαομέδοντος. Sic Polyxena in Euripidis Hecuba se Reginam vocat : Δούλη κεκλῆσθαι, Βασιλὶς δ' ἀι γόνωμαι.

ALIOR. DOMESTICOR. ACTIONIB.] Actionibus, id est, officiis & ministeriis. qua de re latiùs suprà capite undecimo. de Domesticis verò ad caput ultimum libri secundi dicetur.

PER VESTRAS EPISTOLAS] Formula epistolæ manumissionis, quæ jussu Regis à Domestico celebratur, extat cap. ult. libri secundi.

VT LEVDE SAMIO PROMITTANTVR] hoc est, ut fidelitatis sacramentum Regis filio promittatur, quem Rex in parte regni sui Regem constituit, in Austria aut Neustria fortasse. quod crebrò sub prima Regum Francorum familia factitatum. Corrupti verò quid esse in hoc titulo suspicor, aut certè plenius inquirendum censeo. Nam quid *samio* sibi velit, nondum reperi. Fortasse scriptum erat : *Vt leudis sacramentum promittatur Regi*: sacramenti vocabulo breviatim scripto, nec postea intellecto.

TAM FRANC. ROM. VEL REL. NATIONES] Omnes quippe illi permixti habitabant. Sic suprà c. 8. *Omnes populi ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, vel reliquæ nationes.* Romani autem, veteres incolæ appellabantur. Omnes namque provinciales Romani imperij, cives Romani erant post constitutionem Antonini, l. *In orbe.* De statu homin. Et inde everso imperio nomen Romanum retinuere. Leg. Salicæ tit. 34. *Si Romanus Fran-*

Cap. 39.

Cap. 40.

cum ligaverit sine causa. & tit. 43. 6. *Romanus homo conviva Regis.* 7. *Romanus homo possessor.* 8. *Romanus tributarius.* Greg. Tur. lib. 2. cap. 33. de Gundebaldo Rege: *Burgundionibus leges mitiores instituit, ne Romanos opprimerent.* Leg. Burgund. tit. 40. *Ceterùm si quis posthac barbarus vel testari voluerit vel donare, aut Romanam consuetudinem aut barbaricam esse servandam sciat.* & passim his legibus. Cassiodor. lib. 7. c. 3. *Necessarium duximus illum &c. ad vos Comitem destinare, qui secundùm edicta nostra inter duos Gothos litem debeat amputare; si quod etiam inter Gothum & Romanum natum fuerit forsasse negotium, adhibito sibi prudente Romano, certamen possit aquabili ratione distringere. Inter duos autem Romanos Romani audiant.* Vetus constitutio Chlotarij Regis nondum edita, quam eruditissimus Iac. Sirmondus humanitate & liberalitate sua mihi communicavit: *Inter Romanos negotia causarum Romanis legibus præcipimus terminari.* Sed de his, si Deus dederit, aliàs plura.

BANNIRE] id est, edicto convocare. Bannum enim edictum est & denuntiatio quælibet. Appendix Gregorij Turon. cap. 87. *Iussu Sygoberti omnes leudes Austrasiorum in exercitu gradiendum banniti sunt.* Leg. Ribuar. tit. 67. *Si quis legibus in utilitatem Regis, sive in hoste, sive in reliquam utilitatem bannitus fuerit, & minimè adimpleverit, si agritudo eum non detinuerit, solidis sexaginta multetur.* Capitul. lib. 3. c. 69. *Quicunque homo nostros habens honores in hostem bannitus fuerit.* Lib. 4. c. 25. *Non manniatur, sed per Comitem bannitur.* Hincmar. ep. 4. c. 15. Synodus Confluentina an. DCCCLX. *Ab hoc die & deinceps de Dei banno & nostro bannimus ut nemo hæc amplius præsumat.* Sic bannum pro denuntiatione & edicto. Capitul. lib. 3. c. 66. & lib. 4. c. 24. & 60. Inde etiam pœna seu mulcta edicto non obtemperantis bannum dicitur sæpe in Capitulis & aliàs. Vt & heribannum pro mulcta ejus qui ad exercitum ire neglexit. quod nos *Arrierban* dicimus. Gregor. Turon. lib. 5. c. 26. lib. 7. c. 42. Capitul. lib. 3. cap. 14. & 35. Cujus vocis vestigia plura apud nos hodie remanent. Siquidem & nuptiarum proclamationem *bannos* appellamus.

MISSO NOSTRO] Legato. qua voce nil frequentius.

EX NOSTRO LATERE] Sic Greg. Tur. lib. 4. c. 13. *Misit Rex Imnacharium & Scaptarium primos de latere suo.* Synodus Matisconensis II. sub Guntchranno Rege c. 14. *Hi qui lateri Regis adhærent.* Vita Ludevici Pij, quæ etiam apud Adhemarum extat, & Aimoini continuationi subjuncta est lib. 5. c. 10. *Eodem anno generalem conventum Aquisgrani habuit, & per universas regni sui partes fideles ac creditarios à latere suo misit, qui æqui juris tenaces existentes perversa corrigerent, omnibúsque congruum jus æquo libramine penderent.* Sangallensis lib. 2. c. 9. *Tunc ex latere Cæsaris directi sunt qui eos honorificè introducerent.* Hodie quidem Summi Pontificis legatos Cardinales *Legatos à latere* dicimus.

FIDELITATEM] Gregor. Turon. lib. 7. c. 7. *Priores quoque de regno Chilperici, ut erat Ansovaldus & reliqui, ad filium ejus, qui erat, ut superiùs diximus, quatuor mensium, se collegerunt, quem Chlotarium vocituverunt, exigentes sacramenta per civitates quæ ad Chilpericum priùs aspexerant, ut scilicet fideles esse debeant Guntchranno Regi ac nepoti suo Chlotario.* & cap. 13. de Gararico Duce, qui *sacramenta de nomine Childeberti susceperat.* Appendix Greg. cap. 76. Capitul. lib. 3. c. 8. *Vt nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis & unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem & sui senioris &c.* & cap. 88. Ejus porrò sacramenti formulam Petrus Pithœus de litteris optimè meritus edidit unà cum secundæ Regum familiæ historicis.

LEODE] Pro fide accipio. Leudes in leg. Vuisigothor. lib. 4. tit. 5. c. 5. Leudes namque apud Gregorium Turonensem ij dicuntur qui fideles Regis sunt, & qui nulli præterquam Principi obnoxij sunt; quos sequens ætas *Barones* dixit. Greg. Turon. lib. 9. c. 20, in pactione Regum apud Andelaum: *Leudes illi qui Domno Guntchramno post transitum Domni Chlotary sacramenta præbuerunt.* Appendix Gregor. cap. 54. *Chlotarius cum proceribus & leudibus Burgundiæ Trecassinis conjungitur.* & passim. Idem leudes Baronum nomine comprehendit c. 41. *Burgundiæ Barones verò tam Episcopi quàm ceteri leudes timentes Brunichildem.* Vnde proculdubio feudum *leudum* sive *lehen* hodie quoque Germani vocant. quod jam à Cujacio initio feudorum observatum est. Huc referri posset quod nos *ligium hominium* seu *homagium* dicimus.

SAMIO] Corruptè, ut quidem censeo; aut certè plenius inquirendum. Putarem notis *sacramenti* vocem heic scriptam nec intellectam.

PER LOCA SANCTORVM] Appendix Gregor. c. XC. *Hi duo Flaochatus & Vuillibaldus, eò quòd multa ad invicem per loca sanctorum de amicitia obliganda sacramenta dederant.* De ejusmodi sacramento proximè suprà diximus.

PIGNORA] reliquiæ sanctorum. Id porrò heic observandum, in eam rem à Rege missas ut sibi aut filio fidelitatis sacramentum præstaretur.

AD LIB. II.

HVIVS libri titulus in MS. ita conceptus erat: *Incipit scedola qualiter chartæ pagenses fiant.* quod omissum nolui. Igitur superiore libro omnium litterarum & negotiorum formulas tradidit Marculfus quæ regio nomine & in palatio expediri solerent. Hic verò chartas pagenses continet, eas videlicet quæ in unoquoque comitatu & pago, in præsentia Comitis, aut Vicarij, aut Centenarij, aut etiam privatim peragi possent. Nam, ut antea diximus, rite & publicè quippiam perficiendi duo tum legitimi modi, in palatio ante Regem, aut in pago ante Comitem. Pleraque existunt etiam negotia quæ per epistolam fieri possunt; quorum etiam formulæ secundo libro comprehenduntur. Ideoque magnus Cujacius, qui hoc eodem codice usus fuerat, hanc totius operis divisionem respiciens, hoc titulo Marculfum laudat: *in Marculfi monachi libro de formulis publicorum privatorúmque negotiorum* in Pauli sentent. lib. 4. tit. 6. Etsi non omnia quæ secundo libro

libro traduntur privata sunt. Nam quod ante Comitem peragitur, publicum, non privatum est. Vide Capitul. lib. 4. c. 19. 26. 29.

Cap. 1. DE MAGNA RE QVI VVLT XENODOCH.] Xenodochij seu hospitalis aut monasterij constructio est & dotatio, à privato quolibet in animæ remedium & peccatorum remissionem facta. Omnes quippe donationes, fundationes, & privilegia Ecclesiis concessa his atque adeo superioribus seculis hanc remedij animæ causam continent. Vt fallatur Falcetus qui antiqu. lib. 5. c. 10. non ante Dagoberti Regis tempora Ecclesiis bona in animæ remedium aut remissionem peccatorum data existimat, sed tantùm *ad opus, in usum luminum, & sarta tecta.* Nam vetustissima quæque monumenta etsi pecuniæ vel fructuum destinationem contineant, ut in sarta tecta aut in usum luminum sufficerent, hanc tamen causam prætendunt, ut ad veniam à Deo impetrandam dantibus prosint. Salvianus disertissimus ille Massilienſis Presbyter integris quatuor libellis Timothei nomine ad Ecclesiam catholicam divites omnes vehementissimè adhortatur, præcipuè eos quos gravium delictorum terror exagitat, quósque peccatorum conscientia excruciat, ut peccare & labi desinant, tandémque peccata sua misericordiis, largitionibus, & eleemosynis redimant. Gregor. Turon. lib. 6. c. 20. de Chrodino quodam qui domos, vineas, argentum Ecclesiis distribuens dicebat: *Sint hæc Ecclesiæ data, ut dum de his pauperes reficiuntur, mihi veniam obtineant apud Deum.* & lib. 9. c. 42. in Radegundis epistola: *Quæ alij pro animarum suarum remedio, vel sorores ibidem de rebus propriis contulerunt.* Hæc verò formula longam ejus argumenti præfationem continet. Qua ratione postea eò usque progressum est ut plerique crederent donationibus in Ecclesiam factis posse crimina quæcunque nullo negotio aboleri; ob eámque causam synodo Cabilonensi sub Carolo M. reprobata est hæc opinio cap. 36. nimirum adversùs eos qui de industria peccantes per eleemosynas impunitatem sibi promittebant. *Non enim*, inquit, *idcirco quis peccare debet ut eleemosynam faciat; sed ideo eleemosynam facere debet quia peccavit.* Eodem pertinet quòd tum illo Concilio, tum in Capitulis, res Ecclesiæ *patrimonia pauperum & prætia peccatorum* appellantur.

SEV QVIDAM] Ita emendavi pro *quidem*, ut constaret sensus.

QVOQVE SCELERIBVS] Pro *& sceleribus.*

OPTAT] Hujus clausulæ, quæ duriùs conscripta, mendis etiam non caret, sententia est. Ille scelerum & flagitiorum conscientia excruciatus, & Christiano nomine indignus, optat dotatione & constructione monasterij & eleemosynis peccata sua extingui. quod etiam passim sacra scriptura spondet. idque adductis rationibus pleniùs probat, deinde rem ipsam aperit.

COLONICIS] De colonica dictum est suprà lib. 1. c. 30.

REMOTA PONTIFICVM] Hæc clausula ad exemptionem Ecclesiæ pertinet, ex voto ædificantis vel dotantis. quæ justissima est causa. qua de re satis ad cap. 1. lib. 1.

CABALLOR. PRESTVS] Prestus, id est, præstationes.

PARAVEREDA] De quibus lib. 1. cap. 11.

MINVENDI CAVSAM] Causa pro re, ut nostris *chose*. Gregor. Turon. lib. 4. c. 13. *Multa causa per eum inrationabiliter gerebantur.* Capitul. lib. 5. c. 360. *Si quis causam alterius tulerit de loco suo.* Pipinus Imper. *Non præsumant ipsi, aut homines illorum, alicui homini suam causam tollere, vel suum laboratum.* Leg. Longob. lib. 3. tit. 4. l. 5.

ZEZIÆ FRAVD. MERCATOR.] Intelligit Giezi, de quo 4. Reg. 5. 26. ubi de Naaman & Elizæo. Sic Gregor. Turonens. de mirac. lib. 1. c. 59. Sic & Tarasij epist. p. 11. Alij hujus maledictionis loco Iudæ exemplum proponunt. Testamentum B. Remigij apud Flodoardum lib. 1. c. 18. vett. chartæ S. Benigni, & passim vetera instrumenta.

SOCIETATI QVOQ. ET FISCO] Aliàs *socio quoque fisco.* Vtrumque retineri potest. In pœnis enim fiscum socium adjungebant, ut infrà omnibus penè formulis.

PROLOGI] Præfationes sunt variæ quæ do- Cap. 2.
nationi ad Ecclesiam conveniunt, & omnes remissionis peccatorum & animæ remedij causas continent. Cujus exempli pleraque instrumenta donationum videre est in antiquis Ecclesiarum monumentis.

COMAM CAPITIS MEI] Capitul. lib. 1. c. 137. *Vt liber homo qui in monasterio regulari comam deposuerit, & res suas ibidem delegaverit, promissionem factam secundùm regulam firmiter teneat.* In tabulario S. Martini Turonensis: *Ego Galfardus S. Martini humillimus Levita &c. dono, trado Deo necnon S. Martino, ubi parentes mei me obtulerunt, novo ordine traditionis per capillos capitis mei illic comam relinquens &c. proprium meum qui ex successione parentum meorum mihi obvenit &c. Dat. x. KL. Iuly anno XVII. regnante Domno Karolo Rege.*

PECVLIO VTR. SEXVS] Peculij vox va- Cap. 3.
riè accipitur. Nam præter notiorem significationem ejus quod à patre vel domino filio aut servo concessum est, vel quod illi parsimonia & industria quæsierunt, veteres etiam omne patrimonium peculij nomine appellabant, auctore Servio in eclog. 1. à pecoribus in quibus eorum universa constabat substantia. unde & pecunia dicta. Vlpianus quoque ea quæ Græci κεφάλαια dicunt Gallos *peculium* appellasse testatur. l. 9. §. *Dotis.* De jure dotium. Heic verò pro pecudibus peculium usurpari manifestum est, idque non abs re, cùm & peculij vox à pecudibus deducta sit. Sic infrà cap. 4. *Peculio utriusque sexus majore vel minore.* cap. 7. & aliàs sæpe. Synodi Aurelianensis I. c. 17. *De his quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta serventur.* Rotharis Rex in legibus Longobardorum tit. 105. 19. *Si quis caballum alienum aut quodlibet peculium, credens suum esse, præserit.*

EA SCILICET RATIONE] Precaria est, de qua postea cap. 5.

NE QVICQVAM AVRI] Asteriſco hunc locum notavi, quòd eum integra fide curare &

restituere non potuerim. Sensus tamen hic esse videtur, donatorem velle præsentem donationem insinuari gestis municipalibus; etsi non ejus fortasse quantitatis sit quæ insinuationem desideret. Nam ducentorum aureorum donationes, non minoris quantitatis, insinuari solitas ante Iustiniani constitutionem notum est.

SI QVIS VERO] Omnibus ferè hujus libri formulis pœna adscribitur, si adversùs eas factum commissumve quid fuerit, ut & in Capit. lib. 3. c. 25. quod tutius est quàm ad id quod interest agere, cujus plerunque difficilis probatio, & ad exiguam summam deducitur l. ult. De prætoriis stipulat. Hincmarus de divortio Hlotharij & Tetbergæ ad XII. interrog. p. 402. *Sed & in jure civili in conscriptione chartarum conditionalis constitutio ponitur. quo dispendio qui eandem chartam infringere tentaverit, fisco multetur, & accusator accusationi scriptura se à conditione mutare non poterit.*

STIPVLATIONE SVBNIXA] Fortasse quòd stipulatio antè intervenerat. Vel etiam hujus clausulæ ea mens est, ut perinde firmum id habeatur atque si in stipulatum deducta res fuisset. Nam stipulatio commune erat omnium obligationum astringendarum vinculum. Paulus Sentent. lib. 5. tit. 7. Id porrò ex jure Romano petitum, omnibus formulis etiam inferioris ævi adscriptum videre est: cujus loco sæpe in traditionibus Fuldensibus *culmo subnixa*, quasi stipulatio à stipula descenderet. quod Isidorus asserit origin. libro quinto: *Stipulatio à stipula. Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant; quam iterum jungentes, sponsiones suas agnoscebant.* Quamquam credibile sit Isidorum, cùm hæc scriberet, de jure hospitij & tessera hospitali cogitasse. Aliam certè stipulationis notationem Varro, aliam quoque Iurisconsulti tradunt.

Cap. 4. CESSIO] ex causa donationis. Vetus instrumentum donationis tempore Iustini Imp. *Huic cessioni atque donationi à me facta in beatissimo atque apostolico viro sacerdote Ravennatis Ecclesiæ ad omnia quæ superiùs tenentur adscripta relegi, consensi, & subscripsi, & testes ut subscriberent convocavi, stipulantique vobis, vir beatissime, & actoribus tuis in præsentia constitutis in verbis solennibus spopondi.* quæ ideo longiùs exscripsi, quia non longè à nostris formulis absunt.

Cap. 5. PRECARIA DE IPSA VILLA] Res Ecclesiæ alienari non posse multis synodorum decretis, pluribus etiam Imperatorum Regúmque constitutionibus sancitum est. Illud tamen receptum, ut petenti ad certum tempus rei ecclesiasticæ ususfructus non denegetur, si quidem non minùs quàm alterius tantæ quantitatis quantam acceperat reditus cum ipsorum prædiorum dominio Ecclesiæ derelinquat. L. *Iubemus.* §. *Sanè omnis.* Cod. de sacrosanctis Eccles. Synodi Belvacensis cap. 11. Meldensis c. 22. Solebant & qui res suas Ecclesiæ dabant precibus rogare ut sibi, quoad vixissent, iis uti frui liceret, ut hæc formula ostendit, & suprà hujus libri cap. 1. 3. Incerti auctoris formulæ c. 27. Formul. leg. Rom. cap. 7. Leg. Alaman. tit. 2. *Si quis liber res suas ad Ecclesiam Dei dederit &c. & postea à pastore Ecclesiæ per beneficium susceperit ad victualem necessitatem conquirendam diebus vitæ suæ, & quod spopondit persolvat ad Ecclesiam censum de illa terra &c.* Leg. Bajuv. c. 1. tit. 1. *Postea nullam habeat potestatem exinde quicquam auferre, nec ipse, nec posteri ejus, nisi defensor Ecclesiæ illius per beneficium præstare voluerit ei.* Fortunatus lib. 8. carm. ad Gregorium Turonens. pro agro præstito. tum carm. 22. ad eundem, precatoria pro ipso agro.

Quando reposcetur, vestris redit usibus arvum,
Et domino proprio restituemus eum.

Instrumentum verò seu chartam quæ eo nomine conficiebatur, *precariam* & *precatoriam* appellabant, quòd precibus concessa videretur. Concilij Toletani VI. c. 5. *Si quis Clericorum vel aliarum quarumlibet personarum stipendium de rebus cujusdam Ecclesiæ Episcopi percepit largitate, sub precariæ nomine debeat professionem scribere, ut nec per temtionem diuturnam præjudicium afferat Ecclesiæ.* Synodi Epaunensis c. 18. Rhemensis sub Carolo Magno c. 55. Vnde & ipsum negotij genus precaria dicitur. Quod à precarij contractu apertè deductum est, quamvis diversa sit utriusque negotij natura. Nam ad certum tempus precaria constituitur, non ad domini nutum; & utplurimum merces sive census in precaria intervenit, non autem in precario, quod gratuitum est. Tandem omnis concessio ususfructus rerum Ecclesiæ ad certum tempus, precaria dicta est; licèt qui petit, de suo nihil donaverit. Pipinus Rex in synodo an. DCCXLII. *Vt sub precario & censu aliquam partem ecclesialis pecuniæ in adjutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus &c. & iterum, si necessitas cogat, aut Princeps jubeat, precarium renovetur & rescribatur novum.* Capit. lib. 5. c. 3. ex synodo Leptinensi. & lib. 7. c. 142. *Præcipimus ut nullus res Ecclesiæ nisi precario possideat; & postquam ipsæ precariæ finitæ fuerint, faciant potestativè speculatores Ecclesiæ utrum elegerint, aut ut ipsas res recipiant, aut posteris eorum sub precario & censu habere permittant.* Vide infrà cap. 39. 40. 41.

NOSTRA EVIT PETITIO] Flodoardus hist. Rhem. lib. 2. c. 1. de Mapinio Episcopo: *Hujus quoque temporibus Suavegottho Reginæ Rhemensi Ecclesiæ tertiam partem villæ Virisiaci per testamenti paginam delegasse reperitur. Quam partem ipse quoque Præsul Teudechildi præfatæ Reginæ filiæ usufructuario per precariam salvo Ecclesiæ jure concessit, ita duntaxat ut post ejus obitum, absque ullo præjudicio, sicut ab ea meliorata fuisset, ad ditionem Rhemensis revocaretur Ecclesiæ.*

AD BENEFIC. VSVRVCTVAR.] Sic beneficium pro precario accipit Tertullianus adversùs Hermogenem: *Tribus modis aliena sumuntur, jure, beneficio, impetu, id est, dominio, precario, vi, dominio non suppetente.* Horatius epist. 2. lib. 2.

Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis hora
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema
Permutet dominus.

Ideoque & precarium genus liberalitatis esse Iurisconsulti testantur. l. 1. & 2. De precario. Sic & in l. *Iubemus.* §. *Sanè.* Cod. De sacrosanctis eccles. ubi hoc negotij genus describitur: *Pacta conscribat per quæ & tempus intra quod hoc præstari placuerit statuatur, & manifestum sit quod quisque acceperit hujusmodi beneficij gratia.* Leg. Alaman. tit. 2. *à pastore Ecclesia per beneficium susceperit.* Leg. Bajuvar. c. 1. tit. 1. *per beneficium præstare.* Constitutio synodi Pistensis an. DCCCLXII. de villis B. Dionysij. *has villas, cum omnibus quæ per precarias aut beneficia inde homines retinent &c.* Inde beneficij nomine ea prædia dicta, quæ pro servitio militari à Rege sive etiam ab aliis concedebantur, quæ feuda posteritas dixit. Initio namque vita accipientis finiebantur, & ex certis causis revocari poterant. Capitul. lib. 1. c. 126. *Qui beneficia regalia tam de rebus ecclesiasticis quàm quæ & de reliquis habere videntur &c.* Lib. 3. cap. 5. 19. 20. lib. 4. c. 9. Carolus Calvus Rex in diplomate pro Ecclesia Rhemensi apud Flodoard. lib. 3. c. 4. *Quicquid exinde nos fidelibus nostris beneficiavimus, præsentialiter restituimus.* Hincmarus de villa Novilliaco: Carolus *dedit villam Novilliacum in beneficio Anschero Saxoni, qui nonas ac decimas ad partem Rhemensis Ecclesiæ usque ad mortem suam persolvit.* Synodi Meldensis c. 18. *Ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus ecclesiasticis facta à vobis sine dilatione rescindantur.* & cap. 20. cap. 53. Itaque cùm Hadrianus Papa ad Fridericum Ænobarbum scripsisset *multa se ei beneficia* contulisse, hoc verbo exarsit Imperator, quod sic excusat Pontifex apud Radevicum lib. 3. c. 22. *Licèt enim hoc nomen, quod est beneficium, apud quosdam in alia significatione quàm ex impositione habeat assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat quam nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum; & dicitur beneficium apud nos, non feudum, sed bonum factum.* Aliquando autem in donationibus Ecclesiæ factis nominatim cavebatur ne in beneficium præstarentur. cujusmodi exempla sunt in traditionibus Fuldensibus lib. 1. *Ut nulli Clericorum aut laicorum aliquando res ipsa quas tradidi in beneficium præstentur, sed ad locum quo præfatus martyr corpore quievit perpetuò deserviant.* Lib. 2. *Ut nullius Clerici aut laici aut alterius persona beneficium nunquam fiat; & si unquam factum fiat, nos jure hereditario prædictum locum accipiamus, vel successores nostri accipiant.* Flodoardus lib. 3. c. 10. Anselmus Leodiensis cap. 56. *In tres portiones prædia Ecclesiæ divisit, unam sibi & successoribus reservavit, alteram Ecclesiis ac monasteriis impertiit tertiam militibus, qui Ecclesiam armis protegerent, habere concessit.*

PONTIFICIVM NON HAB.] Id est potestatem, facultatem. infrà cap. 8. 9. & passim his formulis. Gellius lib. 1. c. 13. *Re semel statuta deliberatáque ab eo cujus negotij id pontificium esset.* L. 1. Cod. Th. de maternis bonis: *Ita sint in parentum potestate atque dominio ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia derogetur.* L. 3. Cod. Th. de fide cath. *Neque his penitùs posthac obtinendarum Ecclesiarum pontificium facultatémque permitto.* In veteri instrumento S. Galli Alamannicar. Antiquit. to. 2. quo etiam precaria huic formulæ omnino simillima continetur: *absque præjudicio S. Galluni ipsam villam tenere & usare faciat, & nullum pontificium habeas de ipsa villa nec vendere, nec donare, nec alienare, nec minuare, sed in quo possumus, semper meliorare faciamus.*

PER HANC PRECATVRIAM] Precaturia pro precaria. Synodi Epaunensis cap. 18. *Quod Clerici etiam sine precatoriis qualibet diuturnitate temporis de Ecclesia remuneratione possederunt, in jus proprietatis temporis præscriptione non vocetur.* Flodoard. hist. Rhemens. lib. 2. c. 5. ex synodo Rhemensi sub Sonnatio Episcopo: *De his quæ per precatoriam impetrantur ab Ecclesia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in jus proprium usurpentur, & Ecclesiæ defraudentur.*

PER QVINQVENN. RENOVATA] Infrà cap. 39. *absque ulla alia renovata, ut mos est in ceteris, precaria.* Incertus auctor cap. 41. *& ut aliæ precariæ de quinquennio in quinquennium renovantur, istam verò non sit necesse renovandi.* Id institutum, ne longinquitas temporis proprietati obsisteret, ut Toletani Concilij sexti verbis utar. Synodi Belvacensis c. 13. *Ut precariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem & auctoritatem renoventur.* Meldensis c. 22. Capitul. Caroli Calvi c. 9. Burchardus lib. 3. c. 169. cap. 1. De precariis. Precariarum porrò, præter has formulas, exempla extant in appendice Flodoardi, ubi de Adalberone Episcopo Remensi, in veteribus S. Galli instrumentis, quæ Alamannicar. Antiquit. to. 2. à Goldasto edita sunt, & in traditionibus Fuldensibus.

CONTRA HANC EPISTOLAM] Nil frequentius hoc libro & in formulis leg. Romquàm per epistolam negotium gerere; atque adeo omnes hujus libri formulæ in epistolæ modum conceptæ sunt, ut suprà *Domino sancto &c.* infrà *Dulcissimis filiis, neporibus &c.* Receptum illud esse sub Romanis Imperatoribus probabile est, paulatim recedente solennium verborum usu quibus per multas ambages res agebantur. Itaque & manumissio per epistolam fieri poterat. l. *Qui absenti.* 38. De adquirenda vel amitt. possess. §. *Multis.* Instit. de libertin. Cautionum quoque & obligationum per epistolam exempla passim occurrunt. Imò & testamenti loco plerunque epistolæ scribi solitæ, ut de Hilarione B. Hieronymus prodit, earúmque epistolarum infinita exempla Iurisconsulti proferunt. l. Miles 75. De legat. 2. l. *Alumnæ.* §. ult. De adim. leg. Cap. 6.

CHARTA DONAT. INTER] De ejus. modi donatione lib. 1. c. 12. Cap. 7.

QVOD PARITER IN CONIVGIO] Leg. Salicæ tit. 47. 2. *Si ibi aliquid elaboravit, quia legem noluit audire, amittat.* Leg. Ribuar. tit. 39. 2. *Tertiam partem de omni re quam simul conlaboraverint.* Tradition. Fuldens. lib. 1. *Notitia traditionis Hrungboten, qualiter ille pro eterna retributione elaboratum suum omne tradidit, hoc est, porcos LX. vaccas VI. oves XII.* Alibi in donatione Benedicti: *De elaboratu meo*

sunt hæc, boves XXXIX. *porci* LXXII. *oves* XX. *mappæ* IV. *manutergia* II. *plumacia* VI. *opertoria* II. *pallia linea* VI. *pulvilli* XIV. *&c.* Lib. II. *trado omnem laborem meum.*

Cap. 9. CHARTA OBNOXIATIONIS] Epistola est qua pater, qui bonorum uxoris suæ præmortuæ usumfructum à filiis accepit, remunerandi causa illis donat villas quasdam suas, earum tamen usufructu retento; atque ita se obnoxium reddit, ut ne illas in posterum alienare aut minuere possit. Ideoque hæc formula obnoxiatio appellatur. Quæ res proximè ad precariam Ecclesiæ accedit, de qua infrà cap. 39. Nam & in fine additur clausula precariis adscribi solita, ut perinde valeat atque si per quinquennium renovata fuisset.

EVINDICASTIS] Flodoard. hist. Rhemens. lib. 3. c. 10. *Res quoque nonnullas, juráque Ecclesiæ, ac mancipia, legibus per advocatos evindicata recepisse reperitur.*

Cap. 10. EPIST. CVM IN L. FILIOR.] Epistola est codicillorum loco, qua avus nepotes ex filia præmortua ad successionem vocat. Similis est & alia inter formulas leg. Rom. c. 22. Verùm ad legem Romanam ea pertinet; hæc autem, quæ indistinctè concepta est, ad legem Salicam, ut opinor, referenda. etsi de lege Romana potest etiam accipi. qua de re ad leg. Romanæ formulas.

DVLCISS. NEPOTIB.] Sic in l. *Lucius Titius.* 88. §. *Quæ marito.* De legatis II. l. *Titia.* 34. §. 1. De legatis II. & passim. Proprium illud liberorum epitheton. *Dulces natos* dixit Virgilius Æn. 4. *Dulces liberos* Horatius.

PER LEGEM] Salicam scilicet. Illa etenim tit. 62. proximiores tantùm admittit, & nepotes omnes repellit. Quod Childeberti Regis constitutione innovatum est: *Vt nepotes ex filio vel ex filia ad aviaticas res cum avunculis vel amitis sic venirent tanquam si pater aut mater vivi fuissent.* Potest & de lege Romana accipi, quæ ante Iustinianum ab intestato tertiam partem aviaticæ successionis nepotibus ex filia detrahebat. l. IV. Cod. Th. De legitimis hereditat. Vt opus fuerit hac epistola in vice codicillorum, ne ullam deminutionem paterentur.

QVANDO NVPTAM TRAD.] hoc est, ut dotem matris conferant, si ad ejus successionem accedere velint. l. 5. Cod. Th. de legitimis heredit. *Vt mixtis matrum suarum dotibus, avi hereditatem pro rata parte, quam lex divalis censuit, cum avunculis partiantur.* Ibid. Anianus *quicquid filia accepit tempore nuptiarum.*

DE PRÆSIDIO NOSTRO] Suprà lib. 1. c. 12. *cum terris &c. seu præsidiis domus eorum.* Hoc libro c. 7. *Terris, villabus, domibus cum omni præsidio, etiam peculium, præsidium utriusque generis & sexus.* Gregor. Turon. lib. 6. c. 4. *Inruerunt in domo Lupi, & direpto omni præsidio, fingentes se illud in thesauro Regis recondere, suis eum domibus intulerunt.* Lib. 9. cap. 19. in pactione Regum apud Andelaum: *Si quid de agris fiscalibus vel speciebus atque præsidio pro arbitrio sui voluntate facere aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante Domino conservetur.* Gregor. Turonens. de gloria confessor. c. 107. *Habens divitias multas, & tam in fundorum possessione quàm in præsidio domorum valde dives erat ac locuples.* Ex quibus locis conjicio præsidij nomine pecuniam numeratam, aurum, argentum, & alia id genus intelligi. Nam & Celsus in l. *Si chorus* 79. §. 1. De Legatis III. ait Proculum referre *audisse se rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes quod præsidij causa seponeretur.* Cui convenit quod ait Constantinus Imp. in pecunia veteres robur omne patrimoniorum posuisse. l. 22. Cod. de administrat. tutor. In formulis verò incerti auctoris præsidij nomine pecudum greges & boum armenta significari videntur, cap. 47. *etiam peculium, præsidium utriusque generis & sexus.*

CHARTA QVI SVO NEPOTE] Nolui quid immutare. Nam seculi & auctoris vitium esse videtur. Est autem formula donationis, qua pater nepoti ex filio aliquid donat, ut præcipuum illud habeat, sitque melior ejus nepotis conditio quàm ceterorum. Cap. 11.

ABSQVE CONSOR. FRATR.] In donatione Haganonis ad S. Martinum anno quinto HLudovici Imp. *Fridegiso Abbati trado mansum nostrum dominicatum, quem extra consortium fratrum in hereditate habemus in pago Blesensi.*

VEL FILIIS MEIS] Leg. *filiorum meorum.* Cap. 12.

VT FILIA CVM FRATRIBVS] Lege Salica, Ribuaria, & aliis, filia in alode seu terra paterna non succedebat. Hac verò formula patrem ad successionem suam potuisse eam revocare & veluti heredem cum fratribus instituere manifestum est. Quæ formula apud Cujacium Observat. VIII. edita extat.

CONSVETVDO TENETVR] Consuetudinem vocat leges Salicas, Ribuarias, & similes, meritò, cùm multò antè usu receptæ quàm in scriptis redactæ sint. Sic autem leg. Salicæ tit. 61. *De terra verò Salica nulla in mulieris hereditate transeat portio, sed virilis sexus totam terram proprietatis suæ possideant.* quæ diversa ab editis, ex MS. reg. exscripsi. Leg. Ribuar. tit. 58. *Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.* Leg. Saxon. c. 39. *Pater aut mater defuncti filius, non filia, hereditatem relinquant.* Leg. Anglionum tit. 7. *Hereditatem defuncti filius, non filia, suscipiat. Si filium non habuit qui defunctus est, ad filiam pecunia & mancipia, terra verò ad proximum paternæ generationis consanguineum pertineat.* Quod & olim Armeniis placuisse & à Iustiniano Imp. sublatum docet Noy. XXI.

TERRA PATERNA] Alode. Leg. Ribuar. tit. 58. *terra aviatica*, in leg. Saxon. & Anglion. *hereditas.* Vide suprà ad c. 12. lib. 1.

SI QVIS EXTRAN. HOM.] Adoptio est; quæ tamen propriam legem continet. Fit enim ab eo qui rebus suis superesse non potest, ideoque statim bonorum suorum possessionem in adoptatum transfert, ea conditione ut victum & vestitum, quandiu vixerit, ei suppeditet. Cap. 13.

PACTVM INTER PARENTES] Divisio paternæ hereditatis inter fratres, ut & formulæ incerti auctoris c. 39. leg. Rom. 25. Parentes autem hcic & alibi non ratò dicuntur non propriè & ex usu veterum, sed in ea significatione quam Cap. 14.

vulgò hodie retinemus, pro quibuſcunque proximis vel conſanguinitate junctis. Gregor. Turon. lib. 5. c. 5. *Cujus parentes condolentes propinqui exitum &c.* lib. 6. c. 36. *Conjuncti parentes graviſſimis Clericum tormentis ſubdentes interimere voluerunt.* Sic fortaſſe Tertullianus lib. de carne Chriſti: *Cùm indignatio parentes non neget ſed objurget, mox demonſtrat qua conditione negaverit matrem & fratres. Negavit itaque parentes.* & ita ibi ſæpe. Qua voce etiam uſos antiquiores Spartianum & Lampridium cum aliis pleriſque doctiſſ. Caſaubonus ad Marci Imp. vitam notat.

NON A INDIC. POL. COACTI] Fratres quippe communem hereditatem conſenſu dividentes pietatis officio funguntur, inquit Papinianus in l. ult. familiæ erciſcundæ.

SCRIPTVR. SERIE ALLIGARI] In charta abſolutionis Henrici II. Angliæ Regis apud Hovedenum annal. part. poſt. *Ne in dubium veniant quæ geruntur, & uſus habet & communis conſideratio utilitatis expoſcit ut ſcripturarum ſerie debeant annotari.*

Cap. 15. LIBELLVS DOTIS] Quo pater ſponſi, ſponſæ dotem conſtituit. Nam apud Germanicas illas gentes, ut Tacitus ſcribit, *dotem non uxor marito, ſed maritus uxori offert.* Leg. Burgundionum tit. 42. & tit. 62. Mulier *ſi ad alias nuptias tranſierit, omnia perdat; dote tamen ſua, quam à marito ſuo acceperat, quandiu vixerit utatur, filio proprietate ſervata.* Leg. Ribuar. tit. 39. *De dotibus mulierum. Si quis mulierem deſponſaverit, quicquid ei per tabularum ſeu chartarum inſtrumenta conſcripſerit, perpetualiter inconvulſum permaneat.* Quibus verbis libellus dotis deſignatur; cujus ſpecimen hoc capite extat. Leg. Saxon. tit. 7. & 8. in Tilliana editione c. 45. & 46. Leg. Alaman. tit. 56. Sic dotem accipit Greg. Tur. lib. 6. c. 18. ubi legatos refert in Hiſpaniam à Chilperico Rege miſſos ad inſpiciendam dotem quæ ejus filiæ conſtitui deberet. Et in pactione Regum apud Andelaum lib. 9. *De civitatibus quas Gailesuindam germanam Domnæ Brunichildis tam in dote quàm in morghangeba hoc eſt matutinali dono in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe &c.* Sic in ſynodo Tribuienſi ſub Arnulpho Rege cap. 25. *dotare*, ubi de Franco qui uxorem è Saxonia duxit, nec eam lege Francorum deſponſavit vel dotavit. In charta libertatum Ioannis Angliæ Regis apud Matthæum Paridem: *Aſſignetur vidua pro dote ſua tertia pars totius terræ mariti ſui, quæ ſua fuit in vita, niſi de minori dotata ſit ad oſtium Eccleſiæ.* Illud ipſum eſt quod *dotalitium* dicitur à Clemente III. Papa in cap. *Plerunque.* De donation. inter vir. & uxor. & quod nos hodie *doarium* appellamus. Ejuſmodi dotis conſtitutio à Vvillelmo Siciliæ Rege in Ioannam Henrici II. Angliæ Regis filiam facta extat in annalib. Rogerij Hovedeni. Eſt & alia libelli dotis formula c. 37. formular. incerti auctoris. Quibus addere viſum eſt libellum dotis non diſſimilem, à doctiſſ. viro Ioh. Belio mihi conceſſum, qui circa annum MXL. conſcriptus eſt.

Cùm Dominus omnipotens & excelſus condidit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, dixit: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una; non tamen duo, ſed una caro. Et: Quod Deus conjunxit homo non ſeparet. Igitur ego in Dei nomine Adam, dilectiſſima ſponſa mea nomine Heldigardis, dono tibi donatúmque eſſe volo de rebus meis, ſeu de beneficiis meis quæ ſita ſunt in pago Andecavis in villa quæ dicitur Chelzei, & alia villa quæ vocatur Nandulia, de Eccleſiis, de vineis, de pratis, de cenſu, de frixingis, de obligis, & de omnibus reddituris, tibi medietatem dabo. Et in alia comitate in pago Dunenſi in villa quæ dicitur Vallarias, quæ teneo de filiis Albold per teſtimonia Geylæ fœminæ Hugoni, de ipſa villa medietatem. Et ſuper fluvium Lidunum pharinarium, quæ eſt ſuper quatuor & ſolidis quinque, & de ſuper via chalceda arpenn. de vineis tres. In burbio S. Valleriani medietatem de manſionibus, & de areis ſimiliter medietatem. Quod ſi quis libellum hunc dotis aliquid calumniaverit, auri libras quinque coactus exſolvat.

QVOD BONVM FAVSTVM] Hæc à Romanis deſumpta ſunt, quos boni ominis cauſa in pleriſque negotiis ita præfari ſolitos notum eſt. De relationibus Coſſ. Suetonius lib. 3. c. 15. *Quod bonum felixque ſit Caio Cæſari.* De nuptiis Iuvenalis:

ſignatæ tabulæ, dictum Feliciter.

DE DIP. MAR. ORDIN.] Hæc non ſatis conveniunt; quibus tamen rudera & fragmenta quædam ineſſe vetuſtiſſimarum juris Romani formularum conjicere licet. Videntur enim hæc verba ſignificare, has nuptias ex præſcripto legis Iuliæ de maritandis ordinibus fieri, & procreationis liberorum; quæ cauſæ, inquit, neceſſariæ ſunt. Veteres namque legibus Iuliis ad nuptias præmiis & pœnis adigebantur.

PROCREATIONI LIBEROR.] Vetuſtiſſima hæc quoque clauſula, tabulis nuptialibus adſcribi ſolita. B. Auguſtinus de civitate Dei lib. 14. c. 18. *Quid concubitus conjugalis, qui ſecundum matrimonialium præſcripta tabularum procreandorum ſit cauſa liberorum?*

DONATIONISQVE ANIMO] Separatur heic donatio a dote, etſi ab una eadémque perſona ſponſo ſcilicet vel ejus patre fiant. Infra, *ſimiliter & in dotis titulum.* Sic apud Gregor. Turon. lib. 9. c. 19. *dos & matitunale donum* ſeu *morghangeba* diſcernuntur.

INTER AVR. ET ARGENT.] Inter pro *præter*, ſæpe hoc libro & aliàs paſſim.

IN SVA DOMINAT. REVOC.] Vt liberam habeat facultatem ea omnia in ſuam poteſta-

tem revocandi, vel de his pro arbitrio disponendi.

Cap. 16. SI ALIQVIS PVELL. INVIT.] Libellus est dotis, quæ à viro constituitur qui contra voluntatem parentum puellam rapuit, re tandem composita; ideoque epistola compositionalis vocatur. Trahere autem heic & infrà cap. 29. pro rapere accipitur, ut in leg. Sal. tit. 14. *Si puer Regis vel litus ingenuam feminam traxerit, de vita componat.* Formulæ leg. Rom. cap. 16.

RAP. SCEL. MEO CON. SOCIAVI] Legi posset *raptam scelere, meo conjugio sociavi*, sive *rapto scelere*, quasi per rapinæ scelus. In l. 3. Cod. Theod. de raptu virgin. *conjugium raptus scelere contractum.*

FACIENTE CONTVRNO] Nullus sensus. Itaque asterisco notavi. Legendum opinor *facto contubernio*, id est, copiis contractis, ope sociorum & amicorum. Sic leg. Salicæ tit. 16. *Si quis villam alienam adsallierit, ipse & omnes qui convicti fuerint quod in ejus contubernio fuissent &c.* & tit. 44. *Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsallierit.*

VITÆ PERIC. INCVRR. DEB.] Illud est ex lege Romana, l. 2. Cod. Th. de raptu virg. Lege autem Salica tit. 14. crimen raptus, ut cetera ferè delicta, pecunia tantùm æstimatur.

DRAPPOS] Vestes, suprà lib. 1. c. 12.

Cap. 17. QVALITER IN VNO VOLVMINE] Formula est testamenti mutui inter conjuges; quod post Novellam Theodosij & Valentiniani frequentari cœpit. Antea quippe vix licebat; quia & captatoriæ institutionis speciem referre videbatur. Theodosius & Valentinianus Novellar. lib. 2. tit. 4. *In unius chartæ volumine supremum votis paribus condidere judicium, septem testium subscriptionibus roboratum: cui nos æternam tribui firmitatem legis hujus definitione censuimus: quoniam nec captatorium dici potest, cùm duorum fuerit similis affectus, & simplex religio testamenta condentium.* quò pertinet l. *Captatorias.* De heredib. instituend. *Captatorias*, inquit Papinianus, *non eas Senatus improbavit quæ mutuis affectionibus judicia provocarent.*

SANA MENTE] Testamentum Gregorij Nazianzeni Episcopi: ζῶν ἐγὼ φρενῶν, ἃ ὑμῖν γνώσῃ, ἃ ἐβουλήθην τοῖς κληρονόμοις διὰ ἐμοῦ ἃ διαθέσθαι μετὰ ταῦτα.

VT QVOMODO DIES] Leg. *ut quando.*

DIES LEGIT. POST TR.] In MS. legebatur *legitonos*; cujus loco *legitimus* legendum esse nemo negaverit. Ita etiam in codice MS. Petri Pithœi. Apud Brissonium, qui hanc formulam exscripsit, vitiosè exaratum est *dies ultimus*, præter sensum & manuscripti fidem. Legitimus autem dies aperiendarum tabulatum testamenti fuit post mortem testatoris, intra triduum vel quinque dies. Paul. Sentent. lib. 4. tit. 6. Gregor. Turon. lib. 6. c. 45. *Multi meliores navi, qui vi compellebantur abire, testamenta condiderunt, réfque suas Ecclesiis deputantes, atque petentes ut cùm in Hispaniæ puella introisset, statim testamenta illa, tanquam si jam essent sepulti, reseraventur.*

RECOGNITIS SIGILLIS] Paulus Sentent. lib. 4. tit. 6. *Tabulæ testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeantur qui signaverint testamentum, ita ut agnitis signis, rupto lino, aperiatur & recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur: ut si quando exemplum ejus intercideris, sit unde peti possit.*

GESTIS REIP. MVNICIP.] L. *Testamento.* Cod. de testament. l. *In hac.* Cod. de donation. Ejúsque rei formula extat infrà cap. 37.

RELIQVI HEREDES] Testamentum B. Remigij Rhemensis Episcopi apud Flodoard. hist. Rhemens. lib. 1. c. 18. *Hæcita do, ita lego, ita testor. Ceteri omnes exheredes estote suntote.* Testamentum Gregorij Theologi Nazianzeni: Ἐαὰν οὖν συμβῇ με τελεῦ τὸν βίον χρίσασθαι, ἔστω μου κληρονόμος Γρηγόριος ὁ διάκονος & μαθητὴς &c. εἰ δ᾽ ἄρα τινὲς πάθοι ἕτωσιὰ μου κληρονομήσωσι. Inde inter ceteros exheredare. Quod hac verborum formula fieri consueviſſe Theophilus auctor est lib. 2. Institut. tit. de exheredat. liberorum.

ID VT FIAT DETVR] Hadoindi Cenomanensis Episcopi sub Chlodoveo Rege testamentum apud Brissonium: *Ita ut ubicunque aliquid per hoc testamentum meum dedero, legavero, darique jussero, id ut detur, fiat, præstetur, fidei tuæ heres mea committo.*

SED DVM IN VILLIS] Post varia legata adscripta, conjugi villas quasdam relinquit, in compensationem earum quas antea aliis legavit, in quibus, quòd stante conjugio adquisitæ essent, uxori tertia pars competebat.

TERTIAM HABERE POT.] Gentes illæ quæ ex Germania in Galliis sedes posuerunt, uxoribus tertiam partem concedebant rerum quas mariti stante conjugio adquisierant. Leg. Burgund. tit. 42. & tit. 62. *Filius unicus defuncto patre tertiam partem facultatis matri utendam relinquat, si tamen maritum alium non acceperit.* Leg. Ribuar. tit. 39. *Si virum supervixerit, quinquaginta sol. in dotem recipiat, & tertiam partem de omni re quam simul conlaboraverint sibi studeat vindicare.* Capitul. lib. 4. c. 9. ubi de collaboratione in beneficio seu feudo tantùm agitur. Appendix Gregor. Turon. c. 85. Simile quid moribus nostris observatur, per eam societatem bonorum quæ inter conjuges intercedit. Apud Saxones media pars uxori cedebat, leg. Saxon. tit. 7. Apud Bajuvarios cum filiis in portionem vocabatur, & *qualem unus ex filiis usufructuariam portionem* auferebat, leg. Bajuvar. c. 14. tit. 7.

AD VASSOS NOSTROS] Vassi, fideles qui servitium exhibent. Nomen retinemus, *vassaus.* Leg. Alaman. tit. 36. 4. *qualiscunque persona sit, aut vassus Ducis aut Comitis.* & tit. 79. 3. *& dominus ejus duodecim vassos infrà domum habet.* Leg. Bajuvar. c. 2. tit. 15. *sive Regis vassus sive Ducis, omnes ad placitum veniant.* Capitul. lib. 2. cap. 24. *vassi & vasalli nobis famulantes.* lib. 3. c. 64. & 73. Capitula Episcoporum Rhemensis & Rhotomagensis provinciarum in Carisiacensi palatio ad Ludovicum Regem an. DCCCLVIII. *in comitatu drudorum atque vassorum.* Apud Falcetum antiquit. lib. 9. c. 15. *Drudi* pro fidelibus, à Germanico vocabulo *Drouv fidei.*

LIBEROS LIBERAS] Vide l. 18. §. ult. de aliment. & cibariis legat.

OBSEQVIVM] Vide l. 71. §. *Titio centum.* de conditionib. & demonstrat.

OBLATA] Vide B. Augustin. confess. lib. 7. cap. 2. de civitate Dei lib. 8. cap. 27. Idem ep. 64. *Oblationes pro spiritibus dormientium super ipsas memorias non sint sumptuosæ.* Tertullianus de resurrectione carnis: *Et tamen defunctis parentant, & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, ut quos negant sentire quicquam, etiam desiderare præsumant.* Vide Apollonij Tyrij historiam.

ET VT HÆC PAGINA] Testamentum B. Remigij: *Huic autem testamento meo dolus malus abesit aberitque; in quo si qua litura vel charaxatura fuerit inventa, facta est me præsente, dum à me relegitur & emendatur.* Bertchramni Cenomanensis Episcopi testamentum apud Brissonium: *Si quæ lituræ, si quæ caraxaturæ, si quæ litteræ adjectæ sunt vel detractæ, ego feci fierique jussi, dum meam mihi sæpius prælego voluntatem, & omnia per singula recognosco vel emendo.* Clausula testamentis adscribi solita. Vlpianus in l. 1. de his quæ in testam. delentur. *Et ideo etsi novissimè, ut solet, testamento fuerit adscriptum,* LITVRAS, INDVCTIONES, SVPERINDVCTIONES IPSE FECI, *non videbitur referri ad ea quæ inconsultò contigerunt.* Quo loci non *superinductiones* sed *superditiones* lego, ut mox sequitur venustè. Alioqui putida esset illa repetitio.

CARAXATVRÆ] Deletiones, maculæ, inquinamenta ab attramento. Sic in testamento B. Remigij & Bertchramni Episcopi, locis proximè adductis. Gregor. Turon. lib. 7. c. 36. *Tunc es pictor ille qui tempore Chlotarij Regis per oratoria parietes atque cameras caraxabat?* & lib. 9. c. 5. *Vasa per domos diversorum signis nescio quibus caraxata sunt, quæ res nullo unquam modo aut eradi potuit aut deleri.* B. Irenæi vetus interpres lib. 3. c. 3. *Tantam apostoli & discipulorum habuere reverentiam ut ne verbo quidem communicarent cuiquam incaraxanti veritatem.* Agobardus pag. 71. Glossæ veteres Labbæi MS. *Charaxatis, scriptis.*

SVPERDICTIONES] Superscriptiones, quæ deletis imponi solent. Ceterùm heic videtur omissa clausula codicillaris, quam B. Remigius & Hadoindus Cenomanensis Episcopus non omiserunt, *id codicillorum vice valere præcepi, si juris aliquid videbitur defuisse.* qua omissa, testamentum minùs perfectum vim codicillorum non habebat. l. 1. de jure codicillorum.

ANTE TRIBVNAL CHRISTI] Gregorij Theologi testamentum: Ταῦτα μὲν ἡ διαθήκη κυρία ἐστὶ καὶ βεβαία ἣν βούλομαι νῦν πᾶσιν διαγνῶναι καὶ πάσης ἰσχύειν. εἰ δέ τι ἐκ ἂν διαθείμην μὴ ἰσχύοιτο, ὡς βούλομαι αὖθις, εἰ δὲ κωλύοιτο αὖθις ἰσχύειν βούλομαι. Ὁ δ' ἰσχυρὸν αὖθις διαθέσεως δύναται τόπον ἐν ἐμοὶ κεῖσθαι, ἢ εἶδα τὸ τόπον ἐκεῖσε ὃ ὄνομα τῇ παλαιᾷ, ἢ τῷ ὄφει, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηδέν.

PROHEREDIBVS] Qui loco heredum fuerint; ut protutor qui tutor non est, sed tutoris loco.

Cap. 18. SECVRITAS PRO HOMICIDIO] Omnibus Germanicis gentibus, quæ Gallias insederunt, mos erat privatas inimicitias armis persequi. Quæ prava consuetudo adeo invaluit ut nec Principis imperio nec legum auctoritate per sexcentos ferme annos aboleri potuerit; quinimo legibus id non omnino prohibebatur, sed tantùm nimia licentia certis finibus coërcita erat. Itaque qui unum ex propinquis & omnes adversos habebat, adeo ut si aliquis occisus aut vulneratus aut malè multatus ab inimico quodam privato fuisset, continuò illius propinqui, affines, & amici advolabant, suam & suorum injuriam armis vindicaturi. Sed aliquando pace per amicos facta vel etiam in judicio secundùm leges transigebatur, quo casu, securitatis cautiones interponi solitæ; quarum exemplum hoc capite continetur & in formulis incerti auctoris cap. 18. & formulis leg. Rom. cap. 39. Tacitus de Germanis: *susciperè tam inimicitias seu patris seu propinqui quàm amicitias necesse est.* Exempla passim extant, præcipuè apud Gregorium Turonensem, ut lib. 5. c. 5. & 32. lib. 6. c. 17. lib. 8. c. 18. lib. 10. c. 27. Præcipuum verò est quod plurimus ab eodem refertur lib. 7. c. 47. de Sichario & Austresigilo; quorum Austresigilus à Sichario cum quibusdam aliis interfectus, Sicharius à propinquis defuncti petitus, post varia dissidia, discrimina, cædes, ægrè evasit; tandémque compositione facta, intercessione Episcopi ipsius Gregorij Turonensis & judicum, argentum ab Ecclesia Turonensi pro Sichario solutum est, & securitas ei ab adversariis data. *Tunc*, inquit, *dato ab Ecclesia argento, quæ judicaverant accepta securitate componunt, datis sibi per partes invicem sacramentis ut nullo unquam tempore contra alterum pars altera mussitaret, & sic altercatio terminum fecit.* Qui mos privatæ vindictæ (quam *faidam* dicebant) reprobatur in Capitul. lib. 5. c. 332. sed ut facilè appareat pessimam consuetudinem prævaluisse, nec potuisse coërceri: *Nescimus qua pernoxia inventione à nonnullis usurpatum est ut hi qui nullo ministerio publico fulciuntur, propter sua odia & diversissimas voluntates pessimas, indebitum sibi usurpant in vindicandis proximis & interficiendis hominibus vindictæ ministerium, & quod Rex saltem in uno exercere debuerat, propter terrorem multorum ipsi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium.* Quod tandem gravius exarsit extremis secundæ Regum familiæ temporibus, & initio tertiæ. Namque & jus belli privati factum est; de quo nos fortasse aliquando plura.

PRO I. CA. SOL. TANT.] Delicta enim certa pecuniæ summa æstimabantur, ut dictum est ad cap. 18. lib. 1. Gregor. Turon. lib. 9. c. 19. de Sichario ad Chramnisindum: *Magnas mihi debes referre gratias, dulcissime frater, eò quòd interfecerim parentes tuos, de quibus accepta compositione aurum argentúmque superabundant in domo tua.*

VENDITIO] Formulæ incerti auctoris cap. 14. leg. Roman. c. 5. & 8. Cap. 19.

DVPLAM PECVNIAM.] Cautio est duplæ evictionis causa, in venditionibus solita interponi, ut & capite proximo.

Cap. 20. NEQVE IMAGINARIO IVRE] Imagi-

naria enim venditio nullâ est. l. *Nuda.* 55. de contrah. empt.

Cap. 12. ME VOBIS VENDID.] Venditorem leges suæ rei perpetuò dixisse, non emptorem, notat Cujacius Observat. 23. c. 31.

NON FVREM.] Horat. lib. 2. sat. 3.

mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus.

Sic in formulis leg. Rom. c. 9. In servorum venditionibus id promitti & præstari solebat. Varro de re rustica lib. 2. c. 10. de pastoribus servis: *In horum emptione solet accedere peculium, aut si excipiet, stipulatio intercedere sanum eum esse, furtis noxisve solutum.* Vlp. in l. *Si ita quis.* 31. de eviction. *sanum esse, furem non esse.* & in l. 32. *furem non esse, fugitivum non esse, erronem non esse.* l. 4. l. *Quod si nolit.* 31. §. 1. de ædilitio edicto.

NEQVE CADIVVM] malum, improbum. Idioma Italicum integrum retinet *cattivo.* Vnde & nostris *chetif.* Leg. Boior. tit. 15. cap. 9. 2. *hernioſum aut caducum.* Ant. Oisellus significari hoc nomine contendit comitiali morbo vexatum, quem nos hodie morbum caducum dicimus. In veteribus glossis barbaris MS. Labbæi: *Caducus, dæmoniacus.*

PROBOS ATQVE PRÆSENTES] Sic Genes. 23. Abraham pro agro quem emebat appendit quadringentos siclos argenti *probatæ & publicæ monetæ.* quo loci Chaldæus paraphrastes vertit, *argenti quod per mercatores recipiebatur in unaquaque provincia.*

Cap. 13. CONCAMBIVM DE VILLIS.] Concambium pro permutatione frequentissimè apud Marculfum & ceteros formularum auctores, unde *concambiare* & *concamiare* apud eosdem pro commutare & permutationem facere. Leg. Sal. tit. 39. leg. Bajuvar. cap. 15. tit. 8. *Commutatio, hoc est, quod cambias, talem qualem emptio habeat firmitatem.* In libris feudorum lib. 1. tit. 22. *Cambium.* & aliàs sæpe.

Cap. 25. CAVTIONES DIV. MODO] Cautionis vocabulum pro repromissione & chirographo accipitur, etiam sine satisdatione; ut *cautio creditæ pecuniæ.* in l. *Minor.* 40. de minorib. & in l. *Lecta.* 40. de rebus creditis; ubi cautionis creditæ pecuniæ formula exscribitur; cujusmodi sunt illæ quæ hoc capite & proximis exhibentur, quibus debitor cavet se pecuniam à creditore accepisse, eámque certo die soluturum spondet; addita dupli pœna, si debitor cessaverit. Quamvis Romano jure pœnam ultra legitimum modum usurarum stipulari non liceret.

KL. ILLIS PROXIMIS] Singulis Kalendis fœnebrem pecuniam veteres locabant, unde & Kalendarium. Martial. lib. 8. *Centum explicentur paginæ Kalendarum.* Fœnebris enim pecuniæ ratio menstrua erat. B. Basilius in psalmum 14. homil. 2. de debitore: ῥηξῶσι τὰς μίσθωσας, ὡς τόκων παύλησις.

Cap. 26. ET QVOMODO] Leg. *& quando.* similiter & cap. seq.

Cap. 27. DVM IPSOS SOLIDOS] Donec pecuniam solvere possit, servitio creditoris se ipsum obligat. Obæratos Romani dicebant. Varro de re rustica lib. 1. c. 17. Idem de lingua Lat. lib. 6. *Qui suas operas in servitute pro pecunia quam debet dum solveret dat, nexus vocabatur, ut ab ære obæratus. Hoc C. Popilio rogante Sylla dictatore sublatum ne fieret, & omnes qui bonam copiam ejurarent, ne essent nexi.*

ABSQVE VLLO EVACVARIO] apocha evacuatoria, de qua c. 35.

QVI SE IN SERVITIO] Formula est qua is qui supplicio liberatus est, soluta ejus nomine ab aliquo pecunia, *statum ingenuitatis suæ obnoxiat,* id est, ei qui redemit seipsum subjicit; addicit, & in servitutem tradit. Gregor. Turon. lib. 6. c. 36. *Clericum sub precio venundari procurant, ea videlicet ratione ut aut esset qui redimeret, aut certè morti addiceretur obnoxius. Cumque hæc Ætherio Episcopo delata fuissent, misericordia motus, datis viginti aureis eum ab imminenti exemit interitu.* Leg. Bajuvar. c. 2. tit. 1. 5. Licebat autem unicuique se in servitutem dare, ut dicam infrà ad leg. Rom. formulas. Cap. 28.

IAM MORTI ADIVDICATVM] Veteribus quippe legibus crimina pleraque ita vindicabantur ut aut reus capite plecteretur, aut pecunia redimeretur. Leg. Salicæ tit. 52. & passim.

CHARTA DE AGNATIONE] Hac formula dominus servi qui puellam ingenuam rapuit, sopita controversia, cavet ut qui agnascerentur ex his nuptiis liberi & ingenui permanerent, non servi. Est & alia sub eodem capite formula. Nam si mulier sponte servo alieno conjuncta sit, ex Senatusconsulto Claudiano libertatem amittebat, ut etiam lege Salica. Heic verò jus illud à domino remittitur, ut qui ex his nascentur liberi sint, nec possit eos ut servos vindicare, aut manum injicere. Cap. 29.

AGNATIONEM TVAM] quod ex te natum erit. Adgnasci pro nasci sæpe apud Iurisconsultos. Edictum Theoderici Regis cap. 65. *Necesse est ut omnis matrem sequatur agnatio.* id est, filij omnes ad dominum ancillæ pertineant.

IN MEO INCLINARE] Mulier quæ se alieno servo junxisset, SC. Claudiano libertatem & substantiam amittebat. *Tacitus annal.* 12. Quod à Verspasiano renovatum diu in usu remansit, & à Gallis observatum hinc apparet; sed in Oriente tandem Iustinianus antiquavit. Idipsum lege Salica cavetur tit. 14. 7. *Si ingenua femina quemcunque de illis* (servis) *sua voluntate sequuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.* Ivo Carnotensis epist. 221. & 242. Eodem jure Longobardi usi sunt. Sic & ingenuus qui alienam ancillam uxorem duxisset, servus efficiebatur, lege Salica tit. 14. 11. tit. 27. 3. Quibus conveniunt quarumdam Galliæ provinciarum leges: *En formariage le pire emporte le bon.*

LIBELLVS REPVDII] Exemplum est divortij consensu conjugum facti, quod aliquando licuit. l. *Si constante.* Cod. de repudiis. Atque etiam bona gratia matrimonium dissolvitur, inquit Hermogenianus in l. 62. de donat. inter vir. & uxor. Quod legi evangelicæ adversum Conciliorum decretis reprobatum est, & à Iustiniano quoque Nov. 117. Tamen usum ejusmodi divortij etiam inter Christianos invaluisse hæc formula ostendit. Est & alia adhuc ejusdem argumenti leg. Rom. c. 19. Cap. 30.

SIVE

SIVE AD SERVIT. DEI] Ex hac causa mutuo consensu olim divertebant. Nov. 117. c. 10. & pluribus probatur à Gratiano 33. q. 5. Sed tandem receptum est ut non aliter id ratum esset nisi uterque continentiam profiteretur. Synodi Rhemensis c. 3. Nicolaus Papa ad Carolum Regem. Burchardus lib. 9. c. 46. c. 1. cap. *Cùm sis.* de conversione conjugatorum.

AVT COPVLÆ MATRIM.] Ex hoc loco apparet tum in usu fuisse ut post divortium mutuo consensu celebratum vir & uxor matrimonium cum aliis contrahere possent. quæ consuetudo, Christianæ legi contraria, meritò reprobata est. Concilium Africanum c. 63. Burchardus lib. 9. c. 72. ex decretis Innocentij Papæ: *De his requisivit dilectio tua qui interveniente repudio aliis se matrimonio copulaverunt. quos in utraque parte adulteros esse manifestum est.*

Cap. 32. INCIPIVNT INGENVITATES] Variæ sunt manumissionis formulæ, per chartam, seu per epistolam, quas tum *ingenuitates* vocabant, ut apud Greg. Tur. lib. 8. c. 41. Synodi Aurelianensis IV. c. 9. *Si de servis Ecclesia libertos fecerit Episcopus, in ingenuitate permaneant.* & apud veteres sæpissime. Fortasse quòd libertinitatis ab ingenuitate discrimina ab usu recessissent, & ad solam manumittentis domini voluntatem attenderetur, qui pro arbitrio libertis leges dicebat, ut non paucis probari posset exemplis. Igitur Marculfi seculo manumissio triplex, ut antea diximus, per denarium ante Regem, in Ecclesia, & per epistolam privatam. De prima actum est cap. 22. lib. 1. De manumissione in Ecclesia est cap. 12. formularum leg. Rom. ubi plura. Hoc autem capite chartæ sunt & epistolæ privatæ, quibus libertatem dominus servo suo concedit. Per epistolam manumissionem olim datam probat l. *Qui absenti.* de adquir. poss. & Caius lib. 1. Institut. seu potiùs Aniani aut cujuspiam alterius epitome. Qui ita manumissi erant, *chartularij* & *tabularij* discebantur, ut & qui in Ecclesia servitute liberati fuerant. Capitul. lib. 6. c. 213. Ejusmodi manumissionum exempla posteriotis quidem ætatis, sed quæ his formulis in multis conveniant, subjecimus. Ex tabulario S. Laudi à Iohanne Belio habui.

PIISSIMVS Dominus noster Iesus Christus salutem humani generis paterno amore desideravit: inter alia præcepta quæ fidelibus suis dedit, ut æternæ vitæ gaudia possent adipisci, præcepit eis debitores suos à debitis illorum absolvere, quò ipsi ad summum judicem suorum commissorum veniam valeant expectare. Tantæ igitur auctoritatis præmio compulsi, dominæque Ermangardis Comitissæ gratia precibúsque animati, nos Canonici S. Laudi hunc fidelem nostrum Radulphum, Ecclesiæ nostræ vinculo servitutis obnoxium, ab omni debito servilis conditionis pro animabus nostris Goffridique Comitis excellentissimi, qui potissimus Ecclesiæ nostræ fundator & ornator extitit, omniúmque benefactorum nostrorum absolvimus, ut deinceps cum omni fructu suo licentia liberali donatus in quamlibet partem mundi eat, nec cuiquam successorum nostrorum eum ab arbitrio suo revocare liceat. Actum Andegavis in claustro S. Laudi IV. KL. Octobris anno ab incarnatione Domini MCXII. Indictione V. concurrente epacta I. Luna III. Paschali Papa sedem apostolicam obtinente, Ludovico in Gallia regnante, Fulcone adolescente consulatum Andegavensem regente, Reginaldo Episcopo Andegavensem Ecclesiam gubernante. Præsentibus & videntibus istis imposuimus nos Canonici S. Laudi manus nostras super caput Radulfi, ob favorem & confirmationem libertatis, videlicet Rodulphus sacerdos, Rothardus sacerdos. *Aliud ejusdem ævi.* Ego Fulco Comes Andegavorum & mea soror Ermengardis hunc fidelem nostrum Benedictum, nobis vinculis servitutis obnoxium, ab omni debito servilis conditionis pro anima patris nostri Fulconis & pro remissione malefactorum nostrorum absolvimus, ut deinceps cum omni fructu suo licentia liberali donatus, in quamlibet mundi partem eat, nec cuiquam successorum nostrorum eum ab arbitrio suo revocare liceat.

TANQ. SI AB INGENVIS] His verbis non tantùm libertas data, sed & jura ingenuitatis concessa videntur. quod miror. Nam à Principe more Romano impetranda erant. Nisi dixeris barbaris undique Gallias occupantibus hunc morem ab usu recessisse. Ex quo factum ut id omne ex dominorum arbitrio & beneficio penderet. Et inde paulatim manumissio ingenuitas dicta. Nec verò ad Novellam Iustiniani quis referat, per quam ingenuitatis jura omnibus libertis dedit, cùm satis constet jus Iustinianeum tunc Gallis ignotum fuisse.

LIBERTINITATIS OBSEQVIVM] jus patronatus.

PECVLIARI CONCESSO] Peculiare pro peculio. Burchardus lib. 2. c. 26. & 30. Vetus libertatis instrumentum sub Henrico I. Rege: *Peculiare quod nunc habetis, vel quod deinceps assequi potueritis, sicut vobis placitum fuerit, absque calumnia possideatis, & quietè prout volueritis disponatis.* Peculium manumisso inter vivos tacitè datum videbatur, si ademptum non esset. L. *Si Sticho.* 53. de peculio. L. 1. Cod. de peculio ejus qui mer. lib. Heic autem nominatim conceditur, seu dubitationis tollendæ causa, sive quòd tum non aliter servo manumisso peculium competeret quàm si specialiter donatum fuisset. quod faciliùs crediderim. Burchardus lib. 2. c. 23. ex Concilio quodam Toletano. *De rebus illorum vel peculiari qui à dominis propriis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos promoveri debeant, statutum est ut in potestate domi-*

norum conſiſtat, quicquid ante libertatem habuerunt, utrum illis concedere voluerint, an ſibi retinere.

DEFENSIONEM ECCLESIÆ] Manumiſſi in Eccleſia ſub ejuſdem Eccleſiæ tuitione conſiſtebant. Videatur ſynodus Pariſienſ. III. can. 9. leg. Ribuar. tit. 40. Denariales qui ante Regem liberati fuerant, Regem patronum & defenſorem habebant. Itaque ſi quis eos occidiſſet, pretium compoſitionis chartularij quidem Eccleſiæ ſolvendum erat, denarialis autem Regi; iiſque Rex aut Eccleſia, ſi abſque liberis deceſſiſſent, ſuccedebant. At qui per epiſtolam ita manumittebantur ut nullum obſequium manumiſſor retineret, ſolebant defenſionem Regis aut Eccleſiæ aut etiam alterius potentis expetere, ut eſſet qui eorum libertatem tueretur & ab omni injuria eos vindicaret. Tandémque conſtitutum eſt ut quibus alius patronus & defenſor deeſſet, horum occiſorum pœna Regi ſolveretur. Capitula Caroli M. leg. Bajuv. addita: *Qui per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi, ubi nullum patrocinium & defenſionem elegerint, ſimiliter Regi componantur quadraginta ſolidis.*

CVM COGENTE FISCO] Capitul. lib. 3. c. 28. *Si quis per chartam ingenuitatis à domino legitimè libertatem eſt conſecutus, liber permaneat. Si verò aliquis eum injuſtè inſervire tentaverit, & ille chartam ingenuitatis ſuæ oſtenderit, & adverſarium injuſtè ſe inſervire velle comprobaverit, ille qui hoc tentaverit mulctam quæ in charta deſcripta eſt ſolvere cogatur.*

Cap. 33. INGENVITAS POST DISC.] Alia manumiſſionis eſt epiſtola, qua poſt mortem dominus ſervum libertate donat. Greg. Turon. lib. 9. c. 26. Ingoberga Chariberti Regis vidua, *ſubitanea ægritudine fatigata, migravit à ſeculo, multos per chartulas liberos derelinquens.*

Cap. 35. EVACVATORIA] Evacuatoria tum dicebatur apocha qua creditor profitebatur ſibi ſolutam fuiſſe pecuniam, ab evacuanda obligatione. idque cautione amiſſa. Nam heic apparet cautione reddita evacuatoriam non dari, quaſi redditio chirographi ſatis eſſet ad ſolutionem probandam. L. 2. de pactis. Securitas etiam dicebatur, præſertim in tributorum ſolutione. Senator Variar. lib. 11. ep. 7. *Meritò ergo teſtimonium ſolutionis ſecuritas dicitur, quo non ſolùm animus ſed ſubſtantia communitur.*

VACVA ET INANIS PERMANEAT] Inde *Evacuatoria*. B. Auguſtinus de cura pro mortuis: *ubi eſſet recautum, quo illa cautio vacuata fuerat indicavit.* qui locus à Cujacio jam notatus eſt ad tit. de apochis lib. 10. Cod. Theodoſ. & Valentinianus de tributis fiſcalibus Novell. lib. 1. tit. 23. *Cautiones quæ expenſarum nomine v. in l. Octaviano emiſſæ ſunt, juſta ratione vacuamus.* Eo ſenſu vetus B. Pauli interpres ad Galatas: *Evacuati eſtis in Chriſto, cùm proximè ſuprà dixerit, debitor eſt univerſæ legis faciendæ.*

SI ALIQ. SER. S. GASINDO] Forma heic traditur donationis qua dominus ſervo, qui jugiter ei miniſtrabat, aliquantulum agri concedit ab omnibus colonariis functionibus omnino liberum & immune. Gaſindi autem nomine, ut lib. 1. cap. 33. diximus, is ſervus ſignificabatur qui non in agris, ſed domi miniſtrat, quem veteres quædam aliæ formulæ & capitula *miniſterialem de intus caſa* vocant.

MANSELLVM] parvum manſum. qua de re ad lib. 1. c. 22.

PASCVARIVM] vectigal ex animalium paſtione. Greg. Turon. de miracul. lib. 2. c. 17. *Fuit quidam Diaconus qui relicta Eccleſia fiſco ſe publicè junxit, &c. Accidit autem quadam vice ut ſaltus montenſes, ubi ad æſtivandum oves abierant, circuiret, atque paſcuaria quæ fiſco debebantur inquireret.*

AGRARIVM] vectigal agro impoſitum; quod in quibuſdam Galliæ provinciis nomen retinet *agrier*, ſeu vulgò *champart, terrage*. Leg. Bajuvar. cap. 1. tit. 13. *De colonis vel ſervis Eccleſiæ, qualiter ſerviant vel qualia tributa reddant, hoc eſt agrarium, provideat hoc judex, ſecundum quod habet donet &c.* Agraticum l. 2. Cod. Theod. de veteran. Heic porro vocula una reponi debet, quæ in regio exemplari vetuſtate exeſa legi non potuit, ſed ex alio reſtituimus. Ea eſt *vel carropera*. quo nomine operæ continentur quæ carris ſeu plauſtris fieri debent. Adnuntiatio Caroli Regis apud Piſtas c. 29. *Vt illi coloni tam fiſcales quàm & eccleſiaſtici qui ſicut in polypticis continetur, & ipſi non denegant, carropera & manopera ex antiqua conſuetudine debent, & margilam & alia quæque carricare, quæ illis non placent, renuunt, quoniam adhuc in illis antiquis temporibus forte margila non trahebatur, quæ tempore avi ac Domni & patris noſtri trahi cœpit, & de manopere in ſcuria battere volunt, & tamen non denegant quia manoperam debent, quicquid eis carricare præcipitur de opera carropera, quando illam facere debent, ſine ulla differentia carricent, & quicquid eis de opera manopera, quando illam facere debent, præcipitur, ſimiliter ſine ulla differentia faciant.* Apud Anſegiſum Capitul. lib. 1. c. 75. *carralia opera.*

RIGA] Tributi & vectigalis ſpecies. Vetus formula: *in ea ratione ut riga exinde in cultura dominica arare & recondere faciam.* item: *in ea ratione ut riga & alios reditus terræ perſolvam.*

GESTA IVXTA CONSVETVD] Conſtan- Cap. 37.
tinus in l. 1. Cod. Th. de ſponſalibus teſtatur patrem ſuum nullam voluiſſe liberalitatem valere, ſi actis inſerta non eſſet, hoc eſt, ut Anianus interpretatur, nullam donationem de quibuſcunque rebus valere poſſe, ſi geſtis non fuerit allegata. L. *Data.* l. *In hac.* Cod. de donationibus. Edictum Theoderici Regis cap. 72. *Teſtamenta, ſicut leges præcipiunt, allegentur. Hoc modo fides voluntatis alienæ titubare non poterit.* Itaque teſtamenta publicari & inſinuari neceſſe erat. L. *Teſtamenta.* Cod. de teſtamentis. Publicabantur autem teſtamenta & donationes in urbe apud magiſtrum cenſus, in provinciis apud provinciarum rectores, vel, ſi præſtò non fuiſſent, apud magiſtratus municipales, aut ſi civitas illa vel oppidum, in qua donatio celebratur, non habeat magiſtratus, apud defenſorem plebis. L. 8 Cod. Th. de donationibus. Hujus inſinuationis & publicationis forma hoc capite continetur. Geſta verò pro publicis actis paſſim dicuntur in conſtitutionibus

Imperatorum & Aniani interpretatione. L. *Data.* Cod. de donationibus: *gesta confici super rebus etiam alibi collatis ubicunque sufficit.* & l. *In donationibus.* 31. Cod. eod. *gestis alligari.* In l. 8. Cod. Th. de donationibus: *Gestorum*, inquit Honorius, *confectionem sive ante traditionem sive post traditionem fieri oportebit, ut instrumentum quo continetur munificentia apud acta publicetur.*

REGN. REGE ILL.] B. Ambrosius in Lucam: *Si Consules adscribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus adscribi! Habes ergo omnia quæ in contractibus esse consueverunt, vocabulum summam illic potestatem gerentis, diem, locum, causam.*

OMNI CVRIA] Notum est civitates sub Romano imperio curiam seu senatum, duumviros seu magistratus municipales, & defensores plebis habuisse, oppida autem defensores tantùm. In civitatibus quæ curiam & magistratus habebant, publicatio & insinuatio actorum fiebat. Anianus ad l. 4. Cod. Th. de testamentis: *Testamenta omnia vel reliquas scripturas, apud censuales in urbe Roma voluit publicari hoc est, ut in reliquis regionibus apud curiæ viros testamenta vel quæcunque scriptura aliis firmari solent, gestorum alligatione muniantur.* Inde sæpissime in veteribus donationum formulis, *gestis municipalibus alligare.* Formulæ leg. Rom. c. 3. incerti auctoris c. 54.

OPTIME DEFENSOR] De defensoribus civitatum tituli sunt in utroque Codice. de quibus etiam agitur Nov. XV. Apud eos fiunt insinuationes testamentorum & donationum, testationes, depositiones. Qua de causa & archivum habent, sive scrinium, & scriniarium, & exceptores. Alij sunt defensores Ecclesiarum, sive advocati. Alij quoque defensores illi qui à summis Pontificibus ad curanda in provinciis S. Petri patrimonia seu possessiones delegabantur; quorum officium à Pelagio Papa in epistolis & in registro Gregorij latè exponitur.

PATERE IVBEATIS] Quæ sequuntur usque ad verba *prosequere quæ optas*, in regio exemplari deerant, sed ex cap. 54. formularum incerti auctoris facile fuit restituere. quod ex ingenio Cujacius præstiterat ad Pauli Sent. lib. 4. tit. 6.

Cap. 38. TEXTVS MANDATI] Mandatum ut testamentum sive donatio apud acta publicetur. In fine testamenti Hadoindi Cenomanensis Episcopi, apud Brissonium, subjicitur ejusmodi mandatum. *Magnificis in Christo & sancta Ecclesia filiis Bodilonno & Audranno Hadoindus Episcopus. Rogo & supplico caritati vestræ ut cùm me dominus & creator omnium de hoc seculo migrare præceperit, Cenomannis civitatem ire faciatis, & ibi testamentum meum, cùm apertum fuerit, vobis prosequentibus aphdque publica gestis municipalibus faciatis allegare, ut quod unicuique per ipsum testamentum sanctis, civibus, vel propinquis meis visus sum delegasse, vestra dispensatione unusquisque juxta ipsam delegationem percipere valeat. & quicquid exinde egeritis gesseritis, ratum & firmissimum debeat permanere. Quod mandatum manu nostra firmavimus &c.* quæ cum Marculfo omnino conveniunt. Sic in formulis incerti auctoris c. 55. & leg. Rom. c. 2.

POST RECITATIONEM] Sequitur continuatio gestorum & recitatio testamenti.

ARCIPIBVS PVBLICIS] archiis, archivis, scriniis. Notum est.

PRÆSTARIA DE RE ECCL.] Precaria Cap. 40.
propriè dicebatur libellus quo quis res Ecclesiæ utendas sibi dari rogabat. qua de re hujus libri capite quinto. Hincmarus de divortio Hlotharij & Tetbergæ ad XII. interrogat. p. 399. *Quod suum erat locis sanctis donant per confirmationem & sibi usurpant per occupationem, quod ut seculi pauperiores non obtinent per deprecatam præstationem, immo & sibi auferunt, & locis sanctis non tribuunt.* Præstaria autem vocabatur epistola qua Episcopus vel Abbas rem Ecclesiæ concedebat. Præstationis charta tradit. Fuldens. lib. 1. *Ea ratione ut per vestram præstationis chartam ad vitam meam illud habere possim.* quod alibi sic exprimitur, *ut quod trado per vestram præstariam ad vitam meam possideam.* Hincmarus Ludovico Regi apud Flodoardum hist. Rhemens. lib. 3. c. 20. *Qualiter sanctus Clodoaldus (villam Dudiciacum) sancto Remigio dederit, & quomodo Carolus Pipini Regis filius eandem villam apud Tilpinum Archiepiscopum obtinuerit in præstariam.* Idem lib. 3. c. 26. ex ejusdem Hincmari epistolis: *Bernardo Comiti Tolosano propinquo suo, pro rebus Rhemensis Ecclesiæ in Aquitania conjacentibus, quas ille in præstariam sibi concedi petebat.*

INDICVLVS EPISCOPI] Solebant olim Cap. 42.
Episcopi in præcipuis solemnitatibus, ut in Paschate aut natali Domini, litteris Coëpiscopos, Reges, & amicos visitare, & eulogias mittere. quò pertinet hoc Marculfi caput, cum tribus sequentibus. Eulogia verò benedictio est; atque etiam res quæcunque, sive panis, seu sal, seu vinum, aut aliud ejusmodi cui benedictio illa accessit, eulogia dicitur. Eulogiæ quidem nomine sal aut panem catechumenis datum fuisse loco communionis ex synodo Carthaginensi & B. Augustino notat eruditiss. Fr. Pithœus in Glossario. Vnde & loco communionis quæ singulis dominicis diebus fiebat, postea receptum est ut panis benedictus fidelibus non communicantibus daretur, qui uno verbo eleganter Græcis ἀντίδωρον. Balsamon ad synodum Antioch. cap. 2. Honorius in Gemma animæ lib. 1. cap. 67. Eulogiarum autem mittendarum morem antiquissimum esse constat. B. Augustinus ep. 34. *Panis quem misimus, uberior benedictio fiet dilectione accipientis benignitatis vestræ.* Paulinus & Therasia ad Augustinum inter B. August. epistolas epist. 31: *Panem unum, quem unanimitatis indicio misimus caritati tuæ, rogamus accipiendo benedicas.* Paulinus epistola ad Alypium, quæ est 35. inter epistolas B. Augustini: *Hunc panem eulogiam esse tu facies dignatione sumendi.* Gregor. Turon. lib. 4. c. 16. *Chramnus ad basilicas ab antedicto sacerdote susceptus est; ibique comedens panem ad Childericum pertendit.* Lib. 6. c. 5. Chilpericus *postulat ut accepta benedictione discedere &c. Hæc dicens, aquam manibus porrigi jubet; quibus ablutis, facta oratione, accepto pane, gratias Deo*

agentes, & ipsi accepimus & Regi porreximus &c. Lib. 8. c. 2. *Surrexi ad occursum ejus, & data oratione deprecor ut in mansione mea eulogias B. Martini dignaretur accipere. Quod ille non respuens, benigno animo ingressus, hausto poculo, admonitis nobis, ad convivium lætus abscessit.* Idem de gloria confessor. cap. 31. Benedictionem vocat Sulpitius Severus dialogo 2. Flodoardus hist. Rhemens. lib. 2. c. 11. de S. Rigoberto Episcopo: *Hic venerabilis Præsul Pipinum Majorem domus regiæ traditur amicissimum habuisse, cui eulogias pro benedictione crebrò solebat mittere.* Ad eulogias pertinet quod in vita Ludeuvici Pij dicitur Carolum M. filium interrogasse *cur Rex cùm esset, tantæ tenuitatis esset in re familiari ut nec benedictionem quidem nisi ex postulato sibi offerre posset &c.* Sangallensis lib. 1. c. 13. Capitul. lib. 6. c. 65.

Cap. 48. SVPPLICATVRIO] Preces sunt seu potiùs commendatitiæ litteræ Abbati factæ, ut in cœnobio aliquem qui monachus fieri cupit recipiat. Conversare enim tum usurpabatur pro monachum fieri. quasi dicas in monasterio degere.

Cap. 49. INDICVLVS GENERALIS] Indiculus pro omni epistola & libello accipitur, ut libro primo diximus. Hic autem qui generalis dicitur, epistola est commendatitia Episcopi, ut verisimile fit, qua is qui limina Apostolorum peregrinationis causa petit, omnibus Episcopis commendatur & Principibus per quorum ditiones iter facturus est.

NON VAGANDI CAVSA] Ideo Concilio Cabilonensi sub Carolo M. c. 44. & 45. prohibitum est Romam sive Taronum absque licentia Episcopi sui adire. *Sunt pauperes*, inquit, *qui vel ideo id faciunt ut majorem habeant materiam mendicandi.* Burchardus lib. 19.

Cap. 52. QVALITER EX ORDINAT. REGIS] Superiore libro formula est mandati regij ad Domesticos & Comites dati, quo jubet Princeps ut propter filij nativitatem in unaquaque fiscali villa tres servi manumittantur. Hoc autem capite forma proponitur qua Domesticus, ut regio mandato satisfaciat, servos fiscales manumittit.

DOMESTICVS] Dignitas fuit non contemnenda sub prima & secunda Regum nostrorum familia. Nam inter præcipuos regni ministros Domestici sæpe enumerantur, & in præfatione leg. Burgundion. *Sciant itaque Optimates, Comites, Consiliarij, Domestici, & Majores domus nostræ.* Et cùm munera in judicio accipere prohibeantur, eos quoque judicasse dici potest. Sic leg. Ribuar. tit. 90. *Ut Optimates, Majores domus, Domestici, Comites, Grafiones, Cancellarij, vel quibuslibet gradibus sublimati in provincia Ribuaria in judicio residentes, munera ad judicium pervertendum non recipiant.* Hos etiam Regi judicanti adsedisse probat Marculfus ipse libro primo, dum inter ministros & officiales qui Regi adsiderent, Domesticos recenset. Quod autem proprium Domesticorum munus fuerit, non satis constat. Nec enim iidem sint qui aulæ Constantinopolitanæ Domestici, quos planum est scholis palatinis & militaribus excubiis præfuisse; de quibus tit. de domesticis & protectoribus in utroque Codice. Apud Francos verò expensas Regi ad placita proficiscenti suppeditasse & necessaria quæque præparasse Domesticos ex Gregorio Turonensi apparet. Sic enim ille lib. 9. cap. 28. *Fuerunt etiam ad hoc placitum multi de regno ejus tam Domestici quàm Comites, ad præparanda regalis expensæ necessaria.* Ex hoc tamen Marculfi loco nil clarius eorum officio. Quippe *Domesticus* dicitur *super villas Regis.* Vt planum sit Domesticos villis fiscalibus & fundis dominicis præfuisse & omnes reditus curasse.

AD APPENDICEM MARCVLFI.

NOTITIA DE COLONO EV.] Exemplum est sententiæ inter Advocatum seu Defensorem Ecclesiæ, qui vindicat aliquem in colonum fundi ecclesiastici, & ipsum colonum, qui asserebat se liberum. Sed cùm id probare non potuisset, nec die dicta ad sacramentum cum aliis præstandum adfuisset, convictus ipse agnovit se colonum. Itaque per Vicarium Comitis Advocato redditus est. Qua de re conficitur instrumentum, ut omnibus id notum fiat. Vnde & Notitia appellatur. Chronicon Besuense: *Notum fiat posteris & memoriæ commendetur quòd &c.* infrà pagina proxima. Alio sensu notoriæ vocabulum usurpant Iurisconsulti pro relationibus quæ ab Irenarchis, Stationariis, officio præsidis, & (ut ait D. Augustinus ep. 159.) ab his ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat, in criminibus fieri solebant. l. 7. ad Sc. Turpillian. l. 31. Cod. Th. de Episcop. & Cleric. l. 7. Cod. de accusat. Cap. 1.

ADVOCATVS SANCTI ILL.] Defensor sive protector Ecclesiæ aut monasterij, qui res & jura ejus tam in judicio quàm extra judicium tuetur & actiones exercet. Ἔκδικος. Nam ex synodo Carthaginensi cap. 75. inducta est advocatorum defensio pro causis Ecclesiæ.

CASAM DEI] Ecclesiam. Alibi *donatio ad casam Dei*, & passim.

ADRHAMITVM] promissum. Adrhamire enim est jurejurando cavere se certa die & certo loco solemniter juraturum. *de sacramento fidem facere* in leg. Ribuar. tit. 68. Capitul. lib. 3. cap. 58. *Vt si sacramenta ad palatium fuerint adrhamita, in palatio perficiantur.* Lib. 4. c. 28. *Vbi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta adhramire vel jurare.* & cap. 29. Leg. Sal. tit. 39. Infrà cap. prox. *Vnde tale sacramentum per suam fistucam visus fuit adhramire.*

TENSANDVM] retinendum, ut libertatem retineret.

RACIMBVRGIOS] Comites non soli, sed adsidentibus septem ut plurimùm Consiliariis, jus dicebant, qui *Racimburgi* vel *Rachimburgi* dicebantur. Leg. Salicæ tit. 52. 3. *Tunc Grafio congreget secum septem Rachimburgios.* & tit. 60. leg. Ribuar. tit. 57. Capitula Pipini Regis: *Si causa sua ante ipsum Comitem fuit & ante Racemburgos.* infrà cap. 6. Eosdem Scabineos dictos esse existimo. Siquidem Scabinei judices erant, & septem numero Comiti adsidebant. Capitul. lib. 3. c. 40. *Vt nullus ad placitum banniatur nisi qui causam suam quærit, aut si alter ei quærere debet; exceptis Scabineis septem, qui ad omnia pla-*

cita præesse debent. Qua occasione lubet exscribere ex Besuensis monasterij Chronico Comitis & Scabineorum judicium, quo tam hæc formula quàm sequentia capita, quæ eodem ferè pertinent, non parum illustrantur.

Notum fiat posteris & memoriæ commendetur quòd ante illustrem virum Hildegarium Comitem seu Iudices quos Scabinos vocant, & quamplures personas qui cum eo aderant in Montaniaco villa, in mallo publico, ad multorum causas audiendas & recta judicia terminanda, ibi veniens Becto Episcopus [Lingonensis] & Advocatus suus Burgoardus novem legitimos testes ibi præsentavit, quorum nomina hæc sunt, Simeon, Agano, Bertchrannus, Govo, Machirius, Adalardus, Gerino, Gerento, Syrannus. Isti testificaverunt & juraverunt de finibus Besuensis monasterij, quod à fine Pontense, & à fine Vendobrinse, & Vvaurense, & Tillense, & Vetusnimense, & Bustellense, & Bustense, & Lucense, & Burburense, & Berecholpo villare, per istas marcas inter ipsos fines immunitas sit S. Petri ad integrum, & in alio loco bosco communitas ad integrum, & ab ipso fine Bustulense usque ad viam petrosam, & deinde usque ad stradam fractam, & deinde usque ad finem Burburenensem immunitas est S. Petri ad integrum. Per istas marcas euntes ipsi novem testes quos suprà nominavimus, misso secum Balacterio illustri viro ab Hildegario Comite & à suis Scabinis, dixerunt & per judicium testificaverunt quòd à tempore Pipini Regis & deinceps per tempora Domni Caroli Imperatoris vidissent inde legitimas vestituras ad partem S. Petri haberi, ita ut nec Aldo nec heredes sui ullam legitimam vestituram exinde unquam habuissent, sed per legem & per justitiam vestitura S. Petri fontis Besuensis erat. Tunc ipsi Scabinei unanimiter judicaverunt quòd omni tempore ipsæ res per illas marcas ad partem S. Petri essent vindicatæ atque legibus conquisitæ. His præsentibus testibus, Balacterio, Madaberto, Beato, Eppleno, Baldrico, Ausino, Vvormerio, Milone, Albrico notario, Feilagio, Leudumo, Arberto. Vvalterius præsens fuit & subscripsit. Data notitia die Mercoris proxima in mense Maio, anno secundo regnante Domno nostro Lugdovico Rege atque Imperatore.

PRO COLONO] Glossæ vett. *Colonus*, Ἐμπαράκτιος. Coloni liberi quidem non servi erant, obnoxiæ tamen sortis & conditionis. Leg. Alaman. tit. 9. & 23. *Liberi ecclesiastici, quos colonos vocant.* quos tamen frequentissimè servis adjungi & connumerari reperias. Nam ad tributa & serviles operas tenebantur. Leg. Bajuvar. cap. 1. tit. 13. *De colonis vel servis Ecclesiæ, qualiter serviant, vel qualia tributa reddant &c.* Adnuntiatio Caroli apud Pistas c. 20. *Si quis reputatus fuerit mensuram adulterasse, & cum majori modio vel sextario annonam vel vinum accepisse, ut cum minori mensura venundaret, si liber homo est, aut secundùm suam legem se inde sacramento idoneum reddat, aut &c. Si autem colonus vel servus inde reputatus fuerit, aut judicio Dei se examinet, aut si inde convictus fuerit, hoc, ut suprà diximus, unde mensuram adulteravit perdat, insuper & virgis nudo corio vapulet.* Sanè jure Romano, ut antea diximus, nec prædia receptis colonis vendi legarive poterant, l. *Si quis inquilinos.* 112. de legatis 1. l. 2. l. 12. de agricolis & cens. Cod. lib. XI. In donatione Haganonis ad S. Martinum Turonensem imperante Ludovico: *Fridegiso Abbati trado mansum nostrum indominicatum &c. cum hominibus ibidem commorantibus, quos colonario ordine vivere constituimus.*

RECREDIDIT] Recredere ejusmodi scriptoribus restituere est & reddere. Ivo epist. 275. *Dicit Comes quòd libenter reddet aut recredet Comitem Nivernensem.* Vetus instrumentum in tabulario S. Martini Turonensis anno tertio Rodulfi Regis: *Et sic ex ipsis decimis sese recredidit & per fistucam guerpivit.*

VICARIVS] Comitis. Gregor. Turon. lib. 10. c. 5. *Responderunt hoc Animondi Vicarij dolo, qui pagum illum judiciaria regebat potestate, factum fuisse.* & lib. 7. c. 23. de Armentario Iudæo, qui Turonum civitatem venit *ad exigendas cautiones quas ei propter tributa publica Injuriosus ex Vicario, ex Comite verò Eunomius deposuerant.* Quibus locis videtur Gregorium sensisse de Vicario qui per provinciam vices Comitis agebat, quique postea Vicecomes appellatus est. Erant enim & alij minores Vicarij, quorum singuli sub eodem Comite certis territoriis præerant; ideoque à Vvalafrido plebanis & parochis Ecclesiarum comparantur. Capitul. lib. 2. c. 28. *Habeat unusquisque Comes Vicarios & Centenarios suos secum.* Hincmarus epist. 4. c. 15. *Comites & Vicarij vel etiam Decani plurima placita constituunt.* Idem epistola pro Episcopis Galliæ & Germaniæ cap. 3. *Regum Comites in civitatibus suis, & Comitum Vicarij in plebibus.* Inde frequenter veteribus instrumentis *in pago illo, in vicaria illa.* Hodie *Viguiers.*

ACCIPERE DEBERE] Leg. Ribuar. tit. 61. *Hoc itaque constituimus, ut quicunque in causa victor exiterit, semper judicium conscriptum accipiat.*

CHARTA SACRAMENTALIS] qua statuitur ut qui pro colono vindicatus se liberum asserit, manu sextadecima propinquorum certa die in basilica sancti alicujus juret se liberum esse. Cap. 2.

IN MALLO PVBLICO] Mallus, placitum majus, ubi majora negotia à Comite finiebantur. Leg. Salicæ tit. 1. 46. 48. 56. 59. 60. Capitul. lib. 3. c. 28. 51. 57. & lib. 4. c. 28.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vbi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta adrhamire vel jurare, ibi mallum habeatur, & ibi sacramenta jurentur. Mallus tamen neque in Ecclesia neque in atrio ejus habeatur. Minora verò placita Comes, sive intra suam potestatem, vel ubi impetrare potuerit, habeat. Volumus itaque ut domus à Comite in loco ubi mallum tenere debet constituatur, ut propter calorem solis & pluviam, publica utilitas non remaneat. Adnuntiatio Caroli Regis apud Pistas cap. 32. *Vt conlimitanei & vicini Comites in una die, si fieri potest, mallum non teneant, maximè post octavas Paschæ, propter francos homines & advocatos qui ad utrumque mallum non possunt occurrere; sed mittant sibi invicem Missos; & si unus die Lunis mallum habuerit, alter die Iovis aut die Lunis sequentis hebdomadæ mallum habeat. Et ne grave ei sit qui suum mallum interjecit, qui uno anno primus tenuerit mallum, sequenti anno consentiat alteri primum tenere. Et si sacramenta legalia in primo die Lunis post Pascha juranda devenerint, aut in aliis feriis quando mallum tenere debuerat, mittat quisque Comes Missum suum qui ipsa sacramenta auscultet, ne ipsi homines jactivi inveniantur, & ipse sic mallum suum teneat ut barigildi ejus & advocati qui in aliis comitatibus rationes habent ad suum mallum occurrere possint.* Synodi Meldensis c. 76. Passim in formulis quæ sequuntur.

APVD PROXIM. PARENTES] Inde in lege Salica tit. 63. qui cognitioni renuntiat dicere debet *quòd se de juramento & de hereditate & de tota illorum ratione tollat.*

NOCTES] Tacitus de Germanis: *Nec dierum numero, ut nos, sed noctium computant, sic constituunt, sic condicunt, ut nox ducere diem videatur.* Sæpissime in lege Salica, Capitulis, historicis, veteribus instrumentis, ut ad Capitula Caroli M. doctiss. Fr. Pithœus observat. Quò fit ut ad hæc usque tempora plerique *anuict*, quasi *hac nocte*, pro *hodie* usurpent.

Cap. 4. IECTIVVS] Suprà ad Marcul. lib. 1. c. 38. Adnuntiatio Caroli Regis apud Pistas cap. 33. *Multi inde contendunt, & se inter se jactiscunt.* Postea: *Suum sacramentum se jurare debere contendant, & contra causatores suos, si ad hoc audiendum non venerint, jactiscant.*

Cap. 4. RACHIMBVRGIIS] de quibus suprà cap. 1.

Cap. 7. MISSOS REGIS] Missos dominicos infrà hoc ipso capite. Pipinus Major domus in diplomate pro S. Dionysio: *Omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Domesticis, Grafionibus, Vegariis, Centenariis, vel omnibus Missis nostris discurrentibus, seu quacunque judiciaria potestate præditis.* Quater in anno à Principe legati per provincias mittebantur, ut si quid Episcopi aut Comites negligentiùs egissent, per eorum admonitionem corrigeretur, hisque quibus à Comite jus dictum non esset, illi dicerent, & pleraque negotia Regis nomine perficerent, aut ad eum referrent. Constitutiones quoque Principum seu Capitula ab iis per provincias transmittebantur & annuntiabantur. Capitul. lib. 2. c. 18. 26. 27. 28. lib. 3. c. 14. 17. 83. 85. 88. & passim. Horum officium præclarè describit. Flodoardus hist. Rhem. lib. 2. c. 18.

ATQVE ELIDIATA] Corrupta hæc sunt, sed ita restituenda crediderim: *Vt ipsam terram ipse Abbas habeat evindicatam atque elitigatam, ne sit postmodum ex hac re omnique tempore subita causatio.* Elitigata, pro extra litem & controversiam posita. quæ vox frequentissima est in variis formulis.

IN GRAFIA ILLA] in illo comitatu. Grafiones enim Germanica lingua pro Iudicibus & Comitibus usurpantur. Aventinus lib. 7. ad an. 1285. *Eodem anno Cæsar VIII. KL. Ianuarias Augustam in confinio Rhetiæ atque Vindelicie concilium procerum convocat. Albertum Hallusium in classem præfectorum, quos nos Graphios, litteratores Comites vocant, refert.* Rigordus in vita Philippi Augusti Regis ad an. MCCVIII. *Eodem anno quidam Comes palatinus, qui eorum lingua Landgraf vocabatur, id est, Comes palatij &c.* Sic enim ex veteribus libris legendum est. Carlomannus Rex in synodo anni DCCXLII. *Decrevimus quoque ut secundùm canones unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem habeat, adjuvante Grafione qui defensor Ecclesiæ ejus est, ut populus Dei paganias non faciat.* Ibi enim Grafio Comes est. Sic in lege Salica & veteribus aliis legibus Grafionis vocabulum accipitur.

INGENVITAS] Exemplum manumissionis à Senonensi quodam Archiepiscopo factæ Ludovico Pio imperante, qua secundùm ejus constitutionem Archiepiscopus servum suum in Ecclesia manumittit ut ad sacros ordines possit promoveri. Cap. 8.

EPISCOPI ATQVE ABBATES] Illud ipsum antea cautum erat synodo Aurelianensi III. sub Childeberto Rege c. 25. Vita Ludeuvici Pij: *Considerans idem piissimus Imperator non debere Christi ministros obnoxios esse humanæ servituti &c. statuit ut quicunque ex servili conditione, conciliante scientia & morum probitate, ad ministerium altaris adsciscerentur, primùm manumittantur à propriis dominis, vel privatis, vel ecclesiasticis, & tunc demum gradibus altaris induantur.* Quæ eadem continuationi Aimoini inserta sunt lib. 5. cap. 10. Capitul. lib. 1. cap. 82. *De servorum ordinatione &c. statutum est ut nullus Episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere præsumat, nisi priùs à dominis propriis libertatem consecuti fuerint.* & quæ sequuntur. quod ipsum iisdem verbis refertur ex incerto quodam Concilio Toletano à Burchardo lib. 2. cap. 31. & ab Ivone Decreti par 6. cap. 182. Antea etiam id sæpe constitutum. Nam & in eandem sententiam citatur ab eodem Burchardo & Gratiano auctoritas Leonis Papæ. Præterea synodi Aurelianensis III. sub Childeberto Rege cap. 21. nominatim cautum apparet *ut nullus servilibus colonariisque conditionibus obligatus juxta statuta sedis apostolicæ ad honores ecclesiasticos admittatur, nisi testamento aut per tabulas constiterit eum absolutum.* Eodem pertinet Novel. 123. §. *Si servus.* c. 17. Sic ratiociniis obnoxij ordinari non poterant. l. 4. Cod. de Episcop. & Cleric. Concilium Carthaginense can. 8. & 9. Burchardus lib. 2. cap. 36. Ivo part. 6. c. 87. Gratianus dist. 54. can. 4. ubi falsò tribuitur Moguntì-

nenti. cap. 2. de obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. Id innuit Thomas Cantuarienſis apud Rogerum Hovedenum annal. parte poſter. anno 1165. *Mandavit ei Rex ut redderet ei plenariam computationem de omnibus receptis quæ receperat de redditibus regni quandiu Cancellarius fuerat. Reſpondit Thomas: In electione mea Henricus filius ejus & omnes Barones Scaccarij & Richardus de Luci Iuſtitiarius Angliæ clamaverunt me quietum Deo & ſanctæ Eccleſiæ de omnibus receptis & computationibus & ab omni exactione ſeculari ex parte Domini Regis, & ſic liber & abſolutus electus fui ad hujus officij adminiſtrationem.*

PERM. IP. LIB. DON.] Innuit ſervos Eccleſiarum, de quibus heic agitur, non potuiſſe manumitti, etiam ordinandi gratia, ſine Principis auctoritate, cùm alienationis ſpecies videatur.

HLVDOVICI AVG. AVCTORIT.] Capitul. lib. 1. cap. 82. *De Eccleſiarum verò ſervis communi ſententia decretum eſt ut Archiepiſcopi per ſingulas provincias conſtituti noſtram auctoritatem, ſuffraganei verò illorum exemplar illius penes ſe habeant. Et quandocunque de familia Eccleſiæ utilis inventus aliquis ordinandus eſt, in ambone ipſa auctoritas coram populo legatur &c.* Burchardus lib. 2. cap. 32. Synodi Turonienſis c. 25.

IN ARCIBO] archio, archivo.

EPISCOPII] Domus Epiſcopi. Synodi Meldenſis c. 26. *Suggerendum eſt & ex divino mandato intimandum regiæ majeſtati ut epiſcopium, quod domus Epiſcopi appellatur &c. venerabiliter ac reverenter introeat, & ſecundum ſanctam prædeceſſorum conſuetudinem, quando orationis & debitæ ſuſceptionis gratia in tranſitu convenienti civitatem ingreſſus fuerit, habitaculis epiſcopalibus reverenter inhabitet.*

ANTE ALTARIS CORNV] Manumiſſio in Eccleſia ante altaris cornu ſolita celebrari. Formulæ leg. Rom. c. 12. Capitul. lib. 1. c. 82. *In ambone ipſa auctoritas coram populo legatur, & coram ſacerdotibus vel coram fidelibus laicis ante cornu altaris, ſicut in noſtra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem conſequatur, & tunc demum ad gradus eccleſiaſticos promoveatur.* Leg. Longob. lib. 2. tit. 35. lib. 3. c. 9. *circa ſacrum altare manumiſſus.* Exemplum manumiſſionis apud Burchardum lib. 2. c. 26. *Ego Burchardus Vvormatienſis Eccleſiæ Epiſcopus quendam Eccleſiæ noſtræ famulum nomine Eberhardum, ſacris ordinibus oblatum, ad altaris cornu, nobilium virorum in præſentia, per hoc auctoritatis teſtamentum ſtatuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus atque ab omni ſervituris vinculo ſecurus permaneat.* Servos autem qui manumittebantur ut Clerici fierent, alibi quàm in Eccleſia manumitti non potuiſſe docet idem Burchardus cap. 28.

CIVEMQVE ROMANVM] Qui in Eccleſiis manumittebantur, cives Romani, non Latini, fiebant, maximámque libertatem conſequebantur, ex conſtitutione Conſtantini l. 1. Cod. Th. de manumiſſ. in Eccleſ. Ideoque hæc clauſula inſtrumentis libertatis apponi ſolita. Formulæ leg. Rom. c. 12. B. Gregorius Papa regiſt. lib. 5. epiſt. 12. *Vos Montanum atque Thomam famulos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui Deo adjutore deſervimus, liberos ex hac die civeſque Romanos efficimus, omnéque veſtrum vobis relaxamus ſervitutis peculium.* Cujus tamen appellationis Caroli M. & Ludovici Pij ſeculo non aliam vim fuiſſe exiſtimo quàm ut lege Romana manumiſſi uterentur.

NVLLI HOMINVM QVICQVAM] Hinc apparet non tantùm ſervos, ſed etiam libertos, qui obſequiis erga patronos tenerentur, ordinari non potuiſſe. Debet enim ab aliis immunis eſſe qui divinæ militiæ aggregandus eſt, ut Leonis Papæ verbis utar. Synodus Toletana apud Burchardum lib. 2. cap. 25. *Quicunque libertatem à dominis ſuis ita percipiunt ut nullum ſibimet in eis obſequium patronus retemet, iſti ſi ſine crimine capitali ſunt, ad clericatus ordinem ſuſcipiantur, quia directa manumiſſione abſoluti eſſe noſcuntur. Qui verò retento obſequio manumiſſi ſunt, pro eo quòd adhuc patrono ſervituti tenentur obnoxij, nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promovendi; ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex Clericis ſervi.*

SI QVA DEINCEPS PRÆDIA] In Capitulis idipſum ſtatuitur lib. 1. cap. 82. *Si poſt ordinationem aliquid adquiſierint, illud obſervetur quod in canonibus de conſecratis nihil habentibus conſtitutum eſt.* Canonicæ autem ſanctiones illæ, de quibus heic & in Capitulis, ſunt ſynodorum decreta quibus ſtatuitur ut Clerici qui nihil habentes conſecrati ſunt, ſi poſtea aliquid adquiſierint, id omne ad Eccleſiam pertineat. Synodi Carthaginenſis III. c. 49. *Placuit ut Epiſcopi, Preſbyteri, Diaconi, vel quicunque Clerici qui nihil habentes ordinantur, & tempore epiſcopatus vel clericatus ſui agros vel quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tanquam rerum dominicarum invaſionis crimine teneantur, niſi admoniti Eccleſiæ eadem ipſa contulerint.* Iuſtinianus idipſum ſanxit Novell. 131. cap. 13. contra id quod olim obſervabatur ex conſtitutione Leonis & Anthemij l. 34. Cod. de Epiſcop. & Clericis. Burchardus: *Vt unuſquiſque Preſbyter res quas poſt diem conſecrationis acquiſierit, propriæ Eccleſiæ relinquat.* Idem Burch. lib. 3. c. 118. ex ſynodo Rhemenſi refert hæc verba: *Inveſtigandum ſi nihil patrimonij habens Preſbyter quando provectus eſt ad ordinem eccleſiaſticum, poſtea emerit prædia, cujus juris ſint; quoniam Eccleſiæ ad quam de nihil habente promotus eſt eſſe debent juxta canonicam auctoritatem.* Eadem verba extant in cap. 1. de peculio Clericorum. quæ tamen citantur ex Concilio Arelatenſi.

MANDATVM] Continet ſimplex mandatum ſeu procurationem litigandi cauſa; ut & ſimilis eſt apud Marculfum lib. 1. c. 21. & lib. 2. c. 31. Cap. 9.

TRACTVRIA] *Tracturia* pro *Tractoria.* Nam heic forma quædam quaſi tractoriæ refertur, qua Epiſcopus cum cui ob delicta pœnitentiæ cauſa peregrinatio indicta fuerat, commendat iis ad quos iter faciens pervenerit, ut ſciant non alia ex cauſa illum peregrinari nec vagari. Itaque rogat ut ei manſionem & focum, panem & aquam præſtent. De tractoria dictum eſt ad Marcul. lib. 1. c. 21. Cap. 10.

CENTENARIIS] Singuli comitatus in centenas seu territoria quædam dividebantur, quibus minores judices præerant sub Comitis dispositione, qui à centena Centenarij dicebantur. Synodi Cabilonensis sub Carolo M. cap. 21. *Comitibus & judicibus hoc summopere observandum est ut justè judicent.* Paulò post: *Sed & ministros, quos Vicarios & Centenarios vocant, justos habere debent.* Qui tamen non de omnibus causis, sed de minoribus tantùm judicabant. Capitul. lib. 4. c. 26. *Omnis controversia coram Centenario definiri potest, excepta redditione terræ & mancipiorum, quæ nonnisi coram Comite fieri potest.* Lib. 3. c. 79. *Ut nullus homo in placito Centenarij neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia judicetur; sed ista in præsentia Comitis vel Missorum nostrorum judicentur.* Centenarios porrò per pagos statutos esse scribit Vvalafridus Strabo, & planè eosdem cum Vicariis facit; quos etiam cum Presbyteris Ecclesiarum baptismalium, qui minoribus Presbyteris præsunt, comparat.

DECANIS] Minimi sunt judices sub Centenariis, & à Vvalafrido minoribus Presbyteris conferuntur. Hincmar. ep. 4. c. 15. *Comites & Vicarij vel etiam Decani plurima placita constituunt &c.*

MANSIONEM EI ET FOCVM] Capitula quædam Caroli M. & Ludovici Pij MSS. * c. 16. *Ut infra regna Christo propitio nostra omnibus iterantibus nullus hospitium deneget, mansionem & focum tantùm. Similiter pastum nullus contendere faciat, excepto prato & messe.*

* Suprà to. 1. pag. 400.

QVID PLVRA AD SAP.] Clausula qua commendatoriæ epistolæ claudi solebant, ut & aliæ. In historia augusta: *Dictum sapienti sat est.* Sic de formulis variis cap. 22. 23. 24. Verba omisit, sed sensum expressit, Senator sub Vitigis Regis persona Variarum lib. 10. epist. 33. *Pauca dixisse sapientiæ vestræ sufficiunt. &c.*

Cap. 12. LITTERÆ COMMENDATITIÆ] Clericis sine proprij Episcopi licentia peregrinari non licebat, nec peregrinantes ab alio Episcopo suscipi & admitti poterant nisi à proprio Episcopo commendatitias litteras impetrassent. Gregorius Nazianzenus in Iulianum: ὦ ἀσιτολικοῖς σωλήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἕθους ἀεὶ ἔθους τοὺς χρήσοντας παρεκτέμνομεν. Synodi Calchedonensis can. 13. Ξένους κληρικοὺς ἢ ἀγιώσους ἀ ἰδίᾳ πόλει ἔχοντα ἐκκλησιῶν γράμματα τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μὴ ὅλως μεταμοῦ λειτουργεῖν. Synodi VI. in Trullo can. 17. Synodi Agathensis c. 38. *Clericis sine commendatitiis epistolis Episcopi licentia non pateat evagandi.* Synodi Epaunensis cap. vi. Burchardus lib. 11. cap. CXXXVII. CXXXVIII. CXLI. *Formatæ* ut plurimum apud Latinos scriptores hæ litteræ appellantur. Optatus Milevitanus lib. 1. de Syricio PP. *Cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat,* sive quòd certa forma certisque notis conceptæ essent, sive etiam à forma seu sigillo quod addebatur, ut putat eruditissimus Iacobus Sirmondus in Notis ad Goffridum: cui posteriori sententiæ suffragari videtur quod dicitur in synodo Cabilonensi sub Carolo M. cap. 41. Presbyterum qui proprio loco dimisso ad alium migrat litteras habere debere *in quibus sint nomina Episcopi & civitatis plumbo impressa.* Est etiam in Ordine Romano epistola qua Episcopi à Pontifice Romano conscerati ad civitates suas remittuntur & officij admonentur; quæ *Formata Episcopo danda nuncupatur,* cùm tamen commendatitia non sit. quod aliis confirmari posset exemplis. Illud autem observandum, non tantùm Clericis peregrinantibus formata opus esse, sed nec Episcopis remota loca petere absque Metropolitani formata licuisse; ideòque Laudunensem Episcopum nepotem suum Hincmarus reprehendit quòd absque Metropolitani epistola extra diœcesim sæpe profectus esset. Quod jus formatæ Episcopis dandæ Vigilius Papa epist. 7. Auxanio Arelatensi Episcopo tribuit, cui vices suas commiserat. *Nullus,* inquit, *de Pontificibus tuæ per hæc vices ordinationi commissis in longinquis quibuslibet locis audeat proficisci nisi solenni more, sicut decessores nostri prædecessori vestro similiter concedente consueverant, formatam vestræ caritatis acceperit.*

MAGNONI] Carolo M. imperante vixit Magno Senonensis Archiepiscopus, cujus est hæc formata. quod & annus his litteris adscriptus ostendit. Ille est qui Notas juris collegit & Carolo M. dicavit; quibus ipse hos præfixit versiculos: *Hæc juris* σημεῖα *libens Rex accipe Carle,*
Offert devotus quæ tibi Magno tuus.

GRÆCA ELEMENTA] Solebant Episcopi in formatis seu commendatitiis litteris, ne qua fraus fieret, uti quibusdam notis & symbolis, litteris videlicet Græcis quæ certum numerum exprimerent. Quod quomodo fieret exponit Atticus in fine synodi Calchedonensis. Ivo Decreti par. 6. cap. 433. Gratianus distinct. 73. additis duabus harum epistolarum formulis, quarum una Burchardi est lib. 2. c. 227. Vide Sirmondum in Sidonium pag. 109. 110. 111. 112. 113.

INGENVITAS] De ingenuitate ad Marculf. Cap. 13. cap. 32. lib. 2. abundè diximus.

TESTAMENTVM FACIENDI] Salvianus ad Ecclesiam catholicam lib. 3. *Illi testamenti faciendi arbitrium dant libertis, tu tollis liberis.* Quod plenæ libertatis, qua cives Romani efficiebantur, proprium erat, non Latinæ. Verùm hoc seculo ejusmodi differentiam evanuisse antea monui.

MVNDEBVRDEM ECCLESIARVM] Marculfus lib. 2. c. 22. Synod. Matisconens. II. sub Guntranno c. 7. Concilium Toletanum V. c. 72. *Liberti qui à quibuscunque manumissi sunt, atque Ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum patrum constituerunt, sacerdotali defensione à cujuslibet insolentia protegantur, sive in statu libertatis eorum, seu in peculio quod habere noscuntur.*

CHARTA AGNATIONIS] qua dominus servi cui se ingenua junxit illis indulget ut qui ex eis nascentur, liberi permaneant. Marculfus lib. 2. c. 29. ubi plura. Vide Cassiodorum lib. 7. c. 11. Cap. 18.

TRADITORIA DE TERRA.] Forma est traditionis agri antea venditi. Cap. 19.

TERRAM VEL HERBAM] Vide Plinium lib. 22. cap. 4. Infrà cap. 43. *Per terram vel herbam, sicut lex est, ad partem sancti illius visus*

ſus eſt tradidiſſe. Sic leg. Bajuvar. cap. 17. tit. 3. *Ea ratione firmet per quatuor angulos campi, aut deſignatis terminis, per hæc verba tollat de ipſa terra vel aratrum circumducat, vel de herbis aut ramis, ſilva ſi fuerit, Ego tibi tradidi & legitimè firmabo per ternas vices.* Non diſſimilis eſt traditionis forma quæ ab Innocentio III. Papa deſcribitur in cap. 2. de conſuetudine: *Hanc conferendi formam eſſe proponis, quòd in hujuſmodi donationibus modicum terræ conſuevit in manu accipere, vel in extremitate pallij manu Prælati Eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper altare ponendum ſub teſtimonio videntium & audientium ſub dicta forma, quæ ſcotatio vulgariter appellatur.* De aliis traditionum modis nonnulla notavimus ad Marcul. lib. 1. c. 13.

EXITVM FECISSE] In ſignum ſcilicet traditionis exibat, loco cedebat, vacuámque poſſeſſionem in alterum transferebat. Aliàs tamen *exitum* ſcriptum eſt; ut ſit ſenſus, eum poſſeſſione ſe exuiſſe, ut alius ea veſtiretur, ſi ſeculi verbis uti licet. Vtrumque retineri poteſt.

Cap. 21. NOTITIA DE SERVO] Inſtrumentum venditionis ſervi.

Cap. 22. NOTITIA DE IACTIVIS] qua notum fit quendam vadimonium deſeruiſſe. Marculf. lib. 1. c. 37. unde petenda hujus capitis interpretatio.

Cap. 23. SECVRITAS] Marculf. lib. 2. cap. 18.

VT ILLAM LEVDEM] Leudis, pretium compoſitionis pro homicidio. Leg. Salicæ tit. 43. 11. *Si autem qui præcipitatus eſt mortuus fuerit, tota leude ſua componatur.* 12. *medietate leudis ejus componat. Ille verò qui eum occiderit, ſecundùm legem eum componat.* Leg. Friſionum tit. 2. *Expoſitor nec juret, nec leudem ſolvat, ſed inimicitias propinquorum occiſi patiatur donec ſe cum eis reconciliet.*

Cap. 25. MANDATVM] ejus qui propter morbum vel ætatem rebus ſuis ſupereſſe non poteſt. Marculf. lib. 1. c. 21.

Cap. 27. PRECARIA] De precaria jam ſatis ad Marculf. lib. 2. cap. 5.

Cap. 28. PRÆSTARIA] Præſtationis charta ſuprà ad Marculf. cap. 40. lib. 2.

CENSVM AD LVMEN] In precariis ab Eccleſia conceſſis ſolebat merces quædam ſeu cenſus annuus intervenire. Synodus Leptinenſis: *Ea conditione ut annis ſingulis de unaquaque caſata ſolidus id eſt duodecim denarij ad Eccleſiam vel monaſterium reddantur.* Flodoard. hiſt. Rhem. lib. 3. c. 20. ex Hincmaro: *Quomodo Carolus Pipini Regis filius eandem villam apud Tilpinum Archiepiſcopum obtinuerit in præſtariam, ea conditione ut capellas ad ipſam pertinentes cum nonis & decimis Epiſcopis Rhemorum retineret, & Rex duodecim libras argenti in luminaribus Eccleſiæ daret, & quòd hunc cenſum tam ipſe Rex quàm ſucceſſores ejus perſolverunt.* Quem cenſum in recognitionem dominij præſtari idem Hincmarus innuit apud eundem lib. 3. c. 26. *Ne fortè ſuggeratur Imperatori quòd cupiditate illectus hunc cenſum repetat quem in ſuos uſus nunquam redegerat; ſed cupiens evadere periculum, ne ſilentio ſuo in diebus ſuis cenſus ipſe depereat, & ipſa villa in alodem vertatur.*

DE HOMINE FORBAT.] Formula juris- Cap. 29.
jurandi quod præſtare tenetur is qui adgreſſorem interfecit, nimirum ob tutelam corporis ſui & vim repellendo occidiſſe. Ejuſdem argumenti eſt caput trigeſimum formularum legis Romanæ.

COLPVS] ictus, ut vett. gloſſæ apud Pithœum rectè interpretantur, noſtris *coup.* Leg. Salic. tit. 19. *Si quis ingenuus ingenuum fuſte percuſſerit, & tamen ſanguis non exierit uſque ad tres colpos, pro unoquoque ictu centum viginti denarios, qui faciunt ſol. tres, ſolvat.* Colpus à colapho, ut in leg. Sal. vet. codice.

FORBATVDVM] Sic in form. leg. Rom. cap. 30. Decretum Childeberti Regis: *Iudex loci illius ſolatio collecto ipſum raptorem occidat, & jaceat forbatudus.* quaſi forbatudus pro jure cæſo diceretur. Quod apertiùs traditur in leg. Ribuar. tit. 77. *De homine forbatudo. Si quis hominem ſuper rebus ſuis comprehenderit, & eum ligare voluerit, aut ſuper uxorem, ſeu ſuper filiam, vel his ſimilibus, & non prævaluerit ligare, ſed colpus ei exceſſerit, & eum interfecerit, coram teſtibus in quadrivio in clida eum levare debet, & ſic* XL. *ſeu* XIV. *noctes cuſtodire, & tunc ante judicem in arabo conjuret quòd eum de vita forfactum interfeciſſet. Sin autem iſta non adimpleverit, homicidij culpabilis judicetur.*

INERA NOCTES XLII.] Numerus reſpondet legi Ribuariæ, cujus particulam modò adſcripſi: in qua tamen ex hoc loco pro XIV. legendum eſſe putarem XLIV. Alij viderint.

SICVT LEX EST] Leg. Ribuar. tit. 77.

APVD TRES ALOARIVS] Sic infrà c. 23. *poſt ipſum tres aloariæ & duodecim conlaudantes juraverunt.* Plenius tamen inquirendum cenſeo. Aloarij videntur hoc ſeculo dicti qui probarent & laudarent idémque affirmarent, à laudando. Vnde & noſtris hodie *alouër*, pro rationem probare. Monuit Iohannes Savaro V. C.

LEGIBVS DIREXERVNT] hoc eſt, ſecundùm leges juraverunt eum qui juravit vera dixiſſe. Formulæ legis Rom. cap. 31. *Similiter teſtes ſibi ſimiles viſores & cognitores, ſecundum quod ei judicatum fuit, poſt ipſum juraverunt, ut quicquid jam dictus ille de hac cauſa juravit verum & idoneum ſacramentum dedit.* Leg. Alam. tit. 6. Suprà ad Marculf. lib. 1. c. 38. Fortè legendum *dixerunt*, ut infrà c. 33. & 34.

INDICVLVS REGALIS] Regia epiſtola Cap. 30.
qua Rex Comiti mandat ut cuidam, qui queritur quòd alij res ſuas retinerent, jus dicat; aut ſi illi ſatisfacere recuſent, cogat eos fidejuſſores ante Regem judicio ſiſtendi cauſa dare. Marculf. lib. 1. cap. 27. & 28. Quid ſit indiculus, ad caput ſextum Marculfi expoſitum eſt.

FRATRI ILLI COMITI] Comites civitatum fratris appellatione à Principe decoratos hoc capite docemur. quod jus ut provinciæ rectores & præſides conſequebantur. His enim id Caſſiodorus tribuit lib. 6. cap. 21. *Additur quòd à Principe frater vocaris.* Ita Majorianus Aug. apud Sidonium lib. 1. ep. ult. compellat: *frater Camille.* Videantur Novellæ Theodoſij, Valentiniani, & Majoriani, ubi non ratò illud occurrit.

IN VESTRO MINISTERIO] Miniſterium pro territorio. Capitul. lib. 2. c. 18. *Sicut in ca-*

pitulis quæ de hac re illis Comitibus dedimus in quorum ministeriis moneta percutitur constitutum est. & passim.

SVPER NOCTES TANTAS] id est, intra tot dies. Nam spatia temporis non numero dierum, sed noctium, finiebant, ut antea dictum est.

Cap. 31. ALIVS INDICVLVS] Immunitas est militiæ, quæ seni à Rege conceditur.

DE OMNI HOSTE] exercitu. Capitul. lib. 3. c. 9. 10. *Quicunque homo nostros habens honores in hostem bannitus fuerit.* Appendix Aimoini lib. 4. c. 56. *Rebellantibus Saxonibus paganissimis, qui contra Rhenum fluvium consistunt, strenuus vir Carolus hostem movit Francorum.* Adnunciatio apud Pistas cap. 26. *Vt pagenses Franci qui caballos habent vel habere possunt, cum suis Comitibus in hostem pergant.* Nostris *host.*

ARIBANNO] seu *heribanno.* Pœna est pecuniaria ejus qui ad expeditionem post Principis bannum seu edictum profectus non est. Gregor. Turon. lib. 5. cap. 26. *Post hæc Chilpericus Rex de pauperibus & junioribus Ecclesiæ vel Basilicæ jussit bannos exigi pro eo quòd in exercitum non ambulassent.* & lib. 7. cap. 42. *Post hæc edictum à judicibus datum est ut qui in hac expeditione tardi fuerant damnarentur.* Capitular. lib. 3. cap. 14. *De heribanno volumus ut Missi nostri fideliter exactare debeant.* & cap. 35. & 68. In legibus Longobardorum heribanni mulcta est sexaginta solidorum. Vox est hodie quoque nota.

DISMANARE] id est, de domo extrahere.

Cap. 32. NOTITIA DE COLONITIO] Suprà cap. 1. 4. 5.

Cap. 34. DE HERBIS MALEFICIS] Iusjurandum mulieris quæ veneficio hominem occidisse accusabatur, quòd scilicet potionem maleficam ei nunquam temperasset aut propinasset.

MALLAVIT] in jus seu ad mallum Comitis vocavit.

HERBAS MALEFICAS] Leg. Sal. tit. 21. *De maleficiis. Si quis alteri herbas dederit bibere, & mortuus fuerit, octo mille denarios, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur. Si verò biberit & mortuus non fuerit &c. ille qui dedit pro aliquo maleficio culpabilis judicetur.* Greg. Tur. lib. 5. cap. 35. de Mummolo, qui maleficij incusatus est quòd herbam se habere ad tormina & dysenteriam sanandam professus sit. apud eundem Gregorium *per herbarum venena.* Inde *enherber.*

Cap. 35. CESSIO] Donatio à patre uni ex filiis facta, ut præcipuum illud habeat. Similis est apud Marculf. lib. 2. cap. 11. quæ in nepotem confertur.

Cap. 36. EVACVATORIA] apocha. suprà ad Marculf. lib. 2. cap. 35.

Cap. 37. LIBELLVS DOTIS] De libello dotis suprà ad lib. 2. cap. 15.

MANCIPIA STANTIA] Villici, qui fundum exercent, & inter instrumenta fundi numerantur.

Cap. 38. INDICVLVS REGALIS] Videndus Marculfus lib. 1. cap. 37.

APVD N. SIGNAC.] *Apud* heic dicitur pro *eum*, aut *per.* quod non raro in illius seculi auctoribus occurrit. Suprà cap. 2. *apud proximiores parentes suos acto* juret. & cap. 29. in fine. Itaque quod heic dicitur *apud nostrum signaculum* sic accipiendum est, *per litteras annulo seu sigillo nostro firmatas.* Nam, ut diximus, indiculo sigillum non addebatur.

MANNITVM] Mannire, in jus vocare, leg. Sal. tit. 1. & aliàs sæpissime, quasi *monere.*

ÆQVALENTIA] Divisio hereditatis inter Cap. 39.
fratres; quæ æqualentia heic appellatur, quòd æquis partibus fiat. Marculf. lib. 2. cap. 14.

ÆQVALENTIA] æqua lance. Inde hujus capitis titulus. Marculf. lib. 2. cap. 14. *equa lance inter se visi sunt divisisse vel exæquasse.*

CVM DESVPER POSITO] *Suprapositio* passim in formulis leg. Rom. infrà cap. 11. *una cum superpositis.* apud Iurisconsultos *cum omnibus quæ ibi erunt.* clausula in venditionibus, donationibus, legatis, divisionibus hereditatis frequentissima.

PECVLIVM PRÆSIDIVM] De peculij & præsidij voce ad librum secundum Marculfi.

DONATIO AD CASAM DEI] Casa Dei Cap. 40.
pro quacunque Ecclesia, quasi domus Dei. Hincmarus epist. 7. c. 35. *Providendum est etiam ut de nihil habentibus promoti Presbyteri non præsumant quæ de facultatibus Ecclesiæ comparaverunt vendere, vel quasi ad casam Dei tradere, nisi ad Ecclesiam cujus propria esse debent.* Sanè hodieque in Arvernia extat cœnobium quod Casæ Dei nomen velut proprium sibi retinuit.

GRAFIA ILLA] comitatu illo. suprà ad caput septimum.

APVD IVG. M. VISA SVM CONQ.] tertiam videlicet rerum stante conjugio quæsitarum. Plura ad lib. 2. cap. 17.

DE FILII MEI LVCTVOSA HEREDITATE] Ita Papinianus apud Iustinianum l. ult. Cod. de institut. & substitut. *Luctuosam hereditatem ad matrem venire curavit.* Iustiniano *tristis successio.* Institut. de senatusconsul. Tertullian. in principio. Inscriptio Viennensis: MISERI PARENTES CONTRA VOTVM PP.

EMVNITAS SANCTORVM] Privilegium Cap. 44.
immunitatis monasterio à Rege concessum. qua de re plura ad cap. 3. libri primi.

HOMINIBVS VASSIS NOSTRIS] Fortasse legendum *omnibus vassis nostris*; aut saltem addendum *hominibus & vassis nostris.*

IN CVRTIBVS VEL VILLIS] Villas etiam curtes dictas fuisse hic locus ostendit. Sic in diplomate Caroli R. pro Corbeiæ cœnobio, *villas seu curtes vel ea quæ deinceps in parte ipsius Ecclesiæ voluerit divina pietas augeri.* & in traditionibus Fuldensibus lib. 2. *jugerum curtiferum* dicitur in quo ædificium rusticum & villula esset. Leg. Salicæ tit. 6. *canem custodem domus sive curtis.* Olim quidem *cortem* Romani dixere eam villæ partem quæ mœnibus cincta est, & in qua permulta rustica opera exercentur. Varro de re rustica lib. 1. & Palladius lib. 1. Sanè in synodo Confluentina anni DCCCLX. aliter accipitur. Curtem enim aulam & comitatum Principis vocat: *in hostem & ad placitum sive ad curtem veniens.*

RETRIBVT. EXACT.] Exactare pro exi-

gere. Marculfus lib. 1. cap. 2. Diplomata Ludovici & Caroli Calvi pro S. Germano, quæ interferuntur continuationi Aimoini lib. 5. cap. 10. & 33. *Neque servitia ab eis exactet, neque paraveredos aut expensas ad hostium susceptiones recipiat.* Capitul. lib. 3. c. 14. *heribannum exactare.*

Cap. 45. INDICVLVS REGALIS] Exemplum immunitatis vectigalium à Carolo Rege concessæ.

NVLLAS VENDITAS] Vectigal est rerum in foro & publicis nundinis venditarum, cujus mentionem in Gallicis quibusdam vetustis instrumentis legisse memini. Hodie quidem rerum immobilium ἀσφαλικὰ dicuntur *ventes.*

RODATICVM] Capitul. lib. 6. c. 243. *Vt nullus homo præsumat teloneum per vias, nec per villas rodaticum, nec pulveraticum recipere.* Hodie *Roüage.* quod vectigalis genus ex vino venditio colligitur. *Rotaticum* in diplomate Dagoberti Regis de mercato S. Dionysij, ubi varia tributorum nomina recensentur, & in præcepto confirmationis Pipini Regis de eodem mercato: *Nec de navigiis, nec de portibus, nec de carris, nec de saumis ullum teloneum vel foraticum, seu rotaticum, vel pontaticum, vel portaticum, vel salutaticum, seu cespitaticum, sive mutaticum, vel aliquam exactionem aut consuetudinem exigere.*

FORATICVM] Præcepta Dagoberti & Pipini, quæ modò exscripsimus. Diploma Ludovici & Lotharij in continuat. Aimoini lib. 5. cap. 10. Hodie certè *foragium* jus illud vocamus quod ex vino minutatim vendito debetur.

PONTATICVM] quod in pontibus pro transitu datur. Capitular. lib. 3. c. 12. *Placuit nobis ut antiqua & justa telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàmque de navigiis seu mercatis.* Idem Carolus Imp. & Ludovicus prohibuerunt teloneum exigi ubi necesse non est fluvium per pontem transmeare, & ne quis cogatur ad pontem ire telonei causa. Capitular. lib. 4. c. 31. In legib. Benearnensium, *pontage.*

SEV MERCADA] mercatus.

COMMERCIVS] negotiationis socius.

NEGOTIVM] Negotium pro re venali, merx. Sic negotium pro mercatura in Capitul. lib. 1. c. 125. *Si hoc propter necessitatem comparat, ut sibi habeat & aliis tribuat, negotium dicimus.* Gregor. Turonens. de miracul. lib. 1. cap. 32. & cap. 58. *Negotia multa in atrio protulerunt.*

Cap. 46. RELAT. Q. DIC. APENNIS] De instrumentorum amissione vel exustione, quæ hostium incursu aut quolibet alio casu accidit, satis multa ad 33. caput libri primi; ubi litterarum principalium exemplum proponitur quæ ab eo qui jacturam passus erat impetrari solebant, ne difficili postea probatione ejus jura deteriora fierent. Heic autem similis quædam formula exhibetur, non tamen à Rege, sed à Comite data; qua, sedente in judicio Comite, testes adhibentur qui alicujus domum cum mobilibus rebus, chartis, & instrumentis quæ inerant, incendio consumptam testentur. Ideoque Comes ejus rei testationem in scriptis redactam concedit, ut res omnes quas hic antea possidebat, in posterum securè etiam possideat.

QVÆ DICITVR APENNIS] Sic in formulis leg. Rom. cap. 28. Quæ autem ejus nominis origo sit, mihi planè non liquet; & fortasse mendum est. Sanè dubitavi num legendum esset *à pari*, quòd eandem & parem vim habeat atque instrumenta amissa. quam vocem *à pari* & *apparibus* eodem ferè sensu hac ætate usitatam fuisse reperio. In registro B. Gregorij lib. 7. est epistola ut Episcopi cum mulieribus non habitent, quæ ad plures Defensores & Subdiaconos scripta est. additur *apparibus*, id est, omnibus eodem exemplo. Nam etsi pluribus sit inscripta, ad unum tantùm loqui Gregorium manifestum est. Sic eodem lib. ep. 112. accipienda est epistolæ inscriptio: *Syagrio, Betherio, Virgilio, & Desiderio Episcopis Galliarum à paribus.* Et apud Hincmarum ep. 6. c. 28. Zosimus Papa *ad Aurelium & universos Episcopos per Africam constitutos, universósque Episcopos per Gallias & septem provincias constitutos, & universis Episcopis per Hispaniam constitutis, à pari*, hoc est, eodem exemplo. Anastasius Bibliothecarius in Hadriano: *Apparem ipsius donationis per eundem Etherium ascribi faciens ipse Rex (Carolus M.) intus super corpus B. Petri, subtus evangelia quæ ibidem osculantur, pro firmissima cautela & aterna nominis sui ac regni Francorum memoria propriis manibus posuit; aliáque ejusdem donationis exempla per Scriniarium hujus sanctæ Ecclesiæ descripta, ejus excellentia secum deportavit.* Aliorum sit judicium.

CHART. REI. Q. DICITVR] Apparet heic *appennis* vocem deesse. Cap. 47.

HEREDITORIA] libellus seu epistola qua pater filiam naturalem, quam ex propria ancilla susceperat, ad hereditatem suam vocat, aliàs non successuram.

IACTANTE DENARIO] jactato denario ante Regem. Manumissionis modus, de quo ad lib. 1. cap. 22.

REDEMPTIONALE] Seu *charta redemptionalis*, per quam servus seipsum de peculio suo redimit, & dato pretio libertate à domino donatur, ita ut ab obsequiis omnibus & jure patronatus liber & immunis permaneat. Quod ita demum procedit, si sciat dominus nummos peculiares esse. Alioqui enim (ut est in leg. Bajuv. c. 15. tit. 7.) *Si quis servus de peculio suo fuerit redemptus, & hoc dominus ejus fortè nescierit, de domini potestate non exeat: quia non pretium, sed res servi sui, dum ignorat, accipit.* quod caput exscripsit Benedictus Levita Capitular. lib. 5. cap. 359. Cap. 48.

IN AMICTO] in veste. ex qua amictus dictione supplendæ lacunæ suprà cap. 15. & 16.

HEREDITORIA] Cùm lege Salica filia in antiqua patris alode non succederet, tamen hac formula ad hereditatem admitti potest, ut cum fratribus portionem ferat. Marculf. lib. 2. cap. 12. *ut filia cum fratribus in paterna succedat alode.* Cap. 49.

LEX SALICA CONTINET] Tit. 62.

APVD GERMANOS TVOS] id est, cum germanis tuis.

CAVTIO DE VINEA] Oppignoratio est vineæ pro debito, cum antichresi. Cap. 50.

ARIPENNOS TANTOS] Mensura est terræ, ut & jugerum, acra, bunnaria, arialis,

opera. Gregor. Turon. lib. 5. cap. 28. *Statutum fuerat ut poſſeſſor de propria terra unam amphoram vini per aripennem redderet.* Hodie *arpent.* Gloſſæ vett. *Arpendium*, πλέθρον. quam vocem Scaliger in Diras Valerij Caronis Latinam eſſe contendit, quaſi *arvipennium.* Reperio tamen apud Columellam de re ruſtica lib. 5. cap. 1. Gallos ſemijugerum *arepennem* vocaſſe. Nunc certè ut plurimùm pro integro jugero accipitur.

Cap. 51. SECVRITAS] De ſecuritate Marculf. lib. 2. cap. 18. & ſupra cap. 31.

CESSISSET] Pro cecidiſſet.

Cap. 52. DONATIO AD FILIOS] naturales videlicet, non ex juſtis nuptiis procreatos. Pertinet hæc formula ad legem Romanam.

LEX ET CONSVETVDO EXPOSCIT] Iure Romano filij naturales patri ex teſtamento heredes eſſe poterant in aſſem; atque adeo in ſubſtitutione facta, ſi ſine liberis aliquis deceſſerit, Papinianus exiſtimavit deficere conditionem, ſi naturales liberi extarent. l. *Ex facto. 17. §. Si quis.* ad Senatuſconſ. Trebel. l. *Generaliter. §.* ult. Cod. de inſtitut. & ſubſtit. Lege tamen à Valentiniano, Valente, & Gratiano lata, is qui legitimos filios vel nepotes aut patrem vel matrem haberet, non poterat naturalibus liberis plus uncia relinquere. Quòd ſi non eſſent juſti liberi, nec pater aut mater, uſque ad tres uncias filij naturales conſequi poſſunt. l. 1. Cod. Th. de naturalibus filiis. Anaſtaſius poſtea conſtituit ut ſi quis concubinam uxoris loco habuerit, & filios ex ea ſuſceperit, illis poſſit omnem hereditatem relinquere, non extantibus aliis, l. *Iubemus.* Cod. de naturalibus liberis. Sed id Iuſtinianus immutavit & ad ſemiſſem reduxit. l. *Humanitatis.* eod. tandémque revocavit Nov. 89. ut in aſſem inſtitui poſſent. In Galliis autem veterem uſum ſervatum fuiſſe docet hæc formula, nec obſervatam Valentiniani conſtitutionem de tribus unciis. quò pertinent hæc verba, *conſuetudo expoſcit*; maximèque propter commixtionem exterarum gentium, quæ naturales liberos à legitimis vix diſcernebant.

BENE INGENVAM] impari tamen dignitate. Alioqui ſolo affectu uxor eſſe potuiſſet.

NATVRALES APPELLANTVR] Innuit ſine dotalibus inſtrumentis non intelligi matrimonium, nec legitimos naſci liberos. Modeſtinus tamen inter regulas juris refert, in liberæ mulieris conſuetudine non concubinatum eſſe, ſed matrimonium. l. *In libera.* de ritu nupt. Quod ita intelligendum eſt, ſi quidem affectu & honore uxoris ſit habita. Sanè enim, inquit Vlpianus, niſi dignitate nihil intereſt. l. *Item legato.* de legatis 3. Et Papinianus cùm dixiſſet donationes in concubinam collatas non poſſe revocari, adjicit: *An autem maritalis honor & affectio pridem præceſſerit, perſonis comparatis, vita conjunctione conſiderata perpendendum eſſe. neque enim tabulas facere matrimonium.* l. *Donat.* 31. de donat. Sed poſtea receptum eſt & Theodoſiano jure probatum ut inter impares honeſtate perſonas non aliàs conſtaret matrimonium, niſi dotalibus inſtrumentis conſcriptis, nec aliàs legitimi eſſent liberi. l. *Si donat.* C. de nupt. l. 3. Cod. Theod. eod. Quò referri poſſunt hujus formulæ verba, *ſed talis cauſa &c.* Non dubito hoc jus poſtea à Iuſtiniano immutatum, ut etiam inter impares legitima eſſent matrimonia ſine inſtrumentis dotalibus. l. *Imperialis. §. Immo.* Cod. de nuptiis. Quam legem idem reſixit Novel. 74. fixit rurſum Nov. 112. exceptis illuſtribus viris, quos non aliter matrimonium contrahere voluit niſi dotalibus inſtrumentis confectis, ceteros ex ſolo affectu uxores ducere. Sed Iuſtinianeum jus necdum in Galliis uſu receptum fuiſſe jam antea animadvertimus.

MANDATVM] Forma mandati ad inſinuandam & publicandam ſuperiorem donationem, quo facto ejuſmodi naturales liberos legitimos effici & legitimam percipere patris ſucceſſionem docet hæc formula. Cap. 53.

GESTA] Inſinuatio & profeſſio apud acta municipalia, ſtabiliendæ & firmandæ donationis gratia. De ejuſmodi geſtis vide Marculfum lib. 2. cap. 37. Cap. 54.

EPISTOLA] à procuratore ſcripta, qua ſe ex mandato donationem inſinuaſſe refert. Cap. 55.

GESTA MANVMISS.] Acta ſunt manumiſſionis in Eccleſia celebratæ, ex parte tamen mutila. Cap. 56.

ILLE DIAC. TESTAT.] Primus Diaconorum, ſive Archidiaconus. Præerat illi libertatibus quæ in Eccleſia dabantur, manumiſſionéſque tabulas conficiebat, ut hæc formula teſtatur. Leg. Ribuar. tit. 58. *Qui ſervum ſuum pro anima ſua remedio ſeu pro precio ſecundùm legem Romanam liberare volnerint, ut in Eccleſia coram Preſbyteris, Diaconibus, ſeu cuncto clero & plebe, in manum Epiſcopi ſervum cum tabulis tradat, & Epiſcopus Archidiacono jubeat ut ei tabulas ſecundùm legem Romanam, qua Eccleſia vivit, ſcribere faciat, & tam ipſe quàm omnis procreatio ejus liberi permaneant, & ſub tuitione Eccleſiæ conſiſtant.* Statuit etiam eadem lex Ribuaria ut ſi in judicio controverſia exiſtat utrum aliquis liber an ſervus ſit, & manumiſſionis tabulæ in dubium vocentur, ut Archidiaconus & teſtes ante Regem vel Epiſcopum hac de re jurent; & ſi verè manumiſſum fuiſſe aſſeveraverint, mulcta XLV. ſolidorum Archidiacono debetur; ſin minùs, ſervum cum pari mulcta domino Archidiaconus reſtituere jubetur. Ex quibus non parum lucis huic capiti accedit. Idipſum teſtatur Amalarius Trevitenſis, ubi de Archidiaconi officio agit, non quidem in vulgatis, ſed in MS. codice S. Victoris Pariſienſis. *Geſta*, inquit, *libertatum Epiſcopo defert.* Ebo de miniſtris Rhemenſis Eccleſiæ, in Archidiaconi officio: *Libertates liberorum cum teſtibus probare, alienorum ſervorum ad gradus venire volentium exigere; poteſtatem etiam habens libertatem eccleſiaſtica propria de familia facere, & alienis exigere.*

VINDICTAQVE LIBERARE] Impropriè. Nam aliud eſt vindicta manumittere, aliud in Eccleſia. Sed quia vetuſtiſſimus plenæ libertatis dandæ modus erat per vindictam, ut manumiſſi cives Romani fierent, ideo hoc nomine in manumiſſione Eccleſiæ uſus eſt, quæ poſt conſtitutionem Conſtantini eandem vim obtinuit.

CONSTITVT. CONSTANTINI] Conſtat manumiſſionis in Eccleſia Conſtantinum auctorem fuiſſe. Quod præſertim honori Eccleſia-

rum tributum est, sed & libertati, cujus adipiscendæ apud magistratus propter varias ambages major tum erat difficultas. Tres igitur editæ sunt à Constantino de ea re constitutiones : quarum una est in Cod. Th. tit. *De manumissionibus in Ecclesia* ad Osium Episcopum, cáque postrema, nimirum Crispo & Constantino Coss. Est alia huic prior in Cod. Iustinianeo, *De his qui in Ecclesiis manumittuntur*, ad Protogenem Episcopum, Sabino & Aradio Rufino Coss. *Iamdudum placuit*, inquit Constantinus, *ut in Ecclesia catholica libertatem domini suis famulis præstare possint, si sub adspectu plebis adsistentibus Christianorum antistibus id faciant, ut propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiscunque scriptura.* Ex quo apparet præcessisse & aliam quæ non extat. Sanè Sozomenus histor. eccles. lib. 1. cap. 9. asserit tres Constantinum fecisse leges de manumissionibus in Ecclesiis. Auctoris verba, quia huic formulæ lucem afferunt, visum est adscribere : ἔξεστι μὲν καθιεροῦν τὰ νοσοῦντα σώματα ἐν ὁρκωμοσίᾳ θεῖ ὑπὸ ἐκκλησίᾳ ἐλευθερουμένων τῶν δούλων ὅσοις δὲ ἢ κύριοι τῶν ἀφίασιν ἐλευθερίαν, ὧν ἀναλύσαι δοῦλον καλῶς, τρεῖς θεῖοι νόμοι, ψηφισάμενοι· καὶ τὸν ὑπὸ ἐκκλησίᾳ ἐλευθερουμένους, ἐᾶσθ μάρτυρι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ λαϊκὸς δικαίως τυγχάνειν. τοῦτον δὲ ἀναιρεῖ ἐρευνήσας, ὃς ἔλι τῶν ὁ χειρῶν φόνου ἢ ἐπιόχων, ἵνας κεκλωσθῶν· τὸν δὲ τοῦτον νόμοις περιγράφειν ὧν τοῖς γεγραμμένοις ἢ ἐπιτιμίοις. Quæ postrema non est assequutus Latinus Tripartitæ interpres ; sed ex hac formula interpretationem claram & certam accipiunt. Hujus manumissionis præclarum extat exemplum apud Ennodium Ticinensem Episcopum, de Gerontio Agapiti servo ; ubi elegantissimum ex B. Augustini sermonibus nondum editis locum adfert eruditissimus Sirmondus. Est etiam ea de re Aurelianensis inscriptio, quam multi exscripsere ; quam tamen posterioris ætatis esse existimo, circa tertiæ Regum nostrorum familiæ primordia.

Ea tamen conditione] Etsi nulla lacunæ nota in manuscripto heic apponatur, quædam tamen deesse manifestum est, ea scilicet quæ ad gesta manumissionis de qua agitur pertinent.

AD FORMVLAS SIRMONDICAS.

Cap. 1. Donatio Ecclesiæ] Donationum ejusmodi exempla varia Marculfus tradit libro secundo.

In condita illa] In designandis locis solent hæ formulæ *conditæ* vocabulum usurpare, quod nec apud Marculfum & incerti auctoris formulas reperitur, nec etiam alibi facilè occurrit. Quo nomine certum locum & territorium designari apparet. Sic in donatione Haganonis ad S. Martinum Turonensem, cujus particulas antea protulimus ; *Fridegiso Abbati trado mansum nostrum dominicatum quem extra consortium fratrum in hereditate habemus in pago Blesensi, in condita ponte Lapidense, in villa Bliderico &c. partibus S. Martini tradimus cum hominibus ibidem commorantibus, quos colonario ordine vivere constituimus &c. Data* xvii. *KL. Iunij anno* v. *Hludovici serenissimi Imperatoris.* In alio veteri instrumento ejusdem cœnobij, *in pago Blesensi, in condita Cabriniacensi, in loco nuncupante Alvarias.* Conditæ nomen pro comitatu videtur usurpari, à quo etiam vocabulum sumpsisse dixerim. Nam & Hispanis *Conde* pro Comite dicitur. Dubium tamen movent exempla ex tabulario S. Martini, quæ suprà scripsimus ; ubi post pagum condita designatur ; & sub condita, villa. Originem certè ad comitatum lubens referrem, donec certior appareat. Contradam quoque pro regione etiamnum dicimus, ab eadem forsitan origine.

Cvm om. svpraposito] Synodi Meldensis c. 17. *Vires ecclesiasticæ tempore principatus vestri ablatæ ex integro præsentaliter restituantur & restitutæ conserventur, sicut tempore avi & patris vestri fuerunt ; excepto superpositio, quod ad usus possidentium absumptum est.* Suprapositum Græcis ἀφόριστον in l. *Titia.* 34. §. *Lucius Titius.* de legatis 2. Βούλομαι ἀφεῖλαι παρὰ τοῦ κληρονόμου τὸν χωρίον, γάζαν καὶ τὰς ἀνθρώπους αὐτῷ φάναι. Quæ Papiniano *dotes prædiorum*, l. 2. de instruct. & instrument. leg. Appellantur etiam *reposita.* l. *Si mihi Mævia.* 92. §. ult. de legatis 3. Enthecam dixit B. Augustinus quicquid navi imponitur, sermone ad fratres in eremo. Can. *Nolo.* 12. q. 1.

Mandatvm] ut superior donatio apud acta publicetur & insinuetur. Marculfus lib. 2. cap. 38. Incertus auctor cap. 54. Cap. 2.

Gesta] Marculfus lib. 2. cap. 37. Incertus auctor cap. 54. Cap. 3.

Venditio] Marculf. lib. 2. c. 19. 20. 21. Incertus auctor cap. 14.

Condita illa] Suprà cap. 1. & passim his formulis.

Galvmniam vel rep.] Calumnia, ut antea monuimus, in veteribus instrumentis & apud Marculfum & alios formularum auctores pro actione accipitur. Leg. Longob. lib. 2. tit. 27. *Non possumus in una causa duas imponere calumnias.* Leg. Burgund. tit. 89. *calumniam movere.* Inde vetustis vernaculis scriptoribus *calanger*, & antiquissima quæque diplomata calumniam *calange* interpretantur. Rogerius Hovedenus annal. parte poster. de controversia inter Castellæ & Navarræ Reges, cujus Henricus II. Angliæ Rex arbiter erat : *Calumnia Regis Castellæ. Rex Aldefonsus Castellæ & Toleti conqueritur & petit à Rege Sancllo Navarræ avunculo suo sibi fieri restitutionem &c.* Postea : *Tunc surrexerunt Episcopus Pampelunæ & alij nuntij Regis Navarræ, & nihil eorum quæ ab adversariis suis proponebantur contradicentes, scriptum quoddam, in quo petitiones & calumniæ & allegationes sua scribebantur, protulerunt in hac forma : Calumnia Regis Navarræ. Petit Sanctius Rex Navarræ Cudeio monasterium, montem de Oca &c.* Cap. 5.

Obligatio] Precatiæ species est, quæ obnoxiatio à Marculfo appellatur lib. 2. c. 9. Cap. 6.

Precaria] Marculf. lib. 2. cap. 5. & 41. Incertus auctor cap. 17. & 41. Cap. 7.

Venditio de servo] Marculf. lib. 2. cap. 22. Cap. 9.

Venditio de semetipso] Quod heic dicitur de libero homine qui seipsum vendit, Cap. 10.

non omnino convenit cum jure Romano, de eo qui ad pretium participandum venundari passus est, ideoque ad libertatem proclamare non potest, nec manumissus pristinam ingenuitatem recipit. l. 5. l. *Et servorum.* 21. de statu hominum. l. 7. de liberali causa. quod etiam in desuetudinem abiisse Græci notant lib. 29. Basilic. Non enim seipsum vendebat, sed ob participationem pretij ab alio venire patiebatur, ignorante emptore. Nam si ille sciens liberum emerit, ad libertatem venditus proclamare potest. l. *Liberis.* 7. §. *Si quis sciens.* de liberali causa. Heic verò liber homo pretio accepto emptori scienti prudentique seipsum addicit. Quò pertinet insignis locus B. Augustini in Sermon. *Hic mos solet inter ementem vendentémque servari, ut is qui se alieno* To. 10. p. 666. *cupit dominio mancipare, aliquid pretij pro jactura propriæ libertatis & addictione propriæ servitutis à suo consequatur emptore.* Gregor. Turonensis lib. 7. c. 45. de fame quæ per Gallias grassabatur: *Graviter tunc negotiatores populum spoliaverunt, ita ut vix vel modium annonæ aut semimodium vini uno triente venundarent. Subdebant se pauperes servitio, ut quantulumcunque de alimento porrigerent.* Ieremias thren. cap. 5. *Ægypto dedimus manum, & Assyriis ut saturaremur pane.* Leg. Bajuvar. cap. 6. tit. 5. *Quamvis pauper sit, tamen libertatem suam non perdat nec hereditatem suam; nisi si spontanea voluntate alicui tradere voluerit, hoc potestatem habeat faciendi.* Quinimo & seipsum pignoris loco dare mos erat. Leg. Bajuvar. cap. 2. tit. 1. 5. *Si verò non habet, ipse se in servitio deprimat, & per singulos menses vel annos quantum lucrare quiverit, persolvat cui deliquit, donec universum debitum restituat.* Capitul. lib. 3. c. 29. *Liber qui se loco vuadij in alterius potestate commiserit &c.* Iornandes de rebus Geticis cap. 26. *Satius deliberant ingenuitatem perire quam vitam.* Quamquam ibi agitur de patribus qui filios suos distraxerunt. Tacitus etiam refert Germanos aleæ ita deditos fuisse ut extremo ac novissimo jactu de libertate & de corpore contendant. *Victus*, inquit, *voluntariam servitutem adit: quamvis junior, quamvis robustior, alligari se ac vanire patitur.*

Cap. 11. EPISTOLA COLLECTIONIS] Formula est qua matricularij Ecclesiæ alicujus testantur se puerum expositum collegisse & certo pretio eum vendidisse secundùm legem Romanam. De expositis infantibus varium fuit jus, nec olim satis certum. Id indicat Plinij ad Trajanum consultatio, & ejusdem Trajani rescriptum de his qui liberi nati, expositi, & in servitute educati sunt, quos vocant θρεπτούς: de quorum conditione & alimentis consulenti Plinio, Trajanus non putat adsertionem denegandam iis qui ex ejusmodi causa in libertatem vindicabuntur, nec ipsam libertatem redimendam pretio alimentorum. Tamen propter alimenta quasi vice pignoris retineri potuisse ostendit M. Quintilliani declamatio 278. de expósito quem pater recepit. *Vis*, inquit, *scire quam pater non fueris? Recipere illum nisi solutis alimentis non potuisti, & tibi ut pater esse incipias emendus.* Quò etiam pertinet Diocletiani constitutio in l. *Pater.* 16. Cod. de nuptiis. Constantinus verò statuit ut qui projectum de domo voluntate patris vel domini collegerit, ac suis alimentis ad robur provexerit, eundem retineat sub eo statu quo voluerit, id est, sive ut filium, sive ut servum, nec posse patrem vel dominum repetere. l. 1. Cod. Th. de expositis. Multò magis si dominus vel patronus exposuerit, omnis repetitio denegatur adversùs eum qui misericordia ductus collegit l. 2. eod. in qua adjicitur: *Si modò testes epicopalis subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitùs ad securitatem possit esse cunctatio.* Extant etiam ea de re varia synodorum decreta. Synodi Arelatensis II. c. 32. *Si expositus ante Ecclesiam cujuscunque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. Et si is qui collectus est, intra decem dies quæsitus agnitúsque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sanè qui post prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.* Synodi Vasensis, quæ Theodosio Iun. & Dioscoro Coss. habita est, c. 9. *De expositis, quia collata ab omnibus querela processit eos non misericordiæ jam sed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu quamvis infelix à præceptis misericordiæ mens humana detrectet, id observandum est, ut secundùm statuta fidelissimorum Augustorum piissimorúmque Principum quisquis expositum colliget, Ecclesiam contestetur, post contestationem colligat. Nihilominus de altari dominico die minister annuntiet ab ecclesiastico expositum esse collectum; ut intra dies decem ab expositionis die expositum recipiat, si quis se probaverit agnovisse, collectori pro ipsorum decem dierum misericordia prout valuerit ad præsens retribuat, aut in perpetuum cum Dei gratia, si voluerit, possideat. Si quis expositorum hoc ordine collectorum repetitor vel calumniator extiterit, ut homicida habendus est.* Benedictus Levita Capitul. lib. 6. cap. 144. Atque etiam Matiscensis synodus apud Burchardum jubet ut à Presbyteris illud annuntietur, non interficiendos liberos, sed potiùs alienæ misericordiæ exponendos; idque ne puellæ quæ clanculò corruptæ concepissent, liberos interficerent. Itaque hæc formula ad executionem ejusmodi legum & canonum pertinet. Contrà tamen Iustinianus definivit expositos esse liberos & ingenuos, licèt servi nati sint, nec vindicari posse ab eo qui exposuit, nec eo qui emit vel sustulit, ne ex pietatis officio lucrum faciat. l. 3. Cod. de infant. expositis.

MATRICVLARII] Matriculam pro indice, albo, seu notitia accipi notum est. Præter innumeras Impp. constitutiones quæ eo vocabulo utuntur, Vegetius de re militari lib. 2. c. 5. *punctis milites inscripti & matriculis inserti jurare solent.* Eodem sensu matriculæ Ecclesiarum in testamento B. Remigij dicuntur catalogi pauperum qui ab unaquaque Ecclesia stipendia recipere soliti erant: *Pauperibus duodecim in matricula positis, ante fores Ecclesiæ expectantibus stipem, duo solidi unde se reficiant inferantur.* In testamento Sonnatij Rhemensis Episcopi apud Flodoardum lib. 2. c. 5. *Ad matriculam Rhemensis Ecclesiæ nonnulla contulit denaria. Ceteris quoque matriculis vel congregationibus diversa delegavit*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

munera. Quem morem apertissimè describit Hincmarus epist. 7. cap. 30. Episcopi *de matriculariis per singulas Ecclesias juxta facultatem & possibilitatem loci curam adhibeant ne Presbyteri pro locis matriculæ xenia accipiant, ne suos parentes sanos & robustos in eadem matricula collocent, nec opera ab ipsis matriculariis exigant, non de matriculariis bubulcos & porcarios faciant, sed pauperes ac debiles & de eadem villa de qua decimam accipiunt matriculatios faciant.* quod loci *matriculatij* dicuntur qui in matricula inscripti sunt, ut etiam apud Gregorium Tur. lib. 7. cap. 29. *Nonnulli matriculariorum & reliquorum pauperum pro scelere commisso tectum cellulæ conantur evertere.* Idem de miracul. lib. 2. cap. 37. Sed in hoc capite & alibi passim, qui in singulis Ecclesiis matriculæ pauperum curam agebant, & eorum stipendia dispensabant, *matriculatij* appellantur. Hodie *marguilliers*, rerum Ecclesiæ administratores. Matriculatios porrò custodes Ecclesiarum Vvandalbertus Diaconus interpretatur. Vidit hanc formulam Cujacius, ejúsque partem exscribit ad Sentent. Pauli librum quintum.

Ad ostia Ecclesiæ] Ibi enim exponebantur. Synodi Matiscensis cap. 6. apud Burchardum: *Decretum est ut unusquisque Presbyter in sua plebe publicè annuntiet ut si aliqua femina clanculò corrupta conceperit & pepererit, nequaquam diabolo cohortante filium aut filiam suam interficiat, sed quocunque prævalet ingenio ante januas Ecclesiæ partum deportari ibique poni faciat; ut coram sacerdote in crastinum delatus, ab aliquo fideli suscipiatur & nutriatur.* Sic & apud Treviros observari testatur Vvandelbertus Diaconus in vita B. Goaris; cujus verba, quòd omnino huic formulæ conveniant, subjicere non piguit, quæ eadem notata sunt in eruditissimo Capitularium glossario. *Moris tunc Trevirorum erat ut cùm casu qualibet femina infantem peperisset cujus nollet sciri parentem, aut certè quem præ inopia rei familiaris nequaquam nutrire sufficeret, ortum parvulum in quadam marmorea concha, quæ ad hoc ipsum statuta erat, exponeret, ut in ea cùm expositus infans reperiretur, existeret aliquis qui eum provocatus miseratione susciperet & enutriret. Si quando igitur id contigisset, custodes vel matriculatij Ecclesiæ puerum accipientes, quærebant in populo si quis forte eum suscipere nutriendum & pro suo deinceps habere vellet. Ubi verò ad eam rem offerret sese aliquis, infans qui esset expositus Episcopo deferebatur, & ejus privilegio auctoritas nutriendi habendique parvuli ei qui à matriculariis susceperat firmabatur.*

Sanguinolentvm] Recens natum, rubentem à matre. l. 1. Cod. Th. de expositis. l. 2. Cod. de patribus qui filios distrax. De matre cadentem. Statius lib. 1. vers. 60.

Si bene quid merui, si me de matre cadentem
Fovisti gremio, & trajectum vulnere plantas
Firmasti.

Claudianus in Rufinum lib. 1.

-- quam prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio.

Æschylus in Χοηφ. ἐκεῖ μέλαν μόσχευμα κειμένου. Schol. νεογὸν καὶ ἀρτίγονον βρέφος.

Per triduvm] Triduum hic exempli causa apponitur. Nam decem dies præfiniuntur synodo Arelatensi I. c. 32. & synodo Vasensi c. 9.

Legis ordinem] L. 1. Cod. Th. de expositis.

Ex corpore Theodosiani] L. 1. Cod. Th. de his qui sanguinolentos emptos vel nutriend. accep. quæ licèt de expositis non loquatur, tamen par est ratio & idem jus. Itaque heic profertur, ut appareat venditionem à matriculariis factam ratam manere, & ex ea emptori jus esse infantem in suo servitio retinere.

Si qvis infantem] Non ex verbis legis, sed ex interpretatione Aniani hæc sententia desumpta est.

Ingenvitas] Manumissionis est formula quæ in Ecclesia celebratur. qua de re plura ad incerti auctoris formulas cap. 7. & cap. 56. Exemplum porrò hujusce manumissionis huic formulæ planè genuinum ex incerto quodam Concilio Toletano exhibet Burchardus lib. 2. c. 30. Cap. 21.

Eat pergat partem] Clausula in manumissionibus frequentissima, & certè apud veteres sola ferè libertatis dandæ formula. Apertè id Plautus variis locis declarat, ut in Menæchmis Act. 5. sc. 7. *Mea quidem hercle causa liber esto, atque abito quò voles.* Cui servus: *Salve mi patrone.* Vnde & ἐλευθερία appellatam Grammatici testantur, quasi ea præcipue nota libertatis sit quò libuerit proficisci. *Nihil enim* (inquit Venuleius l. 2. de libero homine exhib.) *multum à specie servientium differunt quibus facultas non datur à loco recedendi.* Ideoque Papinianus ejusmodi conditione, ut in illa civitate domicilium habeat quis, jus libertatis aliquatenus infringi existimabat. l. 61. §. *Titio centum.* de conditionibus & demonstrat. Burchardus lib. 2. c. 26. *Eandem pergat partem quamcunque volens canonicè elegerit.* Suprà in formulis incerti auctoris cap. 56. *Ea tamen conditione ut eat ubique, quam voluerit partem pergat, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus.* Leg. Ribuar. tit. 63. *Si quis servum suum libertum fecerit & civem Romanum, portásque apertas conscripserit.*

Charta in pvellam] Marculfus lib. 2. cap. 16. Cap. 16.

Viventibvs patribvs] Paulus Sentent. lib. 2. tit. 19. *Eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur. contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur.* cui sententiæ interpretationem Anianus seu quis alius adjecit, ex qua hujus formulæ verba desumpta videntur. Videndus Cujacius Observat. lib. 3. cap. 5.

Donatio inter virvm] Constantinus in l. 1. Cod. Th. de sponsalibus: *Pater noster nullam voluit liberalitatem valere si actis inserta non esset. Nos etiam inter sponsos quoque ac sponsas omnésque personas eam solam donationem ex promulgatæ legis tempore valere sancimus quam testificatio actorum sequuta est.* De gestis dictum est ad Marculfum lib. 2. c. 37. Cap. 17.

SCRIPTVRAR. TITVLIS] Anianus ad l. 1. Cod. Th. de donat *In conscribendis donationibus hic ordo servandus est ut donatio nomen prius contineat donatoris vel illius cui donatur. Deinde res quæ donantur, sive in agris, sive in mancipiis, sive in quibuslibet rebus atque corporibus, nominatim in donatione conscribendæ sunt, non occultè, sed publicè, non privatim vel secretè, sed aut in tabulis, aut in chartis, aut ubicunque legatur facta donatio &c.*

QVIA SECVNDVM LEGEM] Hæc superioribus non cohærent; nisi dicas *quia* pro *deinde* positum esse.

APVD DONATOREM] Verba sunt Aniani, seu cujuscunque alterius ad Pauli Sentent. lib. 2. tit. 23. Sententia Pauli hæc est: *Si inter virum & uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto cui donatum est, ad eum res redit qui donaverat.* l. *Si inter.* 9. de rebus dubiis. Quod Severi oratione constitutum est. l. *Cùm hic status.* 32. §. *Si ambo.* de donation. int. vir. & uxor.

QVARTAM LEGIT. HERED.] Anianus ad l. 1. Cod. Th. de donationibus: *Quæ tamen omnes donationes superiùs comprehensæ, si modum excesserint lege conscriptum, unde possint certa personæ de immodica donatione proponere, hoc est, si quartam sibi facultatis suæ donator non reservaverit, non valebunt.* In donationibus etiam inter virum & uxorem Falcidia locum habet. l. *Cùm hic status.* 32. §. *Oratio.* de donation. int. vir. & uxor. l. *In donationibus.* 12. Cod. ad legem Falcidiam.

STIPVLAT. AQVILIANA] Aquilianæ stipulationis nomen propriè huic rei convenit. Per eam namque omnes præcedentes obligationes novantur, & in stipulatum deducuntur, ut per acceptilationem tolli possint. Sed quia hujusmodi stipulationis vis erat maxima ad firmandum quod agebatur, inde factum arbitror ut & in aliis actibus mentio fieret Aquilianæ stipulationis.

Cap. 19. LIBELLVS REPVDII] Marculf. lib. 2. cap. 30.

CERTIS REBVS] Ex Aniano ad l. 1. Cod. Th. de repudiis. in qua Constantinus tres tantùm divortij causas probat, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse femina probaverit. Quòd si præter hæc tria crimina repudium miserit, usque ad aculeum capitis in domo mariti deponere eam oportet; & præterea deportatur.

Cap. 20. LEX ROMANA EXPOSCIT] Verba Aniani ad l. 4. Cod. Th. de cognitoribus & procurator. Cui convenit & alia Constantini constitutio in l. *Marius.* Cod. de procurator.

Cap. 21. QVICQVID PATER] Infrà capite proximo: *Quicquid filiis vel nepotibus de facultate patris cognoscitur ordinasse, voluntatem ejus in omnibus Lex Romana constringit adimplere.* Lex quæ heic indicatur, constitutio est Constantini l. 1. C. Th. de familia erciscunda: *Hujusmodi conscriptiones inter suos duntaxat heredes valere oportet.* Paulò pòst: *Considerari specialiter voluntatem placet, & obsecundari protinus cùm res dividuntur, nec retineri amplius quàm quod singulorum personis delegatur adscriptum; ut & memoria defuncti non violetur paremiis, & occasiones litium dirimantur.* Idipsum statuitur in l. ult. Cod. familiæ erciscundæ; quæ & ipsa Constantini est ad Bassum Prætectum prætorio. Sed & olim Papinianus dixerat non videri simplicem donationem, sed potiùs supremi judicij divisionem, cùm pater inter filios sine scriptura bona divisit, & onera æris alieni pro modo possessionum distribuit. l. *Si filia.* 20. §. *Si pater.* familiæ erciscundæ.

QVALITER NEPOTES] Vix est ut Ro- Cap. 22.
mana sit observatio hoc casu codicillis opus esse, cùm nepotes quoque ex filia Iure Romano ad avi successionem admissos constet, licèt cum tertiæ partis deminutione; nisi hoc ipsum agatur ut sine tertiæ deminutione ejusmodi epistola vice codicillorum ad hereditatem avi vocentur. Qua de re nonnulla diximus ad Marculf. lib. 2. c. 10. Hujus formulæ partem exscribit Cujacius, sub Marculfi titulo, ad Novel. 118.

LEX ROMANA] L. 1. C. Th. de fam. erciscunda.

CVRIA PVBLICA] Anianus ad l. 2. Cod. Cap. 23.
Th. de legitimis hereditat. *adoptivum, id est, gestis ante curiam adfiliatum.*

LEX ROM. CONSTRINGIT] Ex Aniano Cap. 24.
in l. 1. Cod. Th. Qui petant.

PACTVM INTER PARENTES] Marcul. Cap. 25.
lib. 2. cap. 14. Incertus auctor cap. 39.

LEGEM ROMANAM ORD.] l. 8. Cod. Th. de pactis & transactionibus. *Si quis,* inquiunt Arcadius & Honorius, *major annis adversùs pacta vel transactiones, nullo cogentis imperio, sed libero arbitrio, & voluntate confecta, putaverit esse veniendum, vel interpellando judicem, vel supplicando Principibus, vel non implendo promissa ea quæ invocato nomine Dei omnipotentis eo auctore solidaverit, non solùm inuratur infamiæ, verùm etiam actione privatus, restituta pœna, quæ pactis probatur inserta, earum rerum & proprietate careat & emolumento quod ex pacto vel transactione illa fuerit consecutus.* Verba autem quæ heic inseruntur, Aniani sunt. Eadem ferè præfatio adhibetur in veteri instrumento commutationis quæ inter Robertum Comitem & Actardum Nannetensem Episcopum facta est regnante Carolo Calvo Rege. Est autem ejusmodi.

Commutationes quas leges Romanæ transactiones appellant, inter certas personas factæ post legitima tempora, id est XXV. ætatis annos habentes, sub invocatione nominis Dei & designatione Regis, inviolabiliter permanere decernuntur; quas qui solvit & violat, ut infamis notatur, & quod accipit committit, & summa quæ in scripto continetur multatur. Igitur placuit atque convenit inter illustrem virum Rotbertum Comitem necnon & Actardum venerabilem Nannetensis sedis Episcopum &c. Et fieri placuit duas cartolas & bonorum hominum manibus roboratas. Placuit etiam hoc inferere, ut qui pari suo calumniam ex hoc postmodum vel successori tentaverit inferre, sub invocatione divini nominis & Regis Karoli

roli mnarum c. cogatur mulctam persolvere. Actum Blesо castro publicè. Signum Rotberti Comitis, qui hanc commutationem fieri vel firmare rogavit Signum Godobei, de cujus beneficio fuit. Data mense Madio anno XXV. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Cap. 27. CONFIRMATIO REGIS] Marcul. lib. I. c. 33.

Cap. 28. ITEM APENNIS] Incertus auctor c. 46.

Cap. 29. EDITIO LEGIB. COMPR.] Hujus capitis duæ sunt partes. Prima continet formulam qua actor qui rem aut locum vindicat, adversario nolente aliter respondere cavet de sumptibus & litis expensis secundùm leges solvendis, si actio injusta reperiatur. Altera pertinet ad inscriptionem quam accusator edere tenetur in causa criminali, per quam se simili pœnæ subjicit. Itaque heic editionis nomen cautionem ejusmodi seu declarationem significat.

IN QVADRVPLVM] Singulare est quod heic dicitur appellantem teneri adversario expensas post appellationem factas in quadruplum refundere, si injusta appellatio fuerit comprobata. Qua autem lege id constitutum fuerit, in præsenti non occurrit.

INSCRIPTIONEM DE SVMPTIBVS ET EXPENSIS] Est igitur etiam in actione civili inscriptio, hoc est, cautio seu repromissio in jure de impensis ab actore adversario reddendis, si temerè litigasset.

QVICVNQVE ALIVM] Verba sunt Aniani ad l. 14. Cod. Theod. de accusat. & inscription.

DE HOMICIDII CRIMINE] Non in homicidij tantùm accusatione, sed cujuscunque alterius criminis, inscriptionem præcedere oportet. In l. 11. Cod. Th. de accusation. *Nullus*, inquit, *secundum juris perscriptum crimen quod intendere proposuerit exsequatur, nisi subeat inscriptionis vinculum. Etenim qui alterius famam, fortunas, caput denique & sanguinem in judicium devocaverit, sciat sibi impendere congruam pœnam, si quod intenderit non probaverit.* Cui convenit l. *Si cui.* 7. de accusation. & l. *In causis.* 16. Cod. eod. Symmachus lib. 10. epist. ultima: *Quid habeat conditionis inscriptio nostis præ ceteris juris publici conditores, Imperatores. Provisum est enim ne quis temerè in alieni capitis discrimen irrueret, ni se idem prius pœnæ sponsione vinciret.* Tum subjicit: *Supererat ut crimine non probato in accusatorem formidata reis pœna transiret.* Concil. Arausicum can. 4. Burchardus lib. 16. cap. 3. Formulam autem seu conceptionem libelli inscriptionis tradit Paulus in l. 3. de accusat.

SI SERVVM ALIENVM] l. *Si quis servos.* 13. Cod. de accusation. quæ pars est l. 14. C. Th. eod. ex cujus interpretatione Aniani hæc desumpta sunt.

Cap. 30. RELATIO CVM IVDICIO] Continet relationem judicis, qui refert se cùm venisset in aliquem locum in quo homo interfectus jacebat, & quæstionem de cæde habuisset, ex testibus accepisse eum qui interfectus est impetum in alterum fecisse & graviter cæcidisse, adeo ut ille coactus sit vim repellendo eum interficere. Quod idem cùm assereret interfector, judex pronuntiavit ut in quadraginta dies manu sua tricesima septima in Ecclesia juraret se necessitate compulsum, cùm aliter vim effugere non posset, eum occidisse. Quo facto, impune ei erit.

SI QVIS AD RAPINAM] Desumpta hæc sunt ex l. 2. Cod. Th. ad legem Corneliam de sicariis, seu potiùs ex Aniani interpretatione. *Quoties*, inquit, *ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cujuslibet nocturnus expoliator adgreditur, hujusmodi personis, quæ vim sustinent, damus etiam cum armis licentiam resistendi; & si pro temeritate sua occisus fuerit ille qui venerit, mors latronis ipsius à nemine requiratur.*

AD IPSOS VCCOS] Vccos accipio pro ictibus, *coups*. In manuscripto regio scribitur *huccos*, quod me interpretationem mutare admonuit; & pro clamoribus accipio. Nam & veteribus scriptis vernaculis & in plerisque Galliæ partibus *hucher* pro vocare usurpatur; idque à voce hac emanasse apparet.

CAPVLATVRÆ] Marculf. lib. 1. cap. 29. Capulare verò truncare est, exscindere, vel frangere. Vet. gloss. apud Pithœum ad leg. Sal. tit. 9. leg. Salicæ tit. 31. 11. *Si quis pedem alterius capulaverit, & ibi mancatus remanserit.* Itaque capulaturæ vulnera sunt & plagæ gladio factæ.

IN SVA MOVITA] Nobis *esmeutte*.

FORBATVDVM FECIT] Vide suprà ad incerti auctoris formulas cap. 29.

IN NOCTES XL.] Quadraginta dierum tempus utplurimum præfinitum erat cùm aliquis jurare jubebatur. Adnuntiatio apud Pistas cap. 33. *Et quia sacramenta post quadraginta noctes legaliter juranda accipiuntur &c.*

BREVE SACRAMENTI] Formula sacra- Cap. 31.
menti in Ecclesia præstiti post superiorem sententiam. Gregor. Turon. lib. 4. cap. 46. *Requirit hominem alium, Vrsum nomine, quem ad altare clam adductum jurare fecit ac dicere: Per hunc locum sanctum & reliquias martyrum beatorum &c. Factóque ex hoc juramento, breve sacramentorum Regi protulit.* Breve, seu brevis, chartula est sive libellus. Lampridius in Alexandro: *Milites suos sic ubique scivit ut in cubiculo haberet breves & numerum & tempora militantium.* idémque postea pittacia pro brevibus usurpat. In l. 5. de conveniendis fisci debitoribus Cod. lib. 10. *Inter chartulas confiscati brevis quidam adseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum & contractuum.* Capitularium lib. 3. cap. 82. *describere in breve.* Vnde & *inbreviare* Synodi Meldensis cap. 20.

SI QVANDO MASCVLVS] Raptus accu- Cap. 32.
sationem non tantùm ipsi parentes, sed & quilibet alij quos commune odium delictorum moverit, instituere possunt; dum tamen intra quinquennium id faciant. alioqui nulli deinceps copia est arguendi, nec de conjugio aut sobole disputandi, l. 3. Cod. Th. de raptu virgin. Illud est quod hoc lemmate indicatur. Itaque hac formula

cùm quidam de raptu aliquem accusasset, & mulierem quoque, quòd pariter consensisse dicerentur, de scelere confessis capitalis pœna irroganda erat. Sed tandem quorundam intercessione res ita composita est ut illi certa pecuniæ summa vitam redimerent, testatione habita intra quinquennium accusationem institutam, & accusatoris causa & reorum, ne deinceps ab aliis ejusdem criminis rei postularentur.

VITÆ PERICVLVM] l. 1. & 2. Cod. Th. de raptu virginum.

VVADIOS SVOS] Vvadium pignus est, nobis *gage*. quod à vade deductum esse apparet. Synodi Cabilonensis c. 18. Capitul. lib. 2. cap. 38. Leg. Bajuvar. c. 1. tit. 6. §. 3. *Ad partem fisci pro fredo præbeat fidejussorem, & donet vuadium de quadraginta solidis.* cap. 3. tit. 1. *Donet vuadium Comiti illo de fredo sicut lex est.* cap. 24. tit. 1. *Dicat hæc verba, & cum dextera manu tradat, qui eum sinistra porriget vuadium huic de terra ipsa eum mallat per hæc verba: Ecce vuadium tibi do quòd tuam terram alteri non do.* Ex quibus dici potest sæpe pro vuadio non pecuniam modò, sed etiam rem quamlibet datam fuisse, pro symbolo scilicet sponsionis. Sic in Chronico Divionensi: *Fulchardus per vuadium suum & cultellum suum cum fistuca & cespite coram præsentia bonorum hominum qui ibidem aderant se exutum fecit, & secundùm legem suam Missis B. Benigni publicè tradidit.*

Cap. 33. IVDICIVM EVINDICATVM] Marculf. lib. 1. cap. 37.

Cap. 34. EPISTOLA ABBATIS] Concessio precariæ, charta præstationis. Marculf. lib. 2. cap. 40.

Cap. 36. CESSIO A DIE PRÆS.] Donatio.

NON OCCVLTE] Anianus ad l. 1. Cod. Th. de donation. *Non occultè, sed publicè, non privatim vel secretè, sed aut in tabulis, aut in chartis, aut ubicunque falla legatur donatio.*

Cap. 37. MINISTERIALIBVS] Colonis, villicis, qui villas colunt, & in iis deserviunt. Flodoardus hist. Rhemens. lib. 3. c. 28. de Hincmaro: *Plebeiis quoque quibusdam personis, villarum scilicet ministerialibus, pro rebus ministeriorum suorum nonnunquam scribens prudenter atque rationabiliter disponebat qualiter res sibi commissas tractare deberent.* Aliquando tamen ministeriales pro vassis & vassallis dicuntur, qui ab alio feudum habent. Capitul. lib. 4. cap. 30. *Si homo liber vel ministerialis Comitis hoc fecerit, honorem qualemcunque habuerit sive beneficium amittat.* Diploma donationis à Carolo Simplice in Odonem Comitem collata Narbonæ anno XII. regni, Indictione XII. *Odonem dilectissimum Comitem & ministerialem nostrum de rebus proprietatis nostræ honorare decrevimus.*

Cap. 39. SECVRITAS] Marculf. lib. 2. cap. 18. Incertus auctor cap. 32. & 51.

Cap. 40. DE ANNIS XXX.] Constitutionem edidit Theodosius Imp. de præscriptione triginta annorum, ut testatur Valentinianus Novel. lib. 2. tit. 8. *Lex domini patris clementiæ meæ Theodosij perennis Augusti, qua virtutum suarum morem secutus, humano generi profunda quiete prospexit, constituens post triginta annos nulla penitùs jurgia, quæ medio tempore nota non fuerant, excitari.* Quod ipsum sanxit Valentinianus Nou. lib. 2. tit. 12. de episcopali judicio & diversis negotiis; ad quam Anianus. Sidonius Apollinaris lib. 7. ep. 7. *Per ipsum ferè tempus, ut decemviraliter loquar, lex de præscriptione tricennij fuerat proquiritata: cujus peremptoriis abolita rubricis, vis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur.* Vbi plura doctissimus Savaro.

BREVE SACRAMENTI] Suprà cap. 31. Cap. 41.

VENDITIO DE AREA] Marculf. lib. 2. c. 20. Cap. 42.

EVACVATORIA] Marculf. lib. 2. cap. 35. Incertus auctor c. 36. Cap. 45.

DE CAVSIS COMMENDATIS] mandatum. Marculfus lib. 2. cap. 31. Cap. 46.

AD FORMVLAS BIGNONIANAS.

CHARTÆ REGALES] Perperam his formulis chartarum regalium titulus adscribitur. Non enim nomine Regis inscriptæ, sed privatæ epistolæ forma more seculi confectæ. ad quas longioribus notis opus non est, cùm omnia ferè ad Marculfum & alios exposita sint.

BVNNVARIA TANTA] Modus terræ, *Bonniere* in Butellerij libro. qua voce Ambiani & Atrebates adhuc utuntur. Cap. 3.

PER SOLIDVM ET DENARIVM] Veteris ducendæ forma, quasi per coëmptionem, veteribus Francis usitata. Fredegarius de nuptiis Chlodovei & Chlotildis: *Legati offerentes, solido & denario, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei sponsant.* Imaginaria hæc coëmptio vetustissimæ observantiæ species, qua uxores emi non apud Germanos tantùm, sed apud plerasque gentes mos erat. Saxones etiam verè sibi uxores emebant. Leg. Saxonum cap. 38. *Vxorem ducturus trecentos solidos det parentibus ejus.* In legib. Burgundionum tit. 12. *Sexies puellæ pretium raptor exolvat.* & tit. 34. *Si quis uxorem suam sine causa dimiserit, inferat ei alterum tantum quantum pro pretio ipsius dederat.* Qua de re aliàs fortasse. Cap. 5.

SECVNDVM LEG. SALIC.] Morem Francorum dixit Fredegarius, ut & vetus formula apud Franciscum Pithœum. *N. filius N. puellam ingenuam nomine N. illius filiam per solidum & denarium secundùm legem Salicam & antiquam consuetudinem desponsavit.* In lege quidem Salica de virginis nuptiis nil cautum extat. De viduis autem ducendis titulus est XLVI. ubi tamen non unus solidus, sed tres solidi & denarius memorantur. *Ille*, inquit, *qui viduam accipere vult, cum tribus testibus qui adprobare debent, tres solidos æquè pensantes & denarium habere debet. Et hoc facto, si eis convenit, viduam accipiat.* Deinde: *Si tres solidos & denarium ille cui relictus debetur acceperit, tum eam legitimè accipiat.*

MANSIS AD COMMAN.] Mansus villula est coloni unius habitationi destinata, cum certo agri modo, quantum ille arare potest. Adnuntiatio Caroli apud Pistas cap. 30. *Vt quoniam in quibusdam locis coloni tam fiscales quàm & de casis Dei suas hereditates, id est, mansa que*

tenent, non solùm suis paribus, sed & Clericis Canonicis, ac villanis Presbyteris, & aliis quibuscunque hominibus vendunt, & tantummodo cellam retinent, & hac occasione sic destructa sunt villæ ut non solùm census debitus inde non possit exigi, sed etiam quæ terræ de singulis mansis fuerunt, jam non possunt cognosci &c. Hodie quoque Burgundionibus *Moix* dicitur coloni adscriptitij herediolum. Aliis *Mas*. Harum certè formularum exemplar perpetuò, non *mansum*, sed *masum* habet.

CASTICIIS] Casticias septa Falcetus interpretatur antiquit. lib. 9. cap. 13. ubi capitula quædam synodi Suessionensis an. DCCCLIII. refert, ne cui *in casticiis & silvis custoditis* venari liceret. In epistola Episcoporum Rhemensium & Rothomagensium apud Pithœum & eundem Falcetum lib. 10. c. 13. *Iudices ut ædificent villas moderatis casticiis.* quo loco ædificia designari sequentia verba manifestant. Sic infrà cap. 9. *mansum ad commanendum cum casticia superposita.* In veteri instrumento S. Galli, Alamannic. antiquit. tom. 2. p. 1. c. 68. *casa dominicata, casticiis, terris, campis, pratis, pascuis &c.*

Cap. 9. DELIBERATIONIS] Deliberatio, traditio, Capitular. lib. 6. cap. 370. *Pro quocunque illas Deo deliberare voluerit, ad serviendum ex his Deo in sacrificiis.* Inde *livrer & delivrer.*

Cap. 10. CONCVLCATORIA] Hæc formula Abbas cujus servus puellam ingenuam rapuerat, concedit ut ex eo conjugio nati, liberi sint. Ejusdem argumenti est apud Marculf. lib. 2. cap. 29. Quid sit autem conculcatoria, amplius inquirendum. Legi posset, *conciliatoria.*

Cap. 11. CRVCE EVINDICATA] Crucis judicium seu examinatio inter probationis species recensetur. Capitul. lib. 3. cap. 46. *Si auctor venerit, & rem intertiatam recipere renuerit, campo vel cruce contendant.* Append. II. c. 34. *dicens quòd illi sit damnum factum, & hoc contendere voluerit in judicio, aut in campo, aut ad crucem. Ut centiam habeat.* Synodi apud Vermeriam sub Pipino Rege c. 17. *Si mulier dicat quòd vir suus nunquam cum ea coisset, exeat inde ad crucem.* Burchardus lib. 9. c. 41. Quod quidem prohibetur Capitul. lib. 1. cap. 102. *Sancitum est ut nullus examinationem crucis facere præsumat; ne Christi passio, quæ est glorificatio, cujuslibet temeritate contemptui habeatur.* Vsum tamen invaluisse docent posteriora capitula. Ejus probationis forma describi videtur in legib. Frisionum tit. 14. duas scilicet præparari tesseras, quarum una pura, altera crucis signo insignita sit; quæ duæ super altare in linteo evolvuntur; deinde post varias preces à Presbytero aut puero debent extrahi, quòd si crucis tessera prima extrahatur, innocentiam satis probatam existimabant. Agobardus pag. 288. *Iube ferrum vel aquas calefieri, quas manibus illasus attrectem; aut constitue cruces, ad quas stans immobilis perseverem.* Ex quibus verbis apparet alium quam tesserarium modum purgationis fuisse. Vide de cruce 1384. ex Guiberto, ubi est juramentum super crucem. Beda. Syn. epist. 8. testam. Kar. M. *judicium crucis Dei.*

PROPRISISSET] invasisset. Leg. Ribuar. tit. 77. *Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriserit, aut eum sequutus fuerit, per tres marcas eum ostendat.* Capitul. lib. 5. c. 242. *De rebus proprisis, ut ante Missos & Comites & judices nostros veniant, & ibi accipiant finitivam sententiam, & antea nullus præsumat alterius res proprindere, sed magis suam causam quærat ante judices nostros, ut diximus, & ibi recipiant quod justum est.*

CAVTIO DE CLAVIBVS] Cautio est ab eo facta qui cùm rem aliquam custodiendam suscepisset, eámque postea dolo vel injuria amisisset nec restituere potest nec æstimationem præstare, domino rei seipsum tradit, ut pro servo deinceps habeatur. Ideoque cautio de clavibus dicitur; quia per clavium traditionem res quæ in horreo vel cellario continebantur, commendatæ ei fuerant. Cap. 13.

GRANICA] horrea. à grano, unde & nos hodie *granaria* dicimus. Leg. Bajuvar. c. 1. tit. 13. 12. *Fœnile, granicum, vel tumnum.* Granea in Capitul. Addit. IV. cap. 144. ubi de decimis: *Infra septa Ecclesiæ cui jure debentur, in suis utiliter graneis collectas habeat &c.*

VITALIA SVA] Nobis *victuailles.*

PERDITA VEL NAVRATA] In ora manuscripti, unde hæc desumpta sunt, Petrus Daniel adnotaverat fortasse legendum *non curata.*

PVBLICO] Delendum videtur.

CHARTA TRACTVRIA] Incertus auctor cap. 10. Cap. 15.

CENTENA ILLA] Comitatus in centenas distributi erant. Capitul. lib. 3. c. 10. *Et de ipso pago aut de vicinis centenis eligantur; nisi fortè longiùs extra comitatum causa sit inquirenda.* & lib. 4. c. 23. *Si tamen contentio quæ inter eos exorta est, in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eis de vicina centena adjacentis comitatus ad causam suam testes habere.* Proxime Heildelbergam adhuc apparet centenæ vestigium in aliquot pagis, & mansit vocabulum. Rhenanus rer. Germanic. lib. 1. p. 88. *Nomen alibi ferè incognitum & exoletum in Palatinatus regione integrum notúmque remansit, die centen. centenarij, centgraffen.* Freherus orig. Palat. p. 1. c. 5. p. 36. Rhenanus Romanam esse vocem contendit & originem. quod doctiss. Frehero minùs placet. Huc referri posset Taciti locus: *Quod primò numerus fuit, jam nomen & honor est.* Sed an verè, adhuc inquirendum censeo. Vetus Chronicon in Aluredo Rege Anglor. *Centurias quas hundredas vocant, & decimas, quas tethinge appellant, instituit ut omnis Angligena legaliter vivens centuriam habeat & decimam: quos si quis alicujus delicti argueretur incommodo, statim exhiberentur ex centuria qui eum vadarentur, & decima.* Vide Pithœum in glossar. Capitulor. Cap. 18.

COMMENDATIA] præstaria, charta præstationis.

INDICVLVS PRECATORIVS] Epistola est ab Abbate fortè aut alio quolibet sacerdote Episcopo scripta, qua illius servum ad se confugisse declarat: quem obnixè rogat ut vitam & membra salva integráque repromittat. Cap. 22.

VITAM ET INMANCAT.] Solebant ve-

teres, seu Episcopi, seu Clerici, pro reis ad Ecclesiam confugientibus intercedere, nec priùs eos reddere quàm *ad evangelia datis sacramentis*, (inquit synodus Aurelianensis I. c. 3.) *de morte & debilitate sint securi, ita ut ei cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat.* quod etiam in servis obtinebat, qui non nisi excusati dominis permittebantur. Synodi Aurelianensis I. c. 4. & 5. Præclarum ejus rei apud Gregorium Turonensem extat exemplum. Si igitur ille lib. 5. cap. 3. de Rauchingo: *Aiebant quidam eo tempore duo de famulis ejus, ut sæpe contingit, mutuo se amore dilexisse, virum scilicet & puellam. Cùmque hæc dilectio per duorum annorum aut eo amplius spatia traheretur, conjuncti pariter Ecclesiam petierunt. Quod cùm Rauchingus comperisset, accedit ad sacerdotem loci, rogat sibi protinus reddi suos famulos excusatos. Tunc sacerdos ait ad eum: Nosti enim quæ veneratio debeat impendi Ecclesiis Dei. Non enim poteris eos accipere nisi ut fidem facias de permanente eorum conjunctione, similiter & ut de omni pœna corporali liberi maneant repromittas &c.* Zosimus lib. 5. de Stilichonis exitu, qui cùm Ecclesiam tutelæ causa petiisset, παρελθόντες εἰς τὸ ἐκκλησιαστικὸν οἱ σχολάζοντες ὑπὸ ὄρκοις κατωκάμπτοντο τῇ ἐπικειμένῃ σκοπιᾷ, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀπὸ φυλαττομένου πάντα τῷ βασιλεῖ ἐπέχθειαν, ἐπιδὰν τῆς ἐκκλησίας ὑπεξελθών, ὑπὸ τῶν σχολαζόντων τῷ φυλακῇ.

CAVTIO DE INFRACTVRIS] qua is qui effracto horreo vel cellario furtum commiserat, eo nomine in certam pecuniam condemnatus seipsum pro pignore tradit. Exscribitur hæc formula à Francisco Pithœo ad leg. Sal. tit. 60. Cap. 16.

SPICARIVM] horreum, à spicis scilicet reconditis. Leg. Sal. tit. 18, 2. *Si quis spicarium aut macholum cum annona incenderit.*

SED jam portum conspiciens, supereſſe videtur ut saltem in extremo operis profitear, cùm multos in his Notis meritò lubensque nominaverim per quos profeci, nullum tamen esse cui plus tribuendum sit quàm Rolando Bignonio IC. patri optimo atque amantissimo, qui mihi inter maximas difficultates, quæ toties occurrerunt, hærenti manum præbuit, fulsit, & digitum ad fontem intendit, licèt audendi auctor non extitisset. Sed à quo consilium de tanta re non petiissem, subsidium tamen petere non dubitavi. Is est cui non tantùm vitam, ut parenti, sed institutionem, ut præceptori, & quicquid in me est, debeo: qui mores & ingenium formavit, litteris & ingenuis artibus excoluit, atque etiam ad jurisprudentiam & auctores adeo facilem aditum præbuit ut hæc studia nullo non modò labori sed voluptati mihi fuerint; nec alio antecessore opus, aut quærendus Scævolà à cujus latere nunquam discederem; de quo non est animus quicquam amplius dicere, ne videar suffragari mihi. Tantùm volui hoc extare grati animi indicium, Deum hominésque testatus nihil mihi magis esse in votis quàm ut talem tantúmque paternum affectum pari pietate possim compensare. Faxit Deus, cui omnis gratiarum actio, laus & honor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. # STEPHANI BALUZII NOTÆ AD CAPITULARIA REGUM FRANCORUM. Tom. I.

Pag. 5. CHILDEBERTI CONSTITUTIO] Constitutionem istam contulimus cum codice Corbeiensi ex quo Sirmondus edidit. Reddidimus autem illi aliquot lineas quas ille ea, ut opinor, de causa omiserat quia nullum bonum sensum facere possunt. Nos tamen ea reponere voluimus, ut etiam istis miseris reliquiis frui possint istarum rerum studiosi. Ab his itaque vocibus *nostrum est pertractandum* usque ad asteriscum non extant in editione Sirmondi.

Pag. 8. BANSATRICES] Ita omnino vetus codex. Lalandeus tamen, qui supplementa Conciliorum Galliæ nuper edidit, reposuit *dansatrices*, sed absque vetusti codicis auctoritate.

PERSONA EST] Post hæc verba nihil aliud ex constitutione ista Childeberti reperitur in libro Corbeiensi, ut pridem monuit Sirmondus. Lalandeus tamen hæc addit: *districta inclusione digna. Sicut hi autem in pœnitentiam redigendi, ut qui salubria & à mortis periculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem corporis eos ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem.* Sed unde ista acceperit, non indicat. Itaque nos, qui nihil in his Principum nostrorum constitutionibus inserere volumus absque certa auctoritate, ab his abstinuimus.

Pag. 7. CONSTITUTIO CHLOTHARII] In edenda constitutione ista usi sumus iisdem codicibus quibus usum quoque fuisse Sirmondum constat, Corbeiensi nimirum & Corbionensi.

OMNIUM POPULOR.] Vox *omnium* excidit haud dubiè in editione Sirmondi. Extat enim in utroque exemplari.

FORMA] Ita Corbionensis. Alius habet *norma*.

c. 3. SENTENTIAM EXCIPIAT] Corbionensis legit, *sententiam vomeretur excipiat*. Fortè legendum, *sententiam quam meretur excipiat*.

c. 7. SUGGESTIONES] In libro Corbeiensi legitur *suggessionis*, in alio *suggescionis*. Dubium autem non est quin legendum sit *suggestiones*. Apud Marculfum lib. 1. cap. 34. in codice regio legitur *suggestionem*. pro quo Pithœanus habet *suggescionis*. Frotarius Tullensis Episcopus epist. 14. *Imperator suggessione mea quandam villam basilicæ sancti Apri reddidit*. Appendix libri sacramentorum in editione Hugonis Menardi pag. 284. *Retine statum quem hucusque paterna suggestione tenuisti*. Sed heic legendum est *successione*, ut habetur in veteri codice Remensis Ecclesiæ MS. Eóque modo legi debere admonuit etiam idem Menardus in Notis ad hunc locum.

HABEANT STABILEM] Corbion. *maneant stabili*. Immo in Corbeiensi ita primò scriptum fuit, *maneant stabilē firmetatem*. Postea verò posita supra lineam emendatione, super litera *m* scripta est litera *b*, super litera verò *n* litera *b*. Et sic vox *maneant* facilè conversa est in vocem *habeant*. Pag. 8. c. 9.

DECIMAS PORCORUM] Vide Capitulare Karoli M. de villis suis cap. 36. pag. 336. c. 11.

AUT GERMANI NOSTRI] Hæc non habentur in codice Corbionensi.

IUDICUM] Vox ista non habeatur in eodem libro Corbionensi. Et sanè non videtur esse necessaria. Nam cùm constitutio sit generalis, ad omnes generaliter pertinet, non verò ad solos judices. Ferri tamen potest hæc lectio propter sequentia. Pag. 10.

NEC QUICQUAM] Ista & quæ deinceps sequuntur non extant in libro Corbionensi.

SEXUS] Nescio quid heic sibi velit hæc vox. Fortè legendum *secus*. Verùm nec hac quoque ratione sanabitur hic locus; nisi si ita suppleamus: *vel secus quàm quarundam gentium populus &c.*

IUXTA ANTIQUI] In codice Corbeiensi legitur, *justa antiquæ juris constitutionē*. Certum est autem frequenter in veteribus libris scriptum inveniri *justa* pro *juxta*. Possent innumera hujus rei exempla proferri. Sufficiet unicum ex titulo XXXIV. Capitulorum Karoli Calvi cap. 1. pag. 155. ubi legitur *justa Dei permissione*, non solùm in editione Sirmondi, sed etiam in antiquissimo codice Divionensi. pro quo rectiùs legitur in libro sancti Vincentij Metensis, *juxta Dei permissionem*. Contrà in Extravagantibus Ioannis XXII. tit. IX. scriptum est in duobus locis *juxtas*, cùm scribi debuisset *justæ*. quæ vox est Gallica, ut etiam observat auctor glossæ. atque ita in duobus his locis scriptum est in veteri codice MS. bibliothecæ regiæ.

ROSSONTENSI] Rossontum, quod huic pago nomen dedit, vir clariss. Hadrianus Valesius esse putat locum ad Axonæ fluminis ripas positum inter Augustam Suessionum & vicum ad Axonam, hodieque Rossontum Longum cognominatum, *Rosson le Long*. Rosontivillæ in pago Morviensi mentio est in diplomate Karoli Calvi Pag. 14.

Tom. I. pro monasterio Cellensi, ut Sirmondus observat ad titulum XIV. Capitulorum ejusdem Principis pag. 772.

Pag. 15. Pactvs pro tenore] Hujus pacti duo antiquissima exemplaria habuimus, unum ex bibliotheca sancti Remigij Remensis, alterum qui fuit Ioannis Tilij, utrumque valde deformatum. Habemus præterea leges antiquas ex editione ejusdem Tilij, ubi Franciscus Pithœus adnotavit in margine variantes lectiones ex codicibus antiquis. In uno verò eorum exemplarium quæ Pithœus commemorat, hic fuit titulus: *Pactum Childeberti Regis pro tenore pacis.* Certè Bignonius in Notis ad decretionem Chlotharij pag. 859. putat hoc pactum esse partem constitutionis Clotarij, quod ille in cap. 17. suæ decretionis respicere omnino videatur ad hunc locum.

Vt qvia mvltor.] Antiqua exemplaria & omnes editiones habent, *Et quia.* Vnus Pithœus habet, *Vt quia*, deinde, *malorum insania convaluerat.*

Pag. 16. c. 6. Mala sorte fris.] Pithœus, *& sorte nua prinderit.*

Pag. 17. Decretio Childeb.] Sex omnino edicti hujus exemplaria habuimus, duo è bibliotheca regia, tertium è Tiliana, quartum ex veteri libro Ecclesiæ Bellovacensis, quintum ex monasterio sancti Remigij Remensis, sextum qui olim huc venit ex urbe Lingonensi.

Ibid. c. 1. Antonaco] Ita omnes veteres libri, etiam ij quos Bignonius vidit. atque ita edidit Ioannes Tilius. Malè ergo Lindenbrogius, qui *Attiniaco* reposuit. Quid autem sit Antonacum, docent Notæ Bignonij ad hunc locum. Vide Hadrianum Valesium in verbo *Antunnacum.*

Ibid. c. 2. Nvllvs de crinosis] In codice Tiliano legitur: *Insequente hoc convenit unà cum leodis nostris de criminosis, ut nullus incestum.* In Remensi: *Hoc convenit unà cum leodis nostros decrevimus ut nullus incertum.* In Bellovacensi: *In sequenti hoc convenit unà cum leodis nostros de crinosis ut nullus incertum.* In uno regio & in Lingonensi: *In sequenti hoc unà cum leodes nostris convenit ut nullus incestum.* In alio regio: *In sequenti hoc convenit unà cum leodos nostros decrevimus ut nullus incestum.* In titulo VII. legis Bajuvariorum cap. v. in codice sancti Vincentij Metensis legitur, *virgini libidinose criminis de capite extraxerit.* pro quo editiones & ceteri libri MSS. habent *crines.*

Qvæ inc. esse videntvr] Hanc clausulam habent omnia vetera exemplaria, regio uno & Lingonensi exceptis.

Et omnes res] Antea legebatur, *& omnes facultates sua legitimis parentibus perveniant.* Nos secuti consensum veterum codicum mutavimus.

Ibid. c. 3. Treiecto] Ita omnes veteres libri. Et sanè ævo antiquorum Regum nostrorum non aliter scribebant.

Qvam male intertiavit] Ita omnia vetera exemplaria, uno regio excepto, in quo legitur *rem intertiatam amittat.* quam lectionem habet etiam codex Lingonensis.

Pag. 18. c. 4. Admodvm] pro *amodo.* Sed ita habent veteres libri. Vulgatus scribendi mos per illas tempestates. Ludovicus Pius in epistola ad Sicharium Archiepiscopum Burdegalensem pag. 559. *Qui in hoc negotio nostræ admodum jussioni parere neglexerit.* Appendix Marculfi cap. 24. *ita & admodum memoratus ille.* Formulæ Sirmondicæ cap. 28. *ita & admodum liceat in antea ipsas res quietè tenere & possidere.* Et alibi sæpe. Tom. I.

Vnde imp. vic. adcr.] Hanc clausulam habent omnia vetera exemplaria, præter Lingonense & unum regium.

Solatio collecto] id est, auxilio, adjutorio. Vnde in uno codice regio & in Lingonensi legitur *cum turba collecta.* Formulæ Sirmondicæ cap. 23. *mihi præstet solatium vel adjutorium.* Capitula addita ad legem Alamannor. cap. 42. *Et qui in ejus solatium ambulat.* Karolus M. in capitulari anni DCCCVII. cap. 5. *Si partibus Hispania sive Avaratia solatium fuerit necesse prebendi.* Gregorius Turon. lib. 7. c. 29. *postpositis viris qui ad solatium ejus venire debuerant.* Annales Bertiniani ad an. DCCCLXIII. *pro Dei servitio & justitia S. Petri seu solatio Ecclesiæ.*

De homicidiis] Caput istud descriptum est in libro VII. Capitular. cap. 256. sed mutilum. Ibid. c. 5.

Morire] Antea legebatur *mori.* quod idem est. Verùm consensus veterum exemplarium effecit ut hanc mutationem induceremus.

Sine lege invol.] In superioribus editionibus, in uno exemplari regio & in Lingonensi, tum etiam in libro septimo Capitularium legitur: *quomodo contra legem furtum perpetravit, secundùm legem moriatur.* Cetera verò exemplaria lectionem præferunt quam nos hic posuimus. Ibid. c. 7.

In loco] Tilius ita edidit. Et omnino sic scriptum est in omnibus veteribus libris; eáque lectio sola bona est. Malè ergo Lindenbrogius, qui *in collo* edidit. Pag. 19. c. 8.

Si salicvs] Antea legebatur, *si francus,* eodem sensu. Verùm nos maluimus sequi auctoritatem veterum exemplarium, quæ, nullo excepto, habent prout à nobis editum est. Pag. 20. c. 14.

Asclipiodvs recogn.] Hæc addita sunt ex duobus antiquis exemplaribus, uno regio, altero Tiliano. Fortassis est Asclipiodotus Patricius, vir magnæ tum auctoritatis in Gallia, ad quem extant aliquot epistolæ sancti Gregorij.

Caput istud deest in omnibus antiquis codicibus quos nos vidimus. Habetur tamen in editione Tiliana & in ceteris quæ ex ea emanarunt. Ibid. c. 15.

Anno xx.] In uno exemplari regio & in Lingonensi legitur *anno XXI.* in Tiliano *anno XXII.* in altero regio *anno XXV.*

Decretio chloth.] Hujus constitutionis duo manuscripta exemplaria habuimus, unum ex bibliotheca Tiliana, alterum ex monasterio sancti Remigij Remensis. Pag. 19.

Mvltando] Ita codex S. Remigij. Tilianus, *militando.* quo modo Tilius edidit. In editione Lindenbrogij legitur *multandus.* Ibid. c. 2.

Plebivm] Ita omnes libri veteres & editiones. Pag. 20. c. 8.

Fredvm et faidvm] Hæc est lectio codicis Remensis. In Tiliano legitur, *fredum &* Ibid. c. 9.

Tom. I. *fædum.* quod idem est. Tilius & post eum alij habent *inter fredum & fredum.*

Pag. 22. c. 27. Pacis tenore] Nota marginalis in libro Pithœi, *pro pacis tenore.* Refertur autem hic locus ad pactum quod editum est suprà pag. 15.

In fine istius constitutionis Pithœus hæc addidit in libro suo. *Si quis alterum pitto excusserit malb. wuistritto sunt denar. cxx. qui faciunt sol. iii. cul. jud. excep. cap. in loco restituat.* Vide caput 72. legis Salicæ pag. 324.

Pag. 24. c. 13. Cellarinsis] id est, tributum quod exinde debetur fisco. Celerense vocat auctor vitæ S. Desiderij Episcopi Cadurcensis cap. 16. *Nam & celerense de fisco ex pago Cadurcino impetravit.* Sic enim legitur in vetustissimo codice MS. monasterij Moyssiacensis, cùm in editionibus malè legatur *caderense.*

Pag. 29. Lex ripvariorvm] Legem istam emendavimus ope quatuor veterum codicum; quorum unus extat in bibliotheca regia, alter in monasterio sancti Galli apud Helvetios; tertius fuit monasterij Corbionensis, quartus sancti Vincentij Metensis.

Ripvariorvm] In veteribus libris vulgò legitur *Ripuariorum*, non solùm in titulo, sed etiam in textu legis. Interdum tamen legitur *Ripuarij.* Sunt autem Ripuarij, ut quidam existimant, populi Franci qui inter Rhenum, Scaldim, & Mosam remanserunt. Hadrianus Valesius putat pagum Ripuariensem inter Rhenum, Ruram, & Mosam flumina jacuisse. Illud verissimum quod ait idem Valesius, multò facilius esse scire ac dicere qui non fuerint Ripuarij quàm qui fuerint.

Ibid. tit. 5. c. 3. Ita vt vid. possit] Secuti heic sumus editionem Tilij & Lindenbrogij; quam confirmant etiam codices Sangallensis & Metensis. In libro quo Heroldus usus est legebatur, *ita ut videre non possit.* Sed ipse admonuit in margine legendum esse *videri possit.* In Corbionensi scriptum est, *& videre non poterat.*

Pag. 30. c. 3. Hominem regivm] id est, hominem qui Regi servitium debet, sive liber sit, sive servus.

Ibid. c. 10. Hominem ecclesiastic.] id est, servum aut libertum ex familia Ecclesiæ, qui operas suas pendebat Ecclesiæ, ut interpretatur Vadianus to. 3. rer. Alaman. pag. 75.

Pag. 31. tit. 11. c. 3. Per vim] Alibi *per virtutem*; ut in titulo legis Salicæ, & alibi sæpe.

Ibid. tit. 12. c. 1. Partvrire] Corbion. *parere.*

Si negaverit] Editio Tiliana, *si negare voluerit.*

Ibid. tit. 13. Cvm ramo] Ita omnes editiones & omnes libri, uno excepto Metensi, qui *rama* habet. Retinere etiamnum Lemovices videntur hanc vocem. Congeriem enim ramorum vocant ramam & ramadam.

Mordridvs] Morchidum dicit Rhabanus in epistola ad Heribaldum cap. 20. Sed in veteri codice MS. S. Germani de pratis, ubi caput istud Rhabani refertur, legitur *morthidum.* Vide Notas ad Reginonem pag. 586. Mordritum autem ait Sibrandus Siccama in Notis ad antiquas Frisionum leges pag. 126. non esse simplex homicidium, sed clandestinam & violentam hominis interceptionem & cadaveris occultationem; eámque ad rem probandam utitur hoc capite legis Ripuariorum & titulo v. legis Longobardorum de morth. Tom. I.

Pvteo] Codex Corbion. *pucio.* Occitani *puch* dicunt pro puteo, Lemovices *pouch.*

Extra solvm] Corbion. *extra consilium.* Ibid. tit. 16.

Et it. e. ad sol. n. p. red.] Metensis, *& eum ad solum iterum non potest reducere.*

Delatvram] Multùm variant veteres libri in hac voce, tam in hac lege quàm in aliis. Plerique constanter habent *delaturam*, alij *dilaturam.* Vtrumque bonum est. Ibid. tit. 17. c. 1.

Amissarivm] Et heic quoque variant antiqui codices. Nonnulli enim *amassarium* habent scriptum, alij *amissarium.* Pag. 32. tit. 18. c. 1.

Scrovas] Ita editio Basileensis, cui consentiunt codices S. Galli, Metensis, & Corbionensis. De regio nihil dicere possumus, quòd priores tituli legis Ripuariorum in illo non habeantur. Varia lectio in margine libri Pithœani, *servvas.* Tilius & Lindenbrogius, *scrofas.*

Fvratvs fverit] Corbion. *furaverit.*

Omni fvrto] Corbion. *omne texacam.* Atque ita ferme semper *texacam* aut *texagam* habet ubi alij legunt *furtum.*

Per semetipsvm] Metensis, *pro semetipso.* Ibid. c. 2.

Domini ivrent] Corbion. *dominus juret.*

Vsqve ternos] Ita Heroldus. quo etiam modo legitur in exemplari Corbionensi & in Sangallensi. Metensis habet *usque dum ternos.* Tilius & Lindenbrogius *usque ad ternos.* Ibid. tit. 19.

Hoc servo fecerit] Corbion. *servo osso fregerit.* Sic in titulo sequenti habet etiam *osso* pro *os.* Atque ita ferè semper legitur in illo codice. Ibid. tit. 20. c. 2.

Id est qvat. den.] Hæc desunt in libro monasterij Corbionensis. Pag. 33. tit. 23.

Avt cvm s. ivr.] Ita editio Basileensis. Sic etiam omnes veteres libri, itémque editio Tiliana. Lindenbrogius habet: *Aut si negaverit, cum sex juret.* Ibid. tit. 27.

Interpellatvs fverit] Post ista sequitur in codice Metensi: *quòd incendium perpetrarit, si servus &c.* Ibid. tit. 30. c. 1.

Pro eo interrogatvs] Repræsentavimus heic editionem Tilij & Lindenbrogij. Heroldus habet: *in judicio rogatus, interrogatus respondeat, & stet, ac sine tangano.* Codex Sangallensis: *in judicio pro eo respondeat, interrogatus respandeat, & sine.* Corbion. *respondeat ad interrogationis stabat, liceat ei sine tangano loquere, & dicat:* Metensis: *in judicio interrogatus pro eo respondeat, & sine tangano loquatur & dicat.*

Ignem] Corbion. *igneum.* itémque paulò pòst.

In obsequio] Metens. & Corbion. *obsequium.* quod idem est. Nam antiqui librarij frequenter ponebant literam *u* pro litera *o.* Deinde qui emendabat, pro captu ingenij eam mutabat in *o*, aut lineam superponebat per suam Pag. 34. tit. 31. c. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. inſcitiam. id quod certiſſimum eſt iis qui veteres libros tractant. Planum id fiet ex capite ſequenti, ubi ita ſcriptum eſt in libro Corbionenſi, *talẽ damnum incurrat qualẽ ille.* Item tit. 33. c. 1. *tertia manu quarat.* Hæc exempla ſufficiunt.

Pag. 35. tit. 32. c. 4. CVM ARMIS SVIS] Corbion. *cum arma ſua.* Infrà tit. 33. cap. 1. *cum dexteras armatas & cum ſiniſtras*, in eodem codice. Sic in Capitulis Karoli Calvi pag. 270. extrema, *pro dona liberanda.* Homilia Iſidori Epiſcopi in vetuſtiſſimo codice Colbertino MS. *Nam de illa tria opera mala quod ſuperiùs ſcriptum eſt &c.*

Ibid. tit. 33. c. 1. STAPPLVM] Ita ſcribitur hoc vocabulum in libro Metenſi, in Corbionenſi & Sangallenſi *ſtappolum*, apud Lindenbrogium *ſtaplum*, in editione Tiliana *ſtaffolum*, in Baſileenſi *ſtapfpolum.* Vide infrà tit. 67. c. 5.

Ibid. c. 2. CINE VVERDVNIAM] Tiliana editio habet *civevverduniam* unico vocabulo. Lindenbrogius *cinevverduniam.* Heroldus *cina vverduniam*, diviſis vocibus. Sanè in omnibus antiquis exemplaribus iſta diviſa ſunt, uno excepto Corbionenſi, ubi ſic legitur: *ut de cinuverduinia ſua.* Vide infrà tit. 72. cap. 3.

Ibid. tit. 34. c. 1. NOXIVS IVDICETVR] Metenſis, *noxij judicentur.* Ita etiam in Corbionenſi & in Sangallenſi. Editio Baſileenſis habet, *noxij judicentur.*

Ibid. c. 3. AVXILIVM PRÆBVERINT] Corbion. *auxiliaverint.*

Pag. 36. tit. 35. c. 3. ACCIP. SED. PRÆSVMPS.] Hæc eſt lectio omnium veterum codicum & editionis Baſileenſis. Tilius & Lindenbrogius habent, *acceperit vel ſeduxerit.* Pro eo autem quod ſtatim ſequitur *ſeu parentum &c.* apud Heroldum legitur *ſine parentum.*

Ibid. tit. 36. c. 4. FRESIONEM] Ita in codicibus Sangallenſi & Corbionenſi. Metenſis & editiones habent *Friſionem.*

BAIVVARIVM] Corbion. *Bogium.*

INTERFECERIT] Corbion. *interempſerit.*

Ibid. c. 5. SI QVIS CLERICVM] Caput iſtud ſit habet in eodem libro Corbionenſi. *Si quis Clericum ingenuum interfecerit, bis quinquagenos ſol. cul. jud. Si quis Subdiaconum &c.*

SICVT ALIVM] In codice Metenſi & in Sangallenſi legitur, *ſicut alius eccleſiaſticus vel regius libertinus.* Quo etiam modo editum eſt ab Heroldo, niſi quòd is vocem *libertinus* omiſit.

Ibid. c. 6. QVADRIN. SOL.] Corbionenſis: *ccc. ſol. cul. jud.* Reliqua vetera exemplaria & omnes editiones habent uti nos ſcripſimus. In capitulis tamen quæ Karolus M. legi Salicæ addidit anno DCCCIII. ſic legitur: *Qui Subdiaconum occiderit, trecentos ſolidos componat.* Sed in omnibus iſtis Clericorum interfectionibus lex Bajuvariorum addit centum ſolidos ſuper compoſitionem capitulorum legi Salicæ additorum. Rurſum codex Corbionenſis in capite ſequenti de compoſitione Diaconi habet, *ccce. ſol. multetur.* Vide infrà ad tit. 14. legis Alamannorum.

Ibid. c. 11. CVM DIRECTO] Ita omnes veteres libri, niſi quòd Corbionenſis habet *conderecto*, levi admodum mutatione. Tilius edidit, *pro conderecto.*

BAINBERGAS] Teſtamentum Eurardi Comitis fundatoris monaſterij Ciſonienſis in tomo XII. Spicilegij Dacheriani pag. 493. *Bruniam unam & Selmum cum haſberga & manicam unam, brimbergas duas.* Bainbergas Lindenbrogius interpretatur ocreas, id eſt, *arma crurum*, Spelmannus *munimenta tibialia.* Tom. I.

Caput iſtud deeſt in editione Lindenbrogij. Habetur tamen in Tiliana & in Baſileenſi & in omnibus antiquis exemplaribus. Ibid. c. 12.

DOTEM] Corbion. *dude.* Pag. 37.

Tit. 37. c. 1. TERTIAM PARTEM] Vide lib. 4. Capitular. cap. 9.

MORGANGEBA] id eſt, donum quod vir ei dederit propter nuptias, *matutinale donum* in actis conventus apud Audelaum habiti inter Guntramnum & Childebertum Reges, quòd videlicet manè ſeu tempore matutino poſt concubitum, durantibus adhuc nuptiarum ſolennibus, ſive ante nuptiale convivium, ut ait Voſſius in libro de vitiis ſermonis, ſponſæ offerebatur, ut ſcribit Benedictus Carpzovius in libro de juribus feminarum ſingularibus pag. 197. ubi addit hoc donum à nonnullis ob hoc vocari largitatem ſponſalitiam. Erat autem illud voluntarium, modò majus, modò minus, prout quiſque amore & caritate erga conjugem ferebatur. unde & morgengap eſſe gratuitam donationem reperio in lege Longobardorum lib. 2. tit. 1. cap. 8. *per gratuitam donationem, id eſt morgengap.* Occaſio poſtulat ut caput iſtud heic emendemus, quod valde deformatum eſt in editione Lindenbrogij, nonnullis videlicet vocabulis legi permixtis quæ legis ipſius non ſunt, ſed veteris cujuſdam interpretis. Reperitur ea lex in edicto Regis Rotharis tit. 89. in editione Baſilij Iohannis Herold & cap. 222. in vetuſtiſſimo codice MS. bibliothecæ Thuanæ, ubi ſic habetur: *Si quis ancillam ſuam propriam matrimoniare voluerit ad uxorem, ſit ei licentia. Tamen debeat eam liberam thingare, ſic liberam, quod eſt vuidibora, & legitimam facere per gairthinx. Tunc intelligatur libera & legitima uxor; & filij qui ex ea nati fuerint, legitimi heredes patri efficiantur.* quo etiam modo legitur in duobus antiquis codicibus MSS. bibliothecæ regiæ & in editione Nicolai Boherij. Lindenbrogiana ſic habet. *Si quis ancillam ſuam propriam matrimoniare voluerit ſibi ad uxorem, ſit ei licentia: tamen debeat eam liberam thingare, & ſic facere liberam, quod eſt vuiderboram, & legitimam per garathinx, id eſt, per libertatis donationem, vel per gratuitam donationem, id eſt morgengab: tunc intelligatur eſſe libera & legitima uxor, & filij qui ex ea nati fuerint, legitimi heredes efficiantur.* Itaque ea verba, *id eſt, per libertatis donationem, vel per gratuitam donationem, id eſt morgengab*, ſunt, ut dixi, veteris cujuſdam interpretis, adeóque ab hoc loco ſubmovenda; præſertim cùm heic non agatur de dono dando uxori, ſed de libertate danda ancillæ propriæ quam quis ducere in matrimonium cupit. Nunc ad rerum ordinem redeo. Morgangeba igitur erat donum quod vir dabat uxori propter nuptias. Itaque nonnulli, dum nimis bene præſumerent de bona indole & blanditiis uxorum ſuarum, quarum aliquam particulam præguſtaverant, incenſi earum amore, profuſam ac diſſolutam liberalitatem in eas exercebant; quorum intemperantium lege

Tom. I. lege lata compescuit Rex Longobardorum Liutprandus anno quinto regni sui, qua vetuit ne quis in morgincap uxori tribueret supra quartam partem bonorum suorum. Lib. 2. leg. Longobardor. tit. 4. cap. 1. *Morgincap nolumus ut amplius sit nisi quarta pars de ejus substantia qui ipsum morgincap facit. Si quidem minus voluerit dare de rebus suis quàm ipsa quarta portio sit, habeat in omnibus licentiam dandi quantum voluerit. Nam super ipsam quartam portionem dare nullatenus possit.* Hinc Papias ait in suo vocabulario: *Morgincap, id est, quarta pars in lege Longobardorum.* Et in Chartulario monasterij Casaurien sis sæpe morgincap dicitur esse quarta pars bonorum mariti, uxori data propter nuptias. *Ego Aduini, filius quondam Cancelli, per consensum ipsius genitoris mei do tibi Radeperga dilectæ conjugi meæ, filiæ quondam Rodecauri, quando te in conjugio sociavi, morgincap, hoc est, quartam portionem de omnibus rebus substantiæ meæ.* Et paulò post: *Ego Roscari, filius Palumbi, do tibi Maniperga dilectæ conjugi meæ, filiæ quondam Luponi, quando te in conjugio sociavi, morgincap, hoc est, quartam portionem de omnibus rebus substantiæ meæ.* Item: *Ego Aczo filius quondam Iohannis trado atque concedo per scriptum morgincap tibi dilectæ conjugi meæ Ingæ filiæ quondam Iohannis omnem quartam portionem meam de cunctis rebus proprietatis & substantiæ meæ.* Alias tres ejusdem argumenti chartas ex eodem Chartulario edidit Augustus Gallandius in tractatu de franco-alodio pag. 323. Sed insigne in primis visum est exemplum donationis quam Folradus filius Eriperti fecit Helegrinæ sponsæ suæ, editum quidem ab eodem Gallandio, sed mutilum ac valde mendosum; ideóque operæ pretium fortassis fuerit illud à nobis rursum vulgari unà cum charta donationis quam Miczæ conjugi suæ constituit Ioannes filius Dominici. Diem quo donatio ista fiebat, id est, diem quæ sequebatur post noctem nuptialem, diem vocabant votorum. Charta ejusdem Ioannis: *ut alia die post noctem nuptialem, qui est dies votorum nostrorum &c.* Charta investituræ de Monactiano & ceteris rebus proprietatis Gundi viduæ, quæ (uti pluribus dictum est in Notis ad Agobardum pag. 136.) post susceptum habitum religionis nupserat: *tertiam portionem de omnibus rebus suis quæ ei ipsa die votorum vir suus dederat.* Et infrà: *quicquid ipso die à viro Iustone à præsenti die in dote acceperat in die votorum.* Liutprandus Rex anno XVI. cap. VIII. & lib. 2. leg. Longobardor. tit. 4. cap. 3. *Nulli sit licentia conjugi suæ de rebus suis amplius dare per qualemcunque ingenium nisi quod ei in die votorum in mitphio & morgincap dederit.* Sanctus Ambrosius sermone 80. *Solent autem homines, sicut mos est in votis suis, hoc est, nuptiis, præcipuè saltare vel canere.* Vide Dionysij Petavij Notas ad Iuliani Misopogonem pag. 307.

Pag. 37. tit. 37. c. 3. Consumpserint, nih. r.] Tilius & Lindenbrogius ediderunt, *consumpserint aliquid, nihil requirat.* Sed vox *aliquid* deest in omnibus antiquis exemplaribus & in editione Basileensi. Postea in Metensi scriptum est, *nihil requiratur.*

Ibid. tit. 38. Ad Regem] Ita omnes veteres libri & editio Basileensis. Tilius & Lindenbrogius habent *apud Regem.* Tom. I.

Strinxerit] Corbion. *extrinxerit.* Hinc *estreindre.* Ibid. tit. 39.

Furaverit aliquid] Codex Metensis: *Si quis de diversis venationibus aliquid furatus fuerit & celaverit.* Sangallensis & editiones Heroldi & Tilij: *Si quis de diversis venationibus furatus fuerit & celaverit.* Corbionensis: *Si quis de diu. ven. furaverit & celaverit.* Pag. 38. tit. 42. c. 1.

Retortas] Funis genus est ex ramis arborum tortis. Sic dicta autem redorta vel retorta, quia rami illi tordentur ut fiant flexibiles. Vide infrà tit. 72. Ibid. tit. 43.

Cambortas] Ita codex Metensis & editiones Tilij & Lindenbrogij. Sangallensis & Corbionensis habent *cambortos.* Sic etiam Heroldus.

Travgvm] foramen, Occitanicis & Vasconibus *trau*, Francis *trou.*

In eivs possess.] Hæc est lectio omnium veterum librorum & editionis Basileensis. Tilius & Lindenbrogius addunt, *rem in domum vel in ejus possessionem.* Ibid. tit. 45.

Sequitvr] Codex Corbion. *Sequerit*, & *usque tertio die à domo cujus vel in qual.* Metensis & Sangallensis & *tertio.* itémque Heroldus. Pag. 39. tit. 47. c. 1.

Scrvtinivm] Corbion. *scludinium.* Ibid. c. 2.

Extraneis] Corbion. *straneis*, eadem licentia qua *strumenta* pro *instrumenta*, *Spania* pro *Hiſpania.* Ibid. tit. 48.

Adhibitis] Metensis, *adhibendis.*

Et falsvm] Meten. *aut falsum test. dixerint.* Ibid. tit. 50.

Tribvs] Meten. *quatuor.* Corbion. *unusquisque de illos tres testis ter quinos sol. multetur.* c. 2.

Et plac. indixerit] Hæc desunt in libro Corbionensi. Ibid. tit. 52.

Præstitam] Corbion. *præstatam*; ut suprà in titulo, *De re præstata.* Vide Notas ad Reginonem pag. 569.

Qvem Comitem vocant] In titulo *Grafionem*, ut suprà tit. 51. Comes ergo & Grafio ejusdem dignitatis nomen est, ut alij jam observaverunt. Ibid. tit. 53. c. 1.

Frater et soror] Corbion. *inter frater & soror.* Pag. 41. tit. 56. c. 2.

Tvnc soror matris] Ita omnes antiqui codices & editio Basileensis. Tilius & Lindenbrogius ediderunt, *tunc frater & soror matris.* Ibid. c. 3.

Vsqve ad q. genvc.] Ita codex Sangallensis & editio Basileensis. Sed regius, Sangallensis, & Corbionensis non habent voculam *ad.*

Et de omn. rebvs] Corbion. *sed de omnes res quod &c.* Ibid. tit. 57. c. 2.

Alivm nisi fiscvm] Corbion. *alium quàm fiscum.* Ibid. c. 4.

Regino caput istud retulit ex Pacto Francorum, ac post eum Burchardus, Ivo, Bernardus Papiensis, & Raimundus. Difficilis autem visa est interpretatio illius vocis summo viro Antonio Augustino, qui in Notis ad primam collectionem Decretalium conjecit hoc pactum intelligi librum Capitularium. *Post hæc verba*, inquit, *apud Burch. & Ivon. additur formula libertatis in Ecclesia data, quæ fortasse sumpta est ex pactis Francorum, sive ex Capitularibus, ex quo libro suspicamur hæc* Pag. 41. tit. 58. c. 1.

Tom. I. *etiam esse.* Falsus est hoc loco vir magnus, & qui eum secutus est M. Antonius Dominicy in Assertore Gallico. Primùm enim certum est formulam illam libertatis in Ecclesia datæ, quam Burchardus & Ivo referunt post Reginonem, non extare in libris Capitularium, & sequi non debere post caput in quo mentio fit pacti Francorum. Deinde certum quoque est heic per pactum intelligi legem Ripuariorum, ex qua sumptum est caput quod Regino refert ex pacto Francorum. Meliùs Ianus à Costa, qui in commentariis ad tit. 18. libri primi Decretalium pag. 116. adnotat se istius pacti certissima vestigia deprehendisse in lege Ripuaria; statimque priores lineas hujus nostri capitis describit. Vetus glossarium MS. bibliothecæ regiæ: *Decretum, pactum, judicium.* Synodus Dingolvingensis cap. 7. *De eo ut nullus hereditate sua privetur nisi per tres causas quas in pacto scribentur.* Prologus veteris legis Salicæ: *quicquid in pacto habebatur minùs idoneum, per illos fuit lucidiùs emendatum.* Hinc in veteribus libris lex Salica inscribitur *Pactus legis Salicæ.* Et lex Alamannorum hunc titulum habet in vetustissimo codice monasterij Corbionensis: *Incipit pactus lex Alamannorum.* Constitutio Arichis Principis Beneventani edita à Camillo Peregrinio in tomo primo historiæ Principum Longobardorum pag. 319. *Incipit pactum quod constituit Dominus Arechisi gloriosus Princeps &c.* Denique ipsa lex Romana (quæ est omnium humanarum mater legum, ut ait Ludovicus Pius Addicione IV. cap. 160.) pactum vocatur in testamento Heccardi Comitis, quod à Stephano Perardo editum est in monumentis historiæ Burgundicæ pag. 26. *pacto Romano libro.* Hinc, opinor, *judices de pacto* in lege Bajuvariorum tit. 16. cap. 4. Alibi pactum significat catalogum sive librum in quo inscripta erant nomina monachorum in eodem monasterio habitantium. Regula S. Fructuosi in Concordia regularum pag. 961. *adnotetur in pacto cum fratribus, & vivat inter monachos probatus & ipse monachus.*

Libertare] Codex Sangallensis itémque Corbionensis & editio Basileensis habent *liberare*, Regino *liberum facere.* Libro 12. legis Visigothorum tit. 2. cap. 14. *Libertare verò servum Christianum Hebræus si maluerit &c.*

Archidiaconvm] Ita codex regius & Sangallensis, itémque editiones Heroldi & Lindenbrogij. Ita etiam Ioachimus Vadianus, qui caput istud descripsit in libro secundo de collegiis & monasteriis Germaniæ. Metense exemplar & Corbionense & editio Tiliana habent *Archidiacono.* Quo etiam modo legitur apud Reginonem in codice Parisiensi. Nam editio Helmæstadiensis habet *Archidiaconum.*

Qva Ecclesia vivit] Regino, *qua Ecclesia vivunt.* Editio Helmæstad. *qua in Ecclesia viget.* Sed vir clariss. Ioachimus Hildebrandus admonuit in Viennensi & Moguntino codicibus scriptum esse *qua Ecclesiæ vivunt*, eámque esse genuinam lectionem. Codices MSS. hujus legis & editiones habent, *qua Ecclesia vivit*, eodémque modo legit Vadianus. Lex Romana, sive Codex Theodosianus, erat valde favorabilis Ecclesiis & personis ecclesiasticis; adeoque propter hanc causam & Principes Ecclesiis concesserunt Tom. I. usum hujus legis, & qui in clerum assumebantur, relictis legibus secundùm quas hactenus vixerant, ad istam se conferebant. Charta Rainulfi Episcopi Teatensis data anno MLXXXVI. *Sicut in lege scriptum est, omnis ordo Ecclesiarum secundùm legem Romanam vivant & faciant.* Lex ad quam respicit hic Episcopus, est lex Longobardorum; ubi Ludovicus Pius statuit *ut omnis ordo Ecclesiarum secundùm legem Romanam vivat.* Vide suprà to. 1. pag. 690. Charta anni MXCV. edita à Durante Doria in historia familiæ Trinciæ pag. 90. *Anno ab incarnatione D. N. 1095. Indictione tertia, mense Februarij. Nos Presbyter Alto q. Berardi & Presbyter Ioannes q. Ioannis, qui professi sumus ex natione nostra legem vivere Longobardorum, sed nunc pro honore sacerdotij nostri videmus vivere legem Romanorum &c.* Eleganter Florus Lugdunensis ad Modoinum Episcopum Augustodunensem scribens sub persona Ecclesiæ:

Me Constantinus reverendo munit ab ore,
Me quoque Theodosius protegit ore pio.

Vbi vir clarissimus Ioannes Mabillonius, qui nobis hanc epistolam edidit, rectè adnotat hæc ideo dici de Theodosio quia Ecclesia Gallicana Codice Theodosiano utebatur, & ejus libertas ac immunitas legibus Imperatorum Romanorum nitebatur. Apud Adrevaldum Floriacensem lib. 1. de miraculis S. Benedicti cap. 25. scriptum est *ecclesiasticæ res sub Romana constitutæ lege.* Qui locus lucem accipit ex his quæ dicta à nobis sunt.

Perforentvr] Infrà tit. 59. cap. 3. Ibid. c. 5.

Sociaverit] Corbion. Meten. & Sangall. *sociatus fuerit.* Sic etiam editio Tiliana. Ibid. c. 5.

Baronem] virum. Vide infrà in Notis ad titulum 83. istius legis. Chronicon vetus S. Galli MS. ad annum DCCCV. *Hoc anno perrexit Dominus Karolus in Saxonia ad Holdistede, & multis barones & mulieres inde adduxit.* Pro quo Eginhardus ad annum DCCCIV. ait Karolum *omnes qui trans Albim & in Vvihmuodi habitabant Saxones cum mulieribus & infamibus transtulisse in Franciam.* Homiliæ incerti auctoris qui ævo ejusdem Karoli floruit, quæ verò extant in veteri codice MS. ejusdem monasterij Sangallensis: *Omnes homines barones & femine, deberis intellegere quòd Dominus Deus fecit cælum & terram &c.* Ibid. c. 11.

Contradicere vol.] Codex regius, *frangere voluerint.* Corbion. *refrigerare voluerint.* Sangallensis non habet vocem *voluerint* neque *noluerint.* Ibid. c. 18.

Convcvla] Ita omnes veteres libri, uno excepto Corbionensi, qui *conucla* habet. Tilius legit *comicula.* Sed Heroldus & Lindenbrogius scribunt *conucula.* Ibid. c. 19.

Alsaccia] Hæc est scriptura omnium veterum librorum, Corbionensi excepto, qui *alsatia* scriptum habet. Quo etiam modo legitur in editione Basileensi. Editiones Tilij & Lindenbrogij *alsacia.* Ibid. c. 20.

Regis vel ecclesiar.] In codice regio, in Sangallensi, in Corbionensi, & in editionibus Heroldi & Tilij legitur: *Servi autem Regis Ecclesiarum non actores*; nisi quòd codex

Tom. I. regius habet *aufturos*. Lindenbrogius edidit: *Servi autem Ecclesiarum non per actores*. Codex Metensis: *Servi autem Regis vel Ecclesiarum non actores*.

PRO SEMETIPSIS] Ita omnes libri veteres & editiones, uno excepto codice Corbionensi, in quo scriptum est *per semetipsos*.

Pag. 43. tit. 59. c. 2. QVOR. ROBORATA] Ita codex regius, Sangall. & Corbion. & Heroldus. Metensis habet *quibus*, editiones Tilij & Lindenbrogij *quo*.

IDONEVM] Metensis, Sangallensis, & Heroldus, *idoneam*. Regius, *& una*. Corbionensis sic claudit hoc caput: *& unia restituat*. quod confirmat legendum fortassis esse *idoneam*. Idem enim in capite seq. pro *idoneæ* legit *etuniata*, id est, *idoniata*, ut arbitror. Infrà cap. 5. *etuniare* pro *idoniare*.

Ibid. c. 4. ALTARI] Regius & Corbion. *altario*. Infrà cap. 5. *super altario positam idoneare*. pro quo codices regius, Sangallensis, & Metensis habent *idoniare*.

Pag. 44. c. 6. TEST. DEFENDERE DEBENT] Codex regius: *testamentum vuerire debent*. Corbionensis, *virire debunt*.

MVLTAM INCVRRERE] Codex Metensis, *multam incurrere quam de venditione conscripsimus*. Regius & editio Basileensis: *multam incurrere quod de venditione conscripsimus*.

Ibid. c. 7. Prior pars istius capitis habetur in fine superioris in aliquot antiquis exemplaribus. Itaque in Metensi ita simpliciter legitur hoc caput: *Hæc & de donatione constituimus*. Ita etiam apud Heroldum, nisi quòd ille reliqua etiam istius capitis habet.

Ibid. c. 8. NVLLA EI MALO] Codex Metensis: *nullus ei malus ordo vel invasio*. Regius, *ordiñ vel invasio*. Corbion. *ordine le invasio*. Sangallensis & Heroldus, *nulla ei malo ordine vel invasio*.

Ibid. tit. 60. c. 1. TESTAMENTVM] Editio Tiliana, *testimonium*. quod idem est, ut observavit P. Pithœus ad titulum VIII. collationis legum Mosaycarum & Romanarum.

PVERIS] Codex Metensis, *testium*.

TORQVEAT AVRICVLAS] Quia tum ferè omnes causæ testimoniis confirmabantur aut cadebant, eáque lis incidere poterat quæ grandævos testes requireret, pueros adhibebant testes, eorúmque aures vellebant, ut ex his quæ pertulerant meminisse discerent rei gestæ. Sic ætate nostra parentes in nonnullis provinciis liberos suos adducunt ad locum supplicij, cùm aliquis homo facinorosus illuc trahitur morte sua luiturus peccati sui pœnam; & interim dum ille necatur, parentes virgis cædunt liberos suos, ut alieni periculi memoria excitati noverint se cautos & sapientes esse debere.

Pag. 45. c. 4. BVTINÆ] Ita cod. Met. & Sangall. & editiones Heroldi & Lindenbrogij. Corbion. habet *butinas*, regius *bucinæ*. Tilius *bucine*.

Ibid. c. 5. MARCHAM] Editiones Tilij & Heroldi *marcam*. In veteribus libris hæc vox sæpe scribitur cum aspiratione, sæpe sine aspiratione.

Ibid. c. 6. NON ALIVNDE NISI DE] Corbion. *non aliunde quàm de*. Sic infrà tit. 61. cap. 1. *non alium quàm fiscum nostrum habeat heredem*.

Ibid. c. 7. PRIOR] Ita codex Sangallensis & editiones Tilij & Lindenbrogij. Heroldus habet *prius*. Codex regius, *proprior*. TOM. I.

SVPRASCRIPTA] Ita editiones Tilij & Lindenbrogij. Basileensis, *superscripta*. quo etiam modo habent codices regius & Sangallensis. Metensis legit, *cum sua lege*. Ibid. c. 8.

DENARIATVM] Heroldus edidit, *dinarium*. Tilius, *denarium*. Codex Corbionensis habet *dinariali*, Metensis & Sangallensis *denarium*. Ibid. tit. 61. c. 3.

DENARIALEM] Ita codex Sangallensis & Metensis, itémque editiones Tilij & Lindenbrogij. Codex Corbionensis habet *dinariali*, Heroldus *dinarialem*, codex regius *denarium*. Ibid. tit. 62. c. 2.

DVC. SOL. VALEAT.] Ita omnes codices & editiones, una excepta Lindenbrogica, ubi scriptum est, *c. sol. solvat*. Metensis codex addit vocem *occisiu*, hoc modo: *ducentos solidos valeat occisus*.

DE FVRTO] Ita omnia vetera exemplaria & editio Basileensis. Tilius & Lindenbrogius habent: *De texaga similiter*. In codice Metensi legitur: *Similiter & qui furtum perpetraverit*. Ibid. tit. 63. c. 2.

IN DOMO PROPRIA] Corbion. *ad domum propriam*. Pag. 46. tit. 64. c. 1.

HARIRAIDA] Ita codices Sangallensis & Corbionensis & editiones Heroldi & Lindenbrogij. Codex Metensis habet *ariragida*, regius *harinxida*. Tilius edidit *harroida*.

MINIME ADIMPLEVERIT] Codex Meten. *& minimè venerit vel adimpleverit*. Ibid. tit. 65. c. 1.

IN D. PLAC. NON CONIVR.] Ita codex Metensis & Sangallensis & omnes editiones. Codex regius habet simpliciter, *non juraffet*. Corbion. *in die placitus conjurasset*. Ibid. tit. 66. c. 1.

A DEXT. SEV A SIN.] Ita codices regius & Sangallensis & editio Heroldi. Metensis & editiones aliæ; *aliquibus à dextris, aliquibus à sinistris*. Corbionensis, *aliquos à dextris stantibus*.

TAM PRIVS] Liber Metensis, *tam anterius*.

DEBITOSVS] Hæc est lectio exemplaris Corbionensis. Regius habet *debiturus*. Metensis & Sangallensis & editiones *debitor*. Ibid. tit. 67. c. 1.

POST ARMOR. POS.] Sangall. & Corbion. *post arma positionem*. Pag. 47. c. 2.

CERTARE COEPERIT POST] Ita codex regius. Sangallensis, *certare cœperint post malo*. Metensis, *post malo ordine cœperit certare*. Editio Tilij, *certare cœperit pro malo ordine*. Heroldus, *certare cœperit pro mallo ordine*. Lindenbrogius, *chartam receperit pro malo ordine*. Ibid. c. 56.

HASLA] *hoc est, in ramo*, ut statim dicitur. Itaque lubens assentior Lindenbrogio, qui hoc agi putat de judiciis quæ fiunt ad quercum sive in campo. Hinc hasla Francis significat locum publicum apertum.

SI QVIS IN CAPITE] Regius codex & Metensis, *Si quis in caput*. Ibid. tit. 68. c. 1.

AVT SI NON DIXERIT] Ita Lindenbrogius. Regius codex, Metensis, Sangallensis, & editio Basileensis, *direxerit*. Tilius, *direpserit*. Vox *verbum* deest in exemplari regio. Ibid. c. 3.

IVRARE COEPERVNT] Ita veteres libri & editiones, nisi quòd Tiliana habet *debuerant*.

VSVS] Ita codex Metensis & editiones Tilij & Lindenbrogij. Reliqui & Heroldus habent *usos*. Pag. 48. tit. 70. c. 1.

Tom. I. Ibid. c. 2. BALISTAM] Ita omnes libri veteres. Sed omnes editiones habent *ballistam*. Cetertùm ex hoc loco & ex legibus Bajuvariorum & Alamannorum patet balistæ & sagittarum usum antiquitus nostris hominibus cognitum fuisse. Et tamen Fulcherius Canonicus Carnotensis, qui prioris belli sacri historiam scripsit, notat lib. 1. cap. 5. nostros crebris sagittarum ictibus à Turcis immissis stupefactos & in fugam versos fuisse. *Nec erat mirandum*, inquit, *quia cunctis nobis tale bellum erat incognitum.* Et Vvillelmus Brito libro secundo Philippidos ait:

Francigenis nostris illis ignota diebus
Res erat omnino quid balistarius arcus,
Quid balista foret; nec habebat in agmine toto
Rex armis quemquam sciret qui talibus uti.

Idem libro quinto Philippidos extremo ait Richardum Regem Angliæ, qui obiit anno MCXCIX. ictu sagittæ, primum balistæ usum docuisse Francos.

Hanc tu
Porrige Guidoni balistam qui tenet arcum,
Vt sua quæ misit Richardo missa remittat;
Vt qui Francigenis balistæ primitus usum
Tradidit, ipse sui rem primitus experiatur,
Quámque alios docuit in se vim sentiat artis.

Vt ista conciliari possint, dicendum videtur Francos, gentem bellicosam, abjecisse genus pugnandi eminus & gladiis tantùm uti voluisse, in quo certamine magis emicat virtus & industria militaris. Contrà Turci bellum gladiis agere insoliti erant, ut ait Raymundus de Agiles pag. 144. apud Bongarsium. Vnde iidem paulò pòst, *ut videre quòd non jam sagittis eminus, sed cominus gladiis res gerenda foret, in fugam versi sunt.* Verùm quia novitas gratiam habet apud omnes gentes, per occasionem istius belli reducta est in Franciam ratio illa pugnandi & interficiendi homines eminus. Tanta autem hinc pernicies secuta est ut Innocentio II. Romano Pontifici necessarium visum fuerit eos anathemate percellere qui balistis & sagittis uterentur adversùm Christianos. Hæc sunt ejus verba ex canone XXIX. Concilij Lateranensis, & hinc in libro quinto Decretalium tit. XV. *Artem illam mortiferam & odibilem balistariorum & sagittariorum adversùs Christianos & catholicos exerceri de cetero sub anathemate prohibemus.* Rursum itaque abjecta est inter nos illa ratio pugnandi. Cùm autem exeunte duodecimo Christi seculo Richardus Rex Angliæ è bello sacro redux esset, usum balistarum secum detulit, rémque nostris hominibus desuetudine tum incognitam revocavit.

Ibid. c. 5. DEBILITATIS REVS CVLP. IVD.] Ita codex Metensis & Sangallensis & editio Basileensis. Codex regius habet, *debilitationis rei cul. judicetur.* Corbion. *debilitatem rei cul. jud.* Tilius & Lindenbrogius, *debilitationis reus judicetur.* Post ista sequitur in eorum editionibus: *Aut si negaverit, cum legitimo numero juret.* Sed hæc non habentur eo loco in vetustissimis exemplaribus.

Ibid. tit. 71. IDONEARE] Codex Met. *idoneare studeat.*

Pag. 49. tit. 72. c. 2. PLACITVS EI CONC.] Ita codex Metensis & editiones Heroldi & Lindenbrogij. Codex regius legit, *placitus ei constituatur vel concedatur.* Malè in editione Tiliana, *planctus ei concedatur.*

INTERTIATVR] Meten. *intertiatum est.* Tom. I.

DECORTICATO] Hæc est lectio omnium editionum. Exemplar Corbionense habet *decortigato*, regium *descorticato*, Metense *decoriato.* Ibid. c. 6.

FVREM] Corbion. *furonem.* Item infrà tit. 78. Ibid. tit. 75.

DE LIGNO] Regius & Corbion. *de ligna.* Nos Lemovices lignam vocamus quod Latini lignum dicunt. c. 1. Pag. 50. tit. 75.

CVM SEX IVRET] Ita editiones Tilij & Lindenbrogij & codex regius. Metensis habet, *cum tribus juret.* Corbion. *cum tres jurit.* Heroldus, *cum III. juret.*

COLPVS] Ita codex Metensis. Regius & Corbion. *colebus.* Tilius, *pro colibus.* Lindenbrogius, *procolpus.* Heroldus, *colaphus.* Ibid. tit. 77.

CLIDA] Hanc lectionem exhibent editiones omnes & exemplar regium. Codex Metensis habet *clita*, Corbion. *inclinata.*

FVRATVS FVERIT] Regius & Corbion. *furaverit, ipse similis furoni*; nisi quòd Corbionensis habet *furonem* pro *furoni.* Furonem pro fure dicebant quo modo *Gallonem* pro *Gallum* legimus in chartis S. Galli apud Goldastum. Ibid. tit. 78.

SVPERIVRATVS] Ita codex Meten. & Corbion. & editiones Heroldi & Lindenbrogij. Codex regius habet, *si perjuratus.* Tilius, *juperatus.* Pag. 51 tit. 79.

EXCEPTO] Liber Corbionensis: *excepto capitale & delatura restituant.* Regius: *excepto cap. & dil. in locum constituant.* Metensis: *except. capitali & dilatura quæ in locum restitui debent.* Tilius: *exceptis capitali & dil. quæ restituant.* Heroldus: *excepto quod capitale & delatura in locum restituant.* Lindenbrogius: *exceptis capitali & dilatura quæ in locum restituant.*

FVRTO] Corbion. *texaga*, regius *taxagã.* Heroldus, *furca.* Ibid. tit. 81. c. 1.

CVLP. IVDIC.] Metensis, *restituat.*

PARRICVM] Ita editio Basileensis. Codex regius, *parricium.* Corbionensis, *paricũ.* Metensis, *parium.* Tilius & Lindenbrogius, *parcum.* Ibid. c. 2.

SI QVIS VIR] Corbion. *Si quis baro seu qua mulier Ribuaria per maleficium aliquem.* Regius: *Si quis virum seu mulierem Ripuariam per maleficium aliquod.* Ibid. tit. 83. c. 1.

HOC EST, EXPVLSVS] Hæc non extant in exemplari Corbionensi. Heroldus legit, *ob hoc expulsus.* Pag. 52. tit. 85. c. 2.

SATISFACIAT] Ita codex Metensis & editiones. Regius & Corbionensis habent *satisfecerit.* Ibid. tit. 88.

NVLLVS OPTIMATVM] Ita habent vetera exemplaria regium & Corbionense. Metense & editiones: *ut optimates, Majores domus, Domestici, Comites, Grafiones, Cancellarij, vel quib. grad. sublimati &c. residentes.*

COMPONAT] In regio & Corbionensi codicibus sequens caput cum isto conjungitur statim post verbum *componat.*

NEC NVLLVS] Hæc est scriptura regij codicis & Corbionensis. Metensis & editiones habent: *Hoc quoque jubemus, ut judices supranominati, sive fiscales de quacunque.* Ibid. tit. 89.

LEX ALAMANNORVM] Conlata à nobis est cum quinque antiquis exemplaribus. Horum duo extant in bibliotheca regia; eorúmque unum vocamus Puteanum, quia antè quàm re- Pag. 57.

Tom. I. gium esset, fuerat clarissimi viri Claudij Puteani Senatoris Parisiensis. Tertium exemplar nobis suppeditavit bibliotheca Thuana, quartum codex sancti Vincentij Metensis, quintum liber Corbionensis. Ceterùm titulus istius legis hic est in antiquis exemplaribus : *Incipit lex Alamannorum, quæ temporibus Clotharij Regis unà cum principibus suis, id sunt* XXXIII. *Episcopis, &* XXXIIII. *Ducibus, &* LXX. *duobus Comitibus, vel cetero populo constituta est.* Nos titulum illum non expressimus in editione nostra, quia legem retulimus ad Dagobertum, non verò ad Clotharium. Codex Corbionensis habet in titulo illo *proceribus* pro *principibus*, & *adunatu* pro *constituta est.*

Incipit lex] In calce istius legis in codice Corbionensi, ubi repetitur pars tituli, sic legitur : *Incipit pactus lex Alamannorum.*

Ibid. cap. 1. §. 2. Et si aliqva] Integer iste paragraphus aliter habetur in Metensi & Thuano codicibus, ubi sic legitur. *Et si aliqua persona res malo ordine de Ecclesia subtraxerit quæ manus potestativa priùs contradidit ad Ecclesiam, secundum legem Alamannorum multam quæ in carta commemorata est in fisco solvat, &* LX. *sol. pro fredo. Res autem ad Ecclesiam permaneant cum emendatione hominis illius qui eas malo ordine subtrahere voluit, hoc est, cum supradicto debito res reddat, &* XXX. *sol. ad Ecclesiam persolvat.*

Et Dei ivdicivm] Hæc usque ad vocem *Ecclesia* non extant in codice Corbionensi.

Ibid. c. 2. §. 1. Manvs svas] Corbion. *manus eorum.*

Ibid. §. 2. Si avtem] Et hic quoque paragraphus sic legitur in duobus codicibus suprà laudatis. *Si autem exinde nec carta nec testes apparuerint, tunc liceat illum heredem cum quinque juratoribus electis & sua manu sexta per sacramenta adfirmare quòd pater ejus de prædictis rebus cartas neque traditiones non fecisset. Nam tamen si unum de istis apparuerit, aut carta, aut testes, sacramentum heres habere non potest.* Regius, Puteanus, & Corbionensis habent ut legitur in vulgatis editionibus & in nostra.

Illi heredi] Corbion. *illum heredem cum illos testes nominatos.*

Pag. 58. c. §. 1. Si qvis homo] Rursum hic paragraphus multùm diversus est ab editione ista in eisdem duobus codicibus, ubi sic habetur. *Si quis homo ad Ecclesiam confugium fecerit. Si verò servus fuerit, Presbyter eum reddere faciat domino suo ita sicut lex continetur.* (Meten. *ita ut lex continet.*) *Si autem Presbyter excusare ei non potuerit, tunc in omni cura se impendat ut ille servus non evadat. tamen domino suo ad perdendum* (Meten. *pendendum*) *eum non tradat. Si servus fuga lapsus fuerit, & jam dictus sacerdos eum invenire non poterit ad reddendum domino suo, alium servum in capitale restituat, aut pretium sicut compositio servi fuerit. Si verò dominus servi eum in pace recipere voluerit, & Presbyter eum contendit, & tunc servus fuga lapsus fuerit, & Presbyter eum ad reddendum invenire non potuerit, aut alium servum talem in capitale restituat cum duodecim solidis, aut pretium restituat sicut servus componi debuerat, si occisus fuisset, cum supradictis* XII. *solidis. Si autem vi abstraxerit &c.*

Sacerdotem Ecclesiæ] Vox *Ecclesiæ* deerat in editionibus Tilij & Lindenbrogij. Nos restituimus auctoritate veterum exemplarium. Heroldus quoque illam habet. Tom. I.

Alii cognoscant] Hinc collegit Vadianus in libro primo de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus hanc legem illo haud dubiè scriptam tempore quo plurimi Alamannorum fidem Christianam nondum receperant. Ibid. §. 3.

Caput istud cum sequenti deest in libris regiis & in Corbionensi. Pro illis autem hæc tantùm illic habentur. *De raptoribus qui de Ecclesiis aliquid vi abstraxerit. Si quis autem raptores Ecclesiæ, commendatus alicujus infra januas Ecclesiæ vi abstraxerit, & tulerit homini cujus fuerant, sicut lex habet ita solvat. Injuriam autem Ecclesiæ, quam per raptum fecit,* XVIII. *sol. componat.* Hæc etiam verba habet editio Heroldi in hoc capite. Sed reliqua quoque istorum duorum capitum apud illum extant ut in vulgatis editionibus & in nostra. Pag. 59. c. 5.

Itervm atqve iter.] Hanc clausulam usque ad *ter novimpliciter*, quæ deest in editionibus Heroldi & Lindenbrogij, nos restituimus ex Tiliana ; cui consentiunt codices Metensis & Thuanus.

Inhonoravit] Ita codex Thuanus. Metensis & editiones Tilij & Lindenbrogij, *inhonorificavit.* Heroldus, *violavit.*

Per virtvtem] id est, *per vim*, ut in editione Heroldi. Simili modo paulò pòst §. 5. Ibid. §. 22

Saiga] Caput istud deest in editione Heroldi usque ad ultimam clausulam quinti paragraphi. Ibid. c. 6. §. 3.

Dvæ saigæ] Codex Thuanus & Metensis & editio Tiliana, *duo saigi.* Item infrà §. 6.

Et svpra tres solidos.] Hæc in codice Thuano & in Metensi cohærent cum priore parte istius paragraphi. Ibid. §. 4.

Vt solvatvr] Codices regij : *ut solvatur unicuique rei quæ furavit.* Corbion. *ut solvatur unicuique rem que furavit.* Thuanus & editio Basileensis : *ut solvatur unamquamque rem quam furavit.* Metensis & editio Tiliana : *ut solvat unamquamque rem quam furaverit.* Lindenbrogius : *ut solvat unicuique rei quam furaverit.* Pag. 60. c. 7. §. 1.

Negare volverit] Corbion. *negaverit.* Ibid. §. 22

In codicibus Metensi & Thuano & in editione Tiliana caput istud sic omnino habet. *Qualiter servi componendi sint. Si quis servum alienum occiderit, solidos* XII. *in capitale restituat, aut cum alio servo qui habeat tredecim palmas cum pollice replicato & duos digitos in longitudinem, & tres solidos in alio pretio superponat. quod fiunt simul solidi* XV. *Si quis ecclesiasticum servum vel regium occiderit, tripliciter componatur, hoc est,* XLV. *solidis.* Ibid. c. 8.

Invenire potverit] Hæc est lectio exemplarium regiorum & Corbionensis. Heroldus & Lindenbrogius habent, *invenire non potuerit.*

Haisterahandi] Ita codices regius, Metensis, Thuanus, & editiones Tilij & Lindenbrogij. Puteanus habet *abhisterahandi*, Corbion. *haverterec*, Heroldus *haisterahanni.* Pag. 62. c. 10.

TOM. I. Ibid. c. 12. §. 2. Ibid. c. 13. §. 2. Ibid. c. 14. Pag. 61. c. 28. §. 5. Ibid. c. 20. Pag. 63. c. 24. Pag. 64. c. 26. Pag. 65. c. 33. Ibid. c. 34. Ibid. c. 35. §. 1. Ibid. §. 3. Pag. 66. c. 36. §. 2. Ibid. §. 3.

AD ECCLESIAM] Codex Metensis, *Ecclesiæ.*

OCCIDERIT] Ita restitutum est ex manuscriptis & antiquis editionibus. Nam Lindenbrogius habet *occiderit.*

SI QVIS EI] Hæc addita sunt ex codicibus antiquis. Regius habet, *Si quis eum aliquam.* Thuanus, *Si quis autem ei aliq.* Corbion. *Si quis eũ aliquam.* Puteanus, *Si quis autem eum aliquam.*

QVADRING. SOL.] Codices regij, Corbionensis, Metensis, *ccc.* Thuanus & editiones, *cccc.* Vide suprà ad titulum 36. legis Ripuariorum.

EXADONIAVERINT] Codex Met. *exidoniaverint*, Puteanus *adexoniaverint.*

TRIBVS KAL. MART.] Ita regius & Corbionensis. Reliqui habent, *tribus Kalendas Martias.* Hæc erat seculi illius elegantia.

NISI ALIVD MANCIP.] Hæc est lectio codicis Metensis & editionis Tilianæ. Regij, Corbionensis, Thuanus, Vadianus, & editio Basileensis, *nisi alium mancipium.*

INDE CONV. FVERIT] Corbion. *exinde probatus.* Item paulò post: *& ille ex hoc probatus fuerit.* Infrà cap. 34. *& exinde probati sunt.*

INTER PROPR. EXERC.] Corbion. *infra propria hoste.*

Post caput istud Heroldus aliud habet, hoc modo.

De eo qui in curte Ducis seditionem movet.

Si quis in curte Ducis pugnam commiserit, & ibi clamor ortus fuerit per ejus commissum, quicquid ibi factum fuerit per concursum, ei imputetur. Qualiscunque autem homo egerit, aut aliquid neglexerit, aut contra legem fecerit, illud omne triplicitèr componat. Ille autem cujus opera vel voce hæc contentio acta fuerit, LX. solid. in publico componat.

Nos illa omisimus, quia in nullo eorum exemplarium reperta sunt quibus nos usi sumus in hac nostra editione adornanda.

QVIA] Corbion. *quare.* quo modo frequenter scriptum est in hoc libro pro *quia.* ut videantur hæc duo vocabula tum fuisse synonyma.

FILIVM CONTVMACEM] Vide legem Bajuvarior. tit. 2. cap. 10.

REGNVM EIVS] Lex Bajuvarior. ibid. *& regnum ejus auferre ab eo.* id est, provinciam quam ipse susceperit regendam, ut manifestum est etiam ex tit. 2. legis Bajuvarior. cap. 1. 4. 8. Hispani hodie regna vocant quas nos dicimus provincias.

AVT ILLI FILIO DVCIS] Codex Corbion. *aut ad illum filium Duce.*

IPSVM PLACITVM] Corbion. *Ipse placitus fiat de sabbato in sabbato.*

CENTENA] Codex regius habet *loco.*

VICINO] civi, ejusdem loci incolæ. Hispani hodie *vezino* vocant quem Latini civem dicebant. *Vezino de Madrid.*

MISSO COMITIS VEL ILLI] Corbion. *ad ipsũ Comitem vel ad illo.* Cetera omnes antiqui libri & editio Basileensis hèic habent *illo* pro *illi.*

VT QVI REB.] Corbion. *qualiter qui rebelli.* In regio scriptum est etiam *rebelli.* TOM. I.

ET QVI BONI S. P. POSS.] Hæc non habentur in codice Puteano.

SI QVIS AVT. LIBER] Metensis. *Si autem quislibet.* Ibid. §. 4.

AVT COMITIS] Hæc desunt in codice regio. Pag. 67. c. 36. §. 5.

A DEO REQVIRATVR.] Codex regius: *in animam Ducis Deus requirat.* Ita etiam Lindenbrogius. Ibid. §. 6.

INDE CONVICTVS] Hæc est lectio omnium veterum codicum, uno Corbionensi excepto, qui habet *exinde probatus.* Ibid. c. 37. §. 4.

TRANSGREDERE] Lindenbrogius, *transgredi.* Sed omnes antiqui libri & editiones Tilij & Heroldi habent lectionem quam nos retinuimus.

CONTRADICIT] Corbion. *testavit.* Ibid. c. 38. §. 1.

OPERA SERVILIA] Corbion. *operam servilem.* Similiter in sequenti paragrapho. Sed legendum esse *opera servilia* probant reliqua exemplaria manuscripta & omnes editiones. Vide lib. 1. Capitular. cap. 75. Ibid. §. 3.

DE HEREDITATE] Vox *de* non extat in codice Corbionensi, neque in Puteano.

VT DIEI D. HON. N. IMP.] Codex Metensis: *Si autem super hæc inventus fuerit diei dominico honorem non impendere.* Ibid. §. 4.

CONVICTVS] Corbion. *probatus.*

INCESTAS] Codex Metensis: *incestas, ita ut uxorem.* Vide tit. VI. legis Bajuvariorum. Pag. 68. c. 39. §. 1.

SOCRVM, NVRVM] Regius, *socri nurum.* Malè.

CONTRA HOC FEC.] Regius, Tilius, & Lindenbrog. *contra hæc fecerit.* Metensis: *Si quis hoc fecerit.*

PERSONÆ] Putean. *persones*, regius *personat.* Ibid. §. 5.

LIBERTATE, SERVIS] Corbion. *libertate, servis fiscalibus adgregandi.* Regius, Thuanus, & editio Basileensis, *adgreganda sunt.* Puteanus, *adgregantur.* Metensis: *libertate, adgregandi sunt servis fiscalibus.* Lindenbrogius: *libertate, & 1. servis fiscalibus adgregandæ sunt.*

OCCIDERIT] Hæc est lectio codicis Metensis & Corbionensis. Regij, Thuanus, & omnes editiones habent *occidere.* Ibid. c. 40.

FRATERN. N. CVST.] Regius & editio Tiliana, *fraternitatem legis non custodisse.*

OMNIB. PARENTIB.] Corbion. *omnes parentes.*

NVLLVS CAVSAS] Corbion. *Vt causa nullus.* Ibid. c. 41. §. 1.

IVDICI ILLO] Ita codices regij, Thuanus, Metensis, & editio Heroldi. Corbionensis habet *ad judicem illum.* Ibid. §. 3.

IVSTVM IVDICIVM] Ita omnes veteres libri & editiones, præter Tilianam, quæ habet *justitiam judicis.*

ANTE DVCEM] Codex Puteanus & editiones Tilij & Lindenbrogij habent, *ante judicem.* Reliqui & Heroldus ut editum est. Quam emendationem retinui etiam in lemmate capitis. Pag. 69. c. 42. §. 1.

SEMEL TESTIFICATVS SIT] Hæc est lectio codicis Metensis & Thuani, quam præstuli. Regij & omnes editiones habent, *semel aut* Ibid. §. 1.

Tom. I. *bis aut ter teſtificatus ſit.* Corbion. *teſtificaſſet.*

Ibid. c. 44. §. 1. INDE] Corbion. *exinde.*

PROBATA RES NON] Putean. *probatus non.* id eſt, convictus.

SPATA] Puteanus & editio Tilij *ſpada.* Vaſcones hodieque ſpadam vocant, Lemovices ſpaſam.

IDONEARE] Regij, Metenſis, & Thuanus, *idoniare.* Corbion. *exoniare ſe.*

Ibid. c. 45. §. 1. PLATEA] Codices regij & editiones Heroldi & Tilij habent *placito.*

IN DOM. S. C. ARMIS] Corbion. *infra domo ſua cum arma.*

Ibid. §. 2. IOSVM] Ita veteres codices, niſi quòd aliqui habent *juſum.* quod idem eſt. Heroldus legit *loſum*, vitio hauddubiè exſcriptorum.

Pag. 70. c. 46. §. 1. LX. SOL.] Hæc eſt lectio codicis regij & editionum Tilij & Lindenbrogij. Reliqua exemplaria & editio Baſileenſis habent *quadraginta.*

Ibid. c. 47. §. 1. SI QVIS FEMINAM] Corbionenſis: *De feminis autem liberis, ſi extra marcha vendita fuerit, revocet &c.*

Ibid. c. 49. §. 2. MORTAVDO] Ita editio Lindenbrogij. Codex Corbionenſis, *Morſtaudo.* Thuanus, *mordtoto.* Metenſis, *mortoto.* Puteanus, *mortot.* Heroldus, *mortudo.* Tilius, *mortudum.* Codex regius, *mortuum.*

Pag. 71. c. 52. §. 2. SI AVTEM REDDERE] Iſte paragraphus ſic legitur in libro Metenſi. *Si autem mortua fuerit ſub eo, ſolvat eam cum cccc. ſolid.*

Ibid. c. 53. SACRAMENTALIBVS] Codices regij, *ſacramentales.*

ETAL. HAB. VXOREM.] Hæc non extant in exemplari Metenſi.

Ibid. c. 54. §. 1. SI QVIS FILIAM] Codex Corbionenſis. *Si quis filiam alterius non ſponſatam acceperit ſibi ad uxorem.*

ALTERIVS] Ita omnia antiqua exemplaria, uno excepto regio, in quo legitur *alienam.* quo etiam modo ſcriptum eſt in editionibus Tilij & Lindenbrogij. Heroldus habet *alterius.*

Ibid. §. 2. SVB ILLO VIRO] Corbion. *poſt illum virum.* Idem ſuprà cap. 52. §. 2. habet, *aut ſi mortua fuerit poſt eum.*

Ibid. §. 3. PATRI] Corbion. *ad illum patrem.*

Ibid. c. 55. §. 1. FILIIS AVT FILIAB.] Corbion. *filios aut filias.*

NVBERE SIBI ALIO] Editiones Tilij & Lindenbrogij habent *nubere alij ſibi.* Nos ſecuti ſumus conſenſum veterum codicum & editionem Baſileenſem.

Pag. 72. c. 55. §. 2. QVADRAGINTA] Corbion. *cccc.* Et Heroldus, quamvis in textu retinuerit *quadraginta,* in margine repoſuit *cccc.*

Ibid. c. 56. §. 1. ILLI MVLIERI] Corbion. *ad illam mulierem.* Infrà §. 2. *ad illa muliere.*

Ibid. §. 2. MORGANGEBA] Corbion. *morganegeppha.*

NASTAHIT] Ita omnia vetera exemplaria & editio Heroldi, niſi quòd codex regius levi mutatione habet *naſthait*, Puteanus *neſtaid.* Heroldus ſcripſit in margine editionis ſuæ *nachſtehait.*

Ibid. c. 57. PATERNA] Corbion. *paternica.* Heroldus in margine *paternaica.* Idem in margine capitis LV. §. 1. *paternica.* Infra cap. 91. codex Corbionenſis habet: *Si qua mulier quæ hereditatem ſuam paternicam habet.*

QVÆ ILLI] Thuanus, *quæ illo.* Regij & Heroldus, *qui illo.* Corbionenſis, *quæ illum liberum.* Metenſis, *quæ liberi nupſit.* Item paulò pôſt regij codices habent *qui illo*; Thuanus, Metenſis, & Heroldus, *quæ illo.* Corbion. *quæ illũ colonum.* Tom. I.

SI QVA] Corbion. & Puteanus: *Si quis libera &c.* Ibid. c. 58. §. 1.

VADIT IN ITIN.] Corbionenſis, Metenſis, Thuanus, & Puteanus, *vadit itinere.*

ET SI EIVS VEST.] Hæc clauſula uſque ad *Et ſi eam &c.* deeſt in exemplari Puteano & in Corbionenſi & in editione Baſileenſi.

VSQ. AD GENIC.] Thuanus, *uſque genucula.* Regius, *uſque ad genuculam.*

VT GENITALIA] Corbion. *uſque genetalia.*

CONTRA EIVS VOL.] Corbion. *cum voluntate ejus.* Ibid. §. 2.

PVLISLAC] Ita codices regij & Thuanus. Tilius & Heroldus, *puliſlach.* Lindenbrogius, *puleſlach.* Codex Corbion. *puriſlac*, Metenſis *puliſcale.* Vide legem Bajuvariorum tit. 3. cap. 1. Pag. 73. c. 59. §. 2.

SI QVIS ALTERIVS] Codex Corbionenſis. *Si quis aliquis aurem alterius abſc. &c.* Ibid. c. 60. §. 1.

ALAMANNI ORSCARDI] Hæc eſt lectio codicum regij & Thuani & omnium editionum. Codex Metenſis habet *oſcardi*, Corbion. *ſcardi*, Puteanus *litercardi.* Ibid. §. 3.

NASVS TRANSPVNCTVS] Corbion. *nares tranſpuncta.* Ibid. c. 62. §. 1.

ABSCISVS FVERIT] Hæc deſunt in codice Metenſi. Lindenbrogius habet *abſciſa.* Sed repugnant omnes veteres libri & antiquiores editiones. Ibid. §. 2.

SALIVAM] Ita omnes antiqui libri & editiones, niſi quòd regius habet *ſalivum.* Heroldus edidit *ſalibum*, ſed in margine repoſuit *ſalivam.* Pag. 74. c. 63. §. 2.

DVOS DENTES] Corbionenſis, *duas dentes ſuperiores excuſſerit primas.* Et infrà §. ſeq. *Et ſi vis una de ipſas duas.* Plerique dum iſtos errores grammaticales deprehendunt in veteribus libris, facilè corrigunt, non animadvertentes hæc omnia ex uſu Francicæ linguæ deſcendere, quæ pleraque vocabula in feminino genere ponit quæ apud Latinos maſculini ſunt, contrà in maſculino nonnulla ponit quæ Latinus uſus in feminino locat. Verbi gratia. *Tantas clamores* ſcriptum eſt lib. 2. Capitular. cap. 33. in codice S. Remigij, & *tantas contulit honores* in præfatione Capitularis Aquiſgranenſis anni 789. in eodem codice. *Honorem ſuam* Addit. IV. cap. 130. in codice Bellovacenſi. *Noſtram honorem* lib. 2. Capitular. cap. 16. in Metenſi. *Honor ſervata* in Capitulari II. anni 805. cap. 22. in codice Corbionenſi. *Hoſtem noſtram* tit. XXXVI. Karoli Calvi cap. 3. in Bellovacenſi. *Vnam gregem* in titulo III. cap. 8. legis Salicæ in Metenſi. *Eccleſiaſticas mores* in præfatione Concilij Toletani IV. in veteri codice MS. Eccleſiæ Lugdunenſis. *Novo ſynodo* cap. 2. Concilij Francofordienſis in veteri codice S. Remigij Remenſis. *Ipſum ſynodum* apud Flodoardum pag. 554. in editione Colvererij. *Sanctum ſynodum* in ſcripto anonymi MS. quo reſpondetur ad interrogationes Karoli Magni. Ibid. §. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. & alibi frequenter. *Super aurum & lapides pretiosas* in præfatione legis Salicæ in eodem codice S. Remigij. *Inconvulsam vigorem* in charta Sobbonis Archiepiscopi Viennensis data anno secundo regnante Rege Conrado. *Eam fontem* tit. 9. cap. 16. & tit. 10. cap. 22. legis Bajuvarior. in codice regio & S. Vincentij Metensis. *Fontem jocosam* in epistola Paschalis II. ad Richardum Archiepiscopum Narbonensem. *Fontem erectam* in epistola Eugenij III. ad Petrum Archiepiscopum Narbonensem. *Fonte cuberta* in præcepto Lotharij Regis anno DCCCCLVIII. pro monasterio Cuxanensi. *Villa qua dicitur Fons cooperta* in actis Concilij illic habiti anno DCCCXI. in Chartulario Ecclesiæ Vrgellensis. *Partem villæ de Fonte cooperta* in bulla Gelasij II. pro monasterio Caunensi. *Vno fronte* frequenter legitur in veteribus polypticis & instrumentis.

Ibid. §. 2. Paragraphus iste non extat in codice regio. In editione Heroldi & Lindenbrogij legitur: *Si autem unum ex ipsis excusserit duobus ictibus, cum XII. solid. componat.* In codice Puteano: *Si uno ex ipsis excusserit duobus ictus, cum XII. sol. comp.* Reliqua vetera exemplaria & editio Tilij habent uti nos edidimus.

Ibid. c. 64. §. 1. LINGVA] Codex Metensis: *linguâ totâ alicui abscideris.*

Ibid. §. 2. Integer iste paragraphus sic habet in eodem libro Metensi. *Si mediâ ita ut aliquid loqui possit, XX. sol. componat.*

Ibid. §. 4. COLLVS] Malè in Metensi & Thuano *colonus.*

Ibid. c. 65. §. 1. SI QVIS ALICVI] Codex Metensis. *Si quis alicui caput contra legem & voluntatem tunserit.*

TVNDERIT] Heroldus, *tutunderit.* Codex Thuanus, *totunderit.*

Ibid. §. 2. SI BARBAM] Codices regij, Corbionensis, Thuanus, & Heroldus: *Si enim barbam.* Metensis, Tilius, & Lindenbrogius. *Si autem barbam.*

TVNDERIT NON VOLENTIS] Ita codex Metensis. Regij & Heroldus habent, *tunderit nolentis.* Tilius & Lindenbrogius, *tonderit nolentis.* Corbionense exemplar, *non volentem tunderit.*

Ibid. §. 4. Paragraphus iste deest in codice Metensi & in Thuano.

Ibid. §. 5. STAGNANDVM] Puteanus, *extagnandum.* Hinc *estancher le sang.*

Pag. 75. c. 65. §. 7. PALEPRVST] Corbionense exemplar habet *balebruſt*. regium & Thuanum *palepruſt*, Heroldus *palchpruſt*, Tilius & Lindenbrogius & codex Metensis *puleprust*, Puteanus *ſalhpruſt*. Vide legem Bajuvarior. tit. 3. cap. 1.

Ibid. §. 9. MITTERE] Codex regius, *miserit.* Metensis, *ducere.*

Ibid. §. 10. TOTVM BRA. MAN.] Corbion. *totus brachius mancus.* ad quam lectionem referri videtur vox *abscisus*, quæ extat in §. 12. Ita enim habent omnes libri veteres, si Puteanum excipias, & editio Basileensis. Puteanus legit *abscisa.* Tilius & Lindenbrogius, *abscisum.*

Ibid. §. 11. ANVLARIS] Ita codex Metensis. Heroldus & Tilius & Lindenbrogius habent *annularis.* Codices regij *anelaris*, Thuanus *anellaris*, Corbion. *anellares.*

VVLNERATVS FVERIT] Ita vetera exemplaria. Tom. I. Ibid. §. 15.

HREFVVNT] Ita Heroldus & Lindenbrogius. Tilius & codex regius habent *refunnt* absque aspiratione. quod tamen discrimen est levis admodum momenti. Metensis, *refuun.* Thuanus, *hrefununt.* Puteanus, *herefunt.* Corbion. *renovundo.*

Paragraphus iste sic habet in exemplari Corbionensi. *Si quis alium in genuculo placaverit ita ut cloppus permaneat &c.* Capitulare de villis Karoli M. cap. 23 *boves cloppos.* Cloppum veteres dixere pro claudo. Deinde, quia diminutiva nomina quandam majorem teneritudinem habent, clopinellum, quoque dixere majores nostri. Hinc cognomen celeberrimo scriptori seu potius continuatori poëmatis quod vulgò inscribitur *le Roman de la Rose*, id est, Ioanni Magdunensi sive Clopinello, *Maistre Iean de Meung dict Clopinel*, ut observatum pridem est à viris doctissimis. Pag. 76. §. 31.

AVT AL. E. TOL. VOLVERIT] Hæc clausula non extat in codice Metensi. Ibid. c. 66.

AMISSARIVM] Hæc est lectio codicum regiorum & Metensis. Heroldus *admissarium.* Quo etiam modo habent Tilius & Lindenbrogius. Codex Thuanus habet *emissarium.* Pag. 77. c. 69. §. 2.

CVM D. I. Q. T. VALEAT] Hæc clausula deest in codice regio & in editione Tiliana.

TANTI] Codex Puteanus & Heroldus *sic.*

ET SIC] Codices regij, Thuanus, Corbionensis, & Heroldus, *Postea.*

NOVEM GELDOS] Puteanus, VIIII. *vvedregildos.* Editio Tiliana, *novigeldos.* Codex Thuanus, Metensis, Corbionensis, regius, & Heroldus, VIII. *geldos.*

NOVEM ENIM GELDOS] Ita editio Basileensis & Lindenbrogius. Codex Puteanus habet VIIII. *vvedrigildos.* Reliqui & editio Tiliana *octo.* Ibid. c. 70. §. 2.

SI EQVO QVEM MARACH] Omnia vetera exemplaria sic habent. quibus sufffragatur etiam editio Basileensis. Tilius & Lindenbrogius legunt: *Si equo quem Alamanni marach &c.* Ibid. §. 2.

ITA FACIET] Quidam codices legunt *ita fier.* Metensis, *similiter.* Ibid. §. 4.

Ita habetur caput istud in exemplari Corbionensi. *Si homo in equo suo caballicaverit, & aliquis eum super ipsum plagare voluerit, & dum ad illum insecit, illo caballo plagat, & sita ad dominum fecisset, sic illo caballo componat quomodo illo domino.* Ibid. c. 71.

COMPONERE DEBVIT] Hæc desunt in libro Metensi.

SI ENIM] Codex Metensis habet: *Si enim in troppo aliquid involaverit &c.* Ibid. c. 71. §. 2.

NOVEM GELDOS] Ita editio Basileensis. Tiliana & Lindenbrogica *novem geldis.* Codices regius, Thuanus, & Metensis, *novem geld.* Puteanus VIIII. *vvidrigildos.*

LACTANTES] Sic omnia vetera exemplaria & editio Basileensis. Ceteræ habent *lactantia.* Ibid. §. 2.

ABORTIVVM FECERIT] Codex Corbion. *ipsa abortaverit.* Pag. 78. c. 73.

IACTET POLEDRVM] Omnia vetera exemplaria, uno Corbionensi excepto, habent *jallet*

Tom. I. *jactet ipsum poledrum* vel *poletrum*. Puteanus tamen legit *illum* pro *ipsum*. Itaque sic omnino restituendus est hic locus.

Ibid. c. 74. §. 2. EOS] Hæc est lectio libri Metensis & Thuani. Regij, Corbionensis, & Heroldus habent *eas*. Et paulò pòst Puteanus habet *illas* pro *illos*. Item paulò post libri regij & Corbionensis legunt *de ipsa grege*.

Ibid. §. 2. ÆSTIMAVERIT ARBITRIO] Vox *arbitrio* deest in libro Metensi. In Corbionensi scriptum est, *æstimaverint arbitrij*. Fortè legendum est *arbitri*. Quod confirmari videtur ex eo quòd in capite sequenti, pro eo quod editum est *secundùm arbitrium adpretientur*, idem codex Corbionensis legit *secundùm quòd arbitrij adpreciaverunt &c.*

Ibid. c. 75. ILLAM OPT. VACCAM] Codex Corbion. *illa mellissima vacca*. id est, melioriſſima, ut infrà in capitulis additis cap. 39. *meliorissimus*. & cap. 43. *melioriſſima*.

Ibid. c. 76. SI QVIS MORTTAVDIT] Editio Basileensis: *Si cui mortaudus imponitur, sive sit baro, sive femina, qui qualis &c.* Codex Corbion. *Si quis morttaudu si baro aut femina &c.* Metensis: *Si quis in mortrido barum aut feminam occiderit, secundùm.*

BARVM] Codex Puteanus *baronem*. Tiliana editio *virum*.

NOVEM GELDOS] Hæc non habentur in exemplaribus regiis neque in Corbionensi, & desiderantur etiam in editione Basileensi & Tiliana. Extant tamen in codice Metensi & in Thuano & apud Lindenbrogium.

Ibid. c. 77. OCTO DIES NON VIVIT] Corbion. *octo noctes vivet*. Metensis: *& non vixerit septem dies*. Puteanus: *& novem dies non vivit*. Vide Capitula addita ad legem Alamannorum cap. 20.

Pag. 79. c. 79. §. 6. PASTOR] Ita codex Metensis & Thuanus & editio Tiliana. Reliqua exemplaria & editiones Heroldi & Lindenbrogij habent *pistor*. Quæ postrema lectio videtur esse sinceriot.

Ibid. §. 7. AVRIFEX] Hæc est lectio omnium veterum exemplarium, uno regio excepto, & editionis Basileensis. Tiliana & Lindenbrogica habent *artifex*. Quo etiam modo scriptum est in codice regio.

Ibid. c. 80. §. 2. GENECIO PRIORE] Codex regius & Metensis, *genitia priore*. Inde genitiariæ in Concilio Meldensi cap. 75. & inde apud Reginonem lib. 1. cap. 246. ubi monuimus hanc vocem heic positam esse invidiosè, ut innuerent Episcopi decimas quas laici percipiebant in pravos usus fuisse conversas, nimirum ad canum & scortorum sumptus. Confirmant hanc interpretationem gesta Aldrici Episcopi Cenomanensis; ubi pro eo quod patres synodi Meldensis aiunt *& inde canes aut genitiarias suas pascant*, scriptum est Aldricum condidisse monasterium *in loco in quo olim canes & meretrices sive latrones habitare solebant*. Vide Notas ad Reginonem pag. 568. ubi caput istud legis Alamannorum explicavimus. Neque enim repetenda videntur quæ illic dicta sunt. Monachus Sangallensis de rebus bellicis Karoli M. lib. 2. cap. 5. *Erant quoque ibi duo nothi de genitio*

Ibid. c. 81. §. 2. *Columbrensi procreati*.

GRANIAM] Plerique codices ita legunt, alij *granearn*. quod idem est. Puteanus heic habet *granario*. In editione Basileensi, contra vocem *graneam* scriptum est in margine *granarium*, haud dubiè ex alio quopiam codice quàm ex eo ex quo textus editus est. Alibi scribitur *granica*. Posteriora tempora dixerunt granchiam & grangiam. Hodie nobis *grange*.

Tom. I.

STVBAM] Ita editiones omnes. Codex regius habet *stuba*, Thuanus & Puteanus *stupam*, Metensis *tubam*. Corbionensis *tuba*. Stubam autem vaporarium sive hypocaustum interpretantur. Vide Vossium lib. 2. de vitiis sermonis pag. 288.

Ibid. §. 3.

TRIBVS] Hanc lectionem exhibent quatuor antiqua exemplaria & editio Basileensis. Regium & editiones Tilij & Lindenbrogij habent *sex*.

Ibid. §. 5. SCVR. V. GR. SERVI] Corbionensis codex habet simpliciter: *Scura servi si &c.* Sanè hæ duæ voces, *scura* & *grania*, sunt synonymæ in hoc loco, & utraque heic significat horreum in quo grana colliguntur.

Pag. 80. c. 82. §. 2. LAITIHVNT] Ita codex Thuanus & editio Lindenbrogij. Basileensis & codex regius *laiti hunt*, divisis vocibus. Tilius, *laitihunc*. Codex Puteanus, *laidiunt*. Metensis, *laidibunt*.

Ibid. §. 4. VELTRVM] Plerique codices habent *veltrem*.

Ibid. c. 83. §. 3. NEGAVERIT] Ita omnia antiqua exemplaria & editio Basileensis, nisi quòd in nonnullis veteribus libris scriptum est *necaverit*. quod idem est. Notum quippe est literas *c* & *g* promiscuè olim accipi solitas. Negare etiamnum Vascones & Occitani dicunt quod Latini præfocare in aqua dicerent. Tilius & Lindenbrogius habent *anegaverit*.

Pag. 81. c. 84. GIRENT] Codex Puteanus *virent*. quod idem est. Virare etiamnum Lemovices dicunt flectere in aliam partem.

CVRFFODI] Ita omnes veteres libri & editiones, nisi quòd Metensis & Thuanus habent *zturf* simpliciter.

CONTENTIONEM] Codex Metensis, *terram*.

Ibid. c. 85. Quæsitum est ævo Rhabani Archiepiscopi Moguntini an liceret Missam aut psalmos cantare pro servo fugitivo in fuga mortuo. Respondit ille ad Reginbaldum Chorepiscopum Moguntinum scribens orandum esse pro eo, nisi fortè aliquo crimine majore implicetur aut in perfidiam devolvatur. Epistola Rhabani edita est in postrema Conciliorum editione tomo VIII. pag. 1845.

Ibid. c. 87. QVADRAGINTA] Codex Puteanus *lx*. ex transpositione videlicet numerorum. quod frequenter reperiri in veteribus libris probari facilè posset.

DVODECIM] Codex regius & editiones Tilij & Lindenbrogij habent *xv*.

Pag. 82. c. 90. §. 1. FVERIT LIBERO HOMINI] Codex Corbion. *fuerit à libero homine*.

Ibid. §. 2. BRACHIVM ABSCISVM] Idem codex Corbion. *brachius abscisus*.

A SCAPVLA] Hæc non habentur in codicibus regiis neque in editione Basileensi.

Ibid. c. 91. MVLIERI PR. ABORTIVVM] Codex Corbion. *Si quis aliquis mulierem prignantem aborsum fecerit &c.*

DVODECIM] Editio Basileensis, *xv*.

Tom. I. Ibid. c. 92. HEREDITATEM PATERNAM] Corbion. *hereditatem suam paternicam.* Vide suprà ad cap. 57.

IPSAS RES] Hæc desunt in aliquot vetustis exemplaribus & in editione Basileensi.

Ibid. c. 93. PAREMSVVM] Corbion. *pares suos.*

ILLI ALIO QVIA INDE FVGIVIT] Hæc est lectio editionis Basileensis, cui ferme consentiunt codices regij & Thuanus. Corbionensis habet: *ad illo alio quare inde fugivit.* ubi *quare* positum est pro *quia.* unde vox Gallica *car,* ut opinor. Tilius & Lindenbrogius ediderunt: *illi alij qui inde non fugit, sed mansit, & pares suos non dimisit.*

QVADRAGINTA] Heroldus, *xx.*

Pag. 83. c. 94. Ibid. c. 95 §. 1. COLPO] Ita Heroldus & Lindenbrogius. Tilius, *colopo.* Quo etiam modo legitur in codice regio & in Thuano & Corbionensi. Heroldus habet in margine *colapho.* Malè in libro Puteano *collo.*

Ibid. c. 96. §. 1. MEDELAM] Ita omnes veteres libri & editiones; nisi quòd Puteanus habet *medulam.* Quo etiam modo scriptum est in ora editionis Basileensis. Lindenbrogius edidit *medellam.*

Ibid. §. 2. OPERA TRICET] Heroldus: *opera triecetur.* Tilius: *operari non possit.*

Ibid. c. 98 §. 1. BERBICIBVS] Ita veteres libri. Tilius habet *vervecibus.* Codex Puteanus, *pecoribus.*

Ibid. §. 3. STOTARIO] Aliquot exemplaria habent *stocario, stogario, storario,* vel *stotharío.*

Pag. 84. c. 99. §. 1. PRVGIT] Sic habent antiqua exemplaria. Pro quo tamen Puteanus legit *burgit.* Tilius, *pringit.*

Ibid. §. 19. CROEROLA] Heroldus *horocralu.* Tilius & Lindenbrogius *querola.*

Pag. 85. c. 2. SIMAVERIT] id est, particulam auris absciderít.

Pag. 87. c. 20. NOVEM NOCTES] Vide suprà ad caput 77. legis Alamannorum.

Pag. 88. c. 29. LECTVARIA] supellectilis pars. Vita sancti Desiderij Episcopi Cadurcensis cap. 18. *scamnalia, mensalia, lectuaria.* Sic enim legitur in codice MS. monasterij Moyssiacensis, cùm in vita edita scriptum sit *electubilia.* Vide Capitulare de villis Karoli M. cap. 42. Lectaria culcitras interpretatur Hugo Menardus in Notis ad vitam S. Benedicti Anianensis.

Pag. 89. ITEM ALIA CAPITVLA.] Edita fuerunt ab Heroldo in calce legis Alamannorum, consequentibus numeris. Editum etiam ab eo fuit caput 39. capitulorum additorum; quod nos suo loco reddidimus prout habetur in vetustissimo codice Remensi.

Pag. 95. LEX BAIVVARIORVM.] Emendata est auctoritate trium veterum exemplarium; quorum unum habuimus è bibliotheca regia, alterum è Thuana. Tertium fuit sancti Vincentij Metensis.

Tit. 1. SEX] Heroldus, *iii.*

EXINDE NEC IPSE] Tilius & Lindenbrogius sic ediderunt, *exinde quicquam auferre nec ipse &c.* Verùm hæ voces *quicquam auferre* in nullo eorum exemplarium repertiuntur quæ nos vidimus, neque in editione Basileensi, & absque iis rectè constat sensus.

Pag. 96. c. 2. PRINCIPE] id est, Duce, vel Comite. Infrà tit. XI. cap. 1. *Regis vel judicis.* & cap. 2. *mallet eum ante Regem vel Ducem.* Duces enim agitasse judicia planum est ex multis locis, tum verò ex tit. 2. hujus legis cap. 10. & ex cap. 42. legis Alamannorum. Tom. I.

TRIMNIVNGELDO] Codex Meten. *trim niungeldum,* Thuanus *thrimniungeldum,* regius *triuniumgelde.* Tiliana editio *thrummimgeldum,* Basileensis *litrim niungeldum.* Lindenbrogius *triuniumgeldo.* Pag. 57. §. 3.

QVINDECIM] Codex regius & editio Basileensis, *xii.* Ibid. c. 4. §. 1.

PIGNORE] Codices regius & Thuanus & eadem editio, *pignus.*

QVINDECIM] Editio Basileensis, *xii.*

DONET SEXAG.] Metensis: *donet* XL. *vel* LX. *sol.* Ibid. c. 6. §. 2.

QVADRAGINTA] Metensis, *lx.* Pag. 98. c. 6. §. 3.

VI] Metensis, *per vim.* Ibid. c. 7.

RESPONSVM DARE] In exemplari regio scriptum est *repræsentare.* §. 2. Ibid. §. 2.

QVIA] Codex Metensis & editio Basil. *qui.* Regius & Lindenbrogius, *quare.*

INVICTA] Hæc est vera lectio, quæ extat etiam in libro quinto Capitularium. Heroldus edidit *in tuta.* & in margine, *in tuto.* Ibid. §. 4.

Titulus iste in antiquis codicibus & in editionibus Tilij & Heroldi conjungitur cum superiore, itémque in libro quinto Capitularium. In regio tamen codice divisus est à superiore. Ibid. c. 9.

SI QVIS PRESBYTERO] Codex regius & Lindenbrogius ita habent: *Si quis Presbyterum vel Diaconum &c. injuria affecerit,* nisi quòd vetus exemplar habet *injuriâ fecer.* Pag. 99. c. 10. §. 1.

SVNT ORDINATI] Heroldus, *sit ordinatus.* Ibid. §. 4.

CONTEMNATVR] Certum est hanc lectionem, quam editiones Tilij & Lindenbrogij exhibent, esse optimam. Et tamen omnia vetera exemplaria & editio Basileensis habent *condamnetur.* Ibid. §. 5.

CONSTITVIT REX] Vides tum consuevisse Reges dare episcopatus, quod infinitis, ut ita dicam, exemplis probari posset. Habes infrà pag. 141. præceptum Dagoberti Regis de episcopali dignitate Cadurcæ urbis conlata Desiderio Thesaurario. Vide formulas Marculfi pag. 378. Ibid. c. 11. §. 1.

VEL POPVLVS ELEGIT] cum permissu vel consensu Regis. quod confirmatur ex his quæ infrà tit. 2. dicuntur de electione Ducis. Vide Marculfum & Gregorium Turonensem.

Caput istud malè editum est à Tilio & Lindenbrogio, ubi sic legitur: *Si talis culpa est ut deponatur aut exilietur, de homicidio &c.* Ibid. §. 4.

DE HOMICIDIO] Puto legis istius latorem respexisse ad canonem 25. apostolicum, in quo, prout legebatur in nonnullis editionibus, præcipitur ut Episcopus qui in homicidio, fornicatione, aut perjurio, aut furto captus fuerit, deponatur. Vide quæ de hoc canone dicta à nobis sunt in Notis ad Agobardum pag. 121. ad Reginonem pag. 555. & ad Gratianum pag. 471.

DE CONSENSV HOSTILI] Istud refertur ad perjurium. Vide Notas ad Agobardum pag. 121.

LEGEM ECCLESIAST.] id est, constitutionem Gelasij Papæ, quæ extat in libro primo Capitularium cap. 100. Pag. 100. c. 12.

Translata est hæc lex ex libro XVI. Codicis Theodosiani tit. 2. leg. 44. Ibid. c. 13. §. 1.

Tom. I. SVSPECTI] In codice Theodosiano *scevi*.

Ibid. c. 14. §. 2. ARPENTO] Codex Metensis & editio Basileensis *carpento*.

SECARE] Heroldus *segare*. Hodie quoque Lemovices segare dicunt cùm de secanda pratorum herba agitur.

DVO MODIA] Codex regius *dua*. Vide Notas ad librum primum Capitularium cap. 22.

Ibid. §. 4. CARRO] Codex regius & Heroldus *carra*.

Ibid. §. 5. PEDITVRAS] Ita omnes veteres libri & editiones. Heroldus tamen reposuit *petoritas* in contextu, in margine verò *pedituras*.

EXIRE] Hæc est lectio regij codicis; quam præfert & Lindenbrogius. Tilius habet *experiri*, codex Thuanus *expetiri*, Heroldus *expediri*, codex Metensis *expetere*.

Pag. 101. tit. 2. c. 1. §. 2. ET HOC NON SIT] Codex Metensis: *Et hoc vitetur ne sit per occasionem factum, sed per probatas res expectet veritatem*. In Thuano legitur *expectet veritatem*.

Pag. 101. c. 3. §. 1. CARMVLVM] Codex Met. *carmulam*.

Ibid. §. 3. ET LIBERI SVNT, CVM] Hæc desunt in libro Thuano.

Ibid. c. 4. §. 1. PROPRIVM HOSTEM] Codex regius, *propria hoste*.

Ibid. §. 6. QVINQVAG. GAMACTAS] Secuti hcic sumus editionem Lindenbrogij. Nam ista desunt in Tiliana & in omnibus antiquis exemplaribus, quæ interpretationem tantùm hujus vocis habent. Heroldus habet simpliciter, *xl. gamactos accipiat*. Itaque interpretationem omisit.

Pag. 103. c. 6. §. 1. MANVS SVAS] Hæc est lectio duorum veterum exemplarium, quam habent etiam editiones Tilij & Heroldi. Regium exemplar habet *manũ sũã*. Lindenbrogius *manum suam*.

Pag. 104. c. 7. §. 1. IMPLET] Heroldus, *est ut impleat*.

Ibid. c. 9. DVCATI] Ita omnes veteres libri & editiones. Heroldus tamen legit *ducatu*, quod idem est.

Ibid. c. 10. §. 1. REGNVM] id est, provinciam quam is in potestate habet, ut dicitur suprà hoc tit. cap. 8. Vide Notas ad caput 35. legis Alamannorum.

Pag. 105. c. 11. §. 1. SI QVIS CVRTE] Leg. *Si quis in curte &c.*

Ibid. c. 12. §. 2. NASCI] Ita codices Metensis & Thuanus. Regius & omnes editiones, *nascere*.

Ibid. c. 13. §. 2. PER NEGLECTVM] Tilius & Lindenbrogius, *pro neglecto*.

FVRTVM] Codex Metensis, *pro furto*.

QVINDECIM] Regius & Heroldus, *xii*. Quo etiam modo habet Heroldus in duobus sequentibus capitibus.

Pag. 106. c. 16. DE TRIBVS] Sic omnia vetera exemplaria & editiones præter Basileensem, quæ sic habet: *De vii. solid. tremissem accipiat de iii. solid. ut tremisses accipiat &c.*

Ibid. c. 20. §. 1. HVOSI] Retinuimus lectionem quæ est in codice Metensi & in Thuano. quibus ferè consentit editio Tiliana. Codex regius habet: *Hosidra, Ozza, Sagana, Hailingua, Anniona*. Ita etiam Lindenbrogius, nisi quòd habet *Habilingua* pro *Hailingua* & *Anniena* pro *Anniona*. Tilius habet *Habilinga*, codex Metensis *Hatlinga*. Heroldus: *Huosiroz, Zafagana, Hailinga, Aennion*. Tilius habet *Fagana*.

Ibid. §. 2. VSQVE AD DVCEM] Malè hcic Heroldus edidit *usque ad crucem*, ut rectè observavit Gretserus lib. 2. de cruce cap. 21. Nam omnia vetera exemplaria & reliquæ editiones lectionem habent quam nos retinuimus. Tom. I.

VOS] Heroldus, *nos*. Codex Met. *suos*.

PARENTORVM] Ita omnia vetera exemplaria & editio Basileensis. Infrà tit. 7. cap. 15. in codice regio, *per invidiam parentorum ejus*. Capitulare III. anni DCCCIX. cap. 8. *cum parentorum consensu*. Chartularium Brivatense cap. 47. *quæ ex conquestu vel ex alodio parentorum meorum mihi legibus evenerunt*. cap. 67. *quæ ex hereditate parentorum illi legibusque advenerunt*. cap. 150. *quæ tam ex alode parentorum meorum quàm ex conquisto legibus mihi obvenerunt*. cap. 268. *res propriæ quæ de conquisto mihi parentorum justissimè obvenerunt*. Charta Vvarnerij & Anstrudis in Chartulario Ecclesiæ Viennensis, data regnante Conrado: *pro animæ nostræ remedio vel pro retributione parentorum nostrorum*. Charta Adonis Raduci & uxoris ejus Garsindis pro monasterio castri Mallasti data anno quinto regnante Leutario Rege: *Donamus nos alodem nostrum proprium qui nobis advenit ex alode parentorum nostrorum*. Alia Ariberti & uxoris ejus Garsindis pro eodem monasterio data anno XXV. regnante eodem Leutario Rege: *In nomine Domini. Ego Aribertus & uxor mea Garsindes donatores sumus Domino Deo & sancto Iohanni Baptistæ monasterij castri Mallasti, & à Tresmiro Abbate, & à cuncta congregatione ipsius monasterij alodem nostrum proprium qui nobis advenit tam per alodem parentorum quàm per comparatione*. Item alia Aigofredi pro eodem monasterio data anno tertio regnante Hugone Rege: *Vindo ego tibi alobem meum qui mihi advenit per parentorum meorum*. Charta Vvilielmi Comitis Bisuldunensis pro monasterio Arulensi, data anno sexto regnante Henrico Rege: *Alodem nostrum proprium qui ad me jamdicto Vvilielmo advenit per vocem parentorum meorum*. Formula XV. Sirmondica in codice Pithœano: *unà cum consensu parentorum vel amicorum nostrorum*. Eadem ratione dicebant *infantorum* pro *infantium*, ut videre est in capite 139. & 148. ejusdem Chartularij Brivatensis.

Pag. 107. c. 20. §. 4.

PVLISLAC] Sic scriptum est in codicibus Metensi & Thuano & in editione Tiliana. Lindenbrogius habet *pulesiac*, codex Metensis *bullisiach*, regius *pullis*. Vide caput 59. legis Alamannorum.

Ibid. tit. 3. c. 1. §. 1.

INFANC] Codex regius *infrang*. malè, ut opinor. Nam reliqui & omnes editiones habent *infanc*.

Ibid. §. 3.

ATHARGRATI] Ita Heroldus, Tilius, & Lindenbrogius. Codex Metensis habet *athargrasti*, regius *atharcrati*, Thuanus *arthagrati*.

Ibid. §. 4.

GEBVLSKINI] Ita Tilius & Lindenbrogius. Heroldus, *gebulskim*. Codex Thuanus *gelbukin*, Metensis *gelbuschini*, regius *ceppolsein*.

PALEPRVST] Hæc est lectio editionis Tilianæ. Lindenbrogius legit *pulepruſt*, Heroldus *placpruſt*, codex Thuanus *palcpruſt*, Metensis *balchpruſt*, regius *polbruſt*. Vide caput 65. legis Alamannorum.

Ibid. §. 6.

HREVVAVVNT] Ita codex Metensis & regius. Thuanus habet *hrevavuunt*, Tilius & Heroldus *hrevavunt*, Lindenbrogius *hrafavvnt*.

Tom. I. Ibid. §. 8. HROPANT] Ita codex regius & Thuanus & editiones Tilij & Lindenbrogij. Metensis habet *hroupant*, Heroldus *hrobaten*.

SEX] Heroldus, *iii.* Item infrà §. 21.

Ibid. §. 9. VEL PEDEM] Leg. *vel manum vel pedem tulerit*.

Pag. 108. §. 14. BAIVLARE] Lindenbrog. *batalare*.

TRIB. SOLID.] Heroldus, *iii. solidos*.

Ibid. §. 16. Ibid. §. 21. LIDSCARTI] Sic scriptum est in codice Metensi & in editione Basileensi. Codex Thuanus, Tilius, & Lindenbrogius habent *lidiscarti*. Codex regius *lidstasti*.

Pag. 109. c. 3. SOLIDOS SEX] Editio Basileensis, *cum* III. *sol.*

Ibid. c. 5. COMPONAT] Eadem editio heic addit, *eò quòd inunuvan impinxerit*.

Ibid. c. 6. EO QVOD INVVAN EST] Ita codex Metensis. Thuanus *inunuvanniſt*. Regius, *quod invaniſtat*. Hæc clausula deest heic in editione Basileensi.

Ibid. c. 7. IN QVO] Sic legunt omnes veteres libri, cùm editiones habeant *in qua*.

Ibid. c. 8. §. 1. QVADR. DVOBVS] Heroldus, *xl.*

TELORVM] Sic ediderunt Tilius & Lindenbrogius. Fatendum tamen est in omnibus antiquis exemplaribus & in editione Basileensi manifestè scriptum esse *telarum*. ut videantur nostri telam dixisse pro telo.

Ibid. c. 10. SI QVIS LIBERI] Hæc est lectio veterum codicum Metensis & Thuani & editionis Basileensis. Regius & reliquæ editiones habent *liber*.

EIVLATI] Ita omnia vetera exemplaria & editio Tiliana. Heroldus & Lindenbrogius habent *ejulatu*.

PORCILEM] Metensis, *pastoralem*. Sed supra lineam scriptum est à manu antiqua *vel porcilem*. Regius corruptè hoc loco habet *purcellem*.

Ibid. c. 11. INTERDVM] id est, interim. Vide infrà tit. 13. cap. 5. istius legis. Karolus M. lib. 5. Capitular. cap. 35. *Vos interdum vicissim tractate ardentiùs quid ex his vobiscum constituamus*.

Pag. 110. c. 13. §. 2. CVM ARMIS] Codex regius & Thuanus, *cum arma*.

Ibid. §. 3. Paragraphus iste non habetur in codice regio. In editione verò Basileensi sic legitur. *Si autem pugnare vol. per aud. cor. sui, sicut vir non timet, duplex compositio ejus non erit; sed sicut fratres ejus, ita & ipsa componatur*. Verùm ista editio sana non est in hoc loco.

Ibid. c. 14. §. 1. PEREGRINVM] Ita omnes veteres libri & editio Tiliana. Heroldus & Lindenbrogius maluerunt *peregrino*. Et tamen certum est veteres interdum nocendi verbum conjunxisse cum accusativo. Præter exempla à Matthia Martinio allata ex intima antiquitate, adferam ego nonnulla ex vetustis codicibus. In Concilio Toletano IV. cap. 68. extremo legitur: *in servitutem propriæ Ecclesiæ revocetur cui nocere conatur*. pro quo legitur in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Lugdunensis, *quam nocere conatur*. Concilium Toletanum VII. cap. 1. pag. 403. in editione Loaisæ: *sive etiam quo genti Gothorum, vel patriæ, aut Regi specialiter sub hac occasione possit nocere*. ubi idem codex Lugdunensis habet: *sive etiam quod genti Gotorum vel patriæ aut Regi specialiter sub hac occasione possit nocere*. In libro VIII. legis Vvisigothorum tit. 4. cap. 16. scriptum est in vulgatis editionibus *antequam noceat alicui*, in antiquissimis verò exemplaribus Ecclesiæ Albiensis & monasterij Moyssiacensis *antequam aliquem noceat*. Hinc passivum *noceri* pro *lædi*, ut observat idem Martinius; ex quo *nocitus* apud Gregorium Turonensem, ut notat Vossius in libro de vitiis sermonis pag. 768. Si quis plura desiderat, adeat eundem Martinium. Tom. I.

Ibid. §. 21. OMNIA INIVRIA QVOD] Haud dubiè hæc compositio verborum est omnino barbara; meliórque est lectio codicis Metensis & editionis Basileensis, ubi legitur *omnem injuriam quam*. Verùm quoniam cetera exemplaria manuscripta & editiones Tilij & Lindenbrogij aliter legebant, fecimus quod fieri solet in judiciis, majorem numerum minori prætulimus.

Pag. 111 tit. 4. c. 4. SVPRA] Heroldus addit vocem *cubitum*. pro qua codex regius habet *cubita*.

Ibid. c. 5. CVM SEX] Heroldus, *cum iii.* eodémque modo idem habet infrà cap. 7. Item in cap. 6. tituli seq.

Pag. 111. c. 5. TVRNAVERIT] Ita veteres & editio Basileensis. Codex Thuanus & Tilius, *turvaverit*. Lindenbrogius, *turbaverit*.

Ibid. tit. 6. c. 1. NVPTIAS] Eadem verba habentur in capite 39. legis Alamannorum.

Pag. 113. c. 2. §. 2. FOENVM SECAVERIT] Ita veteres. Heroldus & Lindenbrogius habent *siccaverit*.

MESSEM SECAVERIT] Heroldus *sictaverit*. Codex regius *segaverit*.

Ibid. §. 4. CARRO] Vetera exemplaria & editio Basileensis habent *carra*.

Ibid. §. 5. OBSERVARE NEGL.] Codex Met. *observare servorum tuorum neglexerit &c.*

CONDEMNETVR.] Adde. *Et si frequens hoc fecerit, superiori sententiæ subjaceat*. Excidit nobis hæc clausula, quæ tamen extat in omnibus antiquis exemplaribus & in editionibus Tilij & Heroldi.

Pag. 114. tit. 7. c. 1. §. 2. SI QVIS CVM VXORE] Ita legitur iste paragraphus in codice regio. *Si quis cum uxore alterius concubuerit vel liberet, si reperius fuerit, cum vvedregildo illius uxoris contra maritum comp*. Itaque codex ille non explicat quantum valeat hoc loco vuidrigildus.

Ibid. c. 1. §. 2. VIGINTI] Codex regius, *xxx.*

Ibid. §. 2. SCELERIS] Heroldus *scelerata*. malè, ut opinor.

Ibid. §. 3. HORCRIST] Ita codex Thuanus. Editio Tiliana habet *horchrift*. Basileensis *horicrift*. Lindenbrogius *horgrift*, codex Metensis *horücrift*, regius *hoortriet*. Notandæ sunt in his & similibus locis singulæ lectiones: quoniam cùm voces illæ recesserint ab usu, difficile est affirmare quænam præferenda sit. Scio futuros qui heic meam diligentiam reprehendent ut superfluam & inutilem; quibus respondeo verbis Hieronymi: *Non sunt contemnenda quasi parva sine quibus magna constare non possunt*.

Ibid. c. 5. VVALVVRST] Codex Thuanus & Met. *vualtuurſt*, regius *vuluurſt*. Heroldus *vulturſo*, Tilius *vualvvoſt*. Lindenbrogius *vulvvorſ*.

Ibid. c. 7. PROPRIÆ PEN. REB.] Heroldus, *propriam penuriam rerum*.

Pag. 115. c. 8. CVM CONSENSV] Codex Metensis & edi-

Tom. I. tiones Heroldi & Tilij, *per consensum.*

Ibid. c. 10. Quadraginta] Heroldus, *xii.* malè. Scribendum enim *x l.* Error fuit librarij.

Ibid. c. 15. Parentvm] Codex regius, *parentorum.* Vide suprà in Notis ad tit. 2. cap. 20.

Pag. 116. c. 17. Vvanclvga] Codex Thuanus *vuancluge*, Heroldus *vuanclugi*. Codex Metensis *vuandugo*, regius *vuachstodat.*

Ibid. c. 19. § 4. Id est avtvmnos] Hæc non extant in codice Metensi; qui postea pro *singulos solidos* habet *singuli solidũ.*

Ibid. c. 20. Et ivdices] Et hæc quoque desunt in codice Metensi.

Ibid. c. 21. § 2. Paragraphus iste sic legitur in eodem codice: *Si autem jam vivus, x. sol. componat ancillæ domino.*

Pag. 117. tit. 8. c. 2. § 1. In fabrica] Ita codex Thuanus & editiones Heroldi & Tilij. Codex Metensis legit *in fabricano*, regius *infra basilica*; Lindenbrogius *infra basilicam.* Puto posteriorem lectionem non esse sanam.

Ibid. c. 3. Id est tres denar.] Hæc desunt in editione Basileensi; quæ non habet etiam voces istas paragraphi sequentis *hoc est sex denarios.*

Ibid. § 3. Et si maiorem] Heroldus: *Et si major pecunia furata fuerit.* Et infrà, *aut equus tanti pretij.*

Pag. 118. c. 6. Svaserit] Quidam codices habent *suaderit.*

Ibid. c. 8. Ad mortem] Heroldus, *ad mortis pœnam.*

Simplvm] Codex regius & omnes editiones habent *simplex.*

Fvris] Codex regius *furoni.* Item in cap. 14. § 1. *furonis* & *furoni* habet idem codex.

Pag. 119. c. 16. § 2. Veraciter] Consentiunt heic omnia vetera exemplaria & omnes editiones, etiam in libro quinto Capitularium, ubi paragraphus iste descriptus est. Vnus Heroldus pro hac voce habet *vel tacitus.*

Pag. 120. c. 18. § 2. Tormento] Codex regius *tormenta*, Heroldus *tormentis.* Ita etiam legit Ivo Carnotensis par. 16. cap. 283. Sed in Capitularibus scriptum est *tormento.*

Eivsdem meriti] Lex Vvisigothorum lib. 8. tit. 4. cap. 13. *alium ejusdem meriti domino reformare cogatur.* Ibidem lib. 9. tit. 1. cap. 6. *duos æqualis meriti domino cogatur exsolvere.* Præceptum Karoli Regis Burgundiæ de commutatione mancipiorum cum monasterio sancti Andreæ Viennensis in tomo xii. Spicilegij Dacheriani pag. 127. *in hujus meriti recompensatione dedimus Vvarnerium & Vvarnaldum cum uxoribus & infantibus illorum.* Meritum ergo heic significat pretium rei venditæ, commutatæ, perditæ, aut debilitatæ. Vide infrà tit. 14. cap. 1. istius legis.

Ibid. tit. 9. c. 1. § 1. In nocte] Malè in codice Metensi scriptum est *innocentem.*

Ibid. c. 2. § 2. Scvria] Codex regius *escolaria.* Ceteri & omnes edtiones uti nos edidimus.

Ibid. § 5. Comparilia] Ita editiones Tilij & Lindenbrogij. Confirmat hanc lectionem codex Thuanus, qui *cumparilia* habet. In Metensi scriptum est *cumparilibus*, in regio *parialia.* Vnde colligitur falsam esse in hoc loco editionem Basileensem, in qua legitur *cum Paraba.*

Pag. 121. c. 4. § 1. Hrevvavvnti] In codice Metensi & in Thuano legitur *hrevvavvntiva*, quo etiam modo ediderunt Tilius & Heroldus. Tom. I.

Manvm recisam] Heroldus, *cum manu resciſſa.* Ibid. § 5.

Relicti] Ita omnia vetera exemplaria & editio Tiliana. Reliquæ legunt *delicti.* Ibid. c. 6. § 1.

Componat et restitvtione] Lindenbrogius *est restitutio.* Pag. 122. c. 11. § 1.

Etarchartea] Consentiunt heic ferè omnes veteres libri & editiones, nisi quòd Metensis habet *etorzcarteam*, Tilius *etortcartea.* Ibid. § 2.

Applicandvm] Vicit hoc loco consensus veterum codicum. Nam editiones omnes habent *amplificandum*; nisi quòd Tiliana, vitio hauddubiè librariorum, habet tantùm *amplicandum*, nullo sensu. Ibid. c. 12.

Vviffam] Codex regius *vuifan.*

Evm] Ita codex Thuanus & editiones. Regius & Metensis habent *eam.* Fons generis est masculini apud Latinos, feminini apud Francos. *La fontaine.* Vide quæ notavimus suprà ad caput 74. legis Alamannorum. Ibid. c. 16. § 1.

Cognoverit] Codex regius & Metensis *cognoscerit.* Sic etiam editio Basileensis. Pag. 123. c. 2. § 3.

Complantaverit] Secuti heic sumus editionem Lindenbrogij, quam confirmat exemplar regium. Ita etiam Thuanum. Sed codex Metensis & editiones Tilij & Heroldi habent *complanaverit.* Ibid. tit. 11. c. 1. § 1.

Vicina] Legendum *vicena*, ut est in libro Metensi. Quam lectionem nos prætulimus propter ea quæ paulò antè dicta sunt, quamvis reliqua exemplaria & omnes editiones habeant *quinquaginta.* Error ortus est ex eo quòd scriptores veterum codicum istius legis omiserunt vocem *notas* in hoc paragrapho, & literam *l* positam post vocem *signa* interpretati sunt de numero flagellorum, cùm significet tantùm *vel.* Nam notum est eam literam, cùm superiorem ejus partem obeliscus intersecat, non esse notam numeri. Rem confici am auctoritate codicis regij, in quo locus iste sic legitur: *Si servus est, per singula signata l flagella suscipiat.* Ibi superior literæ illius pars divisa est per lineam transversam, ut intelligeremus ita legendum esse, *signata vel flagella.* Nemo non videt sensum non esse plenum. Erit autem integer si legatur *signa vel notas vicena flagella &c.* ut scriptum est in libro Metensi. Ibid. § 23

Fortiorem dederit et vict.] Tilius & Lindenbrogius ediderunt, *cui Deus dederit fortiam & victoriam.* Hauddubiè ea lectio videtur melior ea quam nos retinuimus. Sed veterum codicum & editionis Basileensis auctoritas effecit ut aliter ederemus quàm apud Tilium & Lindenbrogium invenimus. Pag. 124. c. 5.

Svlces] Ita scriptum legi in omnibus antiquis exemplaribus. Contrà omnes editiones habent *sulcos.* Pag. 126. tit. 12. c. 6.

Qvi sepi] Sic Tilius & veteres libri, præter Metensem, in quo scriptum est *Animalia quæ sepe.* quo etiam modo edidit Heroldus. Lindenbrogius habet *Quæ sepi.* Ibid tit. 13. c. 1.

Hvivs vitii] Hæc est lectio editionis Basileensis & omnium veterum codicum, nisi quòd in regio legitur *hujus vitia.* Tilius & Lindenbrogius habent *huic vitio.*

Tom. I. Pag. 127. c. 4. AVVRSVM] Ita codex regius. Metensis habet *aborsum*, Thuanus *aurſum*. quam lectionem exhibent editiones Tilij & Lindenbrogij. Basileensis habet *avorſam*.

Ibid. c. 5. ET ALIVD INTERIM] In codicibus regio & Thuano & in editionibus Heroldi & Tilij legitur; *& aliud interim ad operationem reſtituat interdum*. Vox *interdum* superflua heic est, & significat *interim*, ut diximus suprà.

Pag. 128. tit. 14. c. 1. §. 1. FVERIT PRO CVST. CONS.] Heroldus, *ſuſceperit pro cuſtodia*.

Pag. 129. c. 6. VIDVÆ SI POST] Manuscripti libri sic habent: *De viduis quæ poſt &c.* Ita etiam editio Tiliana. Heroldus: *Quæ poſt mortem mariti in viduitate permanet*.

VSVFRVCTVARIAM] Omnia vetera exemplaria & editio Basileensis legunt *uſufructuarie*. quod fortassis melius est.

Ibid. c. 7. §. 3. ALIOS] Leg. *illos*; ut rectè scriptum est in omnibus antiquis codicibus & in editionibus Heroldi & Tilij.

Pag. 130. c. 8. §. 2. DEBENT MIS. CONSIDERARE] Ludovicus Pius in charta divisionis imperij edita anno DCCCXVII. cap. 15. *Et ſi contigerit illum habere liberos ex concubinis, monemus ut erga illos miſericorditer agat*.

Ibid. tit. 15. c. 2. §. 1. TESTIS PER AVREM] Vide infrà tit. 16. cap. 2. Notitia judicij facti ab Arnone Archiepiscopo & ceteris Missis dominicis anno secundo Karoli M. Imp. to. III. Metropolis Salisburgensis pag. 322. *Teſtes uſu Bajoariorum per aures ex utriuſque partibus tracti ut amplius examen firmum eſſet*.

Pag. 131. c. 4. §. 3. ALOCOR. IVDICIBVS] Heroldus, *apud locorum judices*.

Ibid. c. 8. QVOD CAMBIAS] à verbo *cambiare*, quod est commutare. Vide Notas illustrissimi viri Francisci Bosqueti Episcopi Monspelliensis ad Innocentium III. lib. 13. epist. 37. Hinc cambium pro commutatione in Chartulario Casaurensi. Frustra igitur Heroldus heic addit vocem *vocant* hoc modo: *quod cambias vocant*.

Pag. 132. c. 9. §. 2. CADVCVM] Ita codex Metensis & editiones Tilij & Lindenbrogij. Bona quoque est lectio codicis Thuani, qui *cadivum* habet. Confirmant hanc lectionem exemplar regium, in quo *caduum* scriptum est, & Heroldus, qui licèt *claudum* retinuerit in contextu, in margine tamen *cadinum* habet scriptum. Vide clarissimi Bignonij Notas ad Marculfum pag. 943.

Ibid. c. 11. §. 1. CVI FIRMAVIT] Malè Heroldus *infirmari*.

Ibid. §. 2. SVVIRON] Malè idem Heroldus, *ſi viro addixerit*.

Pag. 133. c. 13. TRES] Heroldus *duos*. Fortè legendum est *duos vel tres vel amplius*, ut suprà tit. 15. cap. 2. §. 1. pag. 131.

Ibid. tit. 16. c. 1. §. 2. SPERAT] id est, credit, existimat. Capitulare anni DCCLVII. cap. 5. *Sperat quòd ingenua ſit*. Hincmarus epist. 37. ad Rodulfum & Frotarium Archiepiscopos: *Oſtendit mihi librum quem, ut ſpero, Canones appellavit*. Narratio de quodam Clerico Cenomanensi scripta regnante Karolo Calvo: *ac ideo ſperare ſe pati tam gravia*. Vide glossarium philologicum Matthiæ Martinij.

Tom. I. Pag. 134. c. 4. IVDICES DE PACTO] id est, ut ego interpretor, judices Bajuvarij, qui causas judicabant secundùm pactum id est legem Bajuvariorum. Vide quæ suprà à nobis adnotata sunt ad tit. 58. legis Ripuariorum.

Pag. 135. tit. 17. c. 2. TRES DIES AVT Q. A. C. SEPTEM] Ita omnes veteres libri & editiones præter Basileensem, quæ ita habet: *duas aut tres aut certè quatuor noctes*.

Pag. 136. tit. 17. c. 2. FASVVIROTOS] Leg. *farſvvirotos*, ut est in editione Tiliana. Codex Metensis habet, *farſvvirotus*, Thuanus *farſvverios*, regius *curſuirotos*, Lindenbrogius *furſvvirotos*, Heroldus *farruuiſotu*.

Ibid. tit. 18. c. 2. §. 1. MVRDRIDAM] Variè scribitur hoc nomen in antiquis libris. Metensis habet ut heic editum vides, regius & Thuanus *murdrida*, quo etiam modo edidit Tilius. Lindenbrogij editio habet *murdrido*, Basileensis *mordrida*. Lex Frisionum tit. 20. *Si quis hominem occiderit & abſconderit, quod mordritum vocant*. Hinc *murtrum* pro cæde & occisione, Francis *meurtre*. Restituenda autem est hæc vox, ut istud obiter adnotem, literis Erardi Episcopi Autissiodorensis, quæ editæ sunt in tomo secundo Galliæ Christianæ pag. 312. *exceptis incendio, homicidio, captu, & furto*. pro quo in Chartulario Episcopi Autissiodorensis, ex quo literæ illæ editæ sunt, legitur: *exceptis murtro, homicidio, raptu, & furto*. Vide Vossium in libro secundo de vitiis sermonis pag. 246.

OBSEQVIAS] Ita veteres libri & editio Basileensis. Tilius & Lindenbrogius habent *exequias*. Franci etiamnum pro exequiis dicunt obsequias, *les Obſeques*.

Pag. 138 tit. 19. c. 9. ANTE SOLIS OCCASVM] Heroldus, *ſole ſtante*. Ita etiam liber regius & Metensis & Thuanus.

Pag. 141. DAGOBERTI R. PRÆCEPTVM] Mirum est quàm fœdis erroribus scateat hoc diploma in libris editis. Nos illud bona fide contulimus cum vetustissimo codice MS. monasterij Moyssiacensis, ex quo illud tibi damus emendatum.

Pag. 142. DECERNIMVS] Ipse Desiderius in epistola quinta ad eundem Dagobertum ingenuè agnoscit se tenere cathedram Cadurcensem liberalitate ejus: *conditiones Caduræ Eccleſiæ, cui Deo auctore ex juſſu veſtro præſedeo*.

Pag. 143. ARCEM METROPOLITANI] Antea legebatur *Archimetropolitani*. Emendatum est ex eodem codice Moyssiacensi. Eadem phrasis reperitur etiam in vita sancti Theodardi Archiepiscopi Narbonensis apud Catellum in Memoriis historiæ Occitanicæ pag. 759. ubi cùm agatur de ordinatione Metropolitani, ait auctor vitæ in eodem codice Moyssiacensi ipsum tenere *arcem regiminis* ejusdem provinciæ. Et pag. 766. in literis Stephani VI. scriptum est ea esse privilegia Narbonensis Ecclesiæ super Tarraconensem *ut omnis qui pontificatus illius arcem ſorituruſ erit* non priùs ordinetur donec Archiepiscopus Narbonensis veniens cum consecret in archipræsulatus honore.

SIGEBERTI R. EPISTOLA] Eam primus edidit Henricus Canisius in tomo quinto lectionis antiquæ ex veteri codice S. Galli, corruptam sanè in multis locis, sed absque auctoritate emendatam ab eo qui nuper vulgavit supplementa Con-

Tom. I. ciliorum Galliæ. Nos veterem codicem, venerandæ profectò antiquitatis, ex quo illa edita est, vidimus, & cum eo contulimus editionem Canisianam. Itaque nostra omnino similis est ei quæ extat in codice Sangallensi.

VVLFOLEVDO] Biturigum antistite metropolitano, cujus provinciæ contributa erat civitas Cadurcorum, quique Concilio Cabilonensi interfuit anno DCL.

SINE NOSTRA CONSC.] Ex hoc loco collegit Marca lib. VI. de concordia cap. 19. §. 5. Concilia non posse celebrari in regno absque auctoritate Principis.

Pag. 150. APVD LIPTINAS] Præter canones Liptinenses hèic editos alium commemorat Hincmarus in epistola trigesima septima ad Rodulfum & Frotarium Metropolitanos Aquitaniæ cap. 5. his verbis: *In synodo apud Liptinas habita, cui sub Karlomanno Principe Georgius Episcopus & Ioannes Sacellarius ac sanctus Bonifacius ex præcepto Zachariæ Papæ præsederunt, legitur ut si vir mulieri desponsatæ, dotatæ, ac publicis nuptiis ductæ secundùm Apostolum debitum conjugale non potuerit reddere, & hoc aut amborum confessione aut certa qualibet adprobatione fuerit manifestum, ut separentur, & mulier, si continere nequiverit, alteri viro legaliter nubat.* Confirmatur hæc narratio ex his quæ Episcopi in Attiniaco congregati anno DCCCLVIII. scripserunt ad Ludovicum Germaniæ Regem in Capitulis Karoli Calvi tit. XXVII. cap. 7. ubi legitur Gregorium Legatum apostolicæ sedis synodo Liptinensi præfuisse cum sancto Bonifacio. Verùm quoniam in epistola illa scriptum est synodum Liptinensem jussu Pippini habitam fuisse tempore belli Aquitanici adversùs Vvaifarium susceptì, eique præfuisse Georgium, qui anno tantùm DCCLVI. in Franciam à Stephano II. Papa missus est, & quia decretum de nonis & decimis paulò aliter expressum habetur quàm in canonibus synodi Liptinensis, crediderunt nonnulli duas fuisse synodos Liptinenses, unam sub Karlomanno Principe, aliam sub Pippino Rege, istam verò superioris decretum de pecunia ecclesiastica sub precario præstanda explicavisse interpretatione sua ac planiùs expressisse. Ego in ea sum sententia, falli eos qui ita sentiunt. Nam præterquàm quòd nullum alibi extat vestigium duplicis synodi Liptinensis, quòd præterea tota illa narratio valde confusa ac fabulosa est, ut rectè monuit Sirmondus, & multa habet contradicentia & repugnantia, Hincmarus in citata epistola ad Metropolitanos Aquitaniæ disertè docet Georgium Episcopum synodo Liptinensi sub Karlomanno habitæ præfuisse ex decreto Papæ Zachariæ unà cum sancto Bonifacio. Quod evincit frustra hùc induci duas synodos Liptinenses.

INDICVLVS SVPERSTIT.] Editus est ab illustrissimo & celsissimo Principe Ferdinando Furstenbergio Episcopo Paderbornensi in secunda editione Monumentorum Paderbornensium pag. 336. ex vetusto codice Palatino bibliothecæ Vaticanæ, ubi subjungitur synodo Liptinensi. Editus etiam est ab Hermanno Conringio viro doctissimo in tertia editione libri de origine juris Germanici pag. 349. Nos illum hèic addidimus, quia hinc explicatur caput quintum prioris Capitularis Karlomanni, cujus breviarium habetur in capite ultimo Capitularis Liptinensis. Tom. I.

CAPITVLARE INCERTI ANNI] Animus primò fuerat omittere hoc Capitulare, quòd sciremus reperiri interdùm in antiquis codicibus excerpta ex tribus postremis Capitularium libris cum hoc titulo: *Ex Concilio Regum, quibus Legatus Romanæ sedis interfuit Bonifacius.* cujusmodi excerpta nuper in tomo IX. Spicilegij pag. 63. edidit vir clarissimus Lucas Dacherius sub titulo statutorum S. Bonifacij. Animus inquam fuerat hoc Capitulare ob eam causam omittere. Verùm deprehendi hèic laudari unum caput quod non est ex tribus posterioribus libris, sed ex quarto, vigesimum videlicet; adeóque hinc coactus sum suspicari Capitulare istud à Principibus nostris constitutum fuisse in quodam conventu cui interfuit sanctus Bonifacius, & non esse simpliciter excerptum ex collectione Benedicti Levitæ. Aliorum esto judicium. Pag. 151.

CAPITVLARE SVESSION.] Contulimus cum veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis cujus suprà fecimus mentionem. Itaque si quid mutavimus, factum est auctoritate ejusdem codicis. Pag. 153.

VI. NONAS] Labbeus in margine tomi sexti Conciliorum pag. 1552. admonet codices manuscriptos habere *quinta*, eámque lectionem esse meliorem, eique congruere adscriptum Lunæ diem.

IN PRIMIS] Codex Met. *Inprimitus.* Quo etiam modo edidit Surius. Pag. 157. c. 1.

OPTIMATVM MEORVM] In editionibus quæ nostram antecedunt legitur *optimatum eorum*, non solùm hèic, sed etiam in capite sequenti. In codice Metensi ita scriptum primò fuit; sed postea à manu antiqua sic emendati sunt hi duo loci ut utrobique minutissima litera *m*. quæ oculos ferme fugit, superponeretur priori literæ vocis *eorum*. Ex quo nos collegimus legendum esse *meorum*, ut in capite primo prioris Capitularis Karlomanni: *Itaque per consilium sacerdotum & optimatum meorum ordinavimus.* Atque ita uti nos edidimus legendum esse monuerat vir clarissimus Carolus le Cointe in tomo quinto annalium Ecclesiæ Francorum pag. 142. §. 100. Sanè proclivis erat hic error propter repetitionem literæ *m*. Exemplo erit caput illud ex Capitulari Karlomanni, quod sic legitur in veteri codice Sangallensi: *Itaque per consilium sacerdotum & optimatum eorum ordinavimus.* Sic apud Burchardum lib. 2. cap. 30. in codice MS. clarissimi viri Dionysij Talonij Advocati regij Parisiensis legitur *Nulli autem heredum eorum ac proheredum nec cuique persona &c.* cùm legendum sit *heredum meorum*, ut est in vetustissimo & optimo codice MS. sancti Albini Andegavensis & in utraque Burchardi editione, tum etiam apud Reginonem, ex quo Burchardus accepit, lib. 1. cap. 402. Ibid. c. 2.

PVBLICITER] Superiores editiones habent *publicitus*: Suriana excepta, quæ habet *publicè ter.* Exemplar Metense legit *publicester.*

ABEL] qui cathedræ Remensi præfuit. Ibid. c. 3.

ARDOBERTVM] Senonensis Ecclesiæ antistitem.

Tom. I. Pag. 155. c. 3. Pag. 161.

NEC HABITVM LAICOR.] Vide suprà in priori Capitulari Karlomanni cap. 7.

CAPITVLA APVD VERMERIAM] Præter ea quæ de capitulis istis dicta à nobis sunt in pagina 159. tomi primi Capitularium, heic admonemus mutilum ac mendosum esse exemplar Metense, ex quo Sirmondus illa edidit. quod manifestè patebit ex his quæ postea dicturi sumus.

Ibid. c. 1.

IN TERTIO GENVCVLO] Sirmondus edidit: *In tertio genu conjunctli separantur.* Codex Metensis habet: *In tertio genu dũ separantur.* pro quo legendum esse *genuculo* manifestum est. Error hinc ortus quòd interdum antiqui *genuculum* scriberent pro *genuculum*; ut in elencho capitulorum legis Bajuvariorum tit. 7. cap. 4. in codice Thuano *Si indumenta supra genucla elevaverit*, cùm alij veteres libri & editiones habeant *genicula*. Regino, qui caput istud describit in sua collectione, legit: *In tertio geniculo separentur.*

IN QVARTA CONIVNC.] Alexander III. in epistola ad Archiepiscopum Upsellensem & suffraganeos ejus: *dispensationis moderamine utentes, ut qui in quinto vel quarto gradu conjuncti sunt, eos non separetis.*

INDICAMVS] Codex Metensis habet *judicamus*, Regino *indicimus*. Nos maluimus *indicamus*, tamenetsi rectè heic legi quoque possit *judicamus*. Libro quinto Capitularium cap. 3. *hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam.*

DAMVS.] Sequitur postea in veteri exemplari, *nisi prius illis constituatur pœnitentia.* Sed ista clausula, quamvis antiqua sit, omissa est à Sirmondo, quia contraria est sententiæ capituli. Additam verò fuisse post tempora Reginonis colligi posse videtur ex eo quòd non extat in ejus collectione.

Ibid. c. 2.

MANET] Verbum obscœnum, quo significatur maris & feminæ conjunctio. Itaque Burchardus describens hoc caput, hanc vocem omisit, & pro ea reposuit *fornicatus fuerit.* Vide infrà cap. 17.

NISI VOL. SE ABSTINET] Hæc desunt apud Reginonem & Burchardum, qui pro his habent *si vult.*

Pag. 162. c. 3.

NEPTAM] Sirmondus ediderat *neptem.* Sed vetus exemplar habet *neptam.* Neptam pro nepte veteres dixisse patet ex libro septimo Burchardi cap. 22. quod sic legitur in codice Talonico: *Si quis neptam suam in conjugium duxerit.* Traditio LXX. sancti Galli apud Goldastum: *Diotpirt nepta illius.* Et alibi. Eginhardus epist. 34. *admonendum censui neptitatem vestram.*

NEPTAM SVAM] Labbeus in margine tomi sexti Conciliorum pag. 1657. admonet hæc duo vocabula abesse à codice Palatino bibliothecæ Vaticanæ. *& meritò*, inquit. *Nam in genere loquitur de quacunque uxore.* Verùm ex pœna heic adversùs Presbyterum constituta facilè colligitur observationem viri clarissimi non posse esse veram. Nulla quippe ecclesiastica regula Presbyteros qui uxores habent quas ante consecrationem suam duxerant removet à sacro ministerio, si eas sic habuerint tanquam non habentes. Pœna igitur depositionis heic adjecta est propter incestum admissum cum nepte. quod erat crimen atrocissimum, acriter ab Ecclesia semper vindicatum in laicis. Habet Ecclesia pœnas suas, ferrum excommunicationis adversùs laicos, depositionem seu degradationem, ut hodie loquimur, adversùs Presbyteros. *Nam unde laici excommunicantur, inde Presbyteri ab officio altaris submoventur*, ut ait Regino lib. 2. cap. 406. ex quodam Concilio Rotomagensi. Itaque sensus istius capitis hic esse debet. Si quis Presbyter neptem suam uxorem habuerit, quod nulli Christiano licet, multò minùs Presbytero, primùm ipsam à latere suo prorsùs removeat, deinde propter temeritatem suam decidat à gradu quem obtinet in Ecclesia. Vide canonem primum synodi Neocæsariensis. Tom. I.

FEMINA VELVM] Vide lib. 5. Capitular. cap. 180. Ibid. c. 4.

SINE CONVEN. VIRI] Labbeus reposuit heic in margine *conniventia.* quod idem est. quæ vox restituenda est literis Manassis Episcopi Aurelianensis de concordia Episcopi Autissiodorensis cum Herveo Comite Nivernensi editis in tomo secundo Galliæ Christianæ fol. 293. col. 1. *de partium amicabili convenientia.* Sic enim editum illic est, cùm in Chartulario Episcopi, ex quo prodierunt hæ literæ, scriptum sit *conniventia.* Vide lib. 5. Capitular. cap. 18.

SI QVA MVLIER] Caput istud relatum est ab Ivone par. 10. cap. 6. Gratiano 31. q. 1. cap. 6. Bernardo Præposito Papiensi in prima collectione Decretalium lib. 4. cap. 20. & à Raymundo in libro quarto Decretalium tit. 19. de divortiis. Mutilum autem est in codice Metensi & in editionibus, in quibus deest postrema clausula *Ipsa autem insidiatrix &c.* quam nos addidimus ex Reginone. Necessaria enim est. Pag. 163.

ET HOC PROBARE POTEST] Ita codex Metensis & Regino. Burchardus verò, ne ullum vestigium extaret furtorum suorum, ne quis noscere posset Reginonem à se compilatum esse, sic interpolavit hunc locum: *Et si hoc probare potest ille vir eam ream esse consilij, potest, ut nobis videtur, ipsam uxorem dimittere &, si voluerit, aliam uxorem accipere.* Ita etiam in hoc loco legit Ivo Carnotensis, qui haud dubiè accepit ex Burchardo. Ita etiam Gratianus & Bernardus Papiensis.

ET SI VOL. AL. ACCIPIAT] Burchardus *accipere*, alij *ducere.* Sed Ivo non habet hanc clausulam. Raymundus, ad mores seculi sui respiciens, addidit *post mortem uxoris*, atque ita scripsit in hoc loco: *potest ipse post mortem uxoris, si voluerit.* Si etiam Alanus vetus interpres, ut docet Antonius Augustinus in Notis ad primam collectionem. Verùm additio illa Raymundi superflua est & inutilis, & ratione non constat. Vide quæ nos in simili causa nuper diximus in Notis ad Gratianum pag. 545.

SI QVIS INGENVVS] Caput istud refertur à Gratiano 29. q. 2. c. 4. descriptum, ut apparet, ex Burchardo vel Ivone. Ibid. c. 6.

ANCILLAM VXOREM] Regino legit *ancillam alterius uxorem*, quod melius est.

PRO INGENVA] Regino: *& æstimat quòd ingenua sit.* Ita etiam Ivo. Burchardus levi mutatione, *& existimat quòd ingenua sit.*

POSTEA FVERIT INSERVITA] Ivo & Gratianus:

OM. I. Gratianus: *fuerit postea in servitute detecta.*

INSERVITA] Vide Notas ad caput 28. libri tertij Capitularium.

SI E. A. S. R. P. FACIAT] Hæc addita sunt ex Reginone.

LICEAT EI ALIAM ACCIPERE] Regino ac post eum alij, *aliam accipiat.* Sed apud Burchardum, post verbum *accipiat*, hæc adduntur: *Si autem servam eam sciverat & collaudaverat, post ut legitimam habeat.* Ea verò neque in libro Metensi extant neque apud Reginonem. Habentur tamen apud Ivonem, sed ex Burchardo descripta, ut opinor.

Ibid. c. 7. SED MELIVS EST] Tota hæc clausula deest apud Reginonem.

Pag. 164. c. 9. AVT SEN.... SECVTVS FVERIT] Ista non extant apud Burchardum. Ivo quoque illa omisit par. 8. cap. 189. quia Burchardum describebat. Ita etiam Gratianus.

FIDEM MENTIRI] Regino, *fidelitatem promissam mentiri.*

NAM ILLE VIR EIVS] Apud Reginonem & Burchardum: *Ille verò qui necessitate &c.*

IN ALIVM LOCVM FVGIT] Regino & Burchardus, *in alia patria manet.* quod videtur rectius.

SI NVN. I. S. P. S. R. SPERAT] Hæc addita sunt ex Reginone & Burchardo.

ABSTINERE] Regino & Burchardus, *continere.*

CVM POEN. P. ACCIPERE] Regino & Burchardus: *accipiat, tamen cum pœnitentia.*

Ibid. c. 10. SI FILIVS CVM NOV.] Caput istud refertur à Gratiano 32. q. 7. c. 24. ex Concilio Triburiensi, ubi non extat. Rectè Regino, qui citat ex Vermeriensi.

VXORE PATRIS SVI] Hæc non extant apud Reginonem, & videntur in textum translata esse ex nota quadam interlineari. Iisdem carent Burchardus & Gratianus.

SED ILLE VIR] Regino: *Si vir ejus sic vult, potest aliam accipere, si se continere non potest.* Ita etiam Burchardus; nisi quòd in initio istius periodi legit: *sed vir ejus potest, si vult, aliam &c.*

Ibid. c. 11. QVI DORMIERIT] Refert hoc caput Gratianus 32. q. 7. c. 21. sed locum non indicat ex quo descriptum est. Regino citat ex Concilio Vermerienſi, Burchardus ex Concilio Aurelianensi cap. VI. Sic etiam Ivo par. 9. cap. 69.

NEC ILLA ADVLTERA] Sequentium verborum sensum sic reddidit Regino: *nec ipsi adulteri unquam conjugio copulentur.* Hinc ergo orta est lectio quæ extat apud Burchardum, Ivonem, & Gratianum.

Ibid. c. 14. EPISCOPIS AMBVLANTIB.] id est, vagantibus, ut est in capite 13. synodi Vernensis.

ITERVM CONSECRENTVR.] Vide lib. 6. Capitular. cap. 81.

Ibid. c. 17. SE RECLAMAVERIT] Regino, *se proclamaverit.* Ita etiam Burchardus & Ivo. Eginhardus epist. 9. *Locum ei facias ad Dominum Imperatorem se reclamare.*

MANSISSET] *coisset* apud Reginonem & alios. Vide quæ paulò antè dicta sunt ad caput secundum istius synodi.

AD CRVCEM] De judicicio crucis vide lib. 1. Capitular. cap. 102. & quæ illic à nobis adnotantur. TOM. I.

SI SERVVS ET ANCILLA] Ita restitutum est ex Reginone, cùm in superioribus editionibus & in codice Metensi legatur: *Si servus aut ancilla.* Pag. 165. c. 19.

QVI VXOREM] Regino caput istud refert ex Concilio Vermerienſi, Burchardus *ex Concilio Remensi cap. 3.* Concilio quoque Remensi tribuunt Ivo par. 8. cap. 184. & Gratianus 33. q. 5. c. 10. Burchardum, ut apparet, describentes. Pag. 166. c. 21.

ACCIPIAT] Post ista Burchardus addit, *sed similiter convertatur.* quæ non extant apud Reginonem. Itaque qui ea habent Ivo & Gratianus, acceperunt ex Burchardo. Puto autem hanc clausulam hoc additam à Burchardo, pro more suo, ut fontes turbaret ex quibus suos rivulos derivaverat.

ALIA CAPITVLA] Descripta sunt ex Reginone, ut fert titulus, in libro secundo de ecclesiasticis disciplinis. Eadem habentur inter capitula apud Compendium promulgata anno DCCLVII. licèt aliis utplurimùm verbis. Quod suspicionem facere posset illa per errorem tributa synodo Vermerienſi fuisse à Reginone, nisi compertum haberemus nota quoque illi fuisse decreta synodi Compendiensis. Immo cùm in capite 125. libri secundi retulisset caput 21. Vermerienſe, statim capitula tria describit *ex decreto apud Compendium.* qui est antiquus capitulorum Compendiensium titulus. Quod ostendit Reginonem bene sciviſſe quæ fuerint statuta synodi Vermerienſis, quæ verò Compendiensis. Nam & in capite 244. ejusdem libri, post allatum caput 17. Vermerienſe, in sequenti capite, quod est synodi Compendiensis, non scripsit in titulo *Ex eodem*, ut solet cùm significare vult constitutionem quæ sequitur sumptam esse ex eodem loco ex quo descripta erat ea quæ antecedit, sed *De eadem re.* Certum est præterea exemplar synodi Vermerienſis quod extat in codice sancti Vincentij Metensis, esse imperfectum ac mendosum, uti suprà observavimus. Nam etiam titulus & præfatio desunt & nota anni quo synodus illa celebrata est. Adde quòd Regino, diligens & accuratus scriptor, duo capita refert synodi Vermerienſis quæ non habentur in Compendiensi, nimirum duo ultima istorum capitulorum; & quæ heic habentur quæ in synodo quoque Compendiensi referuntur, ea multùm inter se diversa sunt, ut mox ostendam; adeóque tamenetsi eundem sensum habent, diversis temporibus condita fuisse videntur.

SI QVIS CVM VXORE] Sensus istius capitis habetur in capite octavo synodi Compendiensis. Sed verba sunt admodum diversa. Burchardus, pro more suo, fontes turbavit ex quibus suia accepit, ut paulò antè dicebamus. Itaque caput istud retulit, non ex Concilio Vermerienſi, sed ex Triburienſi. Pag. 165. c. 1.

SI QVIS SPONSAM] Et hoc quoque caput multùm diversum est à capite decimo capitulorum Compendiensium. Burchardus refert ex eodem Concilio Triburiensi. Ibid. c. 2.

SI QVIS FILIASTRVM] In hoc capite non est magnum discrimen cum capite duodecimo Ibid. c. 3.

Tom. I. synodi Compendiensis. Burchardus describit ex Concilio apud Vermeriam.

Ibid. c. 4. SI QVIS CVM MATRE] Magnum prorsùs discrimen intercedit in hoc loco inter caput istud & caput 14. synodi Compendiensis. Burchardus refert ex Concilio apud Vermeriam.

Ibid. c. 5. SIMILITER ET DE DVAB.] Extat istius capitis sensus in capite 15. Compendiensi. Sed verba sunt utplurimùm diversa.

Pag. 166. c. 6. SI QVI PROPTER] Extat in capite 18. Compendiensi, ubi sunt quædam dissimilia. Non inveni apud Burchardum.

Ibid. c. 7. SI QVIS INCESTVM] Maxima differentia est inter verba capitis 19. Compendiensis & ista.

A PIPPINO R. ET AB EPISCOPIS] Lullus Archiepiscopus Moguntinus in epistola centesima inter Bonifacianas, data, ut fert titulus, *ad Pontificem Maximum*, (Quamquam ego faciliùs crediderim datam ad Fulradum Archicapellanum Pippini Regis, vel ad quendam eorum Episcoporum qui huic synodo Vernensi interfuerunt) hæc capitula ab Episcopis & Pippino Rege cum optimatibus suis constituta fuisse scribit. *Sancta & regularia instituta*, inquit, *canonica auctoritate confirmata tam Episcoporum nostrorum venerabilium quàm etiam Domini nostri Regis Pippini consiliatorúmque ejus manifesta ratione scimus conservanda.* Tum statim describit verba capitis octavi istius synodi. Vnde interim discimus huic conventui, quemadmodum in superioribus observatum fuerat, interfuisse consiliarios Pippini, adeóque synodum regiam fuisse. Sanè magna pars istorum capitulorum ab auctoritate regia fluxit. Inter ea tamen nonnulla sunt quæ non à Rege, sed ab Episcopis sancita sunt; sicuti factum videmus in capitulis Francofordiensibus.

Pag. 167. INCIPIT CONCILIVM] Hic est titulus capitulorum synodi Vernensis in codice Metensi.

NON CONGRVIS] Sic edidit Surius, atque ita legitur etiam in codice Metensi & in Vaticanis à Labbeo laudatis, tum etiam in editione Veneta & in Biniana. Itaque vox *non* excidit haudubiè typographis in editione Sirmondi. Scrupulosi autem hèic fuerunt posteriores editores, flagitium committi putantes si lectio tanti viri mutaretur, non distinguentes inter lectiones judicio constitutas & menda librariorum.

VERNIS] Ita legitur in codice Metensi & in editionibus quæ ante annum MDCXXIX. prodierunt. Sirmondus maluit *Verno*. Sanè in præfatione Concilij Meldensis & apud Lupum Ferrariensem legitur *in Verno*.

RECVPERARE CVPIENS] Capitulare primum Karlomanni: *ut mihi consilium dedissent quomodo lex Dei & ecclesiastica religio recuperetur.* Capitulare Suessionense anni DCCXLIV. cap. 1. *quomodo lex Dei & ecclesiastica regula recuperetur.*

Pag. 169. c. 1. CONSTITVIMVS] Verba sunt Pippini Principis, cujus auctoritate Episcopi per civitates constituti fuerant, ut legitur in capite tertio Capitularis Suessionensis. Quæ nostra interpretatio confirmatur ex capite quarto istorum capitulorum, ubi Princeps ait: *Episcopi quos modò vice Metropolitanorum constituimus.* & capite sequenti: *illi quem Metropolitanum constituimus hoc innotescat.* Hæc verò Metropolitanorum institutio reperitur in eodem capite tertio Capitularis Suessionensis. Tom. I.

SYNODVS] Marca lib. 6. de concordia cap. 24. §. 5. & 8. ait hunc capitis istius sensum esse, ut quæ prima synodus heic vocatur, regia intelligatur, quæ non solùm ex Episcopis constabat, sed etiam ex optimatibus regni; alia ecclesiastica, cui intererant cum Metropolitanis Episcopi, Abbates, & Presbyteri. In prima condebantur omnium suffragiis statuta ad disponendam politiam ecclesiasticam & civilem, quæ postea confirmabantur à Rege. Altera verò ad hoc tantùm congregabatur ut veterum canonum custodiam curaret, hominum vitia corrigenda esse perdoceret. Ibid. c. 4.

VBICVNQVE VOLVERIT] In palatio habitas vulgò synodos istiusmodi patet ex pluribus locis, præcipuè verò ex canone septimo Concilij in Andemantunno Lingonum congregati anno DCCCLIX.

VT MONASTERIA] Vide Capitulare anni DCCLXXIX. cap. 3. & Capitula edita in tomo nono Spicilegij Dacheriani pag. 64. cap. 11. Ibid. c. 5.

PVLSATORIO] id est, in loco ubi constituta est eatum habitatio quæ noviter habitum religionis susceperunt, & nondum velatæ sunt, neque professionem regulatem fecerunt. Vide lib. 1. Capitular. cap. 69. Pag. 171. c. 6.

PVBLICVM BAPTISTERIVM] Non omnes Ecclesiæ habebant baptisteria, sed antiquæ tantùm. Novæ, id est, oratoria sive capellæ, non habebant, nisi ex privilegio proprij Episcopi. Vide Notas ad Capitulare anni DCCCIV. cap. 2. Ibid. c. 7.

VT OMNES PRESBYTERI] Ad hanc constitutionem respicit, uti diximus, Lullus Archiepiscopus Moguntinus in epistola mox laudata. Ait enim: *Cognita enim canonum auctoritate decrevistis ut omnes Presbyteri qui in parochia sunt, sub potestate Episcopi esse debeant, & ut nullus eorum præsumat in ejus parochia aut baptizare aut Missas celebrare sine jussione Episcopi, & ut omnes Presbyteri ad Concilium Episcopi conveniant.* Extat hoc caput in libro quinto Capitularium cap. 60. Ibid. c. 8.

SECVNDVM CAN. INSTITVT.] Lullus ibidem: *Sed cùm nec ita emendatus pœnitere de præteritis voluit, novissimè secundùm canonicam institutionem vestram excommunicatus est à me.*

SI QVIS PRESBYTER] Titulus istius capitis hic est in exemplari Metensi & in antiquis editionibus: *De modis excommunicationis tam de Clericis quàm de laicis.* Ibid. c. 9.

CVSTODIAT] Sequitur postea in codice Metensi & in editionibus quæ Sirmondicam antecesserunt: *De his qui excommunicationem parvipendunt.* Deest autem hoc lemma in editione Sirmondi, in regia, & in novissima Parisiensi. Pag. 172. c. 9.

VELATIS] Abest hæc vox à codice Metensi & ab omnibus antiquis editionibus. Sirmondus illam addidit. Omitti autem potest absque ullo incommodo. Pag. 173. c. 11.

CLERICOS] Titulus istius capitis hic est in eodem codice Metensi & in antiquis editionibus: *De non suscipiendis alterius Ecclesiæ Clericis, & de susceptoribus eorum, absque literis commenda-* Ibid. c. 12.

Tom. I. *titiis.* Addunt autem in initio: *Ex synodo Chalcedonensi capite decimo nono.*

Reverti Ecclesiam.] In codice Palatino bibliothecæ Vaticanæ ſtatim additur ſequens clauſula, *eodem ordine qualiter fuit.* Verùm quia illa non extat in canone vigeſimo Concilij Chalcedonenſis, ex quo ſumptum eſt hoc caput, neque in codice Metenſi, neque demum in editionibus, viſum eſt eam debere omitti ut inutilem ac ſuperfluam ac canoni adjectam ab homine imperito.

Ibid. c. 13. De Episcopis vagantib.] id eſt, *ambulantibus per patrias*, ut habetur in capite 14. capitulorum Vermerienſium; qui alibi vocantur Epiſcopi ignoti. Labbeus admonet in margine hujus loci alibi legi *vacantibus.* Donationes Eccleſiæ Saliſburgenſis apud Caniſium tomo ſexto lectionis antiquæ pag. 1155. *Vnum vacantem Episcopum nomine Liuti ibidem advocavit, qui ipsam discordiæ Ecclesiam consecravit.* Verùm quia iſte Epiſcopus vacans iſta tentaverat præter auctoritatem Virgilij Epiſcopi Iuvavenſis, in cujus diœceſi ſita erat Eccleſia noviter dedicata, iſte *excommunicavit eam*, id eſt, vetuit ne ullum illic divinum officium peragereretur. Alij ſunt Epiſcopi vacantes in canone XVI. Concilij Antiocheni.

Nec scimvs ord. eor.] Antiquæ editiones, *nec ſcimus de ordinatione eorum.* Codex Metenſis, *nec ſcimus eorum ordinem qualiter fuit.* Senſus hic eſt: *nec ſcimus utrum verè Episcopi ſint.* Vide Notas ad Gratianum pag. 478. & quæ infrà dicuntur ad caput ſeptimum additionis tertiæ.

Pro itineris causa.] Quia peregrino Epiſcopo locus ſacrificandi dandus, ut ſcriptum eſt in capite 312. libri ſexti Capitularium, & lib. 7. cap. 189. Sed nihil præterea præſumere, debet in aliena diœceſi abſque permiſſu & auctoritate Epiſcopi proprij; ut habetur lib. 6. Capitular. cap. 86.

Ibid. c. 14. Quia persvasvm] Caput iſtud non extat in codice Metenſi, ubi in hoc loco hæc tantùm leguntur: *De die dominico requiretur in illo ſynodo*, id eſt, ut opinor, in Aurelianenſi tertia, ex qua caput hoc ſumptum eſt. Extat tamen in omnibus editionibus & in libro ſeptimo Capitularium. Ad illud autem reſpexit Karolus M. in capite 79. Capitularis Aquiſgranenſis anni 789. *ſicut & bonæ memoriæ genitor meus in ſuis ſynodalibus edictis mandavit, quòd nec viri ruralia opera exerceant &c.*

Svperstitionem] Hæc vox non extat in editionibus Conciliorum, & addita eſt ex libro ſeptimo Capitularium.

Arato] Surius, *aratione.*

Pag. 174. c. 16. Vt clerici] Veteres editiones habent in fronte iſtius capitis: *Ex ſynodo Chalcedonenſi capitulum tertium.* Codex Metenſis: *Ex ſynodo Calcedonenſe capitulo i ij.* Eſt autem epitome tantùm & ſenſus canonis.

Vel abbate.] Hæc non habentur in canone Chalcedonenſi, neque in antiquis editionibus. Addita ſunt à Sirmondo ex codice Metenſi,

Ibid. c. 17. Vt post mortem] Veteres editiones habent in fronte iſtius capitis: *Ex ſynodo Chalcedonenſi capite vigeſimo quarto.* Rectiùs codex Metenſis: *Ex canone Calcedonenſe capitulo xxv.* Tom. I. Sumpta enim eſt ſententia ex canone 25. ſynodi Chalcedonenſis. Sed poſtrema clauſula iſtius capitis non habetur in canone Chalcedonenſi, quæ petita videtur ex canone 19. ſynodi Neocæſarienſis, in quo ita ſcriptum eſt: *Epiſcopus præter ſynodum & præſentiam Metropolitani nullatenus ordinetur.*

Proximo synodo] Editiones, *ad proximam ſynodum.* Nos ſecuti ſumus lectionem quæ eſt in libro Metenſi.

In alia synodo] Ex hoc & ſequenti Ibid. c. 20. capite patet non extare nunc omnia Capitula ſynodalia Pippini Regis. Certè in hac quoque Vernenſi ſynodo nonnulla ſtatuta ſunt quæ in ea minimè leguntur, nimirum de his qui res eccleſiaſticas verbo Domni Regis tenent, & de Preſbyteris qui vicos vel Eccleſias tenent, ut colligitur ex capite quatto & quinto Capitularis Metenſis.

De peregrinis] Vide Capitulare Metenſe cap. 6. Pag. 175. c. 22.

Sportvlas contradictas] Surius Ibid. c. 25. addit in margine, *id eſt, vetitas.* quam explicationem retinuerunt omnes editores præter Sirmondum. Codex Metenſis pro *ſportulas contradictas* habet *ſportulis contradictis.*

Ivstitia evacvatvr] Vide legem Bajuvariorum tit. 2. cap. 17. & Caſſiodorum lib. 7. Variar. cap. 1.

Capitula quinque quæ ſequuntur Sirmondus Ibid. c. 26. omiſit in ſua editione, quia extabant in Capitulis de alia ſynodo, & quia deerant in codice Bellovacenſi. Sed illa edenda etiam eſſe inter capitula ſynodi Vernenſis argumento ſunt antiquæ editiones, in quibus habetur initium capitis XXIX. Præterea hæc quinque capitula habentur inter Vernenſia in codice Metenſi, & in Palatino bibliothecæ Vaticanæ, ut monuit Labbeus in margine tomi ſexti Conciliorum pag. 1660. & in fine paginæ 1669. Certè non eſt eadem editio quæ legitur in Capitulis de alia ſynodo.

Exclvsos] Leg. *excluſas.*

Tam pvblici] Surius addidit in margine, *for. laici.* Pag. 176. c. 29.

Capitvlare Metense] Capitulare Pag. 177. iſtud ut adſcriberem anno DCCLVI. hæc res fecit quòd ex capite quarto conſtet datum fuiſſe poſt ſynodum Vernenſem, & quia in annalibus Francorum Metenſibus videbamus Pippinum à bello abſtinuiſſe eo anno, & interiora regni ſui pacificè ordinaſſe, id eſt, ut ego interpretor, leges tuliſſe ad ſanciendam publicam concordiam. Hæc ſunt verba annalium: *Anno dominicæ incarnationis* DCCLVI. *Pippinus Princeps interiora regni ſui pacificè ordinans tam in eccleſiaſticis rationibus quàm & in publicis negociis & privatis, in nullam partem exercitum duxit.* Horum porrò Capitulorum tria manuſcripta exemplaria habuimus, unum vetus ex codice ſancti Vincentij Metenſis, alia duo ſcripta manu Sirmondi. Hinc ergo illa emendavimus & ſupplevimus. Metenſe autem vocavimus, quia ita placuit quibuſdam qui ante me ſcripſerunt. Nondum enim mihi conſtat de loco ubi iſta Capitula edita ſunt.

Bona persona] Ianus à Coſta in Decretales pag. 44. conjicit hæc per bonam perſonam Ibid. c. 2.

Tom. I. intelligi majorem Clericum, sive (ut idem ait pag. 117.) Clericum quodam honore præditum, ut Decanos illos qui singulis decuriis signorum præsident.

Pag. 179. Incipit decretvm] Hic est titulus istius synodi in codice Metensi. Vetustum autem esse ostendit etiam Regino, qui lib. 2. cap. 126. caput tertium horum capitulorum refert *ex decreto apud Compendium*. Burchardus lib. 9. cap. 47. in veteri codice S. Albini Andegavensis *ex decretis apud Compendium cap.* 6. Ivo par. 8. cap. 185. *ex Concilio apud Compendium capitulo vj.* Gratianus 33. q. 5. cap. 3. *ex Concilio apud Compendium*. Vide Notas ad Gratianum pag. 550.

Pag. 181. c. 1. Si in qvarta] Vide Capitula Vermetiensia cap. 7.

In tertia vero] Hinc emenda caput 13. Theodori Cantuariensis in tomo IX. Spicilegij Dacheriani pag. 54. ubi legitur: *In tertia provincia non licet uxorem alterius post obitum ejus habere.* ubi pro *provincia* legendum est *progenie.*

Ibid. c. 5. Sperat] id est, credit. Vide suprà in Notis ad legem Bajuvariorum tit. 16. cap. 1.

Pag. 182. c. 6. De seniore svo] Regino legit: *à seniore suo in alia provincia.*

Ipse senior] Hæc addita sunt ex codice Metensi, quæ extant etiam apud Reginonem.

Et dimissa illa] Regino: *Et cùm ille senior durè ageret contra eum, dimissa conjuge reversus est ad parentes &c.*

Et modo habet eam] Hæc non habentur apud Reginonem.

Ibid. c. 7. Si qvis vxore] Operæ pretium est describere hoc caput ex collectione Reginonis, ubi sic legitur. *Si quis uxorem accepit, & eam contaminatam inveniens dereliquit, & aliam accepit, statutum est ut omnimodis ad priorem revertatur: quia & ipse, quando illam accepit, potest fieri ut virgo non esset; nec mulier lege viri tenetur quousque marito conjungatur. Illa quam postea accepit, nubat cui vult.*

Ibid. c. 9. Impositione tamen] Hæc & quæ deinceps sequuntur in hoc capite, non habentur in libro Metensi. Addita igitur à Sirmondo sunt ex libro quinto Capitularium, ubi extant.

Pag. 183. c. 11. Georgivs] Codex Metensis, *Lorius*. Item infrà cap. 13.

Ibid. c. 12. Georgivs consensit] Hæc non extant in libro Metensi, & addita à Sirmondo sunt ex libro quinto Capitularium. Non extant etiam apud Reginonem, neque apud Burchardum, neque demum apud ceteros collectores. Desunt quoque apud Fulbertum.

Pag. 184. c. 19. Tria capita quæ sequuntur, omissa à Sirmondo sunt, tametsi extarent in codice ex quo ille capitula Compendiensia edidit, quoniam, ut ipse ait, superiùs primo loco posita sunt in capitulis synodi Metensis. Verùm nos sic arbitrati sumus, non sine causa descripta illa fuisse etiam inter capitula synodi Compendiensis in codice Metensi, præsertim cùm Labbeus in notis marginalibus tomi sexti pag. 1660. & 1697. nos doceat eadem in codice Palatino bibliothecæ Vaticanæ tribui Concilio Compendiensi. Ceterùm dissimilia alicubi sunt hæc tria capitula Compendiensia ab editione quæ extat inter capitula synodi Metensis. Præter hæc tria capitula, quartum quoque legitur in codice Metensi *Quia persuasum est populis.* Sed quia illud videbamus tale in synodo Vernensi descriptum esse quale hoc loco legitur, illud ob eam causam heic omisimus, tum etiam quia non legebamus extare in eodem codice Palatino. Tom. I.

Apostolicæ sedis.] Hæc sic distincta sunt in codice Laudunensi & apud Burchardum & Ivonem, cùm in libro septimo Capitularium postrema ista verba conjungantur cum sequentibus. Magnum autem inter utramque lectionem discrimen est. Nam in libro septimo Capitularium Karolus ait se constituisse hæc capitula hortatu apostolicæ sedis; heic verò se vocat adjutorem apostolicæ sedis; deinde constitutiones fert consulto consiliariorum suorum, absque ulla mentione interventionis apostolicæ sedis. Sic Capitulare anni 779. factum est absque hortatu apostolicæ sedis, item constitutio de emendatione librorum & officiorum ecclesiasticorum. Capitulare item anni 789. factum est cum consilio Episcoporum & optimatum regni. Nulla sedis apostolicæ inter hæc mentio. Idem dicendum de Capitulari Saxonum anni 797. Fortiùs urgent capitula addita ad legem Longobardorum anno 801. quæ cùm lata fuerint in Italia, ac fortè sub oculis Leonis III. Romani Pontificis, nullam tamen apostolicæ sedis mentionem faciunt. Infinitum esset omnia persequi. Sufficiant de exemplis illa quæ diximus. Sincerior itaque videtur lectio quam nos heic retinuimus. Ad Karolum namque cum hereditate paterna transierat defensio Romanæ Ecclesiæ, quam ille filiis ac posteris suis hereditariam reliquit, ut pluribus ostendit Marca in libro primo de concordia cap. 12. Itaque Ludovicus & Lotharius ad Eugenium II. scribentes infrà pag. 646. aiunt se debitores existere ut huic sanctissimæ sedi in quibuscunque negotiis auxilium ferre debeant, respicientes, ut opinor, ad initium istius nostri Capitularis. Ioannes VIII. in epistola XLVII. ad Imperatorem ait eum à majestate superna concessum esse potentem & strenuum adjutorem sanctæ Ecclesiæ. Pag. 189. c. 2.

Adivtor ap. sedis] Certum est adjutorium quod Karolus apostolicæ sedi & Romanis Pontificibus tulit, immortalem illi gloriam peperisse. Agnoscunt istud lubenter etiam ipsi Romani Pontifices; neque in animum cujusquam eorum intravit contumeliosa in maximum Principem Valdesij cogitatio, qui capite 20. operis de dignitate Regum regnorúmque Hispaniæ §. 15. ait illum, cùm pro libertate sedis apostolicæ laboravit, *non tam pro aris & focis Ecclesiæ dimicasse quàm quòd sua interesset*; immemor videlicet summorum ejus in Ecclesiam meritorum, ingratus etiam adversùs memoriam hominis absque quo fortassis Christianismus olim prorsùs extinctus in Hispania fuisset, uti jam observatum est à viro eruditissimo.

Epistola ad offam] Edita est à Spelmanno in tomo primo Conciliorum Angliæ pag. 305. ac licèt eam retulerit ad annum 792. in pagina tamen sequenti rectè adnotavit eam videri datam anno 774. quo Longobardi & Saxones Pag. 191.

TOM. I. devicti à Karolo sunt, ut legitur in vetustis annalibus. Corrigenda igitur est inscriptio quæ extat in tomo septimo Conciliorum pag. 1131. ubi ita legitur: *Epistola Caroli Magni Regis ad eundem. Mittit in Britanniam Concilium Nicænum secundum.* Nulla enim ibi mentio Concilij Nicæni neque controversiæ de imaginibus.

Pag. 195. CAPITVLARE ANNI DCCLXXIX.] Istius Capitularis octo antiqua exemplaria habuimus, unum è bibliotheca Vaticana, alterum ex bibliotheca Ecclesiæ Albiensis, tertium ex veteri codice qui fuit monasterij sancti Remigij Remensis, quartum ex libro sancti Vincentij Metensis, quintum ex bibliotheca Thuana, sextum ex Bigotiana. Septimum nobis suppeditavit bibliotheca collegij Claromontani Societatis Iesu, quod propterea Parisiense vocamus. Octavum, quod est omnium antiquissimum, ad nos missum est ex monasterio sancti Galli in Helvetia. In codice porrò Metensi & in Palatino sive Vaticano Capitulare istud conlocatur inter Capitularia quæ Karolus M. condidit posteaquam Imperatoris nomen assumpsit, nimirum post Capitulare tertium anni undecimi & ante Capitula data Bononiæ anno duodecimo.

COMITIBVS] Hæc vox deest in codice Palatino & in Albiensi & in libro tertio legis Longobardorum. Codex Parisiensis habet: *viris que illustribus, una cum Comitibus.* Quo etiam modo legitur in Additione quarta Capitularium.

Ibid. c. 1. DE METROPOLITANIS] Vide epistolam Adriani I. ad Bertherium Episcopum Viennensem, quam Petrus à sancto Iuliano edidit in libro de antiquitatibus urbis Matisconensis pag. 272. extátque etiam in Chronico Hugonis Flaviniacensis pag. 109. ac demum in tomo sexto Conciliorum pag. 1888.

Ibid. c. 3. QVÆ REGVLARIA] Retinuimus vulgatam lectionem, quam exhibent etiam codices Palatinus & Metensis. Remensis, Albiensis, Sangallensis, & Bigotianus habent *qui regularet.* Thuanus habet, *que regularet.* Parisiensis: *Vt monasteria que sub regula fuerunt.* Vide Capitulare anni 755. cap. 5. 6.

RESIDEAT.] Hic est finis istius capitis in omnibus antiquis exemplaribus & in editione Viti Amerbachij, tum etiam in Additione quarta Capitularium, & in libro tertio legis Longebardorum. Goldastus Amerbachianam editionem expressit. In Sirmondica additur, *& duo monasteria non habeat.* quæ huc translata videntur ex capite sexto synodi Vernensis.

Pag. 196. c. 4. DE PRESBYTERIS] Codex Sangall. *de Presbyteris, Diaconibus, & Clericis.*

SECVNDVM CANONES] Pro his vocibus codex Thuanus habet *ad corrigendum.* Sic etiam in Palatino.

Ibid. c. 5. VT EPISCOPI] Caput istud ita ut à nobis editum est legitur in antiquis codicibus. Sirmondi editio post vocem *emendandi* addit, *& si aliquis eos defendat, ut non adpræsententur, cum sua lege emendet.* Rursum in Additione quarta nonnulla heic adduntur quæ non habentur in Capitulari.

Ibid. c. 6. IN ALIQVO GRADV.] Codex Parisiensis & Additio IV. *ad aliquem gradum.* Codex Albiensis, *in alio loco.* Sirmondus addit, *sine commeatu Episcopi.* Sed hæc in nullo eorum exemplarium reperiuntur quæ nos vidimus, nec in editione Bavarica, neque demum in Additione quarta. TOM. I.

VT HOMICIDÆ] Variant in hoc capite editiones. Aliter enim heic legitur quàm habeatur in Additione quarta; rursum editio quæ est in Additione non est similis ei quæ extat in libro quinto Capitularium cap. 193. In libro secundo legis Longobardorum tit. 40. cap. 2. scriptum est uti nos edidimus, nisi quòd pro *excusentur* illic legitur *excutiantur*, non solùm in editionibus, sed etiam in duobus antiquis codicibus manuscriptis bibliothecæ regiæ. Pag. 197 c. 8.

VT HOMICIDÆ] Sequens glossa est addita in margine legis Longobardorum in codicibus regiis. *Scilicet vel ille qui dominum suum occiderit, vel uxor quæ maritum, vel qui contra animam Regis cogitaverit, vel qui foris provinciam fugere temptaverit, vel in consilio conventu regali scandalum fecerit, hi omnes per manus bonorum hominum abstrahi debent, ut præcipitur l. Si quis ad Ecclesiam Dei confugium fecerit.* Lex ad quam respicit auctor glossæ extat in libro primo Capitularium cap. 134. & lib. 5. cap. 93.

DE INFRA EMVNITATEM] *id est, qui faciunt furtum infra emunitatem. vel al. i. abstraant de emunitate*, ut habet glossa interlinearis in uno codice regio. Ibid. c. 9.

ILLI IVDICES] *scilicet sub quorum regimine ipsa est emunitas*, ut habet glossa interlinearis in altero codice regio. Confirmat hanc glossam lectio istius capitis quæ extat in libro quinto Capitularium cap. 195. *Vt latrones de infra emunitatem à judice ipsius emunitatis in Comitio placito præsententur.*

LEGIB. C. Q. INI. FECERIT] Codex Palatinus & Metensis: *hominem quem insultè interfecit secundùm &c.* Vide Capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 9. Ibid. c. 11.

DOMNVS PIPPINVS REX] Addita ista sunt ex codice Albiensis Ecclesiæ. Ibid. c. 11.

IN SVIS PLACITIS] Codex Vaticanus, itémque Metensis, Thuanus, Sangallensis, & editio Bavarica, habent *in sua placita.*

DE TRVSTE] Opinor caput istud esse mutilum. Sic enim legitur in libro tertio legis Longobardorum tit. 4. cap. 2. *De truste facienda, ut nemo præsumat ad nos venienti mansionem vetare, & qua necessaria sunt, sicut vicino suo ei vendat.* Pag. 198. c. 14.

TRVSTE] *id est, servitio regali*, ut habet glossa interlinearis in codicibus regiis. Aliæ glossæ relatæ in glossario Lindenbrogij: *Truste facienda id est caballicata.* Et Nicolaus Boherius adnotavit ad hunc locum: *Expone de truste faciendo, id est, de regali servitio faciendo.*

GILDONIA] Ita codex Albiensis & Sangallensis & editio Sirmondi. Bavarica & Basileensis & codex Metensis *geldonia*, Bigotianus *gildunia*, Remensis *ghildunia.* In libro primo legis Longobardorum tit. 17. cap. 7. *De sacramentis per gildoniam.* ubi glossa interlinearis addit, *id est illicita collectione.* Thomas Reinesius in epistola 86. ad Daumium collectas hominum in legibus Karoli junctis synodo Bavaricæ aitesse *coetus, fratrias, sodalitates seu gildas contra raptores.* Ibid. c. 16.

Tom. I. ELEEMOSYNIS] In lege Longobardorum legitur *alimoniis*. quod idem est in hoc loco.

Ibid. c. 18. FORBANNITI] Editio Bavarica *furmannisi*. Quo etiam modo habet Heroldus.

FVERVNT.] Codex Sangallensis & editiones Bavarica & Basileensis, *præsumat*.

Ibid. c. 19. DE MANCIPIIS] Plerique veteres habent, *De mancipia quæ &c.*

FORAS MARCHAM] Codex Albiensis, *foras mercato*. malè, ut opinor. Sed tamen monendus fuit lector.

Ibid. c. 20. DE BRVNIAS] Ita in vetustis exemplaribus scriptum vidi. Amerbachius & Heroldus ediderunt *prunias*. quod idem est. Codex Albiensis habet: *Vt nullus brunias foras nostro regno vendere non præsumat*.

Ibid. c. 21. MISSOS NOSTROS] Hæc est lectio libri Thuani. Amerbachius & Heroldus ediderunt *Missum nostrum*. Codices Palatinus & Metensis, *Misso nostro*. Sic etiam in Albiensi. Vox *nostro* deest in Remensi & in Bigotiano.

SONIARE] vetus glossa in uno codice regio legis Longobardorum, *id est curare*. In alio, *scilicet inquirere vel investigare*. Falsa, ut opinor, utraque interpretatio. Nam vocem istam explicare videtur Princeps in postrema parte istius capitis.

SONIARE FACIAT] In libro quinto Capitularium & in Additione quarta, *de suis exsæniis serviat*.

Pag. 199. c. 22. MAIVS DAMNVM] Remensis, Metensis, & Bigotianus, *major damnus*. Sangallensis, *major damnum*.

Ibid. DECRETALE PRECVM] Rectè monuit Sirmondus ista conjungi debere cum Capitulari anni undecimi. Nam præterquàm quòd in codice Palatino & in Metensi conjunguntur cum illo Capitulari, in libro quinto Capitularium & in Additione quarta sequuntur statim post caput XXIII. ejusdem Capitularis. Itaque dubium non est quin referri debeat ad annum DCCXXIX. Ad hanc porrò constitutionem respicit hauddubiè capitulum XXIII. Francofordiense.

CONVENTV] In codicibus Palatino & Metensi legitur *consensu*.

TAM EP. MO. ET MON. A. CANONICI] Hæc desunt in antiquis exemplaribus Metensi & Palatino. Sanè necessaria non sunt.

AVT VALENTEM] Et hæc quoque desunt in eisdem codicibus.

PRO ISTA STRICCITATE] In codice Metensi legitur *pro isto inter se instituto*. Ita etiam in Vaticano, nisi quòd *instatuto* illic habetur.

Pag. 200. AVT TRES] Ista etiam non leguntur in codicibus mox laudatis.

DONENT IN ELEEM.] Etiam ista non extant in eisdem exemplaribus.

IPSAS BIDVANAS] Rursum hæc desiderantur in eisdem codicibus.

SINT COMPLETA] In eisdem vetustis exemplaribus legitur, *sit completum*.

Pag. 207. CAPITVLARE BAIVVAR.] Primus hæc octo capitula edidit Ioannes Tilius, ac post eum Canisius & Velserus, deinde alij. Animus autem primò fuerat illa rejicere in annum DCCCVI. quo Karolus M. regni divisionem instituit inter filios suos Karolum, Pippinum, & Ludovicum, quia videbam in fine horum capitulorum adnotatum esse illa quidem *in assiduitate* servanda esse, ceterùm si quid addendum esse videretur, eam potestatem reservari Regibus, id est, filiis Karoli, quod existimabam referri debere saltem ad annum divisionis imperij. Verùm postea deprehendi istorum octo capitulorum disertam mentionem fieri in Capitulari Saxonum anni DCCXCVII. cap. 1. & 2. in capite secundo capitulorum anno DCCCI. additorum ad legem Longobardorum, in Capitulari primo anni DCCCII. cap. 5. in secundo cap. 20. & in Capitulari septimo anni DCCCIII. cap. 1. tum etiam in Capitulari Pippini Regis Italiæ cap. 1. Vnde facile fuit colligere edita illa fuisse ante annum DCCXCVII. ac deinde, ut tum solebant, repetita fuisse post factam imperij divisionem. Nam ista octo capitula valde cordi fuisse Karolo patet ex capitulis mox laudatis. Vt autem illa referrem ad annum DCCLXXXVIII. effecit auctoritas Velseri ita sentientis. Attamen vir clarissimus Carolus le Cointe putat referenda esse ad annum DCCXCII.

Tom. I. CAPITVLARE AQVISGR.] Conlatum est cum quinque antiquis codicibus manuscriptis, quorum duo ad nos pervenerunt ex bibliotheca monasterij Sangallensis, tertius ex Thuana, quartus fuit sancti Remigij Remensis. Quintus extat in bibliotheca Iulia quæ est Helmæstadij, ex quo variantes lectiones ad nos missæ sunt à doctissimo Contingio. Secuti autem sumus editionem Sirmondi, in qua canones & decreta Pontificum Romanorum ex quibus ista accepta sunt leguntur in fine cujusque capituli. Et Sirmondus quidem putavit ita primò vulgatum à Karolo esse hoc Capitulare. Canonum tamen & decretorum istiusmodi nihil apparet in vetustissimis exemplaribus. Mihi sanè nondum persuasum est canones synodorum & decreta Pontificum quæ cuique capitulo adjunguntur, addita fuisse à Karolo, eo inter cetera argumento, quòd si is auctor esset istarum additionum, canones quosdam addidisset qui desunt ad probandam ultimam partem capitis sexti, eòque modo effecisset ne conjungi posset cum sexto capite. Pertinet enim ad caput septimum, uti notamus ad librum primum Capitularium. Ceterùm hæc capitula, ut observatum est ab eodem Sirmondo, capitula synodalia Karoli Imperatoris vocantur in Actione prima Concilij secundi Suessionensis. Et in vetustissimo codice MS. S. Germani Autissiodorensis, in quo descripti sunt canones Isaaci Episcopi Lingonensis, caput primum istius Capitularis, quod illic habetur, sic inscriptum est: *Ex Concilio Pontificum, ubi præfuit Domnus Karolus Imperator*. Et Burchardus lib. 3. cap. 15. caput trigesimum istius Capitularis refert *ex Concilio apud Aquasgrani*.

Pag. 116.

ITEM ENIM] Secuti sumus auctoritatem veterum exemplarium. Vide lib. 1. Capitular. cap. 2. Pag. 114. c. 2.

Caput istud sic legitur in uno codice Sangallensi, *Item in eodem Concilio, ut ecclesiasticis disciplinis dediti malefici, incantatores, vel incantatrices fieri non finantur*. Pag. 110. c. 12.

CARTHAGINENSI] Codex S. Remigij, *Cardonensi*. Pag. 115. c. 31.

GVNEBODIGNI] Vnus codex Sangallensis

TOM. I. Pag. 235. c. 42. *Bumgodingi*, alter *Guntbotingi*, Helmæstadiensis & Tegernseensis, ex quo prodiit editio Bavarica, *Guntbodingi*. Remensis *Gobodingo*. Capitulum 43. Francofordiense *Guntbadingi*. Gunebodigni seu Guntbadingi sunt hi qui Gundobada lege vivebant, uti diximus in Notis ad Reginonem pag. 590. Vide etiam Notas ad Gratianum pag. 531. & Filesacum libro 2. Selectorum cap. 6.

Pag. 241. CAPITVLARE SECVNDVM] Conlatum est cum tribus antiquis exemplaribus, uno bibliothecæ Thuanæ, altero S. Vincentij Metensis, tertio monasterij Sangallensis. In Metensi porrò capitula ista descripta sunt statim post capitula Pippini Regis de alia synodo.

Ibid. c. 1. GYROVAGIS] *qui tota vita sua*, ut legitur in primo capite regulæ sancti Benedicti, *per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur, semper vagi, & nunquam stabiles, & propriis voluptatibus & gulæ illecebris servientes.* Vide etiam regulam Magistri cap. 1. & 7.

SARABAITIS] Capitulare primum anni DCCCII. cap. 23. *sine magisterio vel disciplina, qui Sarabaiti dicuntur.* Regula sancti Benedicti cap. 1. *Tertium verò monachorum teterrimum genus est Sarabaitarum, qui nulla regula approbati, vel experientia magistra, sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti, adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur, qui bini aut terni aut certè singuli sine pastore non dominicis sed suis inclusi ovilibus, pro lege est eis desideriorum voluptas, cùm quicquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint, hoc putant non licere.* Hunc locum integrum ex regula placuit describere, ut lucem afferremus huic capiti. Si quis plura scire desiderat, legat eruditas Hugonis Menardi Notas ad Concordiam regularum pag. 104.

Ibid. c. 3. VT NON PARVIPENDENTES] Hæc sumpta sunt ex capite secundo ejusdem regulæ.

Ibid. c. 4. DE OBEDIENTIA] Hæc breviata sunt ex capite quinto ejusdem regulæ.

Ibid. c. 5. DE DECANIS] Ex capite 21. regulæ.

Ibid. c. 6. DE CELLARARIIS] Codex Thuanus & editiones Amerbachij & Heroldi: *De Cellariis.* Sic etiam legitur in capite duodecimo Francofordiensi, quod ex isto descriptum esse apparet.

QVALES REGVLA PRÆCIPIT] in capite 31.

Pag. 241. c. 2. DE EVLOGIIS] id est, muneribus ex caritate datis, ut rectè interpretatur idem Menardus ibidem pag. 875. Explicandum porrò est hoc caput ex capite 54. regulæ sancti Benedicti, unde sumptum est: *Nullatenus liceat monacho nec à parentibus suis, nec à quoquam hominum, nec sibi invicem litteras, eulogias, vel quælibet munuscula accipere aut dare sine præcepto Abbatis.* Vide regulam Magistri cap. 76.

Ibid. c. 9. DE SVSCEPTIONE] Vide regulam sancti Benedicti cap. 53.

Ibid. c. 10. DE VESTIMENTIS] Vide eandem regulam cap. 55.

Ibid. c. 11. DE NOVITER VENIENTIB.] Regula sancti Benedicti cap. 58. Regula Magistri cap. 88.

Ibid. c. 12. DE FILIIS NOBILIVM] Regula sancti Benedicti cap. 59. *Si quis forte de nobilibus offert filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minori ætate est, parentes ejus faciant petitionem quam suprà diximus, & cum oblatione ipsam petitionem, & manum pueri involvant in palla altaris, & sic eum offerant.* Vide regulam Magistri cap. 91. TOM. I.

DE ORDINANDO ABBATE.] Codex Thuanus: *De ordinatis Abbatibus.* Sed nos aliam lectionem præstulimus, quia majori veterum librorum copia juvatur, & quia verba ista descripta videntur ex titulo capitis 64. regulæ sancti Benedicti. Hæc sunt verba regulæ, ex quibus explicandus est hic locus: *In Abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio ut hic constituatur quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars, quamvis parva, congregationis saniori consilio elegerit. Vitæ autem merito & sapientiæ doctrina eligatur qui ordinandus est, etiamsi ultimus fuerit in ordine congregationis.* Pag. 243. c. 13.

DE FRATRIBVS] Hoc est lemma capitis 59. regulæ sancti Benedicti. Ibid. c. 14.

VT NVLLVS ABBAS] Vide infrà caput 14. synodi Francofordiensis. Ibid. c. 15.

VT DISCIPLINA] Vide caput 16. Francofordiense. Pag. 244. c. 16.

CAPITVLARE TERTIVM] In emendando isto Capitulari iisdem antiquis codicibus usi sumus cum quibus contulimus secundum. Pag. 243.

SANGVINIS MINVAT.] Ita codex Metensis. Reliqui & editio Bavarica, *sanguinem novationem.* Heroldus, *sanguinis minutionem.* Ibid. c. 3.

SORTIRE PRÆSVMAT] Olim quidam (ut ait glossa 26. q. 2. cap. 3. *Hi qui.* quod sumptum est ex epistola 119. S. Augustini ad Ianuarium.) per quosdam versiculos psalterij vel evangelij divinabant futura. Quare quæsivit Ianuarius ab Augustino utrum hoc sit faciendum. Cui sic respondit Augustinus: *Hi verò qui de paginis evangelicis sortes legunt, etsi optandum est ut hoc potius faciant quàm ut ad dæmonia consulenda concurrant, tamen etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negotia secularia & ad vitæ hujus vanitatem propter aliam vitam loquentia oracula divina velle convertere.* Præstat hoc describere insignem locum ex vita sancti Huberti Episcopi Leodiensis scripta à Iona Episcopo, ut reor, Aurelianensi, ex quo facile est intelligere quonam modo fieret illa exploratio per libros divinos. Hæc sunt ejus verba in capite 15. *Igitur ad amica sibi subsidia se vertentes, orationi atque jejunio sese triduano mancipavere; utque voluntatem super hoc negotio Domini nosse possent, ab eo totis nisibus poposcere. Ac tertio tandem jejunij die instante duos libros super altare deposuere, quorum unus sacratissimum evangelij retinebat textum, alter verò benedictiones atque consecrationes quibus Missarum peragitur sacramentum; scilicet ut à divinis libris addiscerent quæ sibi de his agenda forent. Reseratum autem evangelium hanc primùm legenti sententiam obtulit: Ne timeas Maria. Invenisti enim gratiam apud Dominum. Liber etiam sacramentorum in sui apertione hoc primum videnti objecit: Dirige viam famuli tui.* De sortibus sanctorum vide Concilium Veneticum Ibid. c. 4.

Tom. I. cap. 16. Agathense cap. 42. Aurelianense I. cap. 30. Autisiodorense cap. 4. Reginonem lib. 2. cap. 358. & Ivonem parte 11. cap. 37.

Ibid. c. 7. SECVNDVM MOREM] id est, *secundùm ordinem Romanum*, ut legitur in canone quarto Concilij Moguntiaci, in quo ista explicantur. Vide etiam Concilium Remense II. can. 7.

Pag. 244. c. 18. CLOCAS] alibi *signa*, id est, tintinnabula, sive campanæ. Gesta Aldrici Episcopi Cenomanensis: *legalem vestituram per clocas*. Polypticus S. Remigij Remensis: *cloccas tres de metallo, de ferro duas*. Vide glossarium Lindenbrogij & Vossium in libro de vitiis sermonis.

Pag. 245. PRÆCEPTVM] Sunt qui putant præceptum istud esse supposititicium, non improbabilibus argumentis. Certum est autem multa probabilia adversùs eorum argumentationes posse reponi. Sed ego non judico hanc causam. Præceptum edo quale inveni.

Pag. 249. PRÆCEPTVM PRO TRVTM.] Nihil frequentius occurrit inter scriptores Alemannos quàm istud præceptum, quod eandem habet præfationem quæ superiori præcepto continetur, eandem subscriptionem. Adhuc superesse illud testatur Henricus Meibomius in Notis ad Vvitichindum pag. 63. Authenticúmne exemplar intelligat, an verò apographum, in dubio est. Attamen Iacobus Andreas Crusius, qui illud Notis illustravit, putat Meibomium testari diplòma ipsum extare in archivis Tremoniæ urbis imperialis in Vvestualiæ Comitatu Marcano.

CAPITVLATIO] Capitula ista edidit Romæ Lucas Holstenius, ediderunt in Germania Ferdinandus Episcopus Paderbornensis & Hermannus Conringius. Puto autem illa visa fuisse Trithemio, qui libro sexto Polygraphiæ loquens de bellis Karoli cum Saxonibus, & quomodo eos ad fidem Christianam converterit, postea addit: *Veritus autem ne denuo, sicut pluries fecerant, apostatarent à fide, secretos quosdam instituit exploratores, quibus judiciariam contulit potestatem, qui totam Saxoniam peragrantes de fide ac moribus gentis secretè inquirerent diligenter, & quoscunque reperissent apostatasse à fide, raptores, adulteros, blasphemos, Ecclesiæ ac sacerdotum ejus & mandatorum contemptores, seu notoriis criminibus Christianam rempublicam perturbantes, aut populum ad paganismum revocantes vel sollicitantes, sine dilatione imperiali & regali auctoritate impunè laqueo suspenderent vel aliàs ut possent necarent.* Ceterùm ut capitula ista adscriberem anno DCCLXXXVIII. effecit Ditmari & duorum præceptorum quæ mox descripta sunt auctoritas. Alioqui enim difficile est pronuntiare de anno quo capitula illa edita sunt.

Pag. 251. c. 1. VANA] Hæc est lectio editionis Romanæ. Germanicæ habent *fana*.

Ibid. c. 4. MORTE MORIATVR.] Durum sanè istud, capitalem in eum sententiam dici qui in quadragesima carnem comederit, si per contemptum fecerit Christianæ fidei. Sed ita in populo contumaci fieri necesse erat, ne semper relaberetur in paganismum. Ævo Ditmari Episcopi Merspurgensis hæc erat consuetudo inter Polonos ut qui carnem post septuagesimam manducasset, dentium evulsione punirentur. Ita enim ipse scribit in initio libri octavi: *Quicunque post septuagesimam carnem manducasse invenitur, abscissis dentibus graviter punitur. Lex namque divina, in hac regionibus noviter exorta, potestate tali meliùs quàm jejunio ab Episcopis instituto corroboratur.* Tom. I.

IN GENTE SAXONVM] Alcuinus epist. 104. *Idcirco misera Saxorum gens totiens baptismi perdidit sacramentum quia nunquam habuit in corde fidei sacramentum.* Vide Chronicon Moyssiacense ad annum 792. Pag. 251. c. 2.

MORTE MORIATVR.] quamvis religionis non sit cogere religionem, ut pluribus dictum est in Notis ad Agobardum pag. 38. Sed recurrit heic observatio paulò ante sumpta ex Ditmaro. Itaque Andreas primus Hungariæ Rex, à perturbationibus hostium securus effectus, tanquam Karolum M. imitari vellet, anno MXLVII. *præcepit universæ genti suæ, sub pœna capitalis sententiæ, ut deposito paganismo priùs eis concesso ad veram Christi fidem reverterentur:* ut ait Iohannes de Thvvrocz cap. 42. chronicæ Hungarorum. quod etiam proditum est ab Antonio Bonfinio decade 2. lib. 2. rerum Vngaricarum.

TRIBVS DIEBVS LIT.] Eginhardus de hac ipsa re agens ad annum DCCXCI. *Ibi supplicatio per triduum facta.* Pag. 256.

RAGENISBVRGO] Huc enim post victoriam Avaricam se contulit Karolus, ut ait idem Eginhardus: *Ipse autem cùm dimissis copiis Reginum civitatem, quæ nunc Reganesburg vocatur, venisset, & in ea hyematurus consedisset, ibi Natalem Domini & Pascha celebravit.* Pag. 258.

DATVM AN. DCCXCIII.] Difficile est pronuntiare de anno quo capitula ista sancita sunt. Goldastus censuit pertinere ad annum DCCLXXXVI. ea, opinor, de causa quòd necesse sit ea edita fuisse post obitum Hildegardis Reginæ, quæ apud Theodonis-villam mortua est anno DCCLXXXIII. die trigesima mensis Aprilis. Sirmondus verò in Notis ad Capitularia pag. 765. & 790. referens duo capita istius Capitularis, octavum nimirum & decimumquartum, ea citat ex capitulis anni DCCCXIII. manifesto errore. Nam Pippinus Rex Italiæ, qui pleraque istorum capitulorum sancivit post patrem, mortuus est anno DCCCX. VIII. Idus Iulij, ut Eginhardus tradit. Existimandum tamen non est virum clarissimum in hunc errorem incidisse absque ratione. Itaque huc valde inclino ut existimem illum esse deceptum auctoritate veteris cujuspiam codicis, in quo fortassis per oscitantiam librarij scriptum erat DCCCXIII. cùm scribendum esset DCCXCIII. Quod hauddubiè evenit ex transpositione numerorum. Ob eam causam nos Capitulare istud adscripsimus anno DCCXCIII. Illud porrò emendavimus ope trium veterum codicum, quorum duo extant in bibliotheca regia, tertius in Thuana. Pag. 257.

PRIMO CAPITVLO] Hoc est unum ex capitibus quæ à Pippino sancita post patrem sunt, uti dicebamus. Pippino autem tribuitur in lege Longobardorum. Ibid. c. 1.

XENODOCHIIS] Ita editiones & unum exemplar regium. Aliud exemplar habet *senodochia* & heic & paulò pòst. Quo etiam modo & heic & cap. 6. scriptum erat in codice Teghernseensi,

Tom. I. scensi, ex quo Amerbachius eruit constitutiones Karoli Magni. Sic olim vulgò scribebant. Gesta Dagoberti I. cap. 30. *Senodochium ceteráque diversa loca ad hoc ibidem instituit.* Iustiniani Novella VII. apud Ivonem parte 3. cap. 183. in veteri codice MS. S. Victoris Parisiensis: *Ecclesiam vel senodochium.* & parte 17. cap. 137. *senodochium, id est, locus venerabilis &c.* Sic etiam in veteri codice bibliothecæ Colbertinæ. Dicebant etiam sinodochias, ut in capite sexto istius Capitularis in codice Thuano: *De monasteria & sinodochias.* Hinc *sinodochia* in Additione III. cap. 56. Hinc *exsenodochium* apud Marculfum lib. 2. cap. 1. Adferti multò plura exempla possent. Sed ista sufficiunt.

Cvm consilio Episcopi] Ista non extant in editione Bavarica, neque in Basileensi.

Pag. 258. c. 2. Et istud quoque caput reperitur in Capitulari Pippini, cui tribuitur in libro tertio legis Longobardorum. Vide Capitulare Pippini cap. 7.

Ecclesiis baptismalib.] apud quas constituta sunt baptisteria. Vide quæ de hoc argumento infrà dicuntur in Notis ad Capitulare anni DCCCIV.

Pag. 259. c. 3. Caput istud tribuitur Pippino in libro secundo legis Longobardorum, extátque inter ejus capitula pag. 538.

Ibid. c. 4. Istud quoque caput ex Pippini constitutionibus refertur in eodem libro legis Longobardorum, ut & cetera quæ deinceps sequuntur, præter XIV. & XVII. Sed istud ultimum habetur in Capitulari Pippini cap. 29.

Ibid. c. 6. Vt regalia sint] Expressimus bona fide editionem Amerbachij & Heroldi, quam confirmat codex Thuanus. In libro tamen tertio legis Longobardorum, in quo caput istud refertur, legitur, *& regalia sunt, ut quicunque ea &c.* diverso admodum sensu. Sanè fatendum est utramque lectionem posse esse bonam, cùm ex capite vigesimo synodi Vernensis constet monasteriorum regni Francici alia fuisse regalia, alia episcopalia, & in narratione cujusdam controversiæ de restaurandis mœnibus urbis Veronensis apud Vghellum tomo quinto Italiæ sacræ pag. 610. reperiamus tria Karoli M. ævo monasteria regalia fuisse in urbe Veronensi ac duo præterea regia xenodochia. Vt tamen præferrem eam quæ vult ut omnia monasteria regalia sint fecit usus posteriorum temporum, qui fortassis ex ista Karoli lege descendit. Nam post Karolum omnia Francorum monasteria fuerunt prorsùs in potestate Regum, uti pluribus ostensum est in Notis ad Lupum Ferrariensem pag. 373. & alibi fusiùs dicetur. De monasteriis Græcorum quæ imperialia nuncupabantur, & per pragmaticam ab omni Episcoporum jugo & potestate exempta erant, vide illustrissimi Episcopi Monspelienſis Notas ad Innocentium III. pag. 31.

Ibid. c. 7. Forfactis] *id est, in bannum missis*, ut ait glossa interlinearis in uno codice regio. Similis extabat in codice Boherij. Nam is in margine istius capitis scripsit: *Nota de rebus forfactis, id est, de rebus in bannum missis.*

Ad palativm pertineant.] Vetus glossa interlinearis in eodem codice regio: *Respexit l. Si cujusque hominis proprietas, ubi dicitur: fisco nostro societur.* Extat hæc lex in libro quarto Capitularium cap. 24. Tom. I.

Pertineant] In libro tertio legis Longobardorum additur *transacto anno ac die.* Ita quoque isthic legi debere confirmat idem liber quartus Capitularium.

Mercede] id est, eleemosyna. Nam aliquot seculis hæc vocabula indifferenter accipiebantur, ut multis exemplis probari posset. Vide præceptum Karoli M. apud Severtium in Episcopis Matisconensibus pag. 32. §. 4. & to. VI. Canisij pag. 1149. 1150. 1156. & sequenti. S. Ambrosius lib. 2. de pœnit. cap. 9. *Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non judicio perpetuo, ubi Ecclesiæ contulerunt, postea revocandas putarunt; quibus nec prima merces rata est, nec secunda: quia nec prima judicium habuit, & secunda habuit sacrilegium.* Citat hunc locum Alexander III. in epistola ad Archiepiscopum Vpsellensem & suffraganeos ejus edita in appendice Petri Cellensis, non ex Ambrosio, ut opinor, sed ex Gratiano, ubi refertur 17. q. 4. cap. 3. *Sunt qui opes.* Nam post Gratianum, qui veterum loca ab eo relata referebant, ea referebant ex fide Gratiani. Ibid. c. 8.

De filia] *Longobarda*, ut ait glossa interlinearis in codicibus regiis. Vt intelligeremus hæc capitula ad Longobardos tantùm pertinere. Pag. 260. c. 9.

Erogatoris] id est, executoris testamentarij, ut rectè interpretatur doctissimus amicus noster Carolus Dufresnius in observationibus ad historiam Ioinvillæ pag. 37. quem consule.

In tertiam port.] Vetus nota in margine unius ex codicibus regiis: *Hæc lex in hoc quòd dicit filiam esse admittendam in portionem tertiam servorum per manum sacerdotis manumittendorum, ita intelligenda est ut libertates omnibus cum effectu competant, tertiam verò partem pro unoquoque à rogatore, cùm sint ejus liberti, accipiat, nisi sit tantum ex rebus patris consecuta quod sibi in hoc & in aliis rebus pro tertia portione sufficiat.*

Itervm introire] Sequitur in eadem nota marginali: *Item cùm dicit* iterum introire possit, *videtur respicere legem Liuprandi de eo qui filiam in capillo vel alias vocata per illam legem Liuprandi de eo qui filiam in casa, expulsa verò fuit per legem Astulfi* Cognovimus multotiens perfidos, *& iterum restauratur per hanc legem, quæ omnino respicit Astulfi legem* Cognovimus multotiens.] Hanc notam confirmat & explicat nota adjecta margini alterius codicis regij, quæ sic habet. *Ideo dixit* iterum introire possit, *quia juxta prædictam legem Liuprandi, quæ est de eo qui filiam in capillo, in tertiam rerum patris intraverat, & per hoc capitulum iterum intrat. Vel ideo dixit* intrat *quia expulsa erat per legem Astulfi, quæ est* Cognovimus multotiens. *Sed per hoc capitulum recuperat. Si novem servi per manum erogatoris liberi dimissi sunt, non intelligendum est arbitror quòd tres omnino filia valeat in servitutem replicare, sed in unoquoque tertiam partem pretij accipiat à manumissore; nisi pater ex aliis rebus suis tantum reliquerit ei quod valeat tertiam partem omnium bonorum suorum.*

Vbi lex erit] In libro legis Longobardorum legitur: *ubi lex deest, præcellat consuetudo.* Ibid. c. 10.

Tom. I. Lex] *ſpecialis & generalis*, ut habet gloſſa interlinearis in uno codice regio.

Consvetvdini] id eſt, legi municipali, *Couſtume*, ut nos dicimus. Hanc interpretationem confirmat gloſſa interlinearis in eodem codice regio, in quo ſuper verbo *conſuetudo* ita ſcriptum eſt, *ſcilicet Longobarda, Romana, & Salica*. Attamen ſi hæc interpretatio accipiatur, dubium eſt quid heic per legem intelligatur. Et fortaſſis conſuetudo ſimpliciter hoc loco accipi debet, non de jure quod in lege Longobarda, Romana, & Salica continetur, ſed de conſuetudine non ſcripta & inſtituta abſque auctoritate publica, quæ tamen conſenſu populi fulciebatur. Longa enim non ſcripta conſuetudo non valet quando legi ſcriptæ vel canoni adverſatur, ut ait Balſamon ad canonem XVI. Concilij Conſtantinopolitani ſub Photio.

Ibid. c. 11. Qvæcvnqve femina] libera Longobarda, ut legitur in veteri inſtrumento anni MXLVII. quod extat in Chartulario monaſterij Caſaurienſis, ubi Raimundus filius Grimaldi ſic loquitur: *Declaro enim quia ſtatutum eſt in ipſo Capitulari Dompni Imperatoris, & Domnus Karolus Imperator inſtituit in ſuo Capitulari, ut quæcunque femina libera Longobarda per commiatum viri ſui poteſtatem habeat de rebus ſuis vendere aut donare, & cuicunque vendidiſſet aut donaſſet, firmum & ſtabile permanſiſſet.* Ex quo loco illud præterea diſcimus, Capitularia Karoli M. obſervata adhuc fuiſſe in Italia ſeculo poſt Chriſtum natum undecimo. Quamvis enim hæc lex reperiatur in libro ſecundo legis Longobardorum, Raimundus tamen non inde accepit. Illic enim non tribuitur Karolo, ſed Pippino.

Ibid. c. 12. De mancipiis] *id eſt, aldiis*, ut habet gloſſa interlinearis in codicibus regiis.

Mvndivm] *id eſt, pretium pro mundio*, ut habet gloſſa interlinearis in uno eorundem codicum regiorum.

Ibid. c. 14. Hildegardæ Reginæ] Mortem obiit anno DCCLXXXIII. pridie Kalendas Maias apud Theodoniſvillam, ut ait Eginhardus, ſive in vigiliis Aſcenſionis dominicæ, ut legitur in præcepto Karoli M. pro monaſterio S. Arnulfi Metenſis, quod editum eſt in hiſtoria Epiſcoporum Metenſium pag. 181. Paſcha autem fuit hoc anno X. Kalendas Aprilis, ut legitur in vetuſtiſſimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ.

Ibid. c. 15. Placentini] *id eſt, adulatores*, ut ait gloſſa interlinearis in codicibus regiis. Verùm tamenetſi Placentia dicta ſit à placendo, ut Cluverius opinatur, alius eſſe videtur hujus conſtitutionis ſenſus quàm ut in ea agatur de ridiculariis ac facetis hominibus.

Præceptvm] *impetratum à Rege*, ut habet gloſſa interlinearis in uno eorundem codicum regiorum. Codex Thuanus habet *præcepta*.

Pag. 161. Capitvlare Francof.] Capitula iſta repoſuimus inter Capitularia Karoli M. quia conſtat ea edita ab illo fuiſſe in ſynodo Francofordienſi, quam ipſe ſuum ſynodale Concilium vocat in præcepto pro Aniano Abbate monaſterij Caunenſis, magnam verò eorum partem repetita fuiſſe ex Capitularibus quæ hinc annum antecedunt. Contulimus autem illa cum eodem codice Remenſi ex quo Sirmondus edidit, itémque cum alio recentiore cujus mentionem facit idem Sirmondus. Putavit Franciſcus Pithœus in verbo *Gunebodigni* capitula iſta ſancita fuiſſe in ſynodo Aquiſgranenſi habita contra Felicem & Elipandum. Eadem fuit opinio Petri Bonifantij, uti notatum manu ejus reperi in collectione Conciliorum edita à Ioanne Sagittario anno MDLIII. *Habet amicus noſter D. Puteanus penes ſe manuſcriptos canones Concilij Aquiſg. ſub Carolo Magno editi contra impiam hæreſim Felicis & Elipandy.* Certè in codice Remenſi ex quo, uti diximus, capitula iſta edita fuerunt, titulus nullus extat, nulla loci in quo ſynodus habita eſt mentio. Colligitur tamen ex annalibus Eginhardi illa pertinere ad ſynodum Francofordienſem quæ anno DCCXCIV. congregata eſt per juſſionem Karoli Magni. Huic autem ſynodo interfuerunt cum Legatis Hadriani Romani Pontificis Paulinus Patriarcha Aquileienſis & Petrus Archiepiſcopus Mediolanenſis, & alij multi Epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi. Addunt annales Anianenſes: *Inter quos etiam venerabilis ac ſanctiſſimus Abbas Benedictus, qui vocatur Vitiza, monaſterij Anianenſis à partibus Gotiæ, & religioſos ſuos monachos, Bede, Ardo, qui & Smaragdus, ſeu cunctis fratribus ſuis diſcipulis. Hi ſunt Ingila, Rabanus, Georgius.* Eidem ſynodo interfuit etiam Anianus Abbas Caunenſis cum monachis ſuis, ut patet ex præcepto Karoli M. paulò antè laudato. Tom. I.

Si ratio habeatur integræ ſynodi, caput iſthuc, quod heic primum eſt, tertium erit. Nam duo priora nos ideo omiſimus quia pertinebant ad cauſam fidei, ea tantùm retinuimus quæ Karoli auctoritate conſtabat eſſe decreta. Pag. 163. c. 1.

Sobrinvs Karoli] Chronicon Moyſſiacenſe: *Et in eadem ſynodo venit Taſſilo, qui dudum Bajoariæ Dux fuerat, ſobrinus videlicet Regis: & pacificatus eſt ibi cum Rege Karolo, abrogans omnem poteſtatem quam in Bagoaria habuit, tradens eam Regi.* Matrem enim habuit Thaſſilo Hiltrudem ſororem Pippini Regis, ut patet ex donationibus Eccleſiæ Saliſburgenſis apud Caniſium tomo VI. pag. 1157.

Emptvrio] Ita omnino vetus codex, voce ab emendo deducta. Sirmondus edidit *emporio*. Pag. 164. c. 3.

Advocato] Hæc vox reſtituta eſt ex veteri exemplari. Excciderat enim in editione Sirmondi. Hinc autem colligi poteſt Elefantum Aretalenſem Epiſcopum non interfuiſſe ſynodo Francofordienſi. Ibid. c. 4.

Petrvs Episcopvs] Virdunenſis in Belgica prima, ut rectè notat vir clariſſimus Carolus le Cointe in annalibus eccleſiaſticis Francorum. Richardus enim Vvaſſeburgius lib. 3. antiquitatum Galliæ Belgicæ fol. 140. 141. narrat eum ſuſpectum habitum quòd circa annum DCCLXXXIV. particeps fuiſſet conjurationis adversùs Karolum M. factæ ab Ardico Comite in Auſtraſia, cùm convinci non potuiſſet, tamen à Karoli gratia excidiſſe, & per duodecim annos prohibitum ei fuiſſe ne in aula eſſet, tandémque ſe in ſynodo Francofordienſi purgaſſe, & poſtea poteſtatem illi factam ut ad palatium venire poſſet. Conjuratio autem illa Ardici ſive Hardradi, hoc enim verum eſt nomen, contigit anno Ibid. c. 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. DCCLXXXV. ut ait Eginhardus in annalibus: *Facta est eodem anno trans Rhenum apud orientales Francos adversùs Regem immodica conjuratio, cujus auctorem Hartradum Comitem fuisse constabat. Sed hujus indicium citò ad Regem delatum est: ejúsque solertia tam valida conspiratio citra ullum grande periculum in brevi conquievit, auctoribus ejus partim privatione luminum, partim exilij pœna condemnatis.* Meminit ejusdem conjurationis idem Eginhardus ad annum DCCCXVII. Item Theganus in libro de gestis Ludovici Pij cap. 22. ubi consilia Hardrati apertiùs explicat: *Erat* (Reginharius) *filius filiæ Hardiati, qui erat Dux Austriæ infidelissimus, qui jamdudum insurgere in Dominum Karolum voluit & ei regnum minuere.* Auctor tamen annalium ecclesiasticorum suprà laudatus existimat Petrum Episcopum Virodunensem se in synodo Francofordiensi propterea purgasse quia conjurationis adversùs Karolum Regem ejúsque regnum à Pippino filio nuper initæ particeps dicebatur. Vide Chronicon Virdunense Hugonis Abbatis Flaviniacensis pag. 117.

IN MORTEM REGIS] Putavit Sirmondus heic agi de conspiratione quæ anno DCCXCII. patefacta fuerat apud Ratisbonam, cujus auctor fuit Pippinus Italiæ Rex. Verùm ex his quæ ex Vasseburgio relata sunt apparet in aliud tempus transferendam esse hanc historiam.

Ibid. c. 8. GAERBODVS] Sirmondus in Notis ad hunc locum putat Ebroicensem Episcopum fuisse. At idem auctor annalium ecclesiasticorum ad annum DCCLXXXVIII. §. 2. & DCCXCIV. §. 53. contendit opinionem Sirmondi non posse esse veram, & Girvoldum Abbatem Fontanellensem & Episcopum Ebroicensem diversum esse à Gerbodo.

MAGNARDO] Archiepiscopo Rotomagensi.

Pag. 166. c. 11. Caput istud sumptum est ex Capitulari secundo anni DCCLXXXIX. cap. 6.

Ibid. c. 15. PER CONSENSVM EPISCOPI] Hæc clausula est magni momenti. Ostendit enim privilegia monasteriis olim concessa ita intelligenda esse ut interim jura Episcoporum serventur illæsa. Qua de re pluribus agetur in Notis ad caput 81. libri primi Capitularium.

Ibid. c. 16. Sumptum est ex capite 16. Capitularis II. anni 789.

Pag. 167. c. 18. Istud sumptum est ex capite 54. Capitularis I. anni ejusdem.

Ibid. c. 18. DOMINA] Leg. *dominica.*

Pag. 168. c. 30. Caput istud videtur descriptum esse ex capite 30. Capitularis I. anni 789.

Ibid. c. 36. CAPELLA REGIS] Flodoardus lib. 3. cap. 23. de epistolis Hincmari: *ab antiqua regia capella tulisse.* Capitulare anni DCCLVI. cap. 6. *in sacellum Regis veniant.* Vide Capitulare de villis Karoli M. cap. 6.

Pag. 169. c. 44. OCCASIONIBVS] Vetus exemplar habet *occupationibus.* Sed legendum esse uti nos edidimus apparet ex capite 39. Concilij Africani, in quo recensentur occasiones in quibus recedere licet à regula quæ vetat ne virgines velentur ante vigesimum quintum ætatis annum. Ob eam causam nos emendationem nostram prætulimus lectioni quæ est in veteri libro. Similem errorem sustulimus ex capite secundo tituli XXV. capitulorum Karoli Calvi, ubi malè legebatur *occupationibus*, cùm legendum sit *occasionibus*, ut patet ex adnuntiatione Karoli Regis quæ paulò post sequitur. Ista cùm Sirmondus non animadverteret, & omnino hunc locum acciperet de occupationibus quibus virgines distinendæ essent ante annos viginti quinque, putavit heic deesse aliquid, & vocem *detinendæ* eam ob causam addidit in hoc loco. Tom. I.

SERVIVNTVR] Sirmondus edidit *serventur.* Pag. 270. c. 52. Fortassis vera est emendatio Sirmondi. Nam voces *servire* & *servare* aliquando invicem permutari solitas colligitur ex capite 67. libri primi Capitularium; ubi pro eo quod meliora exemplaria habent *honores serventur*, in Pithœano tamen, Camberonensi, Thuano, Parisiensi, Divionensi, & Metensi scriptum est *serviant*, in Tiliano *servant.* Editio quoque Basileensis habet *serviant.* Sed Heroldus admonuit in margine legendum esse *serventur.* Antonius Augustinus in glossario ad Iulianum Antecessorem adnotat vocem *observent* in capite 29. Novellæ 123. positam esse pro *observiant.*

A SEDE APOSTOLICA] Consueverant Ibid. c. 53. ergo Reges nostri per illa tempora petere à Pontificibus Romanis Episcopos & Presbyteros qui assiduè in palatio manerent. Originem istius moris reperio in epistola 26. Codici Carolini, quæ est Pauli Papæ ad Pippinum Regem, in qua hæc leguntur: *Præcelsa Christianitas vestra per easdem suas à nobis petiit syllabas Georgium Episcopum & Petrum Presbyterum in vestro permanere servitio nos debere concedere. Et quidem præcellentissima vestra benignitas agnoscat nos jamdudum de hoc vestræ obtemperasse voluntati.* At excellens est & sanctitate plena sequens Pauli Pontificis admonitio. Subdit enim: *Pro quo dirigite nobis quid de episcopatu prædicti Georgij & de Ecclesia quæ prænominato Petro commissa est peragere debeamus, ne amplius illis admonitis in nimiam neglectus incuriam deveniant.* Existimabat itaque Paulus non posse Georgium & Petrum regere Ecclesias suas eodem tempore quo erant in palatio. Petit ergo à Pippino ut ad se rescribat quid statui velit de episcopatu ejusdem Georgij & de Ecclesia quæ Petro commissa erat, ne, illis amotis, damna & detrimenta patiantur per absentiam rectorum. Legi enim illic puto debere *amotis* pro eo quod vulgatæ editiones habent *admonitis.* Porrò præter auctoritatem Romani Pontificis, necessarius quoque erat Episcoporum sive Conciliorum Gallicanorum consensus ut Episcopi & Presbyteri facultatem haberent commorandi in palatio; quemadmodum in hoc capite Francofordiensi legimus actitatum esse à Karolo M. cùm Angilramnum primò, dein Hildeboldum in palatio suo habere voluit propter utilitates ecclesiasticas. Testis est etiam hujus rei Hincmarus in epistola 14. cap. 14. loquens de ministerio & officio Archicapellani: *A tempore verò Pippini & Caroli interdum per Presbyteros, interdum per Episcopos regia voluntate atque episcopali consensu, per Diaconos vel Presbyteros magis quàm per Episcopos hoc officium executum extitit: quia Episcopi continuas vigilias supra gregem suum debent*

Tom. I. *assiduè exemplo & verbo vigilare, & non diutius secundùm sacros canones à suis abesse parochiis.* Tum in capite sequenti enumerat Presbyteros qui sub Pippino, Karolo, & Ludovico Archicapellani fuere.

ANGILRAMNVM ARCHIEP.] Metensem. Vocabatur autem Archiepiscopus, quamvis Metropolitanus non esset, quia summus sacri palatij Capellanus erat; sicut Fulradus Abbas sancti Dionysij, qui eadem dignitate ornatus erat in palatio Pippini & Karoli, quia Presbyter erat, Franciæ Archipresbyter vocatur in epistola Adriani Papæ ad Tilpinum Archiepiscopum Remensem, quæ extat apud Flodoardum. Porrò Angilramum fuisse etiam Cancellarium Karoli M. legitur in Chronico monasterij Senonicnsis. Quod si verum est, hinc confirmari potest eorum opinio qui putant Archicapellani & Archicancellarij officia conjuncta fuisse sub secunda Regum nostrorum familia.

Ibid. c. 54. ALCVINVM] Vetus codex *Aliquinum* pro *Alquinum*. Testamentum Evrardi Comitis in codice donationum piarum Auberti Miræi pag. 99. *Librum Alquini ad Vvidonem Comitem.* Alicuinum etiam vocat Thiofridus Abbas Efternacensis in prologo ad vitam sancti Vvillibrordi, ut testatur Ioannes Roberti in Notis ad Epitaphia ejusdem Thiofridi pag. 81. Annales Anianenses in veteri codice nostro MS. *Quem librum* (id est, textum evangeliorum) *ejusdem Regis magister & didascalus propria manu descripsit Alcuinus, qui & Albinus.*

Pag. 275. CAPITVLARE SAXONVM] Editum est Romæ & in Germania superioribus annis.

VESTFALAHIS] Ad tria ista Saxonum genera respexit Vvitichindus lib. 1. pag. 6. ubi ait Saxones divisos fuisse in Orientales, Angarios, atque Vvestualos.

Pag. 277. c. 1. VT ECCLESIÆ] Caput istud compositum est ex cap. 2. 3. 4. Capitularis anni DCCLXXXVIII. Immo reliqua quoque ejusdem Capitularis capita hoc de esse collegitur ex capite sequenti istius Capitularis. Nam illic scriptum est: *Si quis suprædicta octo capitula &c.*

Pag. 281. PACTVS LEGIS SALICÆ] Hunc titulum huic legi adscripsimus, secuti auctoritatem quorundam veterum exemplarium. In emendanda porrò lege Salica usi sumus undecim codicibus antiquissimis, quorum quatuor extant in bibliotheca regia, quintus in Bigotiana, sextus in Sangallensi. Septimus fuit sancti Remigij Remensis, quo usus quoque est Ioannes Tilius, octavus sancti Vincentij Metensis, nonus sancti Vincentij Laudunensis, decimus sancti Launomari Blesensis. Vndecimum, quod Expillij & Lescurij fuerat, nobis subministravit humanitas ampliſſimi viri Hieronymi Bignonij Advocati regij in Parlamento Parisiensi. Præter hæc, aliud quoque Salicæ legis exemplar habet bibliotheca Thuana, sed recens, ideòque à nobis omissum. Habemus verò nos librum legis Salicæ ex editione Tiliana, in cujus margine Franciscus Pithœus sua manu adnotavit varias lectiones ex codice quodam Metensi nobis ignoto, quem suum vocat. Venit quoque, cùm ista ederentur, in manus meas alterum exemplar earundem legum, in cujus margine idem Franciscus Pithœus plurimas varias lectiones adnotavit ex codicibus manuscriptis, notas præterea nonnullas addidit. In tanta veterum exemplarium copia infinitum esset adnotare varias lectiones. Satis erit admonere lectorem, textum legis accuratissimè emendatum esse diligentissima collatione eorundem exemplarium; ut si quid illic aliter invenerit quàm scriptum habeatur in superioribus editionibus, judicio factum esse arbitretur. Nihil enim conjecturis datum est. Duæ autem hactenus Salicæ legis editiones fuere; una vetus, quam Basilius Ioannes Herold Basileæ emisit anno MDLVII. & post eum Gottefridus Vvendelinus anno MDCLIX. Antuerpiæ; altera recens, quæ à Tilio primùm edita, dein à Pithœo, Lindenbrogio, Bignonio recusa est. Discrepant profectò inter se hæ duæ editiones, non solùm in ordine titulorum, sed etiam in verbis ipsis, ut pridem observatum est à viris eruditissimis. Itaque Franciscus Pithœus, uti manu ejus scriptum reperi in libro meo, existimavit Germanicam editionem esse antiquam legem Salicam, Tilianam verò repetitæ prælectionis. *Valde verò diversa est*, inquit, *hæc editio à Germanica, quæ antiquior videtur, hæc verò repetita prælectionis & posterior.* De hac duplici Salicæ legis editione Vvendelinus putat intelligendum esse locum illum Eginhardi in vita Karoli M. *Franci duas habent leges plurimis in locis valde diversas.* Sed Hermannus Comes Nuenarius interpretatus est de lege Salica & Ripuaria: *Duas Francos habuisse leges ipsorum auctores testantur, Salicam atque Ripuariam.* Eadem fuit sententia Bignonij, ut videre est in Notis ejus pag. 827. Quorum ego sententiæ lubenter accedo. Nam semel emendata & promulgata à Karolo lege Salica, vetere editione tum Franci non utebantur, neque Eginhardus dixisset eo sensu Francos duas habere leges. Certè Vvendelinus vi veritatis coactus est scribere pag. 85. legem Ripuariam à Salica descendere ac plerisque in locis totidem verbis esse exscriptam. Vndenam verò dicta sit lex Salica, variæ sunt doctissimorum hominum sententiæ. Vide eundem Vvendelinum & Carolum Dufresnium in observationibus ad Ioinvillam pag. 241. Sed quicquid sit de nomine, diù viguit usus istius legis in Occidente, uti jam observatum est ab aliis. In probationibus historiæ Bressianæ pag. 5. & 215. animadverto eam adhuc in usu fuisse annis MCLXXXV. & MCCXCVI. apud Lugdunenses & Friburgios. Attamen non ita multò pòst ne nomen quidem ejus vulgò noscebatur inter Francos. Extat in bibliotheca S. Victoris Parisiensis opusculum Richardi Scoti scriptum sub regno Ioannis Regis, in quo describitur genealogia aliquorum Regum Franciæ, & in fine ista adduntur: *Legem verò Salicam, quam ab omnibus Doctoribus legum, quoscunque novi, petij utrum de ea cognitionem haberent, & tamen mihi nullam penitus respondentes, libentissimè demonstrarem.* Viderat eam itaque Richardus, tametsi vulgus Iurisconsultorum illius ævi eam non nosset.

DCCXCVIII.] Ita editio Pithœana & nonnulli codices. Sangallensis habet *DCCLXXVIII.* Bigotianus *DCCLXVIII.* mendosè utrique. Indictio sexta arguit veram esse lectionem quam no-

Tom. I.

Tom. I. retinuimus. In codice S. Remigij adscriptus quidem erat annus quo Karolus librum istum scribi jussit, sed cultelli ope erasus est. Deest autem hæc nota in plerisque vetustis codicibus.

Pag. 293. c. 17. §. 3. VASA DICVNTVR] Agitur heic de variis sepulchrorum generibus. Per vasa autem heic intelligo sepulchra sub humo constructa ex lapidibus, quæ etiamnum vasa à Lemovicibus dicuntur.

Pag. 314. c. 49. LIGERIM AVT CARBONARIAM] Heroldus post hæc addit *aut citra mare*. Sed nos, secuti consensum veterum codicum & editionum posteriorum, sustulimus hanc clausulam. Ligerim hoc loco Vvendelinus pag. 86. & 166. interpretatur fluvium Belgicæ in Hasbania qui Lachara vocatur apud Doubletum in antiquitatibus S. Dionysij pag. 724. Ego faciliùs crediderim heic agi de Lesura fluvio Treverorum, quem hodie Leserem vocant, quatuor milliaribus Germanicis ab Augusta Trevirorum. Hunc fluvium ego reperio Ligerim vocatum in præcepto Dagoberti Regis pro Ecclesia Trevirensi, quod à Vvillelmo Kyriandro editum est in commentariis de Augusta Treverorum pag. 74. itémque in alio præcepto Regis Pippini ibidem relato pag. 78. cujus verò fragmentum refert Christophorus Brovverus libro septimo annalium Trevirensium pag. 378. posterioris editionis. Diversus ab hoc est Ligeris fluvius in libro tertio Capitularium cap. 74.

Pag. 318. c. 57. §. 5. VVARGVS SIT] Vargi sunt (inquit Savaro ad epistolam quartam libri sexti Sidonij) cœli solique patrij profugi & extorres, quibus aqua & igni interdictum est, quod pluribus illic probat vir eruditissimus. Nimirum, ut ait ibidem Sirmondus, ex profugis exulibus indigenæ fiunt latrones.

Pag. 324. §. 72. SI QVIS PITTO] Vide suprà pag. 989. in Notis ad pag. 22.

Ibid. INCIPIVNT SENTENTIÆ] Ista in codice Gandavensi & in Remensi ponuntur post Capitulare anni DCCLXXIX. & à Tilio edita sunt post decretionem Chlotharij, ante librum legis Salicæ. Lindenbrogius rectè reposuit in calce ejusdem legis, post recapitulationem solidorum. In codice porrò Remensi sic habet titulus: *Incipiunt sententias de septem septinas, hoc sunt paricul as causas.* Quem Tilius sic emendavit: *Sententiæ de septem septenis, hoc est, particularibus causis.* Frustra. Nam qui sententias illas collegit, per causas paricul as intellexit eas quæ secundùm legem Salicam pari multa sive pœna judicandæ erant, hoc est, multa ducentorum solidorum; adeóque ob hanc causam nos in fine singulorum capitum adnotavimus ex quo legis Salicæ loco unumquodque eorum sumptum sit. Quid autem sit carta paricla sive paricula rectè explicat Bignonius in Notis ad Marculfum pag. 923.

Pag. 329. EDICTVM DOMINICVM] Editum primò est à Vito Amerbachio, deinde verò à Basilio Ioanne Herold. Ego contuli cum vetustissimo codice MS. sancti Galli.

Pag. 331. CAPITVLARE DE VILLIS] Primus hæc capitula edidit Hermannus Conringius in calce epistolarum Leonis III. ex veteribus membranis academiæ Helmæstadiensis. In illis porrò simplex erat titulus *de villis Imperatoris.* Attamen vir doctissimus rectè illa adscripsit Karolo Magno. Constituta autem fuerunt quo tempore Regina erat in palatio Karoli, hoc est, antè quàm ille fieret Imperator. Nam Liutgardis postrema ejus uxor obiit in civitate Turonensi anno octingentesimo pridie Nonas Iunias, paulò antè quàm Karolus Italicum iter indixisset, ut patet ex annalibus Eginhardi. Tom. I.

BATLINIAS] Intelligit hauddubiè linteos pannos quibus utimur in lectis. Nam hodie Lemovices balingias vocant pannos linteos in quibus infantes involvuntur. Pag. 337. c. 42.

ANDEDOS] Puto heic agi de instrumento ferreo, in modum circuli composito, quod tribus fulcris ferreis innititur. Anderem hodie Lemovices vocant.

AVCELLATORES] Vide Reinesij epistolas ad Daumium pag. 69. ubi citat hoc Capitulare. Ibid. c. 45.

DE LVPIS] Capitulare II. anni DCCCXIII. cap. 8. *Ut Vicary luparios habeant.* Pag. 341. c. 69.

CAPITVLA ADDITA] Capitula ista primus vulgavit Vitus Amerbachius. Vetus illorum exemplar extitisse Mutinæ ævo Sigonij ipse scribit in libro quarto de regno Italiæ. Vetustissimum nos nacti sumus in bibliotheca Thuana; ac præterea octo ista capitula emendavimus ope duorum veterum codicum manuscriptorum bibliothecæ regiæ. De tempore non ambigitur quo illa constituta sunt, de loco non constat. Sirmondus existimavit ea Romæ fuisse promulgata. Attamen ex chronico Moyssiacensi colligi posse videtur condita illa fuisse apud Ravennam, quò se mense Iunio anni DCCCI. contulisse Karolum Imperatorem testatur Eginhardus. Certè ex præfatione istorum capitulorum constat non uno loco actum fuisse de legibus emendandis, sed *per urbes singulas* ante conspectum Principis varias quæstiones fuisse agitatas, ac varia capitula necessaria legibus addita. Pag. 345.

SANCTIO] Ita codex Thuanus. Amerbachius & Heroldus habent *sententia.* Sigonius, *auctoritas.*

SI QVIS LONGOBARDVS] *Hac lex specialiter incipit de Longobardo; sed generaliter finitur cùm dicit, sed absolutè faciat unusquisque.* ut ait glossa vetus in codicibus regiis. Usus tamen hujus legis maximè viguit inter Longobardos, qui eam frequenter adferunt in chartis donationum quæ extant in Chartulario monasterij Casaurienfis, & in chartis monasterij S. Bartholomæi de Carpineto to. VI. Italiæ sacræ pag. 1278. & 1282. Pag. 347. c. 1.

MORTE DIGNVM] *post tertium furtum,* ut ait glossa interlinearis in uno codice regio. Vide capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 9. & quæ illic à nobis adnotantur. Ibid. c. 4.

SI VNVM TESTICVLVM] *habenti duos,* inquit eadem glossa interlinearis. *Sed si unicum tantùm habenti illum amputaverit, duas partes pretij ipsius componat, sicut de oculo.* Pag. 348. c. 5.

MEDIETAS VVIDRIGILDI] *Per hoc notatur quòd hac lex tantùm ad Longobardos pertinet,* ut habetur in eadem glossa.

QVA FISC. VEL LITI] In uno codice regio legitur: *qua fiscalini vivunt liberi vel ibi vel in Francia.* Ibid. c. 6.

CAPITVLA EXCERPTA] Emendata sunt ope duorum veterum exemplarium bibliothecæ Pag. 349.

Tom. I. regiæ. Sunt autem inter hæc etiam nonnulla quæ leguntur quoque in libris Capitularium. Ea verò isthic exhibemus, quia pleniorem sensum habent quàm in libris Capitularium.

Ibid. c. 1. QVI SVBDIACONEM] Caput istud habetur in libro tertio Capitularium cap. 25. Verùm quia in libro primo legis Longobardorum conjungitur cum sequenti, non solùm in libris editis, sed etiam in manuscriptis, placuit illud heic inserere. Sumptum est autem ex capitulis quæ Karolus M. legi Salicæ addidit anno tertio imperij. Nota interlinearis in uno codice regio sic habet: *Hæ duæ leges Salicæ dicuntur, cùm de Clericis loquuntur, abrogatæ, cùm hodie secundùm Romanam legem compositio fieri debeat. Vel possumus dicere secundùm hanc legem compositionem faciendam, cùm Romana sit. Est enim ab Imperatore constituta.* Nota marginalis in eodem codice: *Infirmatur hæc lex per legem* Vt omnis ordo Ecclesiarum &c. *& etiam à statim sequenti capitulo de Episcopis & sacerdotibus occisis, eò quòd ibi legitur:* Veruntamen videtur nobis de Presbyteris. *Sed secundùm quosdam non est infirmatio, sed adjectio.*

Ibid. c. 4. SI QVIS MESSEM] Hoc caput descriptum est in libro tertio Capitularium. Heic tamen etiam positum est, quia postrema illius pars non extat in Capitularibus.

SVPER BAN. DOM.] *id est, si Rex miserit bannum ut nullus eas res disperdat*, inquit glossa in uno codice regio.

Pag. 350. c. 5. SICVT LEX EST] *id est, ut verberetur*, ut ait eadem glossa. Sed non puto glossatorem istum bene cepisse sensum legis.

Ibid. c. 9. FVRTA ILLA EXCLVDAT] *id est, non teneatur de compositione tertij furti, vel etiam non teneatur de primo neque de secundo furto*, inquit idem glossator. Alia glossa ait: *Hoc de servo tantùm esse dictum nemini venit in dubium. Sed si liber homo furtum fecerit tertium, & exinde ad mortem judicatus fuerit, quid inde fieri debeat quæritur.*

INVIDIAM AVT OCC. INIV.] id est, *per odium aut per malum ingenium*, ut legitur in capite undecimo Capitularis anni DCCLXXIX.

Pag. 351. c. 12. IVBEMVS QVOQVE] In uno codice regio scriptum heic est in margine: *Hæc lex Salica est.*

Ibid. c. 13. DE FEMINIS] Hæc lex in libris editis tribuitur Karolo, in manuscriptis Lothario. Haud dubiè utriusque est. Nam nepos plurimas avi constitutiones descripsit in suis capitularibus, ut cuivis notum est.

Ibid. c. 15. DE OMN. DEBITIS] In uno codice regio adnotatum sic est: *Hoc caput Salicum est.*

SALICAM LEGEM] Glossa marginalis in eodem codice regio: *Per Salicam enim legem constitutum fuerat ut solidi semper solverentur quadraginta denariis.* quod verum est. Concilium Remense anni DCCCXIII. cap. 41. *Vt Dominus Imperator secundùm statutum bonæ memoriæ Domini Pippini misericordiam faciat ne solidi qui in lege habentur, per quadraginta denarios discurrant.* Hincmarus in vita sancti Remigij: *In testamento à beato Remigio condito lector attendat quia solidorum quantitas numero quadraginta denariorum computatur, sicut tunc solidi agebantur, & in Francorum lege Salica continetur, & generaliter in solutione usque ad tempora Karoli perduravit, velut in ejus capitulis continetur.* Vide Capitulare secundum anni DCCCIII. cap. 9. & lib. 3. Capitular. c. 30. Tom. I.

EXCEPTO SI LEVDES] Codices regij: *Excepto leudo.*

SAXO AVT FRISO] Vnum vetus exemplar: *Saxon aut Frixon.* Aliud: *Saxus aut Frixus.* Editio Nicolai Boherij: *Saxo aut Frixo.*

SEXAGINTA DEN.] Imposuit nobis heic editio ejusdem Boherij & Lindenbrogica. Manuscripti codices habent *quadraginta.* Atque ea est sincera lectio, quam confirmat caput 75. libri quarti Capitularium. Beatus Rhenanus lib. 2. rer. Germanicar. pag. 94. *Salici Franci majus privilegium habebant. Nam hi solidum xii. denariorum pro multa solvebant. Si Frisius aut Saxo offendisset Salicum Francum, xl. denariorum solido multabatur.*

VT NEMO] In uno codice regio hæc adnotatio legitur in margine: *Hinc videri potest quòd si aliquis vendiderit hominem nisi in præsentia hominum qui notantur his duabus legibus, nulla est venditio, quia facit contra legem.* Ista clariùs explicantur in nota marginali alterius codicis regij: *Hæc lex in hoc quòd dicit* nisi in præsentia Comitum *augetur à sequenti lege* De mancipiis, *cùm lege illa ante nota testimonia emi possint mancipia. Et notatur hac in lege quòd qui hominem emerit nisi in præsentia Comitum vel notorum testium, nihil agit, cùm contra legem faciat istam.* Lex de mancipiis, quam laudat auctor istius glossæ, legitur statim post caput istud in libro secundo legis Longobardorum. Nos tamen heic eam non retulimus, quia suo loco extat in libro quinto Capitularium cap. 203. & Addit. IV. cap. 157. Ibid. c. 16.

IN PRÆSENTIA COMITVM] *Quod hodie non tenet*, inquit auctor prioris glossæ, *per sequentem legem.*

IN FVRTO] *id est, absconsè*, ut ait glossa interlinearis in eodem codice regio. Sed in capite 34. istorum excerptorum & in regula Magistri de diversis generibus monachorum cap. 1. hæc vox significat simpliciter occultè: *de ficta infirmitate absconsè securi.* Ibid. c. 17.

LEGALI SENTENTIÆ] *id est, ut tot vicibus bannum solvat quot mancipia emit*, ut ait glossa interlinearis in utroque codice regio.

VT LATRONES] Vide Notas ad Capitulare anni DCCLXXIX. cap. 9. In uno porrò codice regio hæc nota adjecta est in margine: *Huic obviat lex inferior* Si quis in, *quia non, ut hæc, dicit* jurare debet, *sed ut illa, id est, quòd non eum fugere fecisset ad justitiam cujuslibet disfaciendam. Vel non obviat, quia de illis loquitur qui infra emunitatem furtum fecerunt vel infra habitant, illa de his qui foras fugerunt. Vel dicendum est quòd utramque pœnam sustinebunt & utrumque sacramentum facient.* Eadem ferme verba leguntur in altero codice regio. Lex verò ad quam respicit hæc glossa, extat lib. 5. Capitularium cap. 26. Ideo nos illam inter hæc capitula excerpta non descripsimus. Ibid. c. 18.

DE MANNITIONE] Vnum vetus exemplar habet *De mannire.* Quo etiam modo scriptum Pag. 352. c. 19.

Tom. I. fuisse constat in eo quo usus est Nicolaus Boherius. Istud porrò caput Ludovico Pio tribuitur in capitulis quæ Lindenbrogius edidit post legem Salicam, ut adnotamus infrà ad paginam 604. sive ad Capitulare primum anni DCCCXIX.

AD PLACITA OPPRIMANT] Boherius & Lindenbrogius habent *per placita.* quam lectionem confirmat unum vetus exemplar, ubi primò scriptum fuit *per implicita.*

Ibid. c. 20. LIBELLARII] *id est, liberi homines*, inquit glossa interlinearis in uno codice regio, scilicet qui per libellum sive chartam facti fuerant liberi. Vide Capitulare Pippini Regis Italiæ cap. 6.

ANTIQVI] *qui antico coluerant terram ecclesiasticam.* Hæc est vetus glossa adjecta eidem codici regio. quam non arbitror esse legitimam. Lex enim loquitur generaliter de libertis, sive illi ecclesiastici fuerint, sive regij aut aliorum dominorum.

EPISCOPVS PRIMO] Boherius non cepit sensum hujus loci, cùm putavit hanc legem jubere ut Episcopus pauperi provideat de advocato. Lex enim jubet ut Advocatus Episcopi justitiam faciat, quod tum solebant Advocati. Vide infrà in capite 39. istorum excerptorum.

ADVOCATVM] id est, per Vicarium suum, ut putat idem Boherius. falsò. Nam Advocati & Vicarij distincta erant officia. Vide Capitula Pippini Regis Italiæ excerpta ex lege Longobardorum cap. 29. & lib. 3. Capitular. cap. 11. itemque Capitula Lotharij tit. 3. cap. 7.

CAPITVLARE DOMNI IMP.] Turbavit hic locus eundem Boherium, quòd Imperator heic de se loquatur in tertia persona. *Nota*, inquit, *quòd licèt loquatur hic Carolus de Capitulare Imperatoris, tamen debet intelligi de suo, & quòd est lex Ludovici Imperatoris, qui loquitur de Capitulari Domni Imperatoris.* Revera lex est Karoli Magni, quam renovatam postea puto à Pippino Rege Italiæ, eo verò tempore interpolatam ab illo fuisse, sicut videmus in nonnullis aliis ejusdem Pippini capitulis. Non posse esse Ludovici Pij hinc patet quòd cùm ista scripta esse oporteat vivente Karolo, à Ludovico scribi non potuerunt, qui Rex Italiæ non fuit. Similis interpolatio facta est in capite 36. istorum excerptorum, ubi Boherius ista adnotat: *Adverte quòd ista lex non est Caroli Imperatoris, sed Ludovici aut Lotharij, licèt in suprascriptione dicatur Imperator Carolus, ut patet ex fine legis.*

Ibid. c. 22. QVALES LEX IVBET] *prima istius tituli*, inquit glossa in uno codice regio, id est, lex quæ extat in libro tertio Capitularium cap. 11. quæ verò primo loco heic ponitur in codice legis Longobardorum.

Pag. 353. c. 23. VT LEX HABET] Extat in secundo Capitulari anni DCCCV. cap. 11. Vide etiam Capitulare primum anni DCCCIX. cap. 16.

Ibid. c. 24. FALSA PERSONA] id est, qui convicti sunt testimonium secundùm fidem & religionem non dixisse. Itaque in uno codice regio hæc nota additur in margine: *Qui falsum testimonium dixerit, ad testimonium non admittitur.* Vide lib. 1. Capitularium cap. 44.

Ibid. c. 25. IVDICES IEIVNI] Vide lib. 1. Capitularium cap. 60. lib. 3. cap. 38. lib. 5. cap. 103. & lib. 6. cap. 232. Tom. I.

VICARIOS] Nota marginalis in uno codice regio: *id est, Vicecomites vel Vicedominos.* Ibid. c. 27.

FREDAM] *id est, bannum*, ut habet glossa interlinearis in uno codice regio, sive *regalem compositionem*, ut in alio. Pag. 354. c. 29.

CORAM CENTENARIIS] Hæc lex difficultatem habet. Vide Capitulare primum anni DCCCX. cap. 2. & lib. 3. Capitular. cap. 26. & 79. & lib. 5. cap. 105. & 293. Istam difficultatem agnovit auctor glossæ in uno ex codicibus regiis, ubi sic legitur: *Cùm hic de minoribus dixit, de majoribus idem intelligendum est, id est, de morte & de libertate judicandi, ut lex præcipit: Vt nullus homo in placito Centenarij.* Ibid. c. 30.

DIFFINIRI] Eadem glossa: *Diffiniri accipit hic alio modo quàm per sententiam diffinitivam.*

HOC QVOQVE IVBEMVS] Caput est 89. legis Ripuariorum, quod Karolus in suis Capitularibus inseruit. Vide quæ infrà adnotantur ad paginam 455. Ibid. c. 31.

CORAM TESTIBVS] Vetus nota marginalis in uno codice regio. *Ideo dicit* coram testibus *partem fisco dari ut* perpetua pax, *id est, ut fiscus postea exinde eum interpellare nequeat, vel si postea reus convincitur illud facinus perpetrasse unde pulsabatur, ab eo tunc aliud bannum non exigatur.*

DOMNVS KAROLVS] Addita ista haud dubiè à Pippino sunt, à quo legem istam puto renovatam esse. Vide quæ paulò antè dicta sunt ad caput 20. istorum excerptorum. Pag. 355. c. 36.

ET DE MONASTERIIS] Vide Notas illustrissimi Episcopi Monspelliensis Francisci Bosqueti ad Innocentium III. pag. 11. 40. Vide etiam to. IX. Spicilegij Dacheriani pag. 64. cap. 12. inter capitula quæ tribuuntur Bonifacio Archiepiscopo. Ibid. c. 37.

ANTEPOSITO] Vide Ianum à Costa in Decretales pag. 364. qui ista accuratè explicat. Ibid. c. 39.

NOBIS NVNTIETVR.] Vide omnino caput undecimum eorum quæ Bonifacio Archiepiscopo tribui proximè diximus.

DE TRVSTE] Sumptum istud est ex capite 14. Capitularis anni DCCLXXIX. ut illic adnotavimus. Pag. 356. c. 45.

PER FRAVDEM] Decretum fuerat anno DCCLVII. in synodo Compendiensi ut si quis filiastrum aut filiastram suam ante Episcopum ad confirmationem tenuisset, ab uxore sua separaretur, & alteram non acciperet. Nihil statutum fuerat de feminis. Attamen quia par causa videbatur, postea mulieres nonnullæ fastidiosæ, ut occasionem quærerent divortij, proprios filios coram Episcopis ad confirmandum tenebant. Statuit autem Concilium Cabilonense II. habitum anno DCCCXIII. *ut si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliquam coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quandiu vivet, agat pœnitentiam, à viro tamen suo non separetur.* Nonnullæ maritos suos impellebant ad istud facinus, ut ita possent ab illis discedere; ut colligi potest ex Flodoardo, qui lib. 3. cap. 21. refert Hincmarum Remensem Archiepiscopum ad Lupum Ca- Ibid. c. 48.

Tom. I. talaunensem Episcopum scripsisse *pro quodam qui dolo deceptus fuerat ut infantem proprium ad catechizandum teneret, item quid de hac re synodus decreverit.* Vide Gratianum 30. q. 1.

Ibid. c. 49. GENERALITER] Heic caput istud Karolo tribuitur, etiam in antiquis exemplaribus. Dominicy tamen in Assertore Gallico pag. 52. citat illud ex capitulis Ludovici Pij. Sanè iisdem omnino verbis legitur in capite quinto Capitularis quod ab eodem Ludovico editum est anno DCCCXXI. Fieri ergo potest ut Karoli sit, deinde repetitum à Ludovico post addita capitula legi Salicæ.

Pag. 357. CAPITVLVM DE HONOR.] Certum est hoc capitulum reperiri inter canones synodi Triburiensis. Ac sanè multa sunt quæ dicere videntur illud ab Episcopis constitutum fuisse, non autem ab Imperatore. Et tamen notius est sub nomine Karoli M. quàm sub nomine Concilij Triburiensis. Primus, quod sciam, Ivo Carnotensis Episcopus illud Karolo tribuit, hinc deceptus, ut opinor, quòd apud Burchardum sequatur statim post duo capitula quæ verè sunt Karoli. Ivonem secutus est Gratianus. Baronius ad annum DCCCI. illud annumerat legibus Karoli, ad annum verò DCCCXCV. canonibus synodi Triburiensis. Vide Additionem ad caput XVI. libri secundi de concordia sacerdotij & imperij, & Notas ad Gratianum dist. 19. cap. 3. *In memoriam.* Ceterùm hoc capitulum emendavimus ope quatuor veterum exemplarium.

SACERD. MAT. DIGNIT.] Istud sumptum est ex epistola quarta S. Leonis ad universos Episcopos per Siciliam constitutos.

VIX FERENDVM IVGVM] Verum illud. *Sed si omnino ferendum non sit, quia scilicet utilitati publicæ graviter obest, ex illo decreto sequitur* (inquit Marca lib. 2. de concordia cap. 16. §. 9.) *suum esse in populi potestate ut à se jugum illud amoveat.*

CAPITVLARE EPISCOPORVM.] Primus illud edidit Sirmondus ex veteri codice S. Vincentij Metensis. In codice porrò illo adnotatum non est ad quem annum referendum sit, nisi quòd positum est ante capitula data Missis anno secundo, quæ statim sequuntur post ista.

HÆC SVNT CAPITVLA] In codice Oxoniensi (ex quo Spelmannus hæc capitula edidit in tomo primo Conciliorum Angliæ pag. 258.) hic erat titulus: *Hæc sunt jura sacerdotum quæ tenere debent.* Non esse Egberti Archiepiscopi Eboracensis, sub cujus nomine ea Spelmannus edidit, certum est. Immo in codice Oxoniensi, ut idem scribit, ante librum pœnitentialem Egberti inseruntur.

Pag. 359. c. 7. SOLI] Hæc vox non habetur in editione Spelmanni, & videtur superflua.

Pag. 360. c. 12. VT PRO HIS QVI] In codice Oxoniensi: *& pro his quæ adepti sunt per gratiam divinam, non pretia concupiscant &c.*

Pag. 363. c. 1. ARCHIEPISCOPOS] Mentem Karoli in condendis istis capitulis explicant annales Canigonenses & Anianenses his verbis: *Anno DCCCII. recordatus piissimus Karolus Imperator misericordiæ suæ de pauperibus qui in universo imperio ejus erant & justitias pleniter habere non poterant, voluit de infra palatio pauperibus vassos transmittere justitias faciendum propter munera: sed* Tom. I. *elegit in regno suo Archiepiscopos & reliquos Episcopos & Abbates, cum Ducibus & Comitibus, quia opus non habebant super innocentes munera accipere, & ipsos misit per universum regnum, ut Ecclesiis, viduis, orphanis, & pauperibus & cuncto populo justitiam facerent.* Eadem leguntur in chronico Moyssiacensi & in vetustis annalibus à Lambecio editis in libro secundo commentariorum de bibliotheca Cæsarea pag. 382. nisi quòd illic legitur *pauperiores vassos* pro eo quod in superioribus annalibus legitur *pauperibus vassos.*

MARRIRE] irrumpere, ut suprà in Capitulari Bajuvariorum anni DCCLXXXVIII. cap. 1. Marrire itaque hoc loco significat perfringere & perrumpere legem, metaphora sumpta à viatoribus, qui à recta via deviantes, marrire iter dicuntur etiamnum à Lemovicibus. Hinc in titulo XIX. Capitulorum Karoli Calvi cap. 13. marritio sumitur pro injuria; quia qui injuriam infert, divertit à jure. Iterum marritio in veteribus chartis S. Galli heic à Sirmondo relatis significat diminutionem; quia qui diminuit vel subtrahit partem aliquam rei quæ debetur integra, deviat ab æquitate. Extat in Chartulario Ecclesiæ Viennensis charta Ariulfi & conjugis ejus Adoatæ, in qua hæc leguntur: *Post denique amborum nostrum decessum, ad usum Canonicorum beati Mauricij predicta res absque marritione revocentur.* Item alia Constantij Chorepiscopi & fratris ejus Adrulfi Diaconi: *Post decessum namque nostrum agricultores beati Mauricij absque marritione vel præjudice in suorum ad matrem Ecclesiæ revocentur potestate & dominatione.* Vide infrà cap. 8. 9.

BREBITARIIS] brevibus, inventariis.

ISTA MISERATIONEM] Puto legendum esse, *istam in se rationem.* Pag. 364. c. 1.

CAPITVLARE SECVNDVM] Pleraque capita istius Capitularis breviata sunt ex capitibus prioris Capitularis. Pag. 371.

OMNES REPROMITTANT.] Rhætos repromisisse patet ex veteri charta Sangallensi quæ extat apud Goldastum in tomo secundo rerum Alamannicarum pag. 81. *Per ipsum sacramentum quod Domno nostro datum habemus.* Item Bajoarij, ut legitur in tomo tertio Metropolis Salisburgensis pag. 322. *Per sacramentum fidelitatis quod Domino Carolo Imperatori ipso presente Arno juraverunt.* Hinc ergo colligitur ceteros quoque Francici imperij populos idem sacramentum præstitisse. Formulæ sacramentorum extant in fine istorum capitulorum. Ibid. c. 1.

Hæc duo capita desunt in codice Palatino & in Metensi. Sumpta autem sunt ex apographo Sirmondi, qui descripserat ex codice Tiliano. Pag. 377. c. 24. 25.

KAROLI] Codex Tilianus, ut Sirmondus admonet, habebat *Imperatoris & Regis*, omisso nomine Karoli. Ibid. c. 29.

Hæc etiam capita desunt in eisdem codicibus, & sumpta sunt ex eodem Sirmondi apographo. Pag. 378. c. 21. 22.

ADDVCI FACIANT.] Istud observatum reperio à Vvlfario Remensi Archiepiscopo, qui Missus dominicus ea tempestate fuit in Rhætia. Rupertus monachus in libro de origine & casibus monasterij S. Galli cap. 5. *Hortatus est eos ut per aliquem fidum hominem eandem firmitatis* Ibid. c. 33.

cartam

Tom. I. *cartam Domno Imperatori dirigerent.*

Pag. 377. DE LOCIS VBI MISSI] Desunt annotationes plerorumque Missorum & locorum in quibus constituti erant. Hiatum illum partim supplebit Flodoardus, partim veteres chartæ monasteriorum S. Galli & Slechdorfensis. Flodoardus lib. 2. historiæ Remensis cap. 18. docet Vvlfarium Archiepiscopum Remensem constitutum fuisse Missum super totam Campaniam & pagos aliquot ibi nominatos. Præstat integrum locum heic describere, qui magnam lucem adferet huic Capitulari. Tilpinum sequitur Vvlfarius, qui ab Imperatore præfato Magno Karolo Missus dominicus ad recta judicia determinanda fuerat ante episcopatum constitutus super totam Campaniam, in his quoque pagis, Dolomense scilicet, Vongense, Castricense, Stadonense, Catalaunense, Otmense, Laudunense, Vadense, Portiano, Tardunense, Suessionense; sicut & alij quidam sapientes & Deum timentes habebantur Abbates peromnem Galliam & Germaniam à præfato Imperatore delegati, quò diligenter inquirerent qualiter Episcopi, Abbates, Comites, & Abbatissæ per singulos pagos agerent, qualem concordiam & amicitiam adinvicem tenerent, & ut bonos & idoneos Vicedominos & Advocatos haberent, & undecunque necesse fuisset, tam regias quàm Ecclesiarum Dei justitias, viduarum quoque & orphanorum, sed & ceterorum hominum inquirerent & perficerent, & quodcunque emendandum esset emendare studerent in quantum meliùs potuissent, & quod emendare per se nequivissent, in præsentiam Imperatoris adduci facerent, & de his omnibus eidem Principi fideliter renuntiare studerent. Residens igitur præfatus vir illustris Vvlfarius ad injuncta sibi definienda judicia cum quibusdam Comitibus in mallis publicis, res quasdam Remensi Ecclesiæ, sed & mancipia nonnulla vel colonos reimpetrasse, ac legibus per Ecclesiæ Advocatos evindicasse reperitur.] Idem Missus dominicus eadem tempestate fuit in Rhætia, ut docet Rupertus monachus Sangallensis in loco paulò antè laudato. Fortassis cum Vnfredo Retiarum Comite, cujus mentio extat in charta Sangallensi apud Goldastum in tomo secundo rerum Alamannicarum pag. 81. Arno Iuvavensis Archiepiscopus hoc missaticum implevit in Bajoaria unà cum Adalvvino coëpiscopo ejus, Episcopo nimirum Ratisbonensi, & Orendillo judice, ut docent veteres chartæ editæ in tomo tertio Metropolis Salisburgensis pag. 321. & 322.

MAGNVS ARCHIEPISCOPVS] Senonensis.

Pag. 378. IN PARISIACO] Hæc non extant in codicibus Palatino & Metensi, & sumpta sunt ex eodem apographo Sirmondi.

FARDVLFVS] Assentior clarissimo scriptori annalium Ecclesiæ Francorum, qui locum hunc explicat de Fardulfo Abbate sancti Dionysij.

STEPHANVS] Comes Parisiensis, cujus mentio habetur infrà pag. 392. & 490.

MAGENARDVS EPISCOPVS] Rotomagensis, cujus mentio in capite octavo Francofordiensi.

MADELGAVDVS] frater fortassis Angilberti Abbatis Centulensis, cujus fratres fuisse Madhelgaudum & Richardum tradit Nithardus Angilberti filius in libro quarto de dissensionibus filiorum Ludovici Pij. Hi verò tres fratres, ut idem ait, *apud Karolum M. meritò magni habebantur.* Tom. I.

SACRAMENTALE] Extat inter formulas Lindenbrogij pag. 522. cap. 40. Putavit autem Andreas Ducheinius ista pertinere ad annum DCCLXX. quia videbat ea acta fuisse anno secundo Karoli. Certum est tamen revocanda esse ad annum DCCCII. Pag. 377.

CAPITVLARE AQVISGRAN.] Vetus nota adjecta codici Remensi, quæ hinc à Ioanne Tilio translata est in librum primum Capitularium, hæc habet in margine prioris istorum capitulorum. *Tempore Adriani Papæ & Karoli M. Imperatoris, quando Paulinus Episcopus tenuit vices apostolicæ sedis in Aquis, fuit factum istud capitulum propter hoc quia laici homines* + *volebant dividere episcopia & monasteria ad illorum opus, & non remansisset ulli Episcopo nec Abbati nec Abbatissæ nisi tantùm ut velut Canonici & monachi viverent.* Puto autem heic erratum esse à librario, qui Adriani nomen heic perperam posuit, cùm Leonis scribere debuisset. Conjecturam hanc adjuvat Hincmarus in epistola XLVI. pag. 765. ubi ait edictum Karoli in quo tria priora capita istius Capitularis sancita sunt editum à Karolo fuisse ad consultum Leonis Papæ. *Quod edictum ex integro*, inquit, *Domnus Karolus Magnus Imperator cum interrogatione de Chorepiscopis per Arnonem Archiepiscopum ad Leonem Papam direxit, & ad ejus consultum aliud edictum de non dividendis rebus ecclesiasticis & de Episcoporum causis edidit, & apostolicæ sedis atque auctoritate sua confirmavit, & per omnes metropolitanas Ecclesias imperij sui perpetuò servanda direxit.* De eadem re cum mentione Paulini Patriarchæ agit idem Hincmarus in epistola XXIX. pag. 320. quæ integrior ex schedis celeberrimi viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis edita est in appendice Concilij Duziacensis. *Itaque cùm de aliis memorabilibus Imperatoribus ac Regibus loquimur, avi vestri magni Imperatoris Karoli non est pratereunda memoria: cui cùm, sicut adsolet, adulantium linguis subreptum fuerit ut Ecclesiis de rebus suis præjudicium quoddam inferret, obsistentibus Episcopis, & specialiter Paulino Patriarcha, sicut vobis bene notum esse cognosco, adeo se recognovit & Ecclesiæ ac Episcopis satisfecit ut præsens oris sui confessio ei non suffecerit, sed ad posteros suos, qui ex illius progenie exorturi erant, confessionis & correctionis suæ scriptum manu sua firmatum transmiserit. De quo edicto partem in libro vestro qui appellatur liber Capitulorum imperialium scriptum habetur capitulo LXXVII. ubi scriptum est: Quia juxta sanctorum patrum traditionem &c.* Præterea cùm in nota codicis Remensis scriptum sit ista acta fuisse tempore Karoli M. Imperatoris, manifestum est acta non fuisse tempore Adriani, sed tempore Leonis, quo sedi apostolicæ præsidente captum consilium est renovandi imperij in persona Karoli. Denique nusquam invenimus Aquisgranensem synodum, cui sedis apostolicæ legatio interfuerit, vivente Adriano fuisse Pag. 379. + Tilius celebrant dividere episcopia & monasteria ad illorum opus, & non remansisset ulli Episcopo nec Abbati nec Abbatissæ nisi tantùm ut velut Canonici & monachi viverent. didit solebant.

Tom. I. congregatam. At verò in annalibus Anianenſibus & Canigonenſibus, tum etiam in annalibus à Lambecio editis, & in Chronico Moyſſiacenſi legimus Karolum menſe Octobri anni DCCCII. congregaſſe univerſalem ſynodum in Aquis, ibique multa ſtatuta fuiſſe tam de politicis cauſis quàm de eccleſiaſticis. Duravit autem hic conventus, ut ego arbitror, ad aliquot menſes, protractus nimirum uſque ad initium anni ſequentis. Argumento eſt nota quæ Capitulari III. anni DCCCIII. ſubjicitur in codicibus Palatino & Metenſi infrà pag. 395. *Hoc fuit datum ad Aquis in tertio anno imperij Domni Karoli Auguſti, quando ſynodus ibi magna fuit*, id eſt, univerſalis, ut loquuntur annales ſuprà laudati. Itaque ſi cui ſynodo Aquiſgranenſi ſub Karolo M. habitæ interfuit apoſtolicæ ſedis legatio, par eſt exiſtimare id contigiſſe in iſta, ad eámque referendam eſſe legationem Paulini. De eadem ſynodo Aquiſgranenſi intelligendum puto hunc locum ex epiſtola Alcuini ad Karolum M. quæ præfixa eſt libris de fide ſanctæ Trinitatis: *Tempore celeberrimi conventus quo ſacerdotes Dei & populi prædicatores Chriſtiani in unum imperiali præcepto conveniunt.* Et paulò pôſt: *Veſtræ probationis expectat judicium, ſi dignè meus iſte labor in ſacerdotales procedere valeat aures.* Falluntur ergo Baronius ad annum 789. & Cellotius in Notis ad quaterniones Hincmari pag. 459. dum ſcribunt hoc edictum promulgatum fuiſſe anno vigeſimo regni Karoli, hinc decepti quòd in vulgatis editionibus Capitularium, ante notam marginalem codicis Remenſis appoſita eſt nota anni quo priora LXXXII. capita libri primi Capitularium ſancita ſunt, quam illi non ſatis diſtinxerunt à nota quæ pertinet ad capitulum de non dividendis rebus Eccleſiæ. Putavit Sirmondus hæc capitula non eſſe Karoli, ſed Ludovici, & Anſegiſum immemorem propoſiti & inſtituti ſui, cùm librum primum Capitularium ſolius Karoli eccleſiaſticis legibus deſtinaſſet, has etiam Ludovici filij conſtitutiones injeciſſe. Certè aliquam cauſam eſſe oportuit quæ Anſegiſum impulerit in hunc lapſum. Ea verò alia non eſt quàm quòd cùm duo iſtius Capitularis priora capitula, quæ verè ſunt Karoli, deprehendiſſet in fronte Capitularis quod à Ludovico Pio editum eſt anno DCCCXVII. apud Aquiſgranum, putavit cetera quoque ejuſdem edicti capita Karoli eſſe, cùm tamen ſint utplurimùm ſolius Ludovici. Refellit autem heic Sirmondum Chriſtianus Lupus to. III. pag. 319. ac demum addit: *Quocirca ſui præpoſiti immemor non fuit Anſegiſus, ſed Capitulare ſemel ſub Carolo Rege poſitum cenſuit ſub Ludovico non eſſe repetendum.* Verè, ut opinor, ſed tamen non rectè. Nam probationes quas adfert adversùs Sirmondum non ſunt magni momenti; neque ex ſola epiſtola duodecima Hincmari aut ex Ivone, ſi deeſſent alia argumenta, colligi poſſet capitula iſta eſſe Karoli ac Ludovici. Vide Notas ad Gratianum pag. 518.

Pag. 387. INCIPIVNT CAPITVLA] Emendata ſunt ope undecim veterum codicum, quorum tres habuimus ex bibliotheca regia, quartum ex Thuana, quintum ex Bigotiana, ſextum ex monaſterio S. Galli. Septimus extat in bibliotheca Vaticana, unde illius exemplar ad nos miſſum eſt. Octavus Tom. I. fuit monaſterij ſancti Remigij Remenſis, nonus S. Vincentij Metenſis, decimus S. Vincentij Laudunenſis, undecimus monaſterij Corbionenſis. Codices porrò regios ita diſtinguimus ut unum vocemus ſimpliciter regium, alium Pictavienſem, quia fuit olim Eccleſiæ S. Petri Pictavienſis, tertium Mazarinum, quia ex Mazarina bibliotheca tranſlatus eſt in regiam.

PRÆPONENDO ADDERE] In pleriſque codicibus hæc tantùm leguntur in titulo iſtorum capitulorum: *Capitula quæ in lege Salica mittenda ſunt.* Sed in codice S. Remigij Remenſis, in Sangallenſi, & in Bigotiano legitur uti nos edidimus. Veram autem eſſe hanc lectionem probat codex regius, in quo capitula iſta poſita ſunt in fronte legis Salicæ.

QVI SVBD. OCCID.] Poſt hæc verba ſequitur in editione Pithœi, *& ei adprobatum fuerit.* quæ nos ſuſtulimus, quia in nullo veterum exemplarium extant quæ nos vidimus, nec in editione Caniſij, nec in libro tertio Capitularium.

QVI DIACONVM] Codex regius heic & Ibid. c. 1. in aliis locis hujus capitis ſemper repetit vocem *occiderit.*

SEXC. SOL. COMPONAT.] Idem vetus Ibid. c. 2. codex: *ſol. DC. cul. jud.*

CONSENTIRE VOLVERIT] In eodem codice & in Laudunenſi ſcriptum eſt *noluerit.*

IVRET Q. L. E. V. A. TEN.] Hæc addita ſunt ex Vaticano & Metenſi codicibus.

SEXC. S. C. DEBVIT] In codice Pictavienſi & in Mazarino legitur: *DC. ſolid. culpabilis judicetur.*

INTRA IPSIVS ATRIA] Ita plerique co- Pag. 389. dices optimi & antiquiſſimi. Alij habent *in atrio* c. 3. *ipſius.*

PVBLICVM] Quidam codices habent *publico*, Mazarinus & Pictavienſis, *publicè.*

OCCIDISSE] In codicibus Vaticano & Me- Ibid. c. 3. tenſi additur, *vel abſcondiſſe.*

REI] Mazarinus, Corbionenſis, & Picta- Pag. 390. vienſis legunt *regis.* Pithœus, Lindenbrogius, c. 8. Caniſius, & Bignonius, *regi.* Sed Caniſius admonuit in margine legendum eſſe *rei.* Quæ eſt vera lectio, quam exhibent vetera exemplaria & liber tertius Capitularium. Similis error extat in codice Agobardi, ut diximus in Notis ad epiſtolam Gregorij IV. quæ apud Agobardum extat, & in capite decimo Capitularis I. anni 819. ubi codex Thuanus legit *regi veritas cognoſci valeat*, cùm legendum ſit *rei veritas.* Item in capite duodecimo Capitularis III. ejuſdem anni, ubi in duobus locis legitur *regi* in codice regio, cùm legendum ſit *rei*, ut habetur in codice Remenſi.

OPTIMVS] Quidam codices habent *Optimi* Ibid. c. 11. & *adſumantur.*

TESTIMONIARE] Codex Pictavienſis & Bigotianus habent *teſtificare.*

INDICERE] Exemplar Metenſe, *incidere vel impingere.* Vaticanum, *incidere, id eſt, impingere.*

STEPHANO COMITI] Pariſienſi, de quo Pag. 391. hæc leguntur in parvo Chartulario Eccleſiæ Pariſienſis fol. 71. *Domino ſancto & in Chriſto apoſtolico ſacroſanctæ Mariæ Eccleſiæ Deique ge-*

Tom. I. *nitricis & ſancti Stephani protomartyris ſeu & Domni Germani, ubi Incadus Pariſiace urbis Epiſcopus reſtor præeſſe videtur, quæ eſt infra murum Pariſij conſtructa. Ideoque in Dei nomine ego Stephanus Chriſti humilis gratia Dei Comes, necnon & Amaltrudis Comitiſſa, pariter ob amorem invicem dilectionis donamus res noſtras quæ ſunt in pago Pariſiaco, in loco qui vocatur Sulciacus &c. Actum Bonoilo villa, ubi facta & firmata fuit in anno xi. imperij Domni noſtri Karoli gloriosique Auguſti, xliij. regni ejus in Francia, & xxxvi. in Italia. ſub Indictione tertia.* Charta Inchadi Epiſcopi Pariſienſis data in Concilio generali: *Sulciacum, quem Stephanus illuſtris vir & pia recordationis Comes necnon & uxor ejus Amantrudis eorum uſibus delegaverunt.* Idem fuit Miſſus dominicus anno DCCCII. in Pariſiaco &c. ut videre eſt ſuprà pag. 378. Subſcriptus præterea reperitur in breviario diviſionis theſaurorum Karoli Magni.

CAPITVLA MINORA] Conlata ſunt cum eiſdem exemplaribus quorum ope emendavimus ſuperiora undecim capitula. Meminit iſtorum Sigebertus in Chronico ad annum DCCCIII. *Karolus per omne imperium juſtitias facit, & legis capitula xxix. inſtituit.* Eadem leguntur in veteri chronico MS. cujus hoc fragmentum reperi inter ſchedas Sirmondi: *Anno iij. Karolus Imperator per totum imperium ſuum juſtitias facit, & legis capitula xxix. inſtituit.*

Pag. 392. c. 2. EXCOMMVNICATIONES] In codice Vaticano, in Metenſi, & in Laudunenſi, & in vulgatis editionibus legitur *excommunicatio & fiat.*

Pag. 393. c. 4. CONTEMPSERINT] Codex Thuanus, *conſenſerint.* In Mazarino ſcriptum eſt, *non conſenſerunt.*

Ibid. c. 8. NOSTRAM] In codice Vaticano & in Metenſi, *Imperatoris.*

Ibid. c. 10. VT NEC COLONVS] Codex Corbionenſis: *Vt nec colonus nec fiſcalinus foras micio poſſint aliubi tradicionis facere.* Bigotianus: *Vt nec col. nec fiſc. poſſint aliubi foras mitti vel traditiones facere.* Lindenbrogius: *poſſit aliubi foras mixtos traditiones facere.* quam lectionem accepit ex libro ſecundo legis Longobardorum. Vide lib. 3. Capitular. cap. 36.

Ibid. c. 11. MITTERE] Aliqui codices addunt *ſine cauſa.* Quo etiam modo habent editiones omnes, præter Lindenbrogicam. Iſtam nos ſecuti ſumus, quia juvabatur majori numero veterum exemplarium.

FIAT.] Vaticanus, Metenſis, & regius habent *fuerit.*

Ibid. c. 14. FVERVNT.] Codex Laudunenſis & editiones Amerbachij & Caniſij, *venerunt:* Codex Thuanus, *veniunt.*

Pag. 394. c. 16. AD BIBENDVM] Codex S. Remigij Remenſis addit, *niſi quantum ei ſufficit.* Regius, *niſi quod ei neceſſe fuerit.* Ita etiam editio Bavarica.

Pag. 395. Quatuor capitula quæ heic addita ſunt ex codice Bigotiano & ex editione Lindenbrogij, videntur eſſe deſcripta ex cap. 22. 20. 18. 19. Capitularis quinti hujus anni.

DE LEGE RIPVARENSE.] In vetuſtis codicibus Palatino & Metenſi capitula iſta nullum titulum habent. Sumptus eſt autem ex editione Bavarica. Tom. I.

SI INGENVVS] Vide legem Ripuariorum cap. 1. & 2. Ibid. c. 1.

HOMO REGIVS] Vide ibid. cap. 9. & 10. Ibid. c. 2.

AVT CRVCE] Hæc non habentur in libro Metenſi. Extant tamen in Vaticano & in editione Bavarica. Pag. 397. c. 3.

VEL CRVCE] Et hæc quoque deſunt in libro Metenſi, cùm legantur in Vaticano & in editione Bavarica & in libro tertio Capitularium. Ibid. c. 6.

DE HOMINE] Caput iſtud additum eſt ex editione Bavarica. Non extat enim in antiquis exemplaribus. Pag. 398. c. 11.

ET NONNANES] Hæc non habentur in codice Palatino, & videntur eſſe ſuperflua. Pag. 399. c. 1.

CABALLOS] qui ideo *dona regia* vocantur quia tum moris erat equos offerre Regibus, ut pluribus oſtendit Carolus Dufreſnius in obſervationibus ad Ioinvillam pag. 155. Præceptum Ludovici Pij pro Eccleſia Brivatenſi: *nemini cuilibet obſequium pro prædictis rebus feciſſent, niſi tantùm ad partem Regis annuatim caballum unum cum ſcuto & lancea præſentaſſent.* Vide Sirmondi Notas ad Capitularia pag. 810. extremâ. Pag. 400. c. 20.

SVVM NOMEN] Sic in cereis quos ad ſepulchrum ſanctæ Radegundis poſt mortem ejus obtulerunt ſanctimoniales, *ſingulæ ſuis cereis nomina ſua inſcripſerant*, ut eſt in ejus vita ſcripta à Bandomina.

MANNITI] Codex Palat. *admoniti.* Pag. 401.

INLICITIS] Hæc vox non extat in codice Palatino. Ibid. c. 4. Ibid. c. 6.

EPISTOLA D. KAROLI] Magni momenti eſt iſta Karoli epiſtola, à magno Principe & jurium ſacerdotij & imperij peritiſſimo ſcripta. Heic vides Clericum ab Epiſcopo ſuo ſecundùm canones judicatum, & in cuſtodia propter ſua merita incluſum, ruptis, ut ita dicam, carceris vinculis, in Eccleſiam ſancti Martini confugiſſe, & abuſum ſanctitate loci ut pœnam evaderet quæ in eum optimo judicio conſtituta fuerat. Vides deinde monachos, ut aſylı ſui religionem & auctoritatem venditarent, latebris illum ſuis occultaſſe, ejúſque defenſionem ita ſuſcipere auſos adversùs Epiſcopum ut etiam ei plurimas contumelias publicè imponerent. Quæ res adeo demens ac ſtolida viſa eſt ſapientiſſimo Principi ut non ſolùm eorum ſtultitiam caſtigaverit aſperioribus verbis, ſed etiam Clericum illum Epiſcopo ſuo reddi juſſerit, monachos porrò ad ſe venire, ut condigna ſatisfactione inuſtum crimen eluerent. Multum itaque debemus bibliothecæ Colbertinæ, quæ nobis illuſtre hoc antiquitatis monumentum conſervavit. De negotio porrò iſto ſcripſerat Alcuinus epiſtolam ad Candidum & Nathanaelem, quam Sirmondus ex veteri codice deſcripſerat; ſed inter ejus ſchedas, licèt diligentiſſimè quæſita, reperiri non potuit. Brevi tamen ejus fragmentum habebimus inter Acta ſanctorum ordinis S. Benedicti. Cæterùm quod heic Theodulfo Aurelianenſi Epiſcopo accidit ſub imperio Karoli Magni, idem ferme Hincmaro Remenſi Archiepiſcopo poſtea evenit; ut docet Flodoardus lib. 3. hiſtoriæ Rem. cap. 21. ubi recenſens epiſtolas Hincmari, ait: *Eboni Epiſcopo Eccleſiæ* Pag. 413.

Tom. I. *Remensis alumno pro quodam fratre ab hac Ecclesia fuga lapso & apud ipsum commorante, ut quantocius illum diligenti cura remittere studeat.*

Nvlli criminoso] Legitur istud in Capitulis Angilramni cap. 43. & inde in libro quinto Capitularium cap. 187. Vide etiam lib. 7. cap. 85.

In conspectv popvli] Hic locus valde illustratur ex capite 370. libri quinti Capitularium.

Pag. 415. Magistrvm et rectorem] Alcuinum, quem Karolus è Britannia evocavit non sine magno labore. Nam Alcuinus obtendebat auctoritatem canonum, per quos Clerico non licet Ecclesiam suam deserere & in aliam regionem commigrare absque permissu Regis & Episcopi sui, ut legitur in vita ejus.

Pag. 416. Diabolvs vos q. ministros] Ivo Carnotensis Episcopus epist. 266. loquens de monachis Majoris-monasterij Turonensis: *Monachi damoniaca invidia moti.*

Capitvlare ad Salz] Titulus istius Capitularis simplex est in codice Metensi, hoc modo: *In quarto anno ad Salz.*

Salz] Palatium regium in Germania ad Salam fluvium. Duos istius nominis fluvios habet Germania, unum qui in Albiam influit, alium qui in Mœnum. De posteriori sermo heic est. Constat enim ex annalibus Eginhardi Karolum M. anno dccxc. relicta Vvormatia, per Mœnum fluvium ad Salz palatium suum in Germania juxta Salam fluvium constructum navigasse. Præterea in annalibus Metensibus & Fuldensibus scriptum est Ludovicum Pium, paulò antè quàm moreretur, ad Salz villam regiam (quam iidem annales Fuldenses ad annum dcccxcvii. vocant *curtem quæ dicitur Salz*) reversum, cùm illic ægrotare cœpisset, per Mœnum fluvium navigio ad Franconofurd, inde post paucos dies in insulam quandam Rheni fluminis prope Ingilenheim delatum fuisse. Situm palatij istius indicat Poëta Saxonicus, cujus ævo etiamnum extabat, ad annum dccxc. ubi de Karolo M. loquens ait:

Est aggressus iter Mœnum navale per amnem,
Ascenditque per hunc, donec prope mœnia venit
Magna palatina sedis Salz nomine dicta.
Nascenti vicina Salæ nam fluminis hujus
Rivus adhuc modicus hac ipsa palatia cingit,
Vix raucum per saxa iens resonantia murmur.

Pag. 415. c. 2. Ecclesiæ baptismales] id est, Ecclesiæ in quibus publicum baptisterium erat, ut legitur in capite septimo synodi quæ apud Vernum habita est sub Rege Pippino. Liutprandus Rex Longobardorum in præcepto pro Lupertiano Episcopo Aretino, quod à Iacobo Buralio editum est in historia Episcoporum Aretinorum pag. 25. *Causa quæ vertebatur inter te & Donatum Episcopum civitatis Senensis de Ecclesiis sanctorum Dei in quibus baptisma consuetudo est faciendi.* quæ baptisteria vocantur in præcepto Karoli M. & in literis Ambrosij Majoris domus sub Liutprando apud eundem Buralium. Eædem tituli baptismales dicuntur à Flodoardo lib. 2. historiæ Remensis cap. 19. pag. 261. in editione Colvenerij. Ecclesiæ itaque illæ dicebantur baptismales, ut ab aliis distingnerentur quæ baptisteria non habebant. Verissimam enim puto Iosephi Vicecomitis observationem, qui putat unicam tantùm Ecclesiam baptismalem in unaquaque civitate fuisse vetustis temporibus, ad quam omnes baptizandi convenire tenebantur; ut patet etiam ex vetusta narratione quæ extat apud Chiffletium parte 2. Vesontionis cap. 26. pag. 163. Quod non solùm in civitatibus, sed etiam in vicis obtinuisse colligitur ex canone 48. synodi Meldensis. Burchardus confirmat lib. 3. cap. 22. ex quodam Concilio Aquisgranensi, si vera fides: *Plures baptismales Ecclesiæ in una terminatione esse non possunt, sed una tantummodo cum subditis capellis.* Gratianus 16. q. 1. cap. 53. citat ex Concilio Toletano. Capellarum antiquitus subjectarum Ecclesiis mentio est in capite secundo epistolæ Hincmari ad clerum & plebem Laudunensem, quæ extat infrà inter formulas promotionum episcopalium tit. xviii. In capellis illis, quæ etiam oratoria dicuntur veteribus synodis & patribus, baptisterium fieri non licebat. Testis erit Gregorius magnus lib. 2. Indictione 10. epist. 9. ad Episcopum Ariminensem, ubi loquens de oratorio quod Themothea construxerat intra civitatem Ariminensem ait: *Prædictum oratorium absque Missis publicis solenniter consecrabis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur nec Presbyterum constituas cardinalem.* Eadem de alio quodam oratorio in civitate Neapolitana statuitur lib. 8. Indict. 3. epist. 3. Sanctum Gregorium exscripsit postea Zacharias Papa in responso xv. ad capitula Pippini per Ardobanium missa. Immo qui ad oratoria illa sive capellas per annum convenit bant, ter in anno ad matrem Ecclesiam venire tenebantur, ut pluribus Conciliis sancitum est. Diù viguit hæc sancta institutio, nimirum usque ad seculum Christi undecimum. Habemus nos literas Pibonis Episcopi Tullensis datas anno mlxxix. in quibus legitur *Ecclesiam de Munz antiquitus capellam de Blano extitisse, hominésque apud eandem villam de Munz commorantes ter in anno, videlicet in Paschæ, Pentecosten, & natale Domini ex consuetudine apud matrem suam Ecclesiam de Blano convenire & debitas oblationes Presbytero de Blano ibidem persolvere.* Liberati tum ab hac lege sunt homines de Munz, quibus præterea Pibo baptisterium & liberam sepulturam concessit. Poterat sanè Pibo istud facere, ut observatum est à Gratiano in loco paulo antè laudato. Sed necessarius erat cleri consensus. Hoc jus episcopale noverat Augustinus Valerius Cardinalis Veronensis, qui in annotationibus ad constitutiones synodales Matthæi Giberti Episcopi Veronensis ita scribit pag. 296. *Ex quibus verbis colligi potest non omnibus parrochialibus Ecclesiis datam esse facultatem fontis baptismalis. Quam rem confirmare videtur usus multarum parochialium, in quibus non sunt fontes baptismales. Et idcirco ut omnem ambiguitatem tollamus, decernimus ut non liceat cuicunque Curato ipsius constitutionis vigore pro libito suæ voluntatis fontem erigere baptismalem, nisi prius mandato & licentia speciali obtenta à nobis. Si secus factum fuerit, fons ipse funditus omnino destruatur, & Parochus ille mulctetur arbitrio nostro.* Lege Karoli Magni (quæ extat in capite sequenti istius Capi-

Tom. I. tularis & in Capitulari primo anni DCCCXIII. cap. 19.) decimæ villarum in quibus novæ Ecclesiæ constitutæ erant pertinebant ad antiquiores Ecclesias intra quarum limites istæ continebantur. Sancitum id ipsum repetitur in libro secundo Capitularium cap. 36. 47. & lib. 5. cap. 97. itémque in decreto Leonis IV. quod à Gratiano refertur 16. q. 1. cap. 45. *De decimis.* Vnde concludit Gratianus decimas tantummodo baptismalibus Ecclesiis dandas esse. Ad quæ verba addit Bartholomæus Brixiensis, decimas semper baptismalibus Ecclesiis solvendas esse, *& non capellis.* Apud Giraldum Cambrensem in descriptione Cambriæ cap. 18. legitur Britannos decimæ magnæ duas partes Ecclesiis baptismalibus, tertiam Episcopis diocesanis dare consueviſse. Adfetam autem insignem locum Amulonis Archiepiscopi Lugdunensis, in quo dignitatem & auctoritatem Ecclesiarum baptismalium verbis minimè obscuris explicat. Hæc sunt ejus verba ex epistola ad Theodboldum Episcopum Lingonensem: *Vnaquæque plebs in parrœchiis & Ecclesiis quibus attributa est quieta consistat, atque ad ea sanctuaria ubi sacrum baptisma accipit, ubi corpus & sanguinem Domini percipit, ubi Missarum sollemnia audire consuevit, ubi à sacerdote suo pœnitentiam de reatu, visitationem in infirmitate, sepulturam in morte consequitur, ubi etiam decimas & primitias suas offerre præcipitur, ubi filios suos baptismatis gratia initiari gratulatur, ubi verbum Dei assiduè audit, & agenda ac non agenda cognoscit, illuc inquam vota & oblationes suas alacriter perferat.* In Chartulario Ecclesiæ Viennensis reperi in synodo habita ab Alexandro Archiepiscopo anno DCCCCVII judicatum fuisse secundùm Barnardum Abbatem sancti Mauricij, qui contendebat decimas capellæ sancti Severi, quæ constructa erat intra limites Ecclesiæ sancti Primi de Tausiaco, ad Ecclesiam Tausiacensem pertinere debere. Ludovicus tamen Pius constituit in Capitulari anni DCCCXVI. cap. 12. ut decimæ de villis novis conferantur ad Ecclesias in eis noviter constitutas. Sed præter decimas, dos etiam à fundatoribus requirebatur; uti dictum est in Notis ad Reginonem pag. 543. Extant in veteri chartulario Ecclesiæ Brivatensis literæ Adalardi Episcopi Arvernensis datæ anno DCCCCVI. in quibus post narratam dotem Ecclesiæ noviter constructæ in villa Blaneda, addit ut illa *matri Ecclesiæ Arvernorum debitum obsequium ut cetera capellæ similes ejus persolvat.* Item literæ Arnaldi Episcopi Arvernensis datæ anno DCCCCXXIII. de consecratione & dote Ecclesiæ de Caneto, in quibus legitur illum dedicasse *eandem capellam Specie septima mensis novissimi*, & statuisse *ut quandiu Ioannes* fundator *advixerit, eandem capellam teneat.* Sed ut ad baptismales Ecclesias revertamur, eædem vocabantur plebes, ut dicetur ad Capitula Karoli Calvi. Dicebantur etiam oracula, ut in capitulis Pippini Regis Italiæ excerptis è codice legis Longobardorum cap. 16. & in præcepto Karoli III. Imp. pro Ecclesia Pergamensi, quod à R. P. Celestino Capucino editum est lib. 22. historiæ Pergamensis pag. 399. Cùm itaque magna esset Ecclesiarum istiusmodi dignitas ac reverentia, meritò Karolus M. edixit in Capitulari anni DCCXCIII. cap. 2. ne eas laici homines Tom. I. teneant, id est, ne in beneficium tribuantur laicis, quod in Capitulari ejusdem Pippini sancitum est cap. 15. Attamen in Chartulario Prioratus de Paredo reperio Ecclesiam sancti Benigni, quæ & cœmeterium & sepulturam & baptisterium habebat, diù possessam à laicis fuisse beneficiario jure, donec qui eam possidebant, monasterio de Paredo reddiderunt tempore Hugonis Prioris. Hinc etiam Ecclesiarum baptismalium dignitas colligitur quòd cum in reliquis sufficeret unus Presbyter, in istis necessarius erat unus Diaconus cum Presbytero. Istud reperi in vetustis capitulis ex codicibus Vaticano & Casinensi descriptis à Sirmondo, quorum octavum sic habet: *Vt nulla Ecclesia cujuslibet diœceseos ubi baptismum sit Presbyter absque Diacono esse reperiatur.*

Pag. 416. c. 3. Qvicvnqve] Regino caput istud retulit ex Capitularibus; Burchardus pro more suo ex Concilio Vvormatiensi, verbis Capitularis in alia mutatis, ne fraus cuiquam suboleret.

Pag. 417. c. 5. Monasteria] In codice Metensi scriptum primò fuit uti nos edidimus. Deinde manus multò recentior emendavit *monasterio.* Vide Capitulare primum anni DCCCXIII. cap. 5.

Capitvla data Presbyteris] Hæc capitula non sunt integra, sed breviaria duntaxat Capitulorum. Non opus est ire per singula capita, quæ variis in locis Capitularium descripta sunt. Sufficiet heic adnotare caput tertium, quod in libris Capitularium non extat, reperiri integrum in tomo nono Spicilegij Dacheriani pag. 64. inter capitula quæ Bonifacio Archiepiscopo tribuuntur, quamvis illius non sint. Sic ergo ibi legitur: *Vt unusquisque Episcopus in sua parochia diligenter discutiat suos Presbyteros, & faciat ut illorum signacula & baptisteria bene faciant* (leg. *sciant*) *& edoceant Presbyteros quid in illo baptisterio unumquodque verbum vel sententia per se significet.*

Pag. 418. c. 11. Pro aliqva necessitate] id est, *sub pretextu medicinæ vel cujuslibet rei*, ut legitur in Additione III. cap. 99. ex Concilio Arelatensi VI. cap. 18. vel *sub prætexiu medicinæ vel maleficij*, ut in libro quinto Capitularium cap. 145. ex Concilio Moguntiaco cap. 27. Interdum etiam chrisma usurpabant ad tegenda flagitia, quòd persuasum haberent *criminosos chrismate unctos aut potatos nequaquam ullo examine deprehendi posse*, ut docet canon vigesimus Concilij Turonensis habiti anno DCCCXIII. Vide capitula Bonifacio Archiepiscopo tributa cap. 5. Vide etiam quæ nos adnotamus ad caput 145. libri quinti.

Præceptvm de scholis] Descripsimus ex secunda editione Monumentorum Paderbornensium Celsissimi Principis & eruditissimi Præsulis Ferdinandi Furstenbergij Episcopi Paderbornensis & Coadjutoris Monasteriensis, ubi adnotatum est illud editum esse ex ipso autographo Karoli M. propria manu subscripto. Attamen Daniel Papebrochius in propylæo ad tomum secundum Aprilis §. 28. contendit præceptum illud esse falsum & insignes nugas complecti. Carolus le Cointe in annalibus ecclesiasticis Francorum multa argumenta adfert ut ostendat esse suppositicium.

Tom. I. Pag. 421. CAPITVLA INFRA ECCLESIAM] Conlata sunt cum tribus antiquis exemplaribus, uno sancti Vincentij Metensis, altero sancti Launomari Blesensis, tertio collegij Parisiensis Societatis Iesu. Sancita autem fuerunt sub finem anni DCCCV. apud Theodonis villam, ubi consedisse Karolum ad hyemandum ibidémque natale Domini celebrasse tradit Eginhardus.

Ibid. c. 2. CANTORES DE METTIS] Vide vitam Karoli M. ab incerto auctore scriptam cap. 8. & monachum Sangallensem lib. 1. cap. 11. Vita Alcuini de Sigulfo Presbytero agens ait eum Metas civitatem causa cantus directum fuisse.

Ibid. c. 5. DE MEDICINALI ARTE] In codice quo usus est Amerbachius legebatur simpliciter *De medicinalia*. Quo etiam modo legitur in veteri exemplari Parisiensi.

Pag. 422. c. 8. DE HIS QVI SECVLVM] Caput istud, quod est mutilum in superioribus editionibus, suæ integritati restitutum est ope codicis Corbionensis. Confirmat editionem nostram liber quintus Capitularium. Viderat autem Amerbachius aliquid hoc deficri.

Pag. 423. c. 11. In edendo capite isto secuti sumus auctoritatem codicis Metensis. Nam Parisiensis & editio Bavarica, cum quibus consentit lectio quæ est in libro primo Capitularium, aliter hoc legunt.

CAPITVLARE SECVNDVM] Conlatum est cum tribus antiquis exemplaribus, uno sancti Launomari Blesensis, altero collegij Parisiensis Societatis Iesu, tertio monasterij Sangallensis.

Pag. 435. EXCARPSVM] Sic tum dicebant pro *excerptum*. Glossarium vetus in codice 1197. bibliothecæ regiæ: *Excerpta, excarpsa*. Vetus codex Ecclesiæ Lugdunensis literis Saxonicis scriptus: *Excarpsum ex libro sancti Hieronymi Presbyteri in explanatione Esaiæ Propheta*. Item ibidem: *Excarpsum ex libro beati Gregorij Papæ in Hiezechel Propheta*. Vetus Martyrologium MS. *Explicit Mar. excarpsum*. In fronte Codicis Theodosiani hæc leguntur in vetusto codice MS. amplissimi viri Hieronymi Bignonij: *Sub tempore Alarici Rege Gotorum fuit data sententia V. libros legum, qui in herario Regis erant retrusi, excarsum ex omnibus libris fuit conscriptum in unum volumen*. Apud Lambecium lib. 2. commentariorum de bibliotheca Vindobonensi pag. 854. mentio fit veteris chronici MS. bibliothecæ imperatoriæ qui hunc titulum habet: *Excarpsum de chronica Gregum Episc. Thoronachi*. Idem erat titulus, sed emendatior, in codice Alexandri Petavij Senatoris Parisiensis, ut fidem facit Andreas Duchesnius to. 1. pag. 722. *Excarpsum de chronica Greg. Episc. Thoronaci*.

IESSE EPISCOPVS] Ambianensis, cujus crebra passim est memoria per illas tempestates. Ioannes Cordesius Canonicus Lemovicensis edidit epistolam ejus ad Presbyteros diœcesis Ambianensis, quam nonnulli volunt ab eo scriptam esse quo tempore legationem obibat apud Irenem Imperatricem CP. id est anno DCCCII. Verùm ego existimo datam illam esse anno DCCCXI. quòd manifestum sit ea contineri responsionem ad quæstiones quas tum Karolus M. Imperator proposuit universis Episcopis regni sui, ut dicetur infrà. Depositus tandem est ab episcopatu anno DCCCXXXI. uti diximus in Notis ad Agobardum pag. 152. Tom. I.

CHARTA DIVISIONIS] Hanc partitionem regnorum Karoli Imp. dubiæ fidei esse ac meritò numerari posse inter tot singularis otij commenta quæ sequiora nobis secula ingeniaque peperierunt scribit Petrus Pithœus in præfatione ad XII. scriptores coætaneos historiæ Francorum, hinc persuasus quòd in chartaceo exemplari, Thegani operi recentione manu subjuncta fuit. Sed ego vetustissimum illius exemplar reperi in bibliotheca Thuana, licèt non integrum; eademque à Iohanne Nauclero edita pridem fuerat, & Aventinus eam memorat in annalibus Boiorum. Immo Eginhardus disertam illius mentionem facit, séque eam jussu Imperatoris ad Leonem Papam detulisse, ut ejus subscriptione firmaretur. Illi præterea fidem & auctoritatem conciliat charta divisionis imperij facta à Ludovico Pio anno DCCCXXXVII. cujus omnia ferme capita descripta sunt ad verbum ex illa Karoli; & tamen ista falsi accusata non fuit à Pithœo, qui primus eam vulgavit in eodem volumine scriptorum coætaneorum. Denique hujus divisionis à Karolo factæ clara & manifesta mentio est in capite tertio capitulorum apud Niumaga statim post imperij divisionem editorum. Pag. 439.

CAPITVLARE SECVNDVM] In vetustissimo codice manuscripto sancti Remigij Remensis, qui dein in bibliothecam Tilianam translatus est, ista leguntur in elencho veterum legum Francicarum. *Decretio Karoli Regis, capitula XVIII. Memoratio de octo hannos. id sunt capitula XXIIII. id sunt capitula VIII.* Hunc locum ego interpretor de variis Capitularibus anni DCCCVI. hoc modo: *Capitula XVIII.* videntur esse capitula ad Niumaga; quæ licèt in nostra editione sint XIX. alibi tamen facilè poterant esse tantùm XVIII. conjunctis fortassis in unum XIII. & XIV. in quibus agitur de cupiditate in bonam & in malam partem. Certè non eandem horum capitulorum divisionem ac numerum ubique fuisse patet ex codice Metensi & ex editione Bavarica. Vtrobique enim Capitulare istud dividitur in capita XVII. tantùm, licèt nihil illic eorum desit quæ in nostra editione habentur. *Memoratio de octo hannos* referri omnino debet ad Capitulare II. anni DCCCVI. quod octo illa capita complectitur quæ sub generali appellatione banni Domni Karoli Regis & Imperatoris continentur, ut pluribus diximus ad paginam 207. Ex quo confirmatur sententia nostra de repetendis hoc loco capitulis illis. *Capitula XXIIII.* intelligenda sunt de Capitulari sexto anni DCCCVI. quod ex viginti tribus capitibus constat; vigesimum quartum esse potest narratio de synodo sancti Silvestri Papæ. *Capitula VIII.* sunt illa quæ Capitulare quartum ejusdem anni constituunt.

CAPITVLA VIII. ADDENDA] Vt hæc capitula repeteremus hoc loco effecit nota in calce apposita, ex qua colligitur illa sancita fuisse post divisionem regni. Vide quæ suprà diximus ad pag. 207. Pag. 441.

HÆC CAPITVLA] In veteri codice Gandavensi qui fuit Heriberti Rosweydi, quem Sirmondus viderat, post Capitularia duo data anno Pag. 447.

Tom. I. DCCCV. ad Theodonis villam sequebantur capitula sex, quorum primum ita incipiebat: *Ut nullus ad mallum vel ad placitum &c.* Deinde capitula XVIII. data ad Niumaga. Ea verò sex capitula sunt illa quæ in editione Bavarica sequuntur statim post capitula ad Niumaga. Vnde colligi certò debet ea pertinere ad annum sextum imperij Karoli Magni. Sanè si auctoritatem Ansegisi sequi volumus & ordinem ab eo institutum custodire, hinc quoque colligemus ea reponenda esse post capitula Noviomagensia. Nam Ansegisus in initio libri tertij descripsit primò capitula excerpta ex primo Capitulari anni quinti, dein partem aliquam Capitulorum Noviomagensium, postea priora tria istorum sex. Nos tamen reposuimus ante Capitulare Noviomagense, ne disjungeremus capitula quæ in editione Canisij conjuncta & permixta leguntur.

Capitvlare Noviomag.] Primus hæc capitula edidit Amerbachius, dein Heroldus. Extabant in codice Rosvveydi. In illis emendandis usi nos sumus auctoritate exemplaris Metensis.

Infra Qvadragesimam] Docet Eginhardus Karolum hoc anno quadragesimale jejunium & sacratissimam Paschæ solennitatem celebrasse apud Noviomagum.

Pag. 455. Capitvla excerpta] Sirmondus ea reposuit post Capitulare Episcoporum anni DCCCI. quod suprà editum est pag. 357. Nos verò ad annum sextum imperij retulimus, quia in editione Bavarica & in Basileensi sequuntur post capitula Noviomagensia, & quia in libro primo Capitularium descripta sunt post ultimum caput Capitularis Noviomagensis. In editione porrò Bavarica & in Basileensi post ista capitula excerpta ex canone insertum est caput ultimum legis Ripuariorum; quod nos suprà edidimus inter capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 32.

Pag. 459. c. 3. Hispaniæ sive avaratiæ] Ita habuit vetus codex. Non dubito autem quin reponendum sit *Avaria*. Atque ita legisse videtur Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum pag. 94. ubi agens de statu Galliarum & Germaniarum sub Francis Regibus & Imperatoribus, ita scribit: *Saxonum devictorum auxiliis multa gesta sunt. Si in remotas regiones proficiscendum erat, puta Hispaniam aut Avariam, quæ Noricum ab Alpibus contingebat, quinque Saxones sextum instruebant. Si contra Sclavinos Bohemos, duo tertium instructum mittebant. Si in Sorabos, omnes venire cogebantur. Sic sex Frisij tenuiores septimum armabant.* Hinc ergo auctoritas conciliatur huic Capitulari.

Pag. 460. c. 4. Caballarii] equites, sic dicti à caballis. Vide Notas Sirmondi ad Capitularia pag. 793. extrema. Vetus charta Brivatensis: *Clericum verò aut caballarium nec ullum hominem nec ullam feminam infra has terminationes non occidam.* Alibi Caballarij significant viros nobiles, equites, *Cavaliers*, ut in veteri charta Ruthenensi.

Pag. 468. c. 37. Caput istud extat in Appendice II. libri IV. cap. 26.

Pag. 475. c. 1. Mortalitate animalivm] id est, boum. Eginhardus ad annum DCCCX. *Tanta fuit in ea expeditione boum pestilentia ut penè nullus tanto exercitui superesset quin omnes usque ad unum interirent. Et non solùm ibi, sed etiam per omnes Imperatori subjectas provincias in illius generis animalia mortalitas immanissimè grassata est.* Agobardus in libro de grandine & tonitruis cap. 16. *Ante hos paucos annos disseminata est quædam stultitia, cùm esset mortalitas boum, ut dicerent Grimaldum Ducem Beneventorum transmisisse homines cum pulveribus quos spargerent per campos & montes, prata & fontes.* Tom. I.

Secvlvm dimissvm habeat] Libellus precum Marcellini & Faustini pag. 85. *contemptu rerum secularium & humanæ gloriæ, ad quam plerique affectant, etiam qui se sæculo & concupiscentiæ carnis abrenuntiasse gloriantur.* Hieronymus in epistola ad Rusticum: *Vidi ego quosdam, postquam renuntiavere sæculo, vestimentis duntaxat & vocis professione, non rebus, nihil de pristina conversatione mutasse.* Pag. 480. c. 3.

Si rebvs svis exspoliant] Hieronymus in epitaphio Nepotiani: *Aly nummum addant nummo, & marsupium suffocantes, matronarum opes venentur obsequiis, sint ditiores monachi quàm fuerant seculares.*

Epistola generalis] data nimirum ad universos regni Archiepiscopos, pro solenni Principum more, ut eorum cura communicaretur etiam cum Episcopis in unaquaque provincia. Vnde infrà ait Karolus: *Nosse itaque volumus qualiter tu & suffraganei tui doceatis & instruatis sacerdotes Dei & plebem vobis commissam de baptismi sacramento &c.* Quæ verba repetuntur ab Amalario Trevirensi Archiepiscopo in epilogo libelli quem is postea misit ad Imperatorem: *Dixisti, serenissime Auguste, velle vos scire qualiter nos & nostri suffraganei doceremus populum Dei de baptismi sacramento.* Similis ergo huic epistola missa est ad omnes regni Archiepiscopos; eâque occasione scriptus ab Amalario est libellus de ordine baptismi. Editus est ille ab Henrico Canisio in tomo sexto lectionis antiquæ pag. 369. ex veteri codice MS. monasterij Vveingarthensis, ubi nullum habebat titulum, neque nomen auctoris præferebat. Canisius conjecit esse Alcuini, adeóque propter istam conjecturam relatus est inter illius opera. Verùm rectè admonuit Sirmondus in Notis ad Theodulfum pag. 274. verba illa quæ nos retulimus ex epilogo non posse cadere in Alcuinum, qui Episcopus non fuit, apprime autem convenire Amalario Episcopo Trevirensi, cui liber iste tribuitur in veteri codice Petaviano. Rectè, inquam. Nam certum est hunc librum ex sola Canisij conjectura tributum Alcuino fuisse, cùm anepigraphus esset in codice Vveingarthensi, sicuti etiam absque nomine auctoris reperitur in vetustissimo codice MS. monasterij sancti Galli. Neque sanè scribi ab Alcuino potuit, cùm constet illum multò antè mortuum esse quàm is liber scriberetur. Scriptus etenim non est ante annum DCCCX. cùm eo primùm anno Amalarius sedere cœperit in cathedra Trevirorum, ut docet Christophorus Brovverus, Alcuinus verò obierit anno DCCCIV. ut est in vita ejus ab auctore coætaneo edita. Præterea certum mihi videtur epistolam istam Karoli, quæ occasionem Amalario subministravit ut hunc libellum componeret, Pag. 483.

Tom. I. scriptam fuisse anno DCCCXI. ut colligi potest ex secundo Capitulari illius anni. Cetervm cùm hæc epistola generalis esset, aliud illius exemplar missum est ad Magnum Archiepiscopum Senonensem, ut testatur Theodulfus in præfatione libri de ordine baptismi. Quatuor istius libri exemplaria viderat Sirmondus, in quorum tribus inscriptus est Magno, in quarto verò Ioanni, mendosè tamen, ut ipse opinatur, quod omnino verum est. Ad nullum quippe alium de hoc argumento scribere potuit eo tempore Theodulfus quàm ad Magnum Metropolitanum suum. Habebat Sirmondus Magni ejusdem brevem libellum de mysterio baptismatis ad Karolum Imperatorem, in quo se ad scribendum regio jussu impulsum testatur. Repertum est etiam inter schedas ejus breve scriptum ab anonymo editum in quadam synodo de his quæ Dominus Imperator Episcopos ea tempestate interrogaverat. Eadem, ut puto, occasione Ieise Episcopus Ambianensis scripsit epistolam sive libellum de ordine baptismi, qui post Hincmari epistolas editus est à Ioanne Cordesio, cujus verò nos vetustissimum exemplar habuimus ex bibliotheca monasterij Sangallensis. Epistolam porrò istam generalem, quæ heic inscribitur Odilberto Archiepiscopo Mediolanensi, nuper publici juris fecit vir clarissimus Ioannes Mabillonius.

Odilberto Archiepiscopo] Mediolanensi, qui cathedram illam tenuit ab anno saltem DCCCV. usque ad annum DCCCXIV. Vide Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 53. 56. 59.

Pag. 487. Breviarivm] Emendatum est collatione facta cum quatuor antiquis exemplaribus, quorum unum extat in bibliotheca regia, aliud in Colbertina, tertium in annalibus Anianensibus, quartum fuit monasterij S. Remigij Remensis.

Pag. 488. Viginti et vna] Mirum est cur heic XXI. tantùm metropoles regni Francici esse dicantur, cùm XXIV. fuisse constet. Nam diù ante Karoli tempora Narbo, Elusa, & Aquæ Sextiæ, quarum nulla istic mentio, inter Galliarum metropoles numerabantur. Elusa tamen cur prætermissa sit, facilè intelligi potest. Nam quia excisa fuerat à Vandalis, ut fidem faciunt veteres membranæ Lascurrenses, ac nondum, ut opinor, dignitas primæ sedis ad Ausciensem Ecclesiam translata fuerat, Novempopulaniæ metropolis inter ceteras regni Francorum nominata non est, quia nulla erat, & Episcopi illius provinciæ proprium ea tempestate Metropolitanum non habebant, sed Burdegalensi metropoli subjecti erant, quam *caput regionis Novempopulanæ* propterea vocat auctor chronici Fontanellensis à Duchesnio editus. Idem dici potest de Ecclesia Aquensi Narbonensis secundæ metropoli, quam absque Episcopo fuisse ab anno circiter DXCVI. usque ad annum DCCCLXVI. docent vulgati Aquensium antistitum catalogi; quæ verò suam dignitatem recuperare conata est in synodo Francofordiensi, irrito, ut videtur, conatu. Attamen ex epistola Ludovici Pij de congregandis quatuor Conciliis anno DCCCXXIX. manifestum est Archiepiscopum Aquensem, Benedictum videlicet aut Agericum, inter Metropolitanos recenseri qui ad Concilium Lugdunense conventuri erant. At illustrissima Narbonensis Ecclesia, quæ tum duodecim Ecclesias suffraganeas habebat, Ecclesias nimirum in prima Narbonensi & in Hispania Tarraconensi constitutas, omissa magnam omnino difficultatem habet. Certum quippe est eam in regno Karoli fuisse, & Nibridium ea tempestate Archiepiscopum habuisse, qui Narbonensem cathedram tenuit ab anno circiter DCCXCIX. usque ad tempora Ludovici Pij. Nam quòd aliqui putant ideo prætermissam esse quia cùm regni Aquitanici finibus contineretur & Biturigum provinciæ addita esset, non censebatur inter metropoles, divinatio est quæ nulla probabili conjectura aut ratione nititur. Burdegalam enim potiori jure oportuit esse omissam, quæ tamen heic inter metropoles XXI. numeratur quæ in regno Karoli constitutæ erant. Præterea omnia vetera monumenta clamant Archiepiscopum Narbonensem suam ea tempestate dignitatem retinuisse, neque ulla uspiam mentio facta reperitur ordinationum in provincia ejus peractarum à Metropolitano Biturigensi. Scio illum postea multa ausum esse adversùs Narbonensem, eúmque imperio ac potestati suæ ita subdere voluisse ut etiam de rebus ad Ecclesiam ejus pertinentibus eo inconsulto quasi jure patriarchico disponere præsumeret contra sanctorum canonum auctoritatem, ut Nicolai primi verbis utamur. Verùm præterquàm quòd ista tentata non sunt regnante Karolo M. neque sub imperio Ludovici Pij, certum est conatus illos non eò tetendisse ut Narbo metropolis non esset, sed ut juri patriarchico Biturigensis Archiepiscopi subjiceretur. Cur ergo illustrissima Ecclesia omissa hoc loco sit inter metropoles regni Francorum, aliis excutiendum relinquo.

Necessarivm ivdicaret.] Post hæc verba, ista adduntur in annalibus Anianensibus. *Vnam verò partem sibi reservavit, quam dedit Benedicto Abbati sancti Salvatoris Anianensis archisterij, videlicet crucis dominicis cum gemmis, bratheas aureas contextas cum gemmis, baltheos aureos similiter gemmatos, calices aureos sive argenteos vel offertoria cum patenulis & offertoriis cum auro & gemmis ornatos. Inter alia dona dedit ei capsulam auream ubi pignora sunt beatorum omnium Apostolorum. Interea dedit ei sceptrum regale ex ebore valde mirificum & multa alia dona quæ dinumerare longum est. Ardoni quoque, qui & Maragdo, religioso monacho dedit tabulam lapideam tinnientem sicut æs. Post obitum verò suum &c.* Exemplo ista sunt etiam vetustis illis temporibus ambitionem falsandi intrasse in animos monachorum. Pag. 488.

Ivsta partitione] De hac tertia parte thesaurorum Karoli M. intelligendus est hic Thegani locus cap. 8. *Post patrem sedit in supradicto palatio; & in primis cum maxima festinatione jussit ostendere sibi omnes thesauros patris in auro, in argento, in gemmis pretiosissimis, & in omni supellectili. Dedit sororibus suis partem earum legalem; & quicquid remanserat, dedit pro anima patris. Maximam partem thesauri misit Romam temporibus beati Leonis Papæ; & quicquid super hoc remanserat, sacerdotibus & pauperibus, advenis, viduis, orphanisque omnia distribuit;*

Tom. I.

Tom. I. *scribuit; nihil sibi reservans præter unam mensam argenteam, quæ triformis est, in medio quasi tres clypei in unum conjuncti. Ipsam sibi retinuit ob amorem patris; & tamen eam alio pretio redemit, quod pro patre tradidit.* Istius tabulæ mentio facta non est in testamento Karoli M.

Pag. 490. EPISCOPO RAV. ECCLESIÆ] Hæc non habentur in annalibus Anianensibus. Pro his verò hæc quæ sequuntur substituta sunt fraude illius qui horum annalium auctor est: *Salvatorem Iesum Christum in Annianum monasterium.*

ABBATES, FRIDEGISVS] Auctor annalium Anianensium noluit prætermissum hoc loco esse Benedictum Abbatem Anianensem. Itaque sic ibi scriptum est: *Abbates, Benedictus, Fridegisus &c.*

Pag. 489. BREVIS CAPITVLORVM] Ista primus edidit Heroldus. Postea Goldastus ea inseruit tomo tertio constitutionum imperialium pag. 235. annóque DCCCXIX. falsò adscripsit. Nam certum est illa constituta à Karolo M. fuisse; ad eáque omnino respicit Ludovicus Pius lib. 4. Capitularium cap. 70. Nos itaque hæc capitula retulimus ad annum DCCCXII. quia putamus eorum mentionem fieri in capite nono capitulorum quæ eodem anno Bononiæ constituta sunt.

Pag. 492. c. 9. DOMI REMANEANT] Remansionem id vocat Eginhardus in epistola XVII. ad Rhabanum Abbatem Fuldensem scribens.

Pag. 501. CAPITVLARE PRIMVM] Emendatum est ope codicis Metensis ex quo editum est à Sirmondo. In codice porro illo titulus hic erat: *De anno xiij.* in Gandavensi plenior, ut heic monet Sirmondus. Auctoritatem his capitulis addit Eginhardus, cujus hæc sunt verba ad annum DCCCXIII. *Concilia quoque jussu ejus super statu Ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt: quorum unum Moguntiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabilloni, quintum Arelati congregatum est. Et constitutionum quæ in singulis facta sunt collatio coram Imperatore in illo conventu habita,* id est, in conventu Aquisgranensi.

Pag. 503. c. 3. DE MONASTERIIS] Domnus Lucas Dacherius cùm in veteri codice Corbeiensi reperisset quædam capitula quibus præfixum erat nomen S. Bonifacij Archiepiscopi, putavit ea non indigna luce, atque propter hanc causam illa vulgavit in tomo nono sui Spicilegij. Vir clarissimus Carolus le Cointe in annalibus ecclesiasticis Francorum to. VI. pag. 660. & seq. pronuntiat capitula illa posteriora esse ævo Bonifacij. Rectè sanè. Nam nos jamdiu deprehenderamus illa non posse esse Bonifacij, cùm pleræque constitutiones illic descriptæ sint posteriorum temporum, & sumptæ omnes fermè sint ex libris Capitularium. Reperiuntur in antiquis codicibus excerpta studiosorum ex Capitularibus Regum nostrorum, cum hoc titulo aut simili: *Ex Concilio Regum, cui interfuit Bonefacius Romana sedis Legatus.* Proclive esset existimare ea esse acta in synodo quapiam celebertima, nisi sciremus posteriores tres libros Capitularium, ex quibus utplurimùm hæc excerpta sumpta esse animadvertimus, incipere à duobus Conciliis quibus interfuit sanctus Bonifacius. Sed ut ad collectionem à Dachetio editam redeamus, incipit illa à capite ducentesimo libri sexti Capitularium, ex quo sumpta sunt pleraque ejusdem collectionis capitula. Istud verò de quo nunc agimus, extat in eadem collectione cap. 14. iisdem omnino verbis quibus legitur in editione nostra. Tom. I.

VT PLVRES] Et hoc quoque caput extat numero 15. inter capitula quæ edita sunt in tomo IX. Spicilegij Dacheriani. Vide Concilium Cloveshoviæ cap. 29. Ibid. c. 6.

POPVLVS INTELLIGERE] In Concilio Turonensi III. cap. 17. præcipitur ut homilias de fide catholica quisque Episcoporum transferre studeat in rusticam Romanam linguam aut Theotiscam, quò faciliùs cuncti possint intelligere quæ dicuntur. Ibid. c. 14.

VT PRESBYTERI] Extat in eadem collectione Dacheriana cap. 5. & lib. 5. Capitular. cap. 145. & Addit. III. cap. 99. Pag. 504. c. 17.

VT VNVSQVISQVE] Istud quoque extat in eadem collectione cap. 9. Ibid. c. 23.

VT PRESBYTERI] Item istud in eadem collectione est cap. 8. Pag. 505. c. 26.

LEGE SALICA] Ianus à Costa in titulum secundum libri secundi Decretalium pag. 358. loquens de lege Salica, Gundobada, & Romana: *Hæ enim tres leges diù intactas & illibatas in hoc regno remansisse constat vel ex excerptis capitulis à Carolo Magno ex triplici lege, id est, Salica, Gundobalda, & Romana, quæ MSS. habet doctissimus Societatis Iesu Presbyter Iacobus Sirmondus.*

GVNDOBADA] Vetus exemplar Sirmondi, itémque Remense S. Remigij & Divionense habent *Gombata.* quod idem est. Adversùs hanc legem, nimirum adversùs illam partem in qua monomachia præcipitur ad discernendas res dubias & obscuras, librum scripsit Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis. Ibid.

IN PALATIO AQVIS] ubi habitum à Karolo generalem fuisse conventum anno DCCCXIII. docet Eginhardus, & in eo Ludovicum à Karolo consortem imperij factum esse, Bernardum verò Regem Italiæ.

ALIIS MALIS] Ita codex Divionensis, cui consentiunt emendationes manu Ioannis Tilij appositæ in libro Remensi. Codex Palatinus habet *alia mala.* Quæ lectio extat etiam in antiquis exemplaribus Pithœi & Sirmondi. Pag. 507. c. 1.

QVÆ CHR. DEV. DEBENT] In codice Remensi emendatum est manu Ioannis Tilij, *quod à Christianis devitari debentur.* quod indicat emendationes illas à Tilio descriptas esse ex vetusto quodam libro nobis ignoto.

LVPARIOS HABEANT] ad capiendos lupos, qui tum regnum Francorum valde infestabant. Frotharius Episcopus Tullensis epist. 26. *Luporum rabida infestatione animas hominum Christianas subitò necari videmus.* Pag. 508. c. 8.

PELLES LVPORVM] Vide suprà pag. 341. in Capitulari de villis Imperatoris cap. 69.

VENNAS] id est, piscaturas, ut interpretatur vir clarissimus Ioannes Mabillonius in Notis ad librum primum miraculorum S. Germani Episcopi Parisiensis pag. 106. & pag. 118. ubi refert præceptum Ludovici Pij de Karoli-venna. Pag. 512. c. 19.

Tom. I. Ibid. c. 10. VT SI QVIS FIDEL.] Leg. *Vt si quis de fidelibus &c.* ut habetur in codice Palatino, Pithœano, & Sirmondico. Sed hæc *de fidelibus nostris* non extant in Divionensi.

COMPARIS] Ita omnes codices præter Palatinum, qui *comparibus* habet. Ita etiam manu Tilij emendatum legi in codice Remensi.

Pag. 531. CAPITVLA XLVI.] Capitula ista in codice S. Vincentij Metensis habent hunc titulum: *Notitia vel commemoratio de illa cuva quæ se ad amorem habet.* In Navarrico: *Notitia vel commemoratio de illis quæ ammoneri debent.* In Metensi posita sunt post librum legis Salicæ, in Navarrico post capitula quæ Ludovicus Pius legi Salicæ addidit *Si quis aut ex levi causa &c.* & post capitula de legatione Missorum. Statim verò in eodem codice Navarrico sequitur Capitulare duplex Karoli M. editum anno quinto imperij apud Theodonis villam. Adscripsimus ea anno DCCCXIII. quia scriptum vidimus in Chronico Moyssiacensi Karolum eo anno mense Septembri fecisse magnum conventum populi apud Aquis palatium de omni regno vel imperio suo, & ad eum convenisse Episcopos, Abbates, & Comites, & senatum Francorum, & ibidem constituisse *capitula numero xlvi. de causis quæ erant necessariæ Ecclesiæ Dei & Christiano populo.* Illud interim heic admoneo, tempus istius conventus in antiquis exemplaribus Anianensi & Canigonensi referri ad mensem Februarium, & ei, præter Episcopos, Abbates, & Comites & senatum Francorum, interfuisse etiam Presbyteros & Diaconos.

Ibid. c. 10. HANTRADAM] Codex Navarricus, *handradum.*

Pag. 532. c. 16. LIGAVERIT] Navarricus, *plagaverit.*

Pag. 533. c. 25. VVIRDIRA] Navarricus, *murdera.*

Pag. 534. c. 42. SI QVIS DE LIDO] Navarricus: *Si quis propter lidum suum per aliquas causas &c.*

Pag. 531. CAPITVLARE ADMONITIONIS] Edita pridem fuerunt hæc capitula à Ioanne Cordesio tanquam essent Iesse Episcopi Ambianensis. Non sunt autem Iesse, sed Karoli Magni, data, ut opinor, Missis dominicis. Error ortus ex eo quòd in codice quo Cordesius usus est subjecta erant epistolæ Iesse Ambianensis de qua dictum est supra pag. 1067. At in veteri codice Sangallensis monasterij non apparent, & finis epistolæ Iesse est in capite quod habet hunc titulum in editione Cordesiana: *De confirmatione corporis & sanguinis Christi.* Rectè sanè. Hæc est enim ultima quæstionum de quibus Karolus M. interrogaverat Episcopos, ut patet ex epistola ejus ad Odilbertum Archiepiscopum Mediolanensem & ex libro Theodulfi Episcopi Aurelianensis de ordine baptismi. Itaque heic esse debuit finis epistolæ Iesse. Postea addita est à quodam studioso alia lucubratio de traditione baptismi, propter similitudinem argumenti, deinde verò ista capitula: quæ quoniam conjuncta erant in veteri codice cum epistola Iesse, pronum erat existimare ea omnia esse ejusdem auctoris.

Pag. 532. c. 4. ET QVI RELIGIOSI] Leg. *Et qui religiosi & sancti esse videntur. non quidem tunc ibi manent &c.* Paulò pòst legendum, *persolvunt.*

Pag. 533. c. 6. COMICTIIS] Leg. *convitiis.*

Tom. I. Pag. 534. c. 1. APOSTOLVS] Leg. *Sed quod Apostolus jubet & cetera scriptura divina sectando sequi, illi è contrario &c.*

Ibid. c. 9. SERVIVNT] Editio Cordesiana, *conveniunt.*

Pag. 533. CAPITVLARE PIPPINI] In eo edendo usi sumus, uti dictum illic est, duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno bibliothecæ Thuanæ, altero monasterij Sangallensis. Quoniam verò plurima istius edicti capita extant in libris legum Longobardicarum, hinc etiam ea emendavimus, adhibitis duobus antiquis exemplaribus legis Longobardorum quæ nunc extant in bibliotheca regia.

Pag. 535. c. 1. PLACVIT NOBIS] Extat in libro secundo legis Longobardorum tit. 52. c. 16.

REGNVM NOSTRVM] Codex Thuanus & heic & infrà cap. 9. legit *infra regno nostro.*

ET PVPILLIS] Hæc desunt in omnibus editionibus & antiquis exemplaribus, uno regio excepto. Addenda tamen esse probant varia Principum nostrorum edicta per eas tempestates edita.

OMNIBVS] Codex Thuanus legit *hominibus.* omnino malè. Sic infrà cap. 22. Amerbachij editio habet *homines* in Capitulari Karoli M. pro eo quod aliæ editiones & vetusti codices rectè habent *omnes.* Suetus olim librariis error, ut innumeris exemplis ostendi posset. Aliqua tamen ponenda sunt, ut adjumento sint iis qui veterum scriptorum lucubrationes emendare conantur. Apud Avitum Viennensem Episcopum in epistola tertia pag. 32. legitur: *Quasi non minus sit Deum penetrasse conclusa quàm homini patuisse cœlestia.* Heic tamen vetus codex Petri Marnæsij Senatoris Gratianopolitani scriptum habet *omnia* pro *homini.* In libro quinto legis Visigothorum tit. 7. cap. 18. *Obsequiis hominum religari honestate nulla sinitur.* Quo loco vetustissimus codex Moyssiacensis monasterij legit *omnium* pro *hominum.* Contrà lib. 8. tit. 4. cap. 23. pro eo quod editiones rectè habent *Omnes verò proximos & vicinos venator antè commoneat*, idem codex legit *Homines.* Et lib. 9. tit. 1. cap. 8. *pro generali omnium progressione prædiximus*, idem codex vetus habet *hominum.* Capitulare primum anni DCCLXXXIX. cap. 38. habet in titulo *Hominibus* in codice Thuano. Et tamen certum est heic legi debere *Omnibus.* Denique in libro sexto Capitularium cap. 68. in vulgatis editionibus scriptum est *Illos homines &c.* quam lectionem confirmant vetera exemplaria Tilianum & Colbertinum. In Bellovacensi tamen, in Sangallensi, & in Normannico legitur *Illos omnes &c.* eámque lectionem nos retinuimus, quia sincerior videtur. Alia tamen bona est.

IVSSIONEM KAROLI] *Respexit*, inquit glossa in uno codice regio, *legem Karoli Vt Comites pleniter.* Extat inter capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 16.

Ibid. c. 3. DIMISSORIA] Ita codex Thuanus. Ceteri & editiones legunt *dimissorio.* Vtraque lectio bona est. In libro tertio legis Longobardorum legitur, *sine dimissorio Episcopi sui de cujus parochia sunt.* Sed hæc verba, *de cujus parochia sunt*, videntur esse ex glossemate.

Ibid. c. 4. VASSIS] Codex Thuanus & heic & alibi ha-

Tom. I. bet *Bassis*, & *bassallatico* pro *vassallatico*. Nimirum liber scriptus est in Longobardia, ubi Bassum dicebant pro vasso; ut patet ex chartulario Casauriensi, ex historia Principum Longobardorum Camilli Peregrinij, & ex variis instrumentis quæ Ferdinandus Vghellus edidit in tomis Italiæ sacræ.

Pag. 536. c. 5. VASSALLATICO] Codex Sangallensis habet *vassatico*.

COMIATO] Thuanus, *voluntate*.

PRO QVA CAVSA] Leg. *pro qua causa aut culpa*. Sic enim legitur in codice Thuano & in Sangallensi.

INDE NOS] Codex Thuanus, *Dei nomen*. Fortè legendum est, *in Dei nomine*.

Ibid. c. 6. HOMINIBVS LIBELLARIIS] Ita codex Sangallensis & libri legis Longobardorum. Thuanus habet, *de homines libellarios*. Libellarij sunt qui per chartam facti sunt liberi, ut diximus suprà ad capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 20.

IN TEMPORE LONGOBARDOR.] Hæc est lectio codicis Sangallensis. Thuanus: *nisi sicut à tempora Longobardorum eorum fuit consuetudo*. In editionibus legis Longobardorum legitur, *nisi sicut à longo tempore fuerit consuetudo*.

Ibid. c. 8. DICTO DOMNO] Leg. *dicto Domno nostro firmatas*. Sic enim legitur in antiquis exemplaribus Thuano & Sangallensi. In libro tertio legis Longobardorum legitur *à dicto patre nostro confirmatæ*. Vox itaque *nostro* excidit in editione nostra.

DOMN. N. KAROLI REGIS] Codex Thuanus: *Domno nostro Karolo Regi*. Sangallensis, *Domno nostro Karulo Regis*.

Pag. 537. c. 9. PORTVRAS] Ita codex Thuanus. Sangallensis, *portoras*. Sed in editione quæ extat in libro tertio legis Longobardorum legitur *portus*.

IPSA FLVMINA] Codex Sangallensis habet *ipsas fluminas*.

Ibid. c. 10. PLACVIT NOBIS] Codex Thuanus: *Placuit nobis de illa feminas cujus maritus in Francia esse videtur*.

Ibid. c. 11. QVANTVM] In codice Thuano & in libro tertio legis Longobardorum legitur *quomodo*.

Ibid. c. 12. PLACVIT NOBIS] Caput istud Karolo M. tribuitur in vulgatis editionibus legis Longobardorum. Sed vetera exemplaria Pippini Imperatoris nomen heic adscriptum habent.

IBIDEM TALEM] Codex Thuanus, *ibidem exinde talem*.

Ibid. c. 13. STETIT NOBIS] Codex Sangallensis: *Stetit nobis de illos homines Longobardos*.

VBI VOLVERINT] Idem codex: *cui voluerit, si commendatus non est, sicut à tempore Langobardorum*.

SICVT IN TEMPORE] Hæc & quæ sequuntur non habentur in codice Thuano.

Ibid. c. 14. VT QVICVNQVE] De hoc capitulo & sequentibus usque ad trigesimum vide quæ suprà dicta sunt ad Capitulare anni DCCXCIII.

Pag. 538. c. 17. SE IPSVM DEFENDAT.] Codex Thuanus, *se ipsi defendant*.

Ibid. c. 20. PALATIVM] Editio Bavarica *placitum*. Nihil vulgatius in veteribus libris, in quibus frequenter legas *placitum* pro *palatium* & *palatium* pro *placitum*. Capitulare anni DCCLXXIX. cap. 9. in codice Thuano: *illi judici ad Comitum palaty præsentetur*, pro *ad Comitum placita præsentent*. Item cap. 12. in codice sancti Remigij Remensis: *Capituli verò qui boni memoriæ genitor noster in suo palatio constituit*. ubi legendum, *in suis placitis*. In libro quinto Capitularium cap. 235. legitur: *sive in exercitu, sive in palatio*. Quo etiam modo legitur lib. 4. cap. 18. ubi caput istud extat. Et tamen codex Bellovacensis heic in libro quinto legit *in placito*. In charta Lotharij Regis Provinciæ, quæ edita est in tomo duodecimo Spicilegij Dacheriani, legitur: *Ad dictum itaque palatium jam vocitatus*. Vbi legendum esse *ad placitum* probant illa quæ paulò post sequuntur. Apud Fulbertum in epistola 24. rectè editum est: *sponte venire ad placitum*. Sed in veteri codice Trecensi legitur, *sponte venire ad palatium*. Multò plura exempla reperiet qui curiosè vetustos codices excutiet. Nobis ista sufficiunt. TOM. I.

PER COMIATVM VIRI SVI] Codex Thuanus, *per commiato*. Editio Bavarica, *per commeatum*. Lib. 3. legis Longobardorum, *per licentiam viri sui*. Hinc ergo accepit Goldastus. Pag. 539. c. 24.

DE MANCIPIIS] Idem codex Thuanus, *De mancipias*. Infrà, *nostras mancipias*. Ibid. c. 25.

INDVERVNT] In codice Thuano legitur *voverant & induerant*. Ibid. c. 30.

DE HIS INL. PRÆS.] Idem codex, *de has inlicitas præsumptiones*. Pag. 540. c. 31.

DE PRAVIS] Item ibidem: *De pravos illos homines*. Ibid. c. 32.

DILATATIONE] Ibidem, *moderatione*. Ibid. c. 33.

HÆC NEF. CRIMINA] Ibidem, *has nefandas criminas*. Ibid. c. 34.

MAGNVM CONTVRBIVM] Intelligit conjurationem anni DCCXCII. in Italia factam *à Pippino & quibusdam Francis, qui se crudelitatem Fastradæ Reginæ ferre non posse asseverabant, atque ideo in necem Regis conspiraverant*, ut Eginhardus ait. Vide Chronicon Moyssiacense, & Chronicon S. Galli editum à Ducheſnio. Ibid. c. 35.

DOMNI REGIS FVERIT] Codex Thuanus, *Domni Regis non fuerit*. Pag. 542. c. 37.

FORE CENSITI] Legendum arbitror *forensibus*. Pag. 541.

Caput istud, ut vides, valde mutilum est, non injuria temporum, neque per incuriam possessorum, sed per cujusdam ineptam curiositatem, qui haudubiè imaginem quandam heic repertam habere apud se voluit, atque ideo aliquam partem istius capituli resecavit. Ibid. c. 38.

CAPITVLA EXCERPTA] Conlata sunt cum duobus antiquis exemplaribus bibliothecæ regiæ. Non omnia porrò Pippini capitula heic posuimus quæ leguntur in codice legis Longobardorum, sed ea tantùm quæ in superiori capitulari non extant.

ACTIONARIIS] *id est, in rebus agentibus*, ut ait glossa interlinearis in uno codice regio. Rectè. Qui enim heic Actionarij vocantur, Agentes alibi dicuntur. Vide Bignonij Notas ad Marculfum pag. 892. Pag. 542. c. 1.

QVICVNQVE] Caput istud editum primò fuit à Karolo Magno, deinde verò repetitum à Pippino. Extat autem in libro tertio Capitularium cap. 23. & lib. 6. cap. 293. Pag. 543. c. 4.

Tom. I. MISSAM S. IOHANNIS] Vetus nota marginalis in uno codice regio: *Hoc ideo dicit quia pax ante festum sancti Iohannis facta fuit hac lege. Sed quia non stavim, sed usque ad illud festum, bene poterant omnibus hominibus innotescì, ideo post festum observari præcipit in perpetuum.* Viderat haudubiè Boherius codicem in quo eadem nota descripta erat. Ipse enim sic loquitur ad hunc ipsum locum: *Hæc lex facta fuit ante festum beati Iohannis Baptistæ, sed post ejusdem Missam vulere voluit Pipinus.*

SI FRANCVS EST] Eadem glossa: *Hæc lex generalis est, nec ideo special. Salicos quæ de Franco dicit. Franco enim ideo dicit quia Franci id est Salici ante hanc legem non cogebantur jurare cum duodecim, sed in usu habebant jurare cum septem de aliis causis.*

IVRET] Eadem glossa: *Hæc littera videtur præcipere perjurium fieri. quod omnis certè lex inhibet. Videtur enim jubere debere jurare se non audisse quod audivit. Ergo sic exponendum est, id est, si quidem quòd latro fuisset, & firmiter nescierit eum latronem esse. Sed quia littera hoc pati non videtur, aliter ab aliis exponitur sic. id est. Si dictum fuerit quòd ipse audivit, quamvis nesciat firmiter, aut solus juret &c.*

Pag. 546. c. 27. EXERCITALES] *id est, militiam exercentes*, ut habet eadem glossa. Donationes Ecclesiæ Salisburgensis apud Canisium to. VI. pag. 1151. *cum commanentibus ibidem servis & aliis exercitalibus hominibus triginta.* Et pag. 1152. *cum omnibus appendiciis suis & mansis lx. inter servos & tributales necnon & exercitales homines.*

Ibid. c. 18. IN MVNDIO] *in defensione*, inquit eadem glossa. Vide Glossographos. Interdum tamen alia est significatio hujus vocabuli, ut in Capitulari anni DCCXCIII. cap. 12.

Ibid. c. 22. DE ILLIS HOMINIBVS] Hæc lex Pippino tribuitur in vulgatis editionibus. In uno exemplari regio scriptum primò fuit in titulo: *Imperator Pippinus.* Deinde Pippini nomen jugulatum est, & repositum: *Imperator Lotharius.* In altero distinctè tribuitur Lothario.

EXCVBIAS PVBLICAS] *id est, servitium ad pontes restaurandos*, inquit auctor glossæ paulò antè laudatæ. Alius codex regius legit *pro excubiis publicis.*

Pag. 548. c. 29. IVSTIT. FAC. ET SVSCIP.] Karoli Martelli epistola pro Bonifacio Misso sancti Petri suprà pag. 732. *in ea ratione ut justitiam reddat & similiter justitiam accipiat.* Capitulare anni DCCCXXII. de causis monasterij S. Crucis Pictavensis cap. 8. *Advocatus earum per se justitiam faciat & accipiat.*

Pag. 549. PRÆCEPTVM PRIMVM] Contulimus illud cum veteri exemplari quod extat in archivo Archiepiscopi Narbonensis. Vide Capitularia Karoli M. pag. 499. & Capitula Karoli Calvi tit. VI.

Ibid. c. 1. SICVT CETERI LIBERI] Ad hunc locum respexisse videtur Karolus Simplex in præcepto pro quodam Theodosio, quod extat in chartulario monasterij sancti Petri Rodensis: *Ipsi verò homines qui in supradictis villis habitant vel habitaturi sunt tale obsequium vel tale servitium supradicto Theodosio vel heredibus suis faciant vel serviant quale Comitibus facere consueverunt tam Spani quàm ceteri.* Tom. I.

ADPRISIONEM] id est, eam partem terræ incultæ quam ipsi ex concessione Regum vel Comitum excolendam sumpserant, ut patet ex præcepto Karoli M. edito suprà pag. 499. & ex isto Ludovici præcepto cap. 5. Vide Petrum Cafanovam in tractatu de Franco-allodio lib. 1. cap. 10. Pag. 551. c. 3.

DATVM KAL. IAN.] Extat in Chartulario Archiepiscopi Narbonensis præceptum Ludovici Pij eodem die datum in gratiam cujusdam hominis nomine Ioannis, qui Aquisgranum ad Imperatorem venerat pro confirmatione aprisionis suæ. Hinc verò colligi potest illum ab Hispanis in regno Francorum commorantibus missum ad Principem ut communem omnium causam ageret, suam privatam non omisisse. Pag. 551.

EPISTOLA AD ARNONEM] Ejus initium tantùm posuimus, quia cetera similia sunt ei quæ ad Sicharium Burdegalensem Archiepiscopum missa est. Istius verò exemplar ad nos missum à clarissimo Conringio est ex codice MS. membranaceo Erantiquo bibliothecæ Iuliæ quæ est Helmæstadij. Pag. 561.

CONVENTVM EPISCOPORVM] Vide Notas ad librum primum Capitularium cap. 82.

HÆC CAPITVLA] Quatuor horum capitulorum vetera exemplaria habuimus, unum è bibliotheca Thuana, alterum ex Bigotiana, tertium quod fuit sancti Remigij Remensis, quartum S. Vincentij Laudunensis. Meminit autem horum capitulorum auctor vitæ Ludovici Pij apud Ducheſnium to. 2. pag. 298. Ad eadem respicit formula octava appendicis Marculfi. Pag. 563.

CHARTA DIVISIONIS] Eginhardus de hac imperij divisione agens in annalibus, ait eam à Ludovico peractam in generali populi conventu apud Aquisgranum habito, ibique Lotharium coronatum ac nominis atque imperij socium fuisse constitutum, ceteros Imperatoris filios Reges appellatos, unum Aquitaniæ, alterum Bajoariæ præfectum. Idem in epistola 34. scribit Ludovicum, cùm Lotharium in societatem nominis & regni consensu totius populi sui assumpsit, sibi præcepisse ut Lotharij curam gereret, ac illum de moribus corrigendis & honestis atque utilibus sectandis sedulò commoneret. In annalibus Aianensibus & in chronico Moyssiacensi ista de regni divisione leguntur, quæ ad institutum nostrum omnino pertinent. *Anno DCCCXVII. Ludovicus Imp. apud Aquis palatium celebravit Paſcha. Et in ipsa æstate jussit esse ibi conventum magnum populi de omni regno vel imperio suo apud Aquis sedem regiam, id est, Episcopos, Abbates, Comites, & majores natu Francorum. Et manifestavit eis mysterium consilij sui, quod cogitaverat, ut constitueret unum de filiis suis Imperatorem. Habebat enim tres filios ex uxore Ermengarda Regina. Nomen uni Clotarius, nomen secundi Pipinus, & nomen tertij Ludovicus. Tunc omni populo placuit ut ipse, se vivente, constitueret unum ex filiis suis Imperatorem, sicut Karolus pater ejus fecerat ipsum. Tunc tribus diebus jejunatum est ab omni populo ac letania facta. Post hæc jamdictus Imperator Clotarium, qui erat major natu, Imperatorem elegit, ac per coronam* Pag. 571.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. *auream tradidit ei imperium, populis acclamantibus & dicentibus: Vivat Imperator Clotarius. Facta est autem lætitia magna in populo die illo. Et ipse Imperator benedixit Dominum, dicens: Benedictus es Domine Deus noster, qui dedisti hodie ex semine meo considentem in solio meo, videntibus oculis meis.* Hanc regni divisionem postea Ludovicus anno DCCCXXI. in conventu apud Noviomagum habito Kalendis Maij recitari fecit, & à cunctis proceribus qui tunc affuere confirmari; ut legitur in annalibus Eginhardi & in vita Ludovici Pij. Et hæc quidem diù mansere, donec abalienatis à patre filiorum animis propter Iuditham & filium ejus Karolum, cui postea Calvo cognomen hæsit, Ludovicus nomen Lotharij omisit in diplomatibus & edictis. Hinc mota Lotharij ira, ut patet ex epistola flebili Agobardi Archiepiscopi Lugdunensis ad Ludovicum eundem. Hinc illæ tragœdiæ in Pium excitatæ, quæ in veteri chronico S. Galli *dedecus Francorum* meritò dicuntur.

NOSTRA ELECTIONE] In annalibus Anianensibus, quos suprà descripsimus, legitur Clotarium à Ludovico patre Imperatorem fuisse electum, populis acclamantibus. Vide omnino Agobardi epistolam flebilem cap. 4.

POPULI ELECTIONE] Hic locus postulare videtur ut heic quorundam annalium & veterum librorum verba excutiamus, ex quibus colligi posse prima fronte videtur Regum nostrorum successionem in regno paterno ad populi suffragia pertinuisse antiquitus. Nam in chronico brevi auctoris incerti quod Andreas Duchesnius edidit ex bibliotheca Alexandri Petavij ita disertè scriptum est in tomo tertio scriptorum historiæ Francorum pag. 350. *Pippinus Rex moritur, & filius* (Leg. *filij ejus*) *Karolus & Karolomannus eliguntur in regno.* Quod Eginhardus aliis verbis expressit, eos scribens *consensu omnium Francorum* Reges creatos esse. Ac sanè Flodoardus lib. 4. historiæ Remensis cap. 5. refert Fulconem Archiepiscopum Remensem, cùm ad Arnulfum Regem Transrhenensem scriberet de electione & coronatione Karoli III. quem vulgò simplicem vocamus, causamque redderet cur eum Franci Regem non fecissent statim post mortem Karoli Crassi Imperatoris, dixisse eum tunc admodum corpore simul & scientia parvulum extitisse, nec regni gubernaculis idoneum fuisse, *& instante immanissima Normannorum persecutione, periculosum erat tunc eum eligere.* Idem paulò pòst respondens eidem Arnulfo, qui querebatur quòd Franci sine ipsius consilio Karolum elegissent, *morem Francorum asserit secutos se fuisse, quorum mos semper fuerit ut Rege decedente alium de regia stirpe vel successione sine respectu vel interrogatione cujusquam majoris aut potentioris Regis eligerent.* Præterea in ordine ad ordinandum Regem Francorum, qui ab Hugone Menardo editus est in calce libri sacramentorum, *duo Episcopi alloquuntur populum in Ecclesia, inquirentes eorum voluntatem.* Et in oratione de consecratione Regis ita habetur: *super hunc famulum tuum, quem supplici devotione in regnum Francorum pariter eligimus, benedictionum tuarum dona multiplica.* Denique in narratione de coronatione Philippi istius nominis primi legitur Regis Francorum electionem ad Archiepiscopum Remensem maximè pertinere, & Philippum à Gervasio Remensi Archiepiscopo electum esse annuente patre ejus Henrico. Quam formulam usque ad hæc ultima tempora conservatam esse fidem faciunt acta coronationis Henrici IV. & Ludovici XIII. Hæc sunt, opinor, quæ ad stabiliendum populi jus in electione Regum Francorum dici possunt. Sed contra hæc magna validáque argumenta leguntur in vetustis auctoribus & monumentis, quæ regnum filiis Regum jure successionis deberi ostendunt ita manifestè ut necesse omnino sit electionem illam interpretari simpliciter de consecratione, cùm is qui Rex antea erat, in solenni ac publico Episcoporum & procerum conventu declaratur paterni aut aviti regni heres atque successor. Hanc interpretationem esse legitimam probatur ex ordine ad ordinandum Regem, in quo hæc Regi dicuntur emendata ex veteri codice MS. Ecclesiæ Remensis: *Sta & retine amodo statum quem hucusque paterna successione tenuisti hereditario jure tibi delegatum.* Reges enim Francorum ex genere prodire docent omnes veteres. Agmen ducet Agathias, qui de Francis agens lib. 1. hæc scribit: *Filij patribus in regnum succedunt.* Idem infrà loquens de Theodebaldo Theodeberti filio: *Theodibaldus itaque ejus filius in regno succedit: qui quidem tametsi juvenis admodum atque adhuc sub magistri cura institutionéque esset, patria tamen lex eum ad regnum vocabat.* Idem scribit sanctus Gregorius Papa Romanus, cujus hæc sunt verba ex homilia decima in evangelia: *In Persarum quoque Francorúmque terra Reges ex genere prodeunt.* quem locum laudant Karolus Calvus in proclamatione adversùs Vvenilonem & Fulco Remensis Archiepiscopus apud Flodoardum. Noverat ista Karolus M. cùm divisionem regni sui institueret inter filios suos. Nam licèt Eginhardus scribat actam illam fuisse in conventu quem Imperator habuit anno DCCCVI. cum primoribus & optimatibus Francorum, chartámque divisionis imperij à Karolo editam jurejurando ab optimatibus Francorum confirmatam fuisse, ipse tamen eam peregit absque populi suffragiis, nulla consensus procerum mentione facta, eodem jure quo pater bona sua liberis suis tanquam naturalibus heredibus relinquit, quod confirmatur ex his quæ Theganus scribit in capite sexto de gestis Ludovici Pij. Itaque Karolus Calvus regni partem accepit paterna donatione, ut ad Ludovicum Germaniæ Regem scribunt Episcopi provinciarum Remensis & Rotomagensis in titulo XXVII. Capitulorum Karoli Calvi cap. 7. Et titulo III. cap. 4. Episcopi apud Theodonis villam congregati alloquentes eundem Karolum, aiunt regnum illi hereditate relictum fuisse. Verissima igitur est adnotatio quæ extat hoc loco in actis coronationis Henrici IV. & Ludovici XIII. nimirum istum populi consensum accipiendum non esse de electione, sed de subjectione, obedientia, & fide quam populus Regi pollicetur secundùm legem Dei. Tom. I.

SUB SENIORE FRATRE] nimirum ut unum regnum esset, non tria, ut explicat Agobardus in epistola flebili: *Ceteris filiis vestris designatis*

Tom. I. *partes regni vestri ; sed ut unum regnum esset, non tria, prætulistis eum illis quem participem nominis vestri fecistis.* Sed ista Pippinum & Ludovicum graviter tulisse narrat Theganus cap. 21. de gestis Ludovici Pij : *Imperator denominavit filium suum Lotharium ut post obitum suum omnia regna quæ ei tradidit Deus per manus patris sui susciperet, atque haberet nomen & imperium patris. & ob hoc ceteri filij indignati sunt.*

Pag. 575. c. 1. MARCHAM TOLOSANAM] id est, pagum Tolosanum, qui complectebatur quicquid inter Garumnam & Atacem interjectum est usque ad Carcassonem, quam in finibus Aquitanorum collocat vetus opusculum de Aquitania editum à clarissimo viro Philippo Labbeo in tomo secundo Novæ Bibliothecæ manuscriptorum librorum pag. 731. Exin Septimania vel Gotia dicebatur usque ad Pyrenæos montes. Itaque non solùm pagus Rusinonensis erat in Septimania, ut patet ex notitia de monasteriis regni Francorum & ex aliquot ejusdem ævi monumentis, sed etiam Ceritania & civitas Vrgellensis, uti dictum est in Notis ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 7. & ad Agobardum pag. 92. Quicquid verò ad regnum Francorum pertinebat ultra Pyrenæos, Marca Hispanica dicebatur, cujus limes extremus constitutus erat ad Rubricatum fluvium.

Pag. 578. c. 15. MISERICORDITER AGAT.] Vide tit. 14. legis Bajuvariot. cap. 8. §. 2.

Pag. 579. CAPITVLARE AQVISGRAN.] Conlatum est cum quinque antiquis codicibus manuscriptis, uno monasterij Sangallensis, altero Petri Pithœi, tertio Philiberti de la Mare Senatoris Divionensis, quarto Collegij Parisiensis Societatis Iesu, quinto bibliothecæ Iuliæ Helmæstadiensis. In eo præterea emendando usi sumus editione nova chronici Casinensis, cui Capitulare istud adjectum est ex veteri codice ejusdem monasterij. Adhibuimus etiam auctoritatem editionis quæ extat in historia ecclesiastica Centuriatorum Magdeburgensium. Ceterùm istius Capitularis diserta mentio extat in vita sancti Benedicti Abbatis Anianensis, in qua hæc leguntur : *Multa denique monasteria erant quæ quondam regulariter fuerant instituta, sed paulatim tepescente rigore, regularis penè deperierat ordo. Vt autem sicut una omnium erat professio, fieret quoque omnium monasteriorum salubris una consuetudo, jubente Imperatore aggregatis cœnobiorum patribus unà cum quampluribus monachis per plures resedit dies. Omnibus ergo simul positis regulam ab integro discutiens, cunctis obscura dilucidans, dubia patefecit, priscos errores abstulit, utiles consuetudines affectûsque confirmavit. Iudicia igitur regulæ cunctaque dubia ad proficuum deducta effectum, quæ minùs regula pandit consuetudines assentientibus cunctis protulit, de quibus etiam Capitulare institutum Imperatori confirmandum præbuit, ut omnibus in regno suo positis monasteriis observare præciperet. cui protinus Imperator assensum præbuit.* Hæc verò octuaginta capitula numerari consuevisse inter capitula Ludovici Pij probat vetus catalogus bibliothecæ Sangallensis, scriptus sub imperio Ludovici Pij. In eo enim ista leguntur : *Capitula Hludouvici Imperatoris de regula sancti Benedicti.*

DCCCXVII.] Codex Helmæstadiensis habet: Tom. I. *DCCCXVI. imperij verò gloriosissimi Principis Hludovici tertio anno, x. Kal. Septembris.* Sed ista lectio falsa est. Nam præterquàm quòd repugnantes sibi habet reliquos veteres libros, præceptum Ludovici Pij pro monasterio Solemniacensi datum reperitur IX. Kal. Augusti.

ABBATES COMPLVRES] Hæc est vera lectio. Fatendum tamen est in antiquis exemplaribus Divionensi, Pithœano, Parisiensi, Sangallensi, & Casinensi legi *cum quampluribus unà suis resedissent*, in Helmæstadiensi verò *cum quampluribus unà cum suis resedissent &c.*

ABBATES COMPLVRES] Horum unus & præcipuus fuit Benedictus Anianensis, ut paulò antè vidimus. Cum eo verò huic conventui interfuit etiam Iosue Abbas monasterij sancti Vincentij prope Vulturnum in provincia Capuana, ut legitur in Chronico ejusdem monasterij apud Andream Duchesnium. Item Apollinarius Abbas Flaviniacensis, ut scribit ejus successor Hugo in Chronico Virdunensi ; & Agiulfus Abbas Solemniacensis, ut patet ex præcepto Ludovici Pij pro monasterio Solemniacensi. Ei interfuisse etiam Andonem Abbatem Stabulensem tradit Gabriel Bucelinus in Germania sacra.

SINGVLA VERBA] Codex Casin. *singulas sententias.* Ibid. c. 1.

CETERIS OFFICINIS] In antiquis exemplaribus Sangallensi, Divionensi, Helmæstadiensi, Casinensi legitur *ceteris artium officinis.* Quo etiam modo ediderunt Centuriatores Magdeburgenses. Vide libellum supplicem monachorum Fuldensium oblatum Karolo M. cap. 16. Pag. 580. c. 4.

ET VESTIMENTA] Hæc & quæ sequuntur desunt in editione Centuriatorum.

NON RADANTVR] nimirum in signum luctus & pœnitentiæ. Sequentibus seculis barba distinxit monachos literatos ab illiteratis, quos nos hodie fratres conversos vocamus ; ut patet ex querimonia monachorum Laurishamensium adversùs Hirsaugienses & ex capite decimo vitæ beati Bertholdi Abbatis Garstensis. Apud Franciscanos adeo raræ olim erant barbæ ut qui ex eis barbatus esset, hinc distingueretur à ceteris. Testis Marinus Sanutus Torsellus in præfatione ad secreta fidelium crucis : *Iacobus de Cammerino ordinis Minorum, qui portat barbam.* Ibid. c. 6.

ET IN OCT. PASCHÆ] Hæc non habentur in codice Helmæstadiensi. Pag. 581. c. 6.

BALNEARVM VSVS] De balneis monachorum ista paulò pòst leguntur in eodem codice Helmæstadiensi, quæ in aliis non extant. *Vt balneis generaliter tantùm in nativitate & in Pascha Domini, verumtamen separatim, utantur.* Vide Hugonis Menardi Notas ad Concordiam regularum pag. 657. 831. Ibid. c. 7.

VT NVLLVS EPISCOPOR.] Vide Notas ejusdem Menardi pag. 720. Ibid. c. 9.

Caput istud sic legitur in codice Casinensi. *Vt cum Abbate vel à quocunque Priore suo increpatus quis eorum fuerit, mox sine mora prosternens illius pedibus, Mea culpa primùm dicat ita ut indutus est. Et tunc juvente Priore surgat, & unde interrogatus fuerit rationem humiliter reddat.* Vide Capitula monachorum Sangallensium Ibid. c. 13.

Tom. I. cap. 13. & Notas ejusdem Menardi pag. 1089.

Ibid. c. 14. FRATRVM OBIT. N. FLAG.] Codex Pithœanus, *aliis non vapulent monachi.* Reliqui & editio Centuriatorum habet uti nos edidimus, nisi quòd in editione illa additur: *sed verecundia sit semper cooperta.*

Ibid. c. 15. VT SOLI SINE] Centuriatores: *Ut soli videlicet & sine &c.* Codex Helmæstad. *Ut soli videlicet sine.* Casinensis: *Ut solus sine altero monacho in via non dirigatur.* Vide Notas ejusdem Menardi pag. 667.

Ibid. c. 16. COMPATRES COMMATRES] Præter ea quæ de hoc argumento observata sunt à Filesaco libro 1. Selectorum cap. 3. reperio istud interdictum fuisse in capite quinto canonum sancti Leodegarij Episcopi Augustodunensis, in Concilio Londinensi anni MCII. cap. 19. sub Anselmo Archiepiscopo, in Concilio quod apud Albiam celebratum dicitur anno MCCLIV. præside Cœno sedis apostolicæ Legato, & in synodo quam Ioannettinus Doria Cardinalis & Archiepiscopus Panormitanus habuit anno MDCXV. in Ecclesia Panormitana.

NEQVE OSCVL. FEMINAS.] Centuriatores: *& nullam unquam quamlibet mulierem osculentur.* Codex Helmæstad. *& nullam quamlibet mulierem osculentur.* Casinensis: *neque feminas osculent.*

Pag. 582. c. 17. FRVGES COLLIGENDO] Regula sancti Benedicti cap. 48. *Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit ut ad fruges colligendas per se occupentur, non contristentur.*

Ibid. c. 19 LIBRIS DE BIBLIOTHECA] Regula S. Benedicti ibidem: *In diebus quadragesimæ accipiant omnes singulos codices de bibliotheca.* In epistola Theodomari Abbatis Casinensis ad Karolum M. permittitur monachis habere manutergia ad involvendos codices quos ad legendum suscipiunt.

Ibid. c. 22. CVCVLLÆ] Ita omnia vetera exemplaria, si Casinense excipias, in quo legitur *scapularis* pro *cuculla.* In regula sancti Benedicti cap. 55. scapulare distingui videtur à cuculla. Et in epistola Theodomari, in qua explicatur quid tum per cucullam intelligerent Itali, quid Galli, primùm cucullæ descriptio instituitur, dein scapularis. Scapulare tamen sub generali cucullæ vocabulo comprehendi consuevisse auctor est Sigebertus Abbas Gemblacensis in libro de unitate Ecclesiæ pag. 120. editionis Basileensis anni 1566. *Propter opera tantùm constituit sanctus Benedictus alteram cucullam, quæ dicitur scapulare, eò quòd hujusmodi vestis apta sit caput tantùm & scapulas tegere.*

Ibid. c. 22. PEDVLES] id est, pedum operimenta, ut pluribus eruditè ostendit idem Menardus pag. 889. quem consule. In capitulis Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, quæ edita sunt in tomo nono Spicilegij Dacheriani, legitur cap. 3. Episcopum Abbati quem ordinat debere dare *baculum & pedules.* Vide Cujacium lib. 5. Observat cap. 11.

PEDVLES QVATVOR PARIA] Statuta antiqua monasterij Corbeiensis cap. 1. *Calcearios quatuor cum solis novis.* Vbi clarissimus editor conjicit legendum forteàn esse *soleis*, ut illud pedum tegumentum intelligatur quod Galli vocant *pantoufle.* Præceptum Ludovici Pij de stipendiis quæ annuatim in cibo & potu dari debent monachis sancti Dionysij: *ad cordovesos & in solas eorum componendas.* In Memoratorio Ansegisi Abbatis Fontanellensis scriptum est in tomo tertio Spicilegij Dacheriani pag. 245. *Coria boum ad soleas v. composita.* pro quo haud dubiè legendum est *solas.* Solas etiamnum Vvascones & Occitani vocant eam calcei partem quæ sub pedibus est.

FEMORALIA] Epistola Theodomari ad Karolum: *Habent autem fratres nostri & duplicia femoralia. Multi tamen ex eis Deo juvante in tantum se continent ut neque femoralia habeant neque plus quàm duplicia indumenta.*

VVANTOS] Codex Helmæstad. *manicas quas vulgò vvantos appellamus.* Rectè. Nam manicæ sunt chirotheceæ, ut observat Hugo Menardus in Notis ad librum sacramentorum pag. 361. extrema. Memoratorium Ansegisi Abbatis Fontanellensis in tomo tertio Spicilegij Dacheriani pag. 246. *ad ubantos lib. i.* ubi legendum est *vvantos.*

SAPONEM ET VNCTVRAM] In editione Centuriatorum ista disjuncta sunt, hoc modo: *Ut data à Priore saponis & unctura mensura, & reliqua quæ ibi sunt necessaria ad suos* (fortè *usos*, id est, *usus*) *habeant lectum propter causam infirmitatis.*

PINGVEDINEM AD ESVM] Vide Menardi Notas ad Concordiam regularum pag. 709.

REGVLA IVBET] id est, regula S. Benedicti cap. 55. ubi præterea prohibetur ne monachus aliquid peculiare sive proprium habeat: *Et si cui inventum fuerit quod ab Abbate non accepit, gravissimæ disciplinæ subjaceat.* Visio Vvettini monachi Augiensis tempore Ludovici Pij: *Ibi se etiam quoddam opus in modum castelli ligno & lapide valde inordinatè conjectum & fuligine deforme vidisse fatebatur, fumo ex eo in altum vaporante. Cui interrogami quid esset, responsum est ab angelo habitationem fuisse quorundam monachorum de diversis locis & regionibus congregatorum ad purgationem suam. Qui de eodem numero unum specialiter nominavit, quem dixit ibidem in arca plumbea inclusum præstolare debere diem magni judicij propter opus peculiare.* Hinc lepra proprietatis in Chronico Augustano Sigismundi monachi lib. 2. cap. 4. apud Pistorium. De monachis propriet riis abundè dictum est in Notis ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 28.

Pag. 583. c. 23. ET DEM. P. M. P. E. PORRIGAT.] Centuriatores: *in refectorio manu propria poculum eis porrigat.* Codices Sangallensis, Pithœanus, Parisiensis, Casinensis habent simpliciter, *& poculum porrigat.*

Ibid. c. 24. DE MANDATO] Codex Pithœanus: *De mandato pauperum post cœnam faciendo.*

VT MANDATVM] Retinuimus lectionem Sirmondi & Centuriatorum, quam confirmat caput tertium fratrum ad Auvam directorum, quæ infrà suo loco dabuntur, ubi sic legitur: *Qui etiam pedes peregrinorum in unaquaque feria lavant.* Libellus supplex monachorum Fuldensium oblatus Karolo M. cap. 13. *Quòd peregrinorum susceptio & lavatio in eis pedum non negligatur, sed secundùm regulam & secundùm priorum nostrorum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. *consuetudinem, quandocunque venerint, misericorditer suscipiantur, & ab omnibus fratribus lavario pedum eis exhibeatur.* Præceptum Karoli Calvi quo confirmat fundationem hospitalis factam ab Hildrado, editum ab Hemeræo in Augusta Viromanduorum: *usque ad duodecim pauperes suscipiantur: ad quos, quia infra claustra erit, & locus congruus habebitur, fratres ad officium lavandorum pedum religiosè per singulos dies succedant.* Veteta porrò istius Capitularis exemplaria habent tantùm: *Vt mandatum post cœnam fiat.* Auctor vitæ Alcuini: *Quando mecum quoque ad mandatum pergebas, & te vinum bibere jubebam, arte callidissima dicebas: Bibi, Domine Pater, meo cum avunculo sufficienter.*

Ibid. c. 27. NON REFICIANT.] Codex Casin. *non reficiat neque bibat.*

IPSE TAMEN] Hæc & quæ sequuntur usque ad *Si vero* desunt in codice Parisiensi. Desunt etiam in Sangallensi, qui pro his quæ isthic leguntur in aliis exemplaribus, ita habet: *Et ipse cum Episcopis, Abbatibus, Canonicis, nobilibus, unde ipsi reficiuntur sumat.*

Ibid. c. 25. QVOD REGVLA IVBET] Regula S. Benedicti cap. 38. *Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum priusquàm incipiat legere, propter communionem sanctam, & ne forte grave sit ei jejunium sustinere. Postea autem cum coquina hebdomadarius & servitoribus reficiat.* Vide caput quintum fratrum ad Auvam directorum.

Ibid. c. 31. VT PRÆPOSITVS] Præpositi monasteriorum, secundi post Abbates, ut pluribus probat sæpe laudatus Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 169. 197. 414. Eam ob causam epistola Hincmari Remensis Archiepiscopi ad monachos Corbeienses inscripta est *Fulcranno Præposito & fratribus monasterij Corbeiensis*, & alia ad monachos Centulenses *Magenardo Præposito & fratribus in monasterio sancti Richarij degentibus*, apud Flodoardum lib. 3. cap. 25. historiæ Remensis. In Concilio Moguntiaco cap. 11. præcipitur *ut monasterium, ubi fieri possit, per Decanos ordinetur; quia illi Præpositi sæpe in elationem incidunt & in laqueum diaboli.* Respexerunt autem conditores istius canonis ad caput 21. & 65. regulæ S. Benedicti. Vide Capitula monachorum Sangallensium cap. 30.

Pag. 584. c. 55. VT DE SENIORIBVS] Vide eadem capitula cap. 14.

Ibid. c. 34. VT NOVITIO] Vide Notas ejusdem Menardi pag. 936. 944. 977. Vide etiam Concilium Cloveshoviæ cap. 24.

HOSP. PROB. CAVSA] Hæc non habentur in codice Parisiensi. Retinenda tamen esse patet ex capite 58. regulæ S. Benedicti.

PARENTIB. S. COMMENDET] Codex Casinensis: *parentibus suis aut amicis commendet.* Centuriatores: *parentibus suis aut monasterio committat.* In regula S. Benedicti cap. 58. legitur: *Res si quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta solenniter donatione conferat monasterio.*

PROMITTAT] Post ista sequitur in editione Centuriatorum, *id est, secundùm regulam sancti Benedicti professionem in Ecclesia faciat.*

Ibid. c. 35. COOPERTVM CAPVT] Centuriatores: *cuculla veletur capite.* Vide Notas ejusdem Menardi pag. 943. Tom. I.

VT PVERVM PATER] Olim, uti diximus ad Salvianum, ea erat parentum auctoritas ut liceret illis liberos suos etiam in pueritia vovere Deo, sic ut istis fas non esset abjicere institutum quod patrum imperio susceperant. Immo non solùm natos vovebant, sed etiam eos qui nondum nati, in matris utero positi erant, quod duobus illustribus exemplis ostendimus. Non solùm autem eos qui jam concepti erant, sed etiam nascituros in universum; ut patet ex testamento Ludovici VIII. Francorum Regis apud Andream Duchesnium to. v. pag. 325. *Item volumus & præcipimus quòd quintus filius noster sit Clericus & omnes alij qui post eum nascentur.* Porrò Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 985. & seqq. & Carolus le Cointe in annalibus ecclesiasticis Francorum ad annum 544. §. 74. multis testimoniis confirmant pueris quos parentes Deo obtulerant in monasteriis non licuisse discedere quacunque de causa, si res legitimo ordine & secundùm regulam peracta fuisset. Formulam qualiter parentes filios suos offerant in monasteriis vide in nova collectione formularum cap. 31. & quæ illic à nobis adnotantur. Ibid. c. 16.

TEMPORE OBLATIONIS] Codex Casin. *oblationis secundum regulam offerant.*

AD ALTARE] Hæc desunt in aliquot exemplaribus.

ET IN] Lege: *Vt in &c.* Ibid. c. 33.

VT DOMVS SEMOTA] Codex Helmæstad. *Vt carcer his qui fugere &c.* Habuerunt semper monasteria carceres in quibus monachi facinorosi includerentur ad agendam severiorem pœnitentiam. Extant plurima hujusce rei testimonia, in primis verò in statutis quæ Conradus Archiepiscopus Colonienſis edidit anno MCCLX. de vita & conversatione monachorum. *Statuimus etiam*, inquit, *quòd quodlibet monasterium suum carcerem habeat, in quo delinquentes regulariter puniantur.* Verùm hic carcer adeo durus postea evasit ut miserationem permoverit Stephani Archiepiscopi Tolosani, de quo hæc leguntur in historia chronologica MS. Parlamentorum patriæ Occitanæ scripta ante ducentos annos à Guillelmo Bardino Consiliario Clerico in Parlamento Tolosano. Ibid. c. 40.

Anno Domini MCCCL. & die XXVII. Ianuarij cùm Rex Ioannes commoraretur apud Villamnovam juxta Avenionem, fluvio Rhodano intermedio, & ibi certamen lancearum sive hastarum, quod nos torneamentum vocamus, celebrasset tota curia Papali adstante, totum se commisit negotiis patriæ Occitanæ, & nulli audientiam denegavit. Inter hos Vicarius generalis Stephani Archiepiscopi Tolosani ex mandato dicti Archiepiscopi conquestus est de horribili rigore quem monachi exercebant adversùs monachos graviter peccantes, eos conjiciendo in carcerem perpetuum, tenebrosum, & obscurum,

Tom. I. curum, quem *Vade in pace* vocitant, qui nihil aliud habebant pro victu quàm panem & aquam, omni consortio sodalium illis adempto, ita ut qui huic pœnæ addicti sunt, semper pereant desperati. Super hujusmodi querimonia Rex per suam ordinationem statuit quòd deinceps Abbates, Priores, superiores, & omnes gubernatores monasteriorum & conventuum bis in mense visitarent & consolarentur fratres qui in tali pressura detinerentur, & quòd illis liceret petere consortium unius monachi de sodalitio bis in mense habendum. Qua de re litteras patentes expedire fecit, quarum executionem demandavit & commisit Olivario de Saia Senescallo Tolosano & aliis futuris Senescallis patriæ Occitanæ. Pro revocatione hujusmodi ordinationis fratres Minores & fratres Prædicatores mira fecerunt, auctoritatem Papæ reclamaverunt; sed Rex in sua voluntate perseveravit, & voluit quòd obedirent, aut regno suo abirent. Qua de causa, etiamsi inviti & repugnantes, voluntatem Regis executi sunt. Barbarum enim est incarceratos & sic afflictos omni solatio & consortio amicorum privare.

Pag. 585. c. 41. VENIAM PETAT] Codex Casinensis addit: *& annuente Priore surgat. Servetur tamen silentio. Et cùm egressi fuerint, expleta oratione, veniam petat, & secundùm modum culpæ judicio subjaceat.* Vide regulam S. Benedicti cap. 71.

Ibid. c. 43. LOQVI] In editione Centuriatorum postea sequitur: *id est, Crede mihi frater, aut vivit Dominus, seu Novit Dominus.*

Ibid. c. 45. VT SCHOLA] Vide Notas ejusdem Menardi ad Concordiam regularum pag. 682.

Ibid. c. 46. MARTINI] Codex Casinensis addit, *& in sancti Benedicti.* quæ lectio confirmatur ex epistola Theodomari ad Karolum.

PLENAR. OFF. AGATVR] Hæc non habentur in codice Casinensi, neque eorum mentionem hoc loco facit epistola Theodomari.

ET BIS REFICIATVR] Epistola Theodomari: *etiam bis ad prandium miscere facimus.*

Ibid. c. 48. DICATVR] In editione Centuriatorum postea sequitur: *& deinde aqua benedicta, antequam intrent in dormitorium, super capita illorum à Priore inspergatur.*

Pag. 586. c. 50. ELEEMOSYNARIIS] id est, *pro omnibus eleemosynas nobis tribuentibus*, ut legitur in libello supplici quem monachi Fuldenses obtulerunt Karolo Magno. Præstat autem integrum locum referre, quòd is valde illustret hoc caput Aquisgranense. Sic ergo scribunt monachi Fuldenses: *In secunda quoque feria uniuscujusque septimanæ orationem pro omnibus eleemosynas nobis tribuentibus, id est, eundem psalmum L. quem tota congregatio juxta corpus B. Martyris simul prostrata cantavit, cum oratione dominica & versibus. Pro defunctis ergo fratribus nostris commemorationem illam quam quotidie bis habuimus, id est, post matutinam celebrationem & vespertinam, quæ est antiphona videlicet Requiem æternam, & prima pars psalmi Te decet hymnus Deus, versus & collecta.* Tom. I.

DIES IEIVNII] In editione Centuriatorum hæc adduntur: *quatuor temporum, jejunetur, ut in vigilia sanctæ Mariæ, annunciatione, assumptione, nativitate. Jejunatur similiter in natali omnium Apostolorum, seu sancti Joannis Baptistæ de martyrio, seu in natali cujuslibet sancti in cujus honorem dedicatus est locus ubi militant monachi.* Ibid. c. 51.

IN REFECTORIVM] Vide Notas ad Concordiam regularum pag. 307. Ibid. c. 52.

NONNI VOCENTVR] *hoc est, paterna reverentia*, ut legitur in editione Centuriatorum. Vide Notas ad eandem Concordiam pag. 1021. Ibid. c. 54.

VT SENIOR DECANVS] Vide capitula monachorum Sangallensium cap. 30. Ibid. c. 55.

VT PRÆPOSITVS] Centuriatorum editio hæc est: *Vt Præpositus, Decani, Cellarius, Portarius, de eorum ministerio nisi causa utilitatis &c.* Codex Sangallensis: *Vt Præpositus, Decani, Cellararius, Portarius, si utiles in ministeriis illorum fuerint, quantum Abbati & congregationi placuerit, ibi stent.* Casinensis: *Vt Senior, Decanus, Cellararius, Portararius de eorum ministerio nonnisi causa infirmitatis manducet.* Sed hæc duo postrema vocabula non sunt hujus loci. In Chartulario Tutelensi fol. 37. 219. inter præcipuos monachos illius monasterij numeratur Otgerius Portarius anno duodecimo regni Ludovici Transmarini. Ibid. c. 56.

CELLARARIVS] Aliqui codices habent *Cellarius*, Parisiensis *Cellerarius*. Vide Notas ad paginam 241.

VT ABBATES] In exemplaribus antiquis Casinensi & Sangallensi & in editione Centuriatorum legitur: *Vt Canonici Abbates.* De Abbatibus Canonicis vide Concilium Parisiense VI. lib. 3. cap. 18. & Concilium Aquisgranense II. capitulo 2. §. 2. num. 1. Ibid. c. 59.

GENERALEM SYNODVM] Centuriatores, *generale placitum.* Vetus regula, ut apparet ex iis quæ suprà pag. 1044. dicta sunt ad capitula synodi Francofordiensis, ad quam Benedictus Abbas Anianensis & Anianus Abbas Caunensis suos monachos duxerunt.

SVPERV. MONACHIS] Centuriatores simpliciter, *hospitibus.* Pag. 587. c. 63.

VT DE FVRTO] Hæc furti incerti à monachis patrati probatio fieri jubetur per excommunicationem à corpore & sanguine Domini, contra morem illius seculi. Testis est canon XV. Concilij Vvormatiensis, in quo sic legitur: *Sæpe contingit ut in monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant ignorentur. Idcirco statuimus ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debeant, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus, & sic in ultima Missa celebratione pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.* Hunc locum, alioqui Ibid. c. 64.

Tom. I. non admodum difficilem aut obscurum, sic interpretatus est Ioachimus Vadianus in libro sexto de eucharistia pag. 218. *Porrò ut in Carolino illo seculo palam est in parvulis communicandis erratum, ita ne id quidem admodum probi aut pij moris fuit quòd eodem tempore Episcopi & monachi eucharistiam ad innocentiæ contestationem & purgationem objecti criminis sumere essent soliti, ut cùm furium in monasterio esset commissum, monachi omnes in Missæ celebratione corpore & sanguine Domini participabant, quò se criminis suspicione liberarent. Id persuasione fiebat religionis, quæ sceleris conscium pœnæ metu longè ab esu illo sacrosancto arcere credebatur.* Vide Reginonem lib. 2. cap. 276. & quæ illic à nobis adnotata sunt.

Ibid. c. 67. STANDO] Codex Casinensis, *stans humiliatus.*

Ibid. c. 68. EVLOGIÆ] Variè accipitur hoc vocabulum, ut pluribus explicat Gretserus in libro secundo de benedictionibus cap. 24. & sequentibus. Vide etiam Notas ad Concordiam regularum pag. 875. Istud *communicatio fratli panis* dicitur in libello supplici monachorum Fuldensium ad Karolum M. cap. 4.

Ibid. c. 70. TRADATVR] Codex Pithœi, *quæ lecta fuerit exponatur.*

Ibid. c. 71. Caput istud sic habet in editione Centuriatorum: *Vt quando fratres jejunant, post sextam dormiant, hoc est, æstivo tempore. Post hæc celebrent Missam.*

Ibid. c. 74. PATER NOSTER] In editione Centuriatorum additur, *& alias orationes genua flectentes, quando tempus opportunius est, dicant.*

Pag. 588. c. 76. NIHIL TRIBVAT] Codex Casin. *minimè sit licentia dandi.* Regula cujusdam in Concordia regularum pag. 718. *Illud præcipuè decernimus, ut nullus alteri dare ex mensura sua vel accipere ab altero præsumat præter Abbatem vel Præpositum, cui ab Abbate commissum est.*

Ibid. c. 78. QVATVOR DIEBVS] Hæc est lectio codicum Pithœani & Parisiensis. Casinensis habet *tribus diebus*, Sangallensis *sex tantùm*, Centuriatores & editio Capitularium anni MDCIII. *octo diebus.* Iuvat hanc lectionem epistola Theodomari, in qua sic legitur: *Volatilia nunquam nisi in die natalis Domini, si est unde, usque ad dies octo comedimus. Similiter etiam paschalibus diebus.* Vide Menardi Notas ad Concordiam regularum pag. 709.

PER DEBITVM] Idem Theodomarus: *Sed de esu volatilium tam cautè prudentissimus pater noster in sua regula posuit ut si velint comedere monachi, cùm opportunum est, non subjaceant culpæ. Sin autem eis à suo tale edulium non præbetur Abbate, ut quasi ex debito hoc non possint requirere. Multi tamen fratrum nostrorum neque volatilia comedunt &c.*

Ibid. c. 80. IN DOCTRINA] Caput istud deest in aliquot codicibus, & sumptum est ad verbum ex regula S. Benedicti; nisi quòd quædam clausulæ isthic omittuntur quæ habentur in regula.

IN OMNIBVS] Hæc sumpta sunt ex capite tertio ejusdem regulæ. Vide Menardi Notas ad Concordiam regularum pag. 191.

SI QVIS FREQVENTER] Ista sumpta sunt ex cap. 28. ejusdem regulæ.

SIMILITER ET QVI] Ex cap. 67. ejus- Tom. I. dem regulæ.

PECCANTES AVTEM] Ex capite 70. regulæ.

Præter superiora octuaginta capitula, alia quinque aliis permixta extant in editione Centuriatorum, quæ nos heic addenda esse censuimus.

I. Vt baculi à monachis pro necessitate aut infirmitate ferantur.

II. Vt in jejunio quatuor temporum nullus cibus sumatur alius nisi ille sicut in quadragesima constitutum est à sanctis patribus. Similiter in capite jejunij.

III. Vt quando jejunant monachi, officium mortuorum celebretur priusquam lectio ante completorium legatur. Deinde eant in refectorium, bibant, & post hæc legant collectionem.

IV. Vt in hebdomada Paschæ in claustro non loquantur, sed lectio divina ab omnibus teneatur. Similiter in hebdomada Pentecostes, & in omnibus diebus dominicis, seu in natali Domini, & in omnibus sanctorum festis præcipuis.

V. Vt in domo infirmorum non manducent sine licentia Prioris, neque bibant.

Primum caput istorum quinque valde illustratur ex capite quinto libelli supplicis quem monachi Fuldenses obtulerunt Karolo M. in quo petunt ut senibus & infirmis baculum pro sustentatione ferre liceat.

DONA ET MILITIAM] Auctor annalium Pag. 383. Anianensium: *Erant etiam quædam monasteria ex eis munera militiámque exercentes. Quapropter ad tantam devenerunt paupertatem ut alimenta vestimentáque deessent monachis. Quæ considerans, suggerente præphato viro* Benedicto Abbate Anianensi, *piissimus Rex posse servire præcepit, ita ut nil Deo famulantibus deesset, ac per hoc alacres pro eo ejúsque prole totiúsque regni statu piissimum precarentur Deum.* Hinc ergo emendanda est vita ejusdem Benedicti, quæ edita est in fronte Concordiæ regularum.

SOLAS ORATIONES] Præter monasteria heic enumerata, quæ Regi solas orationes debebant, alia quædam istius generis fuere in Aquitania, Tutelense nimirum & Sarlatense, ut diximus in Notis ad Lupum Ferrariensem pag. 384. Regulæ monasterium ad Garumnam nihil Regi debebat; ut patet ex charta Bernardi Comitis, cujus partem Marca edidit in libro tertio historiæ Benearn. cap. 6. quam verò nos integram reperimus inter schedas Arnaldi Ohienarti ex chartulario Regulatensi descriptam. Hanc Ludovici constitutionem secuta vel imitata esse videtur posterorum pietas in Italia & in Anglia. In chartulario quippe Casaurensi reperio fundatores monasterij sancti Mauri de Amiterno nullum alium censum sibi retinuisse in possessionibus eidem monasterio datis *nisi tantùm orationem pro nobis & parentibus nostris.* Monasticon Anglicanum à Gulielmo Dugdalo viro diligentissimo editum exhibet in pa-

Tom. I. gina 208. narrationem de quodam Diacono occiso intra Ecclesiam à domesticis cujusdam Principis nomine Nogui : qui pœnitudine postea ductus, Ecclesiæque satisfaciens, quosdam agros Ecclesiæ Lindavienſi dedit, edixitque ut terra sic data esset *libera ab omni laicali servitio, nisi tantùm oratione cotidiana in perpetuo.*

S. Benedicti] Floriacensis, ut opinor, ad Ligerim in diœcesi Aurelianensi.

Ferrarias] *quod antiquitus Bethleem vocabatur*, ut ait auctor vitæ Ludovici Pij. Situm est in diœcesi Senonensi. Vide Notas ad Lupum Ferrariensem pag. 341.

Nigelli] Puto heic agi de monasterio Nealphæ veteris in diœcesi Carnotensi.

S. crucis] vulgò sancti Leufredi in diœcesi Ebroicensi. *La Croix saint Leufroy.*

Corbeia] in diœcesi Ambianensi. Celeberrimum monasterium, in quo olim valde floruerunt studia literarum. Hinc tot boni & antiqui codices manuscripti, quorum ope multa correcta & emendata sunt in antiquis auctoribus, multa in publicum emissa quæ hactenus latuerant.

S. Mariæ Svessionis] cujus historiam cum appendice actorum veterum nobis nuper dedit vir clarissimus Michael Germanus monachus Benedictinus. In veteri membrana monasterij Canigonensis reperio nomina quarundam Abbatissarum & celebriorum ac nobiliorum, ut puto, sanctimonialium illius monasterij. *Frenburgis Abbatissa, Ermentrudis Abbatissa, Adelaidis Abbatissa, Adelaidis Thesauraria, Ermena, Elisabeth, Hildeburgis, Fagela, Beringildis, Leuda, Eva, Mathildis, Lanscindis, Itisburgis, Richildis, Hildeburgis, Rosmodis.*

Stabvlavs] vulgò *Stavelo* in saltu Arduennensi, cujus Abbas ea tempestate fuit Ando, ut Gabriel Bucelinus tradit. In pactis initis anno dcccLxx. inter Karolum Calvum Francorum & Ludovicum Germaniæ Reges pro dividendo regno Lotharij, portioni Ludovici placuit addere *abbatias Prumiam & Stabolau cum omnibus villis dominicatis & vassallorum*, ut legitur in Capitulis Karoli Calvi tit. xliii. pag. 223. In annalibus Fuldensibus legitur hoc monasterium à Normannis vastatum fuisse anno dccclxxxi. At Regino tradit combustum fuisse: *Post hæc Aquis Palatium, Indam, Malmundarias, & Stabulaus monasteria in favillam redigunt.* Sic enim legitur in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Vide Notitiam Ecclesiarum Belgij pag. 289. & seqq.

Flaviniacvm] in diœcesi Augustodunensi.

S. Evgendi] *sancti Augentij* in Capitulis Karoli Calvi tit. xliii. pag. 224. Situm est in monte Iura in diœcesi Lugdunensi. Hodie vulgò *sainct Claude.* Vide S. Bernardum epist. 291.

Novalicivm] ad radices montis Cinisij, non longè à flumine Cinisio, ut docet Franciscus Augustinus ab Ecclesia. Heic Hugonem, Karoli M. filium, monachum & Abbatem fuisse tradunt. Fragmenta chronici Novaliciensis edidit Andreas Duchesnius in tomo tertio scriptorum historiæ Francorum pag. 635.

S. Nazarii] Laurishamensis in diœcesi Moguntina.

Tom. II.

Offvnvvilarii] Offonis villæ mentio Tom. I.
est in Capitulis Karoli Calvi tit. xliii. pag. 225. Offonis cella in diœcesi Argentoratensi, nunc Schutera dicitur, ut Guillimannus docet in Episcopis Argentinensibus pag. 67. 73.

S. Michaelis] Hadrianus Valesius censet heic agi de monasterio sancti Michaëlis in periculo maris, & in hac notitia scriptum esse *maresci primi* quòd situm esset in marisco vel maresco, id est, in solo palustri. Mihi ista sententia non probatur. Monasterium quippe sancti Michaëlis maresci primi heic collocatur inter monasteria tractus Lugdunensis. Et in Capitulis Karoli Calvi tit. xliii. pag. 224. monasterium, ut opinor, sancti Michaelis memoratur unà cum monasterio sanctæ Mariæ in Bisinciono. Chiffletius in Vesontione parte 2. cap. 66. pag. 279. adnotat esse in Vesontionensi civitate Ecclesiam sancti Michaëlis in monte sancti Stephani, sanè perantiquam, sed cujus fundationem nullibi legerit, etsi plurima invenerit & vetustissima illius monumenta, ejúsque dedicationem sic in veteri rituum codice notatam: *III. Kal. Octobr. Dedicatio Basilicæ S. Michaëlis.*

Balma] Duo antiquitus istius nominis monasteria fuerunt in diœcesi Vesontionensi, unum vetus puellarum, aliud virorum longè recentius, ut pluribus ostendit vir clarissimus Carolus le Cointe in annalibus Ecclesiæ Francorum ad annum dxxxiv. Monasterium virorum vulgò statuunt fundatum esse non ita multò ante Cluniacense, ut scribit Andreas Duchesnius in Notis ad Bibliothecam Cluniacensem pag. 22. Vide Capitula Karoli Calvi tit. xliii. pag. 223. sanctum Bernardum epist. 251. & Innocentium III. epist. 113. & seqq.

S. Sequani] in diœcesi Lingonensi.

Natradis] Dubium mihi non est quin legitima sit lectio quam exhibet Notitia Galliarum clarissimi viri Hadriani Valesij, qui *monasterium Nantuadis* heic legit. Attamen nihil mutare ausus sum, destitutus ope veterum exemplarium. Vetus monasterium est in diœcesi Lugdunensi, cujus ultimus Abbas fuit Hugo Abbas Cluniacensis, ut observat Claudius Robertus. Nam deinceps abbatia non fuit, sed prioratus. Hodie vulgò *Nantua*, media ferè via inter Lugdunum & Genevam, in comitatu Beugij. Vide Notas ad Agobardum pag. 18.

Svarizaha] id est, *Schwarzach*, ut opinor, sive *Schwarzach* in diœcesi Argentinensi, quod antea Arnolfesau vocabatur. Vide Guillimannum in Episcopis Argentinensibus pag. 96. 120. Pag. 590.

S. Bonifacii] id est, Fuldense.

S. Vvigberti] id est, Fritesslariense in marca Saxoniæ, ad fluvium Adranam, uti dictum est in Notis ad Lupum Ferrariensem pag. 493.

Melaredvm] In tomo tertio Spicilegij Dacheriani pag. 244. scriptum est Ansegisum Abbatem Fontanellensem dedisse *ad S. Gregorium libram unam, ad monasterium Mauri libram unam, ad Melundas libram unam.* Fortean ergo pro *Melaredum* hoc loco legendum est *Melundam.*

Fossatvs] id est, monasterium sancti Pe-

Tom. I. tri Fossatensis in diœcesi Parisiensi, quod nunc sancti Mauri Fossatensis dicitur. Hujus monasterij Abbas regnantibus Ludovico Pio & Karolo Calvo fuit Engelbertus, cujus mentio est in præceptis eorundem Principum de privilegiis ejusdem monasterij & in capite tertio libri de miraculis sancti Mauri. Istius Engelberti tempore monasterium Glannafolienſe sive sancti Mauri ad Ligerim cœnobio Fossatensi subjectum est auctoritate Ludovici Pij, & per Præpositos deinceps gubernatum fuit qui ab Abbate Fossatensi mittebantur, ut colligitur ex eodem libro miraculorum sancti Mauri. Itaque Gausbertus, qui Karolo Calvo regnante Glannafolienſe monasterium rexit, non erat Abbas, sed Præpositus. Docet nos istud charta Anouvarechi Britonis, cujus mentio est in capite octavo eorundem miraculorum, quam verò nos reperimus in calce sacrorum bibliorum quæ idem Anouvarechus obtulit monasterio sancti Mauri ad Ligerim. Eandem cœnobij sancti Mauri subjectionem sua auctoritate confirmavit Karlomannus Ludovici Balbi filius, ut docet Karolus simplex apud Labbeum to. 2. miscellaneorum historicorum pag. 516. *Præterea in pago Andegavensi super Ligerim monasterium sancti Mauri situm Fossatensi cœnobio à fratre nostro quondam Carlomanno subjectum ut unum essent & sub uno gubernarentur Abbate, in eadem ratione commendamus persistere.* Tandem Vibanus secundus in Concilio Turonensi *monasterium sancti Mauri in Glannafolio, à Fossatensium monachorum abstractum tyrannide, pristinæ dignitati libertatique restituit, sub magisterio tantùm Casinensis cœnobij perpetuò mansurum*, ut legitur in lib. 4. cap. 18. Chronici Casinensis. Quod factum esse ad suggestionem Comitis Andegavensis, reclamantibus monachis Fossatensibus, & multis qui in Concilio aderant aliter sentientibus, docet Ivo Carnotensis epist. 159.

Sancti Gregorii] In Capitulis Karoli Calvi tit. xliii. pag. 223. in portione regni Lotharij quam Ludovicus Germaniæ Rex accepit, eodem ordine quo heic numerantur *sancti Gregorij, Mauri monasterium, & Eboresheim.* Quo fit ut existimem monasterium istud sancti Gregorij in hac notitia commemoratum illud esse quod in diœcesi Argentoratensi fundatum scribunt à Childerico secundo Francorum Rege, & hodie *Munster in S. Gregorienthal* vocatur in diœcesi Basileensi.

Monast. S. Mavri] vulgò *Maurmunster* in diœcesi Argentoratensi, fundatum primò à sancto Leobardo D. Benedicti discipulo, vel potiùs à Mauro discipulo sancti Pirminij Episcopi Meldensis, ut aliis placet, in honore sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & sancti Martini Episcopi, deinde à Childeberto Francorum Rege locupletatum & privilegiis ornatum circa annum dliii.

Clinga] in diœcesi Spirensi. Vide Brovveri Notas ad poëmata Rhabani cap. 109.

Pag. 591. Savinigiaco] in diœcesi Lugdunensi; de quo vide præceptum Lotharij à Marca editum in dissertatione de Primatibus cap. 114. & appendicem nostram tit. 4.

Pag. 591. Mon. crvdatis] in diœcesi Vivariensi, cujus mentionem facit Boso Rex in præcepto quod editum est à clarissimo viro Ioanne Columbi in libro secundo de rebus gestis Episcoporum Vivariensium pag. 69. & apud Catellum in Memoriis historiæ Occitaniæ pag. 315. Tom. I.

Dvsera] In vita Ludovici Pij scriptum est *monasterium Dosora.* Monasterium illud, quod erat in territorio Arausico, habuit ea tempestate Abbates suos, Dextrum & Hildigysum, ut patet ex præceptis Ludovici Pij & Lotharij editis à R. P. Chiffletio in probationibus historiæ Trenorchianæ pag. 260. & sequentibus. Postea Vivariensibus Episcopis datum est ab eodem Lothario, cujus ea de re præceptum edidit Ioannes Columbi pag. 66. in quo hæc leguntur: *Concedimus & confirmamus eidem sanctæ sedi beati Vincentij gloriosissimi martyris abbatiam quæ vocatur Dozera cum cellulis suis consistentem in comitatu Arausico super fluvium Rhodani sitam.* Quod totidem verbis confirmatum est à Karolo Calvo anno secundo imperij. Destructo dein monasterio, hinc Episcopi amant vocari Principes Donzeræ.

S. Philiberti] in Herio insula maris Pictonici fundatum à sancto Philiberto, ex cujus nomine dein dictum est monasterium sancti Philiberti, ut heic & in vita Ludovici Pij. Videtur autem restauratum fuisse à Karolo Magno. Nam Ademarus Cabanensis, cùm dixisset hanc insulam à Normannis in censam esse anno dccxxx. & destitutam esse à generali monachorum habitatione, addit: *Ibi fecerat Domnus Imperator Carolus monasterium sancti Philiberti.* Hodie monasterium illud abbatia non est, sed prioratus tantùm, ut notat Hadrianus Valesius.

S. Maxentii] vulgò *saint Maixent* in diœcesi Pictavensi. Restauratum fuit à Ludovico Pio, ut testatur auctor vitæ ejus.

Carrofinii] *Monasterium Carroffi* in eadem vita Ludovici Pij. Vulgò *Charroux* in diœcesi Pictavensi. Vetus monasterium, à Rogerio Comite Lemovicensi ejúsque uxore Eufrasia fundatum.

Brantosmvrii] vulgò *Brantosme* in diœcesi Petrocoricensi. Vulgò tradunt monasterium istud à Karolo M. fundatum esse anno dcclxix. hujúsque narrationis auctorem nonnulli faciunt Reginonem. Frustra. Nihil enim istiusmodi prodidit Regino. At in annalibus Francicis è bibliotheca Thuana editis, quos quidam eos esse putant quos Regino secutum se esse profitetur, legitur Karolum anno suprà notato basilicam in Petrogotico constituisse in honore beati Petri in loco qui Brantosmis dicitur. Sed Duchesnius illic admonet hanc narrationem in margine vetusti codicis scriptam fuisse manu paulò recentiore. Apud Ademarum Cabanensem reperio Pippinum Aquitaniæ Regem monasterium Brantosmense feciſse jussu patris.

S. Savini] vulgò *Saint Savin* in diœcesi Pictavensi.

S. crvcis pvellarvm] *situm intra Pictavensem urbem*, ut legitur apud Gregorium Turonensem lib. 3. cap. 7. & in titulo Capitularis anni dcccxxii. de causis ejusdem monasterij, sive *infra muros urbis Pictavensis*, ut in præcepto Ludovici Balbi edito in tomo quarto Galliæ Christianæ. Conditum fuit à sancta Ra-

Tom. I. degunde Regina; eámque ob causam aliquando vocatur monasterium sanctæ Radegundis; ut in vita Ludovici Pij, *monasterium puellare sanctæ Radegundis*. Immo Hincmarus Remensis Archiepiscopus apud Flodoardum lib. 3. cap. 27. dicitur scripsisse *Rotrudi Deo sacratæ & ceteris sororibus monasterij sanctæ crucis & sanctæ Radegundis pro electione Abbatissæ ipsius monasterij*. At Ludovicus Balbus in præcepto suprà laudato monasterium sanctæ crucis distinguit à monasterio sanctæ Radegundis, primum ponens *infra muros urbis Pictavensis*, aliud *in suburbio præditæ urbis*. Hæc sunt ejus verba emendata & suppleta ex fide veteris codicis: *Ava Abbatissa ex monasterio sanctæ crucis, quod est situm infra muros urbis Pictavensis, nostram adiens clementiam, obtulit obtutibus nostris præcepta Domni avi nostri Ludovici & piæ memoriæ genitoris nostri Karoli glorioso-rum Imperatorum, in quibus erat inserium quòd non solùm ipsi, verùm etiam & prædecessores eorum, Reges videlicet Francorum, sub suo munimine & immunitatis tuitione cum monasterio sanctæ Radegundis, quod est situm in suburbio præditæ urbis &c.* Et infrà: *Sed pro rei firmitate postulavit nobis ut paternum seu prædecessorum nostrorum, Regum videlicet & Imperatorum morem sequentes, hujusmodi nostræ immunitatis præceptum erga præditta monasteria, sanctæ crucis videlicet & sanctæ Radegundis, ubi ipsa corpore requiescit, fieri censeremus. Cujus petitioni libenter assensum præbuimus, & hoc nostræ auctoritatis præceptum circa ipsa monasteria pro divini cultus amore fieri decrevimus &c.* Ista sic intelligenda sunt. Monasterium sanctæ crucis est monasterium puellare in quo sancta illa Regina vixit & mortua est. Monasterium sanctæ Radegundis est monasterium monachorum ab eadem sancta muliere fundatum sub titulo sanctæ Mariæ, in quo illam sepultam esse constat ex Gregorij Turonensis libro de gloria confessorum. Istud postea datum est Canonicis, & nunc est Ecclesia collegiata intra muros urbis Pictavensis. Verùm quoniam hæc duo monasteria vicina erant, & originem suam utrumque referebat ad sanctam Radegundem, variis temporibus eodem nomine vocata sunt, & sub unius monasterij appellatione aliquando censebantur, ut apud Flodoardum & in Capitulari anni DCCCXXII. De monasterio puellarum intelligendus est locus ex vita Ludovici Pij, ubi scriptum est Iuditham ejus uxorem *in monasterio sanctæ Radegundis retrudi* jussam anno DCCCXXIX. factione Pippini Regis Aquitaniæ. Contrà de monasterio virorum accipiendus est Ademarus Cabanensis, dum ait eundem Pippinum, quem anno DCCCXXXVIII. constat obiisse, sepultum fuisse *Pictavis apud sanctam Radegundem*. Extant apud me versus Oliverij Canonici sanctæ Radegundis Pictavensis in funere Ebali Abbatis Tutelensis.

S. Mariæ in Lemovicas] Vita Ludovici Pij: *Monasterium puellare sanctæ Mariæ*. Vetus ac nobile monasterium in civitate Lemovicensi, vulgò *Regula* vocatum. Hujus monasterij Abbatissa regnante Ludovico Transmarino fuit Deda soror Ademari Vicecomitis Scalarum & Abbatis laici monasterij Tutelensis, ut legitur in chartulario ejusdem monasterij Tutelensis fol. 130. *Deda Abbatissa sanctæ Mariæ de Regula fuit soror Domni Ademari Vicecomitis*. Item fol. 192. *Igitur in Dei nomine ego Deda Abbatissa & Fauciburgis monacha & omnes monachæ ejusdem loci, scilicet sanctæ Mariæ Lemovicensi, vendimus alicui homini nomine Bernardi Abbatis & cunctæ congregationi sancti Martini Tutelensis cœnobij mansos nostros qui sunt in pago Lemovicino &c.* Chronica Gaufredi Prioris Vosiensis cap. 27. loquens de Vrbano II. Papa: *Decimo Kalendas Januarij Lemovicas devenit, Missam de galli cantu dominicæ nativitatis in Ecclesia puellarum sanctæ Mariæ quæ dicitur ad Regulam decantavit*. Idem cap. 41. commemorat Mariam Abbatissam sanctæ Mariæ de Regula, filiam Archambaldi Barbati & Brunicendis Vicecomitissæ Lemovicensis, cujus nomen omissum est à scriptoribus Galliæ Christianæ.

Mastracvrii] Leg. *Masciacum*, ut in vita Ludovici Pij. quod est monasterium in Arvernis, hodie *Manzac* vocatum. Charta Brivatensis data anno DCCCLXIV. *Lanfredo Abbate ex cœnobio Mauciaco, qui est in patria Arvernica, in aice Rioveneſe.*

Menadinii] id est, *monasterium Menate* in vita Ludovici Pij. Monasterium est in Arvernis, vulgò *Menat* dictum, à sancto Meneleo fundatum. unde in veteri membrana monasterij Canigonensis scriptum est: *Titulus sancti Menelei Minatensis cœnobij.*

Magnilocvm] *Monasterium Magniloci* in vita Ludovici Pij. *Heirradus venerabilis Abba ex cœnobio cui vocabulum est Magnus locus, sito in pago Arvernico*, in præcepto Karoli Calvi edito inter Probationes libertatum Ecclesiæ Gallicanæ cap. 38. §. 7.

Conqvas] in diœcesi Ruthenensi, vulgò *Conques*. Hujus monasterij Abbas erat anno DCCCXIX. Medraldus, cujus mentio extat in præcepto Ludovici Pij in quo monasterium Concas dicitur esse sub defensione atque tuitione regia. Eodem Ludovico regnante, commutatio mansorum inter idem monasterium & Ecclesiam Laudunensem facta est cum auctoritate ejusdem Ludovici, ut sancitum est in Capitularibus Karoli Calvi tit. XI. cap. 12.

S. Antonii] Legendum *Antonini*. In membrana Canigonensi suprà laudata mentio est monasterij *ubi caput Antonini martyris cum parte corporis requiescit in valle quæ vocitatur Nobilense, ubi congregatio Clericorum præsse videtur.* Agitur illic de monasterio sancti Antonini in diœcesi Ruthenensi, in quo ejusdem martyris venerabile caput summo honore repositum signis & miraculis longè latèque celebrati reperi in veterrimis memoriis illius monasterij. Fuit autem illo tempore monasterium Clericorum sive Canonicorum; extátque bulla Vrbani II. pro canonica sancti Antonini.

Mvsciacvm] Ita etiam scriptum est in vita Ludovici Pij. Vulgò *Moyssac* apud Cadurcos.

Septimania] Septimania per eas tempestates, uti suprà dicebamus, complectebatur pagos qui ab Atace fluvio & Carcassonensi civitate usque ad Rhodanum & montes Pyrenæos petti- Pag. 591.

Tom. I. nent, ultra quos erat Marca Hiſpanica.

S. Ægidii] Vetus ac nobile monaſterium in diœceſi Nemauſenſi, vulgò *ſainct Gilles*.

Psalmodivm] Vetus item monaſterium in diœceſi Nemauſenſi, cujus Abbates fuiſſe reperio in veteribus monumentis Regembaldum anno DCCCCV. & Bernardum anno MCCIII.

Mon. Anianvm] in diœceſi Magalonenſi, cujus Abbas ea tempeſtate erat Benedictus.

Mon. S. Tiberii] Hodie vulgò *ſainct Vbery* in diœceſi Agathenſi. Situm eſt ad Araurem fluvium in vico Ceſſerone. Illic habita fuit ſynodus Epiſcoporum provinciæ Narbonenſis anno DCCCCVII. in quo decretum eſt Eccleſiam Auſonenſem liberam in poſterum fore à tributo quod pendebat Eccleſiæ Narbonenſi. Aliud quoque Concilium illic habitum eſt anno milleſimo quinquageſimo Idibus Iulij, cui præfuit Vvifredus Archiepiſcopus Narbonenſis, in quo excommunicati ſunt invaſores prædiorum monaſterij Arulenſis.

Villa-magna] in diœceſi Biterrenſi. Epiſtola monachorum Villemagnenſium ad monachos Canigonenſes conſolatoria de morte Vvifredi Comitis Ceritaniæ & monachi Canigonenſis ſcripta anno milleſimo vigeſimo quinto: *Venit gerulus veſtri diplomatis ad limina beati Martini Præſulis Villæ Magnenſis & beati Maiani confeſſoris, nobis obitum patris veſtri & reliquorum fratrum denuntians &c.* Paulò pòſt petunt orationes pro Abbatibus Villemagnenſibus *Guigrado Abbate, Richerio Abbate, Poncione Abbate, Gairaldo Abbate.* Monaſterij ſancti Martini Villemagnenſis jura privilegiáque confirmavit Ludovicus VII. Rex Francorum, rogante Berengario Abbate; ut patet ex literis ejus, quas in diplomate ſuo dato Pariſiis anno MCCX. deſcripſit Philippus Auguſtus. Erat per ea tempora inter Berengarium Abbatem Villemagnenſem & Stephanum de Cerviano lis & controverſia propter forciam id eſt caſtellum ſive arcem Caiſſani. Ea verò compoſita eſt ab arbitris communi conſenſu electis anno MCCV. IV. Kalendas Maij in capitulo Villæmagnæ. Arbitri fuere Ermengaudus Epiſcopus Biterrenſis, Salomon de Falgariis, Bernardus Abbas ſancti Afrodiſij Biterrenſis, & Geraldus Iordanus Cantor Biterrenſis. Abbas Villemagnenſis interfuit Concilio Biterrenſi anno MCCLV.

S. Petri in Lvnate] Guillelmus Catellus in libro primo Memoriarum hiſtoriæ Occitanicæ pag. 35. ſuſpicatur hæc intelligi poſſe de Eccleſia ſancti Petri in civitate Lutevenſi, Hadrianus verò Valeſius in Notitia Galliarum pag. 351. de Lunello ob ſimilitudinem nominis. Neuter tamen, quantum ego conjicio, rem aſſecutus eſt. Monaſterium ſancti Petri in Lunate eſt monaſterium in diœceſi Biterrenſi quod hodie Iuncellenſe vocatur in archidiaconatu Lunatenſi, media ferme via inter Lutevam & oppidum ſancti Pontij. Probatur iſtud ex veteri charta quam viri clariſſimi Sammarthani commemorant in catalogo Epiſcoporum Biterrenſium, ubi docent Pippinum Regem, ad requiſitionem Benedicti Abbatis Iuncellenſis cœnobij ſub invocatione ſancti Petri fundati in valle Lunatenſi, dediſſe ei totum territorium de Iuncellis, *ſicut ex inſtrumento donationis* Tom. I. *aſſervato in ſcriniis monaſterij colligitur.* In præcepto quin etiam Karoli Simplicis pro monaſterio Pſalmodienſi lego monaſterium Iuncellenſe ſitum eſſe *in pago Iuncenſi in ſuburbibus caſtri Lunenſis.* Abbatem hujus monaſterij Concilio apud Biterras habito anno MCCLV. interfuiſſe reperio. Item Concilio Biterrenſi anni MCCXCIX. adfuit G. Abbas Iucellenſis. Petrus Abbas Iuncellenſis Narbonenſi Concilio ſuam præſentiam exhibuit anno MCCCLXXIV. ſub Petro de Iudicia Archiepiſcopo Narbonenſi.

Mon. cavnas] in diœceſi Narbonenſi fundatum à Milone Comite Narbonenſi ſub imperio Karoli M. uti ſcriptum eſt in epiſtola Gelaſij II. de privilegiis illius monaſterij, quod confirmari poteſt ex his quæ leguntur in præcepto quod idem Karolus monaſterio Caunenſi conceſſit tempore ſynodi Francofordienſis. Monaſterij porrò Caunenſis hos Abbates fuiſſe reperio in veteribus membranis.

Anianus anno 794. interfuit ſynodo Francofordienſi.
Ioannes anno 826.
Hildericus. Tempore Karoli Calvi.
Gondeſalvius anno 853.
Egilkanes vel Egiga anno 870.
Daniel anno 873.
Baldemarus erat Abbas anno 29. regnante Karolo Rege poſt obitum Odonis.
Robertus, filius Trudgardis, erat Abbas anno ſecundo poſt obitum Karoli Simplicis & anno primo quo obiit Radulfus Rex.
Aimericus anno 29. regnante Lothario Rege.
Radulfus anno primo & ſecundo regnante Hugone Rege.
Vdalgarius anno ſeptimo regnante Hugone Rege.
Iſarnus anno 1095. 1098.
Geraldus anno 1101.
Iſarnus anno 1103.
Petrus anno 1136.
Caſto anno 1165.
Berengarius anno 1166. 1171.
Petrus anno 1177. 1183. 1185.
Geraldus anno 1228.
Petrus cognomento Raymundi anno 1231. 1236. 1240.
Petrus anno 1262. 1268. 1269. 1270. 1275. 1280.
Embrinus. Interfuit Concilio Narbonenſi anno 1374.
Salomon anno 1413.
Bertrandus anno 1416.
Guarinus de Tornello anno 1437.
Rigaldus de Albinhaco anno 1450.

Castrelli Malasci] Leg. *caſtelli Malaſci* ſive *Mallaſti.* Sic enim vocatur in præceptis Ludovici Pij, Pippini Regis Aquitaniæ, Karoli Calvi, Odonis, & Radulfi, & in aliis veteribus monumentis. Monaſterium itaque caſtri Malaſci eſt monaſterium quod hodie vocatur Montiſolivi in diœceſi Carcaſſonenſi, cujus hos Abbates fuiſſe reperio.

Olomundus anno 815.
Vilafredus anno 827.
Richimirus anno 854.
Vgobertus anno 883.

Tom. I. Ramulfus anno primo & anno quarto regnante Karolo Rege, id est, Karolo Simplice, ut opinor.

Arifonsus vel Erifonsus anno 23. 27. & 28. regnante Karolo Rege filio Ludovici. Eadem tempestate vivebat Erifons Episcopus habitans Narbonam, ut patet ex præcepto ejusdem Karoli quod extat in archivo Archiepiscopi Narbonensis & apud Catellum, & Vendiscensis Episcopus dicitur in Chartulario Ecclesiæ Helenensis.

Donadeus anno quarto regnante Rodulfo Rege post obitum Karoli Regis.

Tresmirus anno 13. regnante Ludovico Rege, & anno 4. 5. 21. 23. 25. regnante Lothario Rege. Ad eum extat epistola Agapiti junioris de confirmatione privilegiorum ejusdem monasterij.

Stephanus anno 30. 32. 33. regnante Roberto Rege.

Guillelmus anno 1054.

Petrus, regnante Philippo Rege.

Berengarius anno 1106.

Bernardus, filius Ermengardis, anno 1146. 1147.

Sicardus, filius Guillermæ, anno 1174.

Isarnus anno 1184. 1188.

Bernardus de Magaladz anno 1194.

Isarnus de Aragone anno 1205. Abbatem tamen fuisse non asseveraverim; quia ipse se vocat tantummodo procuratorem monasterij Montisolivi, ab Abbatis nomine abstinet.

Ermengaudus anno 1229. 1230. 1231. 1232. 1234. 1236. 1242. 1243.

Geraldus anno 1249. 1259. 1270. 1278.

Petrus Bernardi anno 1297. 1298.

Ozilius anno 1327.

Guillelmus anno 1334. factus Presbyter Cardinalis sanctorum quatuor coronatorum à Benedicto XII. anno 1337.

Raymundus anno 1345.

G. anno 1351. 1358.

Arnaldus.

Saxius anno 1429. factus Abbas à Martino V. post mortem Arnaldi. Erat autem Eleemosynarius ejusdem monasterij.

Ioannes anno 1445. 1461.

Guillelmus de Rupe anno 1465.

Simon de Bellosole Præpositus Vaurensis & Abbas commendatarius monasterij Montisolivi anno 1505. Idem fortassis qui Episcopus Vaurensis fuit.

Ioannes de Bellosole Succentor Ecclesiæ Narbonensis, Abbas commendatarius anno 1515.

Sebastianus de Bonne Prior major Ecclesiæ Castrensis, factus Abbas anno 1518. juxta Concordata.

Antonius de Bonne, superioris ex fratre germano nepos, Camerarius monasterij Montisolivi, per patrui resignationem factus Abbas anno 1540. Sedebat adhuc anno 1544.

Franciscus de Crequy Episcopus Morinensis, nominatus Abbas post mortem Antonij de Bonne, nominationi suæ renuntiavit in gratiam sequentis Abbatis.

Iacobus de Crequy, superioris frater, monachus sancti Dionysij, fit Abbas Montisolivi anno 1550.

S. Mariæ capariensis] in comitatu Redensi & diœcesi Narbonensi. Præceptum Karoli Simplicis editum in appendice Conciliorum Galliæ Narbonensis tit. IV. *Addimus quoque præfatæ Ecclesiæ sanctorum Iusti & Pastoris ex nostra regali liberalitate in comitatu Redensi abbatiam Cubarias.* Monasterij *sanctæ Mariæ de Cubaria* à Cluniacensi pendentis mentio extat in epistola Vrbani II. ad Hugonem Abbatem Cluniacensem. Tom. I.

S. Mariæ ad orvbionem] in confinio Narbonensi & Carcassonensi, ut legitur in præcepto Karoli M. edito in eadem appendice Conciliorum Galliæ Narbonensis. Vulgò *La Grasse.*

Mon. S. Laurentii] Vetus abbatia, Narbonensi Ecclesiæ unita auctoritate Ludovici Balbi Francorum Regis, tandem redacta in prioratum ac monasterio Crassensi subjecta undecimo Christi seculo. Vide Notas ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 3. 20. 21. De hac enim abbatia heic agi puto. Scio tamen aliud olim in Cerritania, quæ tum Septimaniæ pars erat, monasterium istius nominis fuisse, cujus mentio extat in citata membrana Canigonensi: *Dominis patribus simúlque fratribus pusillis cum majoribus consistentibus in cœnobio almi Martini Præsulis confessoris Christi Canigonensis Iohannes licèt indignus monachus & Abba atque grex pusillus sancti Laurentij Cerritanensis monasterij.* Ante hunc Ioannem Abbas ejusdem monasterij fuerat Pontius, qui mortuus est VI. Kal. Iunij.

S. Hilarii] in diœcesi Carcassonensi. Olim monasterium illud dicatum erat sancto Saturnino. Postea sanctus Hilarius Carcassonensis Episcopus illic sepultus occasionem dedit mutandi nominis. Sed tamen per aliquot secula vocatum est monasterium sancti Hilarij & sancti Saturnini. Abbates habuit quorum nomina sequuntur.

Nampius, tempore Karoli M.

Monnellus, Egidonius, Leoninus } regnante Ludovico Pio.

Ana, regnante Karolo Calvo.

Benedictus anno 970. & anno 27. regnante Lothario. Item anno secundo regnante Hugone Rege.

Gaufredus anno sexto regnante Roberto.

Benedictus anno 15. regnante Roberto.

Oliba anno 1020. 1034.

Cono anno 1110.

Vdalgerius anno 1117. 1120.

Pontius de Bravo anno 1194. 1202.

Alboynus anno 1217. 1224. 1231. 1235.

Guillelmus Petri, successor Alboyni, anno 1253.

Arnaldus, electus & confirmatus anno 1265. Sedebat adhuc anno 1285.

Pontius anno 1286.

Iordanus anno 1344. 1350.

Iacobus anno 1385. 1386.

Bertrandus anno 1411.

Guillelmus Babonis anno 1441.

Gaubertus Augerij, electus & confirmatus anno 1451. Antea Abbas sancti Polycarpi in diœcesi Narbonensi. Sedebat anno 1453.

Arnaldus Raymundus Roquete factus Abbas anno 1481.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I.

MON. VALLE ASPERII] id est, monasterium sanctæ Matiæ Arularum in comitatu Vallis Asperij. Chartularium Ecclesiæ Helenensis lib. 5. cap. 97. *Ego Vusandus Abba & cuncta congregatio cœnobium sanctæ Mariæ Arlas, qui est fundata in comitatu Rusulionense, in Valle Asperi, super alveo Tecchо, id est, Endalecus &c. iij. Non. Aug. anno v. regnante Radulfo Rege.* Præceptum Karoli Calvi datum in monasterio S. Dionysij VII. Kal. Martij anno DCCCLXIX. *Monasterium in honorem sanctæ Mariæ in pago Rusilionensi in Valle Asperia fundatum.* Eadem leguntur in præcepto Ludovici Balbi dato apud Trecas anno DCCCLXXVIII. Sed monasterium sanctæ Mariæ Arularum in Valle Asperia disertè vocat idem Karolus in altero præcepto dato in monasterio sancti Saturnini, dum obsideretur Tolosa, anno DCCCXLIV. *Recesindus Abba monasterij sanctæ Mariæ in Arulas veniens ad nos obtulit obtutibus nostris auctoritatem Domini & genitoris nostri Ludovici Imperatoris, qua continebatur qualiter prædictum monasterium ædificatum à Castellano condam Valle quæ dicitur Asperia sub sua immunitate atque defensione susciperet.* Non inde tamen colligi potest monasterium istud à Castellano conditum fuisse, sed tantùm reparatum. Docet istud Ludovicus Pius in præcepto dato anno VII. imperij XV. Kal. Octobris: *Castelanus Abba monasterij sanctæ Mariæ veniens ad nos innotuit eò quòd ipse cum fratribus suis in Valle quæ dicitur Asperia monasterium in ædificia antiqua construxerit.* Tandem hoc monasterium Cluniacensi subjectum fuit, ut patet ex bullis Vrbani II. & sequentium Pontificum Romanorum.

VALLE ASPERII] Omnis pagus Ruscinonensis divisus est in partes tres; quarum unam incolunt Ruscinones propriè dicti, aliam Confluentini, tertiam Vallaspirienses. Vetus autem est hæc divisio. Verùm, ceteris in præsentiarum omissis, de pago Vallaspirensi heic nobis sermo est, quem in Septimania fuisse docet hæc notitia. Confirmatur autem istud multis testimoniis. Præceptum Ludovici Pij pro Vvimaro vassallo dominico: *tale concedimus beneficium quatinus res quæ genitor eorum per concessionem patris nostri Karoli præstantissimi Imperatoris ab heremo in Septimania trahens ad villam construxit quæ vocatur vicus Sirisidum, consistentem videlicet in Valle Asperi.* In Chartulario Ecclesiæ Helenensis lib. 3. cap. 62. reperitur vetus charta data anno sexto regni Ludovici Transmarini, in qua hæc leguntur: *Dono tibi alodem meum quem ego habeo in comitatu Russulionense, in Valle Asperi.* Alia anno XIV. ejusdem Regis lib. 6. cap. 82. *in comitatu Rusulionense, in Valle Asperi, in villa Corbaria.* Item alia lib. 4. cap. 88. anno quinto regni Hugonis Capeti: *in comitatu Russilionense vel in Valle Asperi.* Item adhuc alia lib. 1. cap. 99. data anno MXCV. IV. Idus Februarij: *Sunt autem ista alodia in comitatu Rossilionensi, sive in Valle Asperi.* Ruscinonensem porrò pagum, in quo situm fuisse Vallaspirienses hæc acta probant, in Septimania fuisse docet præceptum Lotharij Imperatoris pro Vvimaro vassallo, cujus paulò antè facta mentio est, datum anno XXI. imperij Ludovici Pij in eodem Chartulario lib. 1. cap. 10. *Vvimar vassallus noster suam exequendo fidelitatem ad nos veniens petiit pietati nostræ ut ei & fratri suo Radoni nomine tale concederemus beneficium quatinus res quas genitor eorum per concessionem avi nostri Karoli præstantissimi Imperatoris ab heremo in Septimania trahens ad villam construxit quæ vocatur Villanova, consistentem videlicet in Rossilione.* Præceptum Karoli Calvi pro Dodone vassallo Otgerij, quod extat in monasterio sancti Petri Rodensis, datum anno XXIX. regni ejusdem Karoli: *quasdam res juris nostri sitas infra Septimaniæ regnum in pago Russilionense.* Vide Notas ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 6.

Tom. I.

IN TOLOSANO] id est, in marcha Tolosana, uti dictum est suprà pag. 1083.

S. PAVLI] quod postea Ioannes XXII. episcopali dignitate ornavit.

SVRICINIVM] vulgò *Soreze* in diœcesi olim Tolosana, nunc verò in Vaurensi. Soricinij monasterij in pago Tolosano fundationem refert ad Pippinum Regem ostendit præceptum ejus datum Aquisgrani, in quo commemorat id sibi à beata Dei genitrice præceptum esse. Philippus Abbas Soricinij Concilio Vaurensi trium provinciarum præfuit anno MCCCLXVIII. nomine Arnaldi Auscíorum Archiepiscopi, uti diximus in Notis ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 56.

MON. ASILO] vulgò *Mas d'Asil*, olim in pago Tolosano, nunc in diœcesi Appamiarum, sancto Stephano dicatum, quod Isarnus Episcopus Tolosanus in sua defensione susceperit anno MLXXV. rogante Dalmatio Archiepiscopo Narbonensi, ut videre est in literis ejusdem Isarni. Hinc verò patet Dalmatium fuisse antiqui juris observantissimum, quo cavetur ut unusquisque Episcopus habeat suæ parochiæ potestatem, & ut Metropolitanus nihil in comprovincialium suorum parochiis agere præsumat sine eorum auctoritate.

VENERCHA] Inter monasteria quæ à Ludovico Pio reparata fuisse scribit auctor vitæ ejus recensetur *monasterium de Vtera in pago Tolosano.* quod fortassis idem est cum monasterio Venercha.

DECRETVM CONFIRMATIONIS] Ejus Pag. 591. pars extat apud Gratianum dist. 63. ubi Carolus Molinæus hæc annotat: *Hujus capituli non est alius auctor quàm unicus Bibliothecarius domesticus & fautor Paparum. Quare uni maximè suspecto non est credendum, cùm etiam Volaterranus geographiæ lib. 3. aliter ex eadem bibliotheca referat. Præterea certum est post mortem hujus Paschalis Ludovicum & Lotharium ejus filium Roma potitos esse & ibi hunc Lotharium leges statuisse in præsentia Eugenij II. successoris dicti Paschalis. Nullus etiam Paparum se in hac pretensa donatione fundavit; quam non omisissent, si facta fuisset. Et adhuc non valere eisdem rationibus quibus doctores communiter tenent pretensam donationem Constantini non valuisse.* Sed fusiùs hoc argumentum tractavit idem Molinæus in libro adversùs parvas datas pag. 209. & seqq. quem descripsit Goldastus in Rationali Constitutionum imperialium; adversùs quem defensionem istius decreti instituit Gretserus in capite octavo apologiæ pro Baronio. Nullam ego illius mentionem reperi apud scriptorem Leone Ostiensi antiquiorem.

Tom. I. rem. Nam quòd aliqui putant eam narrationem niti auctoritate Anastasij Bibliothecarij, arbitror eos à Platina deceptos. Quæ enim ex Anastasio referuntur à Platina, in vulgatis Anastasij editionibus non extant, neque in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Electiones porrò Pontificum Romanorum nihilo minùs fieri non potuisse citra præsentiam Missorum imperialium & auctoritate Principum indiguisse pluribus ostensum est in Notis ad Agobardum pag. 124.

Pag. 597. CAPITVLA ADDITA] Emendata sunt ope septem veterum exemplarium, quorum duo extant in bibliotheca regia, tertium in Colbertina, quartum in Thuana, quintum in Bigotiana. Sextum fuit sancti Vincentij Laudunensis. Septimum nobis submini stravit vir amplissimus Hieronymus Bignonius Advocatus regius in Parlamento Parisiensi. In illis autem exemplaribus præfixus est sequens titulus: *Incipiunt capitula quæ legibus addenda sunt, quæ & Missi & Comites habere & ceteris nota facere debent.* Sed in uno regio, qui fuit bibliothecæ Mazarinæ, legitur: *Hæc est lex Salica quæ legibus addenda &c.* Hæc porrò sunt capitula quæ Eginhardus Ludovicum anno DCCCXIX. legibus addidisse scribit: *Conventus Aquisgrani post natalem Domini habitus, in quo multa de statu Ecclesiarum & monasteriorum tractata atque ordinata sunt. Legibus etiam capitula quædam necessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt.* De eisdem intelligenda sunt hæc verba ex auctore vitæ Ludovici Pij: *Interea capitula quædam legibus supraddidit, in quibus causæ forenses claudicare videbantur, quæ hactenus veluti perneccessaria servantur.*

Pag. 599. c. 1. SI IN ATRIO] Citat hunc locum Baronius ad diem 18. Novembris ut ostendat consuevisse majores nostros sacris reliquiis aliquando consecrare Ecclesias vel atrij portas.

Ibid. c. 4. PROXIMOS] In codice Laudunensi & in Colbertino legitur *primos*.

Pag. 601. c. 10. CEDERE] Codex Thuanus, *credere*.

REI VERITAS] Malè in codice Thuano legitur *regi veritas*. Sed hic error proclivis erat, uti diximus suprà in Notis ad paginam 390.

SI AVTEM] In codice Laudunensi scriptum est: *Si tamen &c.*

Pag. 602. c. 11. QVOD IDEM HABET] Pro his verbis ista tantùm habentur in antiquis exemplaribus Colbertino, Bigotiano, & Thuano, *ab eo*.

Pag. 603. c. 13. EXILIVM] Codex Laudunensis, itémque Mazarinus, Thuanus, & Bigotianus habent *exilio*.

Ibid. c. 15. AT SI ALIA] Codex Laudunensis & Bigotianus: *Aut si alia*. Mazarinus: *Et si alia*.

Pag. 604. c. 21. IPSI] Codex Laudun. *ipso*.

Post caput istud sequitur in codice Mazarino caput *Si quis in aliena patria*, quod descriptum est in libro quarto Capitularium cap. 74. Idem caput reperitur inter capitula quæ Lindenbrogius ait à Ludovico Pio addita esse legi Salicæ. Fieri sanè potest ut cum his capitulis conjungendum sit. Alioqui enim ejus origo nobis ignota est. Lindenbrogius præterea sequens caput addit superioribus.

De mannitionibus verò, nisi de ingenuitate aut de hereditate, non sit opus observandum. De ceteris verò per districtionem Comitis ad mallum veniant, & justè examinentur, ad justitias faciendum. Comites verò non semper pauperes per placita premere debent. Tom. I.

Caput istud in libro legis Longobardorum tribuitur Karolo Magno. Vide suprà in Capitulis ejus excerptis è lege Longobardorum cap. 19.

CAPITVLARE QVARTVM] Conflatum est cum quinque antiquis exemplaribus, regio nimirum, Colbertino, Bigotiano, Remensi sancti Remigij, & Laudunensi sancti Vincentij. Pag. 609.

SECVNDVM LEGEM] Hæc non extant in codice Laudunensi. Pag. 611. c. 4.

PLACITATA] Aliqui codices habent *placita*.

NONÆ ET DECIMÆ] Hæc in nullo veterum exemplarium reperiuntur. Nescio autem quomodo heic irrepserunt ex editione quæ extat in libro quarto Capitularium. Ibid. c. 5.

RESTAVRATIONE] In codice Bigotiano legitur, *opertura de ratione*.

CAPITVLARE QVINTVM] Emendatum est ope eorundem veterum quinque exemplarium quibus usi sumus in emendandis superioribus capitulis. De istis autem intelligendum est caput 13. Thegani, quod sic habet. *Eodem tempore supradictus Princeps misit Legatos suos supra omnia regna sua inquirere & investigare si alicui aliqua injustitia perpetrata esset, & si aliquem invenissent qui hoc dicere vellet & cum verissimis testibus hoc probare potuisset, statim cum eis in præsentiam ejus venire præcepit. Qui egressi invenerunt innumeram multitudinem oppressorum aut ablatione patrimonij aut exspoliatione libertatis, quod iniqui ministri, Comites, & loco positi per malum ingenium exercebant. Omnia supradictus Princeps destruere jussit acta quæ impiè in diebus patris sui per iniquorum ministrorum ingenia facta fuerant.* In hoc loco reposui *præsentiam*, pro eo quod in editionibus malè scriptum est *provinciam*. Pag. 613.

PALATII NOSTRI] Codex Laudunensis & Colbertinus habent *palatinus*. Pag. 615. c. 1.

PERPETRAVERIT] In eisdem exemplaribus legitur *perpetravit & redegit*.

TERRA] Hæc vox deest in omnibus antiquis exemplaribus. Ibid. c. 7.

LIBERTATE] Colbertinus, *liberalitate*. Quo etiam modo legitur in libro quarto Capitularium.

OBSERVENTVR] Colbert. *observetur*. Ibid. c. 8.

ET MONACHI] Ista non habentur in codice Laudunensi. Deerant etiam in Colbertino, in quo postea addita sunt antiquitus supra lineam. Addita fortè sunt post vulgatam collectionem Ansegisi. Pag. 617. c. 18.

VEL CENTENARII] Omnia vetera exemplaria habent *& Centenary*. Ibid. c. 20.

CAPITVLARE SEXTVM] Extat in vetustissimo codice monasterij sancti Galli, in quo adnotatum est scriptum illum esse anno duodecimo imperij Ludovici Pij. Pag. 619.

CONVERSARE] In manuscripto codice legitur *conservare*. Diverso errore apud Salvianum lib. VI. pag. 146. legitur in editionibus Brassicani & Pithœi *pro gaudiis novæ conservationis*, cùm legendum sit *novæ conversationis*, ut habent editiones Romana & Noribergensis, aut *conversionis*, ut in codice Corbeiensi. In Concilio quarto Toletano cap. 75. *vel conservatione regiæ salutis*. Pro quo vetus liber Ecclesiæ Lugdunensis Ibid. c. 1.

Tom. I. habet *conversatione*. Sic in libro 1. Capitularium cap. 35. in plerisque vetustis exemplaribus legitur *conservationis*, cùm legendum sit *conversationis*.

Pag. 611. c. 1. ET VBI EMPTOR] In uno exemplari legitur, *& ubi emitur cujuslibet ut iter agens herba.*

Ibid. c. 2. FRISKINGIS] Certum est hæc frisingas inter vehicula numerari. Oportet autem fuisse aliquid quod originem haberet Francicam.

Pag. 622. c. 3. GENERALITER] Vide quæ suprà dicta sunt ad capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 49. pag. 1055.

Pag. 625. CAPITVLARE TRIBVR.] Capitulare istud in codice Vaticano habet hunc titulum: *Concilia apud Theodonis villam tempore Karoli Magni.* Apud Burchardum & Ivonem: *Ex Concilio apud Theodonis villam à 32. Episcopis adversùs percussores Clericorum.* Apud Goldastum in tomo secundo constitutionum imperialium: *Hludouvici Pij & Lotharij F. Imperatorum Augustorum capitula de percussoribus Clericorum, cum inserta synodo Triburiensi anno Domini DCCCXX. celebrata, statuta apud Theodonis villam in comitiis imperialibus anno Domini DCCCXXI.* Idem in Rationali earundem constitutionum ait priora capitula non in Theodonisvil'ano conventu, sed in synodo Triburiensi fuisse ab Episcopis decreta, eorúmque exordium ita restituendum esse: *In Concilio apud Triburiam &c.* Gretserus in capite decimo apologiæ pro Cardinale Baronio vehementer insurgit in hanc Goldasti audaciam. Goldastus tamen nihil mutaverat in contextu. Monuerat tantùm nomen Theodonis villæ hinc expungendum esse, substituendúmque nomen Triburiæ. Conjectura fuit ratione non carens, quandoquidem constabat ex capitulis Augustorum, prout ea Goldastus legebat apud Crabbum, Surium, & Binium, edita illa fuisse ad petitionem Episcoporum in Triburia congregatorum. quam lectionem confirmat codex Vaticanus, ut statim dicetur. Sincerior nihilominus videtur lectio quæ extat apud Burchardum, quam nos retinuimus secuti judicium & auctoritatem doctissimi viri Iacobi Sirmondi.

HETTO] Secuti sumus editiones vulgatas Conciliorum. Apud Ivonem editum legitur *Hetto*. Sed in veteri codice MS. sancti Victoris Parisiensis habetur *Hetti*. Sic etiam apud Flodoardum lib. 3. cap. 21. *Hetti Trevirorum Archiepiscopo*. Apud Burchardum, tam in vulgatis editionibus quàm in duobus antiquissimis exemplaribus manuscriptis, *Hetti*. Quo etiam modo habet codex Vaticanus. Itaque sic omnino reponendum est.

EPISCOPO IOHANNE] Alteserra lib. 7. rer. Aquitanicar. cap. 17. *Hic Ioannes Episcopus dicitur in Vasconia necatus, non adjecto nomine sedis suæ, quia fortè fuit Episcopus totius Vasconiæ, quales fuere alij eum secuti Episcopi.* Si ea conjectura vera est, Episcopus fuit Vasatensis. Nam post ista tempora nonnulli Episcopi Vasatenses se vocabant Episcopos Vasconiæ, quia præter sedem Vasatensem, pleraque alias Vasconiæ cathedras tenebant, uti pluribus docet illustrissimus vir Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis lib. 3. historiæ Benearnensis cap. 5. & 8. Verùm non puto titulum Episcopi Vasconiæ inventum fuisse ævo Ludovici Pij. Videtur enim initium ducere à Gumbaldo Episcopo Vasatensi, qui se Episcopum & Ducem Vasconiæ vocabat anno DCCCCLXXVIII. Tom. I.

MORDRIDATO [Codex Burchardi Talonicus, *mortidato*. Idem in codice sancti Albini Andegavensis, *inordinato*. Crabbus habet *mordridato*. cui vocabulo hanc interpretationem addit in margine, *id est, violenter & latrocinanter occiso.*

SYNODICA] Ita Ivo & Sirmondus. Crabbus & Surius habent *synodalica*, ut habetur in codice Vaticano & apud Burchardum. Sic etiam legendum in capitulis sequentibus. Burchardus lib. 3. cap. 53. *Iuxta synodalica precepta decrevimus.* Sed Ivo par. 3. cap. 56. legit: *Iuxta synodalia precepta.* Pag. 626.

PRO CONSOL. S. ECCL. VT PRÆF.] In codice Vaticano & apud Crabbum legitur: *pro levigatione scilicet pœnitentiæ, placuit ut præfata res.*

IMPERATORIB SACERDOTIB.] Codex Vaticanus: *Imperatoribus & à sibi sacerdotibus ad defensionem.* Editio Crabbiana: *Imperatoribus & à sibi succedentibus ad defensionem.*

DETERMINARENTVR] Codex Vaticanus & editio Crabbi, *determinentur.*

PRESBYTERI OCCISI] Idem vetus exemplar & Crabbus habent, *Presbyteri non occisi.* Ita etiam in capitulis sequentibus cap. 4. Sed negatio deest utrobique apud Burchardum & Ivonem. Pag. 628. c. 4.

DECRETVM IMPERATORIVM] In codice Vatico sic legitur: *Capitulum ecclesiasticum apud Theodonisvillam à Karolo Magno & Luthouvico & primis Galliæ conlaudatum & subscriptum.* Ita etiam Crabbus. Verior tamen est titulus quem exhibent Burchardus & Ivo, hoc modo: *Capitulum ecclesiasticum apud Triburiam à Karolo & primis Galliæ & Germaniæ conlaudatum & subscriptum.* Quamquam in hoc fallit hæc inscriptio quòd capitula ista sancita esse doceat à Karolo Magno, ut interpretatur Ivo. Sunt enim re vera Ludovici & Lotharij Imperatorum. Pag. 627.

APVD THEODONISVILLAM] Codex Vaticanus & editio Crabbiana, *Triburia.* Sic infrà cap. 5. in eodem codice & in editione Crabbi legitur *apud Triburiam.* Ibid. c. 1.

Caput istud sic legitur in eodem antiquo exemplari & in editione Crabbiana. *Si Presbyter male tractatus fuerit & spassaverit, secundum ejus Episcopi sententiam pœniteat in cujus territorij potestate esse dinoscitur. Si autem mortuus fuerit, ut synodus dijudicaverit pœniteat, & DCCCC. solidos Episcopo componat.* Quæ est vera lectio, ut patet ex capite tertio superiorum capitulorum. Pag. 628. c. 3.

SPASSAVERIT] Bignonius in Notis ad legem Salicam pag. 844. censet hèic malè vulgò legi *spassaverit*, & legendum esse *spadaverit*, id est, spadonem fecerit. Antonius Augustinus lib. 2. de emendatione Gratiani dial. 11. non intellexit significationem hujus vocabuli. Alio sensu annales Bertiniani ad annum DCCCLXV. aiunt Carolum Calvi filium *necdum bene spassatum* in Aquitaniam redire permissum.

ET PECVNIAM] Hæc & quæ deinceps sequuntur inhoc capite, non extant in codice Va- Ibid. c. 3.

Tom. I. ticano, neque in editione Crabbi. Habentur tamen apud Burchardum & Ivonem.

Pag. 630. ET IMPERATORES] id est, Ludovicus & Lotharius, sub quorum imperio celebratam esse synodum apud Theodonis villam rectè in titulo monet Sirmondus. Et tamen ipse decretum istud retulit ad solum Ludovicum, non solùm in titulo, sed etiam in epilogo, ubi contra omnium veterum codicum & editionum fidem scripsit, *Et Imperator & penè omnes Galliæ &c.* Vide autem quàm periculosi exempli sit lapsus hominis constanti fama atque omnium sermone celebrati. Quæ enim postea decreti istius editiones prodiere, omnes ad Sirmondicam expressæ sunt. Constat sanè ex annalibus Eginhardi Lotharium à patre digressum post conventum apud Theodonis villam habitum anno DCCCXXI. ad hyemandum Vvormatiam profectum esse. Sed eum tamen postea ad patrem rediisse anno sequenti colligi potest ex iisdem annalibus, in quibus legimus Ludovicum anno DCCCXXII. peracto conventu qui Attiniaci habebatur, venandi gratia Arduennam petiisse, Lotharium verò filium suum in Italiam misisse. quod evenit post æquinoctium autumnale. Itaque interfuit hauddubiè Lotharius conventui Triburiensi; eámque ob causam rectè in antiquis istius decreti exemplaribus in hoc loco scriptum est, *& Imperatores & penè omnes Galliæ &c.*

PRINCIPES] id est, primates, proceres, optimates. Titulus legis Alamannorum in antiquis codicibus & editionibus: *Incipit lex Alamannorum, quæ temporibus Clotharij Regis unà cum principibus suis &c. constituta est.* Codex Corbionensis heic non habet *principibus*, sed *proceribus*, ut jam monuimus suprà pag. 1001. Flodoardus lib. 3. cap. 26. referens breviarium epistolarum ab Hincmaro scriptarum: *Eberardo ex principibus Lotharij.* Hic est enim Eberhardus qui cum Iosippo & Egberto inter primores Lotharij recensetur à Nithardo in libro quarto de dissensionibus filiorum Ludovici Pij.

DECANTABANT] Codex Vaticanus & editio Crabbiana, *decantaverunt.* Porrò de more cantandi hymnum *Te Deum laudamus*, quem ab Episcopis decantatum esse post constituta ista capitula docet hic locus, vide Filesacum lib. 2. Selectorum pag. 213. ubi putat primò in hoc conventu fuisse cantatum.

ET SIC SOLVTA EST SYNODVS] Hinc ergo colligitur ista Ludovici capitula sancita fuisse in synodo ecclesiastica apud Triburias habita, & gratias ab Episcopis habitas Imperatoribus & Principibus quòd eorum precibus annuissent.

Pag. 629. CAPITVLARE DE CAVSIS] Editum est in tomo primo analectorum Domni Ioannis Mabillonij ex veteri codice sanctæ crucis Pictavensis. Quo anno datum sit, non constat. Vt ad antè DCCCXXII. referrem effecit Eginhardus, qui docet Pippinum Aquitaniæ Regem, postquam uxorem duxisset, in Aquitaniam eo anno missum à patre fuisse. Celeberrimum porrò erat ea tempestate monasterium sanctæ crucis Pictavensis, ut patet ex his quæ suprà dicta sunt pag. 1097.

Ibid. c. 2. SVB REGVLARI NORMA] id est, secundùm regulam sancti Benedicti, ut pluribus heic rectè & eruditè explicat idem Mabillonius.

TEMPORALE SERVITIVM] id est, dona & militiam, ut interpretatur idem vir clarissimus, cujus ego sententiæ lubens accedo. Vide Notitiam Aquisgranensem anni DCCCXVII. Tom. I. Ibid. c. 4.

NE VLTRA CENTENARIVM] Gregorius Turonensis in libro de gloria confessorum cap. 106. narrat immensam sanctimonialium multitudinem *ad numerum circiter ducentarum* in monasterio sanctæ crucis fuisse eo tempore quo ipse illuc perrexit ad exequias sanctæ Radegundis. Pag. 630. c. 6.

CLERICORVM NVMERVS] Omissis his quæ ex Beda, ex vita sanctæ Liobæ, ex Flodoardo, & aliunde adferri possunt de monasteriis puellarum & de monasteriis virorum quæ subjecta erant puellaribus, sequi nos oportet explicationem quam huic loco adhibet Mabillonius, nimirum heic agi de Clericis sive Canonicis Ecclesiæ sanctæ Radegundis, de quibus dictum est suprà pag. 1097. Fratrum sanctæ crucis mentio est in præcepto Ludovici Balbi cujus mentionem fecimus ibidem. Tandem hoc virorum monasterium auctoritate Romani Pontificis secularisatum est, ut posteriorum temporum verbis utamur. Ibid. c. 7.

SIN AVTEM] Hæc disjungenda sunt ab iis quæ antecedunt. Agitur enim isthic de noviter venientibus ad conversionem, quibus non facilem tribuendum esse ingressum docet caput 58. regulæ sancti Benedicti. Illic jubetur ut postquam novitius illatas sibi à monachis injurias patienter portaverit, & perseveraverit, *post duorum mensium circulum legetur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis. Si potes observare, ingredere. Si verò non potes, liber discede.* Quod observari olim consuevisse in monasteriis docet nova collectio formularum cap. 32.

AD NAT. SERVITIVM] Servi enim suscipi in monasteriis non debent præter consensum & auctoritatem dominorum suorum, ut ait canon quartus synodi Chalcedonensis, quod à Karolo M. postea confirmatum est lib. 1. Capitularium cap. 23. Vide etiam lib. 5. cap. 380. Itaque jubet Princeps ut nullus colonus, nullus servus in monasterio sanctæ Radegundis suscipiatur, nimirum si id tentaverit præter voluntatem domini sui. Vide sanctum Gregorium lib. 7. Indict. 7. epist. 36.

CAPITVLARE AN. DCCCXXIII.] Assentior Sirmondo, qui capitula hæc edita esse putat in conventu Attiniacensi cujus meminit Agobardus in libro de dispensatione ecclesiasticarum rerum cap. 5. Fallitur autem Brovverus lib. 8. annalium Trevirensium, dum existimat hæc capitula sancita à Ludovico fuisse anno octingentesimo trigesimo quinto. Cùm enim illa extent in collectione Ansegisi, quam ipse testatur anno DCCCXXVII. confectam fuisse, manifestum est ea capitula antecedere hunc annum. Pag. 631.

HALITGARIVS] Episcopus Cameracensis. Pag. 643.

AMALARIVS] Episcopus Trevirensis.

ROMANA PERTINACIA] Baronius ad annum DCCCXXV. referens hunc locum, ut eum molliat, hæc adnotat in margine: *Pertinacia pro constantia hoc seculo usurpari solita, inter alios sanctus Eulogius suis scriptis docet.* Istam opportunam occasionem insurgendi adversùs Baronium non passus est Goldastus sibi elabi. Sanè pertinaciam perseverantiæ finitimam esse scripsit Pag. 644.

TOM. I. alicubi Tullius. Sed cùm pertinaciæ vocabulum, ubicunque reperitur, ſemper in malam partem accipiatur, difficile eſt exiſtimare heic aliam habere poſſe ſignificationem, præſertim ſi quis ſingulas epiſtolæ partes attentè conſideret. Non utar teſtimoniis à Goldaſto relatis, quæ cuilibet obvia ſunt. Alia adferam. Auguſtinus epiſt. 124. *Omnis contentionis & animoſitatis pertinacia debebat extingui.* Auctarium epiſtolarum Symmachi cap. 19. *Sed tanta pertinacia reſtiterunt ut quicquid minatum fuerit facere minimè dubitarent.* Ibid. cap. 29. *Eulalius ea obſtinatione qua ſine præcepto ſacro Vrbem ingreſſus eſt, etiam egredi conſtrictus per omnes poteſtates, pari pertinacia detrectavit.* Caſſiodorus lib. 5. Variar. epiſt. 44. *Oſtendiſti, prudentiſſime Regum, poſt erroris eventum ſapientibus ſubvenire poſſe conſilium, nec pertinaciæ vitium vos amare, quod brutis hominibus videtur accidere.* Sanctus Gregorius lib. 2. Indict. 10. epiſt. 16. *Quem ſi etiam amiſſo pallio adhuc in eadem pertinacia perſeverare perſpexeris, dominici quoque corporis ac ſanguinis eundem antiſtitem participatione privabis.* Vide etiam ibid. epiſt. 14. & 15. ubi pertinacia eodem ſemper ſenſu accipitur. Rudolfus Fuldenſis in vita ſanctæ Liobæ cap. 3. de quadam moniali adversùs ſorores ſuas malè affecta: *Defuncta eſt ergo in hac pertinacia.* Acta depoſitionis Anaſtaſij Preſbyteri tituli beati Marcelli tempore Leonis quarti, apud Holſtenium in collectione Romana parte 2. pag. 105. *Quin & Domini Lotharij præſtantiſſimi Imperatoris decreto, redire jubenti, pertinaciæ ſuæ inverecundia reſtitiſſet.* Innocentius III. lib. 1. epiſt. 215. *Canonicis comminantes quòd niſi præfixo eis tempore mandatum apoſtolicum adimplerent, eorum ex tunc contumaciam debita ſeveritate punirent. Ceterùm cùm nec ſic poſſent à ſua pertinacia revocari &c.* Sanè quòd Baronius ait Eulogium pertinaciam pro conſtantia uſurpaſſe, non eſt extra controverſiam. Ait enim ille lib. 2. cap. 7. Nunilonem & Alodiam virgines Chriſtianas à præſide Hiſpaniæ traditas quibuſdam mulierculis prophani ritus peritia præditis, ut earum ope averterentur à Chriſtianiſmo & ad Mahumetanam ſectam pertraherentur, conſtantes manſiſſe in profeſſione ſanctæ fidei, & vanos fuiſſe mulierculorum illarum conatus. Tum addit: *Sed hanc illarum pertinaciam præſidi referentibus mulierculis &c.* Vbi vides pertinaciæ vocabulum poſſe accipi in bonam & in malam partem, & pronius eſſe ut in malam accipiatur.

INGILENHEIMENSE] Tempore iſtius conventus Ludovicus monaſterio novæ Corbeiæ in Saxonia dedit capellam quam Karolus M. in caſtello quod dicitur Hereſburg conſtrui juſſerat. Præceptum ejus extat in ſecunda editione Monumentorum Paderbornenſium pag. 113.

Pag. 649. PRÆCEPTVM IMPER.] Emendatum eſt ex ſchedis clariſſimi viri Andreæ Ducheſnij.

Pag. 651. H LOTHARII X.] Repone, V. Error irrepſit inter manus typographorum. De annis porrò Lotharij, quomodo computentur, non conveniunt inter ſe varia ejus diplomata quæ in manus meas venerunt. In quibuſdam enim exordium imperij ejus conſtituitur in anno DCCCXVII. in aliis quinquennio tardiùs.

CAPITVLARE] Conlatum cum ſex antiquis exemplaribus, Pithœano, Metenſi ſancti Vincentij, Remenſi ſancti Remigij, Divionenſi Philiberti de la Mare Senatoris Divionenſis, Rivipullenſi, Claromontano Collegij Pariſienſis Societatis Ieſu. TOM. I. Pag. 653.

AVTCARIVS] Archiepiſcopus Moguntinus.

HADEBALDVS] Archiepiſcopus Colonienſis.

HETTI] Archiepiſcopus Trevirenſis.

BERNVINVS] Archiepiſcopus Veſontionenſis.

IN PARISIO] Erunt, opinor, quibus volupe erit ſcire in qua Pariſiorum Eccleſia habitum ſit illud Concilium, & nomina Epiſcoporum noſſe qui ad celeberrimum iſtum conventum acceſſerunt. Illud ergo conſtat, habitum fuiſſe Concilium in Eccleſia ſancti Stephani de greſſibus, *ſaint Eſtienne des grés*, eique interfuiſſe Epiſcopos quorum nomina ſequuntur. Ebbo Archiepiſcopus Remenſis, Aldricus Senonenſis, Raginoardus Rothomagenſis, Landramnus Turonenſis. Ionas Epiſcopus Aurelianenſis, Ieſſe Ambianenſis, Rantgarius Noviomenſis, Rothadus Sueſſionenſis, Adalelmus Catalaunenſis, Hildemannus Bellovacenſis, Godofredus Silvanectenſis, Freculfus Lexovienſis, Halitgarius Cameracenſis, Franco Cenomanenſis, Haribaldus Autiſſiodorenſis, Helias Carnotenſis aut Tricaſſinus, Ionas Nivernenſis, Hubertus Meldenſis, Inchadus Pariſienſis. Præterea verò Guiladus, Theodiſclus, Amatheus, Bernoinus, Fulcharius, & Herbertus, ignotarum ſedium Epiſcopi. Sed Guiladus fortean is eſt qui Vvilardus nominatur in vulgatis Epiſcoporum Conſtantienſium tabulis. Fulcharius verò is forſitan eſt qui Flodegarius vocatur in catalogo Epiſcoporum Andegavenſium & eam cathedram tenebat anno Chriſti DCCCXXVIII. ut patet ex præcepto quo Ludovicus Pius confirmat commutationem inter ipſum & Vvinneradum factam. Hinc etiam fortaſſis ſupplendi ſunt hiatus qui reperiuntur in catalogis Epiſcoporum Laudunenſium, Bajocenſium, Abrincatenſium, & Ebroicenſium.

AGOBARDVS] Archiepiſcopus Lugdunenſis.

BERNARDVS] Archiepiſcopus Viennenſis.

ANDREAS] Archiepiſcopus Tarantaſienſis.

BENEDICTVS, AGARICVS] Horum alter fuit Archiepiſcopus Aquenſis, alter Ebredunenſis.

NOTHO] Archiepiſcopus Arelatenſis, idem, ut arbitror, qui formulam inſtitutionis canonicæ juſſu Ludovici Pij detulit ad Arnonem Archiepiſcopum Iuvavenſem.

BARTHOLOMÆVS] Archiepiſcopus Narbonenſis. Vide Notas ad Agobardum pag. 75.

ADALELMVS] Archiepiſcopus Burdegalenſis, ille ipſe, ut opinor, qui juſſu Ludovici Pij detulerat formulam canonicæ inſtitutionis ad Sicharium Archiepiſcopum Burdegalenſem.

AGIVLFVS] Archiepiſcopus Bituricenſis. Probat hic locus, id quod ſuprà dicebamus, nondum ea tempeſtate Biturigenſes Archiepiſcopos cogitaſſe de primatu ſuper Archiepiſcopos Narbonenſem & Burdegalenſem. Vtrique enim heic

Tom. I. postponitur Agiulfus, tametsi Patriarcha vocetur à Theodulfo. Quod indicat hunc titulum nullam prorogativam super ceteros Metropolitanos tribuisse tum Archiepiscopo Biturigensi. Certè Arno Archiepiscopus Iuvavensis, qui nullam extraordinariam auctoritatem aut jurisdictionem habebat, Patriarcha tamen vocatur ab Alcuino in tomo nono Spicilegij Dacheriani pag. 116.

Deest inter Metropolitanos heic nominatos Elusanus, ut rectè notat Sirmondus. Nimirum quia provincia Novempopulana proprium ea tempestate Metropolitanum non habebat, sed Burdegalensi subjecta erat, uti suprà dictum est. Attamen ea non ita multò post proprium habuit Metropolitanum, Auscienſem nimirum. Extat enim epistola Ioannis VIII. Papæ ad Aitardum Archiepiscopum Auscensem ejúsque suffraganeos de conservanda disciplina ecclesiastica corrigendisque depravatis populi moribus.

Albrici] Ita editio Sirmondi & codex Rivipullensis. Remensis, Claromontanus, Pithœanus, & Metensis habent *Albrici*.

Pag. 654. Volvmvs etiam] Tota hæc clausula deest in editione Sirmondi & in eodem libro Rivipullensi. Eam tamen habent reliqua exemplaria, si Divionense excipias, quod mutilum est in hoc loco.

Pag. 657. Epistola generalis] Emendata est ope duorum antiquorum exemplarium, uno bibliothecæ Thuanæ vetustissimo, altero monasterij Rivipullensis.

Incipit Epist. Cæsarea] Ita codex Thuanus & editio Suriana.

Pag. 659. Inimici christi] *Arnonem*, inquit Goldastus, *innuit, qui Sarracenorum copiis regnum Francorum populatus erat.* Aizonis defectio & irruptio in regnum cum auxiliis Sarracenorum contigit anno dcccxxvi. & sequenti, ut Eginhardus tradit in annalibus. Itaque Goldasti opinio non potest esse vera. Satius est ista interpretari de Bulgaris & Danis, quos in regnum Ludovici ingressos esse hostiliter anno dcccxviii. & aliquas villas igne injecto concremasse tradit auctor vitæ Ludovici Pij.

Pag. 661. Capitvlare Vvormatiense] Vt hanc inscriptionem heic apponerem effecit auctoritas Hincmari, qui caput tertium tituli tertij sancitum esse docet à Ludovico Pio in synodo ac placito generali apud Vvormatiam post habitas quatuor synodos de quibus paulò antè dictum est. Ludovicus enim, ad exemplum patris, qui constitutiones quinque synodorum anno dcccxiii. habitarum examinari se præsente jusserat in conventu Aquisgranensi, Ludovicus inquam decreta quatuor Conciliorum jussu ejus celebratorum examinari mandavit in conventu Vvormatiensi, ut Hincmarus docet in loco paulò inferiùs descripto; ex quo rectè collegit Sirmondus sancita Vvormatiæ in hac synodo fuisse à Ludovico tripertita illa capitula quæ Capitulare Vvormatiense constituunt. Emendatum porrò est ope eorundem sex veterum exemplarium cum quibus conlatum esse monuimus Capitulare anni dcccxviii.

Hæc svnt capitvla] Ita editio Sirmondi & vetera exemplaria Pithœanum & Rivipullense. In editionibus Amerbachij & Heroldi: *Hæc sunt capitula quæ aliqui ex Missis nostris ad nostram notitiam detulerunt: anno xvj. imperij nostri.* Vetustum esse hoc lemma patet ex titulo xxxvi. Capitulorum Karoli Calvi cap. 27. *Vt juxta regium capitulare quod Domnus & genitor noster anno xvj. regni sui capitulo vij. constituit.* Idem tit. xl. cap. 9. *sicut in capitulis patris nostri anno xvj. imperij ejus factis continetur.* Tom. I.

De Ecclesiis] Extat in Additione IV. cap. 97. Pag. 665. c. 3.

Contra statvta] Codex Pithœanus, *contra canonum statuta.* Ibid. c. 4.

Hæc nona] Idem vetus liber, *hanc nonam & decimam persolvere debuit.* Pag. 664. c. 5.

Cap. xxi.] Idem codex & Parisiensis habent *xxij.*

Qvæ dare] Retinuimus hanc lectionem, quæ peccat in regulas grammaticæ, quia eam habent omnia vetera exemplaria. Editio Amerbachij legit *quæ.* Sed ipse in margine admonet in archetypo scriptum fuisse *quæ.* Pag. 665. c. 7.

Vt de rebvs] Vide infrà pag. 673. c. 5. Ibid. c. 8.

Alienas terras] Amerbachius & Heroldus legerunt *alienos scintas.* Ingenuè autem fatsus est Amerbachius nescire se quid significet vox *scintas.* Pag. 666. c. 10.

Et decimam] Hæc desunt in plerisque exemplaribus & in editionibus. Addita autem sunt ex Pithœano & ex Parisiensi.

De beneficiis] Habetur in Additione IV. cap. 104. Pag. 665. c. 1

Rationabilis] Hæc est vera lectio. Malè in antiquis exemplaribus Remensi, Parisiensi, Metensi, *rebellis.* Et tamen Sirmondus eam lectionem retinuit in titulo xlv. Capitulorum Karoli Calvi cap. 8. Pag. 667. c. 5.

In pace vivere] Codex Pithœanus, *in pacem venire.* Ibid. c. 7.

Malefaciendvm] In vetustis exemplaribus Pithœano, Remensi, Parisiensi, Divionensi legitur *malum faciendum.* Pag. 668. c. 10.

Resisvs] Hæc est lectio omnium veterum exemplarium. Editiones tamen habent *recisus.* Ibid. c. 13.

Violata committitvr.] Heic uno tenore additur in codicibus Pithœano, Divionensi, Remensi, Parisiensi, *sicut continetur in libro superiori.* Respicit autem hæc additio ad caput vigesimum sextum libri tertij. Pag. 669. c. 1.

Qvicvnqve] Capitis istius historiam nobis conservavit Hincmarus in libro de divortio Lotharij & Tetbergæ in responsione ad interrogationem quintam pag. 590. in editione Sirmondi: *Nostri etiam ævi Augustus pie memoriæ Hludowicus in synodo ac placito generali apud Vvormatiam, apostolicæ sedis & Papæ Gregorij commeante Legato, cum aliis plurimis, de his quæ Episcopi in synodis per quatuor loca sui imperij habiris necessario & utiliter nuper invenerant, de hac unde agitur causa omnium tam Episcoporum quàm & fidelium laicorum votis convenientibus, ita decrevit: Quicunque, inquit, propria uxore derelicta, vel sine culpa interfecta, aliam duxerit uxorem, armis depositis publicam agat pœnitentiam. Et si contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in custodiam mittatur donec res ad nostram notitiam deducatur.* Pag. 670. c. 3.

Tom I. Pag. 671. HÆC SVNT CAPITVLA] Hæc desunt in codice Pithœano & in Remensi, in quibus etiam desunt tria capitula sequentia.

GENERALIA PLACITA] Codex Rivipull. *generale placitum.*

Pag. 672. c. 7. VOLVMVS] Vide Capitula Karoli Calvi tit. XXXVI. cap. 27.

Pag. 673. c. 5. VOLVMVS VT OMNES] Vide suprà pag. 665. cap. 8.

Pag. 674. c. 7. MATFREDVS] Comes Aurelianensis. Vide Notas ad Agobardum pag. 78. De eodem puto agi in præcepto Lotharij Imp. edito inter probationes historiæ Trenorchianæ pag. 267. ubi vocatur *Matfredus vir inluster Comes.*

PRONVNTIAVERIT] Codex Rivipull. *dixerit.*

CVM EOD. M. R. H. POSSIT.] Idem codex, *cum fidelium nostrorum decernamus qualiter justum est.*

Pag. 675. PRÆCEPTVM DE ORDINE] Revocanda est in hoc loco observatio quam fecimus ad epistolam XXIX. Lupi Abbatis Ferrariensis, nimirum per istas tempestates statum monasteriorum fuisse prorsùs in potestate Regum, qui sua auctoritate Canonicos interdum pellebant ut monachos substituerent, hos verò, si res ita ferret, dein exturbabant ut Canonicos reducerent. Prima monasterij Dionysiani incunabula fuere sub monachis. Sed cùm Ludovicus Pius regulam Canonicorum constituisset, potestatémque Karolus M. feciſſet personis ecclesiasticis ut aut pleniter secundùm canonicam aut secundùm regularem institutionem vivere deberent, major pars monachorum sancti Dionysij novitate rei, ut ego quidem arbitror, commoti, affectúque præterea tædio vitæ monasticæ, *collo de sub jugo regulæ excusso, monasticam vitam & habitum deseruerunt*, ut testatur Imperator; pauci in cella extra monasterium permanserunt in vitæ instituto quod susceperant, annuente eodem Ludovico. Quod itaque hactenus fuerat habitaculum monachorum, versum est tum in collegium Canonicorum, in quo Hincmarus, pòst Remensis Archiepiscopus, sub canonico habitu educatus est. Testis est ipse in epistola XXVI. ad Nicolaum Papam. *In monasterio*, inquit, *ubi ab ipsis rudimentis infantiæ sub canonico habitu educatus, indéque eductus, in palatio Domni Hludovici Imperatoris non modico tempore mansi. Conversis autem ad regularem vitam & habitum fratribus in monasterio sancti Dionysij, ubi nutritus fueram, in illud, seculum fugiens, sine spe vel appetitu episcopatus aut alicujus prælationis diutius degui.* Id ipsum de educatione Hincmari, & quomodo eo procurante monasticus ordo restitutus sit in monasterio sancti Dionysij, testatur Flodoardus; qui tamen in hoc fallere videtur quòd ait eum à pueritia monasteriali religione nutritum; nisi si monasterialis religio, quod valde credo, heic significat canonicam ac regularem vitam. Hæc sunt igitur Flodoardi verba lib. 3. cap. 1. *Is siquidem Hincmarus à pueritia in monasterio sancti Dionysij sub Hilduino Abbate monasteriali religione nutritus, & studiis literarum imbutus, indéque pro sui tam generis quàm sensus nobilitate in palatium Ludovici Imperatoris deductus, & familiarem ipsius notitiam adeptus* Tom. I. *fuerat, ibique, prout potuit, cum Imperatore & præfato Abbate sub Episcoporum auctoritate laboravit ut ordo monasticus in prædicto monasterio, quorundam voluptuosa factione diù delapsus, restauraretur. Et ut opere quoque adimpleret quod sermone suadebat, etiam ipse religiosæ conversationi cum aliis se subdidit.* Charta synodi Suessionensis anni DCCCLXII. pro monasterio sancti Dionysij: *Hincmarus venerabilis Archiepiscopus Remensis nostræ firmationis consors & ipsius præclari monasterij devotus alumnus.* Restituto itaque ordine monastico in basilica sancti Dionysij, timens Hilduinus Abbas *ne aliqua successorum suorum negligentia aut parcitate ordo in ea monasticus futuris temporibus perturbaretur*, eodem die quo ista statuta sunt præceptum aliud à Ludovico impetravit de stipendiis monachorum constituendis, quod à Iacobo Doubleto editum est pag. 739. antiquitatum ejusdem monasterij. Deinceps ergo monasterium hoc habitatum est à monachis.

ANSGARIVM FECIMVS ARCHIEPISCOPVM] anno nimirum DCCCXXXIII. ut scribit Adam Bremensis lib. 1. cap. 17. Sedes autem ejus constituta est in civitate Hammaburgensi; novóque Archiepiscopo contributæ gentes omnes trans Albiam constitutæ, *videlicet ab Albia flumine deorsum usque ad mare oceanum, & rursum per omnem Slavorum provinciam usque ad mare quod orientale vocant, & per omnes prædictas nationes Septentrionis*, id est universitas Fresonum, Danorum, Sclavorum, Norvegorum, Sueonum, ut explicat Adalbertus Archiepiscopus Hammaburgensis in epistola ad Fulconem Abbatem Corbeiæ veteris. Ea de causa idem Adalbertus se vocat universarum septentrionalium & orientalium nationum Archiepiscopum in eadem epistola, itémque in alia quam recitat Adamus lib. 4. cap. 43. & ex eo Baronius ad annum MLXVII. §. 13. & in alia quam Lindenbrogius edidit in collectione privilegiorum Ecclesiæ Hammaburgensis pag. 164. Quin & Helmoldus cap. 22. ait illum functum fuisse auctoritate archiepiscopali in omnibus borealibus regnis, Daciæ scilicet, ut ipsemet explicat, Suediæ, & Norvvegiæ. Mortuo tamen Adalberto, Danicæ, Suecicæ, & Norvvegicæ Ecclesiæ distractæ sunt à metropoli Hammaburgensi circa annum MXCIV. & Lundensi Archiepiscopo subjectæ auctoritate sedis apostolicæ, misso in eam rem Legato, ut tradit Saxo Grammaticus libro duodecimo historiæ Danicæ. Is fuit Albricus Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, ut docet Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis in epistola nondum edita ad Atserum primum Archiepiscopum Lundensem, in qua eum admonet ut auctoritate sibi recenter collata bene utatur. Sed ut ad Adalbertum redeamus, ex epistola ejus ad Fulconem confirmatur conjectura clarissimi viri Petri Lambecij, qui ex nonnullis Gualdonis versibus collegit partem aliquam reliquiarum corporis sancti Anscharij monasterio Corbeiæ veteris donatam fuisse ab Archiepiscopo Alberto, eáque occasione Gualdonem ad illum scripsisse poëma de vita ejusdem Anscharij.

HELINGAVDO] Episcopo Ferdensi.

Tom. I. VVILLERICO] Episcopo Bremensi.

Pag. 685. CHARTA DIVISIONIS IMP.] Primus illam edidit Petrus Pithœus in codice duodecim scriptorum coætaneorum, deinde Duchesnius & Goldastus. Nos illam emendavimus ope veteris schedæ quæ in manus nostras incidit beneficio clarissimi viri Antonij Vionis Herovallij. Omnia porrò istius chartæ capita sumpta ferme ad verbum sunt ex illa quam Karolus M. conscripsit anno sexto imperij, ut illic monuimus.

FACERE PLACVIT.] Heic Goldastus hæc adnotat: *Deest divisio atque ordinatio regnorum.* Supplet autem utcunque hunc hiatum Nithardus lib. 1. describens partem regni quæ Karolo Calvo data est; *id est, à mari per fines Saxoniæ usque ad fines Ribuariorum, totam Frisiam, & per fines Ribuariorum comitatus Moilla, Hilt, Trahammolant, Masagobbi, deinde verò quicquid inter Mosam & Sequanam usque Burgundiam unà cum Viridunensi consistit, & de Burgundia Tullensem, Odornensem, Bedensem, Blesensem, Parthensem, utrosque Barrenses, Brionensem, Tricasinum, Autisiodorensem, Senonicum, Vvastinensem, Milidunensem, Stampensem, Castrensem, Parisiacum, & deinde per Sequanam usque in mare oceanum, & per ipsum mare usque in Frisiam, omnes videlicet episcopatus, abbatias, comitatus, fiscos, & omnia infra prædictos fines consistentia, cum omnibus ad se pertinentibus, in quacunque regione consistebant, & sui juris esse videbantur, unà cum auctoritate divina atque paterna prefato filio suo Karolo dedit.* Vide etiam annales Bertinianos ad annum DCCCXXXVII.

Pag. 686. c. 4. QVEMLIBET ILLVM] Ita habuit vetus scheda quam nos vidimus. Sic etiam edidit Pithœus. Duchesnius habet *quemlibet liberum hominem.* Puto autem illum ista mutuatum esse ex capite octavo divisionis Karoli Magni.

Pag. 688. c. 10. VEXILLO CRVCIS] Charta Karoli cap. 14. *judicio crucis.*

Ibid. c. 11 DEFENSIONEM ECCLESIÆ] Goldastus hæc adnotat in hoc loco: *Baronius annal. to. 9. an. 838. §. 2. integrum prater morem laudat hunc locum, quem solito falsi crimine corruperat in Caroli M. constit. §. 16. pro his verbis* Ecclesiæ S. Petri *subjiciens ista* defensionem S. Papæ simul &c. *contra codicum MSS. & Pithœi, unde exscripsit, Mutilque editiones.* Vide Marcam in libro primo de concordia sacerdotij & imperij cap. 12. §. 5. & seq.

Ibid. c. 12. CONVENIENTIIS] Ita omnino scheda vetus. Quo etiam modo habet caput XVI. chartæ Karoli, ex quo istud descriptum esse apparet. Pithœus tamen, Duchesnius, & Goldastus ediderunt *consentiis.*

Pag. 690. AD AQVITANIAM] Hæc & quæ sequuntur omisit Goldastus in sua editione. Certè multa haudubiè illic menda sunt, multa mutila. Quia tamen Pithœus ea invenit in vetustissima membrana, & reperta quoque sunt in veteri scheda qua nos usi sumus, putavimus prætermittenda non esse.

Pag. 650. TOTAM BVRGVNDIAM] Karolus M. anno DCCCVI. Burgundiam in duas partes divisit, quarum unam Ludovico Aquitaniæ Regi dedit, aliam Karolo. Heic Ludovicus totam Burgundiam pertinere vult ad Alamanniam, ea Burgundiæ parte excepta quæ Pippino data fuerat. Difficile est ista discernere. Si quis tamen plura de variis Burgundiæ divisionibus scire volet, is consulere potest notitiam Galliarum doctissimi viri Hadriani Valesij. Tom. I.

TOTAM PROVINCIAM] id est, ut ego quidem arbitror, Provinciam propriè dictam & Dalfinatum, in quo est Vienna, quam Provinciæ urbem esse ait auctor annalium Bertinianorum ad annum DCCCXXXIV.

TOTAM GOTIAM] id est, Septimaniam & Marcam Hispanicam. Nam tum provinciæ illæ comprehendebantur sub appellatione Gothiæ, eámque ob causam sæpe conjunguntur in veteribus monumentis. Præceptum Karoli Simplicis in chartulario Helenensi lib. 1. cap. 1. *Præcipimus etiam in omni regno nostro Gotica sive Hispaniæ.* Aliud ejusdem præceptum in chartulario Ecclesiæ Gerundensis: *Præcipimus etiam atque jubemus ut quicquid adquisitum habet vel deinceps aliquo adquirere poterit infra fines Gotiæ vel Hispaniæ.* Item aliud ejusdem præceptum in chartulario sancti Petri Rodensis. *Concedimus etiam tibi in toto regno Gotiæ vel Septimaniæ.* Capitulare primum anni DCCCVI. cap. 1. *Septimaniam vel Gothiam Ludovico dilecto filio nostro consignavimus.* & cap. 4. *Septimania sive Gothia usque ad Hispaniam.* Hinc Karolus simplex in chartulario Ecclesiæ Helenensis lib. 1. cap. 74. vocatur Rex Francorum atque Gothorum. Nunc ostendendum est eam quoque Narbonensis provinciæ partem quæ à Carcassone incipit fuisse in regno Gothico. Istud verò probari primò potest auctoritate vitæ sancti Benedicti Abbatis Anianensis; quem cùm scriptor ejusdem vitæ doceat filium fuisse hominis qui *comitatum Magdalonensem quoadusque vixit tenuit*, ac Benedictum ex partibus Gothiæ oriundum fuisse, manifestum est illum sensisse eam Galliæ Narbonensis partem Gothiæ nomine comprehensam fuisse. Confirmat hanc sententiam auctor vitæ Alcuini, qui ait eundem Benedictum Abbatem sæpius ad Alcuinum venisse è Gothia: *Vir quoque Domini Benedictus, ei pra omnibus monachis familiaritate junctus, ad eum gratia consilij salutis suæ & suorum accipiendi sæpius Gothiæ de partibus properabat.* Veniebat enim ex monasterio Aniano, quod in diœcesi Magalonensi constitutum erat, quæ pars est Septimaniæ. In archivo monasterij Cuxanensis reperitur charta Bernardi Comitis Bisuldunensis, ut opinor, data anno Christi millesimo, in qua legitur ipsum eidem monasterio Cuxanensi dedisse monasterium vocabulo Monisatem, quod est *in honore sancti Pauli Apostoli in provincia Gotiæ in comitatu Faunolitense in dioceси Narbonais Ecclesiæ.* Quod monasterium in comitatu Fenoliotensi situm fuisse reperio etiam in chartulario monasterij Campirotundi. Hinc regnum Gothicum in præcepto quod Lotharius Rex concessit Suniario Abbati in diœcesi Gerundensi, quod extat in chartulario monasterij sancti Felicis Iecsalensis. In libro evangeliorum monasterij sancti Dionysij, quem Ioannes Aventinus libro quarto annalium Boiorum pag. 462. narrat sua tempestate servatum fuisse Reginoburgij in templo D. Haimerani, hi versus le-

Tom. I. gebantur inscripti Karolo Calvo Regi Francorum :

Francia grata tibi, Rex inclyte, munera defert.
Gothia te pariter cum regnis inchoat altis.

Attamen quamvis Gothiæ nomine tum utraque provincia intelligeretur, licèt regnante Ludovico Pio Bernardus Comes Barcinonensis Gothiam Septimaniámque regeret, existimandum non est Borrellum, quem Gothicæ Ducem fuisse anno XVIII. Lotharij Regis reperio in chartulario monasterij Rivipullensis & in actis fundationis monasterij sancti Benedicti de Bagiis in diœcesi Ausonensi, existimandum inquam non est Borrellum tenuisse provinciam Tarraconensem & Septimaniam, cùm sciamus illum Barcinonensem tantùm Vrgellensémque comitatus habuisse. Nisi si se Gothicæ Ducem ideo dici voluit quia partem novæ Seprimaniæ, id est, Vrgellensem tractum, in sua potestate habebat.

Pag. 689. c. 1. IN SERVITIO TRADIDERINT] Vetus nota marginalis in uno codice regio legis Longebardorum : *Hæc lex in hoc quod dicit* uxores in servitio dederint *videtur rumpi per legem* Nulli sit licentia uxorem suam dimittere. *Sed non rumpitur, quia non loquitur de conjugio dirimendo, sed de libertate inviolabiliter custodienda.* Fortassis auctor glossæ respicit ad caput 235. libri septimi capitularium, ubi dicitur uxorem non esse dimittendam causa fornicationis.

Ibid. c. 2. CRVDELES] Vnus codex regius habet *credulos.* omnino malè. Error ortus ex insciția librariorum, qui frequenter credulitatem scribebant pro crudelitate, & crudelitatem pro credulitate. E multis exemplis quæ proferri heic possent, nonnulla adducam. Apud Cyprianum in epistola 69. rectè legebatur in antiquis editionibus : *Dixisti sanè scrupulum tibi esse tollendum de animo in quem incidisti. Incidisti, sed tua credulitate inreligiosa.* Pro quo *crudelitate* perperam scriptum est in editione Rigaltij. In sermone septimo sancti Ambrosij legitur: *Hæc autem clavis Christus est Dominus, quo ad crudelitatem fidei pectorum arcana referantur.* Pro quo in vetustissimo codice Ecclesiæ Lugdunensis melius legitur *credulitatem.* Idem sermone 58. *credulitate cordis collocare in cœlestibus.* Hoc loco in eodem codice Lugdunensi scriptum primò fuit *crudelitate.* quod postea rectè mutatum est in *credulitate.* Idem sermone 66. *sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrumque constringeret.* Ibi rursum idem vetus codex habet *credulitas.* Hinc etiam factum ut crudelitatem etiam aliquando scriberent pro cruditate ; ut apud Salvianum lib. 7. pag. 171. *alios cruditate distentos,* ubi vetus codex Corbeiensis habet *credulitate.* Et apud Avitum in epistola 85. *Offerat ergo supplex orientalium quoque gentium distantia cruditatem.* ubi codex Viennensis habet *crudelitate.* Tom. I.

CVPIDOS] Idem vetus codex regius, *pudicos.* malè.

SI DVO TESTIMONIA] Hoc caput videtur esse tantùm breviarium capitis 23. libri quarti Capitularium. Ibid. c. 3.

NEMO RECIPIAT] *nisi in subsidium per ultimam legem hujus tituli,* inquit glossa interlinearis in uno codice regio. Pag. 690. c. 1.

INTRET IN CVRIAM] *ad testimonium dicendum,* inquit alia glossa interlinearis.

NEC ANTE IVDICEM] Vide Ianum à Costa in titulum primum libri secundi Decretalium pag. 279. & in titulum secundum pag. 362. Vide etiam Gratianum 11. q. 1. cap. 35. *Nullus.*

CVRIA A CRVORE] Contrà Isidorus lib. 15. Origin. cap. 2. *Curia dicitur eò quòd ibi cura per senatum de cunctis administretur.*

SECVNDVM LEG. ROM.] *qua Ecclesia vivit,* ut legitur in titulo 58. legis Ripuariorum. Vide quæ nos suprà pag. 995. de ea re diximus. Ibid. c. 5.

NOTÆ

Tom. I.

NOTÆ AD LIBROS CAPITVLARIVM.

Pag. 697. HLVDOVVICI AVG. CHRISTIANÆ] Vulgatæ editiones habent: *Ludovici Augusti Christianæ religionis magni propagatoris & Lotharij Cæsaris filij ipsius.* Quæ lectio confirmatur auctoritate veterum exemplarium Vaticani, Bellovacensis, Metensis sancti Vincentij, Divionensis, Camberonensis, Rivipullensis, Trecensis, & Normannici sancti Michaëlis in periculo maris. Ita etiam habuisse Carolum Molinæum in suo codice patet ex commentario ejus ad edictum Henrici II. contra parvas Datas. Lotharij tamen nomen deest in reliquis exemplaribus, tum heic, tum in aliis istius præfationis locis in quibus illud habent vulgatæ editiones & laudati codices. Melior autem est lectio librorum in quibus Lotharij nomen omissum est. Nihil enim in collectione Ansegisi reperitur quod Lothario tribui possit. Itaque Pithœus in præfatione sua sic scriptum reliquit: *Sanè quòd in Ansegisi præfationibus Lotharij nomen adjectum est, datum id scias exemplarium quorundam antiquitati, quæ sub ejus ditione, ut verisimile est, primùm descripta, non hoc solum ipsius honori tribuerant.* Vide Notas ad dialogos Antonij Augustini de emendatione Gratiani pag. 438.

Pag. 699. MVNDANAM LEGEM] Leges dividit in ecclesiasticas & mundanas, id est, civiles, ut nos hodie loquimur. Sic in capite primo Concilij Toletani septimi mundana lex & ecclesiastica disciplina conjunguntur. In Concilio quoque secundo Hispalensi cap. 1. & 3. codex juris civilis laudatur sub nomine legis mundialis. Apud Reginonem lib. 1. cap. 403. scriptum est Clericos à lege mundana extraneos esse. Existimant nonnulli heic apud Ansegisum agi de Codice Theodosiano. Alij putant per mundanam legem heic intelligi Salicam. Ego verò in ea sum sententia ut arbitrer mundanæ legis vocabulo intelligi omnes leges civiles quæ tum in usu erant in regno Francorum, Salicam videlicet, Longobardam, Gundobadam, & ceteras. Iuvat hanc interpretationem Hincmarus in epistola 16. cap. 12. *Defendant se quantum volunt qui hujusmodi sunt, sive per leges, si ulla sunt, mundanas, sive per consuetudines humanas. Tamen, si Christiani sunt, sciant se in die judicij nec Romanis nec Salicis nec Gundobadis, sed divinis & apostolicis legibus judicandos.* Item Fulbertus in epistola 41. ad Fulconem Episcopum, ut reor, Aurelianensem: *Si Abbas sancti Benedicti de vestro contemptu culpam suam recognoverit, & illam deinceps subjectionem promiserit quæ vobis canonicè debetur, hortor & suadeo ut recipiatis, sacramenta verò & cætera quæ ad mundanam legem pertinent propter amorem Domini Regis missa faciatis, ut religionem magis quàm secularem ambitionem vos sectari cognoscat.* Posset heic quæri cur Fulbertus sacramentum fidelitatis pertinere dicat ad legem mundanam, cùm nonnulli Romani Pontifices absolvisse legantur populos à sacramento fidelitatis Regibus præstito. Sed hæc non sunt hujus loci.

OMNIBVS ECCLESIASTICÆ] Hæc verba patres Concilij Triburiensis descripserunt in præfatione ejusdem synodi: *Quapropter Rex Regum, cujus regnum, ut Psalmista canit, regnum est omnium seculorum, omnibus ecclesiasticæ sublimitatis ordinibus necnon & secularis potentiæ dignitatibus novum Principem Arnulphum Regem pacifico ordine perpetuæ tranquillitatis proferre dignatus est.*

CONSIDERANS] Idem Concilium Triburiense in præfatione: *Considerans enim idem sapientissimus Rex profundæ mentis intuitu abundantem in se sancti Spiritus gratiam.*

O PASTORES ECCLESIARVM] In præfatione ejusdem Concilij Triburiensis Arnulphus Rex ita alloquitur Episcopos: *O pastores Ecclesiarum Christi & clarissima lumina mundi, agite quæ vobis imposita est curam pastoralem, & juxta Apostolum instate opportunè importunè, arguite, obsecrate, increpate in omni patientia & doctrina, ut vigili cura & admonitione sedula oves Christi ad caulas æternæ vitæ introducere mereamini.*

IN QVO OPERIS STVDIO] Eadem præfatio: *Habetis me omnibus Ecclesiæ Christi adversantibus & vestro sacerdotali ministerio renitentibus oppositissimum bellatorem.*

CATITVLA EX CANONICIS INSTIT.] Eadem præfatio: *Quædam capitula magis necessaria ex canonicis institutionibus subscripserunt, errata corrigere, superflua abscidere, recta via regia coarctare.*

PRÆSVMPTIOSAM IVDICET] Hæc est lectio omnium veterum exemplarium & antiquæ editionis Basileensis. Sic etiam edidit Amerbachius. Et tamen Tilius in margine sui codicis addidit *putet vel.* quam additionem transtulit in textum in editione sua, hoc modo, *præsumptuosam putet vel judicet.*

PRÆSVMPTIOSAM] Aliorum editiones habent *præsumptuosam.* Nos secuti sumus consensum veterum librorum & rationem scribendi illorum temporum. Codex legis Vvisigothorum lib. 2. tit. 1. cap. 17. *judex præsumptuosus.* pro quo vetustissimus codex monasterij Moyssiacensis habet *præsumptiosus.* Apud Ivonem Carnotensem parte 16. cap. 287. legitur, *Quòd si aliquis præsumptuosus fuerit.* At in veteri libro bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis scriptum vidi *præsumptiosus.* Quæ lectio confirmatur ex capite 364. libri quinti Capitularium, unde Ivo descripsit. Sunt alibi innumera exempla, quæ nunc non occurrunt, & ista sufficiunt.

In editionibus Tilij, Heroldi, & Pithœi, sin- Pag. 705.
gulis capitibus istius primi libri usque ad LXXVII. præfigitur in titulo vox *Omnibus*, aut *Episcopis*, vel alia quæpiam. Certum est autem voces illas extare in Capitulari Aquisgranensi, ex quo LXXVI.

Tom. I. priora capitula libri primi descripta sunt. Sed cùm in nullo collectionis Ansegisi codice reperiantur, manifestum est ab illo omissa fuisse & ad illam non pertinere. Propter eam causam nos abstinuimus ab his vocibus in editione Ansegisi, quas tamen suprà suis locis posuimus in editione Capitularis Aquisgranensis.

Ibid. c. 1. Sunt enim aliqui] Burchardus refert *ex Concilio Rotomagensi cap. 3.* Sed heic observandum est, quod ad Reginonem & Gratianum persæpe monuimus, Burchardum diligentissima cura providisse ne capitula quæ ex Capitularibus Regum nostrorum describebat appararent hinc sumpta, eámque ob causam illa tribuisse vetustis synodis & Pontificibus Romanis, húncque esse fontem tot Gratiani erratorum. Itaque licèt Burchardus caput istud referat ex Concilio Rotomagensi, nihilo minùs certum est sumptum ab illo esse ex libro primo Capitularium.

Ibid. c. 2. Item habetur] Hæc est lectio veterum exemplarium Remensis, Sangallensium, & Parisiensis. Reliqua habent: *Ita enim habetur.*

Fides et vita] Hadrianus Papa in epistola ad Tilpinum Ecclesiæ Remensis Archiepiscopum apud Flodoardum lib. 2. cap. 17. historiæ Remensis: *Injungimus etiam fraternitati tuæ ut quia de ordinatione Episcopi nomine Lul sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ ad nos quadam pervenerunt, assumptis tecum Viomago & Possessore Episcopis & Missis glorioso ac spiritalis filij nostri Karoli Francorum Regis, diligenter inquiras omnia de illius ordinatione, & fidem ac doctrinam illius atque conversationem & mores ac vitam investiges.*

Ibid. c. 4. Mvlierem non habere] Negatio deest in uno codice Sangallensi & in editione Basileensi. Cetera verò exemplaria illam habent.

Ibid. c. 6. Avditvm] Regino non adnotavit in sua collectione locum ex quo descripsit hoc caput. Burchardus refert *ex Concilio Aurelianensi cap.* 10. Rectè Fulbertus ex libro primo Capitularium cap. 6.

Missam celebrare] Heic per Missæ celebrationem Ioachimus Vadianus lib. 6. de eucharistia pag. 215. intelligit distributionem eucharistiæ. Hæc sunt ejus verba: *Extat apud eundem* (id est, apud Ansegisum) *alia Principis constitutio, qua cavebatur ne Presbyteri Missas celebrarent & communione abstinerent. Erant enim qui in Missæ sacro eucharistiam dabant plebi, ipsi interim nihil sumentes. Iubet igitur Princeps ut in Missis peragendis non solùm aliis exhibeant eucharistiam, sed etiam ipsi sumant. Quod sanè jubere non potuisset nisi publica Missæ ritum illum veterem plebis communicantis retinuissent.* Sed non cepit Vadianus, ut ego quidem arbitror, sensum verborum Karoli. Illud tantùm vult Princeps, ut quotiescunque Presbyter corpus & sanguinem Christi in altario immolat, toties communicet, ut patet ex verbis Concilij Toletani duodecimi relatis infrà lib. 6. cap. 120.

Non communicare] id est, non se præbere participes perceptionis corporis & sanguinis Christi, ut legitur infrà lib. 6. cap. 120. sive communionis sanctæ gratiam non sumere, ut legitur in canone quinto Concilij Toletani duodecimi. Inde in admonitione synodali antiqua præcipitur ut *nullus Missam cantet qui non communicet.* quod in nova admonitione synodali ita exprimitur: *Missam jejuni tantùm celebrate, & in ea corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi cum omni reverentia & tremore sumite.* Et in inquisitione quam Episcopus in sua visitatione faciebat legitur cap. 42. interrogare Episcopum debuisse Presbyterum. *Si Missam cantas & non communicat.* Fallitur ergo vehementer Simon Goulartius, qui in additionibus ad Catalogum testium veritatis pag. 1020. putat in hoc capite nostro agi di Presbytero qui adstantes non admittit ad communionem. Cæterùm Fulbertus aliquid legisse isthic videtur quod nos latet. Etenim scribens ad Oeconomum Aurelianensis Ecclesiæ de Presbytero quodam qui Missas celebrasse & non communicasse compertus erat, ait eum, si id fecit timor indiscretus de levi culpa, castigandum esse cum pietate, *sicut in legitur in Capitulario lib. 1. capitulo* VI. Tom. I.

Hæc vero] Prima pars istius capitis usque ad vocem *edictis* in superioribus editionibus & in Capitulari Aquisgranensi conjungitur cum capite superiori. Caput verò istud sic incipit. *In Antiocheno Concilio.* At in antiquis Ansegisi exemplaribus, apud Benedictum Levitam in capite 63. libri quinti, & apud Isaacum Lingonensem rectè conjunguntur, ut in editione nostra. Rectè, inquam. Etenim in synodo Nicæna nihil reperitur de Presbyteris Missam cantantibus & non communicantibus. At in canone quinto præcipit magna synodus ut hi qui à suis Episcopis abjiciuntur, ab aliis non recipiantur. Et in canone XVII. synodi Sardicensis, quæ solet aliquando citari sub titulo canonum Nicænorum, statuitur ut si quis Presbyter aut Diaconus ab Episcopo suo fuerit abjectus, communionem non præsumat ante causæ suæ cognitionem in synodo provinciali. In canone verò quarto Antiocheni Concilij agitur de his qui damnati sunt à synodo vel à suo Episcopo, & postea ministrare præsumunt. Vnde facilè colligi potest quod heic dicitur de statutis synodi Nicænæ non posse referri ad Presbyteros non communicantes, intelligi autem de his qui à suis Episcopis damnati sunt, verámque propterea esse mutationem quam nos fecimus in editione Capitularium. Ibid. c. 7.

Sanctor. patr. syn. edictis] id est, in aliarum synodorum canonibus, nimirum in canone octavo Concilij secundi Carthaginensis, canone 37. Martini Bracharensis, cujus capitula in antiquis codicibus citantur sub nomine Martini Papæ vel Concilij Bracharensis, & in decretis Pontificum Romanorum quæ referuntur à Gratiano 11. q. 3. In illis enim locis agitur de Episcopis & Presbyteris damnatis & tamen ministrantibus.

Synodalibvs edictis] Ita omnia vetera exemplaria & editio Basileensis. Sic etiam Isaacus Lingonensis & Amerbachius. Tilius tamen edidit *synodalibus institutis vel edictis*, quamvis in veteri codice quo is utebatur legeretur uti nos edidimus.

Sententiæ] In aliquot vetustis exemplaribus legitur *sententia.* quam syntaxim alibi quoque sæpe deprehendi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. Pag. 706. c. 2. SINE CONSC. ET CONSILIO] Ita duodecim vetusti codices & editiones omnes. In Colbertino, in Thuano, in uno Sangallensi, in regio, Trecensi, & in nostro legitur *sine conscientia sui Metropolitani*. Canon certè Antiochenus, ex quo sumptum est hoc caput, favere videtur lectioni quæ extat in sex istis codicibus.

Ibid. c. 14. TABERNAS NON INGRED.] Vide epistolam Hincmari ad Hadrianum II. inter acta synodi Duziacensis pag. 310. in editione Cellosij.

Pag. 707. c. 16. IGNOTA ANGELORVM NOMINA] Constitutum istud, ut opinor, ad reprimendam eorum insanam superstitionem qui varia angelorum nomina fingebant; ut Aldebertus, qui in oratione sua nominabat Vrielem, Raguelem, Tubuelem, Michaëlem, Adinum, Tubuam, Sabaoc, & Sinuelem. De qua re cùm ageretur in synodo congregata Romæ in patriarchio Lateranensi, Papaque Zacharias interrogasset Episcopos, illi ita respondérunt: *Olio nomina angelorum quæ in sua oratione Aldebertus invocavit, non angelorum, præterquàm Michaëlis, sed magis dæmones in sua oratione sibi ad præstandum auxilium invocavit. Nos autem, ut à vestro sancto apostolatu edocemur, & divina tradit auctoritas, non plusquam trium angelorum nomina cognoscimus, id est, Michaël, Gabriel, Raphaël.* Mirum est autem Vrielem, Raguelem, & Tobielem nominari in litaniis quas nuper Domnus Ioannes Mabilloniius vulgavit in tomo secundo analectorum suorum pag. 682. & Carolinas vocavit. Nam post synodum illam Romanam fas non erat nominare hos angelos, quia non erant in auctoritate, ut dicitur in hoc nostro capite. Vrielis tamen angeli nomen diù ante tempora Adalberti & Karoli M. cognitum fuisse probat inscriptio reperta Romæ in Vaticano anno MDXLIV. in sepulcro Mariæ conjugis Honorij Imperatoris: in quo, ut Surius tradit in commentario rerum in orbe gestarum, inventa fuit *lamina ex auro, & in ea hæc nomina, Michaël Gabriel, Raphaël, Vriel, Græcis literis.* Scriptum sancti Angilberti de ædificiis, reliquiis, vasis &c. cœnobij Centulensis apud Bollandum tomo III. Februarij: *In Ecclesiis verò sanctorum angelorum Gabrielis, Michaëlis, & Raphaëlis altaria tria.* Vide Burchardum lib. 3. cap. 198. & Franciscum Alteserram in Notis ad breviationem canonum Ferrandi pag. 124.

Ibid. c. 17. MVLIERES AD ALTARE] Vide infrà lib. 5. cap. 67. & lib. 7. cap. 190. 248. 262. Vide etiam Capitulare Theodulfi Episcopi Aurelianensis cap. 6. Capitulare Ahytonis Episcopi Basileensis cap. 16. Capitulare Attonis Episcopi Vercellensis cap. 11. & Notas ad Regionem pag. 556.

Ibid. c. 22. DVA CAPITVLA] Tametsi plerique codices legant *duo capitula*, non dubitavi quin præferenda esset eorum auctoritas qui *dua* scriptum habent. Sic lib. 4. cap. 21. pro eo quod reliqui codices habent *propter illa duo*, in uno codice Sangallensi legitur *dua*. Item lib. 5. c. 76. *infra dua capitula* in eodem codice Sangallensi, in Bellovacensi, Colbertino, Tiliano, Camberonensi. Vetus glossarium bibliothecæ regiæ: *Biceps, dua capita.* Ita etiam in veteri codice Col- Tom. I. legij Parisiensis Societatis Iesu. Sic in recapitulatione solidorum juxta legem Salicam cap. 27. in codice Bigotiano legitur: *Hæc compositio ccc. solidorum in dua loca habetur.* Item ibidem cap. 31. *in dua loca habetur.* In eadem recapitulatione c. 10. 27. 31. codex Sangallensis habet constanter *in dua loca.* In additamento legis Burgundionum cap. 18. Tilius edidit: *Et si duo paria pignoraverit.* Pro quo codex Bignonij habet *dua paria.* In lege Bajuvariorum tit. 1. cap. 14. §. 2. *duo modia sationis.* ubi codex regius habet *dua.* Codex Corbionensis in capite 22. legis Alamannorum habet *panem modia dua.* Charta 99. *S. Galli* apud Goldastum: *Inter illa dua mansa cernebant.* Charta Acfredi Ducis Aquitanorum in Chartulario Brivatensi cap. 433. *dent pro me solidos dua milia.* Capitulare anni DCCCXVII. cap. 22. in codice Helmæstadiensi, *calciamenta diurna paria dua.* Dicebant etiam *dui* pro *duo*; ut in lege Alamannorum cap. 98. §. 2. *sic ut dui teneant.* pro quo in codice Thuano scriptum est, *sic ut dui teneant.* Scribebant etiam interdum *amba* pro *ambo*: ut apud Marculfum lib. 2. cap. 40. in codice regio & in Pithœano *amba locella.* quam lectionem nos ibi propterea retinuimus. Item *ponda* pro *pondo*, ut in Chronico Cameracensi Balderici lib. 1. cap. 52. pag. 89. in margine ex codicibus S. Gisleni & S. Mariæ Atrebatensis. *Digita* quoque dicebant, ut in capite octavo legis Alamannorum in editione Tiliana. *Redita* pro *reditus* legi in canone 36. Concilij Toletani quarti in vetustissimo exemplari Ecclesiæ Lugdunensis. *Censa* etiam pro *census* in Capitulis Karoli Calvi tit. 14. cap. 2. tit. 36. cap. 2. Eodem modo *mansa* dicebant & *modia*, ut pluribus exemplis ostendi posset.

MONACHI NEGOTIA] id est, commer- Ibid. c. 22. cia, ut apud Hieronymum in epistola ad Rusticum. Sic enim habet optimus codex Corbeiensis, pro eo quod in vulgatis editionibus scriptum est *compendia.*

VT SERVVM] In libro tertio legis Longo- Ibid. c. 23. bardorum tit. 1. cap. 16. legitur. *Vt servum alterius nemo sollicitet ad clericalem vel monachalem ascendere ordinem sine licentia domini sui & voluntate.* Vox *ascendere* heic superflua est, & non extat in antiquis codicibus manuscriptis bibliothecæ regiæ. Vide suprà in Notis ad Capitulare anni DCCCXXII. cap. 7.

VT SI CLERICI] Vide infrà cap. 38. Pag. 708. Ceterùm caput istud sic legitur in capite tertio c. 28. Concilij Trosleiani: *Vt Clerici & monachi, si inter se negotium aliquod habuerint, à suo Episcopo judicentur, & non à secularibus. Fas enim non est ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.* Vide infrà lib. 6. cap. 111. 390. & lib. 7. cap. 422. & Capitula data Presbyteris, descripta ex schedis Sirmondi.

VT LOCA] Burchardus caput istud refert Ibid. c. 31. *ex Concilio apud Aquasgrani cap. 4.* Sic etiam Ivo par. 3. cap. 17. in veteri codice sancti Victoris Parisiensis. Nam in editionibus legitur: *Ex Concilio Chalcedonensi cap. 23.* In Pannormia edita lib. 2. cap. 15. *Ex Concilio Chalcedonensi cap. 24.* Sed in Pannormia MS. in bibliotheca

Tom. 1. Colbertina ſcriptum eſt : *Ex Concilio apud Aquiſgrani.*

MANEANT PERPETVO] Hanc Karoli conſtitutionem non fuiſſe obſervatam docet caput tertium Concilij Troſleiani, ubi refertur. Tum verò Epiſcopi addunt: *Nunc autem in monaſteriis Deo dicatis monachorum, Canonicorum, & ſanctimonialium, Abbates laici cum ſuis uxoribus, filiis, & filiabus, cum militibus morantur & canibus.* Vide ſynodum Anglicanam apud Celichyth habitam anno DCCCXVI. cap. 8. & Concilium Meldenſe cap. 75.

Ibid. c. 32. ASCENSIONIS IN CÆLOS] In codice Rivipullenſi legitur: *aſcenſionis in cœlos, & adventus Spiritus ſancti ſuper Apoſtolos, & fideli expectatione futuri judicij diligenter omnibus prædicetur.* Sed hæc non extant in Capitulari Aquiſgranenſi, neque in Concilio Carthaginenſi ex quo caput iſtud ſumptum eſt.

Ibid. c. 34. CONVERTVNT SE AD DEVM] id eſt, reconciliari ſe poſtulant divinis altaribus, à quibus ſubmoti fuerant propter ſua facinora & publicæ pœnitentiæ addicti. Hic eſt verus ſenſus hujus loci, ut patet ex canone 32. Concilij tertij Carthaginenſis. Vide Notas Balſamonis & Zonaræ in canonem ſeptimum Concilij Carthaginenſis.

Ibid. c. 35. Caput iſtud cum XXVIII. ſequentibus deeſt in codice Rivipullenſi.

Pag. 709. c. 40. VT NON LICEAT] Burchardus pro more ſuo caput iſtud refert *ex Concilio Rotomagenſi cap. 16.*

CATHEDRA] Cathedra epiſcopalis apud auctores eccleſiaſticos interdum accipitur de ipſa ſede Epiſcopi in Eccleſia, aliquando de Eccleſia quam vocamus cathedralem, ut heic. Primi generis cathedræ erant olim ligneæ, etiam ævo Karoli Magni, ut oſtendit hic locus ex veteri homiliario MS. Eccleſiæ Lugdunenſis : *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Hæc verba Domini non debemus carnaliter intelligere, ut credamus Scribas & Phariſæos ſedisſe ſuper cathedras ligneas, ſicut modò ſolent ſedere Epiſcopi & Preſbyteri in Eccleſia.* Alio verò ſenſu, ut diximus, eſt civitas in qua conſtituta eſt propria Epiſcopi ſedes, ubi debet aſſiduè morari, niſi propter opus neceſſarium oporteat eum abeſſe. Quoniam verò nonnulli, liberioris ac quietioris vitæ cupidine ducti, civitates ſuas deſerebant ut ad ruſticanas parœcias ſe conferrent, Karolus, juxta conſtitutionem ſynodi Carthaginenſis, hanc licentiam libertatémque vivendi repreſſit. Vide Notas ad Reginonem pag. 542. & Franciſcum Florentem in titulum Decretalium de tranſlatione Epiſcopi pag. 280.

Ibid. c. 41. INCERTÆ SANCTOR. MEMORIÆ] id eſt, reliquiæ. Auguſtinus lib. 22. de civitate Dei cap. 8. *Ad aquas Tibilitanas Epiſcopo afferente Projecto martyris glorioſiſſimi Stephani memoriam.* Sic enim legitur in antiquis libris, ut Ludovicus vives heic monet, & in veterrimis membranis bibliothecæ Colbertinæ, ubi tota iſta narratio hanc titulum habet : *Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi de ſancto Stephano.* Ibidem paulò poſt legitur : *Memorati memoriam martyris, quæ poſita eſt in caſtello Sinitenſi, quod Hipponienſi colonia vicinum eſt, ejuſdem loci Epiſcopus Lucianus populo præcedente atque ſequente portabat.* Item paulò poſt : *Per memoriam ſupradicti martyris, quam Poſſidius illo advexit Epiſcopus, ſalvus factus eſt.* In canone tamen quinquageſimo Concilij Africani, ex quo ſumptum eſt hoc caput, memoria accipitur pro altari in quo poſitæ ſunt reliquiæ martyrum. Ideo autem iſtam conſtitutionem edidit Karolus M. quia ſeculo illo nonnulli monachi venditabant falſas ſanctorum reliquias, ut pluribus oſtendit Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 124. Qua de re videndus eſt, præter ceteros, Amulo Lugdunenſis Archiepiſcopus in epiſtola ad Theodboldum Epiſcopum Lingonenſem. Præterea *eatum atas*, ut Brovverus ait in libro octavo annalium Trevirenſium pag. 399. poſtremæ editionis, *reliquiis undique conquirendis avida fas nefáſque miſcebat.* Hinc fabulæ illæ de corporibus ſanctorum furto ſublatis. Veluti cùm Ratisbonenſes putant Dionyſij Pariſienſis Epiſcopi furto ſublatum apud ſe eſſe, ut Aventinus ſcribit in libro quarto annalium Boiorum. Corpus item ſancti Martini Turonenſis Epiſcopi furto ſublatum habere ſe jactitant Salisburgenſes, ut patet ex narratione quæ extat apud Henricum Caniſium in tomo ſexto lectionis antiquæ pag. 1221. Noſtri quoque Galli corpus ſancti Gregorij Magni furati ſunt ævo Ludovici Pij & in monaſterio ſancti Medardi Sueſſionenſis repoſuerunt, ſi vera eſt narratio quæ extat apud Bollandum in tomo ſecundo Januarij pag. 284. Apud Flodoardum lib. 3. cap. 24. Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus ſcribit Ludovico Abbati ſancti Dionyſii *pro repetendo corpore ſancti Deodati, quod quidam Giſo, cupiditate rerum ipſius ſancti ductus, ex diœceſi Remenſi furtim transferri fecerat in Pariſiacenſem parochiam, inconſulto Epiſcopo in cujus jacebat epiſcopio.* In hiſtoria XXIII. Abbatum ſancti Albani pag. 88. legimus corpus ejuſdem ſancti ab Elienſibus doloſo titulo ac ſacrilego ſcelere retineri. Infinitum eſſet omnia perſequi. Incertas porrò ſanctorum reliquias populis honorandas exhiberi vetuit ac ſub majore Eccleſiæ ſuæ altari collocari juſſit Anaſtaſius Germonius Archiepiſcopus Tarantaſienſis, ut patet ex actis ejuſdem Eccleſiæ lib. 3. tit. 45. cap. 1.

Ibid. c. 44. VT VILES PERSONÆ] in capitulis Karoli M. excerptis ex lege Longobardorum cap. 24. legitur : *Falſa perſona non habeat poteſtatem accuſandi.*

Pag. 710. c. 45. VT VIRGINES NON VELENTVR] Vide de Hugonem Menardum in Notis ad librum ſacramentorum pag. 211. & Carolum Dufreſnium in Notis ad Annam Comnenam pag. 419.

Ibid. c. 47. ECCLESIASTICA IEIVNIA] Vide infrà lib. 5. cap. 152.

Ibid. c. 49. ANTE TRIGESIMVM] Flodoardus lib. 3. cap. 21. de epiſtolis Hincmari : *Iohanni Rotomagenſi, reſpondens ad interrogationem ipſius de quodam Clerico qui ad Eccleſiam quondam promotus regendam, ordinari per ætatem rite non poterat.*

Ibid. c. 51. NOMINA RECITENTVR] Auguſtinus in collatione tertia Carthaginienſi cap. 230. *In*

Tom. 2.

Tom. I. *Ecclesia sumus in qua Cæcilianus episcopatum gessit & diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus.* Vide S. Gregorium lib. 3. Indict. 12. epist. 37. Concilium Tulugiense habitum circa annum MXLV. *nec inter fideles mortuos eorum nomina ad sacrum altare recitentur.* Ponebant super altare nomina quæ recitanda erant; ut patet ex veteri codice Colonienſi quem Pamelius laudat in tomo ſecundo Liturgicon Eccleſiæ Latinæ pag. 180. ubi ita legebatur: *Memento Domine famulorum famularúmque tuarum & eorum quorum nomina ad memorandum conscripsimus, ac super sanctum altare tuum conscripta adesse videntur.* Probatur etiam iſtud ex vetuſtiſſimo libro ſacramentorum monaſterij Gellonenſis in Septimania, ubi ita legitur cap. 316. *Pretende Domine misericordiam tuam famulis & famolabus tuis quorum commemorationem agimus, vel quorum nomina ante sancto altario tuo scripta adesse videntur, quorum numerum & nomina tu solus Dominus cognuscis, dexteræ cælestis auxilij, ut te toto corde perquirant, & qui dignè postulant adsequantur, & animabus famulorum famularúmque tuarum omnium fidelium chatolicorum hortodoxorum qui tibi placuerunt quorum commemorationem agimus vel quorum nomina ante sancto altario scripta adesse videntur, remissionem cunctorum tribue peccatorum, indulgentiam quam semper optaverunt pia supplicationis consequantur. Per Dominum.* Ex quibus locis videtur colligi non conſueviſſe recitari nomina ſingulorum, ſed omnium in averſione, eorum videlicet qui in altari conſcripti erant ut Presbyter celebrans de his præcipuè cogitaret in oblatione ſacrificij. In eclogis tamen Amalarij legimus ævo Karoli M. ſuetum in Eccleſiis noſtris fuiſſe recitari nomina fidelium vivorum & defunctorum in ea Miſſæ parte quam nos canonem appellamus, non quidem in averſione, ſed pronuntiatis ſingulorum nominibus. Aliquando nominum recitatio fiebat à Subdiacono retro altare. Probatur iſtud ex libro ſacramentorum in editione Menardi pag. 264. *Subdiaconi à retro altari, ubi memoriam vel nomina vivorum & mortuorum nominaverunt vel recitaverunt, procedunt post Diaconum.* Auctor exegeſeos in canonem Miſſæ: *Cùm primùm dicitur, Memento Domine famulorum famularúmque tuarum, & sic deinde subjungitur, & omnium circumadstantium, manifestum est quòd quasi quidam locus sit ubi aliquibus specialiter nominatis, etiam ceterorum qui assistunt in Ecclesia commemoratio adjungatur: in quo utique loco aut liberum est sacerdoti quos desideraverit peculiariter nominare & nominatim Deo commendare; aut certè illud ab antiquis observatum est ut ibi offerentium nomina recitarentur.* Exegeſeos iſtius auctorem eſſe Florum reperi notatum manu clariſſimi viri Pauli Petavij Senatoris Pariſienſis.

Pag. 711. c. 59. Filii diab. dissensiones] Eginhardus epiſt. 62. *Demones quippe, ut manifestissimè patet, dissensione & perturbatione bonorum hominum gaudent, & discordia delectantur.* Sergius II. in epiſtola de vicariatu Drogonis: *At contrà qui bella volunt, quia diaboli filij sint palam datur intellegi.*

Iudices ieiuni] Vide infrà lib. 3. cap. 38. lib. 5. cap. 103. & lib. 6. cap. 232. Tom. I. Pag. 712. c. 60.

Habet iurare] Hæc eſt vera lectio, quam exhibent omnia ferè vetera exemplaria. In uno tamen Vaticano, in Metenſi, & in Camberonenſi legitur *audet jurare.* Quam lectionem habet etiam Regino, & poſt eum Burchardus, Ivo, & Gratianus. Burchardus porrò pro ſua audacia conſtitutionem hanc tribuit Papæ Cornelio, quia nolebat eam laudare ex libris Capitularium. Vide Notas ad Gratianum pag. 532. & ad Reginonem pag. 590. Ibid. c. 61.

Non cogantur iurare] Poſt hæc verba ſequitur in vulgatis editionibus Capitularium, *ſicut Gunebodigni faciunt.* Certum eſt autem eam clauſulam additam fuiſſe à Iohanne Tilio. Non extat enim in vetuſtis exemplaribus Anſegiſi, neque in editione Baſileenſi. Pari licentia eam Correctores Romani addiderunt apud Gratianum, ut illic monuimus. Vide etiam Notas ad Reginonem pag. 590.

Nec in sva causa] Hæc & quæ ſequuntur non extant in codice Colbertino, ſed iſta tantùm: *contra Eccleſiam, vel Clericorum accuſator exiſtat.*

Phytonis] Ita vetera exemplaria. Editio Baſileenſis, *Phytonum.* Bavarica tamen & editiones Tilij & aliorum habent *Pythonis.* Quo modo ſcriptum eſt hodie in Deuteronomio. Pag. 713. c. 62.

Consultor] In codicibus regio, Trecenſi, Tiliano, Thuano, uno Sangallenſi, & in meo legitur *conſulator*, itémque in editione Baſileenſi. In altero Sangallenſi, *Phitones conſulantur.* Veteres librarij ſæpe confundebant vocabula *conſolatio, conſultatio, conlatio.* Vtendum eſt exemplis. Nam hinc eruditi poſſunt interdum emendare corruptos veterum auctorum libros. Petrus Pithœus in Notis ad collationem legum Moſaycarum pag. 131. *Conſultationis*] *Vet.* conſolationis. *quo modo & in optimo Servij exemplari ſcriptum eſt eo loco lib. 3. Æneid. Augurium eſt exquiſita deorum voluntas per conſolationem avium aut ſignorum.* Fauſtus Reienſis epiſtola quinta: *pro cujus timore & amore conſolatio ipſa tractatur.* Vbi legendum eſt *conſultatio.* Sic in epiſtola 21. Hormiſdæ conſolatio dicitur quæ conſultatio dicta fuit in epiſtola 17. Cùm autem librarij dubitabant utra lectio præferenda eſſet, utramque ponebant; ut in epiſtola 36. Hincmari, *pro diverſorum patrum conſolatione vel conſultatione.* Nam in opuſculo IV. capitulorum cap. 25. & 43. legitur ſimpliciter, *pro diverſorum patrum conſolatione.* Sumptus eſt autem iſte locus ex decreto Gelaſij de libris canonicis & apocryphis; ubi pro eo quod Hincmarus heic habet *conſolatione*, Nicolaus primus *conſultatione* poſuit in epiſtola XLII. ad Archiepiſcopos & Epiſcopos apud Gallias conſtitutos, cujus partem refert Gratianus diſt. 19. cap. *Si Romanorum.* In lege Burgundionum tit. 60. §. 1. legitur: *nova lege futuris temporibus conſulatur.* Pro quo codex Bigotianus habet *conſolatur.* Apud ſanctum Ambroſium ſermone ſexto legitur: *ſine aliqua prædicationis conſolatione dimiſerim.* Heic verò vetuſtiſſimus codex Eccleſiæ Lugdunenſis habet *conſulatione.* Sic lib. 5. Capitularium cap.

Tom. I. 35. pro eo quod quidam codices legunt *consultandum*, alij *consulendum*. Normannicus & unus Sangallensis habent *consulandum*. Plura exempla si quis requirit, consulat Salmasium in Notis ad Iulium Capitolinum pag. 92. Illud tantùm addam, dictum aliquando fuisse *consulare* pro *consolari*. Fortunatus lib. 4. cap. 6. in Epitaphio Exotij Episcopi civitatis Lemovicinæ:

Seà quia non licuit, populum spes consulat illa
Hunc quòd pro meritis vexit ad astra fides.

CAVCVLATORES] Ita plerique codices. Alij *calculatores*. Regius, Trecensis, & meus, *auguriatores*. Vaticanus unus, Colbertinus, & unus Sangallensis, *auguratores*.

NEC INCANTATORES] Ista non extant in antiquis exemplaribus regio, Trecensi, Pithœano, Parisiensi, & meo.

TEMPESTARII] qui fulgura & tonitrua aliásque aeris tempestates excitare se posse profitebantur. Vide Notas ad librum Agobardi de grandine & tonitruis pag. 68. & Reginonem lib. 2. cap. 353. 355.

ARBORIB. V. PETRIS] Vide sanctum Gregorium lib. 7. Indict. 1. epist. 5. sanctum Eligium in homilia edita in tomo quinto Spicilegij Dacheriani pag. 215. 217. Reginonem lib. 2. cap. 358. 359. ubi vide Notas. Vide etiam capitula data Presbyteris, quæ Sirmondus descripsit ex Vaticano & Casinensi codicibus.

Ibid. c. 63. PRÆDICARE] Caput istud cum tribus sequentibus deest in codice Normannico.

ET CETERA Q. I. LEG.] Hæc desunt in codice S. Vincentij Metensis. In ceteris exemplaribus, nullo excepto, legitur tantùm *& reliqua*. Nihil tamen mutare voluimus, quia hæc leviora sunt.

Ibid. c. 66. DILIGENTER DISCVTIANT] Sapienter sanè ac prudenter ista jubet Karolus. Nam qui ad Presbyteri gradum aspirabant, literis tamdiu dabant operam donec ad ordinationem pervenissent & titulum ab Episcopo suscepissent. Postea plerique literarum studia omittebant, ut patet ex Flodoardo lib. 3. cap. 28. de epistolis Hincmari: *Item pro quodam Presbytero qui ea quæ de suo ministerio quondam didicerat, post ordinationem suam per incuriam fuerat oblitus.* Itaque Episcopus, cum diœcesim suam circuibat, petere tendebatur à Presbytero *si epistolam & evangelium bene legere posset atque saltem ad literam ejus sensum manifestare*, ut legitur in Inquisitione quæ extat in libro primo Reginonis de ecclesiasticis disciplinis. Rediit deinde hæc temporum infelicitas, ut colligitur ex oratione 26. Isidori Clarij Episcopi Fulginatis in sermonem Domini in monte habitum, ubi optimus ille Episcopus sic clerum suum alloquitur: *Date præterea operam ut eos in literarum studia progressus faciatis ut in divinis lectionibus versari quotidie & ea in ipsis conficere spatia possitis quæ vestri ordinis hominibus sunt consentanea. Alioqui ne expectet quisquam vestrum se ad sacros ordines esse à me promovendum qui ea quæ leget, saltem in sanctorum evangeliorum contextu, non sit idoneus intelligere. Nam hoc invisendarum parochiarum tempore neminem ferè sacerdotem reperi qui ea quæ legeret, scivet interpretari.* Ea de causa hanc saluberrimam constitutionem in synodo sua anno MDXLVII. edidit: *Illud in primis, quod multorum ne dicam omnium malorum in Ecclesia Christi causa est, caveatur, ne temerè ac sine judicio sacerdotes recipiantur, præsertim ad curam animarum. Nam in hac visitatione deprehendimus maximam in eis ignorantiam, ut nonnulli non solùm nihil eorum intelligant quæ legunt, verùm ne rectè quidem legere sciant.* In nonnullis florentissimi istius regni provinciis, cùm plures in una domo sunt filij, primus destinatur continuandæ genealogiæ, alter studiis literarum traditur ut Presbyter esse possit. *Il estudie pour estre Prestre.* Sic enim loquuntur parentes. Vbi verò ordinati sunt in gradu cujus causa accesserant ad studia literarum, libros deinceps non tractant, sed vitam in otio & silentio per summam ignaviam & inertiam transeunt, partim tabernas ingredientes bibendi & edendi causa contra sanctorum canonum instituta & capitularia sanctionum, partim venationi & aucupio Indóque operam dantes contra veterem disciplinam. Vide Concilium Cloveshoviæ cap. 10. Tom. I.

PSALMI MODVLENTVR] Auctor vitæ Alcuini: *Iuvenis psalmorum modulationem secretam non tantum quantum aliam lectionem amaverat.*

DOMIN. ORAT. INTELLIGANT] Vide Capitulare quintum anni DCCCXIV. cap. 3.

ET VT GLORIA] In codice Rivipullensi sic legitur hic locus: *Et ut Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto cum omni honore apud omnes cantetur; & ipse sacerdos cum sanctis angelis & dominationibus & potestatibus & cœli cœlorum virtutibus & Cherubim & Seraphim & populo Dei &c.*

ARMA NON PORTENT] Legibus enim cautum erat ne sacerdotes arma tractarent, néve agitatores sanguinis essent. Postea tamen censuerunt Principes debere illos reipublicæ auxilia ad arcendos hostium incursus. Illi verò preces suas offerebant. Hincmarus epist. 9. ad Episcopos Remensis provinciæ cap. 4. *Qua de re nobis Episcopis satis agendum est ne in consilio quod à nobis reipublicæ ministri secundùm Domni Regis mandatum petierint, à nostro ministerio exeidamus, & ne de auxilio, quantum Deus unicuique nostrum posse dederit, abscedamus, sequentes sententiam Domini dicentis: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. In auxilio igitur præbeamus arma divina, jejunia, orationes, lacrymas, imploranones ad sanctorum suffragia, & auxilia divina per nos nostrásque parochias.* Cùm per hæc Episcopi se excusarent à præstandis subsidiis in magnis regni periculis, ministri regij reponebant rempublicam aliis auxiliis indigere & Pippinum Regem, cùm in Italiam profectus est ad defensionem sedis apostolicæ, non excommunicatione apostolica sed virtute hostili Haistulfum Regem Longobardorum oppressisse, Italiam domuisse, justitias sancti Petri obtinuisse. Testis idem Hincmarus in epistola 41. ad Hadrianum Papam: *Pippinus non excommunicatione apostolica sed virtute hostili Haistulfum qualemcunque Regem Christianum oppressit, & Italiam domuit, atque justitias sancti Petri obtinuit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. Et paulò pòst: *Et vos ergo solis orationibus vestris regnum contra Nortmannos & alios impetentes defendite, & nostram defensionem nolite quærere.* Contrà sanctus Ambrosius in sermone 86. *Vbi sunt qui dicunt plus quàm preces sanctorum hominum arma posse? Ecce una oratio Helisæi totum exercitum vulneravit, & unius Prophetæ meritis omnis est hostium numerus captivatus.* In legibus Edoüardi Regis Angliæ, quæ in appendice Bedæ editæ sunt, legitur cap. XI. Ecclesiam Anglicanam & etiam omnem terram quæ in dominio Ecclesiæ erat, ubicùnque jacebat, liberam & immunem fuisse à tributo quod danegeldum vocabant, *quia magis in Ecclesia confidebant orationibus quàm in armorum defensionibus.* Et Paulus Papa in epistola vigesima codicis Carolini, quæ data est ad Pippinum Regem, ait regalis potentiæ culmen plus fidei virtute quàm bellatorum armis præsidio & fortitudine circumtegi. Elegans porrò & festiva est narratio de Philippo Augusto & clero Remensi apud Vvillelmum Britonem in libro secundo Philippidos extremo. Narrat enim Vvillelmus Philippum, gravi bello implicitum, subsidium petiisse à personis ecclesiasticis provinciæ Remensis, istos verò respondisse in hunc modum:

Quò pro Rege suo Regi suffragia summo
Fundere cum precibus aiunt se jure teneri,
Non solidos dare vel censum, ne postea fortè
Ecclesia pariant ex consuetudine damnum.

Diac. arma n. portent] Memorabilem historiam Diaconi arma portantis exhibet vetus charta Landavensis à clarissimo viro Gulielmo Dugdalo edita in tomo tertio Monastici Anglicani pag. 208.

Pag. 714. c. 67. Placvit] In editione Tiliana & in Pithœana legitur: *Placuit nobis admonere reverentiam vestram ut unusquisque vestrum videat &c.* Certum est ita legi in Capitulari Aquisgranensi, ex quo caput istud sumptum est. Verùm cùm omnia Ansegisi vetera exemplaria lectionem præferant quæ est in editione Basileensi, nos illam putavimus esse retinendam. Nam & Regino legit uti nos edidimus.

Svam dignitatem] Vnus codex Sangallensis habet *illorum magnitudinem.*

Sacrificia sanctificata] Codex Bellovac. *sacrificia sanctificata Deo.* Vnus Vaticanus, Colbertinus, Trecensis, & alter Sangallensis, *sacrificia sacrata Deo.*

Serventvr] Hæc est vera lectio, quam pleraque vetera exemplaria confirmant. In Pithœano tamen, in Thuano, Metensi, Camberonensi, Divionensi, & Parisiensi legitur *serviant*, in Tiliano *servant.* Basileensis item editio habet *serviant.* Sed Heroldus admonuit in margine legendum esse *serventur.*

Animos] Dubium non est quin ea lectio optima sit. In vetustissimis tamen codicibus Remensi, Pithœano, Parisiensi legitur *homines*, manifesto errore.

Ibid. c. 68. Almitatem] Editio Basileensis *altitudinem.* Sed Heroldus reposuit *almitatem* in margine. S. Bonifacius epist. 92. *Propterea almitatis vestræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor.*

Obsecr. vt b. e. pr. h. conv.] Hæc est lectio editionis Basileensis & omnium veterum exemplarium, uno excepto Tiliano, in quo scriptum est: *Obsecramus ut bonam & probabilem vitam & conversationem habeant.* Quæ sanè lectio extat in Capitulari Aquisgranensi, ubi eam retinuimus. Sed heic, in collectione Ansegisi, qui sæpe aliter scripsit quàm invenerat in fontibus, præferendum putavimus consensum veterum librorum. Tom. I.

Sed etiam ingenvor.] Vita sancti Meinvverci Episcopi Paderbornensis cap. 2. *pueros tam nobiles quàm inferiorie conditionis in scholam congregatos in divinæ lectionis eruditione nutrire.* Vixit sub Karolo Magno.

Scholæ] Magna Karolo cura erat de studiis literarum. Itaque Lupus Ferrariensis in epistola prima hanc ei gloriam tribuit ut studia literarum per eum cœpta sint revocari: *cui litera*, inquit, *eò usque deferre debemus ut æternam ei parent memoriam.* De schola Paderbornensi ab ipso instituta dictum est suprà. De eadem sic scriptum est in vita ejusdem sancti Meinvverci cap. 52. *Studiorum multiplicia sub eo floruerunt exercitia, & bonæ indolis juvenes & pueri strenuè instituebantur norma regulari, proficientes haud segniter in claustrali disciplina omniumque literarum doctrina.* Vide Concilium Valentinum III. cap. 18. Capitulare Theodulfi cap. 9. Capitula Vvalterij cap. 7. Reginonem lib. 1. cap. 207. & Maderi præfationem ad Chronicon Montis-Sereni sive Lauterbergense pag. 9.

Legentivm pverorvm] S. Bonifacius epist. 92. *Quidam sunt monachi per cellulas nostras, & infantes ad legentes literas ordinati sunt.* Leidradus Archiepiscopus Lugdunensis in epistola ad Karolum M. *Habeo scholas lectorum, non solùm qui officiorum lectionibus exercentur, sed etiam in divinorum librorum meditatione spiritalis intelligentiæ fructus consequantur.* Vide Filesacum lib. 2. Selectorum pag. 208.

Notas] musicas videlicet. Ademarus in vita Karoli cap. 8. ait Hadrianum Papam ei dedisse anno DCCLXXXVII. *Antiphonarios sancti Gregorij, quos ipse notaverat nota Romana.* Et paulò pòst: *Omnes Franciæ cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant notam Franciscam.* In vetustissimo libro sacramentorum qui extat in bibliotheca monasterij Compendiensis hæc leguntur antiquis characteribus scripta: *Gregorius Præsul meritis & nomine dignus summum ascendens honorem renovavit monimenta patrum priorum, & composuit hunc libellum musicæ artis scola cantorum per anni circulum.* Scholæ cantorum mentio est in libro sacramentorum pag. 63. ex editione Hugonis Menardi, & in epistola prima Leidradi Archiepiscopi Lugdunensis ad Karolum M. *Habeo scholas cantorum, ex quibus plerique ita sunt eruditi ut alios etiam erudire possint.* Iubet igitur Princeps ut qui ministerio altarium destinantur, artem psallendi & canendi discant. Ac sanè magnam istarum rerum curam eum habuisse docet Eginhardus in vita ejus: *Legendi atque psallendi disciplinam diligentissimè emendavit. Erat enim utriusque admodum eruditus.* De notis grammaticis dicetur infrà ad caput 105.

Tom. I. COMPVTVM] Eginhardus in vita Karoli M. *Discebat & artem computandi.* Ademarus in loco paulò antè laudato refert eum Roma discedentem anno DCCLXXXVII. secum duxisse *Cantores Romanorum & Grammaticos peritissimos & Calculatores.* Capitula Vvalterij Aurelianensis cap. 22. *Vt omnes Presbyteri calculandi peritiam habeant, & suos in idipsum studiosè erudiant.* Vide Chronicon Fontanellense cap. 15. in tomo tertio Spicilegij Dacheriani & Notas ad Reginonem pag. 541.

LIBROS EMENDATOS] Vide infrà cap. 103. & Vvalterium cap. 7.

PVEROS] id est, Clericos in ætate tenera constitutos, quos, cùm Presbyterorum sumptibus alerentur, nutritos Presbyterorum vocabant, ut colligitur ex Capitulari quinto anni DCCCXIV. cap. 5. & ex Capitulis Hincmari tit. 4. cap. 5. Alibi puerorum vocabulo servi intelliguntur, ut apud sanctum Ambrosium lib. 1. de Abraham cap. 9. *Vnde & pueros dicimus quando servulos significamus, non ætatem exprimentes, sed conditionem.* Sic etiam plerique intelligunt locum illum ex evangelio secundùm Ioannem: *Est puer unus hic habens quinque panes hordeaceos.*

Ibid. c. 69. MONACHICÆ] Hæc est lectio editionis Basileensis & codicum Remensis, Pithœani, Sangallensis, Parisiensis, & Metensis. Normannicus, Vaticanus, Camberonensis, Colbertinus, Trecensis, alter Sangallensis, & meus habent *monasticæ.* Alij *monachiæ.*

CONSTRINXERVNT] Quidam codices habent *constrinxerint.*

MONACHICE] Ita legendum esse monuit Heroldus in margine editionis Basileensis, tamenetsi in contextu posuerit simpliciter *monachi.* Sanè fatendum est majorem veterum exemplarium partem habere lectionem quam Heroldus retinuit in contextu. Eam tamen quam nos reposuimus, quæ sincerior videtur, habent Parisiense, Pithœanum, Remense, & unum ex duobus Sangallensibus.

PVLSATORIO] loco in quo noviter venientes ad conversionem suscipiuntur, sic dicto quia ibi non recipiebantur nisi postquam diù pulsaverant. Non est opus istud probare exemplis. Adferam tantùm testimonium Gerardi Abbatis Silvæ-majoris ex capite primo de vita sancti Adalardi Abbatis Corbeiensis: *In hoc itaque loco pulsans & pulsando admissus secundùm regulam sancti Benedicti instituendus &c.*

Pag. 715. ERVDIANTVR] Vnus codex Sangall. *enutriantur.*

VADANT] In codice regio, in Trecensi, & in meo legitur *eant.*

OMNIMODIS] Regius & meus, *omnimodo.* Trecensis, *omnino.*

Ibid. c. 70. VENERABILE ENIM] Ita plerique codices. In nonnullis deest vox *enim.* Editiones habent: *Et hoc nobis competens & venerabile videtur.* Certum est ita legi in Capitulari Aquisgranensi, ex quo caput istud acceptum est. Sed nos heic repræsentamus editionem Ansegisi.

HOSPITES] Hæc est lectio omnium ferme veterum exemplarium. In Remensi tamen, in Pithœano, & in Parisiensi legitur, *ut hospitum, peregrinorum, & pauperum susceptiones regulares & canonici per diversa loca habeant.* Sanè in omnibus Ansegisi vetustis codicibus legitur *canonici.* Quo etiam modo scriptum est in editione Basileensi. Tom. I.

SVSCEPISTIS] Codex Rivipull. *collegistis.*

ABBATISSAS] Vir illustrissimus Franciscus Ibid. c. 71. Bosquetus Episcopus Monspelliensis in Notis ad epistolas Innocentij III. pag. 97. egregiè illustrat hoc caput, adductis etiam verbis Concilij sexti Parisiensis lib. 1. cap. 43. ex quibus intelligitur hunc abusum etiam post istam Karoli constitutionem viguisse in regno Francorum. Observationes postea eruditissimi antistitis descripsit Christianus Lupus in scholiis ad librum Tertulliani de præscriptionibus pag. 57. & sequenti, ubi adnotat hanc femineam audaciam occasionem & originem sumpsisse ex Karoli Martelli in ecclesiasticas facultates violenta rapina, quæ omnes Francici regni per Galliam ac Germaniam Ecclesias redegit ad extremam inopiam, atque ita plures tandem orbavit Episcopis & Clericis, hanc miseriam mansisse usque ad apostolatum sancti Bonifacij, & isto medio tempore quasdam Abbatissas, quòd Episcopos non haberent, cœpisse suas moniales velare & consecrare. Hæc sunt verba Lupi. Vellem autem ut vir doctus ista aliquo veteris cujusquam scriptoris testimonio confirmasset. Nam quod à recentiore auctore in rebus adeo antiquis sine alicujus vetustioris auctoritate profertur, contemnitur, ut rectè monet illustrissimus Cardinalis Baronius. Nusquam autem importuniùs quàm in hoc loco sugillata est memoria Principis quem & ipsi Romani Pontifices laudibus prosecuti sunt, & cui amplum restauratæ religionis & disciplinæ ecclesiasticæ testimonium apud eosdem Pontifices præbuit sanctus Bonifacius. Sed heic, ut & sæpe alibi, inquietum erga Francos animum prodit Lupus, à nullo nostrum nondum, quod sciam, læsus, certè non lacessitus. Sed ut ad temeritatem Abbatissarum redeamus quæ in hoc capite damnatur, ea quoque damnata est anno DCCCXXIX. in Concilio Parisiensi, ut diximus, & postea à Ludovico Pio, cujus decretum extat in Additione secunda Capitularium cap. 16. *Simile decretum,* inquit, *Christianus Lupus, Isidori Mercatoris collectio adscribit sancto Pontifici Eutychiano. At certum est quòd sit alicujus Gallicanæ synodi. An sit sexta Parisiensi anterius vel posterius, ignoro.* Multifariam in hoc loco falsus est vir eruditus. Primò enim certum est caput de quo illic agitur non extare in collectione Isidori, sed tantùm inter decreta Eutychiani collecta ex Ivone & Gratiano & post ejusdem Pontificis epistolas edita in vulgatis editionibus Conciliorum. Deinde certum quoque est caput illud non esse alicujus Gallicanæ synodi, sed Ludovici Pij, qui illud sanxit post admonitionem Episcoporum Concilij Parisiensis. Error hinc ortus quòd Burchardus, qui Capitularium auctoritatem laudare nolebat, cùm hoc caput referre statuisset in sua collectione, titulum istius capitis, ut sæpe solet, mutavit, & Eutychiano Papæ tribuit constitutionem quæ Ludovici Imperatoris erat.

CAPITA] In codice regio, in Trecensi, & in meo legitur, *caput.*

Tom. I. Pag. 715. c. 72. VT ILLI CLERICI] Burchardus lib. 8. cap. 7. caput istud refert ex Concilio Toletano, ut solet.

VIDETVR CORR. A. EM. ESSE] Hæc est lectio vetustissimorum exemplarium, sed non omnium. Nam regium, Bellovacense, Trecense, Colbertinum, unum Sangallense, Camberonense, & meum habent *corrigantur atque emendentur*. Quo etiam modo scriptum est apud Burchardum. Amerbachius & Heroldus eam lectionem exhibent quam nos retinuimus.

Ibid. c. 73. PSEVDOGRAPHIÆ] Ita veteres codices, nisi quòd quidam habent *pseudographiat*, alij *pseudographia*, ut Amerbachius. Regius, Trecensis, & meus legunt *pseudographæ*. Quo etiam modo scriptum est in editione Basileensi. Sed in prima appendice Reginonis legitur *pseudographiæ*.

EPISTOLA PESSIMA] Iidem tres codices habent *epistolæ pessimæ & falsissimæ quas*. Postea Trecensis habet *cecidissent*. Sed regius & meus, *cecidisset*.

FALSISSIMA] Editiones Bavarica & Basileensis, *fallacissima*.

TRANSACTO ANNO] id est, anno septingentesimo octuagesimo octavo. Nam Capitulare istud editum fuit anno DCCLXXXIX. apud Aquisgranum. Itaque hic locus intelligi non potest de epistola quam Adalbertus ad se venisse de cœlo dicebat, ut est in actis Concilij Romani sub Zacharia. Fortassis est illa cujus fragmenta quædam reperi inter schedas illustrissimi viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis, descripta ex quodam veteri codice Hispaniæ Tarraconensis.

DICEBANT ALIQVI] In appendice Reginonis legitur, *dicunt in Hierusalem de cœlo cecidisse*.

ALIOS] Ita major veterum exemplarium pars. Regium, Colbertinum, Trecense, Thuanum, Normannicum, & unum ex Sangallensibus habent *aliquos*. Sed hæc lectio sana non est.

NEC CREDANTVR] Vide legum humanarum fortunam. Insserat Karolus M. ne quis falsis illis epistolis fidem adhiberet. Oblata deinde est Ludovico Pio ejus filio epistola nomine Gabrielis Archangeli scripta. Eam respuit. Bene factum. Et tamen ejus memoriam propterea accusat auctor annalium Fuldensium ad annum DCCCLXXIV. *Si enim*, inquit, *ut cetera omittam, hæresi Nicolaitarum fortiter & viriliter restitisset, & monita Gabrielis Archangeli, qua Einhardus Abbas duodecim capitulis comprehensa ei obtulit legenda & facienda, observare curasset, forsitan talia non pateretur.*

Ibid. c. 74. DECERTAVIT] In codice Thuano legitur *decretavit*, in Metensi *decrevit*. Amerbachius edidit *decertavit*, Busæus *decretavit*. Heroldus in textu retinuit vocem *decertavit*, sed in margine admonuit legendum esse *decretavit*.

OB VNANIM. AP. SEDIS] Vide quæ Pithœus adfert in Glossario ad Capitularia pag. 711. ex libro primo Karoli M. adversùs synodum Nicænam secundam.

Pag. 716. c. 75. STATVIMVS] Regino caput istud retulit *ex capitulis Karoli*, Burchardus & Ivo *ex Concilio apud sanctum Medardum præsente Karolo Imperatore cap. v. & ex Concilio apud Compendium* Tom. I. *cap. vj.*

SYNODALIBVS EDICTIS] in Capitulari nintirum anni DCCLV. cap. 14. quod constitutum est in synodo Vernensi.

CAMPIS ARANDO] Quidam boves junxit die dominico, & agrum sulcare cœpit. Graviter punitus est. Rem gestam narrat Gregorius Turonensis in libro secundo de gloria martyrum & confessorum cap. XI.

CARRARIA] Alibi carraria est feminini generis, ut in vita B. Ioannis Abbatis Gorziensis cap. 9. *Pro carraria vini non sic astaminatum vellem.*

HOSTILIA] id est, *carra ad hostem*, ut in codice censuali sive polyptico Irminonis Abbatis sancti Germani Parisiensis in tomo quarto Actorum sanctorum ordinis sancti Benedicti pag. 96. Apud Burchardum legitur *hostilicia carra*, apud Ivonem verò *hostilicidia*. In polyptico monasterij Fossatensis lego unumquemque mansorum curtis Roxiniaci debere *pro hostilicio denarios xiv.* Et paulò antè: *Solvit unusquisque de hostileso id est pro bove sol. ij.* Istud ipsum hostelitia dicitur in polyptico sancti Remigij Remensis: *Mansum ingenuilem tenet Hilmegaudus ingenuus. Soluit in hostelitia denarios xvj.*

VICTVALIA] In editione Capitularium quam Franciscus Pithœus vulgavit anno MDCIII. additur hoc loco *& angana*, vitio typographi, cùm legendum sit *angaria*, ut rectè reposuit Lindenbrogius. Sic etiam auctoritate Petaviani codicis emendandum apud Fulbertum in epist. 14. & 110. ubi malè editum est *engaria*. Nos istam additionem omisimus, quia non habetur in antiquis libris. Fatendum tamen est extare apud Reginonem & Burchardum. Angaria porrò sunt vehiculi genus, ut observavit Franciscus Pithœus in glossario ad Iulianum Antecessorem. Vide etiam glossarium Antonij Augustini ad eundem Iulianum.

ACVPICTILE] Ita vulgatæ editiones. Vetus liber monasterij Tegernseensis, ex quo Bavarico editio prodiit, habebat *aquopictile*, ut Amerbachius admonet in margine. Vnus codex Sangallensis habet *aliquapictile*. Ex quibus confirmatur lectio quam nos retinuimus. Regius, Vaticanus unus, Bellovacensis, Divionensis, Trecensis, *acupicula*. Colbertinus, Rivipullensis, Tilianus, & Thuanus, *acupicule*. Heroldus, *acubicula*. Liber sancti Michaëlis in periculo maris, *acupicale*. Parisiensis, Metensis, & Remensis, *acupicula*. Meus, *aucupicula*. Camberonensis, *cupicula*. Alter Sangallensis, *apicule*. Pithœanus, *apicula*. Vide Glossarium Spelmanni in verbo *Acubicula*, ubi reprehendit Meursium, qui hanc vocem putavit mutandam in *acubitula*, id est, reclinatoria.

FACIANT] In plerisque vetustis exemplaribus & in editione Basileensi legitur *fiant*.

VERVICES] Ita codex unus Sangallensis, Normannicus, Remensis, Parisiensis, Divionensis, Bellovacensis, Colbertinus. Malè in Tiliano, *cervices*. In regio, Trecensi, Camberonensi, in uno Vaticano, in Metensi, Pithœano, meo, & in editione Bavarica scriptum est *vervices*. Sic etiam apud Reginonem & Burchardum.

TOM. I. Ita etiam polypticus monasterij Fossatensis. In altero Sangallensi, in Rivipullensi, Thuano, & in editione Basileensi, *berbices*. Heic observandum est istam ultimam lectionem frequentissimam esse in veteribus libris, ut docet Petrus Pithœus in Notis ad collationem legum Mosaycarum & Romanarum tit. XI. *Posteriores*, inquit, *ferè berbicem & pronunciarunt & scripserunt, ut apud Anianum & Paulum monachum & in Longobardicis Franciscique legibus. unde nobis remansit vocabulum.* Sanè in antiquis exemplaribus Capitularis Aquisgranensis scriptum est in hoc loco *berbices*. Item in capite 98. legis Alamannorum. Memoratorium Ansegisi Abbatis Fontanellensis in tomo tertio Spicilegij Dacheriani pag. 247. *mutones, berbices, pullos*. Hinc pelles berbicinæ ibidem pag. 246. *ad pelles berbicinas, unde pellicea fiant*. Hinc *pellicium berbicinum* apud monachum Sangallensem in libro secundo de rebus bellicis Karoli M. cap. 27. Hinc *muffulæ berbicinæ* in Capitulari anni DCCCXVII. cap. 79. in codice Sangallensi. Hinc denique berbices & berbicarij in statutis antiquis monasterij Corbeiensis cap. 5. *Vervices* tamen, præter codices suprà commemoratos, habet codex Bigotianus in titulo quarto legis Salicæ & in titulo 38. cap. 3. & tit. 70. cap. 3. legis Burgundionum. Item polypticus Irminonis Abbatis sancti Germani Parisiensis à Mabillonio laudatus in Notis ad Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti to. 4. pag. 96. *vervices cum agnis*. Apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandriæ pag. 359. in actis donationis quam Vvalgarius sacerdos fecit monasterio Cisoniensi: *vervices centum & octoginta*.

HONOR ET REQVIES] In antiquis exemplaribus regio, Trecensi, uno sancti Galli, Pithœano, Colbertino, Thuano, Tiliano, Parisiensi, Remensi, Divionensi, Bellovacensi, meo, & in editione Basileensi legitur *honorum requies*.

SED ET AD] In codice regio, Trecensi, & meo, *ut ad Missarum*.

Pag. 716. c. 76. SED ET VESTRVM VID.] Hæc est lectio quæ extat in Capitulari Aquisgranensi & in antiquis Ansegisi exemplaribus Tiliano, Divionensi, Pithœano, Thuano, Parisiensi, & in editionibus Amerbachij & Heroldi. In codice Camberonensi, in Bellovacensi, Remensi, Metensi, apud Reginonem, *Sed & unicuique vestrum videndum*. In uno Sangallensi, *Sed & vestrum est dilectissimi*, mendosè, ut opinor. In alio Sangallensi, in Colbertino & Rivipullensi, tum etiam in editionibus Tilij: *Summopere vobis videndum est*. Normannicus: *Summo opere vobis videndum*. Regino caput istud retulit *ex Capit. lib. tit. l x x v j.* rectè. Burchardus *ex Concilio Rotomagensi*. quem secutus est Ivo. Burchardus itaque, quod sæpe dictum sæpéque dicendum, auctor est plerarumque falsarum inscriptionum quæ in vetustis juris canonici collectoribus occurrunt.

EX SVO SENSV] id est, *ex corde suo*, ut legitur in inquisitione quæ extat initio librorum Reginonis de ecclesiasticis disciplinis. Iubet ergo Princeps ut homiliæ quæ à Presbyteris habebuntur ad plebem ecclesiasticam, fundatæ sint in sacrarum literarum textu, & ne luxuriei cogitationum suarum indulgeant, tanquam famam capTOM. I. taturi ex nova quapiam & insolenti ratione præ- dicandi. Quod genus concionatorum meritò olim damnavit sanctus Gregorius, ut adnotatum est ad epistolam Agobardi de modo regiminis ecclesiastici cap. XI.

PRIMO OMNIVM] Vide Capitulare quintum anni DCCCXIV. cap. 1.

ET EX MARIA] Reddidimus heic lectionem quæ extat in editione Bavarica & in Basileensi. quam confirmat unus codex S. Galli. Nam plerique codices habent tantùm *de Spiritu sancto & Maria*. Sic etiam in libello sacrosyllabo Episcoporum Italiæ legitur in vetustissimo codice sancti Remigij Remensis & in editione Sirmondi: *natus est de Spiritu sancto & Maria Virgine*. Pro quo tamen Tilius edidit, *ex Maria*.

RESVRRECTIONE MORTVOR.] Hic locus mutilus erat in superioribus editionibus, si Bavaricam excipias & Basileensem. Regino sensum non verba reddidit, hoc modo: *Item prædicandum est quòd omnes homines in propria carne resurgent*. Reginonem descripsit Burchardus.

CHRISTO. AMEN.] Heic definit Capitula- Pag. 717. re primum anni DCCLXXXIX. nisi quòd in ve- c. 76. tustis Capitularis ipsius exemplaribus posteà ponitur adnotatio quæ suprà pag. 241. edita est. Hanc adnotationem, quæ in nullo veterum Ansegisi exemplarium extat, hoc loco ediderat Tilius, & post eum Pithœus & Lindenbrogius. Addidit etiam veterem notam quæ in codice sancti Remigij posita est in margine capitis 77. de qua nos suprà diximus pag. 1058. ubi eam retulimus totam integram prout habetur in eodem codice. Nos illas adnotationes hinc sustulimus, ut collectionem Ansegisi talem exhiberemus qualem ab eo compositam esse constat ex antiquis libris.

QVIA IVXTA] Vide quæ de hoc capite di- Ibid. c. 77. cta sunt suprà pag. 1058.

IDEO] Vox ista addita est ex codice Colbertino, Normannico, Sangallensi, & Bellovacensi. Habetur etiam in uno Vaticano.

REBVS ILLIVS] In eodem codice Colbertino, in uno Vaticano, in Normannico item & Sangallensi legitur, *rebus Ecclesiarum*: in Capitulari secundo anni DCCCXIV. *rebus illius Ecclesiæ*. Hincmarus: *rebus Ecclesiæ*. Ita etiam Gratianus, ubi vide Notas nostras.

NVLLAM PEN. DIVIS.] Hadrianus Papa in epistola ad Tilpinum Archiepiscopum Remensem: *Et nullus per ullum unquam tempus tibi vel Remensi Ecclesiæ de rebus ad illam debitè pertinentibus divisionem vel violentiam, sicut antea factum fuit, facere præsumat*.

PATIANTVR] Quidam codices habent *patiatur*. In Divionensi scriptum est, *patiatur Ecclesia*.

SACRORVM] Initium istius capitis hoc est Pag. 718. in antiquis exemplaribus Vaticano, Sangallensi, c. 78. Colbertino: *De eligendis Episcopis sacros canones non ignorantes, ut in Dei &c.*

POTIRETVR] In codice Camberonensi, in Bellovacensi, Metensi, Remensi, Parisiensi, Pithœano, & duobus Vaticanis, tum etiam apud Anselmum Lucensem lib. 2. contra Guibertum & in chronico Reichersbergensi legitur *potiatur*.

HONORI] Ita vetera exemplaria ferme om-

Tom. I. nia. In uno tamen Vaticano, in Colbertino, Sangallensi, & Normannico legitur *jure*.

Electionem cleri et popvli] In editione Tilij & Pithœi scriptum est, *per electionem Clericorum & populi*. In codice Normannico, in Thuano, Colbertino, Sangallensi, *Clericorum & populorum*. Ex hoc loco collegit Gratianus Imperatores illis renuntiasse privilegiis quæ de electione Summi Pontificis Hadrianus Papa Karolo Imperatori fecerat. Sed illa Gratiani sententia funditus evertitur ex his quæ observata à nobis sunt ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 34. ubi ostendimus eam legem non fuisse observatam, ac nihilo minùs Reges dedisse episcopatus. id quod innumeris propemodum exemplis probari posset. Immo id factum fuisse cum bona Romanorum Pontificum venia hinc manifestè colligitur quòd ipsi reperiuntur episcopatus postulasse à Regibus. Ioannes VIII. epist. 171. 187. episcopatum Vercellensem à Carolomanno Rege Italiæ petiit pro Gosperto Diacono; cjúsque petitioni annuisse Carolomannum patet ex epistola 221. data ad Carolum Regem. Sed ex epistola præcipuè sequenti colligitur Principum auctoritas in dandis per ea tempora episcopatibus. Sic enim scribit Pontifex ad clerum & populum Vercellensem: *Omnium vestrum cognoscat sagacitas & laudanda fidelitas quoniam dilectus ac spiritualis filius noster Carolomannus gloriosus Rex istius Italici regni ipsum Vercellensem episcopatum* more præcessorvm svorvm Regvm et Imperatorvm *concessit huic Consperto viro nobilissimo*. Ioannes decimus episcopatum Veronensem à Rege petiit pro Ratherio, ut ipse docet in epistola tertia: *Allatæ cum his sunt & litteræ Domini Papæ tunc temporis Ioannis gloriosæ indolis, quibus continebantur preces ejusdem totiúsque Romanæ Ecclesiæ uti ego Veronensibus darer Episcopus. Dissimulavit hoc non parum Regi contraria molienti. Sed obtinuit deprecatio apostolica*. Quoad Romani verò Pontificis electionem, certum est ex his quæ dicta à nobis sunt in Notis ad Agobardum pag. 122. & seqq. jus Imperatorum diù post Karoli ac Ludovici tempora mansisse integrum, quamvis contrà tendentibus Romanis & Principum auctoritati illudere conantibus.

Eligantvr] Istius rei meminit Ivo Carnot. epist. 102. *Francorum Reges Carolus & Ludovicus electiones Episcoporum Ecclesiis concesserunt. quod & in suis Capitularibus scriptum reliquerunt*. Ea lex, ut dixi, observata non fuit, ac nihilo minùs Reges nostri dederunt episcopatus viris à se delectis, ut patet etiam ex epistola 81. Lupi Ferrariensis; si paucas quasdam Ecclesias excipias, quibus ex speciali privilegio concessum erat ut vacantibus Ecclesiis providerentur per electionem. De Mutinensi Ecclesia fidem facit præceptum Ludovici Pij datum anno dccexxii. editum à Gabriele Sillingardo in catalogo Episcoporum Mutinensium pag. 21. & hinc in tomo secundo Italiæ sacræ pag. 118. Karolus Crassus Imperator, ut in epistola 281. docet Ioannes VIII. Papa, Genevensi Ecclesiæ *electionem perenniter de proprio clero* donavit. Idem anno dcclxxxv. idem privilegium tribuit Ecclesiæ Cabillonensi; præceptúmque ejus edidit Petrus à sancto Iuliano, quod dein relatum est in tomo tertio Conciliorum Galliæ. Idem anno eodem simile privilegium concessit seu potiùs confirmavit Ecclesiæ Paderbornensi, ut docet auctor vitæ sancti Meinvverci cap. 7. Karlomannus Rex Francorum, Ludovici Balbi filius, superiorum Principum privilegia, qui electionem episcopalem concesserant Ecclesiæ Aurelianensi, renovavit anno dcccLxxxiii. ut patet ex ejus præcepto edito in appendice Conciliorum Galliæ Narbonensis tit. iii. Anno dcccexvii. Karolus Simplex, Karlomanni frater, edixit uti post obitum Ratbodi Archiepiscopi Trevirensis, electio Episcopi de propriis ejusdem Ecclesiæ filiis pari consensu fieret à clero & populo Trevirensi. Præceptum Karoli edidit Brovverus in libro nono annalium Trevirensium. Ottonis secundi privilegium Ecclesiæ Hammaburgensi concessum anno dccccLxxiv. refert Erpoldus Lindenbrogius in collectione privilegiorum ejusdem Ecclesiæ. Denique tamenetsi Karolus & Ludovicus legantur electiones Episcoporum concessisse Ecclesiis lege generali, videmus tamen Hincmarum Remensem Episcopum sæpe scripsisse ad Reges nostros pro impetranda canonica electione in Ecclesiis vacantibus. Quod cùm Sirmondus animadverteret, eam conciliandæ istius repugnantiæ rationem iniit. Nam post relatum caput istud nostrum ex Capitularibus, ait: *Sed hujus tamen legis beneficio ita electionum jure in posterum usa sunt Ecclesiæ ut singulæ mortuo Episcopo primùm omnium novi eligendi facultatem per Metropolitanum à Rege peterent, cum Visitatore qui præesset electioni. Tum electionis factæ decretum ad Metropolitanum referebatur, ut ea Regi probata, & electo coram provincialibus Episcopis rite examinato, tum demum ordinaretur*.

Eligantvr] Repetenda necessariò est in hoc loco observatio quam protulimus in Notis ad Gratianum pag. 468. nimirum graviter heic hallucinatum esse auctorem chronici Reicherspergensis, qui tempus istius constitutionis refert ad annum dccexlix. conditámque fuisse ait à Karolo Calvo & Ludovico Rege Germaniæ fratribus Lotharij Imperatoris. Hæc sunt ejus verba: *His temporibus Carolus & Ludovicus gloriosi Reges, fratres hujus Lotharij Imperatoris, in primo libro capitulorum suorum statuerunt Romanæ Ecclesiæ dicentes: Sacrorum canonum non ignari &c.* Errat, inquam. Primùm enim constat capitulum istud esse ex libro primo Capitularium Karoli M. & Ludovici Pij, qui de electione Episcoporum in universum intellexerunt, non verò coërcere voluerunt ad solius Romani Pontificis electionem. Deinde electio istius nullatenus pendebat à Karolo Calvo aut Ludovico fratre ejus, qui Reges Italiæ non erant. Itaque frustra legem edidissent de electione Romani Pontificis.

Ex dictis sanctorvm] Regulæ illius sive collectionis auctor est Amalarius Diaconus, ut docet Ademarus Cabanensis; ejus verò exemplar vetustissimum & elegantissimum extat in bibliotheca Colbertina. Pag. 718. c. 79.

Pratis] In codice Tiliano, in Thuano &

Tom. I. Divionensi, tum etiam in editione Basileensi legitur *partibus*.

Iota] Quidam codices habent *ita*, Normannicus videlicet, unus Vaticanus, Camberonensis, Divionensis, Remensis, Pithœanus, Colbertinus, Parisiensis. Sic etiam edidit Heroldus.

Pag. 718. c. 80. Avt monachorvm] Hæc non habentur in codice Sangallensi. Extant tamen in reliquiis & in editione Basileensi. Vt videatur esse mendum librarij.

Ibid. c. 81. Et qvomodo] In duobus Vaticanis, in Metensi & Camberonensi legitur, *ut quomodo*. In Remensi, Pithœano, Parisiensi, *ut monachis ex se ipsis sibi eligendi &c.*

Sibi eligendi abbates] nimirum cum consensu & auctoritate Episcopi in cujus diœcesi situm fuerit monasterium. Capitulare Francofordiense cap. 15. *Vt Abbas in congregatione non eligatur, ubi jussio Regis fuerit, nisi per consensum Episcopi loci illius.* Lotharij Imperatoris præceptum pro monasterio Ambrosiano datum anno dcccxli. editum à Ioanne Petro Puricello in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 184. *Et si qui quandoquidem Abbas ex eodem monasterio decesserit, secundum suam institutionem licentiam habeant per consensum Archiepiscoporum, qui tunc per tempora fuerint, de ipsa congregatione eligendi talem Abbatem qui eis secundum regulam & justitiam præficere alios possit.* Confirmari præterea istud potest exemplo Abbatissarum, quarum electiones fieri non poterant absque consensu Episcopi, ut dicetur lib. 5. cap. 384. Idem jus obtinebat in Anglia. Testis Concilium Calchuthense celebratum anno Christi dcclxxxvii. cap. 5. *Vt si Abbas aut Abbatissa de hac luce migraverint, tunc cum consilio Episcopi cujus in parochia ipsum monasterium situm est, probatæ vitæ & religiosi secundum Dominum ex ipsis eligantur pastores.* Item synodus apud Celichyth habita anno dcccxvi. cap. 4. *Vt habeat unusquisque Episcoporum potestatem in sua propria diœcesi Abbatem vel Abbatissam eligere, & hoc cum consensu & consultu familiæ.* Hinc explicari potest quod ait Ludovicus Pius in præcepto de cellis cœnobialibus diœceseos Senonensis, quas ita subjectas esse vult proprio Episcopo *ut easdem sub proprio semper regimine gubernans, secundùm institutionem sanctæ regulæ Abbates constituat & si necesse fuerit mutet.* Vrbanus II. confirmans privilegia monasterij sancti Pauli Narbonensis anno mxciii. addit: *Abbatem, qui & Præpositus dicitur, alium eis præferri auctoritate apostolica prohibemus nisi quem suæ professionis communis electio fratrum regulariter viventium de suo collegio, vel de alieno, si necesse fuerit, cum Archiepiscopi consilio secundum Deum decreverit eligendum.* Abbatum Fossatensium electionem fieri olim non potuisse absque auctoritate Episcopi Parisiensis hinc colligitur quòd novi Abbatis locatio sive inthronizatio à ministris Episcopi fiebat, ut patet ex literis Innocentij II. & sequentium Pontificum.

Ex se ipsis] Postquam diximus de libera Abbatum electione monachis concessa, consequens est ut agamus de conditione adjecta privilegio, nimirum ut Abbates eligantur ex monachis ejusdem monasterij. Frequens est hæc clausula in præceptis Regum. Nullibi autem apertiùs quàm in privilegio Karlomanni filij Ludovici Balbi pro monasterio Arremarensi: *nisi ex ipsis qui regulariter ibi sunt ab infantia nutriti, & secundùm sancti Benedicti institutionem, ex sese, non ex aliis, haberent eligendi licentiam Abbatem.* Item in præcepto Odonis Regis pro eodem monasterio: *ex sese, non ex aliis, habeant eligendi licentiam Abbatem.* Tom. I.

Eligendi Abbates] Legem istam observatam non fuisse satis constat, si quis tantisper introspicere velit annales & historias illorum temporum & privilegia monasteriis concessa. Istud ipsum ante me observavit Ioachimus Vadianus in libro primo de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 19. in editione Goldasti: *Porrò Carolus Imperator cognomento Magnus communi edicto permisit monachis ut Abbates ipsi legerent, quod ante se & Pipinus pater multis cœnobiis indulserat, adjecta tamen conditione ut & Regum auctoritatem pro more agnoscerent, justisque illorum parerent & acquiescerent. Quod insecuti tamen Principes neglexerunt, sæpius ordinatis selectisque etiam externis, qui monasteriorum habenis adhiberentur.*

Et qvaliter] Hæc & quæ sequuntur usque ad verbum *ordinaverimus* desunt in codice Parisiensi & in Pithœano.

De servorvm] Raymundus in titulo *De servis non ordinandis* caput istud laudavit ex Concilio Toletano. Reprehendit autem hoc loco Raymundum Ianus à Costa, quòd Regibus & Episcopis Francorum invidisse videatur gloriam celeberrimæ sanctissimæque constitutionis. Verùm ea culpa Raymundi non fuit, sed mala seculi fortuna. Tum enim non recurrebant ad fontes, sed ex aliorum collectionibus novæ consarcinabantur. Primus omnium Burchardus hanc constitutionem tribuit Concilio Toletano, ut dictum est in Notis ad Reginonem pag. 576. Burchardum secuti sunt Ivo, Gratianus, Bernardus Papiensis, Raymundus. Aliam viam tenuit auctor collectionis Decretalium quæ consuevit edi post Concilium Lateranense Alexandri III. ubi parte 50. cap. 56. caput istud sumptum dicitur *ex Concilio Maticensi.* Quamquam ibi idem Ianus à Costa legit *Triburiensi* pro *Maticensi*, non dubitans, ut ipse ait, quin caput istud nostrum sumptum sit ex Concilio Triburiensi. Sanè in capite 29. illius Concilij agitur de servis non ordinandis, sed aliis omnino verbis, laudatis etiam Leonis & Gregorij Romanorum Pontificum decretis. Quod non fecit auctor istius nostri capitis. Alteserra in commentario ad Decretales Innocentij III. pag. 145. putat hoc caput esse illud *quod in quodam Concilio Toletano laudatur ex pacto Francorum*; additque hanc interpretationem: *Non ineptè lex regia pactum Francorum dici potuit, quia leges sancitæ fuere in conventu Francorum.* Verùm nos jam suprà pag. 995. observavimus falsos hoc fuisse viros eruditissimos, & pacti Francorum nomine intelligi legem Ripuariam, non verò Capitularia Regum. Vide Ivonem parte 6. cap. 132. Pag. 719. c. 82.

Tom. I. SERVORVM] id est, colonorum, qui operas suas debebant dominis fundorum quos colebant. Iidem vocantur rustici in Consuetudinibus Clarendonæ cap. 16. *Filij rusticorum non debent ordinari absque assensu domini de cujus terra nati dignoscuntur.* Rusticos Ecclesiæ pro servis dixerat diù antea sanctus Gregorius lib. 1. epist. 42.

INDISCRETE PROMOVEBANTVR] Hic locus lucem magnam accipit ex charta manumissionis quam Hugo Abbas sancti Aniani concessit Reginaldo ut ad sacros ordines promoveri posset, data anno primo imperij Karoli Calvi. Integram chartam daturi sumus suo loco. Heic interim placuit ejus initium describere, quod, ut dixi, valde illustrat hunc locum. Sic ergo habet: *Cùm Christianissimus ac religiosissimus Imperator Ludovicus cælestis protectionis ope suffragante invictissimus Augustus sanctam matrem Ecclesiam ad meliora instantissimè subvehoret, hoc inter cetera sanctæ devotionis suæ studia exhibuit ut usus valde inolitus atque reprehensibilis, qui dignitatem ejus magna ex parte fuscare videbatur, eò quòd scilicet servilis & originariæ conditionis homines Ecclesiæ utilitati idonei reperti nexu servitutis eriperentur & ad hanc dignitatem promoverentur, unà cum consensu Pontificum & optimatum imperij sui statuere procuravit &c.*

EX STATVTVM] In vetustis exemplaribus regio, Sangallensi, Normannico, Trecensi, in uno Vaticano, & in meo legitur: *Vnde statutum est.*

NISI PRIVS A DOMINIS] Vita Ludovici Pij: *Considerans etiam idem piissimus Imperator non debere Christi ministros obnoxios esse humanæ servituti, sed & multorum avaritiam abuti ministerio ecclesiastico ad proprium quæstum, statuit ut quicunque ex servili conditione, conciliante scientia & morum probitate, ad ministerium altaris ascisceretur, primùm manumittantur à propriis dominis vel privatis vel ecclesiasticis, & tunc demum gradibus altaris induantur.* Duravit istud jus usque ad tempora Pontificum Romanorum qui Avenionensem cathedram tenuerunt. Edita est nuper charta libertatis quam Emelina Abbatissa sanctæ Mariæ Suessionensis concessit anno MCCCXVII. Petro filio Valteri de Choy ut Clericus fieret & in clericali libertate permaneret. Extat in bibliotheca regia vetus codex MS. numero 1892. in quo continetur *formularium*, ut fert titulus, *Domini Papæ correctum & reformatum de speciali mandato Domini Benedicti Papæ duodecimi.* Continet autem formulas rerum quæ magna ex parte actitabantur sub pontificatu Bonifacij octavi. Illic mentio est cujusdam servi qui, ignorante domino suo, ab Episcopo non suo per simplicitatem & juris ignorantiam ordinem subdiaconatus receperat, & postmodum habitu religionis assumpto, ad ordines superiores accesserat. Rescripto Romanæ pœnitentiariæ committitur Abbati monasterij in quo ille degebat ut si præfatus monachus non fuit post religionis ingressum à suo domino requisitus, & ex taciturnitate ejus præsumi possit eum consensisse, in ordine suo post peractam pœnitentiam ministrare sinatur. Alius quidam, domino suo sciente & non contradicente, ordinem subdiaconatus furtivè susceperat, in ipso publicè diutiùs ministraverat, & processu temporis ad superiores processerat. Mandatur Episcopo ejus ut si prædictis veritas suffragatur, & aliàs dictos ordines rite recepit, cum eo dispensetur eo modo quo de superiore statutum vidimus. Similem porrò huic regio codicem habet bibliotheca Cæsarea, ut Lambecius monet in libro secundo commentariorum de eadem bibliotheca pag. 932. Tom. I.

DOMINVS E. I. RECIPIAT.] Sed quæri potest utrum præscriptio heic locum habeat adversùs dominum. Ea controversia agitata est anno DCCCLV. in causa Archidiaconi Ecclesiæ Viennensis, ut patet ex capite 23. Concilij Valentini tertij. Hincmarus quoque apud Flodoardum lib. 3. cap. 23. præscriptionem oppositi Irminsindæ cuidam matronæ, quæ Diaconum quendam comprehendi jusserat & in servitium suum redigi.

AB ALIA PATRIA] In codice regio, in Trecensi, & in meo legitur *aliqua.*

IGNORAVERIT] Antiqui libri Remensis, Pithœanus, & Parisiensis habent, *ignoratum fuerit.* Sic etiam legit Hincmarus Episcopus Laudunensis in epistola ad Remensem, quæ edita est in tomo secundo operum Hincmari pag. 343. Regino, Burchardus, Ivo, & appendix Concilij Lateranensis, *ignotum sit.*

GRADVM AMITTAT] Ioachimus Vadianus lib. 1. de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 13. *Servum fugitivum ab ignorante Episcopo in presbyterum ordinatum, si dominus requisivisset, non asserebat adeo sacerdotium quin probata servitute in pristinam conditionem remigraret. Necdum enim notus erat character ille indelebilis quem scholæ postea inventum sacrificis suis inusserunt.*

IVXTA SACROS ORDINES] Ita omnia vetera exemplaria & Hincmarus Laudunensis. Dubium autem non est quin heic ordinum vocabulo intelligantur canones sive regulæ ecclesiasticæ. Itaque Regino, Burchardus, Ivo, & Gratianus voci *ordines* substituerunt vocem *canones.* Infrà cap. 91. legitur *juxta sacros canones.* Et tamen in Capitulari ipso anni DCCCXVI. ex quo caput illud sumptum est, vetus codex sancti Remigij Remensis, qui nunc extat in bibliotheca Thuana, scriptum habet, *juxta sacros ordines.* Vnde colligi potest aut voces illas tum permutari invicem solitas, aut pronos in hunc errorem fuisse librarios. Benedictus III. in epistola ad Hincmarum: *Æquiparare te viros illos prospeximus qui non terrenis actibus caducisque delectati sunt observationibus, infinitòque Dei zelo accensi, ecclesiastica promulgarunt statuta & ordines.* Hinc fortassis *ordinare* pro constituere, jubere. Certè apud Reginonem lib. 1. cap. 63. in antiquis exemplaribus Parisiensi, Viennensi, & Moguntino legitur *præter ordinationem*, ut in canone tertio apostolico apud Dionysium Exiguum & Isidorum, cùm in Helmæstadiensi scriptum sit *præter ordinem.*

VILIS PERSONA] Respicit ad caput pri-

Tom. I. mum epistolæ primæ sancti Leonis, ubi scriptum est de servis non ordinandis, *tanquam servilis vilitas hunc honorem capiat.*

Pecvliare] Vadianus lib. 2. pag. 82. *Peculium dixere Jureconsulti quidquid servus domini permissu possidebat. quòd à chartulario illo nostro peculiare rectè & Latinè est dictum. Quicquid enim ad peculium attinet, peculiare dici potest.*

In canonib. de consecratis] Vide infrà cap. 150.

Nostram avctoritatem] Vide appendicem Marculfi cap. 8.

Familia ecclesiæ] id est, servi Ecclesiæ, ut res ipsa loquitur. Extant apud Reginonem lib. 1. cap. 301. & apud Lindenbrogium cap. 101. itémque in nova nostra collectione formularum cap. 43. formulæ secundùm quas servus ecclesiasticus manumitebatur ut ad sacros ordines promoveri posset. Apud Vadianum verò lib. 2. pag. 74. & apud Goldastum in collectione chartarum sancti Galli cap. 7. legitur testamentum libertatis Sigimari secundùm hanc formulam factum ab Engildruda sanctimoniali. Itaque si quis servus ecclesiasticus ad sacros ordines promovebatur absque consensu Ecclesiæ cujus servus erat, ordinatio non valebat. Docent istud etiam literæ Guillermi Episcopi Parisiensis datæ anno MCCXLI. in chartulario monasterij Fossatensis. Et si post susceptam tonsuram clericalem uxorem ducerent, bona eorum quandoque redibant ad Ecclesias, ut patet ex literis Officialis Parisiensis datis anno MCCXLIV. in eodem chartulario.

Vtilis] Charta monasterij Conchensis data regnante Philippo : *Et si utilis fuerit, faciet illum ordinare ad Presbyterum.*

In ambone] Crisconius cap. 166. *De his quæ debeant in ambone id est in pulpito psallere.* Vide Reginonem lib. 1. cap. 407. & Burchardum lib. 2. cap. 21. 32. & glossarium Spelmanni.

Ante cornv altaris] Vide appendicem Marculfi cap. 8. & novam collectionem formularum cap. 43.

Pag. 710. c. 83. Exheredari] In codice Camberonensi, in Remensi, Normannico, Parisiensi, Pithœano legitur *exhereditari.*

Qvod si aliqvis] Postrema hæc pars istius capitis sic habet in libro Divionensi : *Quòd si aliquis deinceps hoc facere temptaverit, & acceptor synodali sententia districtè feriatur, & res ad exheredatos redeant.* Postea sequitur caput octavum Capitularis anni DCCCXVI. quod extat infrà lib. 5. cap. 212. In Rivipullensi legitur: *Quòd si aliquis deinceps hoc facere temptaverit, acceptor à synodali vel imperiali sententia modis omnibus districtè feriatur, & res ad exheredatos redeat.* Tum sequitur idem caput octavum Capitularis anni DCCCXVI. Sic etiam in Normannico, nisi quòd in nonnullis vocibus scribendis erratum est à librario. Sanè nostrum hoc caput mutilum videtur, & pleniorem sensum habet in his tribus exemplaribus. Quo fit ut existimem Ansegiso nonnulla excidisse inter scribendum, partem nimirum postremam istius nostri capitis & priorem ejus quod sequitur in ipso Capitulari.

Modis omnibvs] Codex Pithœanus habet *omnimodis.* Tom. I.

Si laici clericos] De Clericis laicorum vide infrà lib. 5. cap. 230. & Notas ad Agobardum pag. 63. Pag. 710. c. 84.

Sancitvm] Caput istud apud Gratianum refertur ex Concilio Guarmaciensi seu Vvormaciensi, ubi hodie legitur. Est autem Ludovici Pij, ut dictum est. Arbitror enim caput istud cum nonnullis ex eis quæ præcedunt & cunctis quæ subsequuntur in vulgatis editionibus Concilij Vvormacienſis, ad synodum illam non pertinere, sed esse tantùm excerpta studiosi cujusdam ex canonibus Conciliorum, decretis Pontificum Romanorum, & Capitularibus Regum Francorum. Certè pleraque capitula libri primi Capitularium illic descripta sunt eodem ordine quo repetuntur apud Ansegisum. Præterea unum idémque caput bis reperitur eisdem verbis in illa synodo, quod absurdum esset in mentem venisse cuiquam eorum Episcoporum qui Vvormaciensi Concilio interfuerunt. Verissima itaque est observatio Surij, cujus hæc est admonitio statim post caput 44. synodi Vvormaciensis : *Vsque ad hoc 45. capitulum exclusivè omnia superiora capitula, demptis quadragesimo, in quodam vetusto exemplari habebantur. Ea porrò quæ sequuntur deerant : quæ sanè ad hanc synodum pertinere non videntur, cùm interdum repetantur quæ jam superiùs iisdem penè verbis sancita leguntur.* Putavit autem Carolus Molinæus caput istud à Karolo M. editum fuisse apud Vvormatiam. Hæc sunt ejus verba ex nota marginali ad stylum Parlamenti Parisiensis pag. 231. *Hæc constitutio facta est in dieta imperiali apud Vvormatiam, ubi Carolus Magnus primùm regni diadema suscepit, & habetur ad verbum in cap. 1. extra de censi. insigni ingratitudine Pontificum Romanorum & Canonistarum, qui auctoris videlicet Caroli Magni nomen & memoriam deleverunt.* Multa hoc peccavit Molinæus. Nam primò constitutio hæc non est Karoli M. sed Ludovici Pij. Deinde falsum est Karolum M. primùm imperij diadema suscepisse Vvormatiæ. Neque hoc accusandi sunt Romani Pontifices, sed Burchardus, ex quo Gratianus & collectores Decretalium ista sumpserunt. Sanè si per malam seculorum quorundam fortunam licuisset recurrere ad fontes, arbitror Gratianum non omissurum fuisse hanc auctoritatem, qui animum à Capitularibus abhorrentem non habebat. Vide porrò Notas ad Gratianum pag. 533. & ad Reginonem pag. 545. Ibid. c. 85.

Mansvs integer] id est, qui habeat bunuaria duodecim de terra arabili & mancipia duo, ut ista interpretatur Lotharius Imperator tit. 4. cap. 1. id, servum & ancillam, ut legitur in vita Ludovici Pij : *Volens etiam unamquamque Ecclesiam habere proprios sumptus, ne per ejuscemodi inopiam cultus divini negligerentur, inferuit prædicto edicto ut per singulas Ecclesias mansus tribueretur unus cum pensatione legitima & servo atque ancilla.* Vide epistolam septimam Frotarij Episcopi Tullensis. Vide etiam infrà lib. 5. cap. 100. 214. & Addit. IV. cap. 165. & Vvinkelmannum in Notitia Saxo-Vvestphaliæ pag. 411.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. De oblationibvs] Quæsitum est olim quid heic intelligi debeat per oblationes fidelium. Reperi enim hanc observationem in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Thuanæ: *De uno manso ad Ecclesiam dato in primo libro Capitulorum ita scriptum habetur:* Sancitum est ut unicuique Ecclesiæ &c. *In hujus autem capituli loco ubi scriptum est* neque de oblationibus fidelium *intellegenda sunt etiam terrulæ vel vincola quæ pro loco sepulturæ vel pro animæ suæ requie quiscunque Ecclesiæ contulit sive contulerit.* Sumpta est ista interpretatio ex capite 407. libri sexti Capitularium & ex capite 57. Additionis quartæ. Vide Capitula Karoli Calvi tit. XXXVII. cap. XI.

Seniorivs] *id est, dominis feudalibus,* ut ait Molinæus in loco paulò antè laudato. *Sic enim vocantur in Capitulis Caroli Magni. Et intelligitur de omni servitio, etiam militiæ, ne rest. fraudetur.* Nescio tamen an vera omni ex parte sit observatio Molinæi, saltem quoad militiam. Nam infrà cap. 142. edicitur ut Episcopi prævideant quem honorem Presbyteri pro Ecclesiis suis senioribus tribuant. Sciebant autem Episcopi dictum esse Presbyteris & Diaconibus ut arma non portent, sed magis se confidant in oratione Dei quàm in armis, ut legitur suprà cap. 66. hujus libri. Et ex Capitulis Karoli Calvi tit. XXXVII. cap. XI. colligi potest servitium senioribus debitum intelligi debere de censu & de caballi pastu. Hanc interpretationem confirmare videtur caput sextum Concilij Trosleiani, ubi servitia quæ domini requirebant à Presbyteris de rebus ecclesiasticis, ista enumerantur, exactiones census, exenia, pastus, paravereda, seu caballorum saginationes. Fortassis ad servitium dominis debitum pro terris Presbyterorum pertinet hic locus ex epistola 113. inter Bonifacianas, in qua monachi sancti Petri Horbachensis ista scribunt ad Riculfum Archiepiscopum Moguntinum: *Dominus Bernarius Episcopus misit ei unum caballum pascere de nostro stipendio.*

Pag. 710. c. 26. Statvtvm] Caput istud deest in antiquis exemplaribus Sangallensi & Thuano. In Colbertino legitur in titulo: *De Presbyteris uniuscujusque Ecclesiæ.* Sed caput ipsum ibi non extat. Regino illud refert ex Capitularium lib. 1. cap. 86. Burchardus ex Concilio Remensi.

Postq. h. impletvm fv.] id est, postquam mansus integer attributus fuerit Ecclesiæ.

Svvm presbytervm] id est, proprium Presbyterum, qui curam animarum ad Ecclesiam illam pertinentium exerceat. Istud autem propterea decretum est ne Presbyter unus plures simul Ecclesias haberet. Quod temporibus illis introduci cœptum in Ecclesiam colligi potest ex his quæ adnotata sunt ad epistolam 29. Lupi Ferrariensis.

Pag. 711. c. 27. Decimæ] Ante constitutionem istam (uti suprà diximus pag. 1065.) decimæ non pertinebant ad Ecclesias noviter fundatas, sed ad antiquiores Ecclesias, id est, ad eas intra quarum limites novæ constitutæ erant. Inter epistolas Frotharij Episcopi Tullensis reperitur una Alberici Episcopi Lingonensis ad eundem Frotharium, in qua conqueritur vicum sive Ecclesiam Bosonis monasterij ptivilegium ac censum suum perdidisse propter novas capellas à Frothario dedicatas. *Unde tuam,* inquit, *fraternam deprecor dilectionem ut secundum sinceritatem episcopalem ac ecclesiasticam sanctionem agatis ne propter novas capellas antiquissimas quod per tot annos tenuit perdat Ecclesia, & mihi non sit necesse pro hoc episcopalem pulsare conventum.* Tom. I.

De sacris vasis] Puto caput istud factum esse adversùs Iudæos. Vetuerat Karolus M. anno DCCCVI. ne thesauri ecclesiastici venderentur Iudæis & aliis negotiatoribus. Inventa est, ut puto, alia ratio vendendi, nimirum pignus. Itaque impiam illam fraudem hoc capite sustulit Ludovicus Pius. Ibid. c. 88.

Sacramenta] Quænam illa fuerint explicat, ut opinor, canon XIII. Concilij secundi Cabilonensis, ubi sic legitur: *Dictum est interea de quibusdam fratribus quòd eos quos ordinaturi sunt jurare cogant quòd digni sint, & contra canones non sint facturi, & obedientes sint Episcopo qui eos ordinat & Ecclesiæ in qua ordinantur.* In formulis promotionum episcopalium cap. 18. §. 1. Hincmarus Archiepiscopus Remensis scribens ad clerum populúmque Laudunensem de ordinatione Hedenulfi Episcopi Laudunensis, inter cetera mandata quæ illi data esse ait ab ordinatoribus suis, istud commemorat: *Ab eis etiam quos ordinaverit indebitum & contra sacras regulas sibi sacramentum fieri non compellat.* Verùm tamenetsi Ludovicus ista fieri vetuisset ab Episcopis Longobardis, illi nihilominus hanc consuetudinem retinuerunt, ut patet ex Glabro Rodulpho in vita Vvillelmi Abbatis Divionensis cap. 4. *Prædictum monasterium in Vercellensis urbis episcopio situm, ejusdem Episcopi ditioni subjacebat. Inoleverat autem malè arreptæ consuetudinis usus ut nullus fratrum loci illius Levitici ordinis gradum prius susciperet quàm se se assertione jurandi promitteret servaturum fidelitatem Episcopo.* Hodie res est extra omnem controversiam. Nam quando aliquis ordinatur Presbyter, Episcopus sic eum compellat: *Promittis mihi & successoribus meis reverentiam & obedientiam?* Ille verò genuflexus & manibus suis junctis positis inter manus Episcopi, quæ sunt solennia sacramenti fidelitatis, respondet: *Promitto.* Ibid. c. 91.

Statvtvm est] Burchardus tribuit caput istud Papæ Siricio. Burchardum secutus est Ivo Carnotensis. Ibid. c. 92.

De presbyteris] Burchardus pro more suo caput istud refert *ex Concilio Meldensi cap. VI.* Idem tamen, parum memor rerum à se scriptarum, caput 67. ejusdem libri quarti ait sumptum esse ex capite sexto Concilij Meldensis. Ibid. c. 93.

Ab Episcopo] Burchardus habet, *ab Archidiacono.* Sic etiam Ivo.

Non qvadragesimæ] Antea quippe statutum fuerat ut in quadragesima Presbyteri ad Episcopum in civitatem venirent, ibique rationem villicationis suæ ei redderent, ut patet ex lib. 5. cap. 2.

Convocentvr] Postea Regino, Burchardus, & Ivo addunt, *propter plebes sibi commissas.* Sed hæc non extant in antiquis Capitularium exemplaribus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. Pag. 721. c. 94. NE VERO EPISCOPI] Regino caput istud citat *ex Capitulis Synodalibus Karoli Imperatoris tit. xciv.* hoc est, ex libro primo Capitularium. Putabat enim nihil heic esse Ludovici Pij.

ONERI ESSENT POPULIS] Concilium Toletanum VII. cap. 4. *Cùm verò Episcopus diocesem visitat, nulli præ multitudine oneroſus existat, nec unquam quinquagenarium numerum evectionis excedat, aut amplius quàm unam diem per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat.* Isidorus habet *quinarium* pro *quinquagenarium*. Sed hanc lectionem rejiciunt Correctores Romani & Loaisa. Attamen habita ratione modestiæ veterum Episcoporum, quorum animus valde alienus erat à fastu qui postea invasit plurimos eorum qui cathedras episcopales post illos tenuerunt, huc valde inclinat animus ut existimem Isidorianam lectionem esse meliorem. Postea Alexander III. in capite quarto Concilij Lateranensis modum præscribens fastui & ambitioni Prælatorum ecclesiasticorum, Archiepiscopis parrochias visitantibus permisit habere quadraginta vel quinquaginta evectionum numerum, Episcopis verò viginti vel triginta. Isidorus Clarius Episcopus Fulginas modestè visitabat suam diœcesim, nulli gravis, ne ea quidem à Presbyteris exigens quæ vetusta consuetudo & canones Conciliorum præstari jubent Episcopis paroœcias suas visitantibus. Docet nos ipse in oratione 21. in sermonem Domini in monte habitum: *Quod verò ad invisendas parochias pertinet, idem Episcopus, ne parochis gravis sit, primùm non exigit inter visitandum id quod sanctorum patrum decreta ad levandos Episcopi sumptus volunt. Quod verò ei sponte offertur, ut par pullorum, aut pulli aliqui columbarum, tam exiguum est ut nihil differat utrum quicquam ei aut nihil offeratur.* Vide Concilium Valentinum III. cap. 17. 22. & canonem Triburiensem relatum à Reginone lib. 1. cap. 12.

EXEQVI QVO] In antiquis exemplaribus Normannico, Pithœano, Remensi, & Parisiensi sic legitur: *exequi ut his quibus prodesse possunt & debent non sit importuna vel oneroſa eorum visitatio.* In duobus Vaticanis & in Metensi ita: *exequi his quibus prodesse possunt & debent, non quo eorum profectio quantum in illis erat sit importuna vel oneroſa.* Sic etiam ferme Regino.

Ibid. c. 96. DE FEMINIS] Burchardus caput istud tribuit Concilio Aurelianensi. Et ut fraudem suam magis tegat, mutat quædam verba, tanquam isto capite Episcopi decernerent ut rogetur Princeps à sacro conventu ut publicè pœnitentibus & viduis tuitionem suam impertiat. Sic etiam Ivo, quia Burchardum exscripsit. Verùm præterquàm quòd omnia Capitularium exemplaria ostendunt hanc legem esse latam à Principe, & quòd illa reperitur in Capitulari Ludovici Pij, eam ab illo editam fuisse cum consensu Episcoporum docent Episcopi Concilij sexti Parisiensis lib. 1. cap. 44. *Et abhinc ab omnibus observandum statuimus ut hujuscemodi viduæ amissis viris repentè non velentur, sed cum conhibentia Episcopi sui triginta diebus, ut à glorioso Principe Domno Hludovico cum consensu venerabilium sacerdotum jamdudum constitutum est, expectent.* Confirmata dein fuit hæc lex à Lothario Imperatore, ut patet ex libro tertio legis Longobardorum. Tom. I.

ET QVIA A SACRO] Fraus Burchardi: *Et ut rogetur Princeps à sacro conventu ut hi qui publicam egerunt pœnitentiam &c.*

ROGATI] Codex Pithœanus, itémque Normannicus, Remensis, Bellovacensis, Parisiensis habent *rogati sumus.*

TVERENTVR] passiva significatione, ut in canone undecimo Concilij secundi Hispalensis: *quorum non solùm gubernaculis tueri sed etiam doctrinis ædificari possint.* Item in epistola reclamatoria cleri Moguntini ad Ludovicum Pium Imperatorem: *Vt Ecclesia Christi Domini nostri custodiatur, adunetur, regatur, tueatur, & à perfidorum doctrinis intrinsecus purgetur.*

HOC MALVM CAVEATVR] Codex Normannicus, Remensis, & Parisiensis habent, *hoc malum ab omnibus caveatur.* Pag. 721. c. 97.

Ibid. c. 91. DE PVELLIS] Caput istud Regino refert *ex Capitularium lib. 1. cap. cviij.* Burchardus *ex Concilio Cabillonensi cap. xxvij.* Hinc ergo corrige Gratianum, qui caput istud repetit ex Concilio Cabilonensi.

DCXXX.] Emendanda est per occasionem epistola 72. Fulberti Episcopi Carnotensis, ubi scriptum est synodum Chalcedonensem fuisse duodetriginta Episcoporum. Pro quo sic legendum est ex auctoritate veterum codicum Trecensis & Petaviani: *Testem mihi allego magnam synodum Chalcedonensem sexcentorum triginta Episcoporum sub Leone Papa sub Marciano Principe congregatorum.*

XXXVIII.] Ita omnia ferme vetera exemplaria, non solùm heic, sed etiam in libro quinto cap. 224. Sic etiam legitur in vetustis exemplaribus ipsius Capitularis & canonum Isaaci Lingonensis. Tilius tamen & Pithœus reposuerunt *xxvij.* quia revera canon synodi Chalcedonensis, qui isthic refertur, est XXVII. in vulgatis editionibus Conciliorum. Codex Rivipullensis habet *xxviij.* sicut infrà lib. 6. cap. 96. omnes veteres libri habent *xxviij.* occasione istius canonis Chalcedonensis. Heroldus edidit *xxvj.* In Concilio Trosleiano editum est *xxvij.* An verò ita quoque scriptum sit in antiquis libris affirmare non possum, cùm nullum vetus illius Concilij exemplar viderim. Constans itaque esse debet legitimam esse lectionem quam nos retinuimus. Cur autem hoc caput dicatur sumptum ex canone XXXVIII. synodi Chalcedonensis, criticorum esto judicium.

DE DESPONSATIS] In libro primo legis Longobardorum caput istud tribuitur Karolo Magno, Toletano verò Concilio apud Burchardum. Puto erratum utrobique esse. Pag. 723. c. 33.

A SACRO CONVENTV] Ex hoc loco & ex his quæ dicuntur suprà cap. 96. colligitur non extare hodie omnes constitutiones editas ab Episcopis anno DCCCXVI. apud Aquisgranum.

VTRIQVE ANATHEMATIZENTVR.] Burchardus, ne ullum vestigium Capitularium heic appareret, primùm istam constitutionem tribuit Concilio Toletano, tum verba & ordinem verborum mutavit, nonnulla præterea addidit

Tom. I. dit quæ in Capitularibus non extant. Nam ubi dicitur *publica pœnitentia multetur*, ille addit *& sine spe conjugij maneat*. Item in fine scripsit: *utrique usque ad satisfactionem anathematizentur*. Deinceps ergo quærendus non est fons capitis *Statutum*. 27. q. 2. cap. 34. de quo tantopere laborarunt Correctores Rom ni.

Ibid. c. 100. Post caput XCIX. in vetustis exemplaribus Pithœano, Parisiensi, Normannico, & Remensi subjungitur: *Qui sponsam alienam ipsa non consentiente rapuerit, licèt cum ea concubuerit, reddat eam ei cui sponsa est; & is ducat eam, si velit, quia vim passa potiùs quàm violata videtur. Quòd si etiam ducere noluerit, accipiat alteram feminam. Tamen si & ipsa nubere voluerit, excepto raptore cui voluerit alteri legitimè copuletur. Raptor verò adulterij crimine reus teneatur. Quòd & ipsa consensit, similiter ut raptor nuptiis in ulterius prohibeatur; & is qui eam accepturus erat, aliam quam voluerit accipiat* Codex Pithœanus habet: *Qui sponsam alienam non consentientem rapuerit, licèt cum ea concubuerit, reddat eam cujus sponsa est.* Et postea: *accipiat alteram. Femina tamen, si & ipsa.* Item Normannicus: *accipiat alteram. Femina tamen.* In Normannico, Parisiensi, Pithœano: *Similiter ut raptor & nuptiis &c.*

De his vero] Hoc caput, cum plerisque capitibus libri primi, extat etiam in collectione Benedicti Levitæ lib. 5. cap. 226.

Capitvlo xx.] In codice regio & in meo, tum etiam in editione Basileensi legitur *capitulo xxx.* haud dubiè librariorum errore.

Pag. 724. c. 102. Examinationem crvcis] Codex regius, Normannicus, Parisiensis, Remensis, meus, *examinationem sanctæ crucis*. Metensis, *in sanctæ crucis*. Palatinus, Vaticanus, Camberonensis, *in sancta cruce*. Illustrissimus Cardinalis Baronius referens ad annum DCCCVI. verba istius capitis, quod putat esse Karoli Magni, ingenuè fatetur nescire se quid sit examen vel judicium crucis. Sanè res est adeo difficilis & abstrusa ut etiam post eruditas doctissimorum hominum observationes adhuc in ambiguo sit quo modo fieret examen illud crucis & qua ratione per crucem finirentur causæ dubiæ & obscuræ. Animus non est heic persequi varias variorum opiniones neque quempiam eorum refellere. Satis erit admonere veram mihi videri sententiam Gretseri putantis judicium illud in hoc fuisse positum ut quis sub cruce immotus persisteret donec Deus veritatem extraordinario quopiam modo patefaceret. Addo tamen oportuisse ut definitum certúmque esset tempus stando ad crucem; quo elapso, is qui perstiterat immobilis, victoriam consequebatur. Quoniam verò difficile videbatur quempiam immobilem stare ad crucem per longum spatium absque extraordinario Dei auxilio, Deo sic tribuebant judicium causarum quæ ambiguæ & difficiles erant. Extat illustre hujus rei exemplum apud Ferdinandum Vghellum in catalogo Episcoporum Veronensium tomo quinto Italiæ sacræ pag. 610. Orta erat inter cives Veronenses & Episcopum ac clerum sibi commissum controversia de ædificandis mœnibus urbis; cùmque convenire non possent, *tandem habito consilio pacti sunt ut hæc Dei & sancti Spiritus reservarentur judicio. Eligentes duos juvenes Clericos sine ullo crimine existimatos, statuerunt in Ecclesia sancti Joannis Baptistæ ad domum, & ad crucem stare fecerunt; quorum unus Aregans, pòst Archipresbyter, Ecclesiæ majoris nomine, alter verò exparte sancti Zenonis, Pacificus scilicet, qui pòst Archidiaconus Ecclesiæ majoris fuit. Hi ambo ab introitu Missæ usque ad mediam passionem tantùm quæ est secundùm Matthæum pariter starent. Ille qui de parte publica datus fuerat, in terram velut exanimis corruit. Pacificus verò usque ad finem passionis steterit. His gestis, & omnibus gratias Deo agentibus, quartam partem tam civitatis quàm castelli pars episcopij cum his quæ suprà memoravimus accepit.* Acta hæc regnante Karolo Magno.

Tom. I.

Facere præsvmat] Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicar. pag. 94. *Vrebantur judicio aquæ frigidæ, aquæ fervenis, novem vomerum caudentium, & examine sanctæ crucis, quæ omnia pòst prohibita fuere.* Huic tamen Ludovici Pij constitutioni evenit quod de plerisque aliis ejusdem Principis sanctionibus observatum est, nimirum eam non ubique servatam esse. *Ego*, inquit Gretserus, *crediderim latam quidem legem quæ hanc probationem vetaret, verùm usu non receptam.* Ista viri docti sententia aliquid veri admixtum habet. Certum quippe est eam legem non ubique servatam fuisse, licèt alicubi deinceps ab examinatione crucis abstentum fuerit, puta in vicinis Rheno, Mosæ, Mosellæque pagis. Istud collegisse mihi videor ex eo quòd in aliquot antiquis exemplaribus quæ ex tractu illo ad nos pervenerunt, crucis judicium & examen omissum est in singulis locis Capitularium in quibus reliqua exemplaria illud habent. Incipiamus à Capitulari quarto anni DCCCIII. in cujus capite tertio hæc habet editio Bavarica & vetus codex Vaticanus: *aut cruce aut scuto & fuste contra eum decertet.* At codex sancti Vincentij Metensis hæc tantùm: *cum scuto & fuste contra eum decertet.* Item pro eo quod in capite sexto idem codex Vaticanus & editio Bavarica habent *campo vel cruce contendant*, Metensis legit *campo contendant*. Hoc postremum caput extat etiam in libro tertio Capitularium capite 46. & lib. 2. legis Longobardorum tit. 28. cap. 3. iisdem omnino verbis quibus editum est ab Amerbachio; ubi cùm omnia vetera exemplaria præferant lectionem quam nos retinuimus, Metense tamen habet tantùm *campo contendant* absque ulla mentione crucis. Item in appendice secunda libri quarti cap. 34. legitur in omnibus ferme exemplaribus: *contendere voluerit in judicio aut in campo aut ad crucem, licentiam habeat.* Heic verò idem codex Metensis & alter bibliothecæ Vaticanæ, qui fuit Palatinus, omittunt voces *aut ad crucem*. Hæc ostendunt, ut opinor, hanc legem servatam esse in pagis Aquisgranensi palatio vicinis. Servatam quoque fuisse in Longobardia colligitur ex glossa codici regio apposita in titulo XXVIII. libri secundi legis Longobardorum cap. 3. *Si altor datus fuerit ab*

Tom. I. *illo super quem res intertiata fuerit, & ipse auctor rem intertiatam recipere noluerit in auctoritate sita, & dixerit se illi rem illam non dedisse vel vendidisse cui intertiata fuerit, & nullo modo se auctorem illius rei esse, tunc debet contendere cum illo causæ auctorem negat campo vel cruce. Sed cruce non, propter capitulum Lotharij Sancitum est.* id est propter constitutionem istam Ludovici Pij, quæ Lothario tribuitur in libro secundo legis Longobardorum tit. 55. cap. 32. Abolitum quoque olim propter hanc legem in Italia fuisse judicium crucis probat glossa ad idem caput tituli XXVIII. in altero codice regio: *In hoc verò quòd dicitur* cruce vel campo contendat, *de cruce repugnat, cùm per crucem non debeat fieri judicium.* Probatur demum ex nota præsenti nostro capiti adjecta in priore codice regio, ubi sic legitur: *Hoc capitulum derogat capitulo Ludovici* Si duo testimonia *tit. de testibus, & certis aliis legibus examinationem crucis fieri præcipientibus, ut est tertia de rebus intertiatis.* In capite tamen *Si duo testimonia*, quod extat suprà inter capitula Ludovici Pij excerpta ex lege Longobardorum, nulla crucis mentio reperitur. Sed in lege tertia de rebus intertiatis, quæ constituit partem capitis 214. libri sexti Capitularium & caput 46. libri tertij, mentio habetur judicij crucis.

QVÆ EST GLORIFICATIO] In antiquis exemplaribus Vaticano, Metensi, Palatino, Normannico, Bellovacensi, Tiliano, Parisiensi, Remensi, Divionensi, Pithœano, & Camberonensi legitur, *neque glorificatio.* In libro secundo legis Longobardorum, *quæ glorificata est.* Libellus monachorum Fuldensium oblatus Karolo M. cap. 19. *Ut crucis gloriatio in singulis diebus dominicis fiat ante Missam.*

Pag. 724. c. 103. B. GREGORIVS] lib. 1. epist. 24.

MISSALEM ET LECTIONARIVM] Iatto in epistola ad Otgarium Archiepiscopum Moguntinum, quæ est 114. inter Bonifacianas: *Mittite mihi de pergameno bono ad unum Lectionarium perscribendum & ad unum Missalem Gregorianum.* Hi duo libri sæpe conjunguntur apud veteres, quia utroque opus erat ad celebrandas Missas. Polypticus sancti Remigij Remensis: *Missalem Gregorij, cum evangeliis & lectionibus.* Flodoardus lib. 3. cap. 9. agens de donis ab Hincmaro Archiepiscopo datis Ecclesiæ Remensi: *Sed & Lectionarium ad Missas librum pari decore venustatum ibidem contulit.* Lectionarium, ut videmus in eo libro qui à Pamelio editus est in tomo secundo liturgicorum, continebat epistolas & evangelia de circulo anni. Vnde in testamento Eurardi Comitis legitur: *Lectionarium de epistolis & evangeliis cum auro scriptum.* In chronico Fontanellensi cap. 16. scriptum est de Tom. I. Anseglso Abbate: *Lectionarium etiam in membrano purpureo similiter scribere jussit, decoratum tabulis eburneis.* Simile Remensi Ecclesiæ donavit Hincmarus, ut Flodoardus docet lib. 3. cap. 5. *Librum quoque sacramentorum, sed & Lectionarium, quos scribi fecit, ebore argentóque decoravit.* In excerptionibus Egberti Archiepiscopi Eboracensis statuitur ut is qui voluerit sacerdotalem auctoritatem accipere, primùm sibi comparet Psalterium, Lectionarium, Antiphonarium, Missalem, Baptisterium. Itaque in Inquisitione veteri quæ edita est apud Reginonem præcipitur Episcopo ut in visitatione sua investiget utrum Presbyter plebem regens Missalem plenarium, Lectionarium, & Antiphonarium habeat. Et in Admonitione synodali antiqua Episcopus hæc inter alia dicebat Presbyteris: *Missale plenarium, Lectionarium, & Antiphonarium unusquisque habeat.* Sed ista mutata sunt in sequentibus editionibus. Missale plenarium vocabant, ut opinor, codicem in quo singula continebantur quæ ad Missam pertinebant, Lectionarium verò codicem in quo lectiones & evangelia continebantur. In Necrologio Ecclesiæ Carnotensis ista legi: *II. Non. Marc. Obiit Raginaldus Presbyter & Canonicus sanctæ Mariæ, & Bernardus Capicerius, postea factus monachus, qui dedit huic Ecclesiæ cooperiendæ xl. libras & Lectionarium evangeliorum argento tectum.* Præterea erat in Ecclesia alius codex eidem usui destinatus, *Capitulare nimirum evangeliorum de circulo anni*, in quo descripta erant initia & fines evangeliorum uniuscujusque diei. Istius nos sex vetustissima exemplaria vidimus, duo in bibliotheca regia, quorum unum monasterio sancti Martini Metensis datum olim fuit à Lothario Imperatore, aliud in bibliotheca sanctæ Genovefæ Parisiensis, reliqua tria in bibliotheca Colbertina. Aliud extare didici in monasterio sancti Medardi Suessionensis. Extare etiam in antiquissimo codice bibliothecæ Vaticanæ docet Leo Altarius in dissertatione de Dominicis & hebdomadibus recentiorum Græcorum cap. 37. ubi editus est ex eodem codice ordo Dominicarum & feriarum totius anni. Librum sanctæ Genovefæ edidit integrum Ioannes Fronto, mutato tamen titulo. Nam cùm in veteri libro legatur, *Incipit capitulare evangeliorum de anni circulo*, Fronto hunc illi titulum fecit: *Kalendarium Romanum nongentis annis antiquius.* Capitulare istud in Vaticano codice, in uno regio, sed præcipuè in uno Colbertino, qui est antiquissimus, quasdam lectiones commemorat quæ in codice sanctæ Genovefæ non extant, & sunt magni momenti. Visum est illa isthic describere ex codice Colbertino.

Contra judices malè agentes. Secundùm Iohannem cap. lxxxviiij. In illo tempore loquente Iesu ad turbas, multi crediderunt in eum, usque *opera Abrahæ facite.*

Item alia secundùm Lucam cap. ccxiiij. In illo tempore dicebat Iesus discipulis suis parabolam hanc, quoniam oportet semper orare, usque *citò faciet vindictam illorum.*

Contra Episcopos malè agentes. Secundùm Matthæum cap. liiij. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Omnia ergo quæcunque vultis, usque *intravit in regnum cælorum.*

In adventu Episcopi. Secundùm Matthæum cap. clxxxj. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Quid vobis videtur, Si fuerint alicui centum oves, usque *in medio eorum.*

Tom. I. *Item secundùm Iohannem cap. lxxxviij. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis,* Tom. I. *Ego sum pastor bonus*, usque *& unus pastor.*

In adventu principum. Secundùm Lucam cap. clxvj. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum grano synapis, usque *qui erant novissimi.*

In adventu judicum. Secundùm Lucam cap. cxviij. In illo tempore interrogavit Iesum quidam princeps, usque *vitam æternam.*

Item secundùm Lucam cap. cxlviiij. In illo tempore respondens quidam de turba dicit ad Iesum, Magister, dic fratri meo, usque *& non est in Deum dives.*

Ad sponsas benedicendas. Secundùm Matthæum cap. ccxxj. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum homini, usque *pauci verò electi.*

Pro velatione ancillarum Dei. Secundùm Matthæum cap. ccxxj. In illo tempore loquebatur Iesus cum discipulis suis in parabolis dicens, Simile factum est regnum cœlorum homini, usque *pauci verò electi.*

Ad velandam maritatam. Secundùm Iohannem cap. xxvij. In illo tempore respondit Iesus & dixit, Non potest homo, usque *impletum est.*

Item secundùm Matthæum cap. clxxxviiij. In illo tempore venit Iesus in fines Judææ trans Iordanem, usque *homo non separet.*

In lætania tempore belli. Secundùm Lucam cap. cl. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Nolite solliciti esse, usque *adicietur vobis.*

Item secundùm Matthæum cap. ccxliij. In illo tempore accesserunt ad Iesum discipuli ejus secretò dicentes, usque *hic salvus erit.*

Pro Regibus. Secundùm Lucam cap. ccxviij. In illo tempore interrogavit Iesum quidam princeps dicens, Magister bone, usque *vitam æternam.*

Pro sterilitate terræ. Secundùm Marcum cap. lxxvj. In illo tempore, cùm multa turba esset cum Iesu, usque *& dimisit eos.*

Ad pluviam postulandam. Secundùm Matthæum cap. clx. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Misereor turbæ, usque *& discipuli ejus cum eo.*

Ad poscendam serenitatem. Secundùm Lucam cap. lxxxiij. In illo tempore factum est in una dierum, & Iesus ascendit in naviculam, usque *obediunt ei.*

Pro quacunque tribulatione. Secundùm Lucam cap. cxxv. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Petite & dabitur vobis, usque *spiritum bonum petentibus se.*

In tempore mortalitatis. Secundùm Matthæum cap. xxiij. In illo tempore circuibat Iesus totam Galilæam, usque *secutæ sunt eum turbæ multæ.*

Pro iter agentibus. Secundùm Lucam cap. lxxxiij. In illo tempore factum est in una dierum, usque *& venti & mare obediunt ei.*

Item secundùm Matthæum cap. lxxxij. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Euntes prædicate dicentes quia, usque *quàm illi civitati.*

Ad Missa votiva. Secundùm Marcum cap. cxxvj. In illo tempore. Sedens autem Dominus Iesus contra gazophylacium, usque *totum victum suum.*

Pro quolibet amico. Secundùm Lucam cap. ccxiiij. In illo tempore duo homines ascenderunt in templum, usque *exaltabitur.*

Pro salute vivorum. Secundùm Iohannem cap. cliij. In illo tempore respiciens Iesus in discipulos suos dixit, Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, usque *& ego in ipsis.*

Pro infirmis. Secundùm Matthæum cap. lxvij. In illo tempore, cùm venisset Iesus in domum Petri, usque *& abiit in domum suam.*

Item secundùm Lucam cap. lxv. In illo tempore intravit Iesus Capharnaum, Centurionis autem, usque *qui languerat sanavit.*

Pro eleemosynas facientibus. Secundùm Lucam cap. clij. & in clxxx. In illo tempore dicebat Iesus ad quosdam, Vendite quæ possidetis, usque *panem in regno Dei.*

Item secundùm Matthæum cap. xlj. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Estote ergo & vos perfecti, usque *reddet tibi.*

Contra temptationem carnis. Secundùm Matthæum cap. cxc. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Dico autem vobis quia quicunque dimiserit uxorem suam, usque *qui potest capere capiat.*

Pro petitione lacrymarum. Secundùm Iohannem cap. xciiij. In illo tempore dixit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, frater meus non esset mortuus, usque *crediderunt in eum.*

Tom. I. *Contra obloquentes. Secundùm Lucam cap. xlviiij. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Beati eritis cùm vos oderint homines*, usque *multa in cœlo.*

In contentione. Secundùm Lucam cap. cxcvij. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Impossibile est ut non veniant scandala, usque *quod debuimus facere fecimus.*

Pro pace. Secundùm Iohannem cap. cxxxij. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, usque *sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.*

In agenda mortuorum. Secundùm Iohannem cap. lvj. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Omne quod dat mihi pater, usque *in novissimo die.*

Item secundùm Iohannem cap. xciiij. In illo tempore dixit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, usque *in hunc mundum venisti.*

Item secundùm Iohannem cap. xxxviiij. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Sicut enim pater suscitat mortuos, usque *de morte ad vitam.*

Item secundùm Iohannem cap. lxv. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Ego sum panis vivus, usque *in novissimo die.*

Item secundùm Iohannem cap. cxcij. In illo tempore. Tunc oblati sunt ei parvuli, usque *abiit inde.*

Item secundùm Iohannem cap. xxxiij. In illo tempore veniens Iesus in civitate Samaritana quæ dicitur Sichar, usque *non sitiet in æternum.*

In uno codice regio ista leguntur, quæ non extant in Colbertino.

In scrutinio primo. Secundùm Matthæum cap. cxcij. Tunc oblati sunt parvuli ad Iesum, usque *talium est enim regnum cœlorum.*

Item in secundo scrutinio. Secundùm Marcum cap. cvj. Afferebant ad Iesum parvulos, usque *benedicebat eos.*

Item in tertio scrutinio. Secundùm Lucam cap. ccxvj. Afferebant ad Iesum infantes, usque *talium est enim regnum Dei.*

In alio codice regio hæc quoque leguntur, quæ in aliis antiquis libris non inveni.

Quando ad Regem vel ad Principem itur. Secundùm Lucam cap. cix. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, usque *adpropinquavit in vos regnum Dei.*

Pag. 714. c. 103. Ceteros libellos] id est, librum evangeliorum, psalterium, antiphonarium, breviarium, ut est in polyptico sancti Remigij Remensis, id est, ut ego interpretor, capitulare evangeliorum de circulo anni, in quo initia tantùm & fines evangeliorum indicantur. Præterea librum de computo, alium de ordine baptismi, Martyrologium, Pœnitentiale, Passionale, canonum volumen, homilias quadraginta sancti Gregorij. Hos enim libros in supellectili Ecclesiæ commemorat idem polypticus.

In exequiis mortvorvm] Vide infrà lib. 6. cap. 197.

Ibid. c. 104. Adtenvatæ] In codice Thuano legitur *adnuptiatæ*, in Colbertino & in Sangallensi *adnullatæ*, in uno Vaticano *annullatæ*, in editione Basileensi *adunatæ.*

Deo opitvlante] Codex Colbertinus, itémque Metensis, Palatinus, Bellovacensis, Normannicus, Camberonensis, Parisiensis, Remensis, & Pithœanus habent *Domino opitulante.*

Hic inser. censvimvs] Hæc est lectio codicis Palatini, Bellovacensis, Metensis, Camberonensis, Rivipullensis, Thuani, Divionensis, Parisiensis, Remensis, Tiliani, Pithœani, & editionis Basileensis. Normannicus habet, *pro tempore hic inserenda censuimus.* Alij, *per tempora, jam emendata atque correcta ac restituta scriptis confirmare optamus.* Certè ita legitur in ipso Capitulari. Nos emendavimus Ansegisum ad vetusta Ansegisi exemplaria, & majorem librorum numerum minori prætulimus.

Pag. 715. c. 105. De scribis] In codice sancti Vincentij Metensis legitur: *De scriptoribus, ut non vitiosè scribant.* In uno Vaticano, in Sangallensi, & in Colbertino: *Iubemus ut scriptores quique non vitiosè scribant.* Sic etiam scriptum fuit in libro Caroli Molinæi.

Non vitiose scribant.] Magni quippe momenti est habere libros bene emendatos & correctos, ut legitur in cap. 68. & 103. hujus libri. Nam imperiti ac temerarij scriptores aliquando ita perturbabant sensum ordinémque verborum ut etiam in hac clarissima luce literarum infinita sint loca in veterum scriptis quæ nulla eruditorum industria sanare potest. Atque ob eam causam olim ars scribendi libros inter præcipua eruditorum studia censebatur, uti dictum est in Notis ad Agobardum pag. 145. & ostendit etiam Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 825. Hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum tradit Pamphilum martyrem manu sua descripsisse magnam partem operum Origenis: *Pamphilus Presbyter tanto bibliothecæ divinæ amore flagravit ut maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quæ usque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur. Sed & in duodecim Prophetas viginti quinque ἐξηγήσεων Origenis volumina manu ejus exa-*

Tom. I. *rata reperi, quæ tanto ampleƈtor & ſervo gaudio ut Cræſi opes habere me credam.* Paulinus Preſbyter in vita ſanƈti Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis: *Nec operam declinabat ſcribendi propria manu libros, niſi cùm aliqua infirmitate corpus ejus attenuaretur.* In veteri libro Priſciani MS. in bibliotheca Colbertina hæc leguntur in calce: *Fl. Theodoſius V. D. Memorialis ſacriſcrinij epiſtolarum & adjutor Quæſtoris ſacri palatij ſcripſi manu mea artem Priſciani viri diſertiſſimi grammatici doƈtoris mei in urbe Roma Conſtantinopoli die V. Kal. Marcias Mavortio V. C. Conſule.* Alcuinus quoque, vir tantus, libros propria manu ſcribebat. Teſtis codex ſacrorum bibliorum quem in Vallicellana bibliotheca extare Baronius ait ad annum DCCLXXVIII. ubi inter varia carmina, iſta leguntur:

Pro me, quiſque legas verſus, orare memento.
Alcuin dicor ego.

Teſtis etiam auƈtor annalium Anianenſium, his verbis: *Dedit idem ſereniſſimus Rex Auguſtus Anianenſi cœnobio quatuor evangeliorum librum, qui textus dicitur, cujus poſtes ſunt mirabili ſchemate compoſiti, ut unum electri aureolum conformet peripitaſma, alterum verò eburis pulcrè celatum diſtinguat iconiſma. Quem librum ejuſdem Regis magiſter & diſcipulus propria manu deſcripſit Alcuinus, qui & Albinus, qui artium liberalium apprime fuit peritus: cujus libri multi reperiuntur, quorum quidam de tracƈatu philoſophiæ ſeu dialecƈticæ, quidámque de Trinitate conſcripti habentur confeſſione. Fecit & hunc evangeliorum librum, non cordis dicƈante proprio ſenſu, ſed corporis propria ſcribente manu.* Hincmarus quoque Remenſis Archiepiſcopus, vir primarum in republica partium, librum Adalardi de ordine palatij ſua manu ſcripſit, ut ipſe teſtatur in epiſtola 14. cap. 12. *Adalhardum ſenem & ſapientem Domni Karoli Magni Imperatoris propinquum & monaſterij Corbeiæ Abbatem inter primos Conſiliarios primum in adoleſcentia mea vidi, cujus libellum de ordine palatij & legi & ſcripſi.* De Simone Abbate ſanƈti Albani legitur in vitis XXIII. Abbatum ejuſdem monaſterij quòd *poſtquam feliciter in curam paſtoralem eſt aſſumptus, non deſiit libros optimos & volumina authentica & gloſſata tam novi quàm veteris teſtamenti ſcribere & ad unguem irreprehenſibiliter præparare, quorum numerum longum foret explicare.* De eodem legitur *quòd duos vel tres electiſſimos ſcriptores continuè in camera ſua honorificè ſuſtinuit. unde librorum optimorum copiam impretiabilem ad unguem præparavit.* Et paulò pòſt de eodem: *Scriptorium quoque tunc temporis ferè diſſipatum & contemptum reparavit, & quaſdam laudabiles conſuetudines in ipſo innovavit, & ipſum ampliavit redditibus.* Scriptorium erat locus ubi ſcribæ manibus operabantur. Locus iis, ut Brovverus ait, Fuldæ fuit ſeceſſu & reticentiæ ſtudio ſingularis, cui Flaccus magiſter hos inſcripſit verſiculos.

Hic ſedeant ſacræ ſcribentes famina legis,
Necnon ſanƈtorum dicta ſacrata patrum.
Hic interſerere caveant ſua frivola verbis,
Frivola nec propter erret & ipſa manus.
Correƈtóſque ſibi quærant ſtudioſè libellos,
Tramite quo reƈto penna volantis eat.
Eſt labor egregius ſacros jam ſcribere libros,
Nec mercede ſua ſcriptor & ipſe caret.

Tom. I.

Scriptor mercede ſua non caret: quia hi qui libris utuntur, gratiam ſemper habent ei qui ſcripſit, modò reƈtè & emendatè ſcripſerit. Nam ſi negligenter in hoc verſatus fuerit, tum pro gratia querelas excitat. Sanƈtus Hieronymus in epiſtola ad Lucinium de inſcitia & temeritate notariorum ac librariorum queritur his verbis quæ merentur heic tranſcribi. *Unde ſi paragrammata repereris,* inquit, *vel minùs aliqua deſcripta ſunt quæ ſenſum legentis impediant, non mihi debes imputare, ſed tuis, & imperitiæ notariorum librariorúmque incuriæ, qui ſcribunt, non quod inveniunt, ſed quod intelligunt, & dum alienos errores emendare nituntur, oſtendunt ſuos.* Vide Iuretum in Miſcellaneis ad Symmachum lib. 1. epiſt. 18. De notariis quod ait Hieronymus, intelligendum videtur de his qui notarum grammaticarum uſum callebant, artem ſanè operoſam admodum ac difficilem, & ex qua propter difficultatem operis & notariorum inſcitiam multa fœdiſſima menda irrepſerunt in veterum ſcriptorum libros, ut ante me monuit vir ſummus Iacobus Cujacius lib. 9. Obſervat. cap. 16. Extat in codice 874. bibliothecæ regiæ vetuſtiſſimus liber artis notariæ, in cujus præfatione hæc leguntur: *Multi ſunt qui incipiunt & volunt diſcere notas; ſed pancorum eſt gratia conferta. Videtur etenim mihi ars iſta ſimilitudinem tenere ſalicis juxta aquæ poſitam; ut quomodo rami ejus omni frutecta ſilvarum conligare atque conſtringere poſſint, ita etiam ars iſta omnem auƈtoritatem novi ac veteris teſtamenti ſive orthodoxorum patrum omnémque erudimentum fidei velociſſimè valde excipere poteſt.* Et infrà: *Sunt igitur aliqui qui dimittunt ad tertiam partem, aliqui tamen ad medietatem. Et ſunt plurimi qui non dimittunt niſi ubi in fine dicitur* PLATEOLA. *Et cùm jam adjuvante Domino Chriſto remeaverint ad portum, tunc jam indeſinenter nolunt (leg. volunt) dimittere quod per totum anni ſpacium laborare viſi ſunt.* In collatione Carthaginenſi cognitione 1. cap. 5. Petilianus Epiſcopus partis Donatiſtarum ait: *Notas non novimus; neque ea natura rerum eſt atque ipſarum, ut ita dixerim, litterarum ut quiſquam notas legat alienas.* Ob eam cauſam pars catholicorum habebat ſuos notarios, pars verò Donatiſtarum ſuos, ut patet ex initio primæ & ſecundæ cognitionis: *Excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis Eccleſiæ catholicæ. Villore & Creſconio notariis Eccleſiæ Donatiſtarum.* Ex ignoratione notarum iſtarum emerſerunt, ut dixi, tot menda quæ paſſim occurrunt in veteribus libris, velut in hac ipſa collatione Carthaginenſi, ubi in capite vigeſimo primæ cognitionis legitur *Ediƈlis enim propoſitis præſentia tua,* cùm ſcribendum eſſet *præſtantia*, ut in capite 65. ejuſdem primæ cognitionis: *Pervidet jam hinc præſtantia tua.* In capite 108. habetur, *In judicio prudentia tua* pro *præſtantia tua.* Fœdiùs aberratum eſt in capite 138. tertiæ cognitionis, ubi idem Petilianus ſic alloquitur Marcellinum tribunum: *Ego tamen tuam deſidero providere pronuntiationem quid hoc loco ſentias*; ubi dubium non eſt quin

Tom. I. legendum sit *præstantiam*. Sunt & alia multa loca fœdissimè depravata per insciti am notariorum & temeritatem librariorum, quorum emendationem opportuniori tempori reservo.

Pag. 725. c. 106. NON SINT DESOLATÆ] Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum pag. 93. *Omnia redundabant servis tam fiscalinis sive regiis quàm ecclesiasticis. Proinde tædio servitutis multi monasticam vitam proficebantur. Unde lex extat eatenus hoc fieri permittens, ne pagi justis cultoribus destituantur.*

Ibid. c. 107. TANTOS CONGREGET] In codice Normannico legitur, *tantos congregate quantos consilium dari potest*. In Parisiensi, *tantos congregate quantis consilium dare potest*. In Remensi, *tantos congregate quantis consilium dari potest*. In Pithœano, *tantos congregate quantis subsidium dari potest*.

Ibid. c. 109. PVELLÆ] In uno codice Vaticano, in Colbertino, & in Sangallensi legitur *puellaris*, hoc est, puellares. Puto autem heic agi de puellis monasterio traditis in tenera ætate, quæ in codicibus mox laudatis adjectivè vocantur puellares quomodo monasteria puellaria.

ET PVLSENTVR] Dubitavi an expungerem has duas voces, quia non habentur in plerisque vetustis exemplaribus, neque in editione Basileensi, neque demum in codice legis Longobardorum. Desunt enim in duobus Vaticanis, in Bellovacensi, Metensi, Normannico, Parisiensi, Camberonensi, Rivipullensi, Divionensi, Pithœano, Tiliano.

SALVA CANONICA AVCTORITATE] Vetus glossa addita in margine legis Longobardorum in uno codice regio: *id est, non fiat monacha ante xv. annos, metu mortis aut raptu excepto*. Sed in hac glossa legendum est *ante xxv. annos*, ut suprà cap. 45. hujus libri. Vide quæ adnotata sunt ad caput 44. Francofordiense.

Ibid. c. 112. SI EVENERIT FAMES] Caput istud tribuitur Libetio Papæ in codice XVI. librorum apud Binium. Sed hujus falsitatis auctor est Burchardus; qui edicti præterea mentionem omisit, ne qua Capitularium vestigia remanerent in hoc loco.

INÆQVALITAS AERIS] Statuta antiqua sancti Petri Corbeiensis cap. 3. *Si propter aliquam necessitatem cujuslibet temporis, hospitum, & inæqualitate aëris necesse fuerit, deputetur ei talis frater maturus de cujus conscientia omnes securi sint*. Anastasius Bibliothecarius in vita Stephani III. *Postea verò beatissimus Papa præ nimio labore itineris atque temporis inæqualitate fortiter infirmatus est*. Institutio sancti Angilberti Abbatis Centulensis de diversitate officiorum: *Per viam monasterij unà cum populo accedentes ad portam beati archangeli Michaëlis, paradisum ingrediantur, & coram sancta nativitate oratione facta, post ostium medianum & per cocleam meridianam ascendentes, ad sanctum Salvatorem perveniant. Quòd si ratio aëris hoc non permiserit, de sancta Maria per Longaniam terra tenus usque ad ascensorium ipsius Longaniæ, quo sursum ascenditur, veniant*. Inæqualitas alibi morbum significat, ut plurimis ostendit Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 179. 638. 669. Tom. I.

TRIBVLATIO] Vita Alcuini: *Docuit etiam eum* (id est, Karolum M.) *per omne vitæ suæ tempus quos psalmos pœnitentiæ cum letania & orationibus precibusque, quos ad orationem specialem faciendam, quos in laude Dei, quos quoque pro quacunque tribulatione, quemque etiam ut se in divinis exerceret laudibus decantaret*. In libro sacramentorum, inter orationes feriæ quartæ post palmas ista leguntur: *Perveniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium*. Et infrà pag. 257. habetur Missa pro quacunque tribulatione. Aliam nos olim ex codice Colbertino edidimus post Notas ad Reginonem tit. VII.

EDICTVM NOSTRVM] Hinc collegimus in Notis ad Reginonem pag. 569. jejunia & supplicationes quæ tum extra ordinem injungebantur, auctoritate Principis interdum consuevisse decerni. Frustra enim Princeps tolleret necessitatem expectandi edicti, si ea nulla fuisset.

FAMIS INOPIA] Nihil frequentius in annalibus & veteribus monumentis illorum temporum quàm commemoratio famis quæ diversis temporibus & per multos annos sub Karolo & Ludovico afflixit populum Christianum. Frotharius Episcopus Tullensis epist. 26. *Cum his præteritis annis inopiam famis multimodam ob ariditatem segetum vel grandinis irruptionem perpessi fuerimus*.

Pag. 715. c. 114. DE LIBERIS] Istud caput sic paraphrastice exposuit Beatus Rhenanus in libro secundo rerum Germanicarum pag. 94. *Libero homini non licebat se addicere monasterio nisi consulto Principe. Nam quidam hoc faciebant, non studio pietatis, sed ut pericula bellorum & civilium functionum molestias evitarent. Quidam, quòd opibus pollerent, à callidis monachis circumveniebantur illos velut piscem in nassam pellicientibus*. Huc quoque respexisse videtur Ioachimus Vadianus libro secundo de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 43. *Francis quidem*, inquit, *tametsi liberum non esset monasterium ingredi nisi Principe consulto, quòd jam tum essent qui conditione delectati otium magis quàm pietatem sectarentur, tamen hoc amplius monachismo Alemanni favebant*.

FVNCTIONE REG. FVGIENDA] sive *ut onus curiale declinet*, ut verbis sancti Ambrosij utamur ex libro secundo adversùs Symmachum. Vide Concilium primum Aurelianense cap. 4.

Pag. 716. c. 115. DE OPPRESSIONE] Caput istud reperitur descriptum in capite 17. Concilij Moguntini anni DCCCXLVII.

PAVPERVM] Hæc vox non habetur in antiquis exemplaribus, Vaticano, Thuano, Sangallensi.

A POTENTIORIBVS OPPRESSI] Anianus in interpretatione legis 9. Cod. Theod. de contrahenda emptione: *Sciant omnes, quicunque à potentioribus personis oppressi aut donaverint aut vendiderint, posse revocari*. Ad quæ vetus glossa in antiquissimo codice MS. biblio-

Tom. I. thecæ regiæ sic habet: *Verbi gratia. Si in mallo non fuerit vilis persona, potentior, ut judex, minando requiret ab eo cur spreverit. constringénsque fisco coget multam pecuniam offerre, qui ob paupertatem res suas cogetur tradere judici, at postea revocari poterit.* Vide Iacobum Gothofredum ad hunc locum.

Latrones] In auctario Sigeberti Aquicinctino scriptum est tantam fuisse famem anno MCXCVII. ut *multi hac necessitate constricti contra consuetum vivendi usum latrones effecti, laqueo sint suspensi.*

Nisi sicvt] Rhabanus in eodem capite Concilij Moguntini: *nisi sicut in dominico capitulari olim facto precipitur.*

Ita servetvr] Hæc est lectio omnium ferme veterum exemplarium & editionis Basileensis. In Tiliana & Pithœana legitur, *sed omnimodo ita servetur.* Quæ lectio sanè habetur in codice Colbertino, in Rivipullensi, & Sangallensi.

Pag. 726. c. 118. De mendicis] Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum pag. 95. referens leges aliquot Francorum: *Mendici per regiones vagari non permittuntor. Suos pauperes quæque civitas alito. Illis, nisi manibus operentur, nullus quicquam dato.*

Ibid. c. 119. Vsvra est] Burchardus istam constitutionem refert *ex Concilio Agathensi cap. j.* ubi non extat. Sic etiam Ivo in veteri codice sancti Victoris. Nam in editionibus legitur, *ex Concilio Carthaginensi cap. xiij.* In Pannormia quoque lib. 3. cap. 161. refertur *ex Concilio Agathensi cap. j.* Vide Notas ad Gratianum pag. 513.

Pag. 727. c. 124. Præstat] commodat, mutuum dat, ut dictum est in Notis ad Reginonem pag. 569. Alibi præstare significat donare, ut in Concilio primo Hispalensi cap. 1. *si præstitum de suis rebus non fecit Ecclesiæ.* & in Concilio Toletano IX. cap. 3. *causam præstiti evidenter exponat.*

Ibid. c. 125. Qvicvnqve] Burchardus caput istud accepisse se ait *ex decretis Iulij Papæ usurariis missis cap.* 125. Vide Notas ad Gratianum pag. 514.

Propter cvpiditatem] Vide Iureti miscellanea ad Symmachum pag. 72.

Negotivm] *negoce* Francis, id est, mercaturam, negotiationem. Vnde negotiari significat mercaturam exercere.

Pag. 728. c. 130. Div differre] Vide Capitulare sextum anni DCCCXIX. cap. 10.

Ibid. c. 133. Filios habentes] Tilius & Pithœus ediderunt, *filios habentibus & uxores & omnino Christum prædicantibus.* Sed omnia vetera exemplaria & editio Basileensis repugnant. Vtrobique enim scriptum est uti nos edidimus. Atque ita profectò legitur in canone secundo synodi Romanæ sub Silvestro, unde ista accepta sunt. Æneas Episcopus Parisiensis in libro adversùs Græcos cap. 204. legit, *in septem testimonia filios & uxores habentes & omnino Christum prædicantes.* Similis loquendi modus reperitur in capite secundo Francofordiensi, *nullus ex mancipiis ad illum pertinentes beneficium fame moriatur.* Sic emendandum est diploma Arnulphi Ducis pro monasterio sancti Arnulphi Metensis; ubi pro eo quod Meurissius in historia Episcoporum Metensium pag. 113. edidit *mobilibus & immobilibus cum omni integritate seu adjacentiis ad se aspicientibus vel pertinentibus*, in chartulario ex quo ista edita sunt legitur *aspicientes vel pertinentes.* Hinc apud Hincmarum in opusculo LV. capitulor. cap. 24. & in legibus sancti Stephani Regis Hungariæ lib. 2. cap. 3. *Testes autem & accusatores sine aliqua sint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes.* Tom. I.

Siqvis ad Ecclesiam] Hæc constitutio Ludovico Pio tribuitur in vulgatis editionibus legis Longobardorum, in antiquis verò libris Karolo Imperatori. quod melius est. Ibid. c. 134.

Ecclesiam ingredi] Glossa vetus in uno exemplari regio legis Longobardorum: *Per hoc apparet Ecclesiam non dici emunitatem.* Vide infrà lib. 5. cap. 179.

Confiteri] Ad hoc verbum ista adnotat Nicolaus Boherius: *Nota processum criminalem in Ecclesia fieri posse.* Vide infrà lib. 6. cap. 291.

Tradere volverit] In antiqua editione & in vetustis exemplaribus legis Longobardorum legitur *maluerit*, apud Lindenbrogium verò *voluerit.* Glossa interlinearis in uno codice regio sic habet ad hunc locum: *Hinc debemus intelligere quòd ideo illi tradita erant ut ab ea distribuerentur & sub conditione.* Pag. 729. c. 135.

Testibvs legitimis] *id est, viventibus eadem lege qua & ipse*, ut ait eadem glossa.

Stabiles permaneant] *Sive legitimis testibus sive non legitimis confecta sunt, valeant*, ut est in eadem glossa.

Vt Presbyteri] Vide infrà lib. 5. cap. 40. & lib. 6. cap. 217. Ibid. c. 136.

Sine causa] id est, irrationabiliter. Flodoardus lib. 3. cap. 21. de epistolis ab Hincmaro Archiepiscopo ad diversos scriptis: *Erpuino Silvanectensi pro quodam homine quem irrationabiliter ab eo excommunicatum, ut compererat, intimat.*

Promissione facta] Leg. *promissionem factam secundùm regulam firmiter teneat.* Ibid. c. 137.

Secvndvm regvlam] Ita etiam in vulgatis editionibus legis Longobardorum. Sed in uno veteri codice legitur *secundùm legem*, in alio *secundum regulam*, ubi postea vox *legem* posita est supra lineam à manu antiqua, ut indicaretur, opinor, sic emendandum esse.

Ad bibendvm] Editiones Tilij & Pithœi addunt, *nisi quantum sufficit.* Sed hæc non habentur in antiquis exemplaribus. Translata autem huc sunt ex Capitulari tertio anni DCCCIII. ubi hæc clausula additur in codice sancti Remigij Remensis, ut illic monuimus. Vide Cæsarij Arelatensis homiliam quintam inter eas quæ à nobis editæ sunt. Ibid. c. 138.

Vt mercatvs] Burchardus caput istud tribuit Concilio apud sanctum Medardum præsente Karolo Imperatore. Ibid. c. 139.

Die dominico] Vide Notas ad Agobardum pag. 20. & ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 45.

Vt nvllvs] Burchardus hanc constitutionem refert ex Concilio Aurelianensi cap. 10. ubi non extat. Ibid. c. 140.

Exenia] Sic scribebant per illas tempestates, Haiminus Presbyter in libro de miraculis

Tom. I. ſancti Vedaſti cap. 6. *Exenia quæ manus ejus invenire potuit, mihi quidem obtulit.* Sic legendum apud Ivonem par. 3. cap. 93. Vide eundem ibid. cap. 269.

Exenia] id eſt, munera. Capitulare Theodulfi cap. 16. & Attonis Epiſcopi Vercellenſis cap. 33. *Si quis Preſbyter inventus fuerit alicui Clerico aut laico munera dare aut dediſſe ut Eccleſiam alterius Preſbyteri ſubripiat.* Capitulare Ahytonis Epiſcopi Baſileenſis cap. 12. *Sciant quia nemo per pecunias ordinandus eſt, nec per munera Eccleſiam debet occupare.* Hincmari capitula tit. 4. cap. 5. *Sæpe vos admonui de exeniis ſuperfluis contra ſacras regulas pro Eccleſiis viduatis non dandis.* Idem apud Flodoardum lib. 3. cap. 28. ſcribit *Sigloardo & Rodoldo pro quodam Preſbytero cui conſenſerat, ſuadente Sigloardo, ut libello ſua profeſſionis à regimine plebis ſibi commiſſæ redderet ſe alienum, & alium in loco ſuo expeteret ordinandum, ſed colludium quod habebat factum ſibi celaverat, videlicet ut alumnus ejus ſine conſenſu ſenioris ſui in loco ipſius ordinaretur, & quia xenium renvadiare doloſè fecerit.*

Pag. 729. c. 141. Vt Episcopi] Caput iſtud ex Concilio Arelatenſi cap. 3. laudat Burchardus, Regino ex capite 142. Capitularium. Vide Capitula Karoli Calvi tit. xl. cap. 8. 9.

Pag. 730. c. 143. Vt decimæ] Charta Vdalgarij Epiſcopi Helenenſis pro monaſterio Arulenſi data anno mcxlii. *Licèt enim prædicta parrochia juxta terminum ſit Biſullunenſi, & multa habeantur infra ejus terminum quæ ad prædictam parrochiam pertinere dinoſcuntur, quia prædicta parrochia ſub noſtra dioceſi conſtructa manet, decimæ, primitiæ, atque oblationes fidelium, quæ juris eſſe debentur, noſtra auctoritate terminari debentur. Quia ſic ſcriptum eſt in canonicali auctoritate: Decimæ & primitiæ in manu Epiſcopi conſiſtunt.* Vide Addit. III. cap. 82.

Ibid. c. 144. Melius conservantur] In uno codice Vaticano legitur, *melius à Preſbyteris conſerventur.*

Ibid. c. 145. Vt Ecclesiæ] Burchardus refert *ex Concilio Meldenſi cap.* 45. Gratianus ex eodem Concilio cap. 8. Malè utrobique, uti dictum eſt in Notis ad Gratianum pag. 559.

Conſecrentur] Regino addit, *& ſuperflua altaria deſtruantur de Eccleſia.* Burchardus, *& ut ſuperflua altaria deſtruantur.* Gratianus, *& ſuperflua altaria deſtruantur.* Sed iſta clauſula in nullo veterum exemplarium extat quæ nos vidimus, neque in vulgatis editionibus Capitularium.

Ibid. c. 146. Vt Presbyteri] Apud Burchardum conſtitutio iſta ſumpta dicitur ex Concilio Remenſi cap. 4.

Linteamina altaribus] Regino lib. 1. cap. 60. & Burchardus, *linteamina in altaria.* Sic etiam codex Metenſis Vide Notas Hugonis Menardi ad librum ſacramentorum pag. 197.

Ibid. c. 147. Alterius parrochianum] Vide Capitula Herardi Archiepiſcopi Turonenſis cap. 29. qui addit *abſque licentia ſui Preſbyteri.* Burchardus legit *alterius plebeſanum eo nolente*, id eſt, nolente proprio Presbytero. Gratianus addit in initio capitis: *Nullus Preſbyter aut Diaconus alterius plebanum &c.* ubi Correctores Romani rectè adnotant has duas voces *aut Diaconus* non extare in Concilio Nannetenſi, ex quo caput iſtud deſcriptum eſt, neque in Capitularibus, neque apud Burchardum. Sanè non extant in Colbertino Gratiani codice. Tom. I.

Missam cantare] id eſt, celebrare, ut palam eſt vel ex capite 431. libri ſeptimi Capitularium. Admonitio ſynodalis antiqua: *Nullus in alterius parrochia Miſſam cantet abſque propria Preſbyteri voluntate & rogatu.* Attotam Presbyter in epiſtola ad Ludovicum Pium, quæ eſt centeſima ſeptima inter Bonifacianas: *Hortavit me Fortuvinus cantare in illa Eccleſia.* Notitia traditionum Eccleſiæ Salisburgenſis apud Caniſium to. vi. pag. 1155. *Omnibus Preſbyteris contradixit ut nemo ibi cantaret Miſſam.* Hincmarus epiſt. 41. pag. 697. *ad altare Eccleſiæ meæ cantare poſſem.* Concilium Duziacenſe parte 4. cap. 7. *ut Miſſam Preſbyteri non cantarent.* Ditmarus lib. 7. pag. 100. de Thieddego Pragenſi antiſtite. *Paralyticus autem erat, & præ nimium tremore aſſiduo ſine aſtantium auxilio Preſbyterorum Miſſam canere non potuit.* Fratres Ioannes & Petrus S. R. E. Presbyteri Cardinales & apoſtolicæ ſedis Legati in epiſtola data anno mcxcix. ad Canonicos ſancti Alexandri Pergamenſis edita à R. P. Celeſtino in libro 22. hiſtoriæ Pergamenſis pag. 428. *Veſtra namque intererit ſacerdotem aut Clericum idoneum invenire, inventum verò in eis collocare; quem ſi non poterit Epiſcopus canonica ratione repellere, & canendi licentiam & curam commendabit animarum.* Primus pœnitentialis Andegavenſis à Ioanne Morino editus in appendice operis de pœnitentia pag. 36. *Roget Presbyterum ut Miſſam cantet pro eo.* Ibid. c. 148.

Vt vnvsqvisqve] Burchardus iſtam conſtitutionem accepiſſe ſe ait ex capite 48. Concilii Carthaginenſis. Sanè in Concilio Carthaginenſi tertio cap. 49. habetur ſententia iſtius capitis, ſed non iiſdem verbis. Itaque Burchardus non deſcripſit ex Concilio Carthaginenſi, ſed ex Reginone. Admonitio ſynodalis antiqua ad Presbyteros: *Res & facultates quas poſt diem ordinationis veſtræ acquiritis, ad Eccleſiam ad quam titulati eſtis pertinere ſciatis.* Vide Iſidorum Peluſiotam lib. 2. epiſt. 127. Capitulare quintum anni dcccxiv. cap. 6. Flodoardum lib. 3. cap. 26. ubi agit de epiſtola ab Hincmaro ſcripta ad Theodulfum Comitem, Bignonium in Notis ad appendicem Marculfi pag. 958. & 964. Pag. 730. c. 150.

Poenitentem] Admonitio ſynodalis antiqua: *Nullus pœnitentem invitet carnem manducare & bibere vinum, niſi pro eo ad præſens eleemoſynam faciat.* Ibid. c. 151.

Invitet] In codice Palatino, in regio, Colbertino, Trecenſi, & meo, tum etiam infrà lib. 5. cap. 53. legitur *cogat.* Sic etiam in ſuo exemplari legebat Heraldus Turonenſis Archiepiſcopus, ut patet ex capite 26. capitulorum ejus. In titulo ſanè ſcriptum eſt: *De pœnitentibus non cogendis.* ubi codex Divionenſis addit, *ad manducandum vel bibendum.*

Vnvm vel dvos den.] Hæc eſt lectio veterum exemplarium Normannici, Tiliani, Divionenſis,

TOM. I. Divionensis, Rivipullensis, Thuani, Remensis, & editionis Basileensis. Colbertinus, Bellovacensis, & Metensis habent, *unum aut duos denarios.* At in codice Palatino, in regio, Pithœano, Trecensi, Camberonensi, & meo scriptum est, *unum aut duos vel tres.* In Sangallensi, *unum aut duos vel tres.*

Pag. 731. c. 152. CHARTAS SCRIBAT] *Nota*, inquit hoc loco Nicolaus Boherij, *Presbyterum notarium esse non posse.* Postea tamen licuit.

CONDVCTOR] *id est, generalis administrator*, ut ait glossa interlinearis in uno codice regio legis Longobardorum. Alia glossa sic habet: *id est, ministerialis, si laicus est senior, vel ut possit conducere Ecclesiam ab Episcopo.* Admonitio synodalis antiqua: *Nullus vestrum usuras exigat & conductor sui senioris existat.* Inquisitio vetus episcopalis cap. 41. *Si usuras exigat, & conductor sui senioris existat.* Isidorus Clarius Episcopus Fulginas oratione 21. in sermonem Domini in monte: *Abutuntur homines sacerdotibus tanquam mancipiis ad vilissima quæque officia, ad prophana negocia, ad mercaturam. Plerique verò non expellant dum accersantur, sed ipsi ultro se offerunt, neque ullum quamvis abjectissimum officij munus detrectant, modò inde aliquid lucri assequi posse sperent.* Vide Notas ad Agobardum pag. 64.

SVI SENIORIS] Hæc est vera lectio. In codice tamen legis Longobardorum legitur *suis senioribus.* Quam lectionem habent etiam vetera Capitularium exemplaria Palatinum, Colbertinum, & Sangallense. Normannicum habet *suis senioris.*

Ibid. c. 153. IN ECCLESIA] De hoc argumento pluribus dictum est ad Reginonem pap. 557. & sequentibus.

Ibid. c. 154. VT VNVSQVISQVE] Burchardus ait se accepisse hanc constitutionem ex capite 26. Concilij Moguntini.

CAPITVLA DE MAIOR.] In veteri codice Oxonienſi ex quo Spelmannus edidit Capitulare Episcoporum anni DCCCI. sequebantur post caput ultimum tituli de capitalibus criminibus. Majora vitia sunt octo, quæ apud Bedam & Reginonem explicantur, id est, superbia, vana gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria. Minora vitia sunt, furtum, falsum testimonium, & similia, ut idem Beda ajt.

VITIIS] Vvalterius Episcopus Aurelianensis addit, *seu etiam virtutibus.* Sed hæc verba mendosè irrepserunt in hunc locum.

Ibid. c. 155. VT PRESBYTER] Burchardus citat *ex Concilio Vvormacienſi cap.* 10. Inter capitula excepta ex Capitularibus Regum Francorum, quæ à Spelmanno edita sunt sub nomine Egberti Archiepiscopi Eboracensis, istud sic legitur cap. 22. *Vt Presbyter eucharistiam habeat semper paratam ad infirmos, ne sine communione moriantur.* Citat autem hoc caput Ioachimus Vadianus in libro sexto de eucharistia pag. 215.

PARVVLVS INFIRMVS] Vide Notas ad Reginonem pag. 551.

VT PRESBYTER] Constitutionem istam Burchardus adscribit Concilio Meldensi.

Ibid. c. 156. DVAS AMPVLLAS] Multùm heic discrepant antiqui libri & editiones. Nam editio Tibana, Basileensis, & prima Pithœana habent uti nos edidimus. Secunda & Lindenbrogica, *tres ampullas.* Nimirum hæc pars istius capitis mutata est prout variæ fuerunt provinciarum ac temporum consuetudines. Vetustis temporibus in provincia Belgica secunda mos erat ut Presbyteri duas tantùm ampullas secum deferrent. Itaque in codice Capitularium Remensi & in Bellovacensi scriptum hoc loco est *duas ampullas.* Istud confirmari potest ex libro miraculorum sancti Vedasti Episcopi Atrebatensis apud Bollandum to. I. Februarij pag. 808. ubi mentio est olei ad baptizandum tantùm & ad infirmos ungendos: *Vnde factum est ut Dominus Hildemannus & universi successores Bellovacensis Ecclesiæ inde sumerent oleum tam ad baptizandum quàm ad infirmorum unctionem.* Postea cùm mutatus fuisset hic ritus, in eisdem codicibus Remensi & Bellovacensi jugulata est vox *duas*, eique superposita vox *tres*, quæ est ex emendatione. In Camberonensi verò erasa est cultelli ope tota ferme ista clausula, pro qua hæc substituta sunt à manu antiqua: *aliam ad oleum catecuminorum, tertiam ad ungendos infirmos.* Itaque in veteri libro pontificali Ecclesiæ Remensis sic legitur: *Feria quinta majoris hebdomadæ, id est, in cœna Domini, mane primo, mansionarij ordinent omnia quæ sunt necessaria ad consecrationem chrismatis, ampullas tres de oleo mundissimo plenas ponentes in sacraria, unam ad oleum pro infirmis, alteram ad chrisma, tertiam verò ad oleum ad catheçuminos ungendos.* Ob eandem rationem, ut opinor, tria olei genera distinguit Manasses Episcopus Cameracensis anno MCI. in literis pro Ecclesia de Burnehem, quæ ab Andrea Ducheſnio editæ sunt inter probationes historiæ Ghisnensis pag. 63. *Statuimus quoque oleum infirmorum, oleum baptismatis, & sanctum chrisma ab Episcopo vel à ministris ejus nullatenus abnegandum.* In Belgica prima & in Germania nonnullæ diœceses tribus ampullis agebant, aliæ duabus. Regino, qui in Belgica prima morabatur, lectionem retinuit quæ *duas ampullas* habet. Sic etiam codex Metensis & Palatinus. Idem usus fuit apud Helvetios, ut patet ex ordine librorum catholicorum qui in Ecclesia Romana ponuntur ad legendum in vetustissimo codice MS. sancti Galli: *& præparantur ampullæ duæ cum oleo.* At tribus ampullis utebantur Presbyteri qui in Moguntina provincia habitabant, ut patet ex Burchardo, qui *tres ampullas* heic legit, & ex libris Fuldensibus ab Heroldo laudatis in præfatione ad leges antiquas. Apud Misnenses quoque trium ampullarum usus servabatur, ut colligitur ex homilia quam Cochlæus ex veteri pontificali descripsit quod extabat in Stolpensi arce Episcopi Misnensis, & in libro secundo miscellaneorum edidit pag. 138. *Hodie tribus modis consecratur oleum, oleum pro infirmis, & pro populo, oleum principalis chrismatis, & oleum ad unguendos catecuminos & neophitos.* In provincia Lugdunensi quarta usus erat trium ampullarum. Ita docet vetus liber pontificalis Ecclesiæ Senonensis qui nunc extat in bibliotheca regia, in quo hæc leguntur:

TOM. I.

Tom. I. *Incipit ordo in die cœnæ Domini. Feria V. majoris hebdomadæ, id est, in cœna Domini, mane primo, mansionarij ordinent omnia &c.* ut suprà in pontificali Ecclesiæ Remensis. Eundem usum fuisse provinciæ secundæ Lugdunensis probat vetus alter liber pontificalis Ecclesiæ Rotomagensis ab Hugone Menardo laudatus in Notis ad librum sacramentorum pag. 80. ubi eadem verba habentur quæ paulò antè descripta sunt ex libro pontificali Ecclesiæ Remensis. Extant autem hæc ipsa etiam in Ordine Romano. Vsus iste provinciæ Lugdunensis secundæ confirmari potest ex eo quòd in codice Normannico, tamenetsi de duabus tantùm ampullis agat in initio capitis, in calce tamen tertiæ ampullæ mentio reperitur. Ex aliis Capitularium vetustis exemplaribus nulla observatio similis proferri potest, quia eorum origo nescitur. Sufficiet itaque adnotare eorum lectiones. Duo Vaticana, Tilianum, Divionense, Tuanum, Rivipullense habent *duas ampullas.* Sic etiam legitur in Pithœano, Parisiensi, Remensi, Normannico. Sed tamen iidem libri, pro eo quod heic legitur *vel infirmos*, habent *tertiam ad infirmos.* Vnus codex Vaticanus, regius, Trecensis, Colbertinus, Sangallensis, meus legunt *tres ampullas.*

Ibid. c. 157. Habent et ad med.] Codex Tilianus, Divionensis, & Thuanus: *habent, ad medietatem laborent, & de.* Ita etiam in Palatino, Metensi, & uno Vaticano, & apud Reginonem. Normannicus, Remensis, & editio Basileensis, *habent, ut ad medietatem.* Editio Tiliana & prima Pithœana, *habent quod ad medietatem.* Ita etiam in codice Colbertino. Vnus Vaticanus habet *quo.* In secunda editione Pithœana, tum etiam in codice Parisiensi scriptum est, *habent unde ad medietatem laborent, & de.* Bellovacensis & Rivipullensis, *habent unde ad medietatem laborent, de.*

Pag. 732. c. 158. De adsvmptione s. mariæ] Supersedet Karolus definiendæ huic rei donec interrogaverit Episcopos, ut opinor, regni sui. Huc enim referri debent hæc verba, *interrogandum relinquimus.* Postea cùm illi in Concilio Moguntiaco congregati anno dcccxiii. respondissent eam festivitatem reponendam esse in catalogo, Ludovicus Pius eam celebrari jussit, ut patet ex capite 35. libri secundi Capitularium. Observavit istud ante me Ioachimus Vadianus in libro primo de monasteriis collegiisque Germaniæ veteribus pag. 10. *De assumptione sanctæ Mariæ Carolus interrogandum reliquit, Ludovicus filius persuasus festivam esse jussit.* Ab illo tempore frequens mentio est istius festivitatis apud veteres; eique stabiliendæ fabricata est homilia quædam sancto Hieronymo tributa, quæ nunc quoque extat in tomo nono operum ejus pag. 53. in editione Nivelliana, & à Flodoardo commemoratur lib. 3. cap. 5. de Hincmaro: *Libellum quoque de ortu sanctæ Dei genitricis Mariæ, sed & sermonem beati Hieronymi de ipsius Domina assumptione scribi fecit.* Attamen hæc homilia contradictionem passa est, propter quorundam duritiem qui falsam eam esse dicebant. Testis idem Flodoardus in capite 23. ejusdem libri: *Item pro libello historiæ de ortu sanctæ Mariæ, & homilia beati Hieronymi de* Tom. I. *assumptione ipsius Dei genitricis, quæ quidam monachus Corbeiensis monasterij non esse recipienda contendebat. Ad quæ respondet idem Domnus Hincmarus præfatam historiam nos habere ad lectionem, non ad proferendum auctoritatem; homiliam verò eandem à sancto Hieronymo asserit catholicè dictatam, sicut & stilus & cautela sensus & intellectus & alia certa indicia monstrant, & certæ personæ, per quas de partibus orientalibus tempore certo delata ad regiones nostras pervenit, fidem faciunt.* Apud Pamelium tomo secundo liturgicorum pag. 388. assumptio beatæ Mariæ ponitur inter festivitates, hoc modo: *Huc usque precedens sacramentorum libellus à beato Papa Gregorio constat esse editus, exceptis his quæ in eodem in nativitate vel adsumptione beatæ Mariæ, præcipuè verò in quadragesima, virgulis antepositis, lectoris invenerit jugulata solertia.* At in vetustissimo codice Ecclesiæ Lugdunensis, quem suspicor scriptum esse ævo saltem Karoli Magni, nulla illic nativitatis aut assumptionis beatæ Mariæ mentio, & in eo hæc tantùm leguntur: *Huc usque precedens sacramentorum libellus à beato Papa Gregorio constat esse editus, exceptis his quæ in eodem in quadragesima virgulis antepositis lectoris invenerit jugulata solertia.* Post edictum Ludovici, assumptionis beatæ Mariæ memoria in omni regno Francorum celebrata est præcipua veneratione. Narrat enim Anastasius Bibliothecarius Paschalem Papam dedisse Ecclesiæ beatæ Mariæ ad præsepe *vestem de chrysoclavo habentem historiam qualiter beata Dei genitrix Maria corpore est assumpta.* Leo IV. in privilegio Ecclesiæ Hammaburgensis numerat assumptionem sanctæ Mariæ inter dies festos quibus Anschario Archiepiscopo & successoribus ejus concedit usum Pallij. Flodoardus in poëmate de Pontificibus Romanus pag. 591.

Tandem clara dies Reginæ adsumptio cœlis
Regiparentis adest.

Prætermissa est in hoc loco & in edicto Ludovici Pij nativitas beatæ Mariæ. Vnde collegit Baronius Gallicanam Ecclesiam etiam temporibus Karoli M. & Ludovici Pij eam ignorasse. Et tamen ejus mentio extat in charta synodi Suessionensis anni dccclxii. pro monasterio S. Dionysij. Eadem ignoravit festum conceptionis beatæ Mariæ per multa secula, quod Hispanis quoque antiquitus ignotum fuisse puto. Neque enim mihi placet quòd quidam ejus antiquitatem in Hispania colligunt ex decreto Ervigij Regis adversùm Iudæos, in quo enumerantur dies festi qui ab iisdem Iudæis sollicita devotione observandi sunt, & in his primo loco ponitur *festum sanctæ virginis Mariæ quo gloriosa conceptio ejusdem genitricis Domini celebratur.* Heic enim non agitur de conceptione beatissimæ virginis, sed de conceptione Christi, quæ *adnuntatio sanctæ Mariæ matris Domini* vocatur in vetustis martyrologiis; pro quo in libro Comitis MS. in bibliotheca Ecclesiæ Bellovacensis scriptum est: *In conceptione sanctæ Mariæ.*

Vt sacerdotes] Burchardus pro more suo caput istud tribuit Concilio Aurelianensi. Sic etiam Ivo, quia Burchardum describebat. Pag. 732. c. 159.

Tom. I. Ibid. c. 161. De ebrietate] Mirum nemini videri debet quòd Princeps tantus quantus erat Karolus M. ebrietatem fugiendam esse moneat, vir aliunde, ut Eginhardus tradit, *in cibo & potu temperans, sed in potu temperantior, quippe qui ebrietatem in qualicunque homine, nedum in se ac suis, plurimùm abominabatur.*

Pag. 735. c. 2. Ecclesiæ curam gereremvs] Capitula Karoli Calvi tit. 2. cap. 1. *Ecclesia vobis ad gubernandum commissa.* Præceptum Ludovici Pij pro monasterio Landeveneci apud Henschenium & Papebrochium to. 1. Martij pag. 260. *cum universali Ecclesia Deo dispensante nobis commissa.* Vide Notas ad Agobardum pag. 21.

Pag. 736. c. 5. A populis] In codice Parisiensi legitur *apostolis*, certo mendo. Similes errores nos olim emendavimus in libro tertio Salviani de gubernatione Dei pag. 48. & apud Agobardum in capite septimo apologetici.

Pag. 738. c. 7. Ieivnia indicta] Vide suprà lib. 1. cap. 47. & lib. 5. cap. 152.

Et vt etiam] Hæc constitutio Karolo M. tribuitur in libro secundo legis Longobardorum.

Vt liberivs possit] id est, ut integra libertas sit orandi Deum, ne Christiani ab oratione avocentur, mercata & placita die dominico prohibeantur. Glossa vetus in uno codice regio legis Longobardorum: *Vt dies dominicos liberiùs possint homines colere, & mercata & placita prohibeantur illis diebus. Vel aliter. Et ut liberiùs & mercata & placita fieri possint, in die dominico fieri prohibeantur.* Itaque in altero codice regio ad verba *ut liberiùs fieri possit* adnotatum est supra lineam, *scilicet in aliis diebus.*

Ibid. c. 9. Episcopi vel comites] Flodoardus lib. 3. cap. 23. de epistolis Hincmari: *Villeberto Cathalaunensi rescribit ad ipsius consulta pro Gangulfo Comite ut de his quæ contra eum se fecisse vel negabat quædam vel confitebatur aliqua, juxta præceptum apostolicum leniter ageret, quatinus in hoc legem Christi, caritatem scilicet, adimpleret, & ad satisfactionem dilectionémque sui utcunque posset & industria eundem Comitem provocans, illi suam clarescere benignitatem permitteret.*

Pag. 739. c. 15. Periculvm] Hæc est lectio editionis Basileensis & veterum exemplarium Colbertini, Trecensis, Sangallensis, unius Vaticani, Rivipullensis, & Thuani. In Normannico legitur *peculium*, haudubiè pro *periculum*. Tilius & Pithœus ediderunt *pluvium*. Quo modo scriptum est in libro Pithœano, in Parisiensi, & in Divionensi. In Remensi primò scriptum fuit *pluvium*. Sed postea emendatio reposuit *plivium*. Codices Bellovacensis & Tilianus habent *plivium*.

Pag. 741. c. 20. Missam S. Martini] id est, diem sancto Martino festum. Hæc interpretatio non indiget probatione. Frequenter in veteribus libris & scriptoribus legimus Missam sancti Martini, sancti Ioannis, Apostolorum Petri & Pauli, sancti Andreæ, sancti Michaëlis, sancti Bonifacij, sancti Remigij, sancti Albini, sancti Felicis, sancti Marcellini, sanctæ Balthildæ, sancti Nazarij, sancti Philiberti, sancti Galli, sancti Clementis, sancti Aniani, sancti Lamberti, sancti Iuliani, sancti Mauricij, sancti Bavonis, & omnium sanctorum. Vvormius lib. 3. Fastorum Danicorum exhibet vetus Kalendarium Runicum ante trecentos annos scriptum, cum interpretatione Latina. In eo Kalendario vocabulum Missæ accipitur pro festo; ut *Paulus Messa* mense Ianuario, pro quo Vvormius rectè vertit *Pauli festum*. Mense Februario *Mathias miss.* Maio *Crucis messa*. Iunio *Ioans missa* & *Petars missa*. Iulio *Iacaubs missa* & *Olafs missa*. Et sic in ceteris mensibus, ne singulos commemorem.

Tom. I. De omni conlaborato] Sirmondus in Notis ad Capitula Karoli Calvi pag. 780. hanc constitutionem tribuit Karolo Magno. In quo illum puto falsum esse. Pag. 742. c. 22.

Vnvsqvisq. p. s. diocesim] id est, unusquisque Archiepiscopus per suam provinciam suscipiat curam proponendi capitula à Principe constituta. Quod ita fiebat ut in proximo placito rationem reddere tenerentur Archiepiscopi an paritum in hoc fuisset jussioni Imperatoris, ut patet ex epistola 28. Frotharij Tullensis. Pag. 743. c. 24.

Hetti archiepiscopvs] De hac Hetti Treverensis Archiepiscopi legatione agit, ut puto, Frotharius Episcopus Tullensis epist. 18. Ibid. c. 25.

Qvando potverit] Iubet Ludovicus ut Ebbo Remensis Archiepiscopus legationem istam exerceat in Remensi provincia, *quando potuerit.* Istam clausulam Henschenius in Notis ad vitam sancti Anscharij to. 1. Februarij pag. 404. interpretatur de legatione Ebbonis ad septentrionales regiones, pro qua illum abesse interdum oportebat à sua provincia, túmque curam missatici implendi in ejus absentia commissam esse Rothado Episcopo. Ego verò arbitror clausulam illam simpliciter additam quia Ebbo frequenter erat in palatio, adeóque substituendi erant qui locum absentis implerent. Flodoardus lib. 2. cap. 19. *Dum frequenter igitur Ebbo Præsul in palatio tunc moraretur.*

Rhvothadvs Episcopvs] Suessionensis.

Rangarivs episcopvs] Noviomensis, qui Concilio Parisiensi interfuit anno dcccxxix. Ad eum extat epistola Amalarij in tomo septimo Spicilegij Dacheriani pag. 165. Hinc ergo illustrari poterit catalogus Episcoporum Noviomensium.

Donatvs comes] Heroldus habet, *Donatus & Ingobertus Comes.* Codex Thuanus, *Donatus & Ingobertus Com.* Palatinus, Sangallensis, Colbertinus, & Rivipullensis, *Donatus & Ingobertus Comites.*

Donatvs comes] Melodunensis. Adrevaldus Floriacensis lib. 1. de miraculis sancti Benedicti cap. 25. *Aderant in eodem placito missi à latere Regis Ionas Episcopus Aurelianensis & Donatus Comes Miliduneusium.* Hincmarus in narratione de villa Noviliaco cap. 4. *Domnus Hludowicus Imperator donavit ipsam villam Noviliacum Donato in beneficio.* Et infra: *Donatus de infidelitate ejus comprobatus ipsi Imperatori quæsitum sacramentum juravit, & comitatum Miriduneusem & villam Noviliacum cum suis appendiciis Imperator ab eo abstulit.* Idem anno dcccxxvii. missus est in Hispaniam Tarraconensem, quæ tum Marca Hispanica dice-

Tom. I. batur, ad componendos provinciæ illius motus. Eginhardus : *Imperator Heliſachar Preſbyterum & Abbatem, & cum eo Hildetrandum atque Donatum Comites ad motus Hiſpanicæ Marcæ componendos miſit.* Anno dein DCCCXXXVII. in eandem provinciam iterum miſſus eſt cum Bonifacio Comite & Adrebaldo monaſterij Flaviniacenſis Abbate, ut querelas adversùs Bernardum Ducem illarum partium propoſitas audirent; quemadmodum teſtatur auctor vitæ Ludovici Pij. Ejuſdem Donati, ut opinor, mentio extat in Capitulis Karoli Calvi tit. XIV. pag. 70.

VVILLEBERTVS ARCHIEPISCOPVS] Rotomagenſis. In veteri codice MS. bibliothecæ imperatoriæ, ex quo prodiit codex Carolinus à Gretſero editus, ſcriptum eſt in principio majuſculis literis.

LIBER VVILLIBERTI ARCHIEPI. Docet nos ita Petrus Lambecius in libro ſecundo commentariorum de bibliotheca Cæſarea pag. 321. & mox addit ſibi dubium non eſſe quin per Archiepiſcopum Vvillibertum, ad quem codex iſte olim pertinuit, intelligi debeat Vvillibertus Archiepiſcopus Rotomagenſis, qui illum ſibi comparaverit poſt mortem Karoli M. ex bibliotheca ipſius.

ALBRICVS EPISCOPVS] Lingonenſis. Ejus eſſe videtur epiſtola trigeſima earum quæ ſub Frotharij Tullenſis Epiſcopi nomine editæ ſunt.

Pag. 745. c. 26. CVM OMNIB. EPISCOPIS] Reperi in chartulario Eccleſiæ Viennenſis veterem querelam ab Agilmaro Archiepiſcopo adversùs Vvigericum Comitem propoſitam in ſolenni Miſſorum dominicorum conventu cui Remigius Lugdunenſis Archiepiſcopus & alij quatuor Epiſcopi intererant cum Comitibus undecim & viginti vaſſis dominicis. Hinc ergo valde illuſtrari poteſt hic locus & agnoſci quonam modo fierent iſtiuſmodi conventus.

Pag. 746. c. 29. NVLLA SVB ROMANA] Burchardus, qui partem aliquam iſtius capitis deſcripſit, acceſſe ait *ex Concilio apud Silvanectim præſente Ludovico Rege cap. v.*

PANES CIVILES] qui alibi gradiles vocantur, quia de gradibus palatij palam accipiebantur. Vide Cujacium lib. 26. Obſervat. cap. 17. & Iacobum Gothofredum in Notis ad l. 2. 4. 6. Codicis Theodoſ. de annonis civicis & pane gradili.

ALIENATIONIS VERBVM] Ianus à Coſta in librum primum Decretalium pag. 261. *Alienationis nomine intelligitur quæcunque traditio perpetua omniſque conditio impoſita rei eccleſiaſticæ. Sic enim interpretandum eſſe cenſeo quod viris eruditis negotium faceſſit in d. cap. Nulli; Alienationis verbum continere venditionem &c.*

INTERDICTA INSTRVMENTA] Ita editiones & codex Metenſis ac Rivipullenſis. Reliqui habent *ſtrumenta*; niſi quòd in uno Vaticano & in Pithœano ſcriptum eſt *frumenta* vitio librariorum. Ivo quoque Carnotenſis heic *ſtrumenta* habet, non quidem in libris editis, ſed in veteri codice MS. ſancti Victoris Pariſienſis. Franciſcus Pithœus ſic edidit in capite octavo Novellæ 124. apud Iulianum anteceſſorem; *cum inſtructo ſtrumentóque ſuo.* Concordia regularum Tom. I. pag. 607. ex regula ſancti Iſidori: *ſtrumentorum cuſtodia.* Nihil vulgatius in veteribus libris, præſertim verò in antiquis exemplaribus formularum Marculfi.

SI PRINCEPS] Burchardus caput iſtud Pag. 747. tribuit eidem Concilio Silvanectenſi cui adſcrip- c. 30. ſerat caput quod antecedit. Impoſuit autem hæc Burchardi fraus auctori gloſſæ capitis iſtius in libro tertio Decretalium, titulo *De rerum permutatione*, ubi ita ſcriptum eſt: *Quæſitum fuit in Concilio iſto utrum Eccleſia poſſet rem immobilem permutare cum Principe. Statuit Concilium quòd ſi Princeps voluerit permutare rem immobilem cum ſanctis locis & ab eis rem aliam accipere & de communi volumtate permutationem facere, hoc licitum ſit, dummodo cauſa rationabilis hoc expoſcat, & res quam Princeps præſtiterit major fuerit vel ſaltem æqualis, & ſuper hac permutatione Principis ſanctio promulgetur.* Vide Notas Antonij Auguſtini ad hunc locum in prima collectione Decretalium.

PRAGMATICA SANCTIONE] præcepto, ut loquebantur ævo Capitularium. Hujuſmodi præceptum Arnulphi Imperatoris pro Eccleſia Patavienſi extat in tomo primo Metropolis Saliſburgenſis pag. 350. Ibid. c. 32.

PROPTER PROVISIONES] Hæc conſtitutio repetita eſt in Concilio Moguntino anni DCCCXLVII. cap. 18.

DE CAVSIS] Caput iſtud & ſequens deſunt Ibid. c. 33. in antiquis exemplaribus Vaticanis, Palatino, Metenſi, Divionenſi, Sangallenſi, Tiliano, Rivipullenſi, Thuano, Bellovacenſi, Camberonenſi, Colbertino. Deſunt etiam in editione Baſileenſi. In Remenſi prætermiſſa erant; ſed poſtea addita ſunt à manu antiqua in ſcheda codici adjecta. Extant autem ſuis locis in libro Pithœano, in Pariſienſi, & in Normannico. Vnde colligi debet primam editionem Anſegiſi non habuiſſe hæc duo capita, addita verò fuiſſe in poſteriori. Nam Hincmarus in Quaternionibus Karolo Calvo oblatis pag. 430. in editione Cellotij caput *De his qui injuſtè ſuper alios querelas faciunt* laudat ex libro ſecundo Capitulorum imperialium. Et Concilium Troſleianum cap. 6. caput *Vt Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ* refert ex ſecundo libro Capitularium cap. 47. Quod verum eſſe non poſſet ſi duo illa capitula jam tum inſerta non fuiſſent in hoc loco.

VNDE SVST. SE POSSINT] In antiquis Pag. 748. exemplaribus Pithœano, Pariſienſi, & Norman- c. 33. nico legitur: *unde ſe ſuſcitare poſſint.* In Remenſi verò: *unde ſuſtare poſſint donec ad eorum perveniatur juſtitiam.*

TANTOS CLAMORES] In Remenſi codice legitur *tantas clamores.* Vide quæ de hoc Galliciſmo ſuprà diximus pag. 1006.

CAVSANDI] id eſt, litigandi, cauſam agendi, ut rectè iſta explicat Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 141. Ibid. c. 34.

CVM HONORE ET SOBRIETATE] Hæc non habentur apud Reginonem. Puto autem heic inſinuari fidelibus feſtos Paſchæ dies transigendos eſſe abſque luxu & temulentia, ut Chriſtianos decet. At hodie omnia in diverſum mutata Ibid. c. 35.

Tom. I. sunt. Vide Notas ad Agobardum pag. 21.

Assumptionem S. Mariæ] Vide quæ de hoc argumento dicta à nobis sunt suprà pag. 1171. & Notas ad Gratianum pag. 565.

Purificationem S. Mariæ] Hæc sola sanctæ Mariæ festivitas olim celebrabatur in Ecclesia. Addita deinde est assumptio, tum conceptio, præsentatio, annuntiatio, ac visitatio. Ingeniosa posterorum diligentia ultra progressa festum desponsationis sanctæ Mariæ reperit, auctore Petro Aurato ex sodalitio Dominicanorum, qui anno MDXLVI. novæ istius festivitatis officium composuit & Paulo III. obtulit approbandum, ut Ferreolus Locrius testatur in libro sexto Mariæ Augustæ cap. 4.

Ibid. c. 36. Ecclesiæ] Caput istud Burchardus refert *ex Concilio Meldensi cap.* 8. Ita etiam Ivo par. 3. cap. 12. in veteri codice sancti Victoris Parisiensis. In Concilio Moguntino anni DCCCXLVII. sic legitur: *Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis nec aliis possessionibus pro novis oratoriis sine consensu & concilio episcopali privemur.*

Ibid. c. 38. Vt ivxta] Caput istud, quod re vera est Concilij Cabilonensis secundi, Burchardus tribuit Concilio Aurelianensi.

Instrvant] Ita omnia exemplaria Ansegisi, Regino, Burchardus. Hinc itaque emendandum est caput quintum Concilij Cabilonensis, ubi legitur *instituant.*

Pag. 749. c. 39. Dictvm est] In libro tertio legis Longobardorum caput istud refertur inter constitutiones Lotharij, haudubiè quia ab illo renovata est hæc lex.

Pag. 750. c. 41. Matrem S. Ecclesiam] Vide infrà lib. 6. cap. 426.

Ibid. c. 42. Monasteriis pvellarib.] Vide infrà lib. 5. cap. 384.

Pag. 750. c. 45. Vel ter laici] Hinc collegit Vadianus libro sexto de eucharistia pag. 216. laicos imperante Ludovico Pio cœpisse abstinere à frequenti communione corporis & sanguinis Domini, cùm paulò antea, id est, sub Karolo Magno, frequentiùs fuisset per Ecclesias communicatum; húncque abusum descendere facit ex studio Missæ privatæ & ex cupiditate monachorum. Referenda autem sunt ipsa Vadiani verba. *Imperante Hludovico Caroli filio circiter annum à nato Christo DCCCXV. adeo increbuit privatæ Missæ studium ut quum paulò antea frequentiùs fuisset (ceu diximus) per Ecclesias communicatum, legem ferre Princeps compulsus fuerit ut laici saltem ter in anno communicarent. quam legem Ansegisus prodidit canone 38. libri secundi. Adeo quisque suam vicem sumendæ eucharistiæ in alium rejiciebat qui & sumere se pro aliis posse profitebatur, quódque omnium fides & pietas exposcebat, paucorum curæ ceu pro aliis merentium commissum est, nec sine quæstu accessione, qui monasteria multa, præsertim Benedictina, ad illas opes quibus hodie tam splendidè & tanta cum securitate perfruuntur evexit.* Dolendum est hanc observationem, quæ falsa est, excidisse viro docto: qui si consuluisset antiquos canones Gallicanos, invenisset illam laicorum abstinentiam à communione multò antiquiorem esse quàm ut ad tempora Ludovici Pij referri possit. Nam in canone 18. Concilij Agathensis ita disertè scriptum est: *Seculares qui natale Domini, Pascha, & Pentecosten non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.* Præterea constitutio Ludovici relata à Vadiano sumpta est ad verbum ex Concilio Turonensi III. habito sub imperio Karoli Magni. Neque hic mos censendus est descendisse ex persuasione quæ in animos hominum illius ævi penetrarit, posse fideles eucharistiam sumere per vicarium, id est, per eum qui pro se ac populo sacrificat & oblationes Deo offert in altari, sed ex tepiditate Christianorum, *remordente conscientia mala*, ut in epistola 83. ait Fulbertus Episcopus Carnotensis de Presbyteris agens qui toties non communicant quoties Missam celebrant. Ioannes Aventinus annalium Boiorum lib. 4. pag. 367. alia via aberrans, hac lege, quam Karolo Magno tribuit, putat interdictum esse laicis, quos ipse Latina lingua prophanos vocat, ne plusquàm ter in anno communionem acciperent eucharistiæ. *Edixit quoque*, inquit, *prophanum plusquam ter in anno de sacrosancto convivio, quod eucharistiam nuncupamus, vesci non placere.* Ton. I.

Impediatvr] Regino addit, *id est, in Pascha, Natali Domini, & Pentecosten.* Ita etiam Burchardus, Ivo, & Gratianus. Sed hæc non habentur in Concilio Turonensi, ex quo caput istud sumptum est, neque in exemplaribus Ansegisi. Interpretatio est Reginonis, sumpta ex admonitione synodali antiqua, in qua hæc leguntur: *Tribus temporibus in anno, id est, in Natale Domini, Pascha, & Pentecosten, omnes fideles ad communionem corporis & sanguinis Domini accedere ammonete.* Vide etiam inquisitione de vita & conversatione laicorum cap. 56. apud Reginonem in initio libri secundi. Ceterùm Burchardus Fabiano Papæ tribuit hanc constitutionem. Pag. 751. c. 45.

Patrini] Patrini sunt qui offerunt baptizandos, eósque baptizatos de sacro fonte suscipiunt, ut ait Hugo Menardus in Notis ad librum sacramentorum pag. 107. Iesse Ambianensis in libello de ordine baptismi cap. 1. *Signent ipsos infantes in fontibus eorum susceptores viri vel feminæ, id est, patrini vel matrinæ.* Homilia incerti auctoris in ascensa Domini in vetustissimo codice Ecclesiæ Lugdunensis: *Quid dicendum est de parvulis, qui, quando baptizantur, non habent intellectum credendi neque pro se respondendi? De majoribus nulla quæstio est, quia ipsi pro se respondere sciunt. Facilis solutio est. Parvuli, qui necdum sciunt loqui, fide illorum qui eos suscipiunt de sacro fonte merentur remissionem peccatorum accipere. Et certè dignum est ut qui peccato carnalium parentum polluuntur, fide spiritalium parentum salventur.* Amalarius Trevirensis Archiepiscopus in epistola ad Karolum M. cap. 2. *Docemus orationem dominicam patrinos & matrinas, ut & ipsi similiter faciant quos susceperuri sunt ad sacrum baptisma.* Cap. 4. *Illud signum faciant in fontibus eorum Presbyteri, Acolythi, patrini vel matrinæ.* Item cap. 15. *Deinde perscrutamur patrinos & matrinas si possint cantare dominicam orationem & symbolum.* Concilium Remense apud Reginonem lib. 1. Ibid. c. 46.

Tom. I. cap. 272. *Presbyter omnibus patrinis annuntiet quòd debitores sint suis filiolis &c.* Apud Ivonem parte 6. cap. 158. legitur *patrimis*. Sed emendandus est ex Reginone & ex veteri exemplari MS. sancti Victoris Parisiensis. Eodem modo emendandum est caput primum secundæ additionis, ubi legitur *patroni* pro *patrini*.

Fideivssores] Homilia sancti Eligij Episcopi Noviomensis in tomo quinto Spicilegij Dacheriani pag. 212. *Mementote quia tunc pactum cum Deo feciſtis, atque abrenuntiare vos diabolo & omnibus operibus ejus in ipso baptismi sacramento promisistis. Qui potuit, tunc ipse per se & pro se hæc respondit. Qui verò non potuit, fidejussor pro eo ad ejus vicem ista Deo promisit, ille scilicet qui eum de sacro fonte suscepit.*

Pag. 752. c. 48. Ab antiqvis patribvs] id est, ut opinor, in canone sexto Concilij Nannetensis. Nam Regino, postquam retulit istud nostrum caput, statim describit canonem illum Nannetensem, tanquam si ostendere vellet quid per antiquorum patrum constitutionem hæc intelligatur.

Pag. 753. c. 2. Vidvarvm] Vide suprà lib. 2. cap. 33.

Pag. 755. c. 4. Bannvm dominicvm solvat] Vide infrà lib. 5. cap. 247. & lib. 6. cap. 271.

Pag. 755. c. 6. Partibvs sclavorvm] Negotiatores Francos consuevisse antiquitus exercere mercaturam apud Sclavos docent gesta Dagoberti Regis cap. 27. *Sclavi cognomento Vvinidi, quorum regnum Samo tenebat, negotiatores Francorum cum plurima multitudine interficiunt & rebus exspoliant.*

Avarorvm] Ita codex Metensis. Divionensis habet *Arorum*. Pithœanus, Normannicus, Remensis, Bellovacensis, Tilianus, & Parisiensis, *Havarorum*. Contrà in Colbertino, Thuano, Rivipullensi, uno Sangallensi, & in editione Basileensi scriptum est *Banvariorum*, in altero Sangallensi *Baugariorum*, & in Camberonensi *Bajuvatorum*.

Ibid. c. 7. De clamoribvs] Leg. *De clamatoribus*. Clamatores autem hoc loco sunt qui litigant.

Cvm ipsis literis] Karolum M. non esse repertorem istius juris colligi potest ex epistola 104. sancti Bonifacij, in qua sic scribit ad Pippinum Regem: *Quidam servus Ecclesiæ nostræ, & ipse mendacissimus, qui nos arte fugiebat, Ansfrid nomine, veniens ad nos cum indiculo vestro, rogans ut ei justitiam faceremus, misimus illum ad vos cum ipsis literis cum Misso nostro, ut cognoscatis quia mentitus vobis est, peremtes ut nos pro mercede vestra defendatis contra tales falsarios, & eorum mendaciis non credatis.*

Ibid. c. 8. Et infantes] Vide quæ adnotantur infrà post caput 16. hujus libri.

Ibid. c. 9. De conspirationibvs] Hæc constitutio tribuitur Lothario in libro primo legis Longobardorum. In uno verò codice regio ejusdem legis hæc adnotata antiquitus sunt in margine: *Infirmat hæc supradictum capitulum* Volumus, *si conspiratio per sacramentum firmetur. Infirmat etiam legem Rotharis* Si quis pro injuria sua vindicanda, & Si quis gregem equorum, & Si pro quacunque causa homines, *& li. quæ est* Si quis sine voluntate, *& Rachis* Cognovimus enim. *Nisi hæ omnes prædictæ de conspiratione non sacramento vel dextera data loqui dicantur.*] Capitulum Tom. I. *Volumus*, cujus hoc mentio, est constitutio Lotharij, quæ extat in eodem libro primo legis Longobardorum tit. 17. cap. 9. Lex Rotharis est prima in eodem titulo.

Perhoc] Ita omnia ferè antiqua exemplaria, editio Basileensis, & Regino. Codex Trecensis habet *propter hoc*, unus Sangallensis *pro hoc*. Desunt hæ duæ voces in codice legis Longobardorum.

Vbi vero nihil mali] Alia glossa marginalis in eodem codice regio: *Si nihil mali perpetratum est, actor secundùm quosdam in Corsicam est mittendus, secundùm alios tam actor quàm sequaces est flagellandus, secundùm alios actor mori debet.* Quod hoc ait auctor glossæ actorem secundùm quosdam in Corsicam esse mittendum, sumptum est ex titulo tertio capitulorum Lotharij cap. 4.

De perivriis] In ipso capitulari ex quo Pag. 756. c. 10. ista sumpta sunt legitur ut hoc editum est, itémque in plerisque vetustis Ansegisi exemplaribus & in codice legis Longobardorum. In uno tamen Vaticano, in uno Sangallensi, in Trecensi, & Colbertino scriptum est: *Præcipimus ut perjuria summopere caveantur.*

Separentvr ab invicem] In quibusdam codicibus legitur, *separentur ad invicem*. Alcuinus in libro de virtutibus & vitiis ad Vvitonem Comitem cap. 20. *Si falsi testes separantur, mox mendaces inveniuntur.*

Accvsatori] *id est, actori*, ut ait vetus glossa interlinearis in uno codice regio legis Longobardorum. Quod ideo rectè observatum est, ne quis putare posset hoc agi de causis tantùm criminalibus.

Testes eligere] *id est, adducere testes ut jurent*, inquit eadem glossa. Vnde ait alia glossa in altero codice regio: *Etiam reo licet testes eligere & contradicere per capitulum Lotharij: Si quis cum altero.* Verùm lex quam auctor istius glossæ dicit esse Lotharij, Ludovico Pio tribuitur in libris legis Longobardorum. Extat autem infrà lib. 4. cap. 23.

Cavsatore] *id est, reo*, inquit auctor prioris glossæ. Quidam codices legunt *accusatore*.

Si vero aliqvis refvtatvr] Ita pleraque exemplaria. In Thuano, Remensi, Tiliano, Bellovacensi, Divionensi, Metensi, & in editione Basileensi legitur simpliciter: *Si refutatur, dicat &c.* In Camberonensi: *Et ille qui ad testimonium ducitur, si refutetur.* In Pithœano, Normannico, & Parisiensi: *Et ille qui ad testimonium adducitur, si refutatur.* Codex legis Longobardorum: *Et ille qui ad testimonium adductus fuerit, si refutatur.*

Si refvtatvr] Charta Ludovici VI. Regis pro monasterio Fossatensi: *Quòd si aliquis temeraria præsumptione illorum testimonium in aliquo refutaverit.* Vetus historia Trevirensis in tomo XII. Spicilegij Dacheriani pag. 219. *Cæpit à fratribus omnino caritatem refutare.* id est, *recusare*, ut in margine adnotat clarissimus editor. Regula cujusdam in Concordia regularum pag. 728. *Caro & vinum sive potus in quo sit ebrietas*

Tom. I. *refutanda sunt monachis nec suscipienda.* ubi vide Notas Hugonis Menardi.

Pag. 756. c. 12. VT NON EXIGANTVR.] Hæc habentur in ipso Capitulari ex quo sumpta sunt, & in antiquis exemplaribus Metensi & Rivipullensi. In Normannico legitur: *præstatur, non exigantur.* Reliqua exemplaria non habent hæc tria vocabula; quæ desunt etiam in editione Basileensi & apud Ivonem. Vide infrà lib. 6. cap. 379.

SINE NEGOTIANDI CAVSA] sive *ad eorum supplendas necessitates*, ut legitur in præcepto Ludovici Pij de immunitate monasterij Miciacensis à præstatione tributorum pro navibus per flumina regni Francorum discurrentibus pro quibuslibet præfati monasterij necessitatibus, quod privilegium postea confirmatum est à Karolo Calvo. Simile privilegium monasterio sancti Philiberti concessit Pippinus Rex Aquitanorum; ut patet ex ejus præcepto, quod à R. P. Chiffletio editum est in historia monasterij Trenorchiani pag. 192. Item Lotharius Imperator simile monasterio Duserensi apud eundem Chiffletium pag. 264. Simile quoque privilegium Andegavensi Ecclesiæ concessum à Ludovico Pio ediderunt Sammarthani in tomo secundo Galliæ Christianæ, & aliud Karoli M. pro monasterio Organensi juxta Veronam Ferdinandus Vghellus in tomo quinto Italiæ sactæ pag. 600. Habemus præterea præcepta Karoli M. & Pippini Regis Aquitaniæ quibus immunitatem telonei & aliorum tributorum concedunt monasterio Cormaricensi pro duabus navibus per diversa flumina discurrentibus. Item præceptum Ludovici Pij de quinque navibus Ecclesiæ Viennensi concessis *ad sua negotia deferenda*, itémque aliud de quatuor navibus monasterij sancti Germani Autissiodorensis. Idem Ludovicus monasterio sancti Aniani Aurelianensis concessit privilegium habendi sex naves *qua sive per Ligerim flumen sive per cetera flumina infra ditionem imperij nostri ob utilitatem & necessitatem monasterij* discurrere possint ubicunque velint, ut legitur in litteris ejusdem Ludovici à clarissimo Huberto editis pag. 75. probationum historiæ ejusdem monasterij sancti Aniani. Quæ ideo adnotavimus ut agnoscerent lectores eam generalem legem, de qua nunc agimus, indiguisse auctoritate Principis speciali ut executioni mandaretur per singula loca.

NISI IN PALATIO] quæ moneta palatina dicebatur. Vide Capitula Karoli Calvi tit. XXVI. cap. 12. & Capitulare secundum anni DCCCVIII. cap. 7.

Pag. 757. c. 14. DE HERIBANNO] Ita plerique codices. Palatinus tamen, Camberonensis, Tilianus, unus Sangallensis, Thuanus, Bellovacensis, & Divionensis legunt *hairibanno*. Vaticanus unus & Rivipullensis, *haribanno*. In polyptico monasterij Fossatensis legitur *hairbannus*. Vide Adversaria Petri Pithœi lib. 2. cap. 20. & Notas Bignonij pag. 963.

BLANDITIA] Codex Palatinus, Metensis, Thuanus, & Divionensis, *blanditiæ*. In uno codice regio legis Longobardorum legitur, *absque ullius persona gratia, ambitione, sive terrore.*

BVBVS, VACCIS] In editione Tiliana & sequentibus legitur, *bobus, ovibus, vaccis.* Sed vox *ovibus* non extat in editione Basileensi, neque in antiquis Anségisi exemplaribus, neque demum Tom. I. in codice legis Longobardorum. Error ortus ex eo quòd in quibusdam editionibus Capitularis secundi anni DCCCV. legitur *bovibus* pro *bobus*. In libro tamen quinto cap. 258. legitur *bovis, ovis.*

PECVLIO] id est, pecudibus, animalibus. Hinc peculium utriusque sexus in veteri charta monasterij Schlechdorfensis in tomo tertio Metropolis Salisburgensis pag. 321. Statuta antiqua sancti Petri Corbeiensis in tomo quarto Spicilegij Dacheriani pag. 20. *Similiter quicquid in diversis laborationibus quolibet modo acquiritur, vel in variis peculium generibus enutritur.* Testamentum Evrardi Comitis apud Aubertum Miræum in Codice donationum piarum pag. 99. & in tomo duodecimo ejusdem Spicilegij pag. 495. *sive in laboratione sive in peculio.* Porrò in hoc istius capitis loco, pro eo quod heic legitur *peculio*, codex Palatinus & Bellovacensis habent *pecunio*. quod idem est. In testamento sancti Aldrici Episcopi Cenomanensis legitur ipsum statuisse ut quicquid *de pecuniis diversi generis* & vestimentis in suo ergastulo inventum fuerit post mortem suam, tribuatur monasterio à se condito super fluvium Sartæ. Homilia incerti auctoris in vetustissimo codice sancti Galli: *Quando Abraham decimas de præda donavit, quanto magis omnis homo de suo labore, de omni pecunio, & de omnibus animalibus.* Concilium Duziacense pag. 293. in editione Cellotij & pag. 1655. in tomo octavo Conciliorum ultimæ editionis: *generis diversi ac sexus pecuniam.* Cellotius in Notis ad hunc locum, cùm ista non intelligeret, pecuniam heic explicavit de argento signato. Hæc sunt ejus verba. *Vox insolens*, inquit, *& nusquam alibi mihi lecta. Neque ego sexum alium in pecunia conjicere possum quàm si aurum pro mare, argentum signatum pro femina accipias.* Porrò pecunia alibi significat quamlibet rem quam quis de pecunia sua comparavit, ut libro quinto Capitularium cap. 347. & lib. 6. cap. 11. & in Capitularibus Lotharij tit. 3. cap. 12.

EXIEBAT] Ita ferè omnia vetera exemplaria Pag. 757. & editio Basileensis. Tiliana & Pithœana prima c. 15. habent *exigebatur*. quam lectionem præferunt veteres libri Camberonensis, Colbertinus, Vaticanus, & unus Sangallensis.

DE LIBERIS HOMINIBVS] Leg. *De liberis hominibus qui uxores.* Error fuit typographi. Ad hunc locum respexit Beatus Rhenanus quum hæc scriberet in libro secundo rerum Germanicarum pag. 94. *Erant & tabularij sive chartularij, libertorum genus. In hos jus habebat Ecclesia. Sed fiscalini privilegiis ecclesiasticos vincebant. Nam liber homo habens uxorem fiscalinam, aut mulier libera habens fiscalinum maritum, nihilo deterioris conditionis hoc nomine efficiebatur.* Item Ioachimus Vadianus lib. 2. de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 75. *Ex publicis autem servis regij seu fiscalini dicti nostris quorum vectigal & usufructus ad fiscum pertinebat. Erant & ecclesiastici, qui operas suas Ecclesiis pendebant. Ceterùm & regiorum & ecclesiasticorum longè melior erat conditio.* Regios fiscalinos commemorat Ivo Carnotensis epist. 147. Ibid. c. 16.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. Post caput istud sequitur in codice Normannico : *De infantibus qui non juraverunt fidelitatem. De his qui tunc infantes fuerunt, & aliis atque aliis qui non juraverunt fidelitatem Domno Imperatori aut suos infantes, modo jurent.* Vide suprà cap. 8. hujus libri.

Pag. 758. c. 20. ALODEM] Alodium olim dicebant fundum liberum nullius juri obnoxium, ut ait Sirmondus in Notis ad Goffridum Vindocinensem pag. 5. Opus autem non est ista pluribus probare, cùm viri clarissimi doctissimos commentarios de toto hoc argumento ediderint.

PER EOR. VOLVNTATEM] Ista & quæ deinceps sequuntur extant quidem in codice Tiliano, in Parisiensi, Palatino, Metensi, Thuano, Bellovacensi, Pithœano, Normannico, Rivipullensi, Divionensi, & in uno Sangallensi. Ita etiam editio Tiliana, Basileensis, & prima Pithœana. Secunda, quæ juvatur auctoritate veterum exemplarium Colbertini, Vaticani, Camberonensis, & unius item Sangallensis, habet : *deinceps caveant se omnino à talibus, ne à propriis honoribus & à proprio solo à Dei gratia & nostra extorres fiant.* Hanc postremam lectionem retinuit Lindenbrogius. Pro eo autem quod hèic legitur *à Dei gratia*, melius, ut opinor, scriptum est in libro Camberonensi *ac Dei gratia.*

Pag. 758. c. 21. FATIGATI] Hæc est lectio multorum veterum librorum. In Thuano, Vaticano, Colbertino, & uno Sangallensi legitur *fugati*. Et hæc quoque lectio bona est.

Ibid. c. 23 INFIDELIS EST NOSTRO REGNO] Hanc lectionem Franciscus Pithœus huc transtulit ex libro primo legis Longobardorum. Nam in antiquis exemplaribus & editionibus sic habetur : *latro est & infidelis noster & Francorum.* Itaque sic reponendum est. Vide suprà in Notis ad paginam 543.

Pag. 759. c. 24. VEL ALIA] Codex Rivipull. *vel alia quacunque re.*

Ibid. c. 26. SI QVIS IN IMMVNITATE] id est, in Ecclesia vel in rebus Ecclesiæ quæ immunitatis nomine censentur infrà lib. 5. cap. 279.

DAMNVM] id est, furtum, homicidium, aut aliquod crimen, ut statim dicetur.

DAMNVM] *Vt si ruperit murum, aut Ecclesia portam, aut aliud simile. Sed secundùm Gualcausum damnum pro homicidio ponitur. Nam si de omni damno diceret, ut si gallinas occidisset, iniquum videretur. Alij verò de omni damno dicunt.* Ita auctor glossæ veteris in uno codice regio legis Longobardorum.

AD PRINCIPEM] id est, ad Ducem, qui super Comitem constitutus est. Infrà lib. 5. cap. 367. *Si quis jussione Regis vel Ducis illius qui ipsam provinciam regit &c. Princeps verò & successores ejus defendant eum.* Vvalfridus Strabo, horum temporum scriptor, cùm in fine libri de ecclesiasticis officiis institueret comparationem principatuum seculi cum dignitatibus ecclesiasticis, Metropolitanos Ducibus comparavit : *quia sicut Duces singularum sunt provinciarum, ita & illi in singulis provinciis singuli ponuntur.* Comites verò comparat Episcopis, quorum non est adeo ampla jurisdictio ac Metropolitanorum.

PER MALVM INGENIVM] Hæc desunt in uno codice Vaticano, in Colbertino, Thuano, & in uno Sangallensi. Tom. I. Pag. 760.

INSERVIRE] *id est, in servitute revocare*, ut ait vetus glossa marginalis in uno codice regio legis Longobardorum. Ibid. c. 28.

MVLTAM] Eadem glossa : *Ob hoc dicunt quidam quòd hæc lex ad legem Salicam sit falsa. In aliis enim libertatis cartulis nisi in Salicis pœna poni non solet.* Hanc opinionem refellit auctor alterius glossæ. *Hæc lex*, inquit, *in hoc quòd facit mulctam componere, à quibusdam dicitur Salica esse. Sed malè dicunt, quia in omnibus cartulis pœna potest poni.*

OMNIA DEBITA] Vide infrà lib. 4. cap. 75. Ibid. c. 30.

FREDA] *id est, compositio quæ sit pro injuria facta mulieri in mundio Regis habitæ*, ut ait glossa interlinearis in uno codice regio. Alia sic habet : *id est, excepta injuria quæ sit mulieri Salicæ quæ est in mundio Regis.*

OPTIMVS] Burchardus, sui semper similis, caput istud interpolatum, ne qua Capitularium vestigia deprehendi possent, tribuit Concilio Matisconensi. Pag. 761. c. 32.

NVLL. CRIM. POSSIT INDICERE] id est, *nullam eis infamiam possit inferre*, ut ait Burchardus. Sive *nullam eis possit afferre calumniam*, ut apud Gratianum. quod melius est.

VT NEC COLONVS] In codice legis Longobardorum legitur : *Vt nec colonus nec fiscalinus possit alicubi foras mixtos traditionem facere* ; ubi glossa interlinearis in uno codice regio *foras mixtos* interpretatur *extra conservos.* Ista lucem accipere possunt ex libro quinto legis Vvisigothorum tit. 7. cap. 16. ubi prohibetur ne servi fiscales mancipia sua aut terras ad liberos homines venditione transferant, nisi tantummodo ad alios servos fiscales, & ut terras sive mancipia donare Ecclesiis non possint. Ibid. c. 36.

MANSIONEM] Frotharius Tullensis epist. 18. ad Hetti Archiepiscopum Trevirensem Missum dominicum : *Vestris literis mihi significari expeto quando huc pro legatione vobis injuncta venire vel quando synodale Concilium juxta modernam constitutionem debeatis convocare. De his ob id præcipuè sollicitus maneo quia & ipse secundùm imperiale præceptum ad providendas mansiones in quibus Legati suscipi debent, scilicet à monte Iovis usque ad palatium Aquis, ire debeo.* Ibid. c. 39.

PER VITAM REGIS] Caput istud reperitur in libro tertio legis Longobardorum tit. 24. Vide Filesacum lib. 2. selector. pag. 85. & Vvestenium in Notis ad opuscula Origenis pag. 110. Pag. 762. c. 42.

DIMITTERE] *id est, manumittere vel desinere possidere*, ut ait glossa interlinearis in uno codice regio, quod confirmat & alia glossa. Ibid. c. 44.

OFFERAT] In lege Longobardorum legitur *afferat*, etiam in antiquis libris.

COMMISIT] In eadem lege scriptum est, *commisisset, & sit absolutus.*

SVPER NOCTES] Majores nostri olim spatia temporis non numero dierum sed nocțium finiebant. Vide Sirmondum in Notis ad Goffridum pag. 38. Pag. 763. c. 45.

REM

Tom. I. Ibid. c. 46. REM INTERTIATAM] Vide infrà lib. 6. cap. 214.

VEL CRVCE] Hæc non extant in codice Metensi.

Ibid. c. 47. DE ILLIS HOMINIBVS] Glossa interlinearis in uno codice regio: *Hæc lex loquitur cùm judicatus fuerit ad mortem propter crimen majestatis.* Quæ interpretatio confirmari potest ex præcepto Karoli M. mox laudando.

QVALITER IVDICIVM] In lege Longobardorum legitur *æquale judicium.* Ibi verò in margine ejusdem codicis regij sequentia adnotata sunt à manu antiqua: *Hæc lex in hoc quod dicit,* æquale judicium inter illos terminetur, *sic exauditur ut nec ipsi justitiam faciant nec accipiant de causis antè perpetratis.* Rationem verò reddit alia glossa, *quoniam pro mortuis habentur ad antè gesta.*

SECVNDVM IVDICIVM FRANCORVM] Præceptum Karoli M. editum post Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti to. IV. pag. 623. *Fuerunt namque aliqui in nostra præsentia convicti & secundùm judicium Francorum diiudicati.* Hincmarus in Notitia de villa Noviliaco cap. 4. *Deinde Landrada uxor Donati, sed & filij eorum, pergente Karolo Rege ad obsidendos Normannos qui in insula quæ Oscellus dicitur residebant, cum aliis defecerunt; quorum honores & proprietates à Francis auferri & in fiscum redigi judicatæ sunt.*

SECVNDVM IVDICIVM FRANCORVM] Glossa marginalis in codice regio paulò antè laudata: *Item cùm dicit,* secundùm judicium Francorum, *erant quidam qui dicebant hanc esse Salicam. Sed non est. Quia non ideo dixit* secundùm judicium Francorum *ut esset Salica, sed quia Karolus Francus nativitate erat, & respexit suam nationem propter suæ gentis dignitatem.*

FRANCORVM] *id est, Karoli, qui fuit Francus,* inquit alia glossa. *Et hoc ad removendum hanc legem esse Salicam.*

CVM ARMIS CONTENDAT] *Cùm alij fustibus pugnare debeant,* ut ait una glossa, isti jubentur pugnare cum armis, id est, scuto & lancea.

Pag. 764. c. 52. VT TESTES] Burchardus refert ista ex Concilio Matiscensi, ut dictum est paulò antè ad caput 32. hujus libri.

Ibid. c. 55. IVDICIVM SVBVERTENDVM] Vide infrà lib. 5. cap. 145. & Reginonem lib. 1. cap. 72.

DEPOSITVS] In Capitulari secundo anni DCCCIX. legitur *expoliatus,* in codice verò legis Longobardorum *expulsus.*

Pag. 765. c. 57. HYBERNO] hyeme. Sanctus Ambrosius sermone 38. *Miser peccator dum hic hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit.* Brevis annotio de Principibus Francorum in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ: *Hibernus grandis & durus.* Pro quo hæc habentur in annalibus Laurishamensibus ad annum DCCLXIV. quo istud contigit: *Hiems grandis & durus.* In veteri chronico S. Galli nondum edito: *DCCLXIIII. xviiij. Kal. Ian. sic incipit gelus, & finivit in xvij. Kal. April.* Eadem habentur in annalibus Francorum Tilianis. Hinc *hivernaticum & hivernatica satio* in polyptico monasterij Fossatensis & alibi.

Tom. I.

VT SACRAMENTA] Vetus nota marginalis in uno codice regio legis Longobardorum: *De his sacramentis loquitur quæ ad manum Regis principaliter pertinent, ut si quis juratus sit regium servum non plagasse, vel quæ arduntur sponte fieri ad palatium, licèt ad manum Regis non pertineat.* Ibid. c. 58.

VIRTVTEM] Ita vetera exemplaria Tilianum, Palatinum, Rivipullense, Metense, Bellovacense, Camberonense, unum Sangallense, Pithœanum, Parisiense, Divionense, Remense. Sic etiam scriptum est in Tiliana editione & in prima Pithœana, itémque in codice legis Longobardorum. At in uno codice Vaticano, in uno Sangallensi, in Thuano, Colbertino, & Camberonensi, tum etiam in Capitulis Karoli Calvi, in Concilio apud sanctam Macram, apud Ivonem, & in secunda editione Pithœana, postremò in Lindenbrogica legitur *vim.* eadem omnino significatione, uti jam dictum est suprà. Pag. 766. c. 65.

SECVNDVM LEGEM ET EVVAM] Multùm variant in hoc loco vetera exemplaria & editiones. Lectionem quam nos retinuimus exhibent unus codex Vaticanus & unus Sangallensis, tum etiam editiones Tilij, Pithœanæ, & Lindenbrogica. Colbertinus habet, *secundùm legem & eumua illi cujus.* Alter Sangallensis & Thuanus, *& eam illi cujus.* Rivipullensis & Divionensis, *& ea illi cujus.* Palatinus & Bellovacensis, *& coram illi cujus.* Tilianus & Camberonensis, *& coram illi cui.* Metensis, *& coram illo cujus.* Parisiensis, Pithœanus, Normannicus, Remensis: *aut fuaverit, ei cui domus infracta & spoliata fuerit.* In Capitularibus Karoli Calvi, ubi caput istud reperitur descriptum, *secundùm legem eam illi.* In Concilio apud sanctam Macram, *secundùm legem illi.* Apud Ivonem, *secundùm legem & vvadios illi.* In uno codice regio legis Longobardorum: *rapuerit aut furatus fuerit, totum illi secundùm legem cujus domus.* In alio: *rapuerit aut furatus fuerit, secundùm legem illi debet & totum illi cujus domus.* Editio Nicolai Boherij, *secundùm legem & totum illi.* Lindenbrogica, *secundùm legem & euvam illi.*

SI QVIS MESSES] Vide capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 4. Ibid. c. 66.

PRINCIPIS] id est, Regis, ut explicat vetus nota in codice sancti Remigij Remensis, quam exhibemus in Notis ad titulum nonum Karoli Calvi. Ibid. c. 67.

HERISCLIZ] Ita plerique codices antiqui. Alij habent *herisliz, hericliz, herisclit.* Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum pag. 94. *Defecisse exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant herischlitz, quasi dicas exercitus scissionem.* Vide glossarium Pithœi ad libros Capitularium. Pag. 767. c. 70.

ROGET] Ita omnia vetera exemplaria, uno Rivipullensi excepto, in quo legitur *cogat.* Hæc tamen lectio videtur esse melior, quia in lemmate scriptum est: *De non cogendo bibere in hoste.* Beatus Rhenanus in libro suprà laudato pag. 95. agens de legibus Francorum: *Nemo militiæ socium suum aut quemlibet alium ad potandum in-* Ibid. c. 72.

Tom. I. *vitato. Quòd si quis ebrius repertus fuerit, ejectus quoad culpam agnoscat, aquam bibito.* Vide Notas ad Reginonem pag. 561. *Rogare* autem heic significat cogere, ut infrà Addit. IV. cap. 17. *Nec omnino a quoquam respondere rogetur &c.*

Pag. 768. c. 74. HISPANIAM] id est, eam citerioris Hispaniæ partem quæ inter Pyrenæos, mare mediterraneum, & fluvium Rubricatum habitatur. Ea quippe tum erat in regno Francorum, & Marca Hispanica dicebatur. In ea sunt præclaræ urbes Ausona, Barcino, Gerunda, Vigellis. Frotharius Episcopus Tullensis epist. 24. *Si in partes Hispaniæ propter custodiam & sollicitudinem meæ senior noster isto hyeme futuro destinare voluerit, vos ab illo servitio excusare me dignemini.* Hinc custodes marcæ Hispanicæ & limitis Hispanici in vetustis annalibus.

Ibid. c. 75. QVAM] Plerique codices habent *quæ.*

IDEM RECTOR] In uno codice Sangallensi, in Thuano, & Camberonensi legitur, *id est, rectorem.* Sed hæc lectio bona non est.

Ibid. c. 77. VLLVS COMES PALATII] Bignonius in Notis ad Marculfum pag. 914. ex hoc loco & nonnullis aliis collegit plures Comites palatij uno eodémque tempore fuisse. Einhardus epist. XI. *Adalhardo & Gebuino Comitibus palatij.* Quod fuerit officium Comitis palatij explicat Hincmarus epist. 14. cap. 21. ex libro Adalhardi de ordine palatij, qui nunc non extat.

Pag. 769. c. 78. IN IPSO PAGO] Ratio hujus constitutionis affertur in capite 23. libri quarti. Charta reclamatoria filij Richart ad Ludovicum Pium inter epistolas sancti Bonifacij num. 115. *Multi enim testes de ipsis pagis super hac ipsa re adhiberi possunt qui hanc rem bene sciunt & eam deregere veraciter valebunt.*

Ibid. c. 81. CONDRICTA] Quidam codices habent *constructa.*

Pag. 770. c. 89. Caput istud & sequens in editionibus Tilij, Pithœorum, & Lindenbrogij leguntur post caput 64. & 69. libri primi. Nos illa inde sustulimus, quia non extant in hoc loco antiquis libris, sed in fine libri tertij, ut in hac editione nostra. Ex eodem libro tertio citat Regino lib. 2. cap. 75. & 427. ubi vide Notas. Ivo tamen par. 10. cap. 41. postremam partem istius capitis refert ex libro primo Capitularium cap. 64. Quod indicat Ivonem habuisse collectionis Ansegisi exemplar in quo caput istud repositum erat in libro primo. Sanè in libro Bellovacensi, in uno Sangallensi, in Camberonensi, & in Metensi sancti Vincentij caput de homicidiis conjungitur cum capite 64. libri primi, caput verò de mensuris cum cap. 69. ejusdem libri.

Ibid. c. 90. VT ÆQVALES MENSVRAS] Vide Concilium Calchutense cap. 17. & Concilium Parisiense VI. lib. 1. cap. 51. & lib. 3. cap. 13. & Addit. II. cap. 20.

Post caput istud sequitur in codice Palatino, in uno Vaticano, in Metensi, & in Camberonensi caput *Ut de rebus Ecclesiarum &c.* quod habetur in Additione quarta cap. 171. Præterea in Metensi descriptum est in fine libri istius caput *Pervenit ad nos &c.* quod extat infrà lib. 5. cap. 279.

Pag. 771. c. 91. CONSTITVIMVS] Caput istud in nullo eorum exemplarium extat quæ nos vidimus præterquam in Bellovacensi; in quo tamen descriptum non est eodem tempore quo superiora, neque eodem atramento, quamvis manu ejus, ut reor, scriptum sit qui codicem integrum confecit. Tom. I.

MANV PROPRIA SINGVLA] id est, absque conjuratoribus, absque consacramentalibus. Frustra igitur alij *in singulis* hoc loco reposuerunt pro eo quod in veteri codice scriptum est *singula.*

QVAL. RER. DIREPTIONES] In lege Longobardorum legitur, *qualecunque damnum.* Pag. 773. c. 1.

SOLVERE COGANTVR] In veteribus libris legis Longobardorum legitur ut isthic. In editione verò Boherij, *bannum nostrum solvere cogantur.* Apud Lindenbrogium verò, *bannum nostrum solvere cogantur, id est, lx. sol. componant.* In uno codice regio, post vocem *cogantur* additum est à manu recentiore, sed tamen antiqua, *& insuper damnum aut homicidium componat.*

SI SERVI] Vide infrà cap. 41. Pag. 775.

MARCHAM CVSTODIENDAM] Annales Fuldenses ad annum DCCCLXIX. *tutores partium illarum.* c. 3. Ibid. c. 4.

AD EOR. PLACITA VENIANT] nimirum vassi dominici. Et sanè in chartis judiciorum per illa tempora actitatorum videmus nomina vassorum posita post nomina Missorum & Comitum, ut in charta de controversia quæ erat inter Agilmarum Archiepiscopum Viennensem & Vvigerigum Comitem. Acta sancti Aldrici Episcopi Cenomanensis: *Præcepit hanc justitiam inquirere ab Ebroino Pictavensis urbis Episcopo & Rorigoni Comiti & Altmaro Seneschalco Domnæ Iudith Imperatricis & Misso palatino, una cum aliis vassis dominicis.*

AD CVSTODIAM MARITIMAM] Beatus Rhenanus libro secundo rerum Germanicarum pag. 94. *Erant præterea Comites ad custodiam maritimam, item ad marcam tuendam deputati, quos hodie Marchiones vocamus.* Eginhardus epist. 22. *ad custodiam maritimam fuerunt.* Ibid. c. 5.

PROPTER INCESTVM] Hæc lectio constans est in omnibus antiquis exemplaribus, nisi quòd in Rivipullensi legitur *incertum.* Veteres librarij interdum permutabant hæc vocabula; ut in titulo XXXI. Capitulorum Karoli Calvi cap. 5. *interdum etiam incestam propinquam suam.* pro quo in codice sancti Vincentij Metensis scriptum est *incertam.* Et in decretione Childeberti Regis cap. 2. pro eo quod illic rectè legitur *incestum usum sibi societ conjugio*, veteres libri Remensis & Bellovacensis habent *incertum.* Sed ut ad rem nostram redeamus, certum est heic legendum esse uti nos edidimus. Vide glossarium Francisci Pithœi ad libros Capitularium in verbo *Reclamare.* Ibid. c. 6.

DE CONIVRAT. SERVORVM] Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum pag. 94. *De conjuratione servorum in Flandris, Mempisco, & ceteris ad mare locis facta meminerunt leges Francorum.* Ibid. c. 7.

MEMPISCO] Charta Karoli Calvi pro monasterio sancti Bavonis apud Miræum in codice donationum piarum pag. 73. *In pago Mempisco, in villa Helsca.* ubi Miræus conjicit Helscam fortasse intelligi debere de vico agri Alostani cui *Esche* nomen est. Andreas Catullius in Tornaco

Tom. I. Nerviorum pag. 18. contendit Menapios sive Mempiscos partim in diœcesi Tornacensi fuisse, partim in Morinensi.

Pag. 776. c. 8. VBI SALEM FACIVNT] Hieremias in epistola ad Frotharium Episcopum Tullensem, quæ est vigesima septima inter epistolas ejusdem Frotharij : *Contigit in nostra provincia præsenti anno sal fore carissimum, eò quòd propter pluvias in arcis maritimis, ubi fieri solebat, non potuisset perfici.*

Ibid. c. 9. PARTEM CONLABORATIONIS] Vide legem Ripuariorum tit. 37. cap. 2. & Alteserram lib. 3. rerum Aquitanicar. cap. 18.

Ibid. c. 10. PIPPINO] Regi Aquitaniæ, Pij filio.

Ibid. c. 11. RESTAVRANDIS] Hæc vox addita est ex plurimis antiquis Ansegisi exemplaribus. Eam tamen non habent Vaticana, neque Palatinum. Deest quoque in Rivipullensi, Tiliano, Divionensi, Metensi, Bellovacensi, tum etiam in editione Basileensi.

Pag. 777. c. 13. POENITENTIAM ACCIPIAT] In codice Rivipullensi ista statim adduntur. *id est, xxj. annis, vij. ex his in pane & aqua ad ostium Ecclesiæ satisfaciat, remotus ab oratione & communione fidelium. ceteros septem societur orationi fidelium. transactos qui supersunt vij. communionem plenam perfectè subsequatur. Abstinentia ejus sacerdotali providentia temperetur. Si proprius servus &c.* Itaque ista sunt ex glossemate.

IVDICIO AQVÆ FERVENTIS] Vide legem Vvisigothorum lib. 6. tit. 1. cap. 3.

DE ECCLESIASTICO] Integra hæc clausula usque ad vocem *tradatur* deest in codicibus Sangallensibus, in Thuano, Colbertino, Camberonensi.

CVIVS PORTA... CONSEC. EST] Ista non extant in codice Colbertino neque in Camberonensi. Necessaria tamen sunt.

Ibid. c. 14. SANGVINIS EFFVSIO] Nota marginalis in uno codice regio legis Longobardorum : *Hæc lex Salica censetur per hoc quòd dicit Ecclesiis secundùm suam legem debere componi, cùm lex Salica, solùm super hoc loquatur.* Respicit hæc nota ad caput 85. legis Salicæ.

CVM FVSTE] Ita omnia vetera Ansegisi exemplaria & omnes editiones. Ita etiam legitur in ipso Capitulari, tum etiam in titulo quarto Capitulorum Lotharij cap. 2. & apud Reginonem. In codice tamen legis Longobardorum scriptum est *cum furore*, non solùm in libris editis, sed etiam in manuscriptis. Ea mutatio inducta est ex legibus Regum Longobardorum. Rex Rachis lib. 3. tit. 9. cap. 26. *Et si ipse neglexerit, & furore accepto eum battiderit, aut, quod absit, eum occiderit.* Liutprandus in edicto anni XIX. cap. 7. & lib. 1. tit. 16. cap. 4. *Si quis furore accepto battiderit hominem liberum aut mulierem liberam &c.* Itaque furor in his legibus significat fustem.

ET DE VNIVSCVIVSQVE] Hæc usque ad *bannus noster* desunt in veteribus libris Colbertino, Thuano, Camberonensi, in duobus Sangallensibus, & in codice legis Longobardorum.

Ibid. c. 15. PRESBYTERI INTERFECTI] Caput istud non extabat haud dubiè in prima editione Capitularium quam fecit Ansegisus, cùm in plerisque vetustis exemplaribus non reperiatur. Præterea Ludovicus Pius in Capitulari anni DCCCXXIX. tit. 2. cap. 1. & 7. referens caput 32. & 38. istius libri, trigesimum & trigesimum sextum vocat ; quia inter Capitula libri quarti non numerabat decimum quintum neque vigesimum sextum. Istud verò non extitisse in codice Ecclesiæ Trevirensis hinc colligitur quòd Brouverus in apparatu ad annales Trevirorum cap. 10. describens caput *Si quis res suas*, quod decimum nonum est in hac editione nostra, decimum octavum esse ait in codice MS. primariæ Ecclesiæ Trevirensis. Itaque hæc duo capitula, quæ reperiuntur in codice Pithœano, Parisiensi, Normannico, & Remensi, sunt repetitæ editionis. Certè antiquitus inserta fuisse libro quarto probatur auctoritate Capitulorum Karoli Calvi, qui tit. XXXVI. cap. 8. 13. 28. & tit. XLV. cap. 3. nonnulla istius libri capita laudat secundùm numeros editioni posteriori affixos. In codice Divionensi, in quo caput istud describitur reperitur, caput 26. *Homo de statu suo &c.* omissum est. Tom. I.

PRESBYTERI INTERFECTI] Regino caput istud refert ex libro secundo Capitularium. Sanè in uno codice Vaticano, in Bellovacensi, Metensi, & Camberonensi reperitur in fine libri secundi, qui illud non habent in quarto. Vide porrò quæ de isto capite dicta sunt in Notis ad Reginonem pag. 581. & in Notis ad Gratianum pag. 525.

SECVNDVM CAPITVLARE] Burchardus, qui caput istud tribuit Concilio Triburiensi, clausulam istam omisit, ne quis animadvertere posset illud sumptum esse ex Capitularibus Regum Francorum. Itaque qui eam clausulam non habent Ivo & Gratianus, ij decepti à Burchardo sunt.

QVAM ILLE..... SOCIAVIT] Hæc desunt in codice Parisiensi & in Pithœano, & absque iis nihilo minùs constat sensus. Habentur tamen in Normannico, Remensi, Divionensi, & apud Isaacum, Burchardum, Ivonem, & Gratianum.

PRÆCIPIMVS] Ioachimus Vadianus lib. 1. de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 22. *Extat præclara Ludovici Pij sanctio, qua jubebat ut in mallis & placitis primùm omnium viduæ, pupilli, & pauperes audirentur, & si ad causam agendam inhabiles essent, datis patronis juvarentur.* Pag. 778. c. 16.

QVI VIDVAM] Nota marginalis in uno codice regio legis Longobardorum : *Hæc lex de Longobarda tantùm loquitur. Sed si intelligatur de Romana, rumpit legem Romanam, cùm per hujus legis intellectum post triginta dies possit nubere, illa post annum.* Item nota marginalis in altero codice regio : *Si vidua Romana est, raptor omnem substantiam suam perdat ; & femina substantiam ipsam habeat, si ipsa non consensit. Si verò vidua Longobarda est, DCCCC. solidos componat, ut dicit lex Liutprandi, Si quis rapuerit qualemcunque feminam, tit. De raptu.* Ea extat lib. 1. legis Longobardor. tit. 30. cap. 11. Ibid. c. 17.

SI QVIS RES SVAS] Vetus nota margi- Ibid. c. 19.

TOM. I. nalis in uno codice regio legis Longobardorum: *Ex eo quòd prædicta* lex, Si quis Longobardus, donatorem potestatem aliquam de rebus ipsis conservare pacto venerat, intellectus duo concipiuntur, quorum alterius occasione facta fuit hæc constitutio. Cùm enim aliquis religiosis locis res suas donans sibi potestatem secundùm aliqua reservabat, eo defuncto ejus heredes, quasi contra legem donatione factæ, eòque invalida, res donatas revocabant. Ad quod evitandum Lotharius* istud quasi generale rebus religiosis indulsit ut hoc quoque pacto facta donatio rata permaneat. Ac per hoc si non specialis in locis religiosis judicetur, superior ad hanc trahenda dicetur. Sed alia sententia secundùm alium intellectum ex hac lege colligitur. Erit & hujus superioris legis diversitatis facilis inspectio.*

* Scilicet lex Karoli M. quæ extat suprà to. 1. pag. 347. c. 1.

* Lex Lotharij extat suprà pag. 323. c. 17.

ET FIDE IVSSORES ..... FACIAT] Hæc desunt in libris Sangallensibus, Colbertino, Thuano, & Camberonensi. Desunt etiam apud Ivonem.

FIDEIVSSORES DONET] Vetus Nota marginalis in eodem codice regio: *Hic notari potest quòd ex sola traditione quæ sit per investituram non transfertur dominium. Si enim transfertur, cùm hæc per investituram traditio facta fuisset, eòque factus dominus, qua occasione ab heredibus vexari poterat?*

Pag. 779. c. 20. VVIRGILDVM EIVS] Eginhardus epist. 18. *Duo servi sancti Martini fugerunt ad limina beatorum Christi martyrum pro eo quòd frater eorum quendam socium suum occidisset, rogantes ut eis liceat solvere illum vveregeldum pro fratre suo, & ut ei membra perdonentur.* Vide glossarium Spelmanni & Vossium in libro secundo de vitiis sermonis pag. 324.

Ibid. c. 21. IN LEGE] *id est, in usu*, ut ait glossa interlinearis in utroque codice regio.

ACCIPITRE] Ita omnes veteres. Et tamen hæc lectio falsa est. Itaque legendum *ancipite*, ut suprà lib. 3. cap. 91. In uno codice regio legis Longobardorum scriptum est *ācipitē*, in editione Boherij *ancipitre*. Hinc itaque confirmatur nostra emendatio.

Ibid. c. 22. CVM SVA LEGE] *id est, cum pœna DCCCC. solidorum*, ut ait glossa in uno codice regio legis Longobardorum. Sed apertiùs alia glossa: *id est, cum DCCCC. solidis, per legem Rotharis, Si quis puellam aut viduam sponsam alterius.* Rotharis lex extat in libro primo legis Longobardorum tit. 30. cap. 3.

Ibid. c. 23. SI QVIS CVM ALTERO] Vide capitula Ludovici Pij excerpta ex lege Longobardorum cap. 3.

SI ILLE FALSOS EOS] Gesta sancti Aldrici Episcopi Cenomanensis, eo loco ubi agitur de placito Aquisgrani habito anno DCCCXXXVIII. in quo Ludovicus Pius monasterium sancti Carilephi restituit eidem Aldrico Episcopo: *Testantur etiam suprà memorati testes quòd omnes Episcopi qui in dicta civitate à tempore sancti Innocentis Episcopi, secundi successoris videlicet sancti Victurij, & à tempore sancti Karilephi fuerunt, prædictum monasterium subjectum habuissent. Et hoc si aliqui testes contra se venerint, falsos eos, qualiter præceperitis, facere posse testamur.*

LICEAT EI ALIOS TESTES] Hujus legis usum reperio in notitia judicij pro monasterio Cuxanensi adversùs Ricosindum mandatarium Salomonis Comitis anno DCCCLXIX. ubi idem Ricosindus ait: *Sic me evacuo ego Recosindus abterrogatione judicum quòd non possum diffamare ipsos testes & ipsas scripturas, nec testes ampliores nec meliores ut legibus convincere possim ut beneficius debeat esse nec per scripturas nec per nullum indicium veritatis.* TOM. I.

ALTERI CEDERE] Narratio de controversia quæ Karoli M. ævo fuit inter clerum & populum Veronensem, edita in tomo quinto Italiæ sacræ pag. 610. *Cùmque in hac contentione diù immorarentur, & neutra pars alteri cederet, tandem habito consilio pacti sunt ut hac Dei & sancti Spiritus reservarentur judicio, eligentes duos juvenes Clericos sine ullo crimine existimatos &c.*

CVM SCVTIS ET FVSTIBVS] Vide Sirmondum in Notis ad Goffridum Vindocinensem pag. 62. & seqq.

EX VTRAQVE PARTE ECCLES.] Hoc loco abusi sunt Ioannes Episcopus Pinnensis & Adam Abbas Casauriensis anno DCCCCLXIX. in literis quibus invicem commutarunt curtes de Saliano & de Suffiano: *Et iterum Domnus Ludovicus Imperator in sua capitula affixit ut ubi ex utraque parte ecclesiasticum fuisset, rectores earundem Ecclesiarum, si se familiariter pacificare velint, licentiam habeant.* Itaque hanc commutationem postea vocant pacificationem & familiaritatis pacificationem, ut hac arte eludant vim legis quæ vetat ne commutationes rerum ecclesiasticarum fiant absque auctoritate Principis.

CONFINIO] id est, ut omnes intelligunt, in medio duorum comitatuum. Eginhardus ad annum DCCCIX. *Aureolus Comes, qui in confinio Hispaniæ atque Galliæ trans Pyrenæum contra Oscam & Cæsaraugustam residebat, defunctus est.* Hic locus in vita Ludovici Pij corruptus est, itémque in annalibus Bertinianis, ubi pro *confinio* scriptum est *commercio* vitio librariorum, ut sæpe contingit. Ea falsa lectione deceptus vir doctissimus Antonius Dadinus Alteserra lib. 7. rerum Aquitanicarum cap. 16. putavit hèic agi de commercio quod in ea Pyrenæi parte inter Gallos & Hispanos tempore belli & pacis æquè exercetur, quod pagenses vocant *passerilles*.

NONDVM CVM SVIS COHEREDIBVS] Pag. 781. c. 24. Chartularium prioratus de Paredo fol. 83. *Aly verò heredes nondum sunt divisi; sed tres partes sunt ad sanctum, quarta Valterij.*

SI QVIS DE STATV SVO] Vetus nota Ibid. c. 25. marginalis in uno codice regio legis Longobardorum: *Quidam dicunt, Si quis de contractu vel qualibet re appellatus fuerit, & justitiam reddere noluerit, ut res ipsius in bannum mittantur, propter prædictum capitulum. Sed malè dicunt. Quia prædictum capitulum non loquitur de crimine. Sed juxta hoc capitulum possumus dicere ut pro omni re res alicujus in bannum mittantur, si justitiam reddere noluerit, eò quòd dicit, si post unam & alteram ammonitionem Comitis aliquis ad mallum venire noluerit, rebus ejus in bannum missis venire ad justitiam compellatur.*

Tom I. *Sed ea res non transactabuntur, nisi pro crimine in bannum missa sunt.*

Ibid. c. 26. OMNIS CONTROVERSIA] Vide capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 30. cum Notis.

Pag. 782. c. 27. AD PRÆSENTIAM NOSTRAM] Beatus Rhenanus in commemoratione quarundam legum Francicarum libro secundo rerum Germanicarum pag. 95. *Qui faidam deserere noluerit, ad Regem mittitor. Faidam vocabant Franci simultatem apertam, qua unus aliquis uni vel pluribus bellum denuntiat. Ab hac Gallicani scriba faidosum appellant qui faidam exercet.* Flodoardus lib. 3. cap. 21. de epistolis ab Hincmaro scriptis ad Lotharium Regem: *Item aliam epistolam de hominibus pacem recipere nolentibus, quid inde fieri debeat, collaudans quòd de quibusdam talibus regale jam ministerium exercuerit.* Item cap. 23. *Arnoldo Episcopo pro quibusam qui homicidium perpetraverant in Remensi parrochia & pacem obtinere non valebant, sed pœnitentiam facere quærebant, quam in hac parrochia non poterant agere.* Vide epistolam 18. Eginhardi.

MAIVS DAMNVM] Vide infrà lib. 5. cap. 205. & Addit. IV. cap. 140.

Ibid. c. 28. VBI ANTIQVITVS] In codice Rivipullensi legitur: *Volumus ut ubi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta adramire vel jurare, ibi Scabini & legis doctores cum reliquis conveniant, & ibi mallus habeatur &c.*

NEQVE IN ECCL. NEQ. IN ATRIO] Vetus nota marginalis in uno codice regio legis Longobardorum: *Suprà de officio judicis, Ut placita &c. Ibi enim ut nullum placitum in Ecclesia vel in atrio fiat, hic verò videtur permittere minora placita in Ecclesia vel in atrio fieri. Sed mihi non ita videtur. Quod notamus per hoc quòd dicit, vel ubi impetrare potuerit. Hoc enim propter Ecclesiam, ac si diceret: Mallum, hoc est, generale placitum, non fiat in Ecclesia vel atrio vel quolibet loco, si sit certa domus ad mallum faciendum constituta. Minora verò placita in quolibet loco, ubi impetrare potuerit.*

NEQVE IN ECCL. N. I. ATRIO] Epistola Gregorij V. ad Herluinum Episcopum Cameracensem apud Baldericum lib. 1. cap. CXI. *Confirmamus ut nullus Dux, Marchio, vel Comes, seu alia quævis magna vel parva persona aliquem districtum sive judicium vel aliquod placitum in aliquo loco sæpe nominati episcopij tenere audeat nisi ab ejusdem sedis Episcopo licentiam acceperit vel invitatus fuerit.* Hoc Ecclesiarum privilegium videtur valuisse ubique. Nam in veteri charta monasterij Casaurensis data anno DCCCCLXVII. reperio controversiam de libertate ejusdem monasterij agitatam fuisse *villa Mariani campo juris proprietatis sanctæ Firmanæ Ecclesiæ residente Pandulfo Duce & Marchione per licentiam Gaidulfi Episcopi sanctæ Firmanæ Ecclesiæ.*

Ibid. c. 28 PROPTER CALOREM SOLIS ET PLVVIAM] Vir clarissimus Innocentius Cironius in paratitlis ad titulum Decretalium de immunitate Ecclesiarum sic interpretatur hunc locum. *Moris erat olim sub dio causas agere atque in portis civitatum. Sed plerunque ob ingruentes pluvias aut solis ardores in templum juris dicundi causa sese* Tom. I. *recipichant Comites. Quod prohibuit Carolus, jubens ut ipsi domos sibi constituerent in quibus mallum tenerent, non verò in Ecclesiis.*

SI QVIS LITTERAS] Certum est hanc Ibid. c. 30. constitutionem esse Ludovici Pij. Attamen Karolo M. tribuitur in canonibus Abbonis Floriacensis editis in tomo secundo Analectorum v. cl. Ioannis Mabillonij, ubi sic legitur pag. 265. *Siquidem non de imperiali præcepto, sed de indiculis epistolarum suarum hoc Carolus proposuit edictum in libro I V. capitul. suorum. Si quis litteras nostras &c.*

TRACTORIAM] *Eo nomine* (inquit Iuretus in miscellaneis ad Symmachum pag. 233.) *significabantur diplomata quibus concessa facultas movendi equos publici cursus, paritérque definiri solebat commeatus in itinere præstandus.* De tractoriis vide Filesacum in commentario de sacra Episcoporum auctoritate cap. 1. §. 20. Sirmondum in Notis ad Capitula Karoli Calvi pag. 796. Correctores Romanos in cap. *Placuit ut quotiescunque.* dist. 18. & Notas nostras ad Lupum Ferrarienſem pag. 400.

QVICVNQVE LIBER] Caput istud Ka- Pag. 783. rolo M. tribuitur in vulgatis editionibus legis c. 32. Longobardorum. At in uno codice regio inscribitur nomen Pippini Imperatoris, in alio verò Ludovici Pij. Ludovici Pij esse constat ex Capitulari anni DCCCXXIX. infrà Addit. IV. cap. 110.

DE FALSA MONETA] In uno codice Va- Ibid. c. 33. ticano, in uno item Sangallensi, in Colbertino, Camberonensi, Rivipullensi, & apud Ivonem legitur: *Quicunque falsam monetam percussisse comprobatus fuerit &c.* Ludovicus Pius in præcepto de moneta Cenomanensi: *Nostris futurisque temporibus præscripta moneta in præfata urbe sæpedicto Episcopo successoribúsque suis concessa permaneat: ita tamen ut hoc prævideat tam prædictus Aldricus quàm successores ut aliqua falsitas in ipsa moneta non appareat.*

SEXAG. ICTVS ACCIPIAT] Karolus Calvus tit. XXXVI. cap. 16. sic interpretatur hunc locum: *Si servus vel colonus, nudus cum virgis vapulet.*

SI QVIS PVERVM] Vetus nota margina- Ibid. c. 35. lis in uno codice regio legis Longobardorum: *Hæc lex Salica est.* Item in alio: *Hæc lex Salica judicatur.*

SECVNDVM LEGEM SVAM] Glossa interlinearis in priori codice regio: *De puero est pœna XLV. solidorum. De puella non velata est pœna sexaginta solidorum.*

TERRAM CENSALEM] id est, terram de Pag. 784. qua census solvitur. Polypticus monasterij Fossa- c. 39. tensis: *Est ibi terra censalis unde solvunt festivitate sancti Dionysij solidos novem, denarios octo.* Litteræ sancti Bernardi Abbatis Clarevallensis de controversia quæ erat inter Hugonem Episcopum Autissiodorensem & Vvillelmum Comitem Nivernensem: *De terris censualibus manifestum est quòd nusquam licet Comiti vel homini suo eas qua de fundo sunt Episcopi acquirere nisi per Episcopum.*

CONSIDERATVM EST VT DE] Vide Ibid. c. 40. infrà lib. 5. cap. 277.

Tom. I. Pag. 785. c. 41. SI CVIVSLIBET] Vide suprà cap. 3 hujus libri.

PROPTER VESTITVRAM] *id est, propter possessionem*, ut ait glossa interlinearis in utroque codice regio.

Ibid. c. 42. VT QVICVNQVE] In codice Petri Pithœi legitur: *Volumus ut quicunque habet forestes novier institutas, dimittat illas.* In uno Sangallensi & in Colbertino: *Volumus atque præcipimus ut quicunque.* Ita etiam in Camberonensi & Rivipullensi. Petrus Gregorius Tolosanus lib. 3. syntagmatis cap. 16. refert hoc caput ex libro quarto legis Francicæ cap. 19. hoc est ex editione Basileensi. Deinde addit: *Ius regium est Monarchæ nostro Gallico in saltibus Normanicis, vulgi vocabulo Tertium & Dangierum; cujus canon constitit, ut in aliis in quibus jus habet, in arborum cæsura, glande, pascuis &c.* Postea Petrus Miraumontius pag. 323. *des Memoires de la Chambre des eaux & forests*, cùm ageret de forestibus regiis, laudans librum legis Francicæ, docuit in eo agi de juribus tertij & dangerij, retulitque verba Gregorij Tolosani tanquam ex libro quarto ejusdem legis, quia ea perperam in editione Lugdunensi operum Gregorij scripta sunt charactere quem vocamus Italicum, cùm scribi debuissent Romano charactere ut reliqua Gregorij. Quod si Miraumontius animadvertisset, non incidisset in hunc errorem.

Pag. 786. c. 45. SECVNDVM CONSTIT.] id est, prout sancitum est suprà lib. 3. cap. 10. & 52.

Ibid. c. 48. DE HONORE ECCLESIARVM] Codex Colbertinus, Camberonensis, & Rivipullensis: *Præcipimus ut honor Ecclesiarum debitus per omnia.* Vnus Sangallensis: *Præcipimus ut debitus honor Ecclesiarum per omnia.*

Ibid. c. 49. DE NONIS] Idem codices: *Præcipimus ut nona & decima secundùm.*

Ibid. c. 50. DE LOCIS DANDIS] Hunc locum malè Vadianus traxit ad fundationes monasteriorum. Hæc sunt ejus verba ex libro primo de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 23. *Loca ipsa condendis monasteriis delecta, principio nonnisi Principum favore concedebantur. Quæ si liberorum hominum fuissent, & donata non essent, permutatione compensabantur. Si fiscalia, religionis causa dabantur Abbatibus.*

CLAVSTRA CANONICORVM] Ludovicus Pius in præcepto pro Ecclesia Tornacensi apud Aubertum Miræum in codice donationum Belgicarum pag. 7. & in Notitia Ecclesiarum Belgij pag. 42. *Postulavit vir venerabilis Vvendilmarus Tornacensis urbis Episcopus ut terras quasdam fisci nostri in eadem urbe ei in amplianda & dilatanda claustra Canonicorum in nostra eleemosyna concederemus.* Præceptum ejusdem pro Ecclesia Remensi apud Flodoardum lib. 2. cap. 19. *Vias etiam publicas omnes qua circa eandem Ecclesiam vadunt, & impedimento esse possunt ad claustra & servorum Dei habitacula construenda, ut transferri atque immutari possint concedimus.* quod postea confirmatum est à Karolo Calvo, ut docet ejus præceptum apud eundem Flodoardum lib. 3. cap. 4. Idem cap. 10. loquens de gestis Hincmari Archiepiscopi: *Præceptum quoque ipsius Karoli de via quæ impediebat ad claustrum Canonicorum sanctæ Remensis Ecclesiæ amplificandum idem Domnus Hincmarus obtinuit.* Tom. I.

TERRA] Hæc vox non extat in magna parte veterum exemplarium, neque in editione Basileensi. Deest etiam in codice Parisiensi Reginonis, in quo caput istud descriptum reperitur post caput 364. libri primi.

NOSTRA LIBERALITATE] Ita codex Divionensis, Bellovacensis, Remensis, Metensis, Pithœanus, Parisiensis, & editio Basileensis. Ita etiam unus Vaticanus & Palatinus. Alter Vaticanus, duo Sangallenses, Colbertinus, Normannicus, Camberonensis, Thuanus, Rivipullensis, & codex Reginonis habent, *nostra libertate.* Codex Tilianus pro his vocibus habet tantùm *reddatur ibi.* Infrà scriptum est in aliquot exemplaribus *libertate* pro eo quod nos secuti auctoritatem aliorum veterum librorum edidimus *liberalitate.* Ceterùm integrum hoc caput sic paraphrasticè exponitur in capite 53. Concilij Meldensi: *Si vicina episcopio terra de eadem Ecclesia esse reperta fuerit, & ab alio possidetur, Ecclesiæ rectori ad claustra Clericorum vel alia qualibet Ecclesiæ commoda facienda reddatur. Si autem de fisco fuerit, regia liberalitas eandem terram ad servorum Dei habitacula construenda largiri dignetur. Si autem de alia casa Dei aut de cujuslibet proprio fuerit, ex convenientia commutandi licentia tribuatur.*

DE LOCIS] Burchardus caput istud refert ex Concilio apud Aquisgranum cap. 6. Pag. 787. c. 53.

GENITORIS NOSTRI] *Karoli, quæ est in titulo de officio judicis, Vt ante Vicarios*, inquit glossa in uno codice regio legis Longobardorum. Hæc constitutio habetur inter capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 27. Pag. 788. c. 57.

VT NVLLVS AD PALATIVM] Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum pag. 95. in commemoratione legum aliquot Francicarum: *Ad Regem vel in bellum proficiscens, aut rediens, à vectigali quod strasturam vocant immunis esto. Strasturam Germani hodie & vuegsturam appellant.* Ibid. c. 59.

TRANSTVRAS] Hæc est lectio veterum exemplarium Thuani, Divionensis, & unius Sangallensis. In Colbertino, Camberonensi, Rivipullensi, & altero Sangallensi legitur *transituras.* In Vaticanis, Palatino, Bellovacensi, *trasturas.* In Tiliano *straturas.* In Metensi *tratturas.* In Remensi, Normannico, Pithœano, & Parisiensi *tristuras.* In antiquis exemplaribus legis Longobardorum scriptum est *tributum quod transitoria vocatur.* Sed in editionibus Boherij & Lindenbrogij legitur *transitorium.*

VBI IVSTITIA] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. pag. 540. in editione Colvenerij scribit *Achadeo Comiti pro rapinis quas audiebat ab ipsius hominibus fieri in ipsius comitatu, & pro villa Spantia, qua ille annonam Ecclesiæ Remensis auferre disponebat, notificans ei quòd si aliquid inde raperet, tam ipsum quàm suos excommunicaret, & alienos ab omni christianitate faceret, atque per suum missaticum quod de illo Comite fieri debet qui in suo comitatu injustitiam faciat exequi procuraret.* Pag. 789. c. 67.

Tom. I. Quod heic minatur Hincmarus executurum se in suo missatico adversùs Achadeum quod de illo Comite fieri debet qui in suo comitatu injustitiam facit, explicatur suprà in pag. 523. ubi idem Hincmarus mandat Luitardo illustri viro *ex auctoritate Dei & sanctæ Mariæ & sancti Remigij & sua episcopali, necnon ex banno Regis, cujus Missus ipse Pontifex erat, ut nullum impedimentum vel ipse vel homines sui hominibus Remensis Ecclesiæ faciant &c. Quia si aliter fecerit, tam per episcopalem auctoritatem quàm per missaticum Regis quod inde rectum fuerit justinebit.* Itaque Hincmarus tum instructus erat & sua auctoritate episcopali & delegata Principis; sicut hodie Episcopis licet, ex instituto synodi Tridentinæ, nonnulla agere tanquam delegatis apostolicæ sedis quæ ad eorum jurisdictionem aliàs quoque pertinent. Capitula Karoli Calvi tit. XLVII. cap. 12. *Ipsi nihilominus Episcopi, singuli in suo episcopio, missatici nostri potestate & auctoritate fungantur.*

Pag. 789. c. 69. Quamdiv p. s. beneficivm fverint] In libro tertio legis Longobardorum, ubi caput istud descriptum est, legitur: *usquequo intra suam judiciariam vel terminum fuerint.*

Ibid. c. 70. Comite] In codice Colbertino, in Camberonensi, & in uno Sangallensi legitur *nobis.*

Et propter coni. a. d. e. custod.] Hæc non habentur in antiquis exemplaribus monasterij sancti Galli, neque in uno Vaticano, neque in Thuano, Camberonensi, Colbertino, Thuano.

Pag. 790. c. 72. Vt missi] Caput istud deest in codicibus Vaticanis & Sangallensibus. Deest etiam in Palatino, Tiliano, Bellovacensi, Divionensi, Colbertino, Camberonensi, Thuano, Metensi, & Rivipullensi. Deerat quoque primò in Remensi, sed postea additum est in margine à manu antiqua.

Ibid. c. 74. Si quis in aliena] Caput istud & sequens desunt in veteribus libris Tiliano & Divionensi.

Pag. 791. c. 75. Vt omnis solvtio] Vide Capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 15. & lib. 3. Capitularium cap. 30.

Dvodecim denariorvm] Vetus charta sancti Severi edita in historia Benearnensi pag. 233. *trecentos solidos argenti duodenorum denariorum.*

Solvere debet] Post ista additur in codice Metensi, *& compositionem de ea juxta modum superius comprehensum his ad quos illa legibus pertinent exsolvat.*

Pag. 791. c. 10. De ecclesiis] Burchardus tribuit caput istud Concilio Agrippinensi.

Salva etiam] Tota hæc clausula deest in uno codice Sangallensi, in Colbertino, Thuano, & Rivipullensi.

Ibid. c. 11. De ordinatis episcopis] Vide Concilium Ancyranum cap. 17. & Antiochenum cap. 18.

Ibid. c. 12. Qvod non oporteat] Caput istud sic omnino habet in antiquis codicibus Bellovacensi, Divionensi, Metensi, Thuano, Palatino, Tiliano, & in uno Sangallensi: *Quòd non oporteat solvere quoslibet vel ordinare.* Ita etiam editio Basileensis.

De eleemosyna m. in hiervs.] Tom. I. Pag. 794. c. 31. Eginhardus in vita Karoli M. *Circa pauperes sustentandos & gratuitam liberalitatem, quam Græci eleemosynam vocant, devotissimus, ut qui non in patria sua solùm & in suo regno eam facere curaverit, verùm trans maria in Syriam & Ægyptum atque Africam, Ierosolymam, Alexandriæ, atque Carthaginì, ubi Christianos in paupertate vivere compererat, penuriæ illorum compatiens, pecuniam mittere solebat.*

Vt isti mangones] Beatus Rhenanus Ibid. c. 34. lib. 2. rerum Germanicarum pag. 95. in commemoratione legum aliquot Francicarum: *Mangones vagabundi & cotiones, qui impostoris homines ludunt, coërcentor. Mangonum adhuc nomen & res apud Germanos manet.* Michaël Menotus in sermone feriæ quintæ post cineres: *Non est cauda Prælatorum, qui hodie post se ducunt canes & mangones indutos ad modum armigerorum, sicut Suytenses.* Idem in sermone feriæ quintæ passionis, loquens de Maria Magdalena: *Ipsa ante se misit mangones portantes force de carreaulx de cramoisy, ut disponerent sibi locum.* Per mangones Menotus intelligit famulos variorum colorum vestibus indutos, quos hodie laquayos vocamus.

Nvdi cvm ferro] Per illas tempestates qui grave aliquod & extraordinarium crimen commiserant, interdum ferreis vinculis constricti, per loca sancta peregrinari jubebantur, ut rectè observatum est à clarissimo viro Ioanne Mabillonio in pluribus locis, sed præcipuè in præfatione ad tomum secundum actorum sanctorum ordinis sancti Benedicti cap. 4. §. 41. ubi hunc locum edidit ex codice MS. de miraculis sanctorum Floriani & Florentij, dignum profectò qui heic quoque describatur ad lucem huic loco afferendam. *Consuetudine antiqua*, inquit auctor horum miraculorum, *partibus interioris Franciæ usque hodie mos inolevit ut quisquis propinquiorem sibi parentem gladio jugulaverit, & postea pœnitentia ductus ad Pontificem crimen admissi facinoris detulerit, ipso decernente Pontifice ex ipso gladio ferrei nexus componantur, & collum peccatoris, venter, atque brachia strictim innectantur ex ipsis ferreis vinculis, sicque de propria patria & solo pellatur. Interim, quousque divina pietas eadem vincula solvi præcipiat, primùm Romæ, dehinc per diversa sanctorum loca, veniam criminis efflagitando, peregrè proficisci cogitur.* Docet præterea Karolus M. hujusmodi pœnitentes consuevisse incedere nudos cum ferro. Quod ex visionibus quorundam ex eis profectum puto qui tum hominibus peccata confitentibus pœnitentiam indicebant. Videbantur enim sibi interdum istiusmodi homines multùm sapere si extraordinariam pœnitentiam, quamvis ridiculam, excogitassent. Ineunte seculo decimo quarto mulieri cuidam libidinosæ inter cetera injunctum est uti *quadraginta diebus per communia fora nudo corpore ab usque ad umbilicum incedens, cedulam sui delicti conscriptam deferret in capite manifestè*, ut legitur in formulario pœnitentiariæ Romanæ MS. in bibliotheca regia.

Vt bavga] Lib. 6. cap. 223. *Vt armilla* Pag. 795. c. 5.

Tom. I. *& bruniæ.* Vide Voſſium in libro ſecundo de vitiis ſermonis pag. 182.

Pag. 795. c. 8. PERDONET] In codice Remenſi, Divionenſi, Pithœano, & Pariſienſi legitur *accipiat.*

Pag. 796. c. 20. DE VAGIS PEREGRINIS] id eſt, de nudis cum ferro, qui dicunt ſe data pœnitentia ire vagantes, ut dictum eſt paulò ante.

Ibid. c. 25. VICEM NOSTRAM] In uno codice Vaticano, in uno Sangallenſi, & in Camberonenſi legitur *judicium noſtrum.* In Colbertino, Thuano, Normannico, Rivipullenſi, & in altero Sangallenſi, *judicium veſtrum.*

Ibid. c. 26. VT FORTITER] Hæc clauſula non extat in codice Palatino, Metenſi, Remenſi, Bellovacenſi, Divionenſi, Thuano, Pariſienſi, Tiliano. Deeſt etiam in editione Baſileenſi.

Ibid. c. 28. DE HOMICIDIIS FACTIS] Caput iſtud aliqua cura indiget, quòd ita conceptum ſit ut prima fronte heic agi videatur de pulvere mortali cujus vi perpetratæ ſint hominum mortes. Atque ob eam cauſam vir doctiſſimus exiſtimavit vocem *propter*, quæ paulò pòſt iſthic legitur, idem hoc loco valere ac vocem *per.* Aliter tamen ſe res habet. Anno DCCCX. magna, ut Eginhardus docet, boum mortalitas fuit in regno Francorum. Fama vulgatum eſt eam cladem ortam eſſe ex pulvere venenato quem nonnulli homines ſpargebant per campos & montes, prata & fontes. Hinc commotum vulgus, boum jacturam ulturum, ſæviit in ſuſpectos criminis. Plurimi cæſi, alii diverſis ſupplicüs necati ſunt. Homicidia itaque patrata ſunt propter pulverem mortalem, quæ cauſa & occaſio fuit homicidiorum, non verò per pulverem, cùm conſtet nullum aliud animalium genus quàm boum hac calamitate affectum fuiſſe. Auctor iſtius noſtræ interpretationis eſt Agobardus Archiepiſcopus Lugdunenſis in libro de grandine & tonitruis cap. 16. *Ante hos paucos annos diſſeminata eſt quædam ſtultitia, cùm eſſet mortalitas boum, ut dicerent Grimaldum Ducem Beneventorum tranſmiſiſſe homines cum pulveribus quos ſpargerent per campos & montes, prata & fontes, eò quòd eſſet inimicus Chriſtianiſſimo Imperatori Carolo, & de ipſo ſparſo pulvere mori boves. Propter quam cauſam multos comprehenſos audivimus & vidimus, & aliquos occiſos, pleroſque autem affixos tabulis in flumen projectos atque necatos. Et, quod mirum valde eſt, comprehenſi, ipſi adverſùm ſe dicebant teſtimonium habere ſe talem pulverem & ſpargere.* Et infrà: *Nec rationabiliter penſabant unde fieri poſſet talis pulvis de quo ſoli boves morerentur, non cetera animalia.*

Pag. 797. c. 34. AVT AD CRVCEM] Hæc non habentur in codice Palatino, neque in Metenſi. Vide ſuprà in Notis ad caput 102. libri primi.

SI VERO HOC NOLVERIT] Heroldus edidit *voluerit.* quam lectionem ei quam nos retinuimus præferunt Velſerus & Gretſerus. Hæc ſunt iſtius verba lib. 2. de cruce cap. 21. *Edidit quidem Pithœus*, Si verò hoc noluerit. *Attamen ego cum Velſero in Heroldum, de cetero Pithœo multis modis diligentia inferiorem, hîc ſum pronior.* Fruſtra. Nam & ſenſus huic lectioni repugnat, & omnia vetera exemplaria confirmant editionem Pithœanam.

PRÆPARATIONES] Legendum, *præparati omnes.* Error fuit typographi. Tom I. Pag. 798.

LIVTRICO] Alibi *Lautrico.* In codice Thuano & in uno Sangallenſi, *Liutfrido.* c. 37. Pag. 797. c. 2.

HEIMINVS ET MANOALDVS] ſive Monoaldus, ut alibi legitur. Iidem fortaſſis ſunt qui inter Miſſos dominicos nominantur lib. 2. cap. 25. Pag. 799. c. 5.

FISCALES] In codice Bellovac. *fiſcalina.*

HLVDOVVICVS ENIM] Octo ſequentes verſus deſunt in libro Bellovacenſi, pro quibus iſta ibidem leguntur. Pag. 807.

Lotharius primùm regnum ſortitus avitum,
Arduennæ nemoris incola factus erat.
Hinc Hludovicus heros Rheni cis littora genti
Imperat, & populi effera colla terit.
Tunc Karolus, cari ſpecies genitoris amata,
Gallorum cœtus ordinat atque domat.
Illis nos qui fata tenent loca partibus æquis
Hæc ferimus ſcripta, ſemper habenda ſibi.

HABVISTIS ENIM] Hæc pars epiſtolæ Zachariæ extat apud Ivonem par. 10. cap. 34. Pag. 811.

IN NOMINE DOMINI] Daniel Papebrochius in prolegomenis ad tomum ſecundum Aprilis pag. 7. hæc acta abominatur quia Principem laicum faciunt conventui eccleſiaſtico præſidere, adeóque pro genuinis ea non vult agnoſcere, Baronium etiam redarguens quòd illa non ſatis ſevero examine ponderaverit cùm in annales ſuos referret. Hæc ſunt verba Papebrochij: *Cùm hæc omnia excedant poteſtatem ſecularem, & Principem laicum faciant conventui eccleſiaſtico præſidere eâque ordinare quæ diſciplinam & correctionem cleri ac monachatus concernunt, abſit ut ea habeamus pro genuinis.* Et paulò pòſt: *Extant ea quidem in vulgatis Conciliorum collectionibus, aquè ac alia ſpuria non pauca, ſuiſque annalibus haud indigna Baronius cenſuit. Sed, quod ſalva tanti ſcriptoris reverentia dictum ſit, ſeveriori fuerant examine ponderanda, nec propter eam quam præferunt ſpeciem utilitatis ſtatim recipienda.* Sed hæc Papebrochij argumenta adeo nullius momenti ſunt ut ſupervacaneum exiſtimem his refellendis occupari. Illud tantùm dicam, nemini hactenus ante ipſum in mentem veniſſe ea acta, quæ in multis vetuſtiſſimis libris ac bibliothecis reperiuntur, ac tot ſeculorum reverentia & uſu celebrata fuerunt, eſſe falſa ac ſuppoſititia. Nam quòd ea vir clariſſimus rejicit quia Princeps laicus eccleſiaſtico conventui præſediſſe heic narratur ac decreta condidiſſe de emendanda vita Clericorum ac monachorum, ſi ſemel iſta diſputandi ratio permiſſa fuerit, certum eſt plures conſtitutiones eccleſiaſticas quæ vetuſtis temporibus editæ fuerunt caſuras, cùm conſtet Principes olim præfuiſſe per ſemetipſos pluribus conventibus eccleſiaſticis, pluribus etiam per ſuos glorioſiſſimos judices ſive legatos. Pag. 813. c. 2.

MISSVS S. PETRI] id eſt, Legatus apoſtolicæ ſedis & Zachariæ Papæ. Hic erat mos loquendi per illas tempeſtates. Hincmarus epiſt. 41. ad Hadrianum Papam: *Miſſos veſtros, Paulum ſcilicet & Leonem venerabiles Epiſcopos.* Idem apud Flodoardum lib. 3. cap. 21. ſcribit Luitberto Moguntino antiſtiti, *exhortans ut litteras & Miſſum Papæ benignè ſuſcipiat.* Concilium Pag. 814.

apud

Tom. I. apud Altheim apud Burchardum lib. 11. cap. 68. *præsente videlicet Domni Iohannis Papæ Apocrisario sanctæ Ortensis Ecclesiæ Petro venerabili Episcopo.* Et paulò pòst: *Tum demum præfatus sancti Petri & Domni Iohannis Papæ Missus proferens chartam &c.* Item lib. 1. cap. 52. *Interdicit eis Petrus sancti Petri & Papæ Missus.* Ivo Carnotensis epist. 133. ad Richardum Episcopum Albanensem & apostolicæ sedis in Gallia Legatum: *Debitor sum honestati Romanæ Ecclesiæ, quantum ad parvitatem meam pertinet, providere: cujus si non honoro Missum, non videor honorare mittentem.*

Vnvm vel dvos Episcopos] Antea legebatur *presbyteros.* Emendatum est auctoritate veterum exemplarium. Fatendum tamen est in codice Tiliano & in Trecensi scriptum esse *presbyteros.*

Vagationes cvm canibvs] Vide Notas ad Agobardum pag. 82. & Petrum Blesensem epist. 56. & 61.

Pag. 815. Confessorvm Domini, et svos] Hæc est lectio veterum codicum Normannici, Camberonensis, Tiliani, Sangallensis, & Trecensis, quam lectionem retinuerunt Tilius & Petrus Pithœus. At in codice Colbertino & in Rivipullensi, tum etiam in secunda editione Pithœana legitur *confessorum, Deum & suos.* quæ est sincera lectio. Error ortus ex eo quòd veteres librarij vocem *Deum* sic scribebant per abbreviationem *dm.* ex quo postea alij effecerunt *dñi*, id est, *domini.* Simile omnino mendum extat apud Pseudoplautum in Querolo; ubi ad eum locum *sequuntur atque observant unicè panem domini* Pithœus manu sua adnotavit in veteri codice scriptum esse *panem dm.* quod ipse rectè interpretatur *panem Deum.* Transcribo enim ipsa verba ex libro edito qui fuit ejusdem Pithœi, in cujus margine vir clarissimus emendationes posuit ex veteri exemplari MS. & notulas etiam suas adjecit. Alterum quoque ejusdem comœdiæ exemplar editum habeo manu Petri Danielis notatum, in quo ille ad hunc locum adnotavit legendum esse *panem Deum*, & de eucharistia intelligendum apertè pronuntiat.

Pag. 816. c. 3. Propter imminentia bella] Infrà lib. 5. cap. 333. *Loca sibi à nobis propter aliquam necessitatem concessa.* Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 10. *Ab Imperatore quoque Lothario præceptionis imperialis auctoritatem super quibusdam rebus obtinuit quæ tempore Karoli Imp. occasione quadam interveniente à Remensi sunt abstractæ Ecclesia & publicis usibus subtractæ.* Præceptum Karoli Regis Burgundiæ editum in tomo duodecimo Spicilegij Dacheriani pag. 129. *sed nos postmodum pro quadam necessitate illas in beneficium contuleramus.*

Pecvnia commodata] Ita codex Sangallensis, Normannicus, Camberonensis, Colbertinus, Rivipullensis habet *accommodata.* Trecensis & Tilianus, *commendata.* Marca lib. 1. historiæ Benearn. cap. 28. §. 13. præfert hanc ultimam lectionem. Præstat ejus verba referre. *Filesacus in tractatu de querela veteris Ecclesiæ Gallicanæ hic agi putat de pecunia numerata, in quo egregiè fallitur. Pecunia pro bonis ecclesiasticis, ut capite primo prioris synodi Liptin.* & Tom. I. *lib. 6. Capitularium tit. 321. Quod probatur ex natura contractus precarij: qui alius est à contractu mutui, & pertinet ad immobilia. Quò tendunt etiam verba canonis:* Ecclesia revestita sit cum propria pecunia. *Itaque non erat quòd in editione Conciliorum sollicitaretur lectio ista*, pecunia commendata. *Commendare enim apud auctores istius seculi idem sonat ac in beneficium dare.*

Pavpertatem non patiantvr] Statuta antiqua monasterij Corbeiensis edita in tomo quarto Spicilegij Dacheriani pag. 19. *ita ut nec penuriam patiantur nec aliqua superfluitate distendantur.*

Decrevimvs qvoqve] Vide infra lib. 6. cap. 422.

Si qvis baptizatvs] Rhabanus in epi- Pag. 827. stola ad Reginbaldum tomo VIII. Conciliorum c. 6. pag. 1849. cap. 6. *De illo verò qui Presbyterum se esse finxerit, cùm non esset ordinatus, & baptismi officium exercuit, requirendum est utrum ipse baptizans baptizatus esset, & utrum in nomine sanctæ Trinitatis sub trina mersione baptizaverit. Quod si ita erat, non est iterum baptizandus, sed per impositionem manus episcopalis & unctionem sacri chrismatis id quod factum est confirmandum.* Homilia incerti auctoris in die Pentecostes manuscripta in vetustissimo codice Ecclesiæ Lugdunensis: *Sive enim facinorosus quisque Presbyter aut Diaconus baptizaverit, sive hæreticus, sive scismaticus, si rectè baptizaverit in nomine sanctæ Trinitatis, ille qui ita baptizatus est non valet iterum à bonis catholicis rebaptizari, ne confessio vel invocatio tanti nominis videatur adnullari, nisi fortè hoc evenerit ut ignoretur utrum ille qui venit ad fontem baptizatus fuerit annon. Quod solet evenire de infantibus qui proiciuntur à matribus in triviis aut in ostiis domorum, & de illis qui revertuntur de captivitate, quorum matres prægnantes captivatæ sunt à paganis. Isti tales si propter ignorantiam rebaptizati fuerint, pro uno baptismate habebitur eorum baptismus.*

Sergivs] Iam monuimus in Notis ad Gratianum pag. 478. videri heic legendum esse *Stephanus*, ita ut hæc constitutio referenda sit ad Stephanum secundum. Nam quis est iste Sergius Papa?

Sancta Trinitas] Concilium Suessionense II. act. 5. *sacrum baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis perfectum est.*

Impositione manvs indiget] Vide epistolam sancti Leonis ad Rusticum cap. 18. & Burchardum lib. 4. cap. 42.

Si qvis filiastrvm] Vide suprà pag. Ibid. c. 7. 1054. in Notis ad capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum cap. 48.

Matrina de fon. avt confir.] Ibid. c. 9. Hinc colligi posse videtur hanc consuetudinem tum fuisse in Ecclesiis nostris ut non iidem patrini, non eædem matrinæ essent in baptismo & in confirmatione. Alioqui superflua esset ista matrinarum distinctio.

Per verbvm d. Regis] Constitutio Pag. 828. Pippini de letaniis faciendis: *Sic providere facia-* c. 13. *tis & ordinare de verbo nostro.* Infrà cap. 198.

Tom. I. hujus libri & Addit. IV. cap. 132. *fiat descriptio inter conventores de verbo nostro.* Verbum itaque Regis heic significat auctoritatem, voluntatem, jussum. Hincmarus epist. 34. *per potestatem & per verbum Regis.* Capitulare de villis Karoli M. cap. 33. *usque ad verbum nostrum salvetur.* Et cap. 47. *de nostro verbo eis aliquid facere præceperint.* Ludovicus Pius in epistola ad G. Comitem, quæ est decima nona inter epistolas Einhardi: *Quicquid ille tibi de verbo nostro simul cum aliis Comitibus & fidelibus nostris ad faciendum injunxerit.* Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 25. *de quo ex verbo Regis mandat ut eum vel ad habitandum regulariter inter ipsos recipiant.* & cap. 28. *ex verbo Dei & suo atque ex banno Regis ad eandem synodum convenire jubeant.* Alibi sermo Regis significat mundeburdem, id est, tuitionem & defensionem, ut notat Ianus à Costa in commentario ad novellam tertiam Iustiniani de numero Clericorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Lex Ripuariorum tit. 35. c. 3. *Si quis ingenuam puellam vel mulierem quæ in verbo Regis vel ecclesiastica est.* Lex Salica tit. 14. cap. 5. *Si verò puella quæ trahitur in verbo Regis fuerit.*

Ad vernvm] id est, in synodo Vernensi, quæ superiore anno congregata fuerat.

Comiato] Hæc est lectio veterum librorum Sangallensis, Bellovacensis, Tiliani, Colbertini, Rivipullensis. Capitulare anni dcclvii. ex quo caput istud sumptum est, tum etiam codex Normannicus habent *commeatu.* Trecensis, regius, Camberonensis, Palatinus, Colbertinus, meus, *licentia.* Sic etiam Regino, Burchardus, Ivo, & Gratianus. Vide Notas ad Gratianum pag. 550. Tom. I. Pag. 819. c. 18.

Si femina] Burchardus caput istud tribuit Concilio Vermeriensi, cùm tamen sumptum sit ex Compendiensi. Ibid. c. 20.

Habeat evm] Burchardus heic addit: *quia omnes unum patrem habemus in cœlis.* Sed hæc additio superflua est & inepta in hoc loco. Burchardum Gratianus descripsit. Item Ivo par. 8. cap. 165. Sed idem cap. 52. hanc clausulam non habet, quia tum caput istud repetiit ex libro quinto Capitularium.

Accipere aliam.] In excerptis ex collectione Benedicti Levitæ quæ extant in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Thuanæ ita legitur: *accipere aliam, si absque ejus conscientia factum fuerit illud adulterium, & si ab ea abstinuit postquam rescivit. Nam cum illa reconciliari non potest.* Ibid. c. 21.

NOTÆ AD ISTAM APPENDICEM.

Si absque eivs conscientia] Hinc colligi potest repertos fuisse interdum maritos adeo perditos & impudentes ut uxores suas ad adulterium aut cogerent aut suaderent, quemadmodum antiquitus quidam patres filias suas prostituebant in lupanaribus, ut patet ex titulo Codicis Theodosiani de lenonibus. Matitorum istorum infamem dementiam repressit Liutprandus Rex Longobardorum anno vigesimo primo regni sui his verbis: *Si quis dixerit conjugi suæ, malam licentiam dando, Vade & concumbe cum tali homine, aut si dixerit ad hominem, Veni & fac cum muliere mea carnis commixtionem, & tale malum factum fuerit, & causa probata &c.* Vide reliqua in libro primo legis Longobardorum tit. 32. cap. 6. Extant apud me tabulæ matrimonij initi inter Raimundum Comitem Paliatiensem & Valentiam filiam Arnaldi Mironis & Arsindis ejus uxoris, in quibus Raimundus promittit se sponsam suam, quæ mox uxor futura erat, nuquam dimissurum nisi propter adulterium, immo nec propter hanc quoque causam si cum ejus conscientia factum fuerit. *Valentiam*, inquit, *filiam vestram in conjugio accipio, & vobis manifestè convenio ut eam semper cum honore teneam sicut homo debet tenere suam legitimam uxorem, & nunquam eam dimittam, dum vixero, nisi propter cucuciam quam ipsa mihi faciat, & ipsa cucucia mihi sit probata à me legaliter & manifestè convicta, & non sit facta per meum assensum, nec per meum consilium, nec per meum stabilimentum.* Dubitarum valde fuit olim an marito quæ uxorem dimisisset propter adulterium, liceret aliam ducere, ac diversæ in hoc fuere veterum sententiæ. Quidam putarunt licuisse in Francia per hoc caput.

Reconciliari non potest] Negatio tollenda videtur ab hoc loco, ut sensus sit licere marito adhærere uxori suæ adulteræ. Caput 102. codicis canonum Ecclesiæ Africanæ: *Placuit ut secundum evangelicam & apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjungatur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur.* Vide infrà lib. 6. cap. 87. & lib. 7. 382. Vide etiam Hincmarum epist. 37. cap. 8.

Ibid. c. 22. Secvlaria negotia] Ita omnino scriptum est in veteribus libris. Et tamen legendum est *secularia judicia*, ut patet ex canone nono synodi Chalcedonensis, ex quo caput istud sumptum est. Eadem medicina adhibenda est capiti tertio libri septimi.

Pag. 830. c. 24. Misericordiam] id est, eleemosynam. Sanctus Fulgentius Episcopus Ruspensis in libro de Trinitate pag. 163. in editione Sirmondi: *Nam qui sibi peccata impune videntur committere dum fortasse aliquas eleemosynas in pauperes faciunt, multùm falluntur. Nesciunt enim quòd opus misericordiæ primùm sit seipsum Deo offerre & sic in alio misericordiam facere. Ergò faciendæ sunt eleemosynæ; sed antè sunt vitia relinquenda.* D. Petrus Chrysologus sermone 54. *Audeo dicere, qui de fraude Deo offert, cumulat crimina, non emundat: quia Deus in tali munere exuvias suorum pauperum, non misericordias, intuetur.* Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. in epistola ad Theodulfum Comitem: *Contra omnes leges ecclesiasticum ministerium homo laicus usurpasti, & eleemosynam, id est, misericordiam pauperum, ac per hoc Deum, qui misericordia miserorum est, sicut Iudas proditor, vendidisti.* Concilium Vasense I. cap. 9. *pro ipsorum decem dierum misericordia.*

Clericvm permanere oportet] Vide Notas ad epistolam 29. Lupi Ferrariensis. Ibid. c. 28.

Competentem mon. provid.] Hanc constitutionem Ioachimus Vadianus tribuit Karolo M. lib. 1. de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 23. *Carolo Magno placuit ut Episcopi veteri more competentem monasteriorum curam gererent, contrà autem monachi horum dicto audientes essent.* Repetitur autem hoc caput infrà lib. 7. cap. 18. Pag. 831. c. 29.

Qvales ad accvsationem] Hinc- Pag. 832.

Tom. I. matus apud Flodoardum lib. 3. cap. 28. ſcribens ad Sigloardum Archipreſbyterum: *Notificetur etiam eiſdem accuſatoribus & teſtibus quales perſonas ad accuſationem Preſbyteri vel ad teſtimonium ſuper eum ſacri canones recipi non permittunt.*

Exemplo Leonis Papæ] Vide Burchardum lib. 1. cap. 198. 230. & lib. 2. cap. 184.

Pag. 833. c. 36. Qvi dvod. p. i. s. pvrg. habvit.] Hæc addita ſunt auctoritate aliquot veterum exemplarium. Sanè ſenſus integer non eſt abſque illa clauſula. Confirmant autem hanc lectionem Hincmarus, Iſaacus, & Ivo.

Vel eo amplivs] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. *Anſelmo illuſtri viro pro quodam Presbytero quem apud ſe accuſaverat, ſed ad denominatum placitum non venerat, ſignificans purificaſſe hunc Presbyterum canonice ſe ipſum à crimine coram Miſſis ipſius Anſelmi in conſpectu plurimorum tam Clericorum quàm laicorum, non tamen miſiſſe, quia nec debuerit, in ſacramentum plures ſacerdotes ipſius teſtes.*

Pvrgatvm Ecclesiæ reddat] Hincmarus ibidem cap. 28. *Placitum eidem Preſbytero denuntietur ad triginta dies, ut ita præparatus veniat quò ſe vel canonicè purificet vel concredat.*

Ibid. c. 39. Comites ministris] Vide ſuprà lib. 2. cap. 23. & infrà cap. 273. iſtius libri.

Pag. 835. c. 55. Statvtvm est] Vide infrà lib. 6. cap. 306.

Pag. 836. c. 60. Vt nvllvs Presbyter] Caput iſtud ſumptum eſt ex capite octavo ſynodi Vernenſis ſub Pippino Rege.

Concilivm Episcopi] Sic tum vocabant ſynodum quam nos hodie dicimus diœceſanam, ut patet etiam ex capite octavo ſynodi Vernenſis relato infrà cap. 60. hujus libri. In tomo primo analectorum Ioannis Mabillonij pag. 387. extat titulus capitulorum ſynodalium Hildegarij Epiſcopi Meldenſis, in quo ſcriptum eſt eum convocaſſe *Concilium ſacerdotum ſuæ dioceſis apud Eccleſiam ſanctæ Celiniæ.* Vide capitula Herardi Archiepiſcopi Turonenſis cap. 133.

Ibid. c. 61. Si qvis non confitetvr] Ex canone duodecimo Concilij Epheſini ex verſione antiqua quæ extat in collectione Iſidori.

Ibid. c. 62. Si qvis presbyter] Burchardus caput iſtud in epitomen contraxit & Toletano Concilio tribuit. Sed Loaiſa noluit illud agnóſcere pro legitimo canone Toletano, & inter ſuppoſititios repoſuit. Burchardum ſecutus eſt Ivo.

Pag. 842. c. 110. Vbicvnqve commvtationes] Ad hoc ut commutationes de rebus Eccleſiarum valerent, neceſſaria erat interventio auctoritatis regiæ, ut docent Karoli Calvi Capitula tit. xxxvii. cap. 6. & vetus charta monaſterij Conchenſis data regnante Ludovico Pio. Flodoardus lib. 3. cap. 10. loquens de Hincmaro: *Res etiam nonnullas epiſcopij, terras ſcilicet atque mancipia, cum diverſis perſonis ad incrementum Eccleſiæ pro partium opportunitate commutavit. Sed & præcepta regalia ſuper pluribus earum rerum commutationibus obtinere curavit.* Ludovicus Pius confirmavit commutationem factam inter Flodegarium Epiſcopum Andegavenſem & Vvinnerandum. Idem confirmavit commutationem factam inter Smaragdum Abbatem ſancti Michaëlis Virdunenſis & quoſdam homines qui nominantur in tomo ſecundo analectorum Domni Ioannis Mabillonij pag. 406. Item commutationem de villa Cluniaco factam ab Hildebaldo Epiſcopo Matiſconenſi cum Vvarino Comite, ut patet ex illius præcepto quod extat in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem. Karolus Calvus confirmavit commutationem factam inter Abbatem Foſſatenſem & Abbatem Latiniacenſem, item commutationem inter Erchenradum Epiſcopum Pariſienſem & Eginardum Abbatem Foſſatenſem. Idem confirmavit commutationem quam Hirmintrudis Regina & Abbatiſſa Kalenſis fecerat cum eodem Ainardo Abbate Foſſatenſi. Confirmavit præterea permutationes factas inter Herpuinum Epiſcopum Silvanectenſem & Godefridum Abbatem Foſſatenſem. Tom. I.

Inrationabiles dissolvantvr] Lotharius Rex Auſtraſiæ ſive Lotharingiæ Remigio Lugdunenſi Archiepiſcopo reſtituit res quaſdam anno dccclix. quas per inrationabilem & iniquam commutationem amiſerat, tamenetſi commutatio confirmata fuiſſet à Lothario Imperatore patre Lotharij; ut patet ex ejus præcepto, quod editum eſt in tomo duodecimo Spicilegij Dacheriani pag. 132.

Sacramentario] In quibuſdam codicibus & heic & alibi infrà legitur *ſacramentorio*. In tomo tertio Spicilegij Dacheriani pag. 241. ſcriptum eſt Anſegiſum Abbatem Fontanellenſem, inter ceteros libros quos Flaviacenſi monaſterio dedit, dediſſe *ſacramentoria volumina duo*. Credunt plerique ſacramentarium idem eſſe cum libro ſacramentorum. Sed Hugo Menardus in Notis ad librum ſacramentorum pag. 85. exiſtimat diſtinctionem eſſe inter hæc duo, eo argumento quòd cùm in ipſo ſacramentorum libro pag. 69. ſacramentarium citetur, manifeſtum eſt ſacramentarium à libro ſacramentorum diſtingui. Attamen hæc res non adeo manifeſta eſt quin adhuc plurimum habeat difficultatis; ac niſi res apertiùs eluceſcat, non admodum conſtabit ſacramentorum librum eſſe diverſum à libro ſacramentario. In capite ſanè quod heic explicandum ſuſcepimus dubitari non poteſt quin per orationes quæ in ſacramentario ad dandam pœnitentiam continentur intelligantur eæ orationes quæ in libro ſacramentorum leguntur pag. 225. in editione ejuſdem Menardi. Ibidem & infrà lib. 7. cap. 202. reconciliatio pœnitentium fieri jubetur *ſicut in ſacramentario continetur*, id eſt, ſecundùm formulam quæ extat in eodem libro ſacramentorum pag. 226. Infrà in eodem libro ſeptimo capite 179. & 389. mentio fit benedictionis nuptiarum quæ in ſacramentario continetur. Hæc verò benedictio ab Hugone Menardo edita eſt pag. 286. ex codice Remenſi. Vnde colligi poſſe puto librum ſacramentorum non eſſe diverſum à libro ſacramentario. In vetuſtiſſimo & elegantiſſimo codice bibliothecæ Colbertinæ literis aureis ſcripto liber ſacramentorum habet hunc titulum. *In nomine Dei. Incipit liber ſacramentorum de circulo anni à ſancto Gregorio Papa Romano editus qualiter Miſſa* Pag. 843. c. 116.

Tom. I. *Romana celebratur.* Vide Notas ad Agobardum pag. 90.

Pag. 844. c. 117. Vniversam comm. Ecclesiam] In Concilio ipso legitur, *universa Ecclesia noveris.* Sed nostra lectio, quæ apud Dionysium quoque & Isidorum extat, videtur esse sincerior. Vide Gratianum 26. q. 6. cap. 14. *Presbyter.*

Ante absidam] Vir clarissimus Carolus Dufresnius in commentario ad Paulum Silentiarium pag. 537. ait sibi videri hunc locum intelligendum esse de absidis narthecis, ubi consistebant pœnitentes, non verò de absida seu concha altaris. De absida porrò vide Rosvveydum in Onomastico ad vitas patrum & Notas ad Reginonem pag. 570.

Ibid. c. 119. Ex epistola] Hæc est sincera lectio istius loci, quàm & sensus indicabat & auctoritas vetustæ collectionis canonum quæ edita est in tomo undecimo Spicilegij Dacheriani. In superioribus editionibus & in veteribus libris legitur *Exemplar.* quod mendum fuisse procliue dicemus ad caput 461. libri septimi.

Ibid. c. 121. Vt poenitens ostensis] Sumptum est ex canone tertio Concilij primi Arausicani, sive ex postrema illius canonis parte.

Ibid. c. 125. Placvit his qvi] Hoc caput videtur esse sumptum ex eodem canone Arausicano, additis nihilo minùs quibusdam clausulis ex canone quarto Concilij Carthaginensis secundi & ex canone 32. Concilij Carthaginensis III.

Pag. 848. c. 130. Svperstitibvs] In codice Sangallensi legitur *suppestibus*, in Camberonensi *subprestibus*, in Normannico *prestibus.* Sic olim scribebant cùm de superstitibus intelligerent. Vide Notas ad Gratianum pag. 522.

Pag. 850. c. 136. Magnvm diem] id est, diem Paschatis, ut explicat Henricus Spelmannus. Protevangelium D. Iacobi: *Venit autem dies Domini magna, & dixit Iudith ancillæ ejus: Quousque tandem affliges animam tuam? Non licet tibi lugere, quia dies Domini magna est.* Alibi dies magnus intelligitur de die in quo fiet judicium universale. Karolus M. in epistola ad Elipandum & ceteros Episcopos Hispaniæ otat ut Deus illos *in die magno ante conspectum gloriæ suæ gloriosos stare concedat.*

Pag. 852. c. 143. Omnia necessaria] Concilium Trosleianum cap. 3. *Sanè ne ulla monachis evagandi vel de talibus præsumendi quippiam detur occasio, provideant Abbates vel Præpositi monasteriorum ut secundùm quod temporis vel loci fert possibilitas, omnia illis in victualibus & vestibus necessaria, sicut regula præcipit, opportunè ministrentur.* Vetus auctor historiæ Trevitensis in tomo XII. Spicilegij Dacheriani pag. 247. *Æstimo namque quod Episcoporum est summam Deo famulantibus diligentiam adhibere, necessaria ministrando; ne dum pro necessariis conquirendis negotiantur, à sancto proposito discedere compellantur.*

Necessaria] *id est, aqua, molendinum, hortus, pistrinum, vel artes diversa intra monasterium exerceantur*, ut heic legitur in regula sancti Benedicti.

Vel clericis] Hæc verba non extant in regula sancti Benedicti, & addita sunt propter Canonicos, ut rectè observat Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 1034. Tom. I.

Provideant] Hunc locum sic exposuit is qui statuta collegit quæ sancto Bonifacio tribuuntur in tomo nono Spicilegij Dacheriani pag. 64. cap. 12. *Vt diligenter unusquisque Episcopus in sua parochia prævideat ut ubi monasterium monachorum fuerit, si regulariter vivant & monachicè; ubi autem canonica vita fuerit, bene & canonicè vivant.* Vide Capitulare primum anni DCCCXIII. cap. 4. Pag. 853. c. 144.

Presbyteri sub sigillo] Vide caput undecimum capitulorum Presbyteris datorum post Capitulare ad Salz. Vide etiam Capitulare primum anni DCCCXIII. cap. 17. lib. 3. Capitular. cap. 55. & Addit. III. cap. 99. Ibid. c. 145.

Maleficii] Isidorus Clarius Episcopus Fulginas in constitutionibus synodalibus anni MDL. cap. 4. *Corpus Domini honorificè custodiatur in pyxide munda & decenti, & unà cum oleo sancto sub clavi diligenter reponatur in aliquo loco condecenti specialiter ad hoc constituto. Quòd si quæ parrochiæ sunt quæ non teneant corpus Domini, hoc quod diximus faciant de oleo sancto, & hoc maximè, ne ad veneficia possint auferri.*

Præsvmant] In Concilio sexto Arelatensi & in statutis Bonifacio Archiepiscopo tributis cap. 5. additur: *Genus enim sacramenti est, & non ab aliis nisi à sacerdotibus contingi debet.* Itaque caput istud sumptum est simpliciter ex Capitulari primo anni DCCCXIII. quod hanc clausulam non habet. Deest quoque in Concilio Moguntiaco.

Letania maior] Vide infrà lib. 6. cap. 74. Ibid. c. 150.

Indictvm iejvnivm] ab Episcopo nimirum. Riculfus Episcopus Suessionensis cap. 22. *Quando autem vobis à nostra parvitate vel à comministris nostris jejunium faciendum injungitur, plebes ad Ecclesiam venire regate.* Indicebatur etiam interdum à palatio, ut pluribus exemplis probari posset. Capitulare Ahytonis Episcopi Basileensis cap. 8. *Indictum verò jejunium quando à palatio vel à domo fuerit denuntiatum, ab omnibus generaliter observetur.* Torsit hic locus clarissimum editorem istius capitis: qui ut se à difficultatibus heic occurrentibus expediret, putavit heic pro *domo* legendum esse *Domno*, ita ut intelligatur Domnus Apostolicus sive Papa. Nos simpliciùs existimamus heic per vocem *domo* intelligi domum episcopij, in qua Episcopus habitat, unde jejunia indicit. Ac sanè si lectio ista, quæ constans est in duobus antiquissimis codicibus manuscriptis monasterij Sangallensis, mutanda esset in *Domno*, non statim sequeretur explicandam illam esse de Domno Apostolico Romano. Simpliciter verum esset existimare per Domnum heic intelligi proprium Episcopum. Rhabanus lib. 2. de institutione Clericorum cap. 25. *Necnon & illa omnino custodire oportet unumquemque quæ communiter omnibus facere sive pro tribulatione sive pro gratiarum actione proprius Ecclesiæ mandat Episcopus. Quia qui constituta atque demandata jejunia servare neglexerit, peccat.* Amalarius in libro de ordine antiphonarij Pag. 854. c. 151.

Tom. I. cap. 77. *Collegi quoque simul quasdam antiphonas quæ consonant tempori exomologeseos; & solemus eos & eas canere per noctes quando observatur jejunium indictum & jejunium quatuor temporum.*

Pag. 855. c. 155. MEMBRA EIS OBTINERE] Vide Einhardum epist. 7. & 25.

Ibid. c. 156. PRÆCIPIMVS VT IN ECCLESIIS] Vide infrà Addit. III. cap. 32. & 118.

Ibid. c. 158. QVICVNQVE BENEFICIVM] Caput istud sumptum est, ut monuimus in margine, ex capite 42. Concilij Moguntiaci, ex quo etiam illud laudavit Burchardus. Vide suprà lib. 4. cap. 40. & Notas ad Reginonem pag. 546.

Ibid. c. 159. SOLVS MISSAM CANTARE] Contrà in capitulis Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, si tamen Theodori sunt, editis in tomo nono Spicilegij Dacheriani legitur cap. 49. *Presbytero liceat soli Missam facere, si necesse est.* Vide infrà Addit. II. cap. 9.

CVM EO SIT] Simon Goulartius in additionibus ad Catalogum testium veritatis pag. 1023. monet quosdam pro his verbis habere *communicet*. Deinde addit: *In communione etenim mysteriorum hæc verba Dominus Vobiscum, Sursum corda &c. elata voce à Diacono & Sacerdote pronuntiabantur, turba fidelium adstante & signa sacra participante.* In initio divisionis quæ in Ecclesiam irrepsit occasione errorum Martini Lutheri, contendebant Protestantes non debere Missam celebrari nisi cùm adsunt aliqui communicantes. Ad quæ Ioannes Cochlæus respondit non rectè auferri Missas propter defectum communicantium, & nullam scripturam prohibere ne solus sacerdos sumat eucharistiam.

Ibid. c. 161. SYMBOLVM] Vide Concilium Cloveshoviæ cap. 11.

Pag. 856. c. 165. PVRITER] Ita vetustiores libri & omnes editiones Capitularium. Deest autem hæc vox in codice Camberonensi & apud Reginonem. In prima editione capitulorum quæ cum canonibus Concilij Vvormatiensis edi solent legitur *puniter investigare studeant.* Pro quo Crabbus & reliqui Conciliorum editores malè reposuerunt *punire & investigare studeant.* Malè, inquam. Nam secundùm judiciorum ordinem priùs investigandi sunt rei, dein puniendi. Error ortus est ex prurigine corrigendi. Hinc etiam emendandum est Concilium Moguntiacum, ubi *pariter* scriptum est loco *puriter*. Longiùs aberratum est in capite 28. Concilij Moguntini anni DCCCXLVII. ubi ita legitur: *Vt Episcopi incestuosos penitùs investigare studeant.* Vocem porrò *puriter* vir clarissimus Franciscus de Roye in libro de Missis dominicis pag. 92. sic intelligi posse existimat ut Episcopi debeant incestuosos investigare absque dilatione, sicut Iurisconsultis purè, id est, sine die & conditione. Ex primo tamen Capitulari anni DCCCV. cap. 16. colligi posse videtur alium esse istius vocabuli sensum, nimirum ut Episcopi sic puriter & absque personarum acceptione incestuosos investigent & examinent ut nec propter alicujus amicitiam alii relaxentur, alij verò constringantur. In vetustissimo libro sacramentorum Ecclesiæ, ut reor, Lemovicensis, qui nunc extat in bibliotheca regia, sic legitur: *Ordo ad visitandum & ungendum infirmum. Antequam ungeatur infirmus, confiteatur omnimodis Deo & sacerdoti suo puriter omnia peccata sua, & reconciliationem ab eo percipiat plenam.* Eadem habentur in codice Tiliano, ut legitur apud Hugonem Menardum in Notis ad librum sacramentorum pag. 340. Item apud Morinum in appendice tractatus de pœnitentia pag. 25. ubi tamen perperam editum est *pariter* pro *puriter*. Tom. I.

CONTRADICIMVS QVOQVE] Hæc constitutio renovata est in Concilio Moguntino anni DCCCXLVII. cap. 50. Ibid. c. 166.

SI QVIS VIDVAM] Caput istud reperitur in eodem Concilio Moguntino anni DCCCXLVII. cap. 29. Ibid. c. 168.

DVABVS SORORIBVS NVPSERIT] Flodoardus lib. 3. cap. 29. de epistolis Hincmari: *Item cuidam fratri de homine qui cum quadam femina concubuit & postea sororem ipsius in conjugium duxit.* Vide infrà Addit. III. cap. 115.

TALES COPVLATIONES] Codex Camberonensis ita habet: *pro tam injusta copulatione debet anathematizari, nec unquam amplius copulari, sed sub magna districtione feriri.*

AMPLIVS CONIVGIO COPVLARI] Ita vetera pleraque exemplaria. Editio Francisci Pithœi: *nec unquam amplius conjugio sub magna districtione copulari.* quam lectionem in nullo eorum librorum reperi quibus usus sum.

FIERI] In libro Trecensi & in Camberonensi legitur *feriri.*

QVALICVNQVE MODO] Balsamon ad canonem tertium Concilij Ancyrani: *Porrò & Comnenam Dominam Theodoram, qua dicta est Laparda illius Domini Andronici conjux, vi illius tyranni Andronici tonsam, Constantinopolitana synodus non sivit mutare habitum, nec cum Crate Hungariæ, qui hoc vehementissimè petebat, conjungi, eò quòd post ejus viri mortem processisset tonsura, etiamsi vi facta esset, & in cœnobiaco monasterio vitam egisset.* Vide capitula anni DCCLII. cap. 4. & Notas ad Agobardum pag. 135. Pag. 858. c. 180.

VT EPISCOPI] Caput istud descriptum est in Concilio Moguntino anni DCCCXLVII. cap. 7. Illud quoque sanctus Stephanus Hungariæ Rex inseruit libro secundo decretorum suorum cap. 2. Ibid. c. 182.

VIDVAS ET ORPHANOS] Hæc & reliqua pars istius capitis desunt in codice sancti Arnulphi Metensis, in quo ista substituuntur. *Et Nicolaus Papa ad locum, ita ut secundùm sacrorum canonum sanctionem in potestate Episcopi res omnes Ecclesiæ consistant, & ille secundùm timorem Dei quibus voluerit & quomodo voluerit illas dispensset. Et in suprascripto libro ex canonica auctoritate assumptum istud ita invenitur capitulum: Si quis oblata dederit &c.* ut suprà cap. 24. hujus libri.

ET EPISCOPI CONSENTIENTES] Ista in diversum mutata sunt in decretis Stephani Regis Hungariæ, hoc modo: *Consentientésque sint Comites & judices Præsulibus suis ad justitias faciendas, juxta præcepta legis divinæ.*

PRESBYTERI INTERFECTI] Vide canones Isaaci Episcopi Lingonensis tit. 2. cap. 1. Pag. 859. c. 186.

Tom. I. ubi caput istud rectè describitur ex lib. 5. cap. 186. ut in antiquis codicibus. Vide etiam quæ dicta sunt suprà in Notis ad caput 15. libri quarti.

Pag. 860. c. 191. Vicedomini] Ianus à Costa in titulum 31. libri primi Decretalium pag. 192. putat alicubi Vicedominos eosdem esse qui à Græcis Oeconomi dicuntur, alibi verò ab Oeconomis omnino separandos esse. In vita sancti Meinvverci Episcopi Paderbornensis cap. 83. legitur ipsum moriturum, *ascito Vicedomino suo*, omnia quæ in pecunia vel diversarum escarum copia habuit, Ecclesiis & pauperibus erogari præcepisse. Vir clarissimus Carolus le Cointe in annalibus ecclesiasticis Francorum ad annum 779. §. 21. putat Vicedominum in Capitulari anni DCCLXXIX. cap. 19. eum esse qui alibi Vicecomes appellatur.

Ibid. c. 192. Archidiaconi vel archipr.] Hèic Archidiaconus præponitur Archipresbytero. Vide omnino Notas ad Gratianum pag. 455.

Pag. 861. c. 207. Bidvanas] id est, jejunium duorum dierum. Rhabanus lib. 2. de institutione Clericorum cap. 25. *Leguntur aliqui sanctorum per biduanas, sive per triduanas, sive etiam per totam hebdomadam jejunium extendere.* Regino lib. 1. cap. 163. *Si quis lascivus in lingua fuerit, triduana pœnitentia expietur.* Obiter moneo caput septimum Capitularis Haytonis Episcopi Basileensis sic omnino legi in duobus antiquissimis codicibus sancti Galli: *Septimò, ut sciant tempora legitima ad baptizandum in anno, id est, sabbato sancto Paschæ, ut illa triduana mersio in baptismate imitetur triduanam mortem Domini clarificata resurrectione.* Vbi vir clarissimus Lucas Dacherius edidit *trina mersio.* Rectè sanè. Nam sic legitur apud sanctum Gregorium lib. 1. epist. 41. *Nos autem quòd tertiò mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus; ut dum tertiò infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur.* Item in capitulis quibus anonymus scriptor respondet ad interrogationes Karoli Magni: *Propterea infans ter mergitur in sacro fonte ut sepulturam triduanam Christi trina demersio mysticè designaret.* Sed ego tamen puto retinendam esse lectionem quam præferunt vetera Haytonis exemplaria, eúmque fortassis ludere voluisse in antithesi triduanæ mersionis & triduanæ resurrectionis.

Comites fortiores] id est, majores, ut rectè explicat Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 149. Erant enim tum in regno Francorum Comites majores; ut Comes Arvernorum, cùm eodem tempore in pago Arvernico essent præterea Comites Brivatensis, Talamitensis, & Tollornensis. Plura exempla si quis habere desiderat, facilè invenientur in veteribus libris & monumentis.

Pag. 872. c. 247. Dearmis infra patriam] Vide suprà lib. 3. cap. 4. & infrà lib. 6. cap. 271.

Pag. 879. c. 276. De his qvi nonas] Caput istud mutilum est in antiquis exemplaribus libri quinti Capitularium. Extat autem integrum infrà Addit. IV. cap. 99. Caput autem *Quicunque decimam* dividi debet ab isto.

Capitvlo lvii.] Hæc est lectio omnium veterum librorum. Tilius, cùm non animadverteret hoc caput esse mutilum, numeros heic mutavit, & pro *LVII.* reposuit *CLXIII.* Tom. I. Verùm nec sic quoque restitui potest hic locus. Nam caput *Quicunque decimam* non extat in libro primo Capitularium, sed in Additione IV. cap. 100. & 166.

Et cvnctis c. e. nostil.] Hæc non habentur in libro quarto, neque in ipso Capitulari; ut verisimile sit addita fuisse à Benedicto Levita. Pag. 889. c. 277.

Pervenit ad nos] Sirmondus in Notis ad Capitula Karoli Calvi pag. 765. ait hanc constitutionem esse Ludovici Pij. Apud Ivonem refertur simpliciter *ex libro capitulorum.* Ibid. c. 279.

Clavstra monasterii] Litteræ sancti Bernardi Abbatis Clarevallensis de compositione Hugonis Episcopi Autissiodorensis & Vvillelmi Comitis Nivernensis: *Si aliquis laicus deprehensus fuerit in claustris in latrocinio, cum una quacunque veste sua pro justitia facienda Comiti reddetur. Extra claustra autem quicunque laici latrones deprehensi fuerint, & ipsi & res eorum Comitis sunt.*

Clavsarvm genere] Apud Ivonem editum est *clausarum nomine.* Sed in codice Victorino legitur ut in Capitularibus.

Qvicvnqve propria] Burchardus caput istud valde interpolavit & Pio Papæ tribuit, quamvis illius non sit. Est enim constitutio Ludovici Pij. Hinc ergo emenda Ivonem & Gratianum. Vide infrà Addit. IV. cap. 118. 161. Pag. 885. c. 300.

Propria vxore derelicta] Vide infrà lib. 7. cap. 305. Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. scribit *Fulcrico cuidam, qui uxorem legitimen inlegitimè dimiserat, alteramque insuper duxerat, vocans ad synodum, excommunicationis jam in eum datæ atque in comprovinciali synodo confirmandæ pandit modum.* De ejusdem excommunicatione agit suprà in capite 21. ejusdem libri.

Sine culpa interfecta] Extat apud Burchardum elegans Paulini Episcopi Aquileiensis epistola de hoc argumento, quæ perperam apud Ivonem & Gratianum Stephano V. Papæ tribuitur, uti dictum est in Notis ad Gratianum pag. 547.

Armis depositis] Iure enim pontificio, ut Iuretus ait ad epistolam 135. Ivonis, miles pœnitens armis cingi vetabatur; citátque in eam rem caput *Admonere* 33. q. 2. id est epistolam Paulini de qua mox dicebamus.

Adalardo comite palatii] Hincmarus epist. 14. cap. 12. *Adalhardum senem & sapientem Domni Karoli Magni Imperatoris propinquum & monasterij Corbeiæ Abbatem inter primos Consiliarios primum in adolescentia mea vidi, cujus libellum de ordine palatij legi & scripsi.* Marquardus Freherus in Originibus Palatinis par. 2. cap. 1. ait habuisse se fragmentum istius libri, & huic adscriptum fuisse hunc titulum: *Ordo palatij & reipublicæ dispositio qui sub Imperatoribus Pipino & Karolo Francorum gerebatur, per Adhalardum venerabilem Abbatem literis commendatus ad memoriam & institutionem futurorum.* Ejus vitam scripsit Paschasius Radbertus. Pag. 887. c. 303.

Si qvis a servo] Vide Ivonem parte 16. cap. 101. Pag. 887. c. 306.

Tom. I. Pag. 888. c. 311. Ibid. c. 315. PLACVIT VT ADVERSVS] Vide infrà lib. 6. cap. 363. & lib. 7. cap. 204.

HOMO IVDICET DEOS] Ad caput istud respexisse videtur Karolus simplex in præcepto pro Arnusto Archiepiscopo & reliquo clero provinciæ Narbonensis, quod editum est à Catello in libro quinto Memoriarum historiæ Occitanicæ pag. 772. cujus verò nos authenticum vidimus in archivo Archiepiscopi Narbonensis: *Si aliquæ verò querimoniæ adversùs illos exortæ fuerint, in præsentiam suorum Episcoporum veniant, & ibi de his canonicè atque legaliter judicentur: quia juxta sanctiones legum indignum est ut homines judicent deos.*

BEATVS PROSPER] sive Iulianus Pomerius, quem auctorem esse librorum de vita contemplativa & activa Sirmondus ostendit, & cui tribuuntur etiam in vetustissima collectione canonum Andegavensi & in antiquissimo codice MS. bibliothecæ Thuanæ.

Pag. 890. c. 318. ECCLESIA VNVM CORPVS] Infrà lib. 6. cap. 404. *Quod in capite præcessit, in corpore ejus, quod est Ecclesia, videtur impletum.* Epistola Episcoporum catholicorum ad Marcellinum Notarium in collatione prima Carthaginensi cap. 18. *Non est itaque difficile quoniam caput est Christus & corpus Ecclesia, simul in evangelio commendatum videre & caput contra calumnias Iudæorum & corpus contra criminationes hæreticorum.* Et Augustinus in cognitione tertia cap. 237. & 242. *Habeo caput, sed Christus est.* Vide formulas exorcismorum & excommunicationum cap. 12. pag. 665.

IN CORPORE DIABOLI] Formula duodecima excommunicationum: *Inter adoptivos filios Dei adnumeratus, quamvis modò filius diaboli sit imitando diabolum.*

Ibid. c. 319. DVÆ SVNT QVIPPE] In epistola ipsa Gelasij legitur: *Duo quippe sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter &c.* Rectè. Scripta enim est ad Anastasium Imperatorem. Confirmant autem hanc lectionem, præter ceteros, Hincmarus Remensis, Archiepiscopus in epistola 29. & opusculo 61. & patres Concilij apud sanctam Macram habiti. Immo in Concilio Parisiensi habito anno DCCCXXIX. (ex quo sumptum est hoc caput) ita vulgò legitur lib. 1. cap. 3. *Duo quippe sunt, Imperator Auguste &c.* Sed antiquissimum exemplar manuscriptum illius Concilij, quod extat in bibliotheca Thuana, tum etiam omnes veteres libri Capitularium & antiquæ editiones disertè scriptum habent: *Duæ sunt quippe, inquit, Imperatrices augustæ quibus &c.* Veteris vestigia fraudis, ut Virgilij verbis utamur, visuntur etiam in excerptis è libris Capitularium in antiquissimo codice MS. sancti Arnulphi Metensis, ubi sic legitur: *Duæ sunt quippe, inquit, Imperator Auguste, quibus &c.* Ego, si quid heic video, puto eum qui pravam istam lectionem intulit in codicem ex quo eam hausere patres Concilij Parisiensis, dolo malo id feciſse, ut pro sua virili fulciret regnum ecclesiasticum, quod tum caput extulerat post Karoli M. victorias de Longobardis & triumphos quos Isidorus Mercator egit de devicta vetere disciplina. Itaque falsarius ille universum orbem Christianum, hoc est, Ecclesiam Christi, divisit in duo summa imperia, in auctoritatem videlicet sacratam Pontificum & regalem potestatem, quas vocat Imperatrices augustas. Atque ea opinio facilè pervasit per animos hominum illius seculi, jam imbutos ea doctrina quam in Ecclesiam Christi invexerant spuriæ veterum Pontificum epistolæ. Itaque non multò post editam à Benedicto Levita collectionem Capitularium, in qua caput istud retulit prout reperiebatur in Concilio Parisiensi, Episcopi provinciarum Remensis & Rotomagensis è Carisiaco palatio ad Ludovicum Germaniæ Regem scripserunt anno DCCCLVIII. Christum, qui solus Rex fieri potuit & Sacerdos, in cælum ascendentem, suum regnum, id est, Ecclesiam, inter pontificalem auctoritatem & regiam potestatem gubernandum dispositisse. Hæc sunt enim ipsa eorum verba in Capitulis Karoli Calvitit. XXVII. cap. 15. extremo. Ea persuasio cùm deinde, ut fit, in occidentali Ecclesia invaluisset, jámque opinio de monarchia temporali Romani Pontificis valde propagata esset, rudi seculo creditum est concertationem quæ inter Gelasium Papam & Anastasium Imperatorem fuit, de regno fuisse, illum verò auctoritatem suam fortiter ac strenuè vindicasse adversùm conatus Imperatoris. Ne quis verò existimare possit me ista sine auctore dicere, adferam verba Bartholomæi Brixiensis, qui in cap. *Duo sunt* dist. 96. ita loquitur: *Gelasius Papa & Anastasius Imperator contendebant de præeminentia unius ad alterum & de præeminentia dignitatum. Sed Gelasius ostendit hic quòd auctoritas pontificalis longè major est quàm culmen imperiale.* Demum Leonellus de Chieregatis Episcopus Concordiensis in sermone quem habuit Romæ coram Alexandro VI. anno MCCCCLXXXV. in publicatione confœderationis initæ inter eundem Alexandrum ac Romanorum & Hispaniæ Reges Venetorúmque ac Mediolanensium Duces, hæc ait: *In universali siquidem Ecclesia duæ constituta sunt dignitates, quibus principaliter hic mundus administratur, prout ad Anastasium Imperatorem scribit Gelasius Romanus antistes, auctoritas sacra Pontificum, & Imperatorum excelsa potestas.* Stabilita igitur ea opinione in mentibus hominum qui circa cathedram D. Petri habitabant, dubium illis non erat quin regnum in ea Ecclesia esset: Itaque Conservatores populi Romani, ut Franciscus Albertinus docet in libro de mirabilibus urbis Romæ ad Iulium II. Papam, inscriptionem hanc in palatio suo posuerunt ad æneum Herculis simulacrum in foro boario repertum: *SIXTO IIII. PONT. MAX. REGNANTE. Æneum Herculis simulachrum aurea mala secundum vivente tropeum sinixtra gerentis in ruinis Herculis Vict. fori boar. effosum Conservatores in monumentum gloriæ Romanæ heic locandum curarunt.* In veteri editione Romana epistolarum sancti Hieronymi hæc leguntur in fine tomi secundi: *Eusebij Hieronymi doctoris eximij secundum epistolarum explicit volumen anno Christi MCCCCLXVIII. Indictione prima die verò XIII. mensis Decembris. Pontifice maximo Paulo regnante secundo, anno ejus quinto, Romæ in domo magnifici viri Petri de*

Tom. I.

Tom. I.

Maximo. Philippus Labbeus in Specimine novæ bibliothecæ pag. 230. teſtatur fuiſſe in bibliotheca Naudæana diſputationem de potentia Dei, auctore Franciſco Cardinale Saonenſi, qui poſtea fuit Sixtus Papa quartus, in cujus calce iſta ſcripta erant : *Finis parvuli opuſculi intitulati de potentia Dei editi per Reverendiſſimum D. D. Franciſcum Saonenſem Cardinalem tituli S. Petri ad Vincula die prima menſis Octobris 1470. regnante Paulo Papa II. pontificatus ſui anno ſeptimo.* Habemus nos æneum numiſma Iulij III. Romani Pontificis, quod editum reperies apud Ioannem Iacobum Luckium, in cujus recta parte viſitur vultus Iulij cum hac inſcriptione. D. IVLIVS. III. REIPVB. CHRISTIANÆ. REX. AC. PATER. Sed ut ad rem noſtram redeamus, addendus eſt inſignis locus ex præcepto Karoli III. Francorum Regis pro Eccleſia Noviomenſi, in quo Princeps ille præclarum documentum dat quomodo intelligendus ſit hic locus Gelaſij de duabus ſummis poteſtatibus. *Duabus ſiquidem*, inquit, *perſonis univerſalis roboratur Eccleſia, ſacerdotali videlicet & regali, ut ſi una inſolens ſeu minùs exiſteret provida pigritando, non dormitet altera.* Bartholomæus Brixienſis addit auctoritatem pontificalem culmine imperiali longè majorem eſſe, cùm tamen Gelaſius in eadem epiſtola fateatur ipſos quoque religionis antiſtites eſſe ſubditos Imperatori legibuſque ejus parere quantum ad ordinem pertinet publicæ diſciplinæ. Quæ ſententia confirmatur auctoritate ſancti Fulgentij, cujus verba referuntur in hoc noſtro capite. In canone ſeptimo Concilij Trullani ſcriptum eſt ſpiritales dignitates præſtantiores eſſe ſecularibus ſeu mundanis. Quæ verba ſic interpretatur Balſamon : *Nota autem & canonem qui dicit ſpirituales dignitates eſſe præſtantiores ſecularibus ſeu mundanis dignitatibus. Sed ne hoc eò traxeris, ut nonnulli dicebant, ut eccleſiaſtica dignitates præferantur imperatoriis. Eis enim ſubjicientur. Interpretare autem hoc adversùs Subdiaconos, qui fortaſſe ſuperbè & inſolenter ſe gerunt adversùs Diaconos, vel Diaconos qui adversùs Preſbyteros.*

Pag. 893. c. 326.

Conversationis svæ testes] Suprà cap. 2. hujus libri Karlomannus Princeps ſtatuit in ſynodo ut Preſbyter Epiſcopo teſtis adſiſtat caſtitatis & vitæ & fidei & doctrinæ illius. Renovatum iſtud in Concilio Londinenſi ſub Anſelmo Archiepiſcopo anno MCII. habito, in quo ſtatutum eſt ut Epiſcopi ſemper & ubique honeſtas perſonas habeant converſationis ſuæ teſtes.

Vitas B. Avgvstini] Poſſidius Epiſcopus Calamenſis in vita ſancti Auguſtin cap. 26. *Et ſi fortè ab aliquibus feminis ut videretur vel ſalutaretur rogabatur, nunquam ſine Clericis teſtibus ad eum intrabant, vel ſolus cum ſolis unquam eſt locutus.* Sanctus Gregorius lib. 7. Indict. 2. epiſt. 39. *Legitur quòd beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare conſenſerit dicens :* Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. *Docti ergo viri cautela magna nobis debet eſſe inſtructio.* Citant hunc Gregorij locum Hincmarus epiſt. 48. cap. 10. Concilium Troſleianum cap. 9. Regino lib. 1. cap. 98. & Gratianus diſt. 81. cap. 25.

Tom. I.

De clericis laicorvm] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. ſcribit Theodulfo Comiti de Preſbytero ordinando in Eccleſia vacante: *Si autem vis ibi habere Preſbyterum, adduc mihi talem Clericum qui aptus ſit ſacro miniſterio, & ego illum inquiram, & illi Eccleſiam dabo.* Item Bertranno Comiti Tardunenſis pagi *pro loco vacante ſine Preſbytero, ubi ſancta Patricia requieſcit, monens ut quantocius miniſtris eccleſiaſticis Clericum ſacro miniſterio aptum oſtendat qui valeat ibi ordinari.* Vide Notas ad Agobardum pag. 63.

Pag. 893. c. 330.

Invicta permaneat.] Poſt caput iſtud, additum eſt à manu antiqua in codice Colbertino: *Homicidium laici ſi in Eccleſia perpetratum fuerit, altare deſtruatur donec proprij Epiſcopi arbitrio reſtituatur. Sin autem Preſbyter illic aut ante altare peremptus fuerit, altare ſimul cum Eccleſia deſtruatur, donec conſenſu Apoſtolici reconcilietur.* Sed hæc non pertinent ad Capitularia, & à ſtudioſo quodam adjecta poſtea ſunt.

Pag. 897. c. 337.

Placvit ne prædia] Vide Concilium Moguntinum anni DCCLXXXVIII. cap. XI. & Gratianum 17. q. 4. cap. 13. *Attendendum.*

Ibid. c. 339.

Si nos ipsos comedimvs] Ivo epiſt. 85. *Ne fortè ſi pertinaciter vos invicem mordetis & comeditis, ab invicem conſumamini.*

Pag. 898. c. 342.

Si qvis alienvm] Iſtius capitis ſenſus reperitur in libro ſeptimo legis Vviſigothorum tit. 2. cap. 6.

Ibid. c. 343.

Fvr noctvrno tempore] Et hoc quoque caput extat in eodem titulo legis Vviſigothorum cap. 16.

Ibid. c. 343.

Cvivs pecvniam] id eſt, rem propriam, ut dictum eſt ſuprà ad caput tertium hujus libri.

Pag. 899. c. 347.

Litostratvm] Ita veteres. Editiones habent *lithoſtrotum.* Litoſtratam fortaſſis dixere viam ex lito ſive litio ſtratam. Vide gloſſarium Franciſci Pithœi & Notas ad Reginonem pag. 562.

Pag. 900. c. 353.

Si cvi avrvm] Hoc caput habetur in libro quinto legis Vviſigothorum tit. 5. cap. 3.

Ibid. c. 356.

Excepto avrvm] Ita vetera exemplaria Capitularium. At in lege Bajuvatiorum & in lege Vviſigothorum legitur : *excepto auro & argento.* Sic etiam legitur in vulgatis Capitularium editionibus. Nos prætulimus lectionem quæ multorum librorum auctoritate confirmatur, ut diximus ad Reginonem pag. 91. Atque id ſanè probare infinitis, ut ita dixerim, ſimilibus exemplis foret facillimum.

Procvret] In lege Vviſigothorum legitur *cogatur.*

Rem in contentione pos.] *id eſt, quam alter aut petere cœpit aut recipere rationabiliter poterat*, ut legitur in eodem libro quinto legis Vviſigothorum tit. 4. cap. 9.

Pag. 901. c. 357.

Si qvis servvm] Habetur in eodem titulo legis Vviſigothorum cap. 15.

Ibid. c. 358.

Si qvis servvs] Extat in eodem titulo legis Vviſigothorum cap. 16. Vide Bignonij Notas ad appendicem Marculfi pag. 966.

Ibid. c. 359.

Placvit in venditione] Prior pars iſtius capitis extat in eodem titulo legis Vviſigothorum cap. 7.

Ibid. c. 362.

Qvi

Tom. I. Pag. 902. c. 365. QVI ARRAS DEDERIT] Caput istud mutilum est in collectione Benedicti Levitæ. Integrius habetur in lege Bajuvariorum. Plenum autem est in eodem titulo legis Vvisigothorum cap. 4.

Pag. 903. c. 371. VNVSQVISQVE PRESBYTER] Vide capitula Herardi Archiepiscopi Turonensis cap. 105.

Ibid. c. 372. SCRVTINIVM MORE ROMANO] Amalarius Archiepiscopus Trevirensis in epistola ad Karolum M. cap. 12. *Scrutinium finitur sabbato sancto ante Pascha. Ipso die facimus scrutinium septimum, sicut in Romano Ordine invenimus scriptum.* Theodulfus in libro de ordine baptismi cap. 8. *Hunc enim morem Ecclesia servare consuevit ut per aliquot dierum spatium hi qui in solemnitate paschali baptizandi sunt scrutentur, ut instructis & doctis & simplici corde ad fidem veram venientibus vitæ sacramenta impertiantur.* Auctor anonymus de ordine baptismi cap. 4. *Scrutinium à scrutando dicitur, quia tunc scrutandi sunt catechumeni si rectam jam noviter fidem symboli eis traditam firmiter tenent.* Scrutinij ordo habetur suprà pag. 1159. ex vetustissimo codice MS. bibliothecæ regiæ. Vide porrò Notas Hugonis Menardi ad librum sacramentorum pag. 139. & Iosephum Vicecomitem lib. 3. de antiquis baptismi ritibus cap. 21. & seqq.

Pag. 905. c. 378. CATHENIS] Hæc est lectio omnium veterum exemplarium & editionis Tilianæ ac prioris Pithœanæ. Postea Franciscus Pithœus reposuit *decanicis*, quia Iulianum Antecessorem, ex quo caput istud sumptum est, voce illa usum esse constabat in epitome novellarum Iustiniani, ubi Antonius Augustinus adnotat decanicam esse carcerem Ecclesiæ. Vide Carolum Dufresnium in Notis ad Paulum Silentiarium pag. 594.

Ibid. c. 379. SI MONACHVS MONASTERIVM] Vide novam collectionem formularum cap. 36.

DOMINIO MONASTERII] In aliis editionibus malè legebatur *domino*. Abbo in sua canonum collectione cap. 22. *Omnes enim res cum ejus domino monasterij sunt.* Sed apud Iulianum Antecessorem, ex quo Abbo sumpsit, legitur: *Omnes enim res ejus dominij monasterij sint.*

NON RECIPIATVR] Infrà lib. 6. cap. 108. additur, *sine Abbatis sui & Episcopi proprij licentia.* Sed hæc non habentur in Novella, ut illic adnotamus.

Ibid. c. 380. SI ALIQVIS INCOGNITVS] Ista sumpta sunt ex Novella quinta Imperatoris Iustiniani cap. 2. Vide Notas Hugonis Menardi ad Concordiam regularum pag. 957. & quæ nos suprà adnotavimus pag. 1110. ad Capitulare anni DCCCXXII. de causis sanctæ Radegundis Pictavensis.

Ibid. c. 381. SI AVTEM MONACHVS] Vide infrà Addit. III. cap. 66.

Ibid. c. 382. NEMO ECCLESIAM] Vide Notas ad Reginonem pag. 544. & ad Gratianum pag. 558. Vide etiam infrà Addit. III. cap. 72. & Concilium Londinense anni MCII. cap. 15. 16.

Ibid. c. 383. ORATORIVM] Solebant tum viri nobiles habere oratoria in domibus suis. De Rorigone Comite testatur Odo Abbas in libro de miraculis sancti Mauri cap. 2. eum in domo sua quæ Boscus vocabatur oratoriolum compendiosè constructum, ut nobilioribus mos est, habuisse in quo & matutini hymni recitabantur & psalmi ac preces Christianæ. De oratoriis monasteriorum vide Notas Hugonis Menardi ad Concordiam regularum pag. 858. Tom. I.

FISCI VIRIBVS] Ita omnia vetera exemplaria, regio & meo exceptis, quæ habent *juribus*. Hanc ultimam lectionem exhibent vulgatæ Capitularium editiones. Isaacus Lingonensis legit *viribus*. Atque hæc est sincera lectio, quæ frequenter reperitur in Codice Theodosiano; ubi Iacobus Gothefredus ad l. 1. *Si certum petatur de suffrag.* adnotat malè facere eos qui vocem *viribus* mutant in *juribus*. Probat hanc lectionem esse veram constitutio Chindasuindi Regis in libro quinto legis Vvisigothorum tit. 7. cap. 15. ubi ita legitur: *fiscalium sæpe subreptione servorum, fisci vires attenuantur.* Vide Cujacium lib. 28. Observat. cap. 1.

ABBATISSA ELIGATVR] Vide suprà Pag. 906. lib. 2. cap. 42. c. 384.

CONFIRMETVR AB EPISCOPO] Iam monuimus ad caput 81. libri primi privilegia eligendi Abbates monasteriis concessa fuisse ea ratione ut salva esset canonica Episcoporum auctoritas. Nunc verò idipsum ostendendum est in causa Abbatissarum. Karolus Calvus in diplomate pro monasterio sanctæ Matiæ Suessionensis præcipit ut post decessum Immæ Abbatissæ, *de ipsa congregatione, quandiu ibi talis inveniri potuerit quæ ipsi sancto gregi regulariter præesse & prodesse possit, per successionum curricula eligatur & Abbatissa secundùm jura ecclesiastica constituatur.* Karolus III. Imperator cognomento Crassus in præcepto pro monasterio Herisiensi, quod reperitur in secunda editione Monumentorum Paderbornensium pag. 264. *Post suum verò decessum licentiam ipsæ sorores habeant inter se eligendi Abbatissam unà cum consensu illius Padrabrunnensis Ecclesiæ Præsulis.* Otto III. Imp. in præcepto de privilegiis monasterij Eltenensis prope Embricam: *Cæterùm pro animæ nostræ expiaculo eidem largiti sumus monasterio ut post hæc perpetualiter, cùm ejusdem monasterij Abbatissa morbo consumpta morietur, sanctimoniales inter se unam, qualemcunque velint, simul cum consensu Trajectensis Episcopi, in cujus positæ sunt diœcesi, absque mortalium omnium contradictione licenter eligant.* Ed itum est hoc præceptum ab Ægidio Gelenio in historia sancti Engelberti Archiepiscopi Colonienſis pag. 359. & ab Hermanno Stangefol in libro secundo annalium circuli Vvestphalici pag. 203.

IN CIVITATIBVS] Apud Iulianum Antecessorem Novella 85. in editione Antonij Augustini & 69. in Pithœana sic legitur cap. 7. *In civitatibus in quibus Præsides præsto non sunt, adeant litigatores Defensorem civitatis, & ille audiat causas. Si autem Episcopum judicare sibi maluerint, hoc quoque fieri jubemus.* Argumento ista sunt tollendam esse negotiationem quæ in fine istius nostri capituli reperitur. Nam Karolus M. præterea confirmavit constitutionem Constantini quæ extat in calce Codicis Theodosiani, ut patet ex libro sexto Capitularium cap. 366. Ianus tamen à Costa in Decretales pag. 282. existimat non esse delendam, & abrogatam in hoc regno Ibid. c. 387.

Tom. I. fuisse constitutionem Constantini Magni, quamvis à Karolo M. confirmata fuisset.

Pag. 906. c. 388. SI QVIS EX SCENICIS] Ista sumpta sunt ex Novella 123. Iuliani Antecessoris cap. 65. non quidem verba ipsa, sed sensus. Vide Notas ad Salvianum pag. 439.

Pag. 907. c. 389. NE DECEM ANNI] Vide Cujacium lib. 5. Observat. cap. 5.

Ibid. c. 390. APVD IVDICES PVBLICOS] Vide Bignonium in Notis ad Marculfum pag. 878. & Ianum à Costa in Decretales, pag. 299.

Ibid. c. 395. SI ACCVSATORIS PERSONA] Caput istud sumptum est ex capite septimo Concilij tertij Carthaginensis.

Pag. 908. c. 396. {NON EST IVSTVM / MAIOR A MINORE} Vide infrà lib. 6. cap. 381.

Ibid. c. 398. IVDICIS NON EST] Apud sanctum Ambrosium, sive quis alius est auctor commentarij ad caput quintum prioris epistolæ ad Corinthios, ex quo caput istud sumptum est, legitur: *Judicis non est sine accusatore damnare, quia & Dominus Judam, cùm fur esset, quia non est accusatus, minimè abjecit.* Vide Gratianum 2. q. 1. cap. 17. *De manifesta.*

Pag. 931. c. 49. NON INTRABIT EVNVCHVS] Vide Filesacum lib. 1. selectorum cap. XI. pag. 169.

Ibid. c. 55 SI VIR ET MVLIER] Constitutionem istam in synodo Liptinensi editam fuisse dotet Hincmarus, ut suprà diximus pag. 1021.

NVBERE CVM EA] Rhabanus in epistola ad Heribaldum legit, *quòd non possit ei nubere.* Regino *quòd non possit coire cum eo.* Burchardus, *quòd non possit coire cum ea.* Ita etiam Ivo parte 8. cap. 178. & Gratianus.

PROBARE QVOD VERVM SIT] Rhabanus, Regino, Burchardus, Ivo, & Gratianus habent *probare per justum judicium quòd verum sit.*

ACCIPIAT ALIVM.] Heic est finis istius capitis in vetustis Capitularium exemplaribus, apud Rhabanum item, Reginonem, & Burchardum 27. q. 2. cap. 29. *Quod autem.* Quæ sanè lectio confirmatur etiam auctoritate Hincmari. Burchardus tamen addit: *Si autem ille aliam acceperit, separentur.* Eandem clausulam habent Ivo in loco paulò antè laudato & Gratianus 33. q. 1. cap. 1. *Quòd autem.*

Pag. 932. c. 63. VT HI VEL HÆ] Sententia hujus capitis habetur in cap. 102. collectionis Africanæ. Vide suprà quæ adnotata sunt ad caput vigesimum primum libri quinti. Vide etiam infra cap. 87. istius libri.

Pag. 933. c. 64. ITERARE IVDICIVM] Vide glossarium Francisci Pithœi ad libros Capitularium.

Ibid. c. 68. OMNES] Hæc est lectio codicis Bellovacensis, Sangallensis, & Normannici. In Colbertino & in Tiliano legitur *homines.* Facilè antiqui librarij permutabant hæc vocabula, uti suprà diximus pag. 1076. in Notis ad Capitulare Pippini Regis Italiæ.

Pag. 934. c. 75. VNAM ECCLESIAM] De hoc argumento pluribus olim dictum est in Notis ad epistolam 29. Lupi Abbatis Ferrarienſis. Has consule, si lubet.

Ibid. c. 74. LETANIA MAIOR] Vetustissimum Kalendarium MS. in bibliotheca Colbertina: *VII. Kal. Maij. Nat. sancti Marci Evangelistæ. Letania major.* Concilium Cloveshoviæ cap. 16. *Sextodecimo condixerunt capitulo ut latanie, id est, rogationes, à clero omnique populo his diebus cum magna reverentia agantur, id est, die septimo Kalendarum Maiarum, juxta ritum Romanæ Ecclesiæ, quæ & latania major apud eam vocatur.* Vide Baronium in Notis ad diem 25. Aprilis. Tom I.

QVAPROPTER OMNIB. PLACVIT] Tota hæc clausula quæ sequitur, usque ad verbum *vindicet*, deest in vulgatis editionibus Capitularium. Reliqua verò conjunguntur cum capite 73. post verbum *præsumat.* Nos secuti sumus auctoritatem veterum exemplarium. Mutationem porrò quam nos hoc loco fecimus confirmat etiam Isaac Lingonensis, qui utramque partem istius capitis consequenter descripsit in suis excerptis. Ibid. c. 73.

DIGNVM EST] Caput istud sumptum est ex epistola 105. sancti Bonifacij, in qua referens decreta synodi paulò antè celebratæ ait: *Decrevimus Metropolitanus, qui sit Pallio sublimatus, hortetur ceteros & admoneat & investiget quis sit inter eos curiosus de salute populi, quisve negligens servus Dei.* Pag. 935. c. 79.

PALLIO SVBLIMATVS] Egilvvardus in vita sancti Burchardi Episcopi Herbipolensis cap. 3. de sancto Bonifacio narrat quòd *Moguntie metropolitanam susceperit cathedram, ipsámque postea archiepiscopatus pallio sublimaverit.*

HONORETVR] In epistola sancti Bonifacij legitur: *hortetur ceteros & admoneat.*

PROGENIEM SVAM] Vide infrà Addit. IV. cap. 75. Ibid. c. 80.

PRESBYTEROS] Vide Ivonem parte 6. cap. 117. & Gratianum dist. 68. cap. 2. *Presbyteri.* Vide etiam Notas ad Gratianum pag. 478. Ibid. c. 81.

ABSQVE PERMISSV EPISCOPI] Insignis est in hoc argumento formula prima novæ collectionis. Hanc consule. Pag. 936. c. 86.

NVLLI ALTERI COPVLETVR] Vide suprà cap. 63. istius libri. Ibid. c. 87.

SI QVIS SECVLARIVM] Vide infrà Addit. IV. cap. 38. Ibid. c. 88.

SI VIR ET MVLIER] Fulbertus epist. 64. *De causa unde simplicitatem nostram consulere voluistis, in sexto libro Capitularium ita scriptum invenimus. Si vir & mulier conjunxerint se in matrimonio, & postea dixerit mulier de viro suo non posse nubere cum ea, si poterit probare quòd verum sit, accipiat alium, eò quòd juxta Apostolum non potuit illi reddere vir suus debitum.* Vide Ivonem parte 8. cap. 80. Pag. 937. c. 91.

SI QVIS PRESBYTER] Burchardus ac post eum alij referunt ex Concilio apud Compendium, ubi non extat. Ibid. c. 94.

BAPTIZETVR] Vox ista deest in superioribus editionibus & in aliquot vetustis codicibus. Addita est ex Palatino & Bellovacensi. Eam quoque habent Burchardus, Ivo, Gratianus, & Raymundus in cap. *Si quis.* & in cap. *Veniens.* titulo *De Presbytero non baptizato.*

ET OMNES QVOS PRIVS BAPTIZAVIT] Hanc clausulam habent veteres libri, Burchardus, & Ivo. Gratianus & collectores decretalium, quia Gratianum describebant, illam omi-

Tom. I. ſerunt. Ipſe quoque Pontifex Innocentius III. caput iſtud in cap. *Veniens* retulit abſque illa clauſula. Attamen Antonius Auguſtinus in Notis ad primam collectionem decretalium pronuntiat illam rectè omiſſam eſſe à Bernardo Papienſi & à Raimundo.

Pag. 938 c. 96. CAPITVLO XXVIII.] Vide ſuprà pag. 1152. in Notis ad caput 98. libri primi.

Ibid. c. 97. SI QVIS INFRA REGNVM] Vide infrà cap. 383. hujus libri.

Pag. 939. c. 98. SI QVIS SACERDOTEM] Conſultus à Vvidone Epiſcopo, ut reor, Silvanectenſi Droco Bellovacenſis quid agendum foret de quibuſdam hominibus qui ſacerdotem acriter verberaverant, reſpondit inter alia ex Capitularibus, & hoc caput ad ſententiæ ſuæ probationem adduxit. Epiſtolam ejus dabimus in appendice actorum veterum. Vivebat autem Droco ſub imperio Roberti Regis Francorum.

LEGI SALICÆ SVNT ADDITA] Vide Capitulare primum anni DCCCIII. cap. 1. De illo enim heic agitur.

Ibid. c. 99. ECCLESIA IN SACERDOTIBVS CONSTAT] Conſtitutio Theodoſij & Valentiniani in appendice Codicis Theodoſiani tit. 20. *De obnoxiis verò, ſi qui ambulaverint cum Epiſcopo vel cum Presbytero aut etiam Diacono, ſive in platea, ſive in agro, ſive in quolibet loco, nullo pacto eos retineri vel adduci jubemus, quoniam in ſacerdotibus Eccleſia conſtat.* Gregorius IV. in epiſtola de Aldrico Epiſcopo Cenomanenſi: *Ceterùm infectatores fratrum eccleſiaſtica diſciplina comprimere & erudire debetis, qui ſtatum majorum non tenentes, Dei ſacerdotes atque ſanctam Eccleſiam, qua in ſacerdotibus maximè conſtat, ſua violare perſæpe nituntur præſumptione.* Cyprianus epiſt. 69. *Vnde ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi quis cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe.* Vide C. V. Petri Franciſci Chiffletij Notas ad Fertandum pag. 272.

NAM DETRACTIO SACERDOTVM] Tota iſta clauſula ſumpta eſt ex ſuppoſititia epiſtola ſancti Gregorij ad Felicem Epiſcopum Meſſanenſem.

Pag. 940. c. 101. SI QVIS QVOLIBET MODO] Imitatum eſt iſtud ex Novella ſeptima Iuliani Anteceſſoris, cujus verba referuntur in Additione tertia cap. 84.

Ibid. c. 104. NVLLIS VITA PRÆSVLVM] Hæc ſumpta ſunt ex canone quinto Concilij Toletani undecimi. Vide epiſtolam ad Felicem Epiſcopum Meſſanenſem paulò antè laudatam.

THRONI DEI] Vide infrà cap. 357. & lib. 7. cap. 156.

Ibid. c. 106. SINE RECONCILIATIONE] Ita habent hoc loco omnia vetera exemplaria. Sed in vulgatis editionibus legitur, *ſine ſacrati olei unctione & reconciliatione.* Additum verò iſtud eſt ex capite 132. libri ſeptimi, quod Pithœus omiſit tanquam ſuperfluum, quia jam editum fuerat in ſexto.

Pag. 941. c. 108. SI MONACHVS MONAST.] Sumptum eſt iſtud ex Novella quinta cap. 4. apud Iulianum Anteceſſorem in editione Antonij Auguſtini, quam nos ſecuti ſumus in edendis Capitularibus. Alius eſt ordo in Pithœana, in qua, præter Novellarum numeros, deſcripti ſunt etiam numeri DLXXXVIII. qui in vetuſtis codicibus adſcripti inveniuntur breviationi Novellarum quam Iulianus Anteceſſor compoſuit. Hunc ordinem ſecutus eſt Abbo in collectione canonum quæ nuper edita eſt in tomo ſecundo analectorum eruditiſſimi viri ac meliore valetudine digni Ioannis Mabillonij. Illic caput iſtud citatur ex legibus cap. XVI. ut eſt apud Iulianum in editione Pithœana. Tom. I.

ET IPSE OFFICIO FISCI S. COG.] Hæc non habentur in hoc loco apud Iulianum. Extant tamen paulò poſt in eadem Novella cap. 6. ubi legitur, *officio Præſidis provinciæ ſervire cogatur.*

SI VERO MONACHVS] Pars iſta ſumpta eſt ex eadem Novella cap. 6.

SINE ABBATIS] Hæc clauſula non extat in capite 379. libri quinti Capitularium, & omiſſa eſt in vulgatis editionibus. In Novella ſanè præcipitur ne omnino recipiatur in alio monaſterio. Hæc ſunt verba Iuliani: *Aliorum autem monaſteriorum primates prohibeant eum tranſire ut in alio monaſterio non recipiatur. Et de hoc curare debent non ſolùm religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam reverendiſſimi Archimandritæ.* Ex his itaque verbis malè intellectis conflata eſt clauſula adjecta huic noſtro capiti.

Ibid. c. 110. QVICVNQVE MONACHVS] Apud Iulianum Anteceſſorem Novella 123. cap. 55. & ſequenti.

Ibid. c. 111. QVÆCVNQVE A SINGVLIS] Licèt caput iſtud ſit in codice legis Romanæ, ſecundùm quam cauſæ eccleſiaſticæ judicabantur, in cauſa tamen quæ anno MXXIV. erat inter Ermengaudum Epiſcoporum Vrgellenſem & Durandum Abbatem ſanctæ Cæciliæ hæc conſtitutio laudata non eſt ex Codice Theodoſiano, ſed ex Capitularibus, capútque iſtud deſcriptum eſt integrum in ſententia quæ pro Epiſcopo adversùs Abbatem lata eſt. Eam dabimus in appendice actorum veterum.

IVGI SOLIDATA ÆTERNITATE] Lib. 5. legis Vviſigothorum tit. 1. cap. 1. *impenſa legum ſoliditate ſervare.*

Pag. 942. c. 113. QVÆCVNQVE SVNT] Vide infrà lib. 6. cap. 381.

Ibid. c. 115. IGNOSCENDI SOLI] Certum eſt legi debere *ſolam.* Sed omnia vetera exemplaria habent *ſoli*, non ſolùm in libris Capitularium, ſed etiam in Codice Theodoſiano, & apud Iſaacum Lingonenſem, & in Concilio Troſleiano. Sirmondus tamen in appendice Codicis Theodoſiani tit. 14. & in epiſtola 29. Hincmari pag. 319. edidit *ſolam.* Vide infrà cap. 406. hujus libri.

Pag. 943. c. 119. PLACVIT NE IVDÆIS] Vide lib. 12. legis Vviſigothorum tit. 13. cap. 12. & Notas ad Agobardum pag. 18.

Ibid. c. 120. SACRIFICANS] Simon Goulartius in additionibus ad catalogum teſtium veritatis pag. 1023. nomine ſacrificantis eum intelligit qui oblationes dono adferebat, nempe panem & vinum ad uſum ſacræ communionis. Falſam prorsùs eſſe hanc interpretationem manifeſtum eſt vel ex contextu capitis, ubi vox *ſacrificans* refertur ad eum qui corpus & ſanguinem Chriſti in altario immolat, id eſt, ad Preſbyterum. Populus enim non immolat neque ſacrificat, ſed ſacrificio

Tom. I. intereſt, oblationem facit ad ſacrificium. Confirmatur hæc interpretatio ex verbis ſequentibus, in quibus præcipitur ut ſacrificans toties perceptionis corporis & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat quoties idem corpus & ſanguinem immolat. Quod adversùs Preſbyteros Miſſam cantantes & non communicantes dictum eſſe patet ex his quæ ſuprà dicta ſunt ad caput ſextum libri primi.

Pag. 943. c. 121. Delectationibvs inhærentibvs] Vide præfationem noſtram ad librum Rhabani de Chorepiſcopis & Notas ad Reginonem pag. 542.

In synodo] Infrà lib. 7. cap. 4. ſcriptum eſt Chorepiſcopos ante apoſtolicam atque ſynodalem prohibitionem non fuiſſe ex numero Apoſtolorum, ſed ex numero diſcipulorum. Intelligenda autem ſunt hæc loca de ſynodo Ratiſbonenſi habita circa annum DCCXCIX. poſt reditum Legatorum Karoli M. à ſede apoſtolica, ut patet ex eodem lib. 7. cap. 260.

Ibid. c. 123. Si presbyter] Sumptum eſt hoc caput ex Novella 123. Iuliani Anteceſſoris cap. 31.

Pag. 944. c. 124. Clericvs vel monachvs] Et hoc quoque caput extat in eadem Novella cap. 8. Vide infrà Addit. III. cap. 46. 47.

Ibid. c. 125. Clericis de ecclesia] Habetur in eadem Additione cap. 44.

Ibid. c. 129. Si qvis Episcopo] Vide eandem Additionem cap. 28.

Letaniam everterit] Apud Iulianum Anteceſſorem, ex quo iſta ſumpta ſunt, legitur: *Sin autem litanias conturbaverit.* Quid tum per litanias intelligerent, docere videtur ſequens caput Novellæ. Vide miracula ſancti Mauri cap. 7. de litania impoſita.

Pag. 945. c. 132. Episcopi svi licentia] Olim, ut dictum eſt ad epiſtolam 102. Lupi Ferrarienſis, monachis non licebat proficiſci in regionem longinquam, ne Romam quidem, abſque permiſſu proprij Epiſcopi. Apud Frotharium Epiſcopum Tullenſem in epiſtola tertia legimus ipſum monachis Mediolacenſibus licentiam dediſſe adeundi Imperatorem pro neceſſariis monaſterij cauſis. Idem in epiſtola decima ad Drogonem Epiſcopum Metenſem queritur de quibuſdam monachis monaſterij, ut reor, Senonienſis, qui abſque ejus permiſſu & licentia, quaſi ob quaſdam reclamationes, egrediebantur è diœceſi Tullenſi contra jus canonicum & reverentiam proprio Epiſcopo debitam. Vide infrà lib. 7. cap. 269.

Pag. 946. c. 137. Apvd qvem scelvs] Vide infrà cap. 355. hujus libri.

Ibid. c. 138. Qvicvnqve ingenvvs] Vide infrà c. 356. iſtius libri.

Pag. 947. c. 143. Ne ivdices qvicqvam] Hæc lex ita intelligenda eſt ut tamen ſi ſacerdotes defuerint, ſola poteſtate judicum rei diſtringendi ſint, ut legitur in libro duodecimo legis Vviſigothorum tit. 3. cap. 25. ex cujus lemmate factum eſt hoc noſtrum capitulum.

Ibid. c. 144. Si expositvs] Sanctus Auguſtinus epiſt. 23. ad Bonifacium Epiſcopum: *Aliquando etiam quos crudeliter parentes expoſuerunt, nutriendi à quibuſlibet, nonnunquam à ſacris virginibus colliguntur, & ab eis offeruntur ab baptiſmum.* Sic enim rectè ſcriptum eſt in prima editione epiſtolarum ſancti Auguſtini, cùm in poſterioribus malè legatur *nutriendos.* Epiſtolam collectionis infantis expoſiti habes inter formulas Sirmondicas. Vide Reginonem lib. 2. cap. 70. & ſeqq. & Cujacium lib. 16. Obſervat. cap. 36. Tom. I.

Relicto officio svo] id eſt, eccleſiaſtico judicio, ut legitur in canone nono Concilij Carthaginenſis tertij. Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. ſcribit *Folconi Comiti palatij Regis pro quodam Preſbytero parochiæ Sueſſonicæ, qui relicto eccleſiaſtico ad civile judicium proclamaverat ſuper accuſatore ſuo.* Ibid. c. 143.

Propter districtionem] id eſt, ſi ab Epiſcopo ſuo, à quo damnatus eſt, provocaverit ad judices ſeculares. quod eſt contra ordinem in canone 17. Sardicenſi conſtitutum. Vide Photium in Nomocanone tit. 9. cap. 6. & commentarium Balſamonis.

Ad secvlarem] Apud Gratianum additur *judicem.* ubi Correctores Romani rectè adnotant hanc vocem abeſſe à vetuſtioribus editionibus ſynodi Agathenſis, à codicibus Vaticanis, & à Capitulari. Vide infrà cap. 157. & lib. 7. cap. 210.

Et solativm] Infrà Addit. IV. cap. 65. *& is ad quem recurrit ſolatium ei.* Ita etiam apud Gratianum. Hinc ergo voces illas additas Sirmondus tranſtulit in canonem hunc Agathenſem.

Scriptvræ qvæ diem] Conſtitutio eſt Chindaſuinti Gothorum Regis, relata in libro ſecundo legis Vviſigothorum tit. 5. cap. 1. Vide infrà cap. 416. iſtius libri. Iſtius conſtitutionis verba uſurpavit Gaufredus Comes Ruſcinonenſis in notitia judicij pro monaſterio Rodenſi lati adversùs hominem quendam nomine Adalbertum, quam daturi ſumus in appendice actorum veterum. Ibid. c. 148.

Pacta vel placita] Extat hoc caput in eodem titulo legis Vviſigothorum cap. 2. & infrà cap. 346. hujus libri. Ibid. c. 149.

Filio vel heredi] Habetur in eodem titulo legis Vviſigothorum cap. 4. & infrà cap. 349. hujus libri. Pag. 948. c. 150.

Non passim damvs] Vide infrà cap. 350. iſtius libri. Ibid. c. 151.

Qvi timore compvlsvs] Extat in libro quinto legis Vviſigothorum tit 7. cap. 7. Ibid. c. 153.

Nvllvs ex ordine] Vide infrà lib. 7. cap. 210. Pag. 949. c. 157.

Libertvs vel liberta] Hæc conſtitutio habetur in eodem titulo legis Vviſigothorum cap. 12. Ibid. c. 159.

Permissvm] Ita legitur in vetuſtis Capitularium exemplaribus & in editionibus, tum etiam in codice legis Vviſigothorum Moyſſiacenſi. Pithœus illic edidit *præmiſſum.*

Ad testimonivm admittantvr] In ſuperioribus Capitularium editionibus legitur, *ad teſtimonium à tertia generatione admittantur.* Certum eſt illam clauſulam reperiri infrà cap. 352. hujus libri. Sed non extat in hoc loco in vetuſtis codicibus neque in codice legis Vviſigothorum. Tanti momenti erat Capitularia edere prout in veteribus libris reperiuntur.

Non solvm ille] Iſta conſtitutio ha- Ibid. c. 160.

Tom. I. betur in libro ſeptimo legis Viſigothorum tit. 2. cap. 7. Vide infrà lib. 7. cap. 429.

Pag. 949. c. 161. QVICVNQVE VIOLENTER] Extat in libro octavo legis Viſigothorum tit. 1. cap. 2. Vide infrà cap. 353. hujus libri.

Pag. 951. c. 169. VT NVLLVS EPISCOPORVM] Vide Concilium Africanum cap. 56.

Ibid. c. 171. SIGNA] campanas. Capitulare quintum anni DCCCXIV. cap. 5. *ſignum in tempore ſuo pulſent.* Rudolfus in vita ſanctæ Liobæ Abbatiſſæ cap. 6. *ſignum Eccleſia quod vulgò klockum vocant.* Concilium Anglicanum apud Celichyth cap. 10. *Pulſato ſigno, omnis famulorum Dei cœtus ad baſilicam conveniat.* Geſta Aldrici Epiſcopi Cenomanenſis: *In dicta Eccleſia ſeniore duodecim ſigna ex metallo optimo fundere & firmare ſtuduit, quæ in clocariis collocavit, & ad ſingulos curſus mirabiliter roboare & ſonare diſpoſuit.* Odo Abbas in libro de miraculis ſancti Mauri cap. 7. *ſignis ſonantibus, ſumptis ſanctorum reliquiis.* Ibidem cap. 11. *Chriſti clementiam ac beati Mauri auxilium inſtantiſſima prece ſignis ſonantibus inclamare cœperunt.* Flodoardus lib. 3. cap. 20. *Item de metallo quod ei tranſmiſit ad faciendum ſignum.* Annales Fuldenſes ad annum DCCCLXIX. *ſignis etiam cunctarum in Reganeſburg Eccleſiarum concrepantibus.* Bercharius in hiſtoria Epiſcoporum Virdunenſium tomo XII. Spicilegij Dacheriani pag. 261. *Signa grandia & honorabilia & minora valde bona in illa baſilica ſuo opere ibidem eſſe conſtituit.* Concilium Londinenſe anni MLXX. *nec ſigna pro eo pulſentur.* Polypticus ſancti Remigij Remenſis: *ſignum de metallo unum, de ferro unum. ſignum ferreum unum, ſchillam de metallo unam.*

Pag. 952. c. 171. VT SACERDOTES STOLAS] Vide Reginonem lib. 1. cap. 333. Burchardum lib. cap. 10. Ivonem parte 10. cap. 139. & Gratianum 17. q. 4. cap. 25. *Vt Preſbyteri.*

Ibid. c. 173. TE IGITVR NON INCHOENT] Capitula Herardi cap. 16. *Vt ſecreta Preſbyteri non inchoent antequam Sanctus finiatur, ſed cum populo Sanctus cantent.* Micrologus cap. XI. *Angelicus hymnus, id eſt, ſanctus, ſanctus, ſanctus, ſubſequitur, quem beatus Sixtus Papa in ordine octavus conſtituit ut ante ſacrificium diceretur. Hunc autem hymnum & ipſe ſacerdos cum aliis neceſſariò debet dicere, ne ſe ipſum ſua prece videatur privaſſe, qui & ſuas voces & aliorum angelicis laudibus admitti deprecatus eſt in præfatione.*

Ibid. c. 174. VT ADNVNTIENT] Caput iſtud & pleraque ex ſequentibus reperiuntur inter capitula quæ ſancto Bonifacio tribuuntur in tomo nono Spicilegij Dacheriani.

PLACVIT VT INSTRVANTVR] Hæc ſumpta ſunt ex Concilio Pariſienſi ſexto lib. 1. cap. 7. & 54. Vide Addit. II. cap. 1. & Concilium Calchutenſe cap. 2.

Pag. 954. c. 184. DE QVIBVS DVBIVM EST] Hugo Nicolai Canonicus Metenſis in Manuali Curatorum dioceſis Metenſis folio 21. *Si verò dubium ſit utrum bene fuerit baptiſatus, tunc Preſbyter debet eum baptiſare ſub hac verborum forma:* Si tu non es baptiſatus, ego te baptiſo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti Amen. Si autem es baptiſatus, non te baptiſo. *Et ut audiant aſſiſtentes, hoc dicat alta voce & materna lingua, ne laici credant quòd aliquis poſſit bis baptiſari.* Tom. I.

QVATVOR TEMPORVM IEIVNIA] Homilia incerti auctoris in vetuſtiſſimo codice ſancti Galli: *Ieiunia debetis cuſtodire quatuor tempora in anno, id eſt, menſe Martio in prima ſeptimana, quando intrat Martius, debetis ieiunare die Mercoris & die Veneris & die ſabbati. In menſe Iunio in ſecunda ſeptimana poſtquam Iunius intrat, debetis ieiunare die Mercoris & Veneris & die ſabbati. In menſe Septembr. in tertia ſeptimana poſtquam September intrat, ieiunate die Mercoris & Veneris & ſabbati. In menſe December in quarta ſeptimana ieiunate die Mercoris & Veneris & ſabbati.* Ibid. c. 186.

SABBATIZARE] id eſt, colere, obſervare, ceſſando ab omni opere ſervili. Hinc feriari pro ſabbatizare dixit Hayto Epiſcopus Baſileenſis cap. 8. *Octavò pronuntiandum eſt ut ſciant tempora feriandi per annum, id eſt, omnem dominicam à mane uſque ad veſperam ob veneratione dominicæ reſurrectionis; ſabbatum verò operandum à mane uſque ad veſperam, ne in Iudaiſmo capiantur. Feriandi verò per annum iſti ſunt dies, ut ſuprà orſi ſumus. Natalis Domini &c.* Sic emendandus & ſupplendus eſt hic locus; qui mutilus eſt in editione Dacheriana, apud Burchardum lib. 2. cap. 77. Ivonem parte 4. cap. 14. & Gratianum diſt. 3. de conſecrat. cap. 1. *Pronuntiandum.* Vide Concilium Laodicenum cap. 29. & Ioannem Diaconum in vita ſancti Gregorij lib. 4. cap. 9. Apud Tertullianum quoque in libro adverſùs Iudæos cap. 4. ſabbatizare ſignificat ceſſare ab omni opere ſervili, & non tantùm ſeptimo quoque die, ſed per omne tempus. quod intelligit de ſabbato æterno ſive divino, id eſt, de altera vita. Pag. 955. c. 189.

IN ASCENSIONE ... DIEM VNVM] Mirum eſt feſtum Pentecoſtes heic omiſſum eſſe, quod in libro primo Capitularium cap. 158. & in ſecundo cap. 35. tum etiam in citato capite Haytonis ponitur poſt Aſcenſionem Domini. Sanè nulla alia hujus omiſſionis cauſa eſſe poteſt quàm quia in capite ſequenti ſeorſim præcipitur de feſto Pentecoſtes.

IN TRANSITV S. MARTINI] In excerptis ſancto Bonifacio tributis omiſſum hoc loco eſt nomen ſancti Martini, cujus loco iſta ſubſtituta ſunt: *In nativitate ſancta Mariæ VI. Idus Septembris diem unum.* Sed nos jam oſtendimus ſuprà ad caput 158. libri primi feſtum iſtud nondum ea ætate cognitum fuiſſe in Eccleſia.

ADNVNTIENT PRESBYTERI] Caput iſtud miſerè interpolatum & mutilatum eſt in excerptis quæ edita ſunt ſub nomine ſancti Bonifacij. Ibid. c. 190.

PLACVIT VT FIDELES] ſumptum eſt ex canonibus Concilij ſexti Pariſienſis, ut adnotatur infrà Addit. II. cap. 2. & 3. Vide Burchardum lib. 4. cap. 27. Pag. 956. c. 193.

BALATIONES] In titulo canonis 23. Concilij Toletani tertij, ex quo caput iſtud videtur eſſe ſumptum, legitur in antiquis codicibus manuſcriptis: *Vt ballematia & turpia cantica prohibeantur à ſanctorum ſollemnitatibus.* Burchardus Pag. 957. c. 196.

Tom. I. lib. 10. cap. 39. hæc verba tribuit Concilio Bracharensi: *Si quis balationes ante Ecclesias sanctorum fecerit.* Baligeram stultam interpretatur vetus glossarium manuscriptum bibliothecæ regiæ. Vide Vossium in libro quarto de vitiis sermonis pag. 657.

SALTATIONES] Burchardus lib. 10. cap. 36. *Saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exercent*, quod sumptum est ex canone 27. Concilij Africani. In chronica Sclavica incerti auctoris à Lindenbrogio edita extat memorabilis historia de pœna quindecim virorum & trium mulierum choreas agentium in nocte nativitatis Domini. Legat illam qui nosce cupierit ordinem rei gestæ.

LVSA DIABOLICA] Homilia sancti Eligij Episcopi Noviomensis in tomo quinto Spicilegij Dacheriani pag. 217. *Ludos etiam diabolicos & vallationes vel cantica gentilium fieri vetate.* Vide Notas ad Reginonem pag. 537.

Pag. 957. c. 197. DE PAGANORVM RITV] Vide Reginonem lib. 1. cap. 382. & Burchardum lib. 10. cap. 34. Vide etiam Concilium Toletanum tertium cap. 22.

Pag. 958. c. 205. PLACVIT VT FIDELES] Caput istud sumptum est ex Concilio Parisiensi sexto, ut adnotatur infrà Addit. II. cap. XI.

Pag. 959. c. 207. CVM ENIXA] Vide Capitulare anni DCCXLIV. cap. 3. Isaacum Lingonensem tit. XI. cap. 18. & Gratianum dist. 5. cap. 1. *Cùm enixa.* & cap. 2. *Si mulier.*

Ibid. c. 208. PLACVIT VT FIDELES] Vide infrà Addit. II. cap. 12.

Pag. 960. c. 212. AD IVSTITIAS FACIENDAS] Præceptum Ludovici Pij pro Ecclesia Placentina: *Quam rem jussimus Missis nostris Adallaho venerabili Episcopo & Artmano Comiti, quos ad justitias faciendas in Italiam misimus, diligenti inquisitione investigare.*

Ibid. c. 213. HOMO DENARIALIS] *id est, denariis intercedentibus manumissus*, ut ait glossa interlinearis in uno codice regio legis Longobardorum, in quo reperitur quoque hæc vetus nota marginalis: *Denarialis dicitur qui cum denario manumittebatur. Nam, ut dicunt quidam, qui liber efficiebatur, ante Regem habebat in manu denarium, quem Rex percutiebat, & in vultum denarium proiciebat.* De præcepto denariali vide Marculfum lib. 1. cap. 22. & de charta denariali in appendice ejusdem Marculfi cap. 24.

HOMO DENARIALIS] *id est*, ut ait alia glossa vetus, *servus qui manumittitur ante Imperatorem tenentem denarium in manu sua supra caput servi, & ita manu percussa projectum facit, & ita servus manumissus impan. & denarialis dicitur. Huic liberi sui succedere possunt. Ipse verò suis parentibus non potest, nisi existentibus in tertio gradu.*

TERTIAM GENERATIONEM] *usque ad nepotem vel neptem*, ut ait glossa interlinearis in uno codice regio.

HOMO CHARTVLARIVS] id est, per chartam manumissus, sive per chartam ingenuitatis, cujus formula extat apud Marculfum.

Ibid. c. 214. SI RES INTERTIATA] Vetus nota marginalis in uno codice legis Longobardorum: *Hac in lege notantur duæ sententiæ, id est, si res intertiata postea fuerit furto ablata, poterit vel jurare vel absolvi, vel si non juret, extimationem rei præstare. Vel aliter. Si res furata fuerit intertiata, jurejurando se excusset de furto, & rem restituat, & sine damno.* Alia glossa sic habet: *Hic duæ possunt dici sententiæ. Veluti si res intertiata post fuerit ablata furto, poterit vel jurare & absolvi, vel restituere æstimationem rei sine sacramento. Vel aliàs, si res furata postea fuerit intertiata; juret ut sine damno restituat.* Tom. I.

INTERTIATA] Idem codex regius: *Intertiata dicit propter sollemnitatem Salicorum, qui tribus testibus adhibitis pergebant ad eum qui res possidebat quas dicebat furto ablatas, & interdicebat ei ut non alienaret, sed ad judicium veniret. Sed idem esset & sine testibus.*

RESTITVATVR] Sequitur postea in lege Longobardorum. *Si actor venerit, & rem intertiatam &c.* ut suprà lib. 3. cap. 46. In hoc loco verò sic annotatum est in uno codice regio: *Si actor datus fuerit ab illo super quem res intertiata fuerit, & ipse auctor rem intertiatam recipere noluerit in auctoritate sua & dixerit se illi rem illam non tradidisse vel vendidisse cui intertiata fuerit & nullo modo se auctorem illius rei esse, tunc debet contendere cum illo causæ auctorem negat campo vel cruce. Sed cruce non, propter capitulum Lotharij Sanctum est.*

PLACVIT VT FIDELES] Caput istud sumptum est ex Concilio sexto Parisiensi lib. 3. cap. 2. cujus verba referuntur in Additione II. cap. 23. Pag. 963. c. 235.

ET VT CAVSA FORNICAT.] In Concilio ipso legitur: *Et quòd nisi causa fornicationis, ut Dominus ait, non sit uxor dimittenda.* Quo etiam modo habetur in capite Additionis II. mox laudato. Rectè itaque monuit vir doctissimus Ioannes Baptista Cotelerius in Notis ad Pastorem pag. 55. restituendam huic loco esse voculam *nisi*.

MANVFIRMATIONES] Adnotatio vetus in calce secundi Capitularis anni DCCCIII. *Etiam omnes Scabinei, Episcopi, Abbates, Comites, manu propria subterfignaverunt.* In Concilio Carthaginensi primo cap. 12. Antigonus Episcopus Madurensis dixit: *Manuscriptiones nostra tenentur.* Pag. 963. c. 237.

FORENSIBVS PRESBYTERIS] Vide illustrissimi viri Francisci Bosqueti Monspelienſis Episcopi Notas ad Innocentium III. pag. 139. Pag. 964. c. 246.

ET VT SERVI LANCEAS] Tota hæc clausula deest in libro tertio. Illam omiserunt Tilius & Pithœus, brevitati consulentes, id est, magnam partem capitulorum à Benedicto Levita collectorum supprimentes, quia edita jam erant suis locis in præcedentibus libris. Pag. 967. c. 271.

SINE NEGOTIANDI CAVSA] Interdum etiam his immunitatem à solutione telonei & tributorum concedebant Principes qui negotiandi gratia cum curribus, equis, vel navibus huc illúcque discurrebant. Extat enim præceptum Karoli Calvi pro monasterio Fossatensi, in quo hæc immunitas continetur. Pag. 969. c. 275.

SI QVID VERO FVERIT] Tota hæc

Tom. I. clausula deest in libro tertio; & omissa quoque est à Tilio & Pithœo, nisi quòd eam inter uncos reposuerunt post finem capituli duodecimi.

Pag. 971. c. 289. LIBRI CANONICI VERACES] Vide suprà lib. 1. cap. 20. 68. 73.

Pag. 973. c. 294. VT NVLLVS COMPARET] Savaro in Notis ad Sidonium pag. 389. tribuit hanc constitutionem Pippino Regi.

Pag. 974. c. 299. PLACVIT VT ADMONEANTVR] Caput istud sumptum est ex Capitulari Theodulfi Episcopi Aurelianensis, cujus nos duo antiquissima exemplaria habuimus ex bibliotheca Sangallensi. In eorum uno tribuitur Theotolffo Episcopo, in alio nullum titulum habet. Sanè eo libro utebantur nonnulli Episcopi quasi suo, ut colligi potest ex statutis Hildegarij Episcopi Meldensis; quæ cùm descripta sint ad verbum ex illis Theodulfi, tamen in veteri codice Gemblacensi, ut testatur Mabillonius, hunc habent titulum: *Anno dominicæ incarnationis octingentesimo sexagesimo octavo, regni verò glorioſi Regis Karoli vicesimo octavo, Indictione secunda, sub die quintodecimo Kalendarum Novembrium, convocavit Hildegarius Episcopus Concilium sacerdotum suæ diœcesis apud Ecclesiam sanctæ Celiniæ in suburbio civitatis sitam, quibus, post multa salutiferæ admonitionis exhortamenta etiam hæc capitula contulit observanda.* In codice Cantabrigiensi cùm nullum titulum haberent, Spelmannus illis istum apposuit: *Capitula incerti auctoris, loci, & temporis, ad Ecclesiæ regimen congesta.* Hinc deceptus vir clarissimus Gabriel Cossartius, cùm non animadverteret hæc capitula non esse diversa à Capitulari Theodulfi quod editum est in tomo septimo Conciliorum, illa rursùm edidit in tomo nono pag. 1008. & seqq. ex tomo primo Conciliorum Angliæ.

Pag. 975. c. 303. SI QVIS STATVTA] Vide infrà Addit. IV. cap. 60.

Ibid. c. 306. SI QVIS PRESBYTER] Vide infrà Addit. IV. cap. 70. ubi locus Concilij Carthaginensis refertur integer.

Pag. 976. c. 311. VT PEREGRINO EPISCOPO] Vide infrà lib. 7. cap. 189.

Pag. 977. c. 318. EXCEPTO CRIMINALI NEGOTIO] In Concilio ipso legitur, *exceptis criminalibus causis.* Sed in vetustissimo codice Ecclesiæ Lugdunensis scriptum est, *excepto criminalia negotia*, uti monuimus in Notis ad Gratianum pag. 514. Antiqui dicebant *excepto* per omnes casus. Lib. 5. Capitular. cap. 250. *excepto his sacramentis.* & alibi pluries in Capitularibus. Lib. 3. legis Vvisigothorum tit. 5. cap. 1. *exceptis illis personis.* pro quo vetustissimi codices monasterij Moyssiacensis & Ecclesiæ Albiensis habent *excepto illas personas.* In charta monasterij Casaurensis qualiter Hildericus Abbas superavit Iohannem Episcopum Pinnensem causantem monasterij libertatem anno DCCCCLXVII. *excepto ipsam cartam de Breliano.* Item in charta sanctæ Trinitatis de lapidaria: *excepto ipsum castellum & ipsa mea donnecalia.* Concilium primum Hispalense cap. 1. *excepto filiis & nepotibus.* Concilium Toletanum quartum cap. 33. in titulo in eodem codice Ecclesiæ Lugdunensis: *excepto tertiam oblationum.* Beda de remediis peccatorum cap. XI. in codice sancti Galli: *excepto Ecclesia.* Carta Vvilelmi de Campo felici in chartulario prioratus de Paredo fol. 59. *excepto unam sextariam quam dedit sancto Martino.* Statuta antiqua S. Petri Corbeiensis cap. 2. *excepto provenda sua.* Et infrà: *excepto illud ad victum præparandum pertinet.* Charta Roberti Advocati Atrebatensis apud Davidem Lindanum lib. 3. de Teneræmonda cap. 3. *excepto servis & hominibus advocatiæ.* Vide Notas ad Reginonem pag. 591. Tom. I.

Ibid. c. 321. VT CLERICI QVI] Caput istud sumptum est ex Concilio Toletano IV. cap. 45. ut adnotatur infrà lib. 7. cap. 217. Vide Addit. III. cap. 17.

Pag. 978. c. 326. PESTVS] Hæc est lectio libri Bellovacensis. In Tiliano legitur *pestis*, ut in editionibus. Hoc caput deest in aliis exemplaribus. Cùm dubitarem autem utra lectio præferenda esset, prætuli eam quæ Bellovacensis codicis auctoritate juvabatur. Nam vox *pestis* nullum bonum sensum heic facere potest. Videtur autem hic locus esse mutilus.

Pag. 981. c. 342. OMNES VT NON CONTENDANT] Caput istud extat etiam in libro septimo cap. 247.

Ibid. c. 343. ALIENÆ GENTIS] Caput istud sumptum est ex libro secundo legis Vvisigothorum tit. 1. cap. 9. Aliis autem verbis refertur à Cironio lib. 5. observationum juris canonici cap. 4. hoc modo: *Prohibemus ad negotiorum discussionem usum legum Romanarum; quæ quamvis eloquiis polleant, tamen difficultatibus hærent.* Sed hæc non repetiuntur in Capitularibus, & abbreviata sunt ex libro legis Gothicæ.

HOMINES] Hæc vox non extat in lege Vvisigothorum, & videtur superflua.

AD EXERCITIVM IMBVI] Deest heic vox *utilitatis*, quæ sic restituenda est ex eodem libro legis Gothicæ, *ad exercitium utilitatis imbui.* Quæri autem hoc loco potest quid per vocem *utilitatis* intelligi debeat in hoc loco.

Ibid. c. 344. SERVO PENITVS NON CREDATVR] Vide infrà lib. 7. cap. 177.

Pag. 982. c. 350. NON PASSIM DAMVS] Vide suprà cap. 151. istius libri.

Pag. 983. c. 354. SI QVIS AD DIRIPIENDVM] Hæc constitutio habetur in libro octavo legis Vvisigothorum tit. 1. cap. 6.

SEPTVPLVM] Ita etiam Ivo, quia descripsit ex Capitularibus. At in codice legis Vvisigothorum legitur *undecuplum*, non solùm in libris editis, sed etiam in manuscriptis.

CENTVM] Hæc vox deest in lege Vvisigothorum.

Ibid. c. 355. APVD QVEM SCELVS] Ista quoque constitutio sumpta est ex eodem titulo legis Vvisigothorum cap. 10.

QVADRVPLICITER] In codice legis Vvisigothorum legitur *undecupli restitutione*, ut in superiori capite.

CENTVM QVINQVAGINTA] In eodem codice legitur *CC.*

Pag. 984. c. 356. QVICVMQVE INGENVVS] Extat in eodem titulo legis Vvisigothorum cap. 11.

SI INGENVVS EST] Hæc clausula deest in codice legis Vvisigothorum, quæ nullum hoc loco discrimen ponit inter ingenuum & servum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. Vnde suspicari cogor mutilum esse hoc caput in eodem codice, & restitui ac suppleri debere ex hoc nostro.

Pag. 984. c. 558. PLACVIT VT VNVS EPISCOPVS] Caput istud sumptum est ex capite 74. Concilij Africani, ut adnotatur infrà lib. 7. cap. 114.

Pag. 985. c. 366. VOLVMVS ATQVE PRÆCIPIMVS] Plura ad explicationem hujus capitis diximus in Notis ad Gratianum pag. 506. quæ heic necessariò reperenda sunt. Habere enim videntur aliquam difficultatem. Ea versatur circa interpretationem populorum imperij Francici qui heic enumerantur. Romani, Franci, Alamanni, Bajoarij, Burgundiones, Saxones, Thuringi, & Frisones nullam, ut arbitror, difficultatem habent, neque Britones, Longobardi, Vvascones, aut Beneventani. Quærendum igitur quid heic intelligi debeat per Gallos, Gothos, & Hispanos. Ac primò quidem dubium esse non potest quin per Gallos intelligi debeant homines originis Gallicæ, Franci quidem & Francico imperio subjecti, sed qui genus repetebant à vetustis Galliæ incolis ante Francorum adventum. Gothi & Hispani Francico imperio subjecti eandem regionem incolebant, id est, eam Hispaniæ partem quæ nunc Catalonia dicitur usque ad fluvium Rubricatum, ubi fuit limes regni Francici. Gothi igitur in ea Hispaniæ parte habitantes ij erant qui supererant ex regno Gothorum; Hispani verò ij erant qui ex ea Hispaniæ parte orti erant quam Sarraceni tenebant, & se in regnum Francorum contulerant ut se Sarracenorum jugo subtraherent. Hæc paulò fusiùs dicta sunt in Notis ad Gratianum.

BVRGVNDIONES] quos Eduos vocat monachus Sangallensis in libro primo de vita Karoli M. cap. XI. *In illo tempore, propter excellentiam gloriosissimi Caroli, Galli & Aquitani, Edui & Hispani, Alamanni & Bajoary, non parum insignitos se gloriabantur si vel nomine servorum Francorum censeri mererentur.* Petrus à sancto Iuliano in libro de origine Burgundionum pag. 194. ait olim Heduorum vocabulo comprehensos fuisse populos qui nunc ducatum Burgundiæ incolunt, Nivernensem pagum, Burbonensem, Cadrellensem sive Carolesium, Matisconensem, Autissiodorensem, Tornodorensem, & Barrensem super Sequanam. Frustra ergo Philippus Labbeus in dissertatione historica de scriptoribus ecclesiasticis castigat Alfonsum Fernandes, quòd Hugonem Magistrum generalem ordinis Prædicatorum, è Romanensi oppido ortum in diœcesi Viennensi, vocaverit Heduum; *quasi Burgundi atque Hedui*, inquit Labbeus, *eadem sit significatio, cùm una dictio altera longiùs latiùsque extendatur, præsertim apud auctores medij ævi.*

HANC SENTENTIAM] id est, constitutionem Constantini quæ heic refertur. Eam nonnulli viri docti putarunt esse supposititiam. Alij bonam esse crediderunt, ut Ianus à Costa in Decretales pag. 281. & Seldenus in libro primo de Synedriis pag. 328. Et tamen Iacobus Gothofredus in commentario ad hanc constitutionem omnino falsam esse contendit adversùs Seldenum.

THEODOSII IMP.] Hinc decepti Gregorius IX. & Innocentius IV. putarunt legem istam à Theodosio latam fuisse. Gregorius enim scribens ad sanctum Ludovicum Regem Francorum apud Odoricum Raynaldum ad annum 1236. §. 32. ait: *Propter quod ipse Carolus Ecclesiam, à qua omnem honorem susceperat, cupiens honorare, perpetua lege decrevit ut omnes ipsius jurisdictioni * subjectos statutum à Theodosio Imperatore pro Ecclesia libertate editum inviolabiliter observarent, videlicet ut quicunque litem habens &c.* Innocentius verò in epistola ad Episcopum Tusculanensem apud Andream Ducheſnium in tomo quinto scriptorum historiæ Francorum pag. 715. *Si dicti Barones diligenter attenderent quod Carolus Magnus Ecclesiam, à qua omnem honorem susceperat, cupiens honorare, perpetua lege decrevit ut omnes ipsius jurisdictioni subjecti statutum à Theodosio Imperatore pro Ecclesia libertate editum inviolabiliter observarent, videlicet ut quicunque litem habens &c.* Illi tamen Pontifices non acceperunt ex Capitularibus, sed ex Gratiano. Tom. I. * subjecti

NEMO EPISCOPVM] Vide infrà Addit. IV. cap. 10. Pag. 994. c. 381.

EPISCOPOS EIECTOS] Vide eandem Additionem quartam cap. 3. Pag. 495.

PLACVIT VT SI QVÆCVNQVE] Vide eandem Additionem cap. 9. ex qua patet istud capitulum esse descriptum ex historia tripartita.

QVI NON VVLT LEGIBVS] Hæc & quæ sequuntur non extant suprà lib. 5. cap. 341. neque in lege Bajuvatiorum. Omissa quoque sunt à Tilio & Pithœo, quia noluerunt bis repetere idem capitulum in libris Capitularium, & non animadverterunt heic nonnulla haberi quæ non extant in libro quinto. Pag. 996. c. 382.

SI QVIS INFRA REGNVM] Caput istud editum est anno DCCCXXVI. ut adnotatum est in ipsis Capitularibus. Vide suprà cap. 97. hujus libri. Pag. 997. c. 383.

IN CONCILIO AGATHENSI] vel potiùs Vasensi primo, ex quo sumptum est istud capitulum. Hic tamen error propagatus est in collectionibus Isaaci, Burchardi, & Ivonis. Pag. 999. c. 394.

AMICO QVIPPIAM] Hæc non sunt synodi Vasensis, sed Hieronymi, ut adnotamus ad Capitulare secundùm anni DCCCXIV..

CONTRA LEGES] Sanctus Gregorius lib. 8. Indict. 3. epist. 6. *Nam sacrilegium & contra leges est si quis quod venerabilibus locis relinquitur, pravæ voluntatis studiis suis tentaverit compendiis retinere.*

QVOD OMNIBVS] Prior pars istius capitis sumpta est ex epistola quæ circumfertur sub nomine sancti Gregorij ad Felicem Episcopum Messanensem. Vide infrà lib. 7. cap. 331. Pag. 1000. c. 402.

PECVLATVS ENIM] Vide Notas ad Agobardum pag. 97. Pag. 1001. c. 404.

VNAM PERSONAM] Quomodo Christus & Ecclesia unum corpus sunt, ita unam personam constituere senserunt veteres, uti dictum est in Notis ad eundem Agobardum pag. 14. Vide infrà cap. 407. hujus libri.

OMNIA QVÆ DOMINO] Burchardus lib. Pag. 1002. c. 407.

Tom. I. lib. 3. cap. 129. caput istud in epitomen contraxit & Concilio Aurelianensi attribuit. Certè aliquid simile reperitur in canone 14. & 15. Concilij primi Aurelianensis. Attamen non dubito quin verba Burchardi abbreviata sint ex isto nostro capitulo.

TALIVM VERO SCELERVM] Hic locus laudatur in Concilio Colonienſi anni DCCCLXXXVII. cap. 3. *Talium enim scelerum patratoribus, sicut in Capitularibus gloriosissimorum Imperatorum Caroli & Ludovici continetur, nisi post puram & publicam pœnitentiam, & per Ecclesiæ satisfactionem, & per impositionem manus Episcoporum, nec vivis nec mortuis communicare debemus.* Vide infrà cap. 427. ubi adnotamus hæc sumpta esse ex epistola 105. sancti Bonifacij.

Pag. 1003. c. 410. QVOD INCESTI NON SINT] Vide infrà Addit. III. cap. 104. ubi bene multa habentur quæ in isto capitulo non extant.

Pag. 1005. c. 425. PRÆCIPIMVS GENERALITER] Vide suprà cap. 119. istius libri.

Pag. 1007. c. 426. MATER NOSTRA ECCLESIA] Lib. 2. cap. 41. *unam matrem sanctam Ecclesiam, quæ eos intemerato sacri fonris utero gignit.*

Ibid. c. 427. TALEM HOMINEM ANTIQVI] Hæc usque ad *ne tacentes damnemur* descripta sunt ex epistola 105. sancti Bonifacij Archiepiscopi Moguntini. Extant autem abbreviata suprà in fine capitis 407.

Pag. 1009. c. 432. OMNIBVS SCIRE VOLVMVS] Caput istud videtur sumptum esse ex Concilio Parisiensi sexto lib. 3. cap. 2. non tamen integrum. Vide infrà Addit. II. cap. 23. & capitula Herardi Archiepiscopi Turonensis cap. 67.

Pag. 1010. c. 433. NEQVE PELLICEM NEQVE CONCVB.] Concilium Parisiense ibidem: *& quòd uxores habentes neque pellicem neque concubinam habere debeant.*

Pag. 1031. c. 3. AD SECVLARIA NEGOTIA CONVOLARE] Suprà lib. 5. cap. 22. monuimus heic legendum esse *secularia judicia.*

Pag. 1034 c. 22. TEMPORA POENITVDINIS] Vide capitula Isaaci Episcopi Lingonensis tit. 1. cap. 29.

Pag. 1039. c. 57. INTERIORVM] Certùm est legendum heic esse *inferiorum.* Sed omnia vetera Benedicti Levitæ exemplaria habent *interiorum.* Itaque nihil mutare voluimus.

NEGLIGENTES] Nam parva negligentia Pontificis, ingens animarum discrimen est, ut ait Dionysius Exiguus in epistola ad Iulianum.

Ibid. c. 59. NON EST DVBIVM] Vide infrà cap. 105. istius libri.

Ibid. c. 61. QVI PRO ILLICITIS] Sanctus Gregorius lib. 9. Indict. 4. epist. 39. *Licebat enim bibere, si voluisset. Sed quia illicita se fecisse meminerat, laudabiliter à licitis abstinebat.*

Pag 1040. c. 61. NVLLA LVCRA NEGOTIATIONIS] Vide Isiacum Lingonensem tit. 1. cap. 32.

Pag. 1042. c. 82. SERVATA VERO] Pro his verbis Angilramnus Metensis Archiepiscopus scripsit: *Salvo Romanæ Ecclesiæ in omnibus primatu.* Ingenuè autem fatentur Correctores Romani in Notis ad Gratianum 5. q. 4. cap. 2. se caput istud alibi reperire non potuisse quàm inter capitula Hadriani. Hinc etiam accepisse puto Sergium secundum ista verba, quæ extant in epistola de vicariatu Drogonis Archiepiscopi Metensis: *Salvo in omnibus hujus universalis Romanæ sedis primatu.* Tom. I.

VT NVLLA AD TESTIMONIA] Caput istud sumptum est ex canone primo Concilij quinti Carthaginensis. Extat autem etiam in capite 59. collectionis Africanæ. Pag. 1043. c. 91.

CANONES AFRIC.] Canones illos magnam auctoritatem habuisse in Ecclesia Gallicana patet ex pluribus locis. In causa Contumeliosi Reiensis Episcopi Cæsarius Arelatensis reverentiam quæ canonibus Africanis debetur comparavit cum ea quæ Nicænis debebatur: *Si illorum CCCXVIII. Episcoporum qui per omnes Ecclesias Concilia fieri præceperunt tam sancta decreta negligimus, non illos solos despicimus, sed &, sicut suprà jam dictum est, & Africanos Pontifices & omnes reliquos qui ipsis ordinantibus per totum mundum pro ecclesiastica disciplina aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnimus.* Apud Flodoardum lib. 2. cap. 20. scriptum est Ebbonem Archiepiscopum Remensem secundùm Africanum Concilium dictasse libellum suæ depositionis & scribi coram se fecisse, eique propria manu subscripsisse. Et paulò pòst: *Et ut omnia secundùm leges quibus moderatur Ecclesia in synodo legaliter adimpleret, simul cum eis quos secundùm Africana provinciæ canones elegerat sibi judices &c.* citantúrque postea in eam rem capitulum 59. & cap. 74. Concilij Africani. Baldericus Episcopus Noviomensis lib. 1. cap. 54. adnotat Hincmarum Episcopum Laudunensem ab Hincmaro Remensi Archiepiscopo accusatum judices electos expetiisse secundùm Africanum Concilium. Hincmarus ipse in opusculo LV. capitulorum cap. 16. ait sanctum Remigium auctoritate Africani Concilij ordinasse Episcopum in castro Lauduno. Et in epistola 44. ad Adventium Episcopum Metensem ait eum qui electus est Episcopus examinandum esse ab Episcopis secundùm capitulum Carthaginensis Concilij quo manifestatur qualis debeat ordinari Episcopus. In Concilio Remensi anni DCCCCXCI. Episcopi Gallicani suppositiciis veterum Pontificum Romanorum epistolis opposuerunt canones Africanos qui de judicandis intra provinciam Episcopis decreverunt, ut dictum est in præfatione ad Reginonem. Vide infrà cap. 155. hujus libri. Pag. 1045. c. 102.

NVPTIALE MYSTERIVM] Hincmarus epist. 37. cap. 5. *Secundùm diffinitionem sancti Leonis Papæ & traditionem doctorum superiùs demonstratam dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua conjunctione sexuum non docetur Christi & Ecclesiæ sacramentum hoc est nuptiale fuisse mysterium.* Pag. 1046. c. 105.

VT NVLLVS METROPOLITANVS] Vide infrà Addit. IV. cap. 20. Ibid. c. 106.

AD PROPRIAM PARROCHIAM] Contra in canone undecimo synodi apud Celichyth scriptum est *ut nulli Episcoporum liceat alterius parrochiam invadere vel etiam aliquid alterius ministerij ad se pertrahere in aliqua consecratione Ecclesiarum vel Presbyterorum Diaconorumque nisi solus Archiepiscopus, quia caput est suorum Episcoporum.*

Tom. I. Pag. 1048. c. 114. PLACVIT VT VNVS EPISCOPVS] Vide suprà lib. 6. cap. 358.

Pag. 1050. c. 129. PAGANAS OBSERVATIONES] id est, divinos, sortilegos, auguria, auspicia, phylacteria, incantationes, sive omnes spurcitias impiorum gentiliúmque errata, ut legitur in canone tertio Concilij apud Cloveshoviam habiti. Vide indiculum superstitionum & paganiarum adjunctum synodo Liptinensi.

Pag. 1051. c. 132. SACRATI OLEI VNCTIONE] Heic adnotandus est ordo servatus in administratione sacramentorum. Primùm ægrotus inungitur oleo sactato; dein reconciliatur ecclesiasticæ communioni, si in publica pœnitentia constitutus erat; postremò tribuitur ei viaticum, id est, communio corporis & sanguinis Domini. At si pœnitens non erat, necessaria non erat reconciliatio. Itaque non dabatur, sed tantùm unctio & viaticum. Editi sunt olim ritus observati in unctione & communione infirmorum. Sed ego nuper in vetustissimo codice Lemovicensi, qui nunc est in bibliotheca regia, inveni ordinem ad visitandum & ungendum infirmum, in quo nonnulla sunt scitu digna quæ non leguntur in vulgatis, adeóque fortassis operæ pretium fuerit illum editionis honore donare.

Ibid. c. 134. PRO FIDELIBVS SVIS] id est, pro optimatibus, pro exercitu Francorum, ut suprà lib. 5. cap. 207.

Pag. 1051. c. 141. NVLLVS SACERDOS IN HOSTEM] Si vera sunt quæ narrantur in vita sancti Ansovini Episcopi Camerinensis apud Ferrarium & Vghellum, hæc constitutio Karoli observata non fuit, & nova Ludovici Pij lege opus fuit ut Episcopi levarentur onere proficiscendi ad bellum. Narrat enim Philippus Ferrarius in catalogo sanctorum Italiæ pag. 149. Ansovinum electum Episcopum à Camertibus non antè eam dignitatem accipere voluisse quàm ab Imperatore consuetudo proficiscendi ad bellum militibus, non Episcopis, congruens tolleretur, tum verò abrogata ea consuetudine, electioni consensisse. Vghellus verò in tomo primo Italiæ sacræ ait eum electum Episcopum anno DCCCXVI. non prius assensum esse electoribus quàm mos ille perversus per imperatorium diploma arma tractandi Episcopis adimeretur; quo à Ludovico Imperatore obtento, cui à secretis confessionibus fuerat, summa animi moderatione episcopale munus subisse. Sed ex vita ejus ab Egino monacho conscripta legitur tantùm ei datam esse à Ludovico optionem *securiter accedendi ad pontificatum, quia non auderet eum quispiam compellere deinceps inservire militiæ rei seculari*s. Nihil heic de lege generali. Itaque verissimam puto Henschenij observationem ad hunc locum, quæ sic habet: *Laxiùs id accipit Vghellus, quasi universim id pro Episcopis omnibus imperatorio diplomate sancitum fuerit in gratiam Ansovini, quod non videtur verum fuisse.*

Pag. 1053. c. 141. HISPANIARVM] Decretum Concilij Toletani octavi: *Ecce enim ita ex gentis nostræ mediocribus majoribúsque personis multos hactenus corruisse reperimus & deflemus ut eorum agnitis ruinis non aliud possimus quàm divinæ judicia considerare permissionis.*

Pag. 1054. QVIA ECCLESIAS EXPOLIAVERVNT] Hæc sunt verba Guntchramni apud Gregorium Turonensem lib. 8. cap. 30. *Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere possumus qui ea quæ patres nostri consecuti sunt non custodimus. Illi verò Ecclesias adificantes, in Deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentésque adversas divino opitulante adjutorio in ense & parma sepius subiderunt. Nos verò non solùm Deum non metuimus, verùm etiam sacra ejus vastamus, ministros interficimus, ipsa quoque sanctorum pignera in ridiculo discerpimus ac vastamus. Non enim potest obtineri victoria ubi talia perpetrantur. Ideo manus nostræ sunt invalidæ, ensis tepescit, nec clypeus nos ut erat solitus defendit ac protegit.* Tom. I.

Pag. 1055. c. 142. INIQVVM EST] Hæc sumpta sunt ex canone tertio Concilij Romani quarti sub Symmacho.

Pag. 1062. c. 177. CONVICTI] Antea malè legebatur *conventi*. Sed in codice Vaticano & in Bellovacensi legitur *convicti*. Viderat hoc mendum Iuretus, qui illud ex ingenio sustulit in miscellaneis ad Symmachum pag. 302.

Pag. 1063. c. 179. IN DECRET. PAPÆ GREGORII] Hæc citra controversiam sunt Gregorij secundi. Sed quia laudari vulgò solent sub nomine Gregorij Papæ, crediderunt nonnulli ea esse Gregorij Magni. In Concilio Londinensi anni MLXX. tribuuntur utrique: *'Decretum est etiam ex decretis majoris Gregorij necnon minoris ut nullus de propria cognatione &c.*

Pag. 1065. c. 189. VT PEREGRINO EPISCOPO] Vide suprà lib. 6. cap. 312.

Pag. 1068. c. 204. IN CAVSA CAPITALI] Istud abbreviatum est ex interpretatione sententiarum Pauli lib. 5. tit. 35.

Pag. 1074. c. 231. BAPTISMATIS SACRAMENTIS] Hæc est lectio codicis Bellovacensis, cùm in vulgatis editionibus legatur *sacramento*. Confirmatur autem hæc nostra lectio ex capite 391. hujus libri, in quo legitur: *neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere*. Item Beda lib. 2. hist. eccles. cap. 9. ubi loquens de Edvvyno Rege Northanymbrorum, qui pollicitus erat se fidem Christi amplexurum si victoriam de hostibus suis reportaret, ait: *Sicque victor in patriam reversus, non statim & inconsultè sacramenta fidei Christianæ percipere voluit; quamvis nec idolis ultrà servivit ex quo se Christo serviturum esse promiserat.* Et libro tertio cap. 1. *Osrichus, qui ad prædicationem Paulini fidei erat sacramentis imbutus.* Et mox: *sacramenta regni cœlestis, quibus initiatus erat, anathematizando perdidit.* Et eodem libro cap. 3. *baptismatis sacramenta consecutus erat.* Concilium Moguntinum anni DCCCXLVII. cap. 3. *Sacramenta itaque baptismatis volumus ut concorditer atque uniformiter in singulis parochiis secundùm Romanum ordinem inter nos celebrentur.* Baptismatis sacramenta hæc sunt, ipsum baptisma, confirmatio, & communio corporis & sanguinis Domini, quæ tum conferebantur unicuique eorum qui baptizabantur. Hinc in scripto veteris auctoris anonymi de ordine baptismi legitur: *Et hæc sunt sancta Ecclesiæ sacramenta, baptismum, chrisma, corpus & sanguis Christi.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. Pag. 1075. c. 234. COMAM NVTRIVNT] Concilium Carthaginense IV. cap. 44. *Clericus nec comam nutriat nec barbam.* ubi quidam codices addunt *radat* vel *tondeat.* Vide Notas ad Gratianum pag. 453.

CALCIAMENTA] Idem Concilium Carthaginense cap. 45. *& nec vestibus nec calceamentis decorem quærat.* Concilium habitum apud Castrum Gonterij anno MCCXXXI. cap. 24. *Et omnes religiosi, cujuslibet sint ordinis, vestibus & calceamentis suo ordini competentibus, quantum fieri potest, uniformibus utantur.* Hildebertus epist. 60. *Cùm vagetur pes laxioribus calciamentis, cùm caput in ampliorem radatur coronam, cùm monachum loquantur cetera monachi insignia, extra viam est quæ ducit ad vitam.* Quippe monachi, ut vilitatem ac simplicitatem suam habitu etiam incessúque testarentur, calceamenta laxiora gestabant, dissimilia nimirum his quibus laici solebant uti. Vnde Philippus Francorum Rex monachum quendam strictis utentem calceis facetè monuit non fastidire institutum suum, ut docet Cæsarius Heisterbachcensis lib. 4. cap. 12. Ovidius in libro primo de arte amandi:

Linguáque nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Pag. 1076. c. 242. DISCORDANTIVM NEMO] Homilia incerti auctoris in Dominica septima post Pentecosten in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Lugdunensis: *Si autem frater tuus* (id est, quilibet Christianus) *inclemens fuerit & nolueris tibi veniam deprecanti indulgere, oblatio ejus non debet recipi in altario, id est, in altare, nec in gazophylacio, hoc est, in thesauro Ecclesiæ, neque in ceteris usibus, nec pacem debet facere cum Christiano, neque communicare corpori & sanguini Domini.* Vide Notas ad Reginonem pag. 550.

Pag. 1080. c. 260 ARNONEM ARCHIEPISCOPVM] Iuvavensem sive Salzburgensem; de quo suprà actum est.

Pag. 1081. c. 260. PERMITTENTE APOSTOLICO] Verba illa (inquit Marca lib. 2. de concordia cap. 12. §. 7.) formulam redolent qua magistratus utebantur cùm rescriptorum principalium tristitiam molliebant, quáque usus est Gregorius Magnus cùm legem Mauritij de militibus ad monachismum properantibus temperavit. *Nam his placatur Imperator.* inquit ille in epistola ad Metropolitas. Quod nos hodie *cum bona venia* aut *sub beneplacito Pontificis* fieri dicimus.

INTER PRESBYTEROS] Ex ea Gallicanorum Episcoporum constitutione profectum est ut dein in aliquot antiquis codicibus librarij nomen Presbyterorum reponerent ubi de Chorepiscopis agebatur, uti à nobis observatum est in præfatione ad librum Rhabani de Chorepiscopis. Quod Hispanos quoque secutos esse animadverto. Nam pro eo quod canon septimus Concilij Hispalensis II. apud Isidorum & in veteri collectione edita in tomo XI. Spicilegij Dacheriani pag. 170. habet *Chorepiscopos vel Presbyteros*, Loaisa in suis codicibus legit tantùm *Presbyteros.* Vt valde putem primò quidem illic fuisse scriptum *frequenter Chorepiscopos destinasse*, additum verò fuisse *vel Presbyteros* tempore Leonis III. aut non ita multò pôst, demum extincto prorsùs ordine Chorepiscoporum, solum Presbyterorum nomen custoditum fuisse. Tom. I.

PLACVIT VT EPISCOPI] Ad hunc locum respiciebat Hincmarus Archiepiscopus Remensis apud Flodoardum lib. 3. cap. 26. inter cetera scribens Theodulfo Comiti *qualiter Ecclesiæ in potestate & ordinatione sum Episcopi secundùm sacros canones & imperialia capitula.* Ibid. c. 261.

SACRAMENTVM CATECHVMENIS] De toto hoc argumento fusè disputat Gabriel Albaspineus in libro secundo observat. cap. 35. & seq. Pag. 1083. c. 263.

SI EPISCOPVS PRÆSENS] Vide Notas ad Gratianum pag. 561. Pag. 1087. c. 277.

NEQVE ANTE MISSAM] Hæc clausula non extat in Conciliis Aurelianensibus, neque apud Reginonem, Burchardum, & Gratianum.

VT LAICI SECVS] Vide Burchardum lib. 3. cap. 102. Ibid. c. 279.

AD ORANDVM] Hæc est vera lectio istius loci, quæ extat in Concilio secundo Turonensi. Sic etiam legitur in Decretalibus. Antonius tamen Augustinus præfert lectionem quæ habetur in veteri Burchardi exemplari, ubi legitur *Ad adorandum.* Sanè in uno eorum Burchardi codicum quos ego vidi legitur *Ad adorandum*, in alio verò *Ad orandum.* Apud Ivonem quoque legitur *Ad adorandum.*

PARVVLOS, SENES] Homilia incerti auctoris in vetustissimo codice S. Galli: *Nullus Christianus debet laxare ista jejunia, si talis infans non est qui non possit jejunare, aut talis senex, vel infirmus. Et qui ista jejunia laxat aut neglegit, peccatum grande inde habet.* Ibid. c. 280.

OMNIS VOBIS] Legendum: *Omnibus vobis &c.* Pag. 1088. c. 281.

DE PRESBYTERO VERO] Vide Burchardum lib. 2. cap. 186.

SECVNDVM REGIS ADMONIT.] In Concilio Toletano legitur *secundum regiam admonitionem*, quod idem est. At in veteri Capitularium exemplari Trecensi scriptum est *secundum magistri ammonitionem.* In regio & in meo, *secundum magis admonitionem.* Pag. 1091. c. 293.

AVRIBVS] Hæc est lectio codicis Bellovacensis, quam Ivo quoque habet. In Concilio verò & in codice Capitularium Vaticano, Colbertino, & Tiliano legitur *auditibus.* In Trecensi, *judicibus.* Sed hæc lectio sana non est.

ABSENS] Ita Martinus Bracharensis & vetera Capitularium exemplaria. id est, *absenta*, ut est in Concilio, sive segregata à communione fidelium. Martinus Bracarensis in codice Thuano & Isidorus legunt, *habeatur in absentia.* Ibid. c. 294.

VIVENTE IPSO MARITO] Hæc est vera lectio, quæ extat apud Isidorum & Martinum Bracarensem & in vetustissimo codice Ecclesiæ Lugdunensis. Loaisa reposuit *viro.*

QVOD OMNIBVS FIDELIBVS] Vide suprà lib. 6. cap. 402. Pag. 1097. c. 331.

AGNATI SVNT] Vide Cujacium lib. 27. observat. cap. 26. Pag. 1099. c. 341.

VT NE QVIS] Caput istud sumptum est ex capite 59. capitulorum ab Angilramno collectorum. Pag. 1103. c. 366.

CVI SIT NECESSARIA] Sensus istius loci hic esse debet. Si mater, amita, aut soror, aut alia propinqua Presbyteri adeo pauperes sint ut Pag. 1105. c. 376.

Tom. I. absque auxilio & ope ejus non habeant unde vivant, maneant quidem in eodem loco in quo Presbyter habitat, sed procul ab ædibus ejus, Presbyter verò domum ad eas mittat quæ sustentationi illarum necessaria sunt. Hæc interpretatio manifesta est ex capite 19. Herardi Turonensis. Vide Notas ad Reginonem pag. 555.

Pag. 1106. c. 379. SECVNDVM PLACITVM HOMINIS] id est, non *ex suo sensu*, ut dicitur in capite 82. libri primi Capitularium, non ex animi sui motu, non ex impetu quodam mentis & voluntate, sed prout ut Pœnitentiali scriptum est, in quo omnia peccatorum remedia, omnes pœnæ continentur, ut dictum est in Notis ad Reginonem pag. 538. Vide infrà Addit. III. cap. 63.

Ibid. c. 381. MVLIER QVÆ DVOBVS] Ivo par. 16. cap. 343. describit ex libro septimo Capitularium cap. 381. caput Bonifacij I. *Probat illa vera esse &c.* Sic paulò antè & paulò pòst plurima capitula laudat ex eodem libro septimo quæ in locis ab eo laudatis non extant. In plerisque autem eorundem capitulorum titulis numeri apud Ivonem omissi hoc loco sunt in vetustissimo codice MS. sancti Victoris Parisiensis. Quare oportet eos additos fuisse postea ab aliquo homine imperito, aut certè Ivonem deceptum fuisse auctoritate veteris cujuspiam exemplaris imperfecti, in quo pleraque capitula addita fuerant quæ in libris Capitularium non extabant. Nam quoad caput istud, certum est 381. esse debere, cùm præter auctoritatem codicis Bellovacensis, Isaac illud laudet ex libro septimo Capitularium cap. 381.

Pag. 1107. c. 381. MVLIER HABENS VIRVM] Duplicavimus heic numerum 382. secuti scripturam libri Bellovacensis & auctoritatem Isaaci, qui caput istud refert ex libro 7. Capitularium cap. 382. Præterea, nisi duplicaretur, caput 16. primæ additionis, quod in quibusdam antiquis codicibus & apud Ivonem dicitur esse 494. libri septimi Capitularium, esset necessariò 495.

Ibid. c. 383. PRÆCIPIMVS VT AD ACCIP.] Heic rursum Ivo parte 16. cap. 344. aliud substituit caput, nimirum *Si quos culpatorum*. Ac ne quis existimare possit mendum esse librarij prohibet idem Ivo, cujus hæc sunt verba ex epistola 171. *Vnde habetur in libro capitulorum regalium auctoritate Episcoporum constitutorum: Si quos culpatorum regia potestas &c.* Lalandeus in Supplementis Conciliorum Galliæ pag. 351. asserit istud caput sub iisdem numero & ordine quibus ab Ivone citatur reperiri in codice MS. monasterij Rivipullensis, idque sibi & pluribus aliis asseruisse illustrissimum virum Petrum de Marca Archiepiscopum Parisiensem. Debeo primùm publicæ fidei, deinde famæ optimi patroni mei ut hunc errorem avellam ex animis hominum. Caput istud non habetur in libro Rivipullensi; neque certè illic extare potest, cùm integri duo ultimi Capitularium libri in eo desint. Itaque non potuit vir illustrissimus dicere cuiquam mortalium se in eo codice legisse caput de quo nunc agimus. Potrò nos illud in tomo secundo retulimus inter fragmenta Capitularium pag. 368.

Pag. 1108. c. 387. SINE FRAVDE] Ita codex Bellovacensis. Sed alibi legitur *sine fide*. Atque ita emendandus est hic locus.

SINE DVBITATIONE] Hæc desunt in excerptionibus Egberti Archiepiscopi Eboracensis cap. 41. ubi caput istud refertur. Extant tamen in canone sexto Concilij quinti Africani, ex quo caput istud sumptum est, & apud Reginonem & Burchardum. Tom. I. Pag. 1110. c. 391.

ABSQVE VLLO SCRVPVLO] Egberti excerptiones: *absque ullo scrupulo hos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari.* Hæc verò sumpta sunt ex eodem Concilio Carthaginensi.

TEMPORE LEGITIMO] Hæc non habentur in Concilio neque apud Egbertum, Reginonem, & ceteros.

QVONIAM QVOD NON OST] Et hæc quoque desunt in Concilio & in antiquis collectoribus canonum. Ista verò clausula addita est ex epistola 92. sancti Leonis, ut adnotatum est cap. 260. & 424. hujus libri. Innocentius III. in cap. *Veniens.* de Presbytero non baptizato: *non intelligitur iteratum quod ambigitur esse factum.*

ISTI PRÆSVMPTIOSI] id est, Chorepiscopi. Hinc *temeritas chorepiscopalis* apud Flodoardum lib. 3. cap. 10. Ibid. c. 394.

PLACVIT VT HI] Isaac Lingonensis & Concilium Trosleianum citant hoc caput ex libro septimo Capitularium cap. 395. Pag. 1111. c. 395.

VT PRESBYTERI] Vide suprà lib. 6. cap. 306. & cap. 165. istius libri. Pag. 1114. c. 424.

PLACVIT VT CLERICI] Vide suprà lib. 6. cap. 111. & 390. Pag. 1115. c. 422.

NAM SI PROPRIORVM] Hæc & quæ sequuntur non extant in Codice Theodosiano.

POTESTATES EXTERAS] Hincmarus Archiepiscopus Remensis in epistola ad Laudunensem apud Flodoardum lib. 3. cap. 22. *Postea autem per exteras id est seculares potestates contra Sardicenses canones eandem administrationem sine mea conscientia obtinuisti.* Vide suprà cap. 399. hujus libri. Pag. 1114. c. 445.

VT EPISCOPI TVNC] Caput istud sumptum est ex libro duodecimo legis Vvisigothorum tit. 3. cap. 26. in lemmate, ubi tamen diversus est sensus. Nam illic ita legitur: *Vt Episcopi tunc immunes habeantur à dampnis cùm eorum Presbyteri ea quæ ipsi non correxerint ad eos non remiserint corrigenda.* Lemma autem istud respondet verbis quæ in contextu legis habentur. Pag. 1116. c. 452. Pag. 1117. c. 426.

SICVT DEFLENDVM CHRISTIANIS EST] Ita etiam vetus codex Moyssiacensis in quo lex Vvisigothorum continetur. Malè in editis: *Sicut deflendum est à Christianis.* Ibid. c. 428.

MISSAS CANTARE] Vide quæ suprà dicta sunt in Notis ad caput 148. libri primi. Pag. 1118. c. 431.

VT PRO SE ORARE] Vide Notas nostras ad homilias Cæsarij Arelatensis pag. 116. Pag. 1121. c. 433.

BONORVM HOMINVM] Haud dubiè legendum est *bonorum operum*. Pravam tamen lectionem prætulimus sinceræ quia sic uti nos edidimus legitur in vetustis Benedicti Levitæ & Isaaci Lingonensis exemplaribus. Contrà codex Sangallensis in capite 24. secundæ appendicis habet *bonorum operum*, cùm legendum sit *bonorum hominum*.

PRIMATES] Duo heic Metropolitanorum genera constituuntur. Primi ordinis Metropoli- Pag. 1121. c. 435.

TOM. I. tani vocantur Primates, quia primas sedes tenent, id est, opinor, civitatibus præsunt quæ in veteribus notitiis primum locum tenent, ut Lugdunum inter provincias Lugdunenses, Avaricum Biturigum inter Aquitanicas, Narbo inter Narbonenses, Trever inter Belgicas. & sic de ceteris. Et tamen Hincmarus, qui Belgicæ secundæ Metropolitanus erat, se Primatem esse contendit & unum de primis Galliæ Primatibus. Flodoardus lib. 3. cap. 10. de epistola Hincmari ad Leonem IV. Papam: *Item in eadem de privilegiis hujus Remensis Ecclesiæ, quæ habuit ab initio quo privilegia sedes habere cœperunt, & quia Remorum Episcopus Primas inter Primates semper & unus de primis Galliæ Primatibus extitit, nec alium se potiorem præter Apostolicum Præsulem habuit, ut scilicet ea quæ tanto tempore ab antecessoribus ipsius huic sedi sunt concessa & conservata, conservare & augmentare dignetur.* Habuit ista dignitas initium ab Hadriano primo, qui Tilpinum Remensem Archiepiscopum constituit Primatem esse Belgicæ secundæ *cum omnibus civitatibus quæ ab antiquo tempore Remensi metropoli Ecclesiæ subjectæ fuerunt*, ut legitur apud eundem Flodoardum lib. 2. cap. 17. Benedictus III. in epistola ad Hincmarum: *Et hoc volumus, ne quilibet ex provincia & diœcesi metropoli tuæ tibique subjecta jus secundum ecclesiasticas constitutiones primatui Ecclesiæ tuæ & tibi debitum quoquo modo per contemptum convellere præsumat.* Vide Marcam in dissertatione de Primatibus cap. 94.

Pag. 1124. c. 445. IMITATIONEM] Haud dubiè lectio illa prava est. Et tamen ita legitur in ipso Capitulari ex quo ista sumpta sunt & in antiquis Benedicti Levitæ exemplaribus. Legendum porrò esse *immutationem* ostendit lex Codicis Theodosiani relata infrà cap. 477. hujus libri. Immutatio autem heic significat imminutionem.

Pag. 1126. c. 452. IMMOLATI] Leg. *inviolati.*

SENIORIBVS DEBITAM OBEDIENTIAM] Vide suprà lib. 1. cap. 142.

Pag. 1127. c. 461. EX EPISTOLA] In superioribus editionibus legebatur *Exemplar.* Sanè ita scriptum est in codice Bellovacensi, sed à manu recentissima, ut videatur esse emendatio hominis imperitissimi substituta bonæ lectioni. Vera & sincera lectio est illa quam nos retinuimus, sumpta ex canone sexto Concilij primi Vasensis, ex quo caput istud descriptum est; quam confirmant vetera aliquot exemplaria Benedicti Levitæ. Hic tamen error proclivis olim erat inter librarios. In libro quinto cap. 119. legitur in titulo: *Ex epistola Papæ Leonis &c.* Pro quibus codex Colbertinus, Rivipullensis, Sangallensis, Normannicus, Camberonensis, & editiones habent *Exemplar Papæ Leonis.* Caput quartum additionis quartæ habet hunc titulum in codice Palatino: *Exemplar Leonis Papæ Calcidonensi Concilio directa.* Et in capite sequenti: *Exemplar Stephani Papæ.* Item in capite septimo: *Exemplar Leonis Papæ.* In Pannormia Ivonis edita lib. 6. cap. 115. legitur, *Exemplar Gregorij ad Iohannem Ravennatem Episcopum.* cùm in manuscriptis libris legatur *Ex epistola Gregorij.* In Concilio Aquisgranensi anni DCCCXVI. cap. 98. legitur in titulo: *Ejusdem ex epistola ad Oceanum.* At in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ: *Item ejusdem exempla ad Oceanum.* In Talonico Burchardi codice legitur lib. 1. cap. 22. *Exẽpla Ormisdæ* pro *Ex epistola.* Item lib. 2. cap. 3. *Exẽpla Zeferini.* Et libro primo cap. 53. *In primis exempla Pauli ubi Tito discipulo &c.* Pro quo in Concilio duodecimo Toletano cap. 4. & apud Ivonem parte 5. cap. 144. rectè scriptum est *ex epistola.* Inter canones Abbonis Abbatis Floriacensis cap. 22. legitur: *Item exempla Siricy Papæ;* ubi legendum etiam est *ex epistola.* TOM. I.

PARANYMPHIS] Vide Notas nostras ad Gratianum pag. 541. ubi ex mente Cujacij explicatur quid per paranymphos intelligi debeat apud Christianos. Pag. 1129. c. 463.

PER FIRMISS. FIDEIVSSORES] id est, *sub idonea prosecutione*, ut legitur in rescripto Constantini ad Probianum Proconsulem Africæ apud sanctum Augustinum epist. 68. *Unde volumus ut eundem ipsum Vigentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini augusti mittas.* Puto autem, ut hoc quoque obiter dicam, voces illas *Constantini Augusti* esse superfluas & ex glossemate profluxisse. Pag. 1130. c. 470.

HAS OMNES CONSTITVTIONES] Hæc sumpta sunt ex Concilio tertio Toletano, ubi leguntur ante subscriptiones. Pag. 1131. c. 476.

SI CLERICVS FVERIT] In Concilio ipso legitur: *Si Episcopus, Presbyter, Diaconus, aut Clericus fuerit, ab omni Concilio excommunicationi subjaceat.*

MINORIS] In Concilio legitur *inferioris.*

Heic est finis horum septem librorum in vetustis exemplaribus, tametsi in uno Vaticano & in Bellovacensi in titulis capitulorum libri septimi descripta reperiantur lemmata octuaginta capitum ad monachos spectantia quæ anno DCCCXVII. constituta sunt in conventu Aquisgranensi. Ivonem quoque Carnotensem Episcopum usum esse exemplari in quo eadem octuaginta capitula partem faciebant libri septimi colligi potest ex parte 1. Decreti cap. 131. ubi caput decimum sextum eorundem capitulorum citat ex libro septimo Capitularium cap. 494. Pag. 1132. c. 478.

PATRONI] Ita omnino legitur in Concilio Parisiensi. Certum est tamen legendum esse *patrini.* Verùm vetus exemplar ejusdem Concilij & antiqua Capitularium exemplaria lectionem præferunt quam nos retinuimus. In capite tamen 182. libri sexti, in quo sensus & plurima istius capitis verba referuntur, scriptum est *patrini.* Pag. 1133. c. 2.

EX PARTE VERO] Hæc & quæ posteà sequuntur non extant in codice Pithœano & in Parisiensi, in quibus desunt etiam hæc verba, *Ex toto quippe transgreditur.* Pag. 1136. c. 3.

VT EPISCOPI] Caput istud obscurum est in illa parte in qua agit de infirmis & morte periclitantibus. Sensus autem hic est, Episcopos omnino oportere esse jejunos cùm Spiritum sanctum tradunt baptizatis, nisi ea sit infirmorum ægritudo ac necessitas ut expectari non possit tempus quo Episcopus esse possit jejunus. Pag. 1137. c. 6.

SOLVS MISSAM] Vide quæ suprà adnotata sunt ad caput 159. libri quinti. Ibid. c. 9.

NIHILOMINVS ETIAM] Caput istud Pag. 1139. c. 16.

Tom. I. refertur à Burchardo lib. 8. cap. 17. & Ivone pag. 8. cap. 38.

Nonnvllæ abbatissæ] De hoc argumento plura à nobis dicta sunt suprà ad caput 71. libri primi.

Pag. 1141. c. 19. In avditorio] Locus ubi sanctimoniales conveniri possunt, qui auditorium isthic dicitur, salutatorium vocatur in regula sancti Aureliani Episcopi Arelatensis cap. 15. *Si quis pro devotione aut parentela occurrere voluerit, in salutatorium monasterij occurrat.* Item in regula sancti Donati Episcopi Vesontionensis cap. 56. & 57. Salutatorium verò sanctimonialium rectè Hugo Menardus in Notis ad Concordiam regularum pag. 189. interpretatur locum quem nos hodie vocamus *le parloir*, in quo sanctimoniales colloquuntur cum extraneis.

Ilico egrediantvr] Rudolfus monachus Fuldensis in vita sanctæ Liobæ cap. 1. *Nunquam enim virorum congregationem femina aut virginum contubernia quisquam virorum intrare permittebatur, exceptis solummodo Presbyteris, qui in Ecclesias earum ad agenda Missarum officia tantùm ingredi solebant, & consummata solenniter oratione, statim ad sua redire.* Vide suprà lib. 7. cap. 272.

Modvm poenitentiæ imponat] Sequitur postea in ipso Concilio ex quo ista sumpta sunt: *Nec etiam illud videtur nobis congruum ut clerici & laici, Episcoporum & Presbyterorum canonicorum judicia declinantes, monasteria monachorum expetant ut ibi monachis sacerdotibus confessionem peccatorum suorum faciant; præsertim cùm eisdem sacerdotibus monachis id facere fas non sit, exceptis his duntaxat qui sub monastico ordine secum in monasteriis degunt.* Contrà in decreto Bonifacij IV. de libertate monachorùm reprehenduntur illi qui aiunt monachos, quia mundo mortui sunt, neque pœnitentiam neque Christianitatem seu absolutionem largiri posse per sacerdotalis officij injunctam gratiam. Sed ego decretum illud omnino supposititium esse arbitror. Neque me movet auctoritas Bedæ ista dicentis: *His temporibus venit Mellitus Londonia Episcopus Romam, de necessariis Ecclesiæ Anglorum causis cum apostolico Papa Bonefacio tractaturus. Et cùm idem Papa reverendissimus cogeret synodum Episcoporum Italiæ, de vita monachorum & quiete ordinaturus, & ipse Mellitus inter eos assedit.* Opponi quoque potest auctoritas canonum Nemausensium, inter quos reperitur Bonifaciana isthæc constitutio. Primùm reponi potest eam non esse auctoritatem Concilij Nemausensis ut novis inventis tribuere possit auctoritatem vetustatis. Deinde certum est pleraque canones qui sub nomine canonum Nemausensium editi sunt, synodi illius non esse, & additos diversis temporibus fuisse constitutionibus ejusdem Concilij. Vidimus nos duo vetustissima illius exemplaria, in quibus descripti tantùm sunt duo priores canones cum hoc titulo: *Decretum Vrbani PP. in Nemausensi Concilio.* Pro quo vir clarissimus Lucas Dacherius emendavit: *Decreta Vrbani Papæ in Nemausensi Concilio.* Sanè fatendum est in uno exemplari extare omnia capitula Concilij Nemausensis quæ edita à Dacherio sunt. Sed illa multò post tempora habiti Concilij addita sunt à diversis hominibus, quia paginæ vacabant. Sciunt autem eruditi hunc veterum monachorum morem fuisse ut vacantes pagellas implerent interdum malis rebus, plerunque bonis, huicque eorum diligentiæ deberi plurima antiquitatis illustria monumenta quibus, nisi hæc eorum cura fuisset, careremus. Sed ut ad confessionem redeamus quæ monachis fit, vide epistolam 69. Ivonis Carnotensis & Concilium Londinense anni MCCII. cap. 18. Tom. I.

Svnt sane diversorvm] Vide infrà Addit. IV. cap. 160. Pag. 1143. c. 22.

Fame et pestilentia] Fuit seculum Karoli M. & Ludovici P. famosum & nobile propter hæc duo mala, ut colligitur ex publicis illorum temporum monumentis. Ea nunc congerere non est animus. Illud tantùm admoneo, miserabilem illorum temporum statum graphicè descriptum esse in Concilio sexto Parisiensi lib. 1. cap. 53. Vvisio Vvettini: *Seculo enim pestilentia & fame laboranti sua prece succurrere potuissent si lucrum Deo tota virtute conferre voluissent.* Et infrà: *Interrogante autem eo cur, pestilentia grassante, tanta populi numerositas interiret, immensitate, ait, criminum mundo peccante peccatorum punitio est.*

Cvm Masculis et pecoribvs] Eadem visio: *Post hæc inde recedentes, cœpit ei angelus exponere in quantis vitiorum sordibus volutatur humanitas. Licèt enim, inquit, in diversas criminum numerositates ab auctore suo recedat humanum genus, diabolo se mancipando, in nullo tamen Deus magis offenditur quàm cùm contra naturam peccatur.*

Aera posse contvrbare] Agobardus in libro de grandine & tonitruis cap. 1. Pag. 1144. c. 22. *In his regionibus penè omnes homines, nobiles & ignobiles, urbani & rustici, senes & juvenes putant grandines & tonitrua hominum libitu posse fieri.* Vide lib. 6. legis Vvisigothorum tit. 2. cap. 3.

Benedicant evm] Hæc est vera lectio, quam exhibet liber Tobiæ. Et tamen in codice Bellovacensi legitur *Deum.* Antiqui librarij in hunc errorem quandoque incidebant. In capite primo regulæ sancti Benedicti legitur: *Ammonitionem pij patris libenter excipe & efficaciter comple, ut ad eum per obedientiæ laborem redeas à quo per inobedientiæ desidiam recesserat.* ubi Turrecremata legit *ad Deum.* In tomo tertio Monastici Anglicani pag. 208. col. 2. scriptum est: *Dirivante autem sanguine ejus, ait ad Deum*; ubi manifestum est legi debere *ad eum.* Sic nos olim in Notis ad Lupum Ferrariensem pag. 473. monuimus apud eandem Lupum legendum esse *scire eum* pro eo quod editum est *scire Deum.* Apud sanctum Gregorium lib. 9. Indict. 4. epist. 49. legitur in vulgatis editionibus: *Omnipotenti Deo gratias agite, & tanto vos Dei debitores esse cognoscite quanto illesi ab hujus morbi contagione eo custodiente manssistis.* At in optimo codice Colbertino, itémque in Remensi sancti Remigij & in Puteano rectè scriptum est, *& tanto ei vos debitores esse cognoscite.* Sunt permulta istiusmodi in epistolis sancti Gregorij, quæ suo tempore emendabuntur. Pag. 1151.

Tom. I. PRÆSENTI ANNO] id est, anno DCCCXXIX. quo habitum est Concilium Parisiense. Attamen hæc quoque repetuntur in Concilio secundo Aquisgranensi habito anno DCCCXXXVI. sed descripta ex isto.

Pag. 1163. c. 42. VT EPISCOPI IVDICES] Ita legitur in tribus antiquis exemplaribus. In Tiliano verò scriptum est: *Vt Episcopi & judices.* Sic etiam in Concilio Remensi, ex quo caput istud sumptum est, & apud Burchardum.

Pag. 1165. c. 31. PERLATVM AD NOS EST] Burchardus capud istud, quod est synodi secundæ Cabilonensis, refert ex Concilio Mediomatricis. Vide Notas ad Reginonem pag. 566.

Pag. 1166. c. 54. SERVORVM MATRIMONIA] Vide Eginhardum epist. 53.

POTESTATIVA] Lex Alamannorum cap. 1. §. 2. suprà pag. 1001. *manus potestativa.* Charta S. Galli LXX. apud Godastum: *manu potestativa.* Donationes Ecclesiæ Salisburgensis apud Canisium tomo VI. pag. 1660. *Ruther Comes & Gerbolt nobiles viri ac potestativi.* Et paulò pòst: *nobiles & potestativi homines.* Item pag. 1661. *ad viros nobiles & potestativos.*

Pag. 1167. c. 57. QVIDAM DEO SOLVMMODO] Vide epistolam 71. Alcuini, quam rectè Duchesnius monuit datam esse ad eos qui in provincia Gothorum habitabant, cùm in editione Canisij legeretur *Scotorum.* Nam in codice sancti Galli, ex quo Canisius illam edidit, disertè scriptum est *Gothorum.* De provincia Gothorum sive Gothia dictum est suprà pag. 1118.

Pag. 1168. c. 61. PROPTER ELEEMOSYNAR. LARGIT.] Sanctus Fulgentius in libro de Trinitate: *Nam qui sibi peccata impune videntur committere dum fortasse aliquas eleemosynas in pauperes faciunt, multùm falluntur. Nescium enim quòd opus misericordiæ primum sit se ipsum Deo offerre, & sic in alio misericordiam facere. Ergo faciendæ sunt eleemosynæ, sed antè sunt vitia relinquenda.* Insignis est locus ex homilia incerti auctoris in vetustissimo codice M S. sancti Galli. *Nam qui pro laude humana,* inquit ille, *eleemosynam facit, & testimonium inde quærit, & ei audire delectat, mercedem à Deo non spectet, quia in ista vita laudem recepit. Vnde sunt alij perversi & iniqui qui contra animas suas & contra Domini mandatum prædicant ut nullus eleemosynam faciat nisi coram testibus. Et si aliquis sine testibus eleemosynam fecerit, in lege sua habere dicunt quòd eam possent requirere. Absit, fratres, ista dementia ut se tollant à lege Christi, qui illos redemit, & contra Deum & contra animas suas faciant, & aliam legem plus quàm istam teneant.* Vide Salvianum in libro primo adversùs avaritiam pag. 230. in secunda editione nostra.

Pag. 1169. c. 63. PER ANT. CANON INSTRVCT.] Vide Concilium Parisiense sextum lib. 1. cap. 32. 34. & quæ suprà à nobis adnotantur ad caput 379. libri septimi.

Ibid. c. 65. SCOTTI] Concilium apud Celichyth cap. 5. *Vt nullus permittatur de genere Scottorum in alicujus diœcesi sacrum sibi ministerium usurpare.* Capitula Theodori Archiepiscopi Cantuariensis in tomo nono Spicilegij Dacheriani pag. 59. cap. 80. *Qui ordinati sunt à Scotorum aut Britonum Episcopis, qui in Paschâ & in tonsura adunati Ecclesiæ catholicæ non sunt, iterum ab Episcopo catholico manus impositione confirmentur.* Præceptum Ludovici Pij Imp. pro monasterio Landeveneci apud Bollandum to. I. Martij pag. 260. *cognoscentes quia ab Scotis sive de conversatione sive de tonsione capitum accepissent, dum ordo totius sanctæ apostolicæ atque Romanæ Ecclesiæ aliter se habere dignoscitur.* Vide canones Hibernenses in eodem tomo Spicilegij editos lib. 50. cap. 6. simul cum laudato Theodori capitulo, ex quibus explicantur quæ hæc Ludovicus ait de Scotis. Nova collectio formularum cap. 15. *ut Escotus mentir.* Tom. I.

SE DICVNT EPISCOPO ESSE] Isti circumcelliones variis temporibus turbarunt ordinem in Ecclesia constitutum. Cosmas Pragensis in libro secundo chronicæ Bohemorum extremo narrat memorabilem historiam impostoris cujusdam nomine Ruperti, qui se dicebat Episcopum Cavellonensem, & plurimas ordinationes fecit in Bohemia. Cùm is detectus fuisset, & falsum Episcopum esse constaret, Bohemi legatos miserunt ad Clementem III. Papam, *ejus consulentes auctoritatem quid sit opus factu rerum in discrimine tanto. Quibus ille remandans jussit Ecclesias ex integro reconsecrare, baptizatos chrismate pseudoepiscopi non rebaptizare, sed tantùm confirmare, similiter ordinatos non reordinari, sed solummodo inter ordinandos stare ad ordinationem, & per solam manus impositionem recipere benedictionem.* Ævo Bonifacij VIII. cùm quidam in Alamannia promotus esset ad sacros ordines à quodam pseudoepiscopo vagante, injunctum est alij Episcopo à sede apostolica ut si constaret ordinatorem non fuisse Episcopum, ei eosdem ordines conferret, *quia nec conferre ordinem nec ordinis characterem potuit qui pontificali officio minimè fungebatur*, ut legitur in formulario pœnitentiariæ Benedicti XII. quod suprà laudavimus ex codice MS. bibliothecæ regiæ. Anno MCCCXC. in civitate Trajectensi quidam sacerdos de ordine fratrum Minorum, qui se dicebat Episcopum Lavarensem, per aliquot annos officia illic episcopalia complevit, *in eadem diœcesi consecrando Ecclesias, altaria, calices, vestes sacras, etiam conferens ordines minores & majores. Tandem compertum est, Deo disponente, ipsum esse falsum Episcopum. Quapropter quidam sacerdotum & electorum ab eodem ordinatorum, dimittentes statum spiritualem, acceperunt uxores, & permanserunt in statu seculari. Ceteri verò, quibus status clericalis non displicuerat, ab aliis veris Episcopis reordinati sunt.* Hæc Ioannes à Leidis refert in libro 31. Chronici Belgici cap. 43. Vide Cironium lib. 1. observationum juris canonici cap. 13. & Notas nostras ad Gratianum pag. 478.

VT DECIMÆ] Constitutionem istam Rhabanus descripsit in Concilio Moguntino anni DCCCXLVII. cap. 10. Pag. 1172. c. 82.

POPVLORVM] Hæc lectio constans est in veteribus libris & in Concilio Arelatensi VI. ex quo caput istud descriptum est. Arbitror tamen legi debere *pupillorum.* Simile mendum extat in Pag. 1175. c. 98.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tom. I. capite 36. legis Alamannorum §. 3. ubi pro eo quod antiqui codices & editiones rectè habent *nec maledicam Ducem nec populum terræ*, in codice Puteano scriptum est *pupillum terræ*. In codice Burchardi Talonico lib. 19. cap. 28. legitur *pupilles* pro *pulvillos*. Alibi vidimus *Apostolos* positum fuisse pro *populos*. Quod ideo observamus ut hinc colligi possit voces istas frequentibus mutationibus fuisse obnoxias.

Pag. 1178. c. 111. PRÆBENDA] Præceptum Ludovici Pij pro monasterio S. Dionysij apud Doubletum pag. 740. *ad prebendam famulorum illis servientium de secale modia nongenta.* Charta Karoli Calvi ibidem pag. 782. *villulas quasdam ad prebendas illorum Canonicorum ibi Deo servientium.* Alia ejusdem pag. 798. *ad prebendas famulorum sibi servientium.* Charta LXX. sancti Galli apud Goldastum, data regnante in Germania Ludovico Pij filio: *Et si illa Diospirt illam traditionem sibi placitatam dimittere voluerit, tunc ad cellam Ratpoti locum & prebendam quasi unus monachus juxta facultates loci illius habeat.* Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 28. scribit Lantardo cuidam sacerdoti quòd si ad locum suum redire voluerit, ei, mox ut venerit, *canonicam prebendam & ordinem pristinum inter fratres* concedet, id est, *sua canonicæ locum*, ut legitur in epistola Hincmari Laudunensis ad Remensem quæ edita est in tomo secundo operum Remensis pag. 340. Polypticus sancti Remigij scriptus, ut opinor, tempore Hincmari: *Facit suo seniori tempore messis dies tres cum prebenda sibi data.* In Capitulari Karoli M. de villis suis cap. 50. *de dominica accipiat provendam.* Hinc provendarij in statutis antiquis abbatiæ Corbeiensis, quos tamen vir clarissimus Dacherius interpretatur eos esse qui Gallicè *Pourvoyeurs* dicuntur à providendo. Provendarij inquam dicti sunt à provenda sive prebenda. Quod colligitur manifestè vel ex ipso initio eorundem statutorum: *Isti sunt provendarij qui omni tempore æqualiter & pleniter in nostris diebus esse debent. Et si unus ex eis mortuus fuerit, statim alter restituendus est, ut ille numerus semper sit plenus, & nullus amplius in illo numero addatur.* Statuitur itaque illic de certo numero Canonicorum, qui ultra centesimum & quinquagenarium excrescere non poterat. Quis autem existimare posset centum quinquaginta viros ea tempestate fuisse in monasterio Corbeiensi quibus unica cura esset ut providerent & administrarent ceteris quæ necessaria essent ad victum?

Pag. 1182. ERCHEMBALDO CANCELLARIO] Fuit primò notarius sive Cancellarius palatij sub Radone Archicancellario, deinde Archicancellarius, uti jam observatum est ab aliis. Anno DCCXCVII. subscripsit præcepto Karoli M. quo Theoboldum Comitem absolvit à suspicione criminis læsæ majestatis, quod à Mabillonio editum est post Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti to. IV. pag. 623. Leo III. in epistola IX. ad Karolum M. *Postulat interrogare fratrem nostrum Hildibaldum Archiepiscopum & Ercanbaldum Cancellarium.* Plura de Cancellario isto si quis scire desiderat, consulat Bernardum à Mallinckrot in libro de Archicancellariis sacri Romani imperij pag. 11. & Philippum Labbeum in elogiis historicis Regum Franciæ pag. 88. Alius istius nominis Cancellarius fuit in palatio Lotharij Imperatoris, ut patet ex præcepto ejus apud Doubletum in antiquitatibus monasterij sancti Dionysij pag. 775. & ex duobus præceptis ejusdem Lotharij pro Agilmaro Archiepiscopo Viennensi, quæ leguntur in chartulario Ecclesiæ Viennensis. Is verò Ercamboldus idem haud dubiè est qui Cancellarius fuit in palatio Lotharij Regis Burgundiæ, cujus præceptum extat in Notitia Ecclesiarum Belgij pag. 59. Tom. I.

CHRISTIANORVM VEL] Hæc non habentur in codice legis Vvisigothorum, & sunt superflua. Pag. 1189. c. 2.

IVXTA LEGEM] Respicit ad legem Recaredi Gotthorum Regis, quæ extat in libro tertio legis Vvisigothorum tit. 5. cap. 1. in qua statuitur *ut usque ad sextum generis gradum nulli liceat sanguinis propinquitatem libidinosè fœdare vel in conjugio appetere.* Falluntur ergo qui putant heic agi de lege Iudæorum, sive de Misna.

SEPTIMI] In lege Vvisigothorum legitur *sextum*, quod melius est. Sed puto heic positum *septimi* propter constitutionem Gregorij III. quæ habetur infrà cap. 75. istius additionis.

CHRISTIANVS VEL CHRISTIANA] Hæc etiam desunt in lege Vvisigothorum. Item paulò pòst vox *Christianorum* deest in eadem lege. Deest etiam vox *consentanei.*

AD EMENDAT. DOGM. INT.] Hæc meliùs cohærere videntur cum his quæ sequuntur quàm versiones Christophorsoni & Valesij. Et Christophorsonus quidem ita vertit. *Mittunt ad eum pro se legatum Hypatianum Heracleæ, quod est oppidum Perinthi, Episcopum oratum ut sibi de doctrina fidei rite constituenda in unum convenienti potestas permitteretur.* Valesius verò sic: *Hypatianum Heracleæ Perinthi Episcopum elegerunt, qui susceptæ pro ipsis legationi peteret ab Imperatore ut ad corrigendam fidei doctrinam convenire permitterentur.* Hæc inquam meliùs coherere videntur cum responsione Valentiniani. Ridicula enim esse videretur illius responsio si non rogatus ut se fidei negotiis immisceret, sed tantùm ut Episcopis licentiam daret celebrandi synodum, respondisset sibi, quòd laicus esset, non licere se immiscere rebus fidei. Meliùs Epiphanius scholasticus, ut dixi. Pag. 1190. c. 3.

VNVS DE POPVLO] Vetus exemplar historiæ tripartitæ in bibliotheca Colbertina habet *minimus de populo.* Sed hæc lectio bona non est.

FAS NON E. T. PERSCRVTARI] Tolerari potest hæc interpretatio. Veriorem tamen puto eam quæ est Christophorsoni, quæ sic habet: *sibi, qui unus è laicorum numero erat, non licere se ejusmodi negotiis interponere.*

PRIMO SVA OMNIA EIS REDDI] Hæc non extant in historia tripartita, neque apud Sozomenum. Addita ergo videntur ex capitulis Angilramni, apud quem extant. Stabilito igitur hoc jure, Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 28. scripsit Sigloardo Archipresbytero, cui inquisitionem facere de quodam Presbytero jusserat, *ut quoniam audierat eundem Presbyterum suis quibusdam facultatibus contra leges expoliatum, suis omnibus revestiretur antequam suis accusatoribus*

Tom. I. *accusatoribus respondere cogeretur.* Vide infrà cap. 4. 5. & 17. istius additionis.

Pag. 1194. c. 17. SYNODVS ROMANA] id est, capitula Angilramni, quæ nonnulli tum putabant ab Hadriano Papa collecta & transmissa fuisse ad Angilramnum, ut patet ex Hincmaro.

Pag. 1195. RESPONDERE ROGETVR] id est, *cogatur.* Infrà: *ne antequam omnia hæc fiant coactius respondeat.* Vide Notas ad caput 72. libri tertij.

Pag. 1199. c. 31. CAVSAM LVPICINI] Hunc locum, qui sumptus est ex epistola sancti Leonis ad Episcopos Mauritaniæ Cæsariensis, vir clarissimus Paschasius Quenellus putat suppositum illi fuisse & Dionysij Exigui collectioni insertum ævo Karoli Magni. quædam enim illic legi quæ & veteribus institutis repugnant & modestiæ sancti Leonis. Ego sanè non statui refellere argumentationes viri docti. Illud tantùm dicam, magni apud me ponderis esse quòd caput istud reperitur in omnibus antiquis Dionysij codicibus, & quòd nihil heic video bonis moribus adversum & disciplinæ tum in Ecclesia Romana receptæ contrarium. Vna certè res falsi suspicionem injicere meritò posset, mentio nimirum appellationis Lupicini ad apostolicam sedem, cùm constet Afros multùm abhorruisse ab appellationibus transmarinis, ut rectè observat idem vir eruditus. Verùm ea res minimum habet difficultatis. Appellationes quidem illas respuebant Afri. Sed nihilo minùs Romani Pontifices existimabant posse se eum qui a synodo suæ provinciæ damnatus sedem apostolicam appellasset, communioni restituere, ut patet ex epistola Concilij Africani ad Celestinum Papam & ex Actione prima Concilij Chalcedonensis in causa Theodoreti. Itaque ex eo saltem capite salva est auctoritas istius epistolæ.

QVIA SIC NOBIS PLACVIT] Hæc non extant in epistola sancti Leonis, neque apud Dionysium Exiguum. Addita verò sunt haud dubiè ævo Karoli Magni.

PENDENTE NEGOTIO] Non dubito quin Leo respiciat ad canonem quartum Sardicensem, in quo ad suggestionem Gaudentij Episcopi decretum est ut cùm aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum judicio qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter Episcopus in ejus cathedra post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Episcopi Romani determinata, id est, pendente negotio. Ea fuit Leoni mens. Scio Afros contrà sensisse & huic Romanorum Pontificum dogmati multùm pro sua sapientia restitisse. Verùm ex hac illorum perseverantia colligi nullo modo potest non licuisse Leoni illis objicere constitutionem ecclesiasticam de cujus auctoritate & æquitate ipsi sedique apostolicæ constabat. Vide porrò Marcam lib. 7. de concordia cap. 17. §. 9.

NOSTRA SENTENTIA ROBORENTVR] Hanc sibi auctoritatem non arrogat sanctissimus Pontifex, quemadmodum viro docto visum est, ut post relationem Episcoporum Africanorum licere sibi putet eorum definitiones infirmare aut confirmare. Illud tantùm vult, ut de rebus in Africa constitutis quæ ad publicam Ecclesiæ concordiam pertinent relatio ad se plena mittatur, ut ipsius quoque sententia roborentur ea quæ juxta ecclesiasticum morem justè & rationabiliter fuerint definita. Hæc verò nihil præjudicant adversùs auctoritatem Conciliorum Africanorum. Tom. I.

EX HIS ENIM] Integra hæc clausula deest in epistola sancti Leonis & apud Dionysium Exiguum. Addita ergo fortassis est ex scrinio Ecclesiæ Moguntinæ, in quo recondita à Riculfo Metropolitano fuisse capitula à se collecta docet Benedictus Levita.

VNA CVM DECR. EPISCOPOR.] Hinc Iacobus Gothofredus ad legem 2. Cod. Theod. *de his qui super relig. contendunt* collegit hanc legem constitutam fuisse ad decretum aliquod synodale Episcoporum, quod & ipsum Theodosius huic constitutioni indiderit. Istam autem opinionem faciliùs concepisset si Pithœus lemma istius capitis edidisset integrum ut in antiquis exemplaribus invenitur, ubi caput istud dicitur sumptum *ex synodalibus statutis & Imperatorum edictis.* Qui additionis istius auctor est, cuncta ad auctoritatem ecclesiasticam referebat, etiam cum periculo veritatis. Sic supra synodo Romanæ tribuit unum ex capitulis Angilramni, uti diximus. Sic infrà cap. 74. extremo refertur caput quoddam *ex dictis Episcoporum & Imperatorum Theodosij & aliorum*, cùm tamen constet sumptum esse ex libro quarto sententiarum Pauli. Pag. 1100. c. 31.

THEODOSIO AVGVSTO BIS] Pro his hæc tantùm habentur in vulgatis editionibus Codicis Theodosiani, *Stobis.* ubi Gothofredus ista adnotat: *Stobis, Macedoniæ urbs, cujus apud Ptolomæum & in Itiner. Peutinger. & alibi mentio. Ibidem data hoc ipso mense l. 15. infr. de hæreticis.* Antiqua Capitularium exemplaria habent uti nos edidimus. In exemplari verò Codicis Theodosiani quod fuit Pithœi, ipse jugulavit vocem *Stobis*, & in margine monuit legendum esse *Theodosio Aug. bis.*

QVINEGIO] Ita vetera istius additionis exemplaria. Pro quo legendum est Cynegio, qui consulatum cum Theodosio gessit anno Christi CCCLXXXVIII.

ILLVD QVOD NOBIS] Caput istud re vera sumptum est ex epistola sancti Leonis ad Theodoritum; sed valde mutatum & interpolatum fuit ab auctore istius additionis. Ibid. c. 33.

AB EPISCOPO ..... ELECTOS] Hæc sunt ex glossemate, & tamen vera.

PRÆSCRIPTVS] Ita vetera exemplaria. Sic etiam habet canon Eliberitanus in vetustissimo codice Ecclesiæ Lugdunensis, itémque Burchardus. At editiones Concilij Eliberitani, Ivo, & Gratianus legunt *proscriptus.* Pag. 1201. c. 34.

CATECHVMENVS] Veteres libri habent *catecuminus*, non solùm in hoc loco, sed etiam alibi apud omnes auctores ferè semper. Ac ne quis putet erratum heic esse à scriptoribus, ne quis existimare possit hanc depravationem esse novam & vetustis Ecclesiæ seculis ignotam, prohibet auctoritas Commodiani, ex cujus acrostichis versibus constat hoc vocabulum ita scriptum vulgò fuisse ævo Commodiani, ut illic rectè observat Rigaltius.

SACRAS SCRIPT. NON AVDIT] Hæc est lectio quæ extat in capite 83. Martini Bracar. Pag. 1104. c. 31.

Tom. I. rensis in veruſtiſſimo codice MS. Eccleſiæ Lugdunenſis & in editione Loaiſæ. Quo etiam modo legendum eſſe monuerat Crabbus in margine tomi ſecundi Conciliorum. Negatio tamen deeſt in reliquis editionibus canonum Martini & in canone ſecundo ſynodi Antiochenæ, qui eſt fons iſtius capitis.

COMMVNIONE PERCEPTA] Ita legitur in editione Merlini. At Loaiſa maluit *communionem percepta indulgentia promereri.* Vide Notas Correctorum Romanorum ad Gratianum diſt. 2. de conſecrat. cap. 18. *Si quis intrat.*

Pag. 1205. c. 57. DE HIS QVÆ PARROCHIIS] Vide ſuprà lib. 6. cap. 407. & quæ illic à nobis adnotata ſunt.

Pag. 1207. c. 64. QVAM FORMAM] Hæc clauſula non habetur in Concilio Ilerdenſi, ex quo caput iſtud ſumptum eſt.

Ibid. c. 70. NVMIDIVS EPISCOPVS] Caput iſtud ſumptum eſt ex canone nono Concilij Carthaginenſis ſecundi, quod ſub Genethlio Epiſcopo habitum eſt, qui iſthic mendosè Genilius vocatur. Vide breviationem Ferrandi cap. 90.

Pag. 1208. c. 70. PROPTER IGNORANTIAM] Hæc verba non extant in Concilio Carthaginenſi.

Pag. 1209. c. 78. VT NVLLVS FAMILIARITATEM] In veteri collectione canonum Andegavenſi caput iſtud ſic habet inter canones Auguſtodunenſes: *Vt compatres nullus monachorum audeat habere, nec familiaritatem extranearum mulierum. Et qui inventus fuerit, ſeverius corrigatur.*

Pag. 1215. c. 103. CONTEMPTOR AVT MISSOR.] Leg. *contemptor aut Comitum aut Miſſorum.* In capite 278. libri quinti legitur *Vaſſallorum* pro *Miſſorum.* quod idem eſt. Vide infrà. cap. 169.

Pag. 1216. c. 104. DE BENEFICIIS DESTRVCTIS] Caput iſtud ſumptum eſt ex Capitulari anni DCCCXXIX. tit. 2. cap. 1.

Ibid. c. 107. AD PRÆS. N. VENIAT] Vetus nota marginalis in codicibus regiis legis Longobardorum: *Hæc videtur rumpere legem Rachis* Cognovimus; *quia illa faciebat honorem amittere & guidrigilt componere, iſta verò facit ad Regis præſentiam venire. Sed non rumpit, quia poſtquam ad Regem venerit, debet ut illa præcipit condemnari.*

Pag. 1217. c. 109. IN PERIVRIVM INDVXISSET] Vide epiſtolam 56. Hincmari, quæ eſt ad Engilgarium virum illuſtrem, extátque apud Flodoardum lib. 3. cap. 26.

Pag. 1218. c. 114. SCATSLEGI] Hæc eſt vera lectio, pro qua in codice Legis Longobardorum malè legitur *heriſliz.*

Ibid. c. 115. HOC MISSI NOSTRI] Vide Ioannem Iſacium Pontanum lib. 6. originum Francicarum cap. 16.

Ibid. c. 116. INFERENDA] Geſta Dagoberti I. cap. 31. *Attamen Saxones tributum quod reddere conſueverant, per præceptionem Dagoberti hactenus habent indultum. Quingentas enim vaccas inferendales annis ſingulis à Clotharío ſeniore cenſiti reddebant. quod tunc à Dagoberto Rege caſſatum eſt.* Item infrà cap. 37. *Super hæc verò centum vaccas inferendales, quæ ei de ducatu Cinomannico annis ſingulis ſolvebantur, fratribus inibi* (id eſt, in monaſterio ſancti Dionyſij) *Deo ſervientibus per propriij præcepti ſubſcriptionem viſus eſt omni futuro tempore annuatim conceſſiſſe.* Tom. I. Donum illud poſtea confirmavit Chilpericus Rex anno DCCXVI. ut patet ex ejus præcepto quod vir clariſſimus Ioannes Mabillonius edidit in calce tomi quarti Actorum ſanctorum ordinis ſancti Benedicti pag. 623. in quo hæc leguntur: *Chillardus Abba de baſelica peculiaris patroni noſtri Domni Dionyſij clementiæ regni noſtri ſuggeſſit eò quòd bonæ memoriæ proavus noſter Dagobercthus quondam Rex per ſua auctoritate manu ſua roborata cartas cento ſoldaris quod in inferenda de pago Cinomanneco in fiſci ditionebus ſperabatur, ad ipſa ſancta baſelica annis ſingulis conceſſiſſit.* Vbi vides pro *cartas cento* legendum haud dubiè eſſe *vaccas centum.* Vide gloſſarium Franciſci Pithœi ad Capitularia.

CENSO] pro *cenſu*, ut ſuprà lib. 5. cap. 198. Charta Conſtantij Preſbyteri pro Eccleſia Viennenſi: *ad cenſo concedere debeatis.* Infrà: *cum ipſo cenſo dare vel adimplere potuero.* Pag. 1111. c. 131.

ET QVI PRÆDICTA] Hæc & reliqua quæ ſequuntur deſunt in Capitulari anni DCCLXXIX. & in libro quinto Capitularium. Omiſſa etiam ſunt in vulgatis editionibus, ſtudio brevitatis.

POST CONSVLATVM] Hæc verba, quæ Concilij ſecundi Milevitani ſunt, planè oſtendunt vulgatiſſimam rem Theodoſij Honoriique principatu in Africa fuiſſe ut geſtis publicis adſcriberetur *Poſt conſulatum*, tamenetſi annus quo geſta illa conſcribebantur ſuos Conſules ordinarios haberet. Quod non ſolùm in Africa ſed etiam in ceteris Romani imperij partibus obtinuiſſe obſervat Baronius ad annum Chriſti CCCX. ubi ſcribit accidiſſe plerunque ut etiam cùm certi eſſent alicujus anni Conſules, tamen acta publica poſt conſulatum anni ſuperioris Conſulum conſignata habeantur. Sed quoniam viro docto Paſchaſio Quenello nuper placuit id factum aliquando à Conciliis Africanis fuiſſe præter notarum conſularium morem, annos enim computatos olim fuiſſe per unuſcujuſque anni Conſules ordinarios quandiu dignitas conſularis perſeveravit, & uſum ſcribendi *Poſt conſulatum* tunc ſolummodo introductum fuiſſe cùm ordinarij Conſules non erant deſignati, iſtam porrò annos numerandi rationem longè poſt Ruſtici Narbonenſis Epiſcopi tempora iniri cœptam, adeóque hinc juvari non poſſe interpretationem quam nos adhibuimus antiquæ inſcriptioni quæ initia demonſtrat epiſcopatus ejuſdem Ruſtici, res poſcere videtur ut teſtimoniis approbemus ſententiam Baronij noſtrámque eſſe veram & uſum notandorum annorum per Conſules anni ſuperioris diù ante Valentiniani III. ac Ruſtici tempora cœpiſſe. Vtar autem in primis auctoritate patris faſtorum Onuphrij Panuinij, quam ſcio plurimùm valituram apud eundem virum doctum. Onuphrius ergo in commentariis ad librum ſecundum faſtorum A. V. C. MLXI. qui in annum Chriſti CCCIX. incidit, hæc adnotat: *Quum deinceps frequens mentio futura ſit annorum ſine Coſ. quos per hac tempora poſt conſulatus appellabant, non alienum ab re erit pauca quædam de his annis tradere.* Annus enim CCCIX. & ſequens notati à Caſſiodoro reperiuntur poſt conſulatum Diocletiani X. & Maximiani VII. Pag. 1225. c. 154.

TOM. I. cùm tamen, ut idem Onuphrius & Baronius observatum reliquerunt, anno CCCIX. Maxentius & Maximus gesserint consulatum. Anno Christi CCCLI. Magnentius & Gaiso Consules fuerunt, ut notat auctor libri de Præfectis apud Onuphrium. Et tamen liber Cuspiniani, Cassiodorus, & Socrates lib. 2. cap. 26. huic ipso anno adscribunt post consulatum Sergij & Nigriniani, qui superiore anno gesserant consulatum. Annus Christi CCCLXXV. in fastis inscribitur post consulatum Gratiani Aug. III. & Equitij. Anno Christi CCCXCVIII. Concilium Carthaginense quintum dicitur celebratum post consulatum Cæsarij & Attici, cùm tamen eo anno Honorius IV. & Eutychianus Consules notentur in fastis. Sequenti anno Manlius Theodorus & Flavius Eutropius erant Consules. Et tamen Concilium Africanum, quod eo anno habitum est, celebratum scribitur P. C. Honorij Aug. IV. & Eutychiani. Deinde anno Christi quadringentesimo Stilico & Aurelianus consulatum gesserunt; annóque sequenti, quo Vincentius & Fravita Consules fuerunt, Concilium Africanum secundum notatur esse congregatum P. C. Flavij Stiliconis. Annus postea CCCCIX. inscriptus reperitur consulatu Honorij VIII. & Theodosij III. & post consulatum eorum legitur habitum Concilium Africanum VIII. eo tempore quo Varanes erat consul; post cujus consulatum, anno nimirum sequenti, habita est collatio Carthaginensis inter Catholicos & Donatistas, tametsi tum Theodosius Aug. gereret quartum consulatum. Annus CCCCXVIII. Consules habuit Honorium XII. & Theodosium VIII. quibus anno sequenti substituti sunt Monaxius & Plinta. Istorum tamen mentionem non faciunt gesta duorum Conciliorum apud Carthaginem congregatorum anno CCCCXIX. quæ habita dicuntur P. C. Honorij XII. & Theodosij VIII. Sed nihil illustrius in hoc argumento proferri potest quàm acta Concilij Ephesini, quæ notant habitum illud fuisse post consulatum Theodosij Imperatoris XIII. & Valentiniani III. cùm tamen constet eodem anno Consules creatos esse Bassum & Antiochum, sub quibus Prosper ait congregatam apud Ephesum fuisse synodum plus ducentorum Episcoporum adversùs Nestorium. In actione nona & decima Concilij Chalcedonensis referuntur acta synodum in Tyro & Beryto celebratarum anno CCCCXLVIII. in causa Ibæ Episcopi Edessæni, in quibus scriptum est illas fuisse habitas post consulatum Flavij Zenonis & Posthumiani. Scio illustrissimum Cardinalem Baronium admonuisse erratum utrobique fuisse in consignanda synodorum istarum epocha, & auctores Romanæ Conciliorum editionis in margine nonæ actionis Chalcedonensis ista adnotasse: *Hi duo Episcoporum conventus habiti sunt his Consulibus, non post eorum consulatum. & hic annus est CCCCXLVIII. ab ortu Christi. Quare aut alia numerandi ratio servata est & ab alio principio ducta, aut mendum in numeris irrepsit. Sed cùm omnes codd. Mss. quos habuimus, tam Græci quàm Latini, sic legant, nihil mutare voluimus.* Ego heic non disputo utrum acta illa mendosa in hoc loco sint, neque utrum legitima sit Baronij & editorum TOM. I. Romanorum emendatio. Satis mihi est quòd omnes antiqui codices Græci & Latini præferunt lectionem quæ in vulgatis editionibus reperitur. Ex his ergo quæ dicta hactenus sunt manifestum est rationem numerandi annos post consulatum longè ante Rustici Narbonensis Episcopi tempora cœpisse & ævo ejus maximo in usu fuisse. Itaque rem minimè insolentem is fecit quum tempus conlocati liminis in Ecclesia Narbonensi notavit in anno quarto post sextum Valentiniani consulatum, tametsi tum Posthumiani Zenonisque consulatus vigeret. Quòd enim idem vir eruditus, his difficultatibus victus quas ipse sibi fecit, putat aliam ineundam esse Rusticianæ inscriptionis explicandæ viam, & quartum illum annum non à consulatu sexto Valentiniani sed à jactis basilicæ fundamentis numerandum censet, ingeniosa quidem conjectura est, sed quæ nulla probabili ratione, nullo simili exemplo nititur, & quam vel solus ordo verborum refellit quæ in prima inscriptionis linea leguntur. Nam si de anno quarto à jactis basilicæ fundamentis intelligenda illa sunt, cur Rusticus annum illum quartum non conjunxit potiùs cum die quo limen collocatum est quàm cum sexto Valentiniani consulatu? Præterea certum est limen illud non esse collocatum anno quarto à jactis basilicæ fundamentis, sed quinto. Etenim si verum est, uti profectò ambigi non potest quin verum sit, jacta fundamenta fuisse trigesima septima die à deposito pariete Ecclesiæ dudum exustæ, id est, die XVIII. mensis Novembris anni XV. episcopatus Rustici, certum quoque esse debet ab eo die usque ad tertium Kalendas Decembris anni XIX. episcoparus ejusdem Rustici supereresse duodecim aut tredecim dies supra quatuor annos, adeóque limen Ecclesiæ Narbonensis positum non esse anno quarto à jactis basilicæ fundamentis, sed quinto. Sanè quæ contrà ab eodem viro docto afferuntur de paucis diebus supra quatuor annis additis & de numero rotundo quatuor annorum, ea leviora sunt quàm ut existimare oporteat eum credidisse magni illa momenti esse ad constituendam novam suam opinionem de initiis episcopatus Rustici. Quemadmodum enim apud Iurisconsultos extra controversiam est annum inchoatum seu cœptum sæpius pro completo seu pleno accipi, ita verum est duodecimum, exempli causa, annum esse cùm quantumlibet ex duodecimo anno venerit aut præterierit, ut docet Pomponius in l. 41. ff. deo manumiss. testam. *Ita loqui solemus*, inquit, *duodecimus annus est, cùm quantumlibet ex duodecimo anno venisset aut præteriisset.* Hinc apud Socratem lib. 2. cap. 26. & Sozomenum lib. 4. cap. 1. consulatus Sergij & Nigriniani ac cœdes Constantij Imperatoris, quæ anno illo facta est mense Martio apud Helenam oppidum pagi Ruscinonensis, conferuntur cum anno quarto post habitum Sardicense Concilium, qui in initiis omnino suis erat. Quippe Concilium Sardicense congregatum est anno CCCXLVII. & Sergius ac Nigrinianus creati sunt Consules anno trecentesimo quinquagesimo. Adeo autem proclive est annos ita vulgò numerare ut cùm Baronius in actione undecima

Tom. I.

Concilij Chalcedonensis ista legisset, *Hodie quatuor anni sunt & Romanus Episcopus eum deposuit*, quæ verba sunt Stephani Episcopi Ephesini adversùs Bassianum adversarium suum, tempus depositionis istius rejecerit in annum CCCCXLVIII. à die videlicet IV. Kal. Novembris anni CCCCL. numerando retrogrado ordine. Itaque ut ad rem nostram redeamus, puto ex his quæ huc usque dicta sunt liquere morem notandi tempora annósque distinguendi post consulatum diù ante Rustici Narbonensis Episcopi ætatem introductum fuisse, inscriptionem porrò quæ istius controversiæ occasio fuit positam esse anno CCCCXLVIII. qui erat quartus post sextum Valentiniani III. consulatum, adeóque Rusticum ordinatum fuisse Episcopum anno CCCCXXX. uti nos contendimus. Neque est quòd quis heic mihi objiciat insolentem esse hanc scribendi rationem ut cùm quis significare vult annum quartum post consulatum, dicat anno quarto Consule tali. Quamvis enim non admodum gravatè fatear id factum esse extra vulgarem scribendi modum, non inde tamen colligi potest annum illum quartum non esse explicandum de anno quarto post sextum Valentiniani consulatum, præsertim cùm ostenderimus referri illum non posse ullo modo ad annum quartum à jactis basilicæ fundamentis. Neque verò exemplis adeo destitutus est iste loquendi modus quin auctoritate quoque antiquitatis confirmari possit. Extat post Novellas Iustiniani Imp. apud Iulianum Antecessorem constitutio Iustini junioris, in cujus calce adnotatum est eam datam esse Indictione tertia, anno quinto imperij & anno secundo post consulatum ejus, mendosè tamen, cùm Indictio tertia & annus quintus imperij non conveniant anno secundo post consulatum Iustini, sed quarto. Marij porrò chronicon habet *Anno IV. Cons. Iustini Iun. Aug.* pro eo quod in constitutione ipsa legitur *post consulatum*; eodémque postea modo designatus est annus secundus post consulatum Tiberij. Sed ut lector de toto isto negotio faciliùs judicare possit, recudenda heic est inscriptio Narbonensis quæ istius disputationis fundus est. Sic ergo habet.

✠ DŌ. ET. XPŌ. MISERANTE. LIM. HOC. C̄. L̄. K̄. T̄. Ē. ANNO. IIII. C̄S̄. VALENTINIANO. AVḠ. VI. IIIKL. D̄. XVIIII. ANNO. EPT̄VS. RVSTI.....

RVSTICVS. EP̄S. EP̄I. BONOSI FILIVS
EP̄I. ARATORIS. DE SORORE NEPVS
EP̄I VENERISOCĪ. IN MONASTERIO
CONPRĒ. ECCLĒ. MASSSILIENS.
ANNO. XV. EPT̄VS. SVI. D̄. ANN. V. III. ID̄. OCT̄B
C̄. VRSoPRB̄o. HERMETE. DIAC̄o. ET EOR. SĒQ. TĪB

✠

COEP̄. DEPŌN. PARIET̄. ECCL̄. DVD̄. EXVSTAE
XXXVII. D̄. QVAD̄. INFVNDAM̄. PONI. COEP̄I.
ANNO. II. VII. ID̄. OCT̄B. ABSID̄. P. F. MoNTANVS. SVBD̄.
MARCELLVS. GALL̄. PREF̄. D̄I. CVLTOR. PRECE
EXEGIT. EPM̄. HOC. ONS̄. SVSCIP̄. INPENDIA
NECESSAR̄. REPROMITENS. QVAE PER

BIENN̄. ADMINIST̄
SVAE PREBV̄. ARTIFI. B̄.
MERCED. SŌL. ↄC
ADOPER. E CETER. SŌL. L̄ↄ
HINC. OBLAT. SC̄I

EP̄I. VENERI SOL. C....
EP̄I. DYNAMI. L....
ORESI. CC.....
AGROECI. Ī.....
ET DECONIÆ.....
SALVTI.....

Tom. I. Pag. 1226. c. 160. SCIMVS ENIM QVONIAM] Hæc non extant in Concilio Parisiensi ex quo prima capitis istius paro sumpta est. Addita itaque constitutioni synodali sunt à Ludovico Imperatore.

Pag. 1232. c. 171. VT DE REBVS] Certum est hanc constitutionem esse Ludovici Pij, cui etiam tribuitur à Reginone. Et tamen Burchardus eam refert *ex Concilio Matiscensi cap. 7.*

Pag. 1233. CANONES ISAAC] Vetus exemplar ex quo Sirmondus illos edidit extat nunc in bibliotheca illustrissimi viri Karoli Mauritij Tellierij Archiepiscopi Remensis. In is autem emendandiis usus sum duobus antiquissimis codicibus, uno bibliothecæ regiæ, qui fuit olim monasterij sancti Germani Autissiodorensis, alio bibliothecæ Colbertinæ. Præterea in tomo primo Spicilegij Dacheriani pag. 345. ei tribuitur epistola de canone Missæ ad Ioannem Episcopum Pictaviensem. Sed præterquàm quòd nullus istius nominis ea tempestate fuit Episcopus Pictavensis, opusculum illud Isaaco Abbati Stellæ tribuitur in duobus antiquis codicibus manuscriptis bibliothecæ regiæ, & à Bertrando Tissier sub ejus nomine editum est in tomo sexto Bibliothecæ Cisterciensis pag. 104. Sanè in uno codice regio habet hunc titulum: *Domino Patri ac venerabili Pictavorum Episcopo Tsaac dictus Abbas Stellæ obedientiam in Christo & reverentiam. Ecce quod diù multùmque postulasti &c.* Et in fine: *Explicit tractatus Tsaac Abbatis Stellæ de altari Moysi & Christi.* In alio verò sic legitur: *Tsaac Abbas Iohanni Pictavensi Episcopo. Domino & Patri in Christo semper venerabili & dignè amando I. Dei gratia Pictavorum Episcopo T. A. salutem, obsequium, & obedientiam. Ecce quod diù &c.*

Pag. 1283. CAPITVLA HERARDI] Capitula ista placuit conjungere cum Capitularibus Regum Francorum, quia videntur sumpta esse ex Capitularibus, ut adnotamus in margine uniuscujusque capitis.

Pag. 1290. c. 39. PRO QVIBVS ORARE] Olim in Notis ad Agobardum pag. 25. adnotavimus vetustum esse in Ecclesia morem orandi pro Regibus & Principibus. Quod confirmari multis testimoniis posset. Et tamen vir plurimæ lectionis Christianus Lupus, novitate rei commotus, acerbè adversùm me insurgit in tomo tertio commentariorum suorum pag. 425. & omnino contendit falsa esse quæcunque de eo argumento scripta à me sunt. Laudo conatum hominis, sed requito modestiam. Alibi autem commodior erit locus refellendi argumentationes ejus. Tom. I.

DE PASCHA ANNOTINA] Micrologus cap. 56. *Romani annotinum Pascha quasi anniversarium Pascha dicunt: quia antiquitus apud illos qui in priori Pascha baptizati sunt, in sequenti anno eadem die ad Ecclesiam convenere, sunque regenerationis anniversarium diem cum oblationibus solemniter celebraverunt. Sed quamvis hujusmodi anniversarius à paucis usquam observetur, authentici tamen libri ipsum observari debere innuunt, qui nobis lectiones & evangelia sub titulo Paschæ annotini præscribunt.* In lectionario quod sancto Hieronymo tribuitur, & Comes vulgò dicitur, ista leguntur in fine hebdomadæ secundæ post octavas Paschæ: *In Pascha annotino. Lectio apocalypsis &c.* Quo loco vetus codex sancti Petri Bellovacensis cap. 80. habet: *In Pascha annotina.* Et infrà v. Nonas Maij cap. 82. in eodem codice scriptum est: *Evangelium quod legitur in Pascha annotina.* Vetus Breviarium Parisiense: *De annotino Paschæ nota quòd debet semper fieri in crastino octavarum Paschæ anno revoluto aut non revoluto, nisi revolutio in quadragesima evenerit.* Item in alio Breviario Parisiensi MS. in bibliotheca Colbertina: *L'Annotif Pasquel doit estre tousiours fait en l'année revolute, se il ne avient en Karesme.* Hic emendandus est Guillelmus Durandi, cujus hæc sunt verba ex Rationali divinorum officiorum lib. 7. cap. 38. *Annotativum Pascha vocatur quando aliquis diem quo baptizatus est celebrat annuatim.* Vbi nemo non videt legi debere *annotivum*, ut tum dicebant pro *annotinum*. Hanc emendationem esse veram probant duo Rationalis exemplaria manuscripta in bibliotheca regia & vetus editio Romana anni MCCCCLXXIII. ubi legitur *annotivum Pascha*, non *annotativum*. Veteres glossæ Latino-Græcæ: *Annotini*, ἔτησιοι, ἐνιαύσιοι. Et Græcolatinæ: ἐνέσιος, *annuus, anniversarius.* ἐνιαύσιος, *annuus, anniversarius, anniculus.* Columella lib. 4. cap. 24. de vinea colenda: *Vngues custodum annotinos resecato.* Pag. 1294. c. 93.

AD TOMVM SECVNDVM.

Tom. II. Pag. 1. VVARINI] Vocatur vir illuster in præcepto Ludovici Pij quo confirmat commutationem de villa Cluniaco inter eum & Hildebaldum Episcopum Matisconensem factam, quod extat in Notis ad Bibliothecam Cluniacensem. Ei Karolus Calvus abbatiam Flaviniacum dedit. Series Abbatum Flaviniacensium edita à Labbeo: *Marianus successit DCCCXLV. Indictione VIII. & Vvlfaldo sedem reliquit. Quo migrante, Vvarinus Comes dono Imperatoris Karoli præfuit vice Abbatis. & sub eo Sarulfus Diaconus.* Item Hugo Abbas Flaviniacensis: *Marianus anno 1. Caroli viguit. Vvlfadus in anno octavo. Vvarinus Comes & Sarulfus Decanus in anno x.* Hæc erat seculi illius ac sequentis publica in aliquot locis disciplina. Annales Bertiniani: *Anno Domini DCCCLXVII. Hludowicus Abbas monasterij sancti Dionysij & nepos Caroli Imperatoris ex filia majore natu Rotrude v. Idus Ianuarij obiit, & Carolus Rex abbatiam ipsius monasterij sibi retinuit, causas monasterij & conlaborationem per Præpositum & Decanum atque Thesaurarium, militiæ quoque curam per Majorem domus sua commendatione geri disponens.* Karoli itaque Calvi tempore Gerardus fuit Decanus monasterij sancti Dionysij, & Franco Præpositus, ut patet ex præceptis ejusdem Karoli pro eodem monasterio. Anno DCCCLXI. Bernardus Comes Arvernorum erat Abbas sancti Iuliani Brivatensis, & Adalgisus sub eo Præpositus. Vetus charta Brivatensis data anno DCCCLXI. mense Maio: *Sacrosanctæ Ec-* Tom. II.

Tom. II. *cleſiæ ſancti Iuliani martyris vico Brivate, ubi in Chriſti nomine Bernardus gratia Dei Comes ſuper ipſam caſam Dei rectior præeſſe videtur, ſeu & Adalgiſus Præpoſitus ſuper ipſam catervam ſancti Iuliani cuſtos præeſſe videtur.* Item Guillelmus Dux Aquitaniæ, ut patet ex veteri charta anni DCCCXCVIII. in qua hæc leguntur: *Ego in Dei nomine Guillelmus Comes, Marchio, atque Dux cedo Deo ſacroſanctæ Eccleſiæ ſancti Iuliani martyris, qui requieſcit in vico Brivate, ubi ego dono regio abbatiali videor fungere officium, Præpoſitúmque nomine Heldefridum ſub me ad cuſtodiendam canonicam vitam cum Canonicis ſub nobis conſtitutis habere videor.* Item in alia charta data anno DCCCCXIII. idem Guillelmus ſic loquitur: *Adiit ſerenitatem noſtram Arlebaldus Eccleſiæ Brivatenſi à nobis Præpoſitus inſtitutus.* Denique in alia charta ejuſdem Eccleſiæ Brivatenſis data anno quarto regni Karoli ſimplicis: *Sacroſanctæ Dei Eccleſiæ Brivatenſi vico ſitæ, qua vir beatus Iulianus martyr requieſcit cum ſociis ſuis, & cui Guilelmus Comes & Abbas præeſſe videtur, necnon Erlefredus Præpoſitus, ſeu Nectardus Decanus.* Item alia data anno ſecundo regnante Ludovico filio Karoli Regis: *Sacroſanctæ Dei Eccleſiæ ſancti Iuliani martyris vico Brivate &c. quare in Chriſti nomine Vvarinus gratia Dei Comes ſuper ipſa caſa Dei rectior præeſſe dinoſcitur, ubi in Dei nomine Adalgiſus Præpoſitus ſuper ipſam catervam cuſtos præeſſe videtur.*

Pag. 6. c. 3. FAVENTE DEO] Codex Metenſis: *favente Domino noſtram magnificentiam obſervaturam promittimus.*

Ibid. c. 4. MEMORABILI] Ita Sirmondus & tria vetera exemplaria. Sed Bellovacenſis habet *memoriali.*

IVSTITIÆ RATIONEM] Codex Met. *juſtitiam & rationem.*

Ibid. c. 6. ADNECTERE] Ita omnia vetera exemplaria. In editione Sirmondi legitur *advertere.*

Pag. 7. IN LOCO QVI DICITVR IVDICIVM] Charta Hugonis Primicerij Metenſis edita a Meuriſſio in hiſtoria Epiſcoporum Metenſium pag. 112. *villam nuncupatam Iudiacum ſitam in pago Metenſi.* Sic enim illic legendum eſt, non verò *Vigiacum.* Præceptum Karoli Calvi de Eccleſia quæ eſt in villa Iuſſiaca: *quandam capellam in pago Moſlenſi in villa Iuſſiaca.*

Pag. 9. c. 2. SOLVS REX ET SACERDOS] Iſta repetuntur infrà tit. 27. cap. 15. pag. 120. *Idem Deus in carne veniens, qui ſolus Rex fieri potuit & ſacerdos.* Ita tum putabant noſtri. Hincmarus epiſt. 43. nomine Karoli Calvi ſcripta ad Hadrianum II. pag. 712. *Et per Regem Regum ac ſummum Pontificem cunctorum Pontificum, qui ſolus Rex & ſacerdos fieri potuit.* Fortiùs urget epiſtola 41. ejuſdem Hincmari ad Hadrianum pag. 695. in qua ad eum ſcribit nomine procerum Francicorum Papam Romanum non poſſe ſimul eſſe Regem & Epiſcopum: *Et petite Dominum Apoſtolicum ut quia Rex & Epiſcopus ſimul eſſe non poteſt &c.* Inſurgit heic Baronius adverſùs Hincmarum, furioſum illum vocans atque dementem, quia dixerat regna bellis quæri, victoriis propagari, & non Apoſtolici vel Epiſcoporum excommunicationibus obtineri, iſtúmque ſimul Regem & Epiſcopum eſſe non poſſe. Sanè poſtea perſuaſum eſt Romanenſibus Papam eſſe Regem, ut ſuprà adnotavimus ad cap. 319. libri quinti. Sed iſta opinio nondum ſtabilita erat ævo Hincmari. Immo altera certa videbatur. Itaque tum capitale non erat ſi quis regnum dixiſſet in Eccleſia non eſſe; adeóque Hincmarus extra culpam tunc erat, quamquam non extra invidiam. Sic ſancto Bernardo fas fuit libros de conſideratione ſcribere ad Eugenium tertium. Alia fuere Baronij tempora, quia manu ſub dominantis erat. Tom. II.

EPISCOPIS PRIVATÆ] ut Remenſis & Aurelianenſis, de quibus in titulo ſeq. cap. 9. 10.

SAMVEL PROPHETA] Amicus noſter Pag. 11. Ioannes Baptiſta Cotelerius in Notis ad librum quartum conſtitutionum apoſtolicarum pag. 221. admonet legendum heic eſſe *Semeias* pro *Samuel.* Hæc ſunt ejus verba: *In Capitularibus Caroli Calvi tit. 2. cap. 4. corruptè editum eſt* Samuel *pro* Semeias *vel* Semeas. *Qui autem his locis adnotarunt ad marginem textum III. Regum xx. 30. de Ahia, immemores erant conſimilis alterius de Samea ejuſdem libri cap. 12. in Græca editione, quam etiam Theodoritus ac Procopius explicant.*

IN VERNO PALATIO] Capitulorum iſto- Pag. 13. rum auctorem ſe eſſe docet Lupus Abbas Ferrarienſis in epiſtola 42. in qua loquens de Karolo Calvo, hæc ad Hincmarum Remenſem Archiepiſcopum ſcribit. *Si conſiliis,* inquit, *quæ in Verno quæſita & inventa ſunt adquieviſſet, jam eum in pace regnare feciſſet ille de quo ſacræ continent litteræ: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Canones eoſdem ſive, ut vos vocatis, capitula meo ſtilo tunc comprehenſa vobis direxi: de quorum equitate credo ætas poſterior judicabit, & devotionis meæ non erit immemor cordum renúmque ſcrutator.* Certè multa ſunt in his canonibus ſive capitulis quæ ita Lupum ſpirant ut prorsùs neceſſe ſit fateri unius ejuſdémque auctoris eos eſſe cum epiſtolis Lupinis. Ex eo porrò Karolus, quem Lupus perſtringit ob non ſervatos canones Vernenſes, excuſari poſſe mihi videtur quòd ei nondum innotuiſſent, ut conqueruntur Epiſcopi ſynodi Meldenſis, qui ob eam cauſam putant immiſſos à Deo Nortmannos, velut ultores.

HLVDOVVICVS S. DION. ABBAS] Auctor annalium Bertinianorum ad annum DCCCLXVII. ait eum fuiſſe nepotem Karoli Imperatoris *ex filia majore natu Rotrude,* illa nimirum quæ Conſtantino Græcorum Imperatori deſponſata fuerat anno DCCLXXXI. & obiit anno DCCCX. VIII. Idus Iunij, quam ceteri temporum illorum ſcriptores docent majorem natu ſeu primogenitam filiarum Karoli M. fuiſſe. Quare mirum eſt virum clariſſimum Philippum Labbeum ſcripſiſſe hunc Ludovicum fuiſſe filium Rotrudis filiæ naturalis ejuſdem Karoli, nullo interim iſtius rei auctore laudato. Roriconis porrò Comitis filium fuiſſe Ludovicum vulgò tradunt ſcriptores noſtrates.

REDISTIS AD PACEM] nimirum in ſynodo ſecus Theodonis-villam habita in loco qui Iudicium dicebatur, ut vidimus in titulo proximo. Pag. 19.

IMMO PLVSQVAM CIVILEM] Hæc ad- Pag. 15. c. 2.

Tom II. dita sunt ex antiquis exemplaribus. Deerant enim in editione Sirmondi. Hincmarus epist. 9. cap. 5. *Nunc autem quia civile & plusquam civile bellum inter Christianos instare opinamur.* Imitatum ex Lucano in initio Pharsaliæ: *Bella per Æmathios plusquam civilia campos.*

Pag 16. c. 3. Directi a vestra mansvetvdine] Legatos regios quaquaversum ad monasteria mitti postulat synodus qui vitam & mores monachorum inquirant, & ad Principem postea referant. Quam disciplinam videmus constitutam in Concilio Moguntiaco jussu Karoli Magni celebrato. Suprà lib. 5. cap. 143. *Dignum ac necessarium est ut Missi nostri per quæque loca directi simul cum Episcopis uniuscujusque dioecesis perspiciant loca monasteriorum &c.* Invenimus nos in vetustissimo codice Sangallensi capitula quædam ad monachos pertinentia, quibus præfixus erat hic titulus: *Capitula novitiarum de his in quibus præceptum regulæ & constitutiones novellorum Conciliorum acutius nos considerare & promptius exercere jussio imperialis ammonet.* Ex quibus verbis colligi potest capitula ista edita fuisse post Concilium Aquisgranense anni DCCCXVI. & post conventum Aquisgranensem Abbatum. Habemus præterea ex eadem bibliotheca Sangallensi duodecim capitula monachorum ad Augiam directorum, in quorum præfatione ad Abbatem ista leguntur: *Dum regulares monachi venerint, qui jussu imperiali tota cœnobia gentis nostræ, ubi opus fuerit, regulariter instruere debebunt.* Vide epistolam 63. Lupi Ferrarienſis, & quæ nos diximus ad epistolam duodecimam ejusdem Lupi.

Pag. 17. c. 9. Remorvm Ecclesiam] Interim dum sedes Remensis sine pastore erat, Lupus Catalaunensis Episcopus episcopale illic officium exequebatur jussu Karoli Regis. Concilium Suessionense II. actione VI. *Surgens idem Lupus porrexit volumen in quo continebatur, quia metropolis Remorum Ecclesia carebat pastore, jussus est regiis litteris Domni Caroli ut in confectione chrismatis & in aliis necessitatibus, videlicet ut suæ matri Ecclesiæ, pro sua possibilitate in ecclesiasticis negotiis consulere procuraret.* Vide Flodoardum lib. 3. cap. 11.

Ibid. c. 10. Agivm] Ordinatus fuerat Episcopus Aurelianensis anno DCCCXLIV. ut colligitur ex veteri charta sancti Aniani Aurelianensis in qua ipse annum DCCCLIV. Indict. II. comparat cum anno undecimo ordinationis suæ. Extat in antiquitatibus ejusdem Ecclesiæ à clarissimo Huberto editis. Obtinuit autem Agius à Karolo Calvo præceptum de quibusdam villis ad Ecclesiam Aurelianensem pertinentibus.

Ibid. c. 11. De prælatione Drogonis] Sergij II. litteras de prælatione ista edidit Sirmondus ex veteri codice sancti Arnulfi Metensis; & in postica parte folij in quo litteræ illæ descriptæ sunt, ista leguntur: Hvnc librvm Drogo Archiepiscopvs dedit ad sanctvm Arnvlfvm. De negotio porrò de quo agitur in isto capite synodi Vernensis vide lib. 5. de concordia sacerdotij & imperij cap. 44. §. 8. & lib. 6. cap. 29. §. 3.

Pag. 19. Vvenilonis] Archiepiscopi Senonensis.

Erchanradi] Episcopi Parisiensis. Duo, ut alibi diximus, fuere Episcopi Parisienses istius nominis. Et prior quidem sedit regnante Karolo Magno; iste verò sub imperio Ludovici Pij & Karoli Calvi, successoremque habuit Æneam. Vetus catalogus Episcoporum Parisiensium: *Deodefridus Episcopus, Erkanradus Episcopus, Ermanfredus Episcopus, Ynchadus Episcopus, item Erkanradus Episcopus, Æneas Episcopus.* Ex his Erkanradus, Ermanfredus, & Ynchadus omissi sunt in Gallia Christiana. Erchenradi tamen istius nominis primi & Inchadi mentio extat in præcepto Ludovici Pij pro Ecclesia Parisiensi: *Vir venerabilis Inchadus Parisiacæ urbis Ecclesiæ Episcopus detulit serenitati nostræ quandam auctoritatem quam Domnus & genitor noster bonæ memoriæ Karolus gloriosissimus Imperator ad petitionem prædecessoris sui Erchenradi ipsius civitatis Episcopi fieri jussit.* De Inchado jam facta est mentio suprà pag. 1061. De Ermanfredo nihil reperire potui. Itaque cùm Erchenradus cathedram Parisiensem tenuerit tempore Karoli Magni, & Inchadus eidem præfuisse reperiatur anno XI. imperij ejusdem Karoli, manifestum est Ermanfredi pontificatum non fuisse diuturnum. Erchenradus secundus obtinuit à Karolo Calvo confirmationem quarundam villarum quas Inchadus Ecclesiæ Parisiensi dederat, & obiit anno DCCCLVI. aut circiter, ut dicetur ad formulam nonam promotionum episcopalium.

Immonis] Noviomagensis. Vetus catalogus Episcoporum Viromandensium: *Pleon, Guandelmarus, Rantgarius, Folrardus, Emmo martyr. Iste occiditur anno Domini DCCCLX.* Ad eum scribit Lupus Abbas Ferrarienſis epist. 41.

Vocati Archiepiscopi] id est, designati seu nominati, ut nos hodie loquimur. Flodoardus lib. 2. cap. 18. de Vulfario: *jam quoque vocatus Episcopus, adhuc etiam antequam ordinaretur.* Idem lib. 3. cap. 23. *Item pro acceleranda ordinatione Berardi Ecclesiæ Virdunensis electi & vocati Episcopi.* & cap. 24. *Adalgario vocato Episcopo.* Vetus charta Viennensis data anno duodecimo imperij Karoli Magni: *Per consensu Domno & seniore nostro Barnardo vocato Archiepiscopo.* Hinc ergo colligi potest Bernardum fuisse factum Archiepiscopum Viennensem anno duodecimo imperij ejusdem Karoli. In nonnullis quoque chartis Viennensibus scriptum est *Agilmarus vocatus Archiepiscopus.* Sic in Concilio Narbonensi habito sub Karolo M. legitur adfuisse Ragamboldus Diaconus, Diniensis vocatus Episcopus. Facilè enim assentior clarissimo scriptori annalium ecclesiasticorum Francorum, qui de electo & nondum consecrato Episcopo Diniensi heic agi putat. Vide Notas ad epistolam 89. Lupi Ferrarienſis.

Exactationes] Vetera exemplaria Belovacense & Metense habent *exactiones.* Pag. 21. c. 5.

Apvd Tolosam] Hinc colligi posse videtur Karolum coëgisse Tolosam ad deditionem. Nam præcepta ejus data *dum obsideretur Tolosa* annotantur esse data *in monasterio sancti Saturnini prope Tolosam*, hæc verò capitula acta dicuntur *apud Tolosam.* Vir clarissimus Guillelmus Catellus lib. 3. Memoriarum historiæ Occitanicæ Ibid. cit. 5.

TOM. II. pag. 560. existimat Tolosam à Karolo captam sub finem mensis Iunij, argumento petito ex titulo istius Capitularis.

Pag. 23. c. 4. POPVLI ERRATA INQVIRANT] Inquisitio secundùm quam Episcopus inquirere debebat de vita & moribus laicorum extat apud Reginonem in fronte libri secundi de ecclesiasticis disciplinis.

Pag. 26. c. 9. DVOS SCILICET] Antea legebatur *duas*, eáque lectio optima est. Sed nos sequi voluimus auctoritatem veterum exemplarium, quæ *duos* habent. Notum est synodum frequenter masculini generis fuisse per illas tempestates.

Ibid. tit. 6. PRÆCEPTVM CONFIRMATIONIS] Editum fuit à Francisco Didaco in historia Comitum Barcinonensium lib. 2. cap. 4. ex chartulario Ecclesiæ Barcinonensis, ex quo nos quoque exemplum habemus. Hinc ergo illud emendavimus. Putavit vir doctissimus Petrus Casanova præceptum illud esse suppositicium, multáque argumenta protulit ut falsitatem ejus adstrueret. Sed illa tanti non sunt ut adversùs illud præjudicare possint, quod planè sapit modum loquendi illorum temporum, & nihil habet historicæ veritati contrarium. Quòd si suppositum fuisse contenderemus, necessariò fatendum esset fraudem istam admissam esse eo tempore quo veteri libro insertum est ex quo Didacus illud emisit in publicum. At seculi illius stilus adeo alienus erat à stilo ævi Carolini, ea ætas adeo rudis ut certò pronuntiari possit neminem tum fuisse qui potuisset tale figmentum componere.

TERRACIVM CASTELLVM] Infrà tit. XLVI. cap. 2. *Castrum Terracinense*. Hodie Terrassa in diœcesi Barcinonensi, uti pluribus dictum à nobis est in dissertatione de episcopatu Egarensi.

Pag. 30. IN MON. S. SATVRNINI] Habemus nos plurima Karoli Calvi præcepta hoc tempore data in monasterio sancti Saturnini, à die nimirum quinta ante Idus Maias usque ad VII. Kalendas Iulias. Vnde colligi debet Karolum illic fuisse per mensem Maium & Iunium.

EPISCOPOR. AMMONITIONE] Annales Bertiniani ad annum DCCCXLVI. *Carolus apud villam sancti Remigij Sparnacum nomine contra morem conventum populi sui generalem mense Iunio habuit, in quo Episcoporum regni sui pernecessaria admonitio de causis ecclesiasticis ita flocci pensa est ut vix unquam reverentia pontificalis Christianorum duntaxat temporibus sic posthabita legatur.*

Pag. 32. c. 22. PRECARIÆ AVTEM] In canonibus Abbonis cap. 7. caput istud citatur ex *libro Conciliorum tertio capitulo xxij.* Ad quem locum Mabillonius ita disserit: *Cùm verò ex libro Conciliorum tertio id citet Abo, innuit fortasse Concilium Meldense suo tempore in codicibus MSS. habuisse rationem libri tertij inter Concilia quæ à Caroli Calvi principatu ad eum annum celebrata fuerant.* Ego simpliciùs interpretor canonem istum Meldensem descriptum fuisse in libro tertio Conciliorum, habita ratione bibliothecæ in qua Abbo lucubrationem istam conficiebat, quemadmodum in testamento Riculfi Episcopi Helenensis legimus *libros legis duos, unum Romanum, alium Gothorum*, quorum iste poterat citari tanquam liber secundus legis. Chronicon Centulense lib. 3. cap. 3. *Canones collecti de diversis Conciliis volu. II.* Possent adferri & alia exempla. Sed puto rem istam non indigere ampliori probatione. TOM. II.

REGIA DISCRETIONE] Puto meliorem esse lectionem codicis Pithœani, in quo scriptum est *districtione.*

DE QVINQVENNIO IN QVINQ.] In vetustissima collectione bibliothecæ Tellerianæ ista legi de precariis: *Statuimus & monemus quatenus lex per omnia de Ecclesiarum precariis servetur canonica, ut post quinquennium renoventur. Si verò expleto quinquennio renovatæ non fuerint, censemus ut vigorem habeant nullum. Ideo talia decernimus, quia nolumus ut res alienentur Ecclesiæ nec priventur. Hoc capitulum in Nicæna synodo relectum est, conlaudatum, & confirmatum, demùmque in diversis synodis & Conciliis à sanctis patribus est sollempniter roboratum.* Pag. 33. c. 22.

PROPTER SVAM QVIETVDINEM] Vide quæ suprà pag. 1127. dicta sunt de hoc argumento. Ibid. c. 28.

ORNARI] In codice Pithœano legitur, *hortentur & compellant.*

HOSPITALIA SCOTTORVM] Infrà tit. XXVII. cap. 10. *Hospitalia peregrinorum, sicut sunt Scottorum.* Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum pag. 96. *Extat in volumine legum Francicarum caput Meldensis synodi quo Rex admonetur ut hospitalibus tam regiis quàm Scoticis prospiciat, quorum res in longè alium usum ab improbis hominibus vertantur.* Vide Sirmondi Notas ad hunc locum. Pag. 34. c. 40.

FVNITVS] Leg. *funditus*, Error fuit typographi.

IDEM] Codex Bellovacensis, *id est.* Frequenter ista vocabula permutantur in veteribus libris. Exempla passim suppetunt.

PRIOR DEFINITIO] Ista videntur sumpta ex epistola Innocentij Papæ ad Exuperium Episcopum Tolosanum, in qua sic legitur: *De his observatio prior durior, posterior interveniente misericordia inclinatior est.* Pag. 37. c. 68.

DE ALIENO VELLE] Codex Metensis habet, *de alieno velle facere luctu compendium*, ut apud sanctum Gregorium & Reginonem. In Bellovacensi & in meo, *de alieno nullo facere luctu compendium.* In Trecensi, *de alieno ullo facere luctu compendium.* In Pithœano, *de alieno nullo facere compendium.* In Tiliano, *de alieno nullo facere lucri compendium.* Pag. 38. c. 72.

LANTVVERI] In calce codicis sancti Remigij Remensis habentur excerpta antiqua *ex libro Capitulorum Domni Karoli & Domni Hludouvici Imperatorum*, inter quæ legitur ista adnotatio: *Et quia in hostem aut propter terram defendendam aut propter terram adquirendam itur, de lantuveri, id est, de patriæ defensione, non aliter nisi secundùm istum modum in lege aut in capitulis Imperatorum scriptum habemus nisi in anterioribus capitulis de pauperibus Francis, qui * si non habent unde heribannum persolvant,* IV. 67. *ut se in servitium Regis tradant, & tamdiu in eodem servitio maneant usque dum ille heribannus fiat persolutus. Et si mortuus fuerit in eodem servitio, heredes ejus suam hereditatem recipiant, & nec* Pag. 44. c. 5.

Tom. II. *& nec de libertate nec de ipso banno obnoxij fiant. Similiter in posterioribus capitulis de pauperibus Francis ibidem scriptum invenimus ut * unusquisque Comes describat quanti sint in suo comitatu qui per se hostem facere non possunt, ut alios adfanniant, sicut ibi scriptum est.*

* Capitulare anni 819. tit. 3. c. 7.

Pag. 50. c. 2. HERIMANNVS] Vide præfationem nostram ad dialogos Antonij Augustini de emendatione Gratiani cap. 10.

— PERSEVERANTIA LEVITATVM] id est, jocorum ac facetiarum. Infrà tit. XII. cap. 1. de eodem Herimanno legitur eum *sæpe ineptire* solitum. Concilium Ticinense anni DCCCL. c. 4. *Purgetur sanè ab omni levitate atque jactantia dignitas episcopalis.*

Ibid. c. 3. CARNVTVM] Codex Pithœanus habet *Carnotenam.*

FATERETVR] diceret. Flodoardus lib. 3. cap. 21. *se absolutum à præfato Theodorico fuisse fatebatur.* Et cap. 26. *neutrum se concessisse vel concessurum esse fatetur.* Hincmarus epist. 41. ad Hadrianum Papam: *cùm ipse Rex Carolus fateatur hanc regni partem sibi à patre Ludovico Augusto consensu tam Episcoporum quàm ceterorum procerum totius imperij traditam.* Ivo parte 6. cap. 324. *per scripturam se probaturum esse fateatur.* Sunt in ipsis Capitularium libris plurima istius rei exempla.

Pag. 51. c. 6. RAGAMFRIDVM] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 28. scribit *Ansoldo, Gerolo, & Hadrico pro inquisitione cujusdam fratris Ragamfredi ministerialis sui, & ut, si necesse esset, libera salvâque custodia detineretur ne aufugeret, sibique adduceretur. Mandans etiam eidem Ragamfredo, ex auctoritate Dei ac sua præcipiendo, ut cum ipsis in eadem permaneat inquisitione; cui etiam, postquam recesserat, in alienis parochiis immoranti litteras mittit, revocans eum auctoritate canonica ut ad metropolim suam redeat & ejus se humilitati repræsentet; vel si de ipsius judicio queritur, synodo regulari adesse festinet.* Hinc ergo colligi posse videtur Ragamfredum ministerialem Hincmari eundem fuisse qui heic Diaconus Remensis Ecclesiæ dicitur. Apud Doubletum in historia monasterij sancti Dionysij pag. 778. extat præceptum Karoli Calvi datum anno DCCCXLIV. cui subscriptus reperitur Ragemfredus notarius ad vicem Ludovici.

Pag. 53. ISTA CAPITVLA CONSTITVTA] Codex Metensis hæc tantùm habet: *Capitula Karoli Regis junioris facta in monasterio sancti Medardi.* Breviùs in Divionensi: *Capitula Karoli Regis filij Hludowici.* Capitula autem ista renovata sunt anno DCCCLXVIII. apud Compendium.

Pag. 60. c. 2. NEC BENEF. N. PRECARIO IVRE] sive *jure beneficiario & usufructuario*, ut legitur in præcepto Karoli Calvi pro monasterio sancti Germani Autissiodorensis. Ex hoc porrò præcepto, ut illud quoque observemus, colligitur res Ecclesiarum in precariam traditas, tametsi earum proprietas ad Ecclesiam pertinuisset, publicari & ad fiscum transferi potuisse propter negligentiam possessorum, id est, si possessores non implerent functiones regales sive servitia regalia, ut tum loquebantur, quibus res precariò possessa erat obnoxia. Itaque cùm Adelbertus quidam negligentiæ suæ pœnas daret, fiscus cepit possessiones ejus, etiam eas quas precariò tenebat à monasterio sancti Germani Autissiodorensis. Eas verò non aliter recipere potuit monasterium quàm per novam Principis concessionem. Tom II.

SEQVVNTVR CAPITVLA] Titulus horum capitulorum sic habet in antiquis exemplaribus Palatino & Metensi: *Capitula Lotharij Imperatoris & Karoli Regis facta in palatio Valentianas.* Pag. 63.

SILVATICO] Codex Bellovacensis habet *Silvaco.* Extant Karoli Calvi diplomata data in Silvaico palatio regio, quod alibi Silvagium quoque vocatur.

OCCASIONIBVS] In codice Palatino, in Metensi, & in Bellovacensi legitur *occupationibus.* mendosè tamen. Vide quæ suprà adnotata sunt pag. 1045. extrema.

PERFICERE] Iidem codices habent *adimplere.*

PARABOLAVERVNT] locuti sunt. Homilia incerti auctoris in vetustissimo codice S. Galli: *Surdos fecit audire, mutos parabulare.* Ibid. c. 1.

POENITENTIÆ] Codex Bigotianus habet *sententiæ.* Pag. 65. c. 2.

OTLINGVA SAXONIA] Commemoratio de mansionibus & novalibus sancti Salvatoris Cenomanensis: *In Autlingua Saxoniæ unum.* Extat præceptum Karoli Calvi in quo legitur illum Attoni fideli suo dedisse villam Heidram sitam *in comitatu Bajocacinse in pagello qui dicitur Otlingua Saxonia.* Itaque si quis villam illam commonstraverit, simul situm Otlinguæ Saxoniæ demonstrabit. Pag. 69. c. 7.

ARCISISIS] Codex Metensis habet *Archis*, Palatinus *Archisiis.* Pag. 70. c. 10.

HOC EST SACRAMENTVM] In codice Pithœano legitur: *Hoc est sacramentum quod sibi tres fratres Francorum Reges mutuò juraverunt.* Pag. 74. c. 4.

PRÆCEPTVM CONFIRMATIONIS] Ideo illud addidimus Capitulis Karoli Calvi quia apertiùs quàm alia loca ostendit qualiter se gererent Principes in constituendo certo numero Canonicorum in quapiam Ecclesia. Pag. 75.

APVD BONOILVM] vicum agri Parisiensis, ad quem ex Burgundiæ partibus convenisse Vvarinum & Bernardum Comites anno DCCCXXXIV. narrat auctor vitæ Ludovici Pij. Ejusdem loci mentio est in epistola 18. Lupi Ferrariensis & apud Hincmarum in præfatione posterioris refutationis Gotheschalci. Existimabat autem Sirmondus Hincmarum de eo ipso conventu apud Bonoilum loqui cujus acta heic extant, Lupum de alio quodam superiore. Et nos quidem in Notis ad Lupum adnotavimus fieri posse ut indictus conventus fuerit ad Kalendas Iulij, sed Augusto demum mense celebratus. Nunc verò addimus rem esse omnino certam. Habemus enim præ manibus privilegium sanctorum Præsulum apud Bonoilum villam Concilium celebrantium VIII. Kal. Septembris, cui juxta mandatum Karoli Regis interfuit & subscripsit Lupus hoc modo: *Ego Lupus Abba in Dei nomine subscripsi.* Interim verò donec privilegium illud edatur, puto me rem gratam facturum le- Pag. 77.

Tom. II ctoribus si heic nomina Episcoporum & Abbatum descripsero qui Concilio isti interfuerunt, Amalricus Turonensis Archiepiscopus, Vvenilo Senonensis, Hincmarus Remensis, Paulus Rotomagensis. Heribaldus Episcopus Autissiodorensis, Erchenradus Parisiensis, Rothadus Suessionensis, Teutboldus Lingonensis, Hirminfridus Bellovacensis, Balfridus Bajocensis, Herluinus Constantinensis, Herpuinus Silvanectensis, Guntbertus Ebroicensis, Ionas Æduensis, Hariardus Lexoviensis, Hildebrannus Sagiensis, Hildegarius Meldensis, Immo Noviomensis, Agius Aurelianensis, Frotboldus Carnotensis, Pardulus Laudunensis, Elmeradus Ambianensis, Remedius Abrincatensis, Godelsidus Cabillonensis, Braindingus Matisconensis, Prudentius Tricassinus, Dodo Andegavensis, Actardus Nannetensis. Ludovicus Abbas sancti Dionysij, Adalardus Abba, Lupus Abbas Ferrariensis, Heinhardus Abbas, Frodinus Abbas, Odo Abbas Corbeiensis, Hunfredus Abbas Dervensis, Bernardus Abbas, Gautlenus Abbas, Abbo Abba, Arcamboldus Abba, Georgius Abba. item Abbo Abba.

Pag. 84. c. 14. Clericis] In codice Bellovacensi deest hæc vox, próque illa legitur *damus*.

Pag. 85. Adalardvm abbatem] Hemeræus in Augusta Viromanduorum edidit præceptum Karoli Calvi pro Ecclesia sancti Quintini, in quo ista leguntur : *una cum carissimo nobis Comite Adalardo, qui & Abba præfixi cœnobij.*

Pag. 87. tit. 23. c. 1. Illi Episcopo] In codice Palatino & in Metensi legitur : *Hanfrido venerabili Episcopo, Ingiscalco & Berengario Comitibus & ministerialibus ac fidelibus Missis nostris in Domino salutem.* In Bigotiano verò sic : *dilecto nobis Iona venerabili Episcopo & Isimbardo inlustri Comiti Missis nostris salutem.* Vide suprà pag. 70. tit. 14. cap. 11.

Fidelivm nostrorvm] Horum unus fuit Hudalricus Comes & Marchio, ut colligitur ex duobus præceptis Karoli Calvi pro Fredaldo Archiepiscopo Narbonensi ; quæ cùm data sint in Carisiaco palatio xv. Kal. Mart. anno xvii. regni ejusdem Karoli, hæc à manu antiqua in calce unius leguntur, *Hudalricus inclitus Comes & Marchio hoc ambaxiavit*, in alio verò, *Hudolricus inclitus Marchio hoc ambasciavit.* Idem fortasse nominatur Odalricus infrà titulo xxvi. extremo, & in præcepto Karoli Calvi dato anno xv. quod extat in chartulario Ecclesiæ Helenensis lib. 1. cap. 4.

Pag. 95. tit. 24. Item capitvla] Edita sunt ex veteri codice bibliothecæ Bigotianæ. Non extant enim in aliis codicibus. Sunt autem missa ad Missos dominicos, ut patet ex præfatione.

Pag. 97. tit 25. Adnvntiatio Karoli] Titulus iste non extat in codice Palatino, neque in Metensi. Ejus verò loco ista substituuntur : *Capitula Karoli & Lotharij Regis nepotis ejus in Valentianæ.*

Ibid. c. 1. Nostrvm seniorem] Ludovicum Pium Imperatorem, Karoli & Ludovici patrem.

Ibid. c. 2. Occasionibvs] Ita veteres libri & editio Sirmondi. Nos tamen mutavimus propria auctoritate, quia constabat emendationem esse certam & necessariam. Sic suprà in præfatione tituli xiv. perperam scriptum est *occupationibus* in quibusdam codicibus, ut illic monuimus. Infrà hoc titulo in adnuntiatione Karoli legitur : *ex parte pro talibus occasionibus &c.* Tom. II.

Iste meus nepos] Lotharius Rex Austrasiæ, Lotharij Imperatoris filius.

Per mei avvncvli] Sirmondus ediderat *per meos avvnculos.* Emendatum est ex libro Metensi. Pag. 100. §. 2.

Meorvm fidelivm] Sic restitutum est ex codice Palatino.

Mei avvncvli] Sirmondus & aliquot antiqua exemplaria habent *meis avvnculis.* Sed in Palatino scriptum est *meorum avvnculorum.* Certum est autem legi debere uti nos edidimus.

Sacramenta apvd carisiacvm] Edita primò fuerunt à Petro Pithœo inter scriptores coætaneos historiæ Francorum. Ibid. tit. 26.

Volvntarie] lubenter. quod Franci dicunt *volontiers.* Infrà pag. 127. *Voluntariè vobis dono consilium.* Et pag. 144. *Voluntariè faciam.* Pap. 170. cap. 2. *Voluntariè illi erat sicut diligens patruus &c.* Pag. 101. tit. 26.

Divinis legibvs] id est, sacris canonibus. Leges dividebant in divinas sive ecclesiasticas & humanas sive civiles, ut dicitur infrà cap. 5. & tit. xxxii. pag. 148. c. 6. & pag. 150. cap. ult. Pag. 101. c. 1.

Sanctvs Cyprianvs] in tractatu de duodecim abusionibus seculi, qui falsò adscriptus est Cypriano. Illic in duodecima abusione leguntur ea quæ in capite isto commemorantur. Pag. 115. c. 8.

Eidem procvrabo] Leg. *eidem conciliare procurabo*, ut est in codice Bellovacensi. Sirmondus edidit, *conligare eidem procurabo.* Sed idem postea in editione Conciliorum reposuit *eidem conciliari procurabo.* Pag. 131. c. 5.

Britones commvnicantes] Leg. *Britones excommunicatis communicantes.* Ibid. c. 8.

Karolvm Regem] In canonibus Abbonis Abbatis Floriacensis legitur, *Karolum gloriosum Regem.* Pag. 132. c. 11.

Qvi præf. a. inr. tenebat] Hanc clausulam non habet editio Sirmondi. Non extat etiam in canonibus Abbonis. Ac sanè si ea fuisset in codice quo is utebatur, eam non peremisset homo monasticarum rerum studiosissimus. Quare certum esse debet illam defuisse in aliquot exemplaribus istius synodi. Addita est autem ex libro Bellovacensi, ex quo etiam Sirmondus illam reposuit in tomo tertio Conciliorum Galliæ.

Regvlaris] Hæc vox non extat in canonibus Abbonis.

Sanctvs Gregorivs] homilia decima in evangelia. Vide quæ suprà pag. 1082. adnotata sunt. Pag. 135. c. 1.

Consvetvdine olitana] Inter epistolas Francicè scriptas ad Iosephum Scaligerum reperitur num. 79. epistola Ludovici Servini in qua caput istud refertur, & Servinus ingenuè fatetur se nullibi reperire potuisse quæ sit illa consuetudo, Scaligerúmque orat ut si quid de ea noverit, ad se scribat. Consuetudo olitana est

Tom. II consuetudo prisca, vocabulo deducto ab *olim*. Hadrianus primus in epistola 71. Codicis Carolini, *olitana traditione*. Sic enim legendum, non *olitaria*. Idem in epist. 80. *Secundum olitanam patrum traditionem*. Item in epist. 85. *olitana consuetudo proclamatur*. Et epist. 95. *olitana regula*. Idem in epistola adversùs Capitulare Karoli M. de non adorandis imaginibus: *olitanam traditionem sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ Ecclesiæ tenentes*. Epistola Formosi Papæ ad Episcopos Angliæ apud Spelmannum: *ab olitanis temporibus notissimum est*.

Pag. 133. ADVERSVS VVENILONEM] Et tamen ille sedem suam non amisit, sed Karolo Regi reconciliatus illam retinuit, ut docet auctor annalium sancti Bertini. Vide Notas ad epistolam 29. Lupi Ferrarienſis.

Pag. 134. c. 5. OSCELLVS] Sita est ea insula in fluvio Sequanæ, haud procul Meleduno, ut patet ex annalibus Bertinianis ad annum DCCCLXI. Vide epistolam 125. Lupi Ferrarienſis.

QVIDAM A NOBIS DEFICIENTES] Hincmarus in notitia de villa Noviliaco cap. 4. *Deinde Landrada uxor Donati, sed & filij eorum, pergente Karolo Rege ad obsidendos Nortmannos, qui in insula quæ Oscellus dicitur residebant, cum aliis defecerunt*.

Pag. 135. c. 7. VILLA BREONA] Annales Bertiniani ad annum DCCCLVIII. *Karolus Rex per Catalaunos usque ad Breonam villam festinus graditur*. Præceptum Karoli Calvi de Masiaco & aliis villis Ecclesiæ Aurelianensis: *Actum in villa Briona in Dei nomine feliciter*. Vita sancti Corbiniani Episcopi Frisingensis cap. XI. *Romam pergendo, cùm Breones perveniret, juxta sylvam quandam in castris manebat*.. Vide Sirmondi Notas ad Capitularia pag. 778.

Pag. 136. c. 10. DE ABBATIA S. COLVMBÆ] in urbe Senonensi. Vide autem omnino Notas ad epistolam duodecimam Lupi Ferrarienſis.

ECHARDVM] Comitem fortassis Ambianensem. Nam in vetustissimo codice sancti Petri Bellovacensis sic lego: *In Christi nomine. Anni circuli liber Comitis incipit, auctus à Theotincho indigno Presbytero rogatu venerabilis Hechiardi Comitis Ambianensis*.

Pag. 138. ATQVE KAROLVM] Provinciæ Regem, Lotharij Imperatoris filium. Hinc ergo colligitur falsum esse quod in annalibus Metensibus scriptum est, hunc Karolum anno DCCCLVIII. mortuum esse. Præterea auctor annalium Bertinianorum docet eum interfuisse synodo Tullensi apud Sablonarias anno DCCCLIX. quo tempore Karolus Calvus obtulit libellum proclamationis adversùs Vvenilonem Archiepiscopum Senonensem.

CAPITVLA AB OMN. CONSERVANDA] In codice Palatino & in Metensi sic legitur: *Anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCLX. Hæc sunt capitula venerabilium Regum Hlotharij, Hludowici, & Karoli, quæ inter se firmaverunt * pridie Idus Iun. in pago Trejectinse, juxta ipsum locum Trejectum. Vt omnium præteritorum malorum.*

* In cod. Metensi, II. Idus Iunias.

Pag. 193. c. 3. PAREM] Sic emendatum est & heic & infrà ex codicibus Metensi & Palatino. Nam antea legebatur *fratrem*. Tom. II.

BARCANIARE] Litteræ sancti Bernardi Abbatis Clarevallensis de compositione inita inter Hugonem Episcopum Autissiodorensem & Vvillelmum Comitem Nivernensem: *Si ad alios thelonearius Episcopi primus advenerit, & primus barginnaverit, tantum accipiet quantum curia Episcopi necesse habebit*. Puto vocem barginnare heic simpliciter significare ipsam emendi actionem, cùm emptor à mercatore petit quanti merces suas vendere velit. Nam hodieque Lemovices eam actionem vocant barginiare. Nescio autem quid sit barganaticum in præcepto Karoli M. quod à Doubleto editum est in antiquitatibus sancti Dionysij pag. 708. nisi sit locus ubi merces emuntur, ubi mercatus habetur. Pag. 152.

PISTIS] Annales Bertiniani ad annum DCCCLXII. *Carolus omnes primores regni sui ad locum qui Pistis dicitur, ubi ex una parte Andella & ex altera Audura Sequanam influunt, circa Iunij Kalendas convenire facit*. Vide reliqua. Pag. 153. tit. 34.

DCCCLXII.] In codice Divionensi & in Metensi ista referuntur ad annum sequentem.

AB AGRO] Hæc est lectio libri Divionensis. Nam antea legebatur *ab ara*. Pag. 155.

CICVTAS VANITATIS] Rectè idem liber. Nam in Metensi legitur *cunctas vanitates*. Quam lectionem retinuit Sirmondus, quia non viderat exemplar Divionense.

EFFOSSA SVNT] Intelligendum id de sactis sanctorum hominum reliquiis in diversa loca delatis propter metum Normannorum, uti observatum est in Notis ad epistolam 110. Lupi Ferrarienſis. Suppetunt autem istius rei innumera, ut ita dixerim, exempla.

IVXTA DEI PERMISSIONEM] Antea legebatur *juſta Dei permiſſione*. Emendatum est ex codice Metensi. Vide suprà pag. 986.

QVI SE LAVAT IN LVTO] Codex Divionensis, *qui se jactat in luto*. Pag. 158. c. 1.

ANNO INCARNATIONIS] Causam & originem istius conventus explicant annales Bertiniani. Præstat itaque integrum locum, tametsi prolixum, heic describere. Ludovicus Rex Germaniæ directis Missis blandiloquis ad fratrem « suum Carolum, obviam sibi in territorium Tullensem venire petit. Et quia Carolus cum Lothario antè alloqui noluit quàm fratri suo causas « diceret quæ ei in Lothario displicebant, non mediocri querela inde sermonibus est conflictum. « Tandem Carolus cum Episcopis qui secum erant, « Ludoico & Episcopis qui erant cum eo scripto « capitulatim ostendit pro quibus Lothario communicare nolebat nisi profiteretur quòd inde aut cer- « tam redderet rationem aut secundùm auctorita- « tem dignam ostenderet emendationem. Post quam « professionem, sub hac convenientia Carolus & « Episcopi qui cum eo erant in communionem Lo- « tharium receperunt, & scriptas ac Consiliariis « recitatas adnunciationes, quas de illorum con- « ventu debuerunt populo nuntiare, usi consilio « præcipuè Ludovicus & Lotharius Chuonradi sui « Consiliarij, Caroli autem avunculi, qui superci- « liosa, sed frivola & nec sibi adeo nec pluribus « Pag. 163. tit. 35.

Tom. II. » proficua more sueta scientia nitebatur, ne innotescerentur populo causæ quas Carolus Lothario » reputabat, penitùs rejecerunt. Verùm Carolus » contra eorum vota omnibus pleniter notum fecit » quia pro uxore contra evangelicam & apostolicam » auctoritatem relicta, altera ducta est, & » quia uxori Bosonis & Balduino, qui filiam ejus » furatam fuerat in uxorem, excommunicatis communicaverunt, Lothario ante prædictam confessionem communicare nolebat. Sicque condicentes placitum sui conventus in futuro mense Octobrio in confinio Mosomagensis & Vonzensis comitatus, ab invicem secesserunt.

Pag. 165. c. 4. NEPOTI NOSTRO] Lothario Regi Lotharingiæ. Epistola autem Nicolai Papæ scripta ad eundem Lotharium, de qua heic mentio est, quinquagesima prima reperitur inter ejus epistolas. In calce autem epistolæ quinquagesimæ, quæ inscripta est Karolo Calvo, orat obtestatúrque eum Pontifex uti epistolam ad Lotharium scriptam perferri diligenter ad eum curet, itémque eam quæ ad Episcopos regni Astrasiæ scripta erat, quæ est quadragesima nona inter epistolas Nicolai. Ejusdem exemplar tradi petit Episcopis in regno Karoli constitutis. *Quæ verò, inquit, quoniam nobis annuentibus in Galliam abitura repedavit, super ea Episcopis regni Lotharij scripserimus, in epistola quam eis misimus potestis agnoscere, cujusque transcriptum exemplar venerandis antistitibus in regno vestro Ecclesiam Dei gubernantibus vestra tribui gloria faciat.*

QVASDAM AVTEM NOBIS] nimirum quinquagesimam epistolam, in qua Nicolaus Karolum objurgat quòd cùm initio restitisset Lothario divortium meditanti, postea tamen fœdera cum eo injisset, ac assensum suum illi dedisset.

Pag. 166. c. 5. FILIAM NOSTRAM IVDITH] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 23. *Hungario Episcopo pro excommunicatione Balduini, qui Judith viduam Regis filiam sibi furatus fuerat in uxorem, unde & ab Episcopis hujus regni fuerat excommunicatus.* Ibidem cap. 26. Hincmarus monet Roricum Normannum ut eundem Balduinum *per episcopalem auctoritatem propter filiam Regis, quam in uxorem furatus fuerat, anathematizatum nullo modo reciperet.*

EXCOMMVNICAVERINT] in synodo Suessionensi anni DCCCLXII. ut patet ex annalibus Bertinianis.

Pag. 173. c. 2. AD MELDIS] Contigit istud anno DCCCLXII. ut docent iidem annales Bertiniani.

Pag. 176. c. 5. DE MONASTERIIS QVÆ CONIVGI] Hirmintrudi, cui donatum fuit monasterium Kalæ in agro Parisiensi, ut fidem facit præceptum Karoli Calvi in chartulario monasterij Fossatensis.

Pag. 178. c. 11. MONOGRAMMA] Historia translationis sancti Sebastiani cap. 19. *calicem aureum cum patena patris sui Magni Caroli monogrammate insignita.* De monogrammate plura vir clarissimus Carolus Dufresnius in Notis ad Annam Comnenam pag. 253. quem consule.

Ibid. c. 12. SICVT IN ILLORVM CAPITVLIS] id est, lib. 3. cap. 13.

IN QVENTOVICO] Præter monetam in locis heic commemoratis cusam, reperiuntur pluTom. II. res denarij in aliis civitatibus & oppidis monetati, ut seculi illius verbo utar, puta in civitate Cenomanensi, in Biturigensi, Turonensi, & aliis, quorum nos ectypa heic tibi exhibemus.



QVI LIBER EST] In editione Sirmondi legitur *quilibet*. Quo etiam modo legitur in codice Metensi & in Palatino. Nos retinuimus lectionem libri Bellovacensis. Pag. 180. c. 13.

CVM VIRGIS VAPVLET] In codice Metensi scriptum est, *cum virgis cædatur.* Sic etiam in fine capitis sequentis. Ibid. c. 16.

MANVS EI AMPVTETVR] Idem liber, *manus ei abscidatur.* Ibid. c. 17.

CAPITVLO CXXXVI.] Hæc est lectio Pag. 182. c. 19.

Tom. II. codicis Bellovacensis, Metensis, & Palatini. Sirmondus habet *CXLV.* quia caput quod heic laudatur ex libro primo Capitularium, erat CXLV. in superioribus editionibus.

Pag. 183. c. 20. NVDO CORPORE] In codice Palatino & in Bellovacensi legitur, *nudo corio.* Quo etiam modo scriptum est apud Reginonem.

CONTRA INTERD. D. FECIT DIC.] Apud Reginonem legitur: *contra interdictum Dei fecit. Ait enim: Æquus tibi sit modius & sextariis æquus. Et alibi: Mensuram & mensuram odit Dominus. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Quod peccatum inter illa capitalia peccata computatur &c.*

SECVNDVM S. M. C. IVDICENTVR] Regino: *& damnum sustineant, & virgis cædantur.*

Pag. 186. c. 25. AD PERDITIONEM GENT.] Hæc & quæ sequuntur non extant in exemplari Metensi; pro quibus ista illic habentur. *& adjutor gentilium erroris. Igitur pro tali venditione & ausu temerario volumus ut venditor de vita componat, & omnes res ejus infiscentur. Ecclesiasticus verò aut Deo sacrata perpetuo exilio damnentur.*

Ibid. c. 26. CVM SVIS COMITIBVS] Idem codex Metensis habet *cum suis armis.*

INDEBITAM OPPRESSIONEM] In eodem libro scriptum est *cupiditatem aut oppressionem.*

Pag. 188. c. 28. DE ILLIS AVTEM] Cironius lib. 5. observat. cap. 4. putat hanc clausulam pertinere ad leges Karoli Magni, tametsi fateatur non reperiri in libris Capitularium.

Ibid. c. 29. POLYPTICIS] Glossæ veteres Codicis Theodosiani in codice MS. bibliothecæ regiæ: *Polypticos, id est, breves tributi & actionis.* Vetus polypticus sancti Remigij Remensis, ævo Hincmari, nisi fallor, scriptus, extat nunc in bibliotheca Tellieriana. In Bibliis Fossatensibus bibliothecæ regiæ descriptus est polypticus monasterij Fossatensis. Vide Cujacium lib. 4. observat. cap. 27. & Menardum in Notis ad Concordiam regularum pag. 147.

Pag. 190. c. 31. SVVM QVÆQVE .... FACIAT] Pro his ista habentur in libro Metensi, *potestatem habeat recipiendi & sibi conjungendi.*

Ibid. c. 32. HOMINES IECTIVI] Codex Metensis habet *homines fugitivi.* Vide Notas Sirmondi ad hunc locum.

Ibid. c. 33. SVPER QVADRAGINTA NOCTES] In eodem codice legitur, *super quadraginta dies.* Quam lectionem esse meliorem colligi posse videtur ex his quæ postea dicuntur.

Pag. 191. OBSERVARI VSQVEAD SANCTAM] Regino istorum verborum sensum sic reddidit, *usque ad illud die Lunis post octavas Paschæ observari præcipimus.*

Pag. 198. c. 6. VT DE INIVSTIS] Vide lib. 5. Capitular. cap. 110.

INQVIRANT ET EAS] Sic emendavimus ex codice Divionensi & Bigotiano. Antea legebatur, *requirant, ut eas.*

Ibid. c. 9. SICVT IN CAPITVLARIBVS] id est, lib. 4. cap. 50. & lib. 5. cap. 264.

Pag. 200. c. 16. MINISTERIALIBVS MISSORVM] In editione Sirmondi legitur *ministerialibus ministrorum.* Nos heic reddidimus lectionem veterum exemplarium. Tom. II.

ANNO INCARNATIONIS] Titulus iste deest in codice Rivipullensi, in quo hæc tantùm leguntur: *Capitula Karoli Regis atque Ludowici fratris ejus.* Pag. 202.

IN COMPENDIO] Edita à nobis sunt ista capitula anno MDCLXIV. in appendice operum Lupi Abbatis Ferrarienses, descripta ex veteri codice MS. monasterij Rivipullensis. Postea Philippus Labbeus ista adnotavit in margine tomi octavi Conciliorum pag. 92. contra capitula edita anno DCCCLIII. in synodo Suessionensi: *In mss. cod. Rivipullensis in Catalonia monasterij capitulare hoc dicitur Compendiense & anno 868. tribuitur. quod amanuensis errore aut oscitantia evenisse arbitramur.* Verùm non animadvertit vir clarissimus diversa esse capitula, licèt Compendiensia descripta sint ex Suessionensibus. Nam in codice Rivipullensi scriptum est illa facta fuisse in Compendio palatio anno regni Karoli XXVIII. Indictione XV. Porrò Karolum fuisse Compendij X. Kal. Maij Indictione XV. anno XXVII. regni sui patet ex præcepto quod tum ab eo obtinuit Æneas Episcopus Parisiensis. Itaque Capitulare istud factum fuit anno DCCCLXVII. quo Indictio XV. erat, & mense quidem, ut videtur, Aprili. Pag. 203. tit. 38.

IPSIVS QVI LOCVM RETINET] id est, illius qui monasterium possidet, sive Abbas sit monachus, sive Clericus, aut laicus. Nam quia tum Principes pro arbitrio tribuebant monasteria monachis, Clericis, vel laicis, quos seculares vocabant, sic temperanda fuit sententia hujus capituli ut nemini daretur occasio tergiversandi. Ibid. c. 1.

IBI INVENERIT] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 28. scribit *Anselmo cuidam monacho, præcipiens ut describat omnia quæ in monasterio, ut videtur, Altuillarensi ante ipsius Præsulis ordinationem facta vel collata fuerunt, & quæque postea, numerum quoque fratrum ac famulorum eis servientium, & si qua exinde suo tempore dispensata fuerunt, & in quos usus, vel per quas personas; & ita veraciter omnia describantur ut Missi dominici nihil ibi falsum possint invenire.*

ADNVLLATA] Ea enim fuit Normannorum rabies & implacabile odium adversùs Ecclesias & monasteria ut passim destruerent everterentque. Neque verò necesse est ire per omnes regni Francici provincias. Adferam tantùm testimonium Rainaldi Presbyteri & monachi Tutelensis, qui sub Karolo simplice vixit. Is ergo sic loquitur de Ecclesia sancti Petri de Pallajanjas in Lemovicibus: *Post multum verò temporis venerunt pagani qui vocantur Normanni per totam provinciam, & destruxerunt Ecclesias sive monasteria multa; inter quas fuit ista Ecclesia destructa ab eis, & in longa oblivione tradita.* Pag. 204. c. 1.

ABBATIARVM PRÆLATI] Non dicit *Abbates*, sed *abbatiarum prælati*, ob causam quam paulò antè diximus.

IN BENEFICIVM] id est, in feudum. Ea enim fuit illorum temporum calamitas ut coacti sint Principes bona Ecclesiarum dare laicis in feudum; ut his bonis adjuti, faciliùs morari possent Pag. 205. c. 3.

Tom. II. in servitio Principum, id est, militare officium & ceteras functiones regales exercere, ut patet ex Flodoardo lib. 3. cap. 4. itémque ex multis aliis locis.

Ibid. c. 4. CAPITVLARIA] Suprà lib. 1. cap. 5. Vide synodum Sardicensem cap. 17.

Ibid. c. 5. IN EADEM] Ita omnino scriptum est in codice Rivipullensi, sed malè. Legendum quippe est *in alodem*, ut suprà tit. 11. cap. 5.

Pag. 206. c. 8. CONSECRATOS DIES] id est, dies festos qui subsequuntur natale Domini usque ad epiphaniam, ut opinor, quos olim Christiani in maxima lætitia & pietatis operibus transigebant, adeóque propter hanc causam rite dici poterant consecrati.

Pag. 207. c. 11. IN SYNODO] nimirum Suessionensi, quæ anno DCCCLIII. habita est in monasterio sancti Medardi. Nam in ea synodo primùm inventa sunt hæc capitula. Quamquam nihil vetat quin intelligi quoque possit de alia synodo in qua rursum lecta & confirmata sint hæc capitula, Compendiensi nimirum, si quæ tum habita fuit.

PRÆSTARIAS] Apud Reginonem lib. 1. cap. 368. legitur *precarias*. In Notis autem ad eundem Reginonem pag. 574. adnotavimus hæc vocabula confundi olim solita: quia res quæ precario tenebatur, præstata vel præstita dicebatur.

EPISCOPVS AVT] Hæc non habentur apud Reginonem.

Pag. 208. c. 12. VT MISSI NOSTRI] Caput istud in duas partes dividitur apud Reginonem, Burchardum, & Ivonem, apud quos secunda pars incipit ab his verbis, *Neque mancipia ecclesiastica &c.* Hinc in libro tertio Decretalium tit. 19. cap. 3. *Mancipia ecclesiastica nisi ad libertatem non convenit commutari.* Vide Notas ad Reginonem pag. 575.

LIBERTATE FRVATVR.] Sequitur postea apud Reginonem: *Quod enim semel Domino consecratum est, ad humanos usus jam transferri non potest. Ait enim lex: Si quis mutaverit, & quod mutat & quod mutatum est, sacrificabitur Domino.* Vide Notas Antonij Augustini ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 16. cap. 3.

Pag. 211. c. 8. VT PRESBYTERI PARROCHIANI] Vide suprà lib. 1. cap. 142.

Pag. 212. c. 9. DE VNO MANSO] Vide suprà lib. 1. cap. 85. & infrà lib. 5. cap. 100. & 214.

Pag. 213. c. 10. SECVNDVM EVANGELICVM] In codice Bigotiano legitur, *secundùm ecclesiasticum præceptum.* Sed hæc lectio bona non est.

REIP. POTESTATEM] id est, ministrum reipublicæ, Ducem videlicet, Comitem, Vicecomitem, aut alium quempiam ex judicibus publicis, qui in capite sequenti nominantur.

Pag. 214. c. 13. EPISCOPI PRIVILEGIA] Caput istud additum est ex codice Rivipullensi. Non extat enim in ceteris, neque in editione Sirmondi.

CAPVT EPISCOPATVS] sive caput Ecclesiarum totius diœceseos. Eam ob causam Helenensis Ecclesia frequenter in veteribus actis vocatur caput Ecclesiarum Rossilionensium & Vallaspirensium. & sic de ceteris.

ANNO DCCCLXIX.] De toto isto negotio plura notatu digna habet auctor annalium Bertinianorum, & ex eo continuator Aymoini, quos consule. Insurgit autem heic adversùs Karolum Calvum auctor annalium Fuldensium, qui addit eum se Imperatorem & Augustum, quasi duo regna possessurum, appellari præcepisse. quod non memini me alibi legisse. In annalibus Metensibus scriptum est Karolum, postquam Mettis in regnum sublimatus est, inde digredientem, Aquisgrani palatium ingressum esse, *eò quòd sedes regni esse videretur.* Karolus enim Magnus sedem illic imperij constituerat. Tom. II. Pag. 215. tit. 41.

V. IDVS SEPT.] Extat in chartulario sancti Arnulphi Metensis præceptum Karoli eo die datum ad deprecationem Karlomanni Abbatis filij sui, quo donat eidem monasterio capellam in pago Mosellensi in villa Iussiaca in honorem sancti Hilarij Confessoris fundatam & dedicatam. Pag. 215. tit. 41.

METTIS CIVITATE] Dum Karolus in Metensi civitate esset, monachi sancti Martini Metensis ei obtulerunt codicem sacrorum bibliorum elegantissimè scriptum, quem anno MDCLXXV. insigne Capitulum sancti Stephani Metensis dono dedit illustrissimo viro Ioanni Baptistæ Colberto, in cujus bibliotheca nunc servatur. Codex est magnæ molis, picturis & imaginibus ornatus, quarum unam heic tibi exhibemus, lector, in qua vides Vivianum monachum sancti Martini Metensis cum sociis suis offerentem Karolo sacra biblia.

Ad hunc locum pertinet tabella heic adjuncta.

In eandem bibliothecam Colbertinam delatus est, ejusdem insignis Capituli beneficio, liber precum ejusdem Karoli Calvi, literis aureis ad miraculum scriptus, gemmis & ebore vestitus; ut planè descriptus videri possit in epistola Hieronymi ad Eustochium, in qua hæc leguntur: *Inficiuntur membrana colore purpureo, aurum liquescit in litteras, gemmis codices vestiuntur.* Hunc codicem probabile est Karolum Ecclesiæ Metensi sancti Stephani ea tempestate donasse, nimirum post acceptum nuntium de morte Hirmintrudis Reginæ, quæ pridie Nonas Octobris obiit apud sanctum Dionysium quo tempore Karolus erat in villa Duciaco. Nam post extinctam Hirmintrudem, liber iste precum videbatur esse inutilis Karolo, quòd in litaniis in calce libri positis ista legerentur: *Vt Hirmindrudim conjugem nostram conservare digneris, te rogamus audi nos.* Post litanias verò finitas, hæc leguntur: *Hic calamus facto Liutardi fine quievit.* At in initio libri Karolus depictus est in solio regali sedens, coronatus; suprâque caput ejus, quemadmodum etiam in superiori tabella, visitur manus aurea, quasi è cœlo missa, ut indicio esset Karolum à Deo coronatum esse, ut legitur in eidem litaniis: *Vt mihi Karolo à te Regi coronato vitam & prosperitatem atque victoriam dones, te rogo audi me.* Damus heic tibi exemplum illius imaginis, ut tu ipse meliùs judicare possis de toto isto negotio.

Imago hæc poni debet in to. II. pag. 1276.





Tom. II.



Tom. II.

Præter Biblia Metenſia, extat aliud divinorum librorum volumen pulcherrimum, à Karolo Calvo oblatum Eccleſiæ ſancti Dionyſij, quod nunc ſervatur in bibliotheca regia.

Pag. 225. c. 1. REGE ET PRINCIPE NOSTRO] Lothario, qui præterito menſe Iunio mortuus erat Placentiæ in Italia; ad cujus vacuum regnum occupandum Karolus Metas advolavit, ibique ab aliquot utrinſque regni Epiſcopis conſecratus eſt. Ceterùm etſi regni Lotharij integram poſſeſſionem non retinuit, ſucceſſionis tamen hujus epocham, ut heic notat Sirmondus, ſuis deinceps diplomatibus adjecit. Habemus nos præceptum pro monaſterio ſancti Arnulphi Metenſis, quod datum eſt in die coronationis Karoli, ut ſuprà monuimus, & ita adnotatum eſt: *Data V. Idus Septembr. Indictione II. anno XXX. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege, & primo in ſucceſſione regni Clotarij.* Item aliud pro monaſterio Solemniacenſi, in quo hæc ſcripta ſunt: *Data XVII. Kal. Auguſtas Indictione IX. anno XXXVII. regnante Karolo glorioſiſſimo Imperatore, & in ſucceſſione regni Lotharij anno VI. imperij autem ejus anno primo.* Apud Aimoinum lib. 5. cap. 34. extat aliud ejuſdem Karoli præceptum prò monaſterio ſancti Germani datum *anno XXXIX. regnante Carolo glorioſiſſimo Rege, & in ſucceſſione Lotharij Regis anno tertio.*

BASVLAM] id eſt, Baſileam, ut ait Guillimannus in catalogo Epiſcoporum Argentinenſium cap. 25. pag. 123. Hinc ergo emendandi annales Fuldenſes ad annum DCCCLIX. ubi legitur *Baſalam.* pro quo annales Bertiniani legunt *Baſiliam.* Pag. 222. col. 1.

BALMAM] De Balma, Offonis villa, monaſterio ſancti Gregorij, & Mauri monaſterio vide Notas ad Notitiam Aquiſgranenſem anni DCCCXVII. Vide etiam Guillimannum in catalogo Epiſcoporum Argentinenſium cap. 10. pag. 67. Pag. 223. col. 1.

S. STEPHANI IN STRASTBVRCH] Apud Guillimannum pag. 22. & 27. extant præcepta Ludovici Pij & Lotharij pro monaſterio ſancti Stephani Argentotatenſis.

GRANDIVALLEM] in diœceſi Baſileenſi, vulgò *Munſterthal.* de quo mentio fit apud Eccehardum in libro de caſibus monaſterij ſancti Galli cap. 2. Extant in tomo ſeptimo Spicilegij

Tom. II. Dacheriani pag. 184. & seqq. præcepta Lotharij Imperatoris, Caroli Crassi, Lotharij Regis, & Conradi Iurensis pro monasterio Grandisvallis.

Sancti Martini] juxta urbem Metensem, nunc diruta. Huic abbatiæ præfuit Sigilaus tempore Lotharij Imperatoris, ut docent versus positi in fronte textus evangeliorum quem Lotharius obtulit eidem monasterio, cujus frater fieri cupiit, non quidem ut illic monachus esset, sed ut conscriberetur inter eos qui fratres erant illius loci, ad exemplum patris Ludovici & Ludovici fratris, qui fratres erant monasterij sancti Dionysij, ut legitur in tomo quarto Spicilegij Dacheriani pag. 230. Illi porro qui ad communionem orationum & bonorum operum admittebantur, & nomina sua inter nomina monachorum conscribi petebant & obtinebant, fratres conscripti dicebantur, ut docet Vadianus in libro secundo de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 88. Nomina fratrum conscriptorum cœnobij sancti Galli edidit Goldastus in tomo secundo rerum Alamannicarum pag. 184. & monasterij sancti Dionysij Dacherius in tomo quarto Spicilegij pag. 230. Codex ille evangeliorum à Lothario datus monasterio sancti Martini Metensis servatur in præsentiarum in bibliotheca regia, in cujus initio apposita est hæc imago Lotharij. Tom. II.



Tom. II. Pag. 223. COMITATV MOSLENSI] Præceptum Karoli M. pro monasterio sancti Arnulphi Metensis: *Villam nostram nuncupatam Cameneto, sitam in ducato Mosinse in comitato Mettense.* Aliud Karoli Calvi: *quandam capellam in pago Mosensi in villa Iussiaca in honorem sancti Hilarij confessoris fundatam.* Vide Notitiam Galliarum doctissimi viri Hadriani Valesij pag. 363.

Pag. 224. col. 1. SANCTI MICHAELIS] in Vesontione, de quo pluribus dictum est suprà pag. 1094.

S. MARIÆ IN BISINCIONO] fundatum à sancto Donato Episcopo Vesontionensi & matre ejus Flavia, ut docent veteres membranæ à Chiffletio relatæ, quod postea Iussanum monasterium dictum est. Anno MDCVII. cœnobium illud Minimis concessum est ad habitandum, ut tradit idem Chiffletius.

Ibid. col. 2. SCARPONINSE] sic dictum à Scarponna castro vetustissimo à Divoduro Mediomatricorum duodecim millibus passuum distante, ut docet idem Valesius pag. 508. Notitiæ Galliarum. Charta Arnulphi Ducis pro monasterio sancti Arnulphi: *Prædium meum Floriacum dictum, situm in pago Vvabrinse, in comitatu Scarponensi.*

Pag. 225. APVD GVNDVLFI VILLAM] Duos Regum conventus apud Gundulfi villam fuisse reperio, unum anno DCCCLIX. alium anno DCCCLXXII. de quo heic sermo est. Prioris mentio est in præcepto Lotharij Regis Austrasiæ, quod editum est in tomo duodecimo Spicilegij Dacheriani pag. 132. Putavit clarissimus Spicilegij editor datum illud fuisse circa annum DCCCLV. Sed ista contigisse anno DCCCLIX. colligitur ex annalibus Bertinianis, in quibus legitur Lotharium & Karolum fratres apud Karolum patruum fuisse cùm is libellum proclamationis adversùs Vvenilonem Archiepiscopum Senonensem obtulit synodo Tullensi apud Saponarias.

GVNDVLFI VILLAM] in territorio Tullensi. Bulla Hadriani IV. adversùs Matthæum Ducem Lotharingiæ: *pro castello Gundulfivillæ, quod ante civitatem Tullensem erexit.* Gundulfi villæ & palatij regij in ea siti frequens mentio est in annalibus & monumentis illorum temporum. Præceptum Lotharij Imperatoris editum à Ioanne Columbi in libro secundo de rebus gestis Episcoporum Vivariensium pag. 68. *Actum Gondulphi villa palatio regio.* Præceptum Lotharij Regis Austrasiæ paulò antè commemoratum: *Residentibus nobis Gundulfi villa cum dilectissimo patruo nostro Karolo & carissimo fratre nostro æquivoco.* Annales Bertiniani ad annum DCCCLXIX. pag. 238. *Palatium quod Gundulfi villa dicitur.* Item ad annum DCCCLXXII. *Carolus autem à Burgondia ad Gondulphi villam Kalendas Septembris reversitur.* Hincmarus Archiepiscopus Remensis in epistola ad Hincmarum Laudunensem apud Flodoardum lib. 3. cap. 22. *in Gundulfi villa coram Episcopis qui affuerunt.* Responsoria Laudunensis in tomo secundo operum Remensis pag. 613. *quamvis eas litteras in Gundulfi villa susceperis.* Concilium Duziacense in præfatione: *in Vermeria, deinde in Gundulfi villa.* Annales Fuldenses ad annum DCCCLXXX. *Quosdam ex fidelibus suis obviam Legatis nepotum suorum ad villam Gundolfi transmisit.* Item ad annum sequentem: *Rex cum suo nepote Hludovico apud villam Gundolfi congruum habuit colloquium.* Regino ad annum DCCCLXXXIV. *Optimates regni ad Carolum Imperatorem Missos dirigunt, eúmque ultro in regnum invitant, eíque advenienti ad Gundulfi villam obviam procedunt.* Idem ad annum DCCCLXXXV. *Hugo ejusdem Heinrici consilio ad Gundulfi villam promissionibus attractus, dolo capitur.* Karolus simplex in confirmatione rerum Ecclesiæ Tullensis anno DCCCCXII. in villa Embrecha super Rheni fluenta: *Capella in Gondulphi villa.* Vide Notitiam Galliæ clarissimi viri Hadriani Valesij pag. 238. Tom. I.

INFIRMATI] In editione Sirmondi malè legitur *informati.* Certa est emendatio nostra. Simile mendum extat apud Reginonem lib. 2. cap. 108. ubi scriptum est *informatur*, cùm legendum sit *infirmatur.* Contrà in responsione Legatorum Karoli VII. ad orationem à Pio II. habitam in conventu Mantuano, quæ edita est in tomo nono Spicilegij Dacheriani, legitur pag. 326. *Intellexit præterea hæc decreta sacris canonibus antiquorum Conciliorum ac decretis summorum Pontificum confirmari.* Pro quo in veteribus schedis ex quibus ista responsio edita est legitur *conformari*, omnino rectè. Pag. 230. c. 7.

RATIONABILIS NON ESSE VID.] Tolle negationem, & lege, *quæ rationabilis esse videatur.* In editione Sirmondi legitur, *quæ rebellis esse videatur.* Quæ prava lectio ita imposuit summo viro ut etiam in indice voluminis notaverit paginam in qua de rebelli causa agebatur. Emendatum est ex libris Capitularium. Quamquam, fatendum enim est, aliquot vetera exemplaria Capitularis anni DCCCXXIX. tit. 2. cap. 5. habent *rebellis* pro *rationabilis*, ut illic monuimus. Pag. 238. c. 8.

SEPTIMANIÆ ATQVE GALLICIÆ] Nulla Septimaniæ mentio est in canone quarto Concilij Toletani septimi, ad quod respicit hic locus. Sed Frodoinus Episcopus Barcinonensis vim canonis pertinere voluit etiam ad Septimanos. Vnde colligi posse videtur etiam illam Tarraconensis Hispaniæ partem tum accensèri solitam Septimaniæ, saltem quoad causas ecclesiasticas, quia omnes Ecclesiæ tractus illius usque ad Rubricatum subjectæ erant Narboni Septimaniæ metropoli. Pag. 235.

CASTRVM TERRACINENSE] in diœcesi Barcinonensi, ubi olim fuit sedes episcopalis Egarensis. Hodie vulgò Terrassa. Pag. 236. c. 2.

FACTIONE BAIONIS] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 21. scribit Bertulfo Archiepiscopo Trevirensi *pro quibusdam capellis ad villam Duodeciacam pertinentibus, quæ quidam ex parochia Trevirensi usurpabat per factionem cujusdam Presbyteri.*

RICOSINDVS GOTHVS] Causa ista finita est post biennium, tempore synodi Tricassinæ. Habemus enim præceptum Ludovici Balbi tum datum in gratiam Frodoini Episcopi Barcinonensis, in quo ista leguntur: *Concedimus ei agrum suum prope civitatem Barchinonam quem hactenus Godus nomine Recosindus de potestate Ioannis Episcopi tulit & absque lege tenuit.* Hunc Ibid. c. 3.

Tom. II. Ricosindum ego puto diversum non esse à Ricosindo mandatario Salomonis Comitis in causa quam is habebat anno DCCCLXIX. adversùs Vvitizam Abbatem monasterij sancti Andreæ Exalatensis in diœcesi Helenensi, cujus acta extant in chartulario monasterij Cuxanensis.

SANCTÆ EVLALIÆ] id est, cathedralis Ecclesiæ Barcinonensis.

Pag. 237. TIT. XLVIII.] Reponendum est, XLVII. Error fuit typographi, qui continuatus est in sequentibus titulis.

VICARIVM IPSORVM] id est, Ioannem Papam, ut statim dicitur. Olim Romani Pontifices se vocabant vicarios Apostolorum Petri & Pauli, & hoc titulo se ornari ab iis qui ad illos scribebant, quique de illis scribebant, non inviti ferebant. Quare mirum valde est Innocentium III. eò usque audaciæ progressum esse ut negaret Romanum Pontificem esse vicarium Petri aut alicujus Apostoli. Hæc sunt ejus verba lib. 1. epist. 326. ad Episcopum Faventinum: *Nam quamvis simus Apostolorum principis successores, non tamen ejus aut alicujus Apostoli vel hominis sed ipsius sumus Vicarij Iesu Christi.*

Pag. 242. c. 11. QVAS PLEBES APPELLANT] Capitulare Lotharij apud Olonam cap. 20. *Precipimus ut singulæ plebes secundùm antiquam consuetudinem fiant restaurate.* Leo IV. apud Gratianum 13. q. 1. cap. 1. *Ecclesiast. §. Item Leo.* & 16. q. 1. cap. 45. *De decimis justo ordine non tantùm nobis sed etiam majoribus nostris visum est plebibus tantùm, ubi sacrosancta baptismata dantur, debere dari.* Vvalafridus Strabo in libro de rebus ecclesiasticis cap. 31. *Centenarij, qui & Centenariones, vel Vicarij, qui per pagos statuti sunt, Presbyteris plebium, qui baptismales Ecclesias tenent, & minoribus Presbyteris præsunt, conferri queunt.* Epistola Paschalis II. pro Guidone Archidiacono Virdunensi: *Alioqui, donec obediant, divinis officiis careant, & decimas sua plebis amittant.* Charta fundationis monasterij sancti Mauri in territorio Amitertino: *Venerunt Petrus Presbyter de plebe sanctæ Mariæ de Amiterno cum fundatoribus sancti Mauri.* Vide suprà pag. 1067.

Ibid. c. 12. MISSATICI NOSTRI POTESTATE] Vide quæ suprà adnotata sunt pag. 1179. ad caput 67. libri quarti.

Pag. 243. ANSBERTVS ARCHIEPISCOPVS] Subscriptiones istæ sunt additæ ex codice Bellovacensi. Nam horum capitulorum subscriptiones in editione Sirmondi incipiunt à Ioanne Tuscanensi. Ac sanè heic videntur necessariæ, cùm multa diversa habeant à subscriptionibus tituli præcedentis.

Pag. 244. OTRAMNVS VIENNENSIS] Infrà pag. 275. subscribit capitulis conditis in synodo Tricassina. Impetravit à Bosone Rege Provinciæ præceptum de confirmatione rerum & privilegiorum monasterij sancti Andreæ inferioris, in quo id se facere Rex ille testatur *pro remedio gloriosissimæ memoriæ Karoli Imperatoris ac sociatæ conjugis ejus aquè bonæ memoriæ Hirmintrudis atque prole eorum Ludovici piissimi Regis.* Pari reverentia erga memoriam Karoli usum esse eundem Bosonem reperio in præcepto ejus pro monasterio Trenorchiano, quod à R. P. Petro Francisco Chiffletio editum est, & in altero pro monasterio Cariloci, quod nos daturi sumus post Notas. Tom. II.

VVALTERVS AVRELIANENSIS] Recensetur infrà tit. LII. cap. 15. inter rectores Ludovici Balbi, à cujus filio Karlomanno obtinuit restitutionem quarundam villarum ad Aurelianensem Ecclesiam pertinentium. Capitula ejus in veteri codice monasterij Rivipullensis invenit vir illustrissimus Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis, eáque communicavit cum Ludovico Cellotio & Petro Lalandeo. Vterque illa primùm edidit. Sed in editione Cellotij extant menda quædam quæ in supplementis Conciliorum Galliæ non habentur.

GISLEBERTVS CARNOTENSIS] Hujus fortassè sunt capitula Guillelberti Episcopi in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Thuanæ. Videntur autem sumpta utplurimùm ex Capitularibus, ut factum videmus ab Herardo Archiepiscopo Turonensi.

INGELVVINVS PARISIACENSIS] qui infrà tit. LII. cap. 15. recensetur inter rectores Ludovici Balbi, à quo præceptum obtinuit de abbatia sancti Eligij & de villa Gentiliaco. Idem antea præceptum de eadem abbatia obtinuerat à Karolo Calvo, in cujus extrema parte hæc leguntur: *Vt autem hujus nostræ piissimæ largitionis auctoritas potiorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, de bulla nostra insigniri jussimus.* quod & ipsum legitur in alio ejudem præcepto pro Ænea Episcopo Parisiensi. Extat in bibliotheca regia vetus bulla plumbea, in cujus recta parte, ut heic vides, expressius est vultus Karoli Regis, in aversa verò monogramma ejusdem Principis.



Difficile est pronuntiare cujus Karoli sit hæc bulla. Attamen ego in ea sum sententia ut existimem intelligi debere de Calvo. Ioachimus Vadianus in libro secundo de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus pag. 73. ait à se Sangalli visum esse diploma Karoli Crassi in cujus sigillo plumbeo ipse Imperator laureatus cernebatur. In Chronico monasterij Farfensis extat diploma Lotharij Imperatoris, in quo hæc scripta sunt: *Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ firmior habeatur & per futura tempora à fidelibus sanctæ Ecclesiæ & nostris verius credatur & diligentiùs conservetur, more nostro eam subterscribere & de bulla nostra jussimus sigillari.* In chronico monasterij sancti Michaëlis in pago Virdunensi, quod à clarissimo Mabillonio nuper editum est, legitur de Ermengaudo Abbate: *Is quoque Ermengaudus ordinavit & præcepto pradicti Caroli bullato confirmavit quid Abbas &c.* In

TOM. II. Concilio Cabilonensi secundo cap. 41. præcipitur ut Presbyter in alieno loco non recipiatur sine litteris *in quibus sint nomina Episcopi & civitatis plumbo impressa.* Hinc Ratbodus Archiepiscopus Trevirensis apud Reginonem lib. 1. cap. 438. & formula 42. novæ collectionis formularum: *Hanc ergo epistolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, & anulo Ecclesiæ nostræ bullare censuimus.* Vide Sirmondum in Notis ad Goffridum Vindocinensem pag. 42.

Pag. 246. THEOTARIVS GERVNDENSIS] de quo hæc habet Franciscus Diago in catalogo Episcoporum Gerundensium: *Hic 4. Kal. Septembris anno 3. regni Caroli Mani filij Ludovici Balbi (qui fuit 882.) obtinuit ab ipso apud villam Fossianum confirmationem eorum omnium quæ Ludovicus Balbus & alij pij homines contulerant Ecclesiæ Gerundensi. A Carolo autem Crasso Imperatore obtinuit quandam aliam similem confirmationem apud Parisium Kal. Novembris anno 2. imperij ejus in Gallis, qui fuit 888. Constat supervixisse ad minus usque ad 3. Non Junij anni 4. ejusdem Caroli, qui fuit 890.* Habemus nos præcepta Karlomanni & Karoli Crassi heic commemorata, quæ suo loco dabuntur.

XVII. KAL. AVGVSTI] Extat apud me præceptum Karoli Calvi hoc die datum Pontigone palatio imperiali in gratiam Bernardi Abbatis Solemniacensis.

Pag. 251. ADALGARIVS EPISCOPVS] Augustodunensis. Obtinuit is ea tempestate literas à Ioanne VIII. de confirmatione jurium & privilegiorum Ecclesiæ Augustodunensis, quæ postea à Karlomanno, Odone, & Bosone Regibus confirmata quoque fuerunt.

AD VRBAM CIVITATEM] Annales Bertiniani ad annum DCCCLVI. *Ludovicus Imperator Italiæ & Lotharius frater ejus Rex Franciæ cum Karolo puero germano suo apud Vrbam conveniunt.* Iidem annales ad annum DCCCLXXIX. *Karolus Ludovici quondam Germaniæ Regis filius in Longobardia perrexit, & ipsum regnum obtinuit: cum quo apud Vrbam, antequam Montem Iovis transiret, Ludovicus & Carolomannus loqui perrexerunt.* Vicus est pagi Transjurensis ad Vrbam flumen, à lacu Lemano millia passuum circiter XVIII. distans, ut scribit vir clarissimus Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum pag. 623. quem consule.

SEQVITVR GESTA] Ita codex vetus sancti Remigij Remensis. Pro quo alij maluerunt *Sequuntur gesta.* Et tamen olim vulgò *gesta* dicebant in singulari, & *gestas* in plurali, ut in Capitulari tertio anni DCCCXIV. cap. 1. pag. 526. extrema. unde *les gestes* veteribus Francis. In antiquissimo codice MS. collationis Carthaginensis inter Catholicos & Donatistas legitur in calce secundæ cognitionis: *Explicit gesta secunda cognitionis, ubi Donatista dilationem poposcerunt.* Et statim sequitur: *Incipit gesta tertiæ cognitionis.* Et in fine gestorum purgationis Felicis Episcopi Autumnitani: *Explicit gesta purgationis Felicis Episcopi Autumnitani.* Annales Francorum Tiliani apud Duchesnium to. 2. pag. 13. *Hic incipit gesta Karoli Imperatoris.* Hincmari notitia de villa Noviliaco in eodem codice sancti Remigij: *Sequitur gesta quomodo Domnus Hincmarus villam Noviliacam apud Domnum Karolum Imperatorem filium Hludouvici Imperatoris impetravit.* Vide formulas Sirmondicas cap. 3. TOM. I.

XVIII. KAL. IVLIAS] Paulò antè, nimirum III. Idus Iunij, Karolus in Carisiaco palatio constitutus Olibæ Comiti Carcassonensi dedit alodes quosdam in comitatibus Gothiæ consistentes, quos per judicium Francorum amiserat Etilius Berani filius, id est, ut opinor, Beræ Comitis Barcinonensis. Pag. 259.

HONORES APERTI] Honores aperti, ut heic rectè notat Sirmondus, vel aperta beneficia dicuntur cùm vacant. Interim autem dum beneficia aperta sunt, reditus beneficiorum pertinent ad dominum beneficij. Itaque heic in responsione Episcoporum & optimatum regni continetur ut si interim dum Imperator erit in Italia, aliquis Archiepiscopus aut Episcopus defunctus fuerit, vacantem sedem Archiepiscopus aut vicinus Episcopus prævideat cum Comite donec obitus antistitis ad notitiam Imperatoris perveniat. Porrò tum extra controversiam erat usumfructum episcopatus vacantis pertinere ad Imperatorem. Manifestum est istud ex his quæ Baldericus Noviomensis Episcopus lib. 1. cap. 48. narrat de vacatione sedis Cameracensis, nimirum Hincmarum Remensem Archiepiscopum Guntberto, cui Lotharius Imperator contulerat episcopij dignitatem, restitisse, cunctisque ipsius Ecclesiæ Clericis ac Militibus sub anathemate interdixisse ne quis eorum cum adultero pastore ullum assensum aut familiaritatem habere putasset, *usumfructum verò terræ, quod Imperatoris erat, tantummodo commodarent.* Pag. 262. c. 8.

DE CAPPIS] Vir illustrissimus Franciscus Bosquetus in Notis ad Innocentium III. pag. 36. putat capporum vocabulo Iudæos intelligi, & hinc fluxisse eorum appellationem quos vulgus Beneamensium *Capots* & *Gahets* vocat. Contrà Marca lib. 1. historiæ Benearn. cap. 16. §. 9. censet Caporum vocabulum non posse hoc loco explicari de Iudæis, & si quis ipsa Capitularis verba attentè consideret, manifestum esse capos non fuisse nomen sectæ, sed negotiatorum genus qui merces quasdam soli vendebant, sive illi Christiani essent, sive Iudæi, cum hoc tamen discrimine ut mercator Iudæus fisco deberet decimum denarium ex mercibus quas vendebat, Christianus autem undecimum. Emendanda porrò est per occasionem epistola 65. Aviti Viennensis Episcopi, in qua sic legitur: *Viatur paterarum capacitate pro capis.* Vetus codex Viennensis heic habet *cuppis* pro *capis.* Pag. 268. c. 31.

DE SVO ITINERE ROMAM] Hincmarus apud Flodoardum lib. 3. cap. 23. scribit *Episcopis totius regni primoribus, commonens & exhortans eos intemeratam fidem Regi suo Karolo conservare, quando idem Rex Romam perrexit.* Pag. 267.

ANNO INCARNATIONIS] Annales Bertiniani ad annum DCCLXXVII. *Quando Ludovicus Rex filius Caroli Imperatoris fuit coronatus in Compendio, hoc petierunt Episcopi apud ipsum sicut heic subsequitur. A vobis perdonari nobis petimus &c.* Pag. 271.

PATER MEVS A SE ET A ME SER.]

TOM. II. In annalibus Bertinianis legitur, *pater meus se servaturum.* Sed meliorem esse lectionem quam nos retinuimus patet ex promissione Karlomanni.

PER REC. EXH. DEBET] Iidem annales, *debitor est exhibere.*

Pag. 176. HISPANIA ET GOTHIA] Hic locus habet aliquam difficultatem. Hispaniæ enim vocabulo heic non comprehenditur universa Hispania, sed ea tantùm pars provinciæ Tarraconensis quæ Francorum imperio parebat usque ad fluvium Rubricatum. Gothiæ verò vocabulo, ut ego quidem arbitror, intelligitur ea quoque Hispaniæ pars ac præterea Gallia Narbonensis sive Septimania usque ad Atacem fluvium & Carcassonem, ubi constitutus olim erat limes regni Gothici. Vide quæ suprà pag. 1118. dicta sunt de Gothia.

Pag. 281. PETITIO EPISCOPORVM] Post mortem Ludovici Balbi Francorum Regis, filij ejus Ludovicus & Karlomanus regnum inter se divisérunt. Anno postea DCCCLXXXII. mense Augusto Ludovicus excessit è vivis. Tum verò Karlomannus à regni primoribus evocatus recepit partem regni quæ Ludovici fuerat, id est, Franciam & Neustriam. Itaque profectus ad Carisiacum palatium, convocatisque Episcopis & proceribus, in regno Ludovici coronatus est v. Idus Septembris, ut arbitror. Nam codex Rivipullensis, ex quo ista edita sunt, mensem non exprimit. Attamen quia ex annalibus Bertinianis patet Karlomannum in Belgica id est in regno fratris fuisse mense Septembri anni DCCCLXXXII. non vana est conjectura de mense quo petitionem istam factam diximus ab Episcopis.

V. IDVS] Hæc tantùm habentur in codice Rivipullensi, ut jam monui. Et tamen Lalandeus in supplementis Conciliorum Galliæ pag. 359. de suo addidit *Septemb. anno DCCCLXXXII.* cùm interim se describere profiteatur ex editione nostra. Quod mirandum non est in homine qui propria auctoritate, id est, absque ullius vetusti codicis mentione, titulum mutavit epistolæ 115. Lupi Ferrariensis, & epistolam 130. ejusdem, quam ex codice Flotiacensi Sirmondus ediderat cùm hoc titulo *Scriptum servati Lupi ad Papam Nicolaum*, quam verò integram non esse nos olim ostendimus in Notis ad Lupum, ille tamen velut integram dedit, titulum illi & finem pro sua audacia tribuens contra fidem veteris codicis. Itaque apud Lalandeum hic est titulus istius epistolæ: *Reverent. & sanctiss. Domino Patri ac Papæ Nicolao Vvenilo Archie. Senon. & Coëpiscopi ejus.* In fine verò ista addidit: *Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.* Operæ pretium fuit ista adnotare, ne fucus iste imponeret hominibus istarum rerum studiosis.

Pag. 282. IN FERRAR. MONASTERIO] ubi Ludovicus & Karlomannus coronati sunt anno DCCCLXXIX. ab Ansegiso Archiepiscopo Senonensi, ut legitur in annalibus Bertinianis.

Pag. 283. DCCCLXXIV.] Legendum, DCCCLXXXIV. Error fuit typographi.
tit. 3

QVINTO] Ita scriptum est in codice Palatino & in Metensi. Antea legebatur *quarto.* Sed hunc errorem esse typographorum, non verò Sirmondi, patet ex Notis ejus ad hunc titulum.

EPISCOPVS IN CVIVS] Regino in titulo istius capitis scripsit: *Unde suprà.* Quia verò capita duo quæ antecedunt, sumpta sunt ex Concilio Meldensi, Burchardus putavit istud quoque ad eandem synodum pertinere. TOM. II. Pag. 287. c. 5.

DEPRÆDATVS FVERIT] Regino & Burchardus, *injustè fecerit.*

AD EMENDATIONEM] Codex Palatinus addit, *sive ad compositionem.* quam lectionem habent etiam Regino & Burchardus.

ADMONITIONEM] Rectè in codice Palatino & apud Reginonem & Burchardum, *ejus admonitionem.*

ET EMENDATIONEM] Iidem & codex Palatinus habent, *& dignam emendationem.* Item infrà, *usque ad dignam satisfactionem.*

SVIS COEPISCOPIS] Burchardus addit *& omnibus suis parochianis*, quòd putaret haud dubiè necessarium esse ut cùm quis Christianus erat excommunicatus, id in omnium parochianorum notitiam perferretur.

PLACVIT NOBIS] Codex Palatinus addit *& fidelibus nostris*, quæ apud Reginonem quoque extant. Sed non habentur apud Burchardum, Ivonem, & Gratianum, neque in libris Decretalium. In veteri codice Reginonis quo nos usi sumus, hæc verba, *& fidelibus nostris*, erasa sunt heic & in capite quod est octavum in isto Capitulari, sic tamen ut manifesta vestigia supersint veteris lectionis. Extant autem in codicibus quibus in edendo Reginone usus est vir amplissimus Ioachimus Hildebrandus. Pag. 288. c. 7.

SOLI] In codice Metensi & in editione Sirmondi legitur *sibi*, nullo sensu. Emendatum est ex codice Palatino & ex Reginone. Ibid. c. 7.

PRVDENTIA TEMPERATOS] Codex Palatinus & Regino habent *prudentia morum temperatos Presbyteros, qui sua vice superiùs statuta modestè perficiant.*

PLACVIT NOBIS] Idem codex Palatinus & Regino addunt, *& fidelibus nostris.* Vide quæ de hoc argumento paulò antè dicta sunt. Ibid. c. 8.

ERADICANDVM] In Palatino legitur, *eradicandum atque tollendum & tantum bonum plantandum atque statuendum necesse habet &c.* Ibid. c. 9.

SVISQVE CENTENARIIS] Palatin. *suisque Vicariis atque Centenariis.* Pag. 289. c. 9.

POTVERINT, QVOTIES] Idem, *potuerint tam per se quàm cum ministris Ecclesiæ, quoties &c.*

IPSI PAVPERES] In eodem veteri exemplari additur, *super hac re eos appellaverint.*

EPISCOPALEM AVT REGIAM] Codex Palat. *episcopalem aut etiam regiam.* Ibid. c. 10.

SI QVOD INIVSTE] Idem vetus codex: *legaliter quod injustè abstulerit emendare contempserit.*

PARENTVM EIVS] Idem codex, *parentum aut amicorum ejus aliquam inde faidam portare voluerit.*

REGVM TENETVR] Idem codex, *Regum anteccessorum nostrorum tenetur.* Ibid. c. 11.

QVOD SI ALIQVIS] In codice Palatino legitur: *Quòd si aliquis parentum aut amicorum eorum inde faidam portare voluerit, potestativè eam ei jurare faciemus sicut superiùs dictum est.* Pag. 290. c. 11.

Tom. II. *& noſtra regia auctoritate exinde illos juvabimus.*

Iracvndia qvam] Codex Palat. *iracundia aut invidia quam ante contra illos tenebat illud fecerit, hoc Comes eis ante nos ſatisfaciat, ſecundùm quod nobis placuerit, quòd non ob aliud quàm pro rapina ſit actum.*

Ibid. c. 12. Exemplvm omnibvs] In codice Palatino & apud Reginonem & Burchardum legitur *exemplum caritatis omnibus.*

Sicvt Apostolvs dicit] Apud Reginonem & Burchardum legitur *juxta dominicum & apoſtolicum præceptum, & humanitatem præbeant iter facientibus: quia per hoſpitalitatem placuerunt quidam Deo, angelis hoſpitio receptis. Et Dominus in die judicij dicturus eſt electis: Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me. Et Iob dicit: Hoſpitium meum ſemper viatori patuit.*

Qvam præbeant] Codex Palat. *& hoſpitalitatem præbeant.*

Per illam] Ibidem, *per hoſpitalitatem.*

Svsceptis] Ibidem, *receptis.*

Ibid. c. 13. Placvit nobis vt] Ibidem & apud Reginonem legitur: *Placuit nobis & noſtris fidelibus ut Preſbyteri.*

Vendatvr] Codex Palatinus & Regino, *vendant.*

Sicvt in mercato accipivnt] Item codex & Regino, *quanto in mercato vendere poſſunt.*

Pag. 293. Fridervnam] Ioannes Aventinus lib. 6. annalium Boiorum pag. 629. prioris editionis & pag. 501. poſterioris: *Illa à Gracis Irena, hoc eſt, Teutonicè Frideruna, dicta eſt. quod Romanè pacem valet.*

Fridervnam] quam ante ſacratiſſimum pignus ſancti Remigij benedictione olei & conſecratione in Reginam fuiſſe delibutam teſtatur Karolus III. in præcepto de Corbiniaco. Sed coronationis acta nunc non extant. Mortua eſt quarto Idus Februarij, ut docent ejuſdem Karoli diplomata pro monaſterio ſancti Germani Pariſienſis & pro monaſterio Foſſatenſi. Obitus ejus contigit ante annum dccccxviii. Nulli, ut arbitror, liberi ex hoc conjugio prodiere.

Corbiniacvm] Idem Karolus in diplomate de Corbiniaco narrat quomodo Frideruna Regina monaſterio ſancti Remigij Remenſis dedit villam quam habebat *ex dote ſcilicet noſtri regalis connubij, hoc eſt, Corbiniacum in comitatu Laudunenſi, ubi corpus confeſſoris Chriſti Marculphi quieſcit, & Eccleſiam unam in Craunna.* In præcepto verò Lotharij Regis iſta leguntur: *Notum fieri volumus omnium noſtrorum induſtriæ fidelium tam præſentium ſcilicet quàm & futurorum quoniam Dominus Karolus Francorum Rex, avus videlicet noſter, atque inclita conjux ejus Frederuna Regina patrocinia ſancti Remigij Francorum gentis Apoſtoli & ducis glorioſi ſpeciali affectu diligentes & digna familiaritate complectentes, locum ipſius augere & ſublimare devotè ſtuduerunt, & beneficij ſui largitate plura libenter impenderunt. Inter quæ munificentiæ ſuæ votiva donaria, prædicta Regina, annuente idque confirmante glorioſo Rege Karolo, villam Corbiniacum, quam eadem Regina jure dotalicij acceperat atque libera hereditate poſſidebat, pro Regis ac ſua ſalute necnon & peccatorum remiſſione cum manſionilibus & appendiciis ſuis integrè ſancti Remigij loco tradidit.* Tom. II.

Matvlfi] Legendum *Marculfi*, ut planum eſt ex his quæ dicta ſunt.

Regnvm nobis avferre] Charta Pag. 295. Acfredi Ducis Aquitanorum in chartulario Eccleſiæ Brivatenſis cap. 433. *Datum fidei iſtum commiſſum v. Idus Octobr. anno v. quod Franci deinhoneſtaverunt Regem ſuum Carolum & contra legem elegerunt Radulfum ſibi in Regem.* Alia charta ejuſdem Eccleſiæ cap. 41. *Acta xiiii. Kal. Marcij, anno tercio quo Karolus Rex per infidos Francos dehoneſtatus eſt.* Charta monaſterij Nobiliacenſis in diœceſi Pictavienſi: *Data menſe Decembrio anno quarto Radulfi Regis, quando Karolus in cuſtodia tenebatur.*

Seniore ivsto] Vox *juſto* non extat Pag. 296. in Capitularibus, neque in Codice Theodoſiano, c. 1. Videtur autem addita ne Hilduinus objicere poſſet epiſcopium Tungrenſe ſibi datum à domino ſuo fuiſſe. Nam ſi juſtus ac legitimus dominus terræ non erat, ſed pervaſor, donare non poterat epiſcopium. Vox tamen *juſto* reperitur apud Iſaacum Lingonenſem.

VI. Idvs Decembris] Ludovicum Pag. 306. Balbum conſecratum fuiſſe ſexto Idus Decembris tit. 2. docet ipſe in præcepto quo abbatiam ſancti Eligij & villam Gentiliacum confirmat Eccleſiæ Pariſienſi: *Eo ſiquidem pacto ut diem à Deo nobis conceſſæ unctionis, quæ eſt ſexto Idus Decembris, & diem noſtri futuri obitus Præſul memoratus &c. celebret.*

Hermintrvdis fvit consecrata] Pag. 313. Sirmondus in Notis ad hunc locum pag. 817. exiſtimat illam fuiſſe conſecratam poſt mortem Karoli filij, quem anno dcccclxvi. infelici caſu extinctum narrant. Verùm cùm Hermintrudim conſtet fuiſſe conſecratam in Concilio Sueſſionenſi, quod habitum eſt xv. Kalendas Septembris, & Karolum obiiſſe iii. Kalendas Octobris ejuſdem anni, manifeſtum eſt Hermintrudem coronatam fuiſſe ante mortem Karoli. Annales Bertiniani ad annum dcccclxvi. *Antequam iidem Epiſcopi ab ipſa recederent urbe, Carolus eos petit ut uxorem ſuam Hirmintrudem in Reginam ſacrarent, quod & ipſo atteſtante in baſilica ſancti Medardi fecerunt.* Et infrà de obitu Karoli: *Caroli filius nomine Carolus & Aquitanorum Rex, plaga quam in capite ante aliquot annos acceperat, cerebro commoto, diutius epelemtica paſſione vexatus, iii. Kalendas Octobris in quadam villa ſecus Boſentiacas moritur.*

dccccxxiv.] Hoc enim anno Lotharium Pag. 317. Romam profectum eſſe juſſu Ludovici patris docet Eginhardus, *ut vice ſua functus ea quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur cum novo Pontifice atque Romano populo ſtatueret ac firmaret.* Et infrà: *Lotharius verò juxta patris præceptum Romam profectus, ab Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cùm injuncta ſibi patefaceret, ſtatum populi Romani jamdudum quorundam Præſulum perverſitate depravatum memorati Pontificis benevola aſſenſione ita correxit ut omnes qui rerum ſuarum direptione graviter fuerant deſola-*

Tom. II. ti, *de restitutione bonorum suorum, quæ per illius adventum Deo donante provenerat, magnificè essent consolati.* Contigisse ista fine anni, ac forsitan mense Novembri, colligi potest ex vita sancti Rudperti Episcopi Salisburgensis apud Canisium to. VI. pag. 1146. ubi ista leguntur: *Ipse enim Adalramus anno nativitatis Domini DCCCXXIV. pallium accepit ab Eugenio Papa Idibus Novembris, præsente Lothario filio Caroli magni.*

Pag. 319. tit. 2. Ad limina B. Petri] Præceptum Lotharij in Chronico Fatfensi pag. 659. *Igitur ego Lotharius Augustus paterna concordans voluntati & obtemperans jussis, cùm protegente Deo quieta prosperitate ad limina beati Petri principis Apostolorum orationis atque exaltationis ejusdem sanctæ Dei Ecclesiæ gratia venissemus.*

Pag. 320. c. 4. Volumus ut pop. rom.] Vetus nota marginalis in uno codice regio: *Non est putandum populum Romanum ulterius esse interrogandum, quandoquidem Romana lege confessi sunt se vivere eo tempore.* Vide Marcam lib. 5. hist. Benearn. cap. 2. §. 5. & Gallandium in tractatu de Franco alodio pag. 319.

Pag. 321. tit. 3. Incipiunt capitula] Edita fuere Florentiæ anno MDCLXXV. à clarissimo viro Carolo Dato, sed valde mendosa ac mutila. Nos illa emendavimus & supplevimus ex antiquis libris bibliothecæ regiæ.

Curte olonna] sive palatio regio, ut legitur in præcepto Lotharij pro monasterio sanctæ Christinæ in regno Italico. Hinc autem discimus situm Olonæ. Nam cùm in præceptis Ludovici Pij, Lotharij, & Karlomanni monasterium sanctæ Christinæ dicatur situm esse prope villam sive curtem regiam Olonnam, & apud Glabrum Rodulphum in vita sancti Guillelmi Abbatis Divionensis cap. 13. legamus illum, cùm pervenisset ad monasterium sanctæ Christinæ, in gravem morbum incidisse, & postea, cùm paululùm convaluisset, Vercellas venisse, manifestum est Olonam palatium regium in illo tractu fuisse. Referenda autem sunt ipsa Glabri verba: *Ad cœnobium*, inquit, *sanctæ Christinæ perveniens, in lectum decubuit: qui paululùm convalescens, Vercellas devenit, rursùsque ibidem gravius periclitari cœpit.*

Ibid. c. 1. Si liber homo] Vetus nota marginalis in uno codice regio legis Longobardorum: *Hæc lex videtur rumpere legem Ludovici Ut si cujuscunque servus liberam mulierem. Sed non rumpit: quia illa respexit de femina ducta à servo in servitute revera constituto, hæc verò de ducta, non à servo, sed à libero postea propter maleficium servo facto.*

Pro aliquibus causis] *id est, pro debito vel crimine*, ut ait glossa interlinearis in alio codice regio.

Ibid. c. 3. Capitulare Domni Karoli] quod in libro secundo Capitularium habetur cap. 40.

Pag. 322. c. 3. Volumus ut cum collecta] Extat hæc lex in libro secundo legis Longobardorum tit. 46. cap. 2.

In palatio] Sic habet editio Florentina istius Capitularis. Codices regij habent *in palatium*. Apud Boherium & Lindenbrogium verò, *ad placitum*. quam lectionem puto esse meliorem.

Tom. II.

Comitis] In uno codice regio legitur *Regis*, vitio hauddubiè librarij.

In potestate Episcopi] Vide Ianum à Costa in librum secundum Decretalium pag. 297. Ibid. c. 6.

Scubiis] In libro tertio legis Longobardorum legitur *excubiis* in antiquis libris & editionibus. Ibid. c. 11.

Præceptum emunitatis] In eodem libro legis Longobardorum legitur, *præcepta emunitatum impedimentum non præstent.*

Vt Cancellarii] quos nunc Notarios vocamus. Itaque Nicolaus Boherius hanc interpretationem huic loco adjecit: *Nota Notarios debere esse bonos & veraces.* Ibid. c. 12.

De pecunia] In uno codice regio scriptum est *de substantia.* quæ lectio fluxit ex interpretatione. Nam *pecunia accipitur hic pro qualibet substantia*, ut ait vetus nota marginalis in eodem codice regio. Vide quæ suprà dicta sunt ad caput 14. libri tertij.

De pecunia] Vetus nota marginalis in uno codice regio: *Vt non scribat venditorem pecuniam suscepisse nisi prius sit soluta. Aly ita dicunt de pecunia, id est, de contractu cùm pecunia datur, nisi prius cartam scribat quàm pecunia fuerit soluta.*

Antequam leg. pretium] Eadem glossa: *Hic dupliciter intelligi potest, id est, ut non antè scribat de pecunia, id est de re, vel non antè scribat quàm legitimum pretium de pecunia detur.* Alia glossa sic habet: *antè scribat de re vendita quàm pretium numeratum sit. vel aliter, ut non scribat instrumentum de pretio dato antequam pretium sit numeratum.*

De Cancellariis] Vetus nota marginalis in posteriori codice regio: *Hæ in lege dicebant quidam, priusquàm cartula facta esset ante veraces homines, quòd falsa appellari non posset. Quod nequaquam verum est.* Pag. 323. c. 13.

Vt mulieres romanæ] id est, mulieres quæ secundùm legem Romanam vivebant antequam virorum consortio usæ fuissent. Vide Notas ad Salvianum pag. 394. secundæ editionis nostræ. Ibid. c. 14.

Singulæ plebes] id est, Ecclesiæ baptismales, ut legitur in titulo XLVII. capitulorum Karoli Calvi cap. XI. ubi vide Notas nostras. Capitula Ludovici II. tit. 3. cap. 1. *de restauratione plebium.* Pag. 324. c. 20.

De feminis] Vide suprà pag. 1051. ubi monuimus eam legem tribui Karolo M. in libris editis legis Longobardorum. Ibid. c. 23.

Lex longobardorvm] id est, Liutprandi Regis, lata anno XVI. regni ejus, quæ habetur etiam in libro secundo legis Longobardorum tit. 6. cap. 1.

Capitulare genitoris nostri] Ludovici Pij, quod extat in libro quarto Capitularium cap. 19. Quod rectè notavit auctor glossæ in uno codice regio legis Longobardorum. *Hic respexit*, inquit, *legem Ludovici retro, Si quis res suas pro salute animæ suæ, suprà de ult. vol. l. ult.* Pag. 325. c. 24.

Sicut lex] Vetus glossa interlinearis in Ibid. c. 28.

Tom. II. uno codice regio : *Recolit legem Liutprandi Si mulier libera &c. i. e. Et per hoc de Longobardis tantummodo mulieribus loqui videtur.* Hæc Liutprandi lex descripta reperitur in libro secundo legis Longobardorum tit. 9. cap. 3.

Ibid. c. 29. SICVT IN CAPITVLARE CONTINETVR] id est in libro quarto Capitularium cap. 57.

Pag. 326. c. 31. SI QVIS ALIQVEM] In capitulis quæ Philippus Labbeus edidit in tomo septimo Conciliorum pag. 1553. ex schedis Sirmondi, istud quoque reperitur cum hac præfatione : *Concessas quoque petitiones vestras considerauimus, etiam ea quæ ad nos sampridem pervenerunt, & ad resecandas malorum insidiationes hisdem adjungere capitulis, id est. Si quis aliquem de aliquo mallaverit negotio &c.* Vide capitula Ludovici II. tit. 2. cap. 5.

Pag. 327. tit. 4. HÆC SVNT CAPITVLA] Edita sunt in tomo septimo Conciliorum pag. 1551. ex schedis Sirmondi.

Ibid. c. 1. QVOD AD OLONAM FECIMVS] Hinc patet Capitulare ad Olonam non esse integrum. Nihil enim illic legitur de Ecclesiis emendandis.

DESTRVANTVR] juxta legem Karoli M. quæ extat in appendice prima libri quarti cap. 28.

SECVNDVM IVSS. GENITORIS N.] quæ libro primo inserta est cap. 85. ubi vide Notas nostras.

Ibid. c. 2. CVM FVSTE] Iam monuimus ad caput 14. libri 4. in codice legis Longobardorum scriptum esse *cum furore*, & furorem heic accipi pro fuste.

Pag. 341. tit. 6. DE RESTITVTIONE EBBONIS] Epistola Episcoporum Concilij Tricassini ad Nicolaum Papam : *Defuncto autem eodem Imperatore, Hlotharius ab Italia in Franciam venit. Cui ad Vuormaciam civitatem Ebbo, deducente Bosone Abbate, cui commendatus ad custodiendum fuerat, occurrit ; eique Hlotharius post aliquot dies per edictum imperiale, quod in altera schedula vobis mittimus, sedem & diocesim, consentientibus & cooperantibus non paucis Episcopis, sicut ibidem est scriptum, restituit.*

Pag. 345. CAPITVLA DE REBVS] Edita sunt ab Henrico Canisio post capitula apud Ticinum sancita anno DCCCL.

Pag. 347. tit. 2. CAPITVLA EDITA AN. DCCCLIV.] vel potiùs DCCCLV. exeunte, Indictione quarta. Tum verò agebatur annus sextus imperij Ludovici, ut colligi potest ex his quæ dicta sunt in Notis ad Gratianum pag. 435. Illa cùm Labbeus invenisset inter schedas Sirmondi, descriptàque illic essent post capitula Lotharij addita ad legem Longobardorum, putavit is esse revera Lotharij, & ad annum DCCCXXVI. retulit.

EORVM] In editione Labbei legitur *Episcoporum.* quod melius est.

POPVLI SALVAT.] Apud Labbeum, *populi pacem vel salvationem.*

Pag. 349. c. 1. EIVS] Hæc vox redundat, & non habetur in editione Labbei.

Ibid. c. 2. PATRES NOSTRI VEL NOSTRI] Editio Labbei, *reclamaverunt vel patris nostri super eos superstites &c.*

PATRONO EIVS] Labbeus, *patroni omnia cum lege emendent, & insuper pro incauta præsumptione ban. no. componant.* Tom. II. Pag. 350. c. 3.

DE CHARTIS] Vide capitula Lotharij tit. 3. cap. 25. Ibid. c. 5.

RESERANDAS] Leg. *resecandas.*

CAPITVLIS] Sequitur postea in editione Labbei, *id est. Si quis aliquem de aliquo mallaverit negotio &c.* Repetit autem heic Ludovicus constitutiones Lotharij patris quæ inter capitula ejus habentur tit. 2. cap. 31. & seqq.

Postea sequuntur in editione Labbei duo capitula alio tempore superioribus addita, quæ quoniam non constat ad quem Principem referri debeant, ad Lotharium ne, an ad Ludovicum, suis locis non reddidimus. Quamquam huc magis inclinat animus ut existimem esse Ludovici. Sic ergo habent.

Alio tempore dictus serenissimus Augustus instituere prævidit capitula.

I. Si quislibet Episcopus, Abba, vel Comes in propria sede vel domo aut villa residet, homines ipsius deprædationes fecerint, messes vel prata defensionis tempore devastaverint, & hoc cognitum absque injusta dilatione non emendaverint, & factori condignam castigationem non imposuerit, ipsum malum ut lex est emendare cogatur, & insuper quadraginta dies & noctes vino & carne abstineat.

II. Per viam quoque ad palatium veniens aut rediens cuicunque homines rapinam fecerint, & cognito statim non emendaverit, & factori condignam castigationem non imposuerit, omnia quæ rapta sunt ut lex est emendare cogatur, & insuper triginta dies à carne & à vino abstineat.

ANGILBERTVS ARCHIEPISCOPVS] Mediolanensis. Pag. 351.

ANDREAS PATRIARCHA] Aquileiensis. Sed aut falsi sunt catalogi antistitum Aquileiensium, aut Andreæ nomen heic perperam positum est pro nomine Theodemari, quem anno DCCCL. fuisse Patriarcham Aquileiensem scriptum est in præfatione synodi Ticinensis.

IOSEPH ARCHICAPELLANO] qui Episcopus & Archicapellanus dicitur in eadem præfatione synodi Ticinensis. Fuit autem Episcopus Eporediensis. Hinc autem colligi potest Archicapellani dignitatem jam tum prolabi cœpisse in palatio Regum Italiæ. Nam antea Archicapellani qui Episcopi erant, primum locum super Archiepiscopos obtinebant, etiam in Conciliis, ut alibi dictum est. Heic verò Ioseph Archicapellanus postponitur duobus Archiepiscopis.

QVOD GENITOR VESTER] Vide suprà tit. 4. capitularium Lotharij cap. 1. Pag. 354. c. 7.

ADMONITIONE] id est, auctoritate, edicto.

Tom. II. Pag. 355. c. 13. Pag. 356. c. 17. POSSVNT] Dubium est utrum heic *possint* legi debeat aut *poscunt*.

PETIMVS ETIAM] Vide Bignonij Notas ad Marculfum pag. 877. ubi hunc quoque locum refert.

Pag. 357. tit. 4. CONSTITVTIO PROMOTIONIS] Capitula ista editionis honore donata sunt à Camillo Peregrinio, qui ait illa constituta esse anno, ut citiùs, DCCCLXVI. exeunte.

Ibid. c. 1. QVALITATEM] Hæc vox corrupta haud dubiè est. Legendum est *æqualiter* aut aliquid simile.

Pag. 368. SI QVOS CVLPATORVM] Ivo Carnotensis epist. 171. caput istud reperisse se ait *in libro capitulorum regalium auctoritate Episcoporum constitutorum*, & in Decreto ex libro septimo Capitularium, uti suprà pag. 1259. monuimus. Quod cùm Iuretus non inveniret in libris Capitularium, huc descendit ut existimaret Ivonem usum esse codicibus amplioribus quàm sint cusa exemplaria. Savaro verò in Notis ad Sidonium pag. 85. Pithœum & Iuretum reprehendit quòd constitutionem illam ab Ivone laudatam putaverint sumptam ab illo esse ex Capitulis Karoli Magni, cùm simpliciter sumpta dicatur *ex libris capitulorum regalium*, id est, ut Savaro interpretatur, ex Concilio Toletano. Sanè certum est illam extare in Concilio Toletano duodecimo. Sed cùm veteres consueverint referre constitutiones Karoli M. & ceterorum *ex libro capitulorum regalium* sive *imperialium*, ut apud Hincmarum epist. 29. pag. 320. & in Concilio Trosleiano & alibi, manifestum est Ivonem esse locutum de codice Capitularium ab Ansegiso & Benedicto Levita collecto. Nam quòd hodie caput illud non reperitur in illo codice, puto hinc evenisse quòd cùm in exemplari quo Ivo utebatur deessent aliquot capita sub finem libri septimi, studiosus aliquis hunc hiatum supplevit ex aliis Capitulis regalibus, excerptis videlicet à Karolo M. aut ejus filio & Episcopis Gallicanis, ut tum solebant. Quippe hoc capitulum religiosè olim custoditum à patribus nostris fuisse constat ex his quæ à viris clarissimis observata heic sunt, tum etiam ex epistola Gerberti ad Vvilderodum Episcopum Argentinensem, in qua loquens de Arnulfo Remensi Archiepiscopo ait: *Sed cùm à se fautores maximos nequitiæ suæ discedere sensit, territus, Regem adiit, novisque sacramentis ac novis rerum conditionibus regiæ mensæ particeps factus est; atque ita iræ Regis sedata, omni crimine se exutum credidit.* De sensu porrò istius capitis vide Marcam lib. 4. de concordia sacerdotii & imperij cap. 14. §. 6. 7. & Seldenum in libro primo de synedriis veterum Ebræorum cap. 10. pag. 355. Tom. II.

NOTÆ AD MARCVLFVM.

Pag. 369. MARCVLFI] Variæ sunt eruditorum hominum sententiæ de ætate Marculfi. Quidam enim vixisse putant sub finem primæ stirpis Regum Francorum, alij Karolo M. regnante. Vide M. Antonium Dominicy in tractatu de treuga & pace, Labbeum in tomo sexto Conciliorum pag. 530. & sequenti, Launoium in assertione inquisitionis in chartam immunitatis B. Germani Parisiensis pag. 619. Quatremarium in privilegio sancti Germani propugnato pag. 113. & Conringium in censura diplomatis Lindaviensis pag. 210.

LANDERICO] In codice Pithœi legitur *Glidulfo*.

Pag. 372. LIRINENSIS] Præceptum Lotharij Imperatoris pro monasterio Sabinensi apud Duchesnium tomo III. pag. 660. *Sed ita immune & liberum esset sicuti cetera monasteria infra regna Francorum constituta sunt, id est, Luxoviensium, Lirinensium, & Agaunensium.*

Pag. 386. c. 18. CVM ARIMANIA SVA] In exemplari regio legitur, *cum arma sua*. Et juramentorum super arma frequens mentio est in lege Longobardorum: quæ quonam modo fierent explicat caput ultimum tituli XVI. legis Bajuvariorum. Retinuimus tamen lectionem quæ *arimania* habet propter rationes quas Bignonius heic affert pag. 899.

Pag. 387. c. 21. PROPTER SIMPLICITATEM] Vide Ianum à Costa in librum primum Decretalium pag. 237.

Pag. 414. c. 12. DVLCISSIMA FILIA MEA] Vide Cujacium lib. 8. observat. cap. 14.

SERVO MEO SECVTA ES] Vide epist. 15. & 16. Einhardi. Pag. 422. c. 29.

Pag. 423. c. 30. REPVDIANDI LOCVS PATET] In veteri codice archivi regij Barcinonensis extat vetus charta de divortio inter Guillelmum Raymundi de Moncada Seneschallum Comitis Barcinonensis & uxorem ejus Beatricem facto anno MCXXXV. cujus mentionem facit Franciscus Diago lib. 2. cap. 139. historiæ Comitum Barcinonensium. Sunt qui putant divortium intercessisse propter affinitatem quæ inter conjuges erat. Sed in veteri charta nihil legitur istiusmodi.

Pag. 443. c. 12. BITORIGE] Bignonius & Sirmondus ediderunt *Biturige*, quia sciebant literas *o* & *u* frequenter invicem permutari solitas à veteribus librariis. Sed tamen retinendam in hoc loco esse lectionem regij codicis probant sequentia, ubi Ebroinus ait se his literis commendatitiis addidisse quartam civitatis suæ literam, id est, Ω, quam illi contra veteris exemplaris fidem mutarunt in Y.

Pag. 444. c. 13. DOMNI NOSTRI ILL.] Ita vetus exemplar. Editiones habent, *Domini nostri Caroli*. Quæ sanè lectio bona est. Sed nos secuti sumus auctoritatem veteris codicis.

Formula ista non extat hoc loco in codice regio, sed in initio voluminis, quod habet hunc titulum: INCIPIVNT CARTAS SENICAS. QVALES CVMQVE QVESIERIS, IBI INVENIES. Vetus codex notarum quæ Tyroni tribuuntur MS. in bibliotheca regia: *Incipit prologus de notis senicis.* Philippus Labbeus in Specimine

Tom. II. Specimine antiquarum lectionum pag. 44. commemorat codicem Puteanum cum hoc titulo : *Liber notarum Senici.* Nonius Marcellus : *Senica significat senex. Pomp. Pistoribus : Pappus hic medio habitat senica, non sescuncia. Idem Præcone posteriore : Sed me exercet senica nequam neque illo quid faciam scio.*

Pag. 455. c. 37. VIRA] id est, uxore. Sic conjuga apud Symmachum lib. 3. epist. 24. *Non prius conjugam tibi quàm sobolem accessisse cognovi.* Et lib. 8. epist. 19. *obsessam à morbo conjugam.* ubi vide Notas doctissimi viri Francisci Iureti.

Pag. 457. c. 40. DE LVCTVOSA HEREDITATE] Luctuosa est portio quam parens ex filij defuncti bonis capit, id est, quarta portio de rebus filij, ut interpretatur Anianus ad l. 2. Cod. Theod. de inoffic. testamento. Vide legem Vvisigothorum lib. 4. tit. 2. cap. 18. Inter schedas illustrissimi viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis reperi illum ista adnotasse ad gesta judicij cujusdam à Bono judice habiti, quæ extant in chartulario Ecclesiæ Barcinonensis : *In sententia lata à Bono judice palatij anno xxxiij. regnante Roberto Rege dicitur mater propter quasdam hereditates luctuosas filiorum suorum possidere alodium quoddam. Vnde patet sensus hujus dictionis, quæ extat in aliis actis, PER LVCTVOSAM.*

Ibid. c. 41. CONSTRIS] id est, custrix, sive custos, ut Bignonius emendavit. Vide formulam superiorem.

Pag. 467. SECVNDVM LEGEM ROM.] In veteri codice ex quo formulæ istæ editæ sunt nullus extat titulus. Bignonius hunc illis præfixit ut facilius à ceteris discernerentur, ea de causa quia ferè omnes iis scriptæ sint qui lege Romana uterentur.

Pag. 475. c. 12. QVI DEBITVM] Hanc formulam descripsit Regino lib. 1. cap. 401. & post eum Burchardus lib. 2. cap. 30. & Ivo parte 6. cap. 131.

EAT, PERGAT] Regino, *eámque pergat.* quod melius est.

Pag. 477. CONIVNCTA NON SOLVVNTVR] Secuti heic sumus auctoritatem codicis regij. Nam Sirmondicus habebat *contracta.* Apud Anianum in interpretatione Pauli legitur *conjuncta.*

Pag. 493. c. 43. IN MATRIAMEN TANTVM] In veteri codice legitur *in matriam tantù membra.* Pro quo Sirmondus legit *in atriamentum membra.* Bignonius emendavit *in atriamento membra.*

Pag. 501. c. 13. NAVFRAGATA] Malè antea legebatur *naurata.* Annales Bertiniani ad annum DCCCLXX. de Ludovico Rege Germaniæ : *De quodam solario vetustate confecto sub lignis cecidit, & aliquantulum naufragatus in brevi convaluit.* Præceptum Karoli M. in Chronico Laurishamensi : *Helmericus Abba nobis innotuit eò quòd carta per diversa loca Ecclesiæ suæ sancti Nazarij perditæ fuissent & naufragata.*

Pag. 505. c. 19. IMAGINARIO IVRE] Vetus glossarium bibliothecæ regiæ : *Imaginarius, subposita persona.* Collatio prima Carthaginensis cap. 65. *Pervidet jam hinc præstantia tua duos in uniùs plebe fuisse imaginarie constitutos.* Concilium Turonense II. can. 3. *Vt corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur.* Vide Notas ad Gratianum pag. 428.

Pag. 561. c. 8. VLTIMISSIMA] Libellus precum Marcellini & Faustini pag. 87. *Nesciens quòd Christi Dei gratia etiam minimissimis servulis ejus patrocinetur.* Edictum anni duodecimi Liutprandi Regis Longobardorum cap. 9. *De Gasindiis verò nostris volumus ut quicunque minimissimum in tali ordine occisus fuerit.* Vide Notas Holstenij ad acta sanctarum Perpetuæ & Felicitatis pag. 91. in editione Parisiensi.

Tom. II.

DVM LEGALITER] Formula ista usus est Vvidilo quum filium suum Amblulfum offerret in monasterio Novaliciensi, tempore Karoli Magni. Erat etiam in usu in monasterio Cluniacensi, ut patet ex antiquis consuetudinibus ejusdem monasterij lib. 3. cap. 8. Ea etiam usus est Pontius Comes Impuritanensis anno MLXIII. quum filium suum Petrum offerret in monasterio sancti Petri Rodensis. Vide etiam formulas à Gallandio editas in tractatu de franco-alodio pag. 331.

Pag. 574. c. 31.

SVOS TRADERE FILIOS] Homilia incerti auctoris in Dominica octava post Pentecosten in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Lugdunensis : *Sunt multi in sancta Ecclesia qui ab ipsis infantiæ suæ cunabulis mancipantur Dei servitio, & omni tempore vitæ suæ immaculatè Deo servire student, sive in monastico ordine, sive in canonico.* Illud à plerisque parentibus fiebat bona mente ac studio pietatis. Nonnulli tamen hoc instituto aburebantur ut familiam suam liberarent filiis inutilibus. Docet istud Vdalricus in antiquioribus consuetudinibus monasterij Cluniacensis ad Vvillelmum Abbatem Hirsaugiensem : *Accedit aliquotiens admodum grata & jocunda memoria pollicitationis tuæ de cavendo ingenio quorundam hominum secularium, qui nimirum non magnopere curantes de alio quàm de hac sola temporali vita, postquam domum habuerint, ut ità dicam, plenam filiorum & filiarum, aut si quis eorundem claudus erit aut mancus, surdastes aut cœcus, gibbosus aut leprosus, vel aliud quid hujusmodi quod eum aliquo modo seculo facit minùs acceptum, hunc quidem impensissimo voto ut monachus fiat offerunt Deo.* Quod imitatum videtur ex Hieronymi epistola ad Demetriadem de virginitate servanda. *Solent*, inquit, *miseri parentes & non plenæ fidei Christiani deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inveniunt, virginitati tradere.*

PALLA MANV MEA INVOLVTA] Vox *mea* redundat in hoc loco. Agitur enim illic de manu infantis oblati, quæ secundùm regulam sancti Benedicti cap. 59. debet involui in palla altaris, id est, in illo velamine quo velatur altare, ut Hugo Menardus rectè interpretatur in Notis ad concordiam regularum pag. 983. Certa autem est hæc lectio. Apud Gratianum tamen 21. q. 3. cap. 4. legitur *pallio* contra veterum librorum & Ivonis fidem. Vt mirum valde sit virum doctum Franciscum Alteserram in Notis ad Cresconium pag. 154. pravam lectionem prætulisse sinceræ.

TRADO CORAM TESTIBVS] Vide Glabrum Rodulphum in vita sancti Guillelmi Abbatis Divionensis cap. 2.

PROMITTO STABILITATEM] Vide sanctum Gregorium lib. 1. epist. 40. & Menardi Notas ad Concordiam regularum pag. 940. 975. 1005.

Pag. 575. c. 32.

PRÆSENTE ABBATE] Sanctus Bernardus

Pag. 577. c. 35.

Tom. II epist. 7. cap. 17. *Item notum est solemniter ac regulariter profiteri quemque in præsentia Abbatis. In præsentia ergo tantùm, non etiam ad nutum ipsius sit cujusque professio. Testis proinde adhibetur Abbas, non dictator professionis, adjutor non fraudator adimpletionis, vindex non auctor prævaricationis.*

Ibid. c. 36. De monachis fugitivis vide suprà lib. 5. Capitularium cap. 379. & lib. 6. cap. 108. Vide etiam Hugonis Menardi Notas ad Concordiam regularum pag. 580. 961. 978. 1010. & Flodoardum lib. 3. cap. 24.

CANIS AD VOMITVM SVVM] In regula sancti Ferreoli cap. 20. monacho dicitur vagari eum non decere, *ne in quocunque vitio captus seculi delectatione elabatur ut redeat ad vomitum suum.* Regula monastica communis sancti Fructuosi cap. 18. *Comperimus per minùs cauta monasteria, qui cum facultatulis suis ingressi sunt, postea tepefactos, cum grandi exprobratione repetere, & seculum, quod reliquerant, ut canes ad vomitum revocare.* Memorabilis est historia cujusdam monachi Cenomanensis ad secularem conversationem redeuntis sub imperio Karoli Calvi, quam reperi in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Colbertinæ, dignam profectò quæ heic à nobis edatur in appendice actorum veterum. Continet enim multa notatu dignissima.

SYNODVS NICÆNA] Certum est Nicænam synodum nihil statuisse de monachis fugitivis. Sed tum, quicquid certum ac perpetuum esse vellent, ad eam synodum referebant; veluti observatum est suprà de precariis, quas in eadem synodo decretas esse docet vetus codex bibliothecæ Tellierianæ. Extant præterea alia exempla hujus moris.

Pag. 583. c. 39. Post editam à nobis hanc formulam, deprehendimus eam à Francisco Pithœo publicatam fuisse in glossario ad Iulianum Antecessorem in verbo *commendatoria.*

Pag. 584. c. 41. IOSEPH] Archiepiscopus Turonensis; de quo hæc leguntur in vita Alcuini sub finem: *Testatus est siquidem Ioseph Archiepiscopus per totam noctem & ab eo & à suis visum fuisse.* Et paulò pòst: *Audiens verò civitatis Turonis Ioseph Episcopus, vir bonus & Deo amabilis, beatum obiisse Alchuinum, advenit celeriùs illuc cum suo clero.*

FREDEGISI ABBATIS] sancti Martini Turonensis, de quo vide Notas ad Agobardum pag. 70.

Pag. 586. ISONIS MONACHI SANGAL.] Quæ sequuntur formulæ sex, auctorem agnoscunt Isonem monachum Sangallensem, & à Goldasto editæ sunt in tomo secundo rerum Alamannicarum inter veteres chartas sancti Galli.

ISONIS] Eckehardus in vita Notkeri balbuli cap. 3. *magisterio Tsonis omnium artium eruditissimo & maximè divinarum scripturarum peritissimo imbuendus traditur.* Idem in libro de casibus monasterij sancti Galli cap. 2. narrat vitam ejusdem Isonis. Mortuus est in monasterio Grandivallensi anno DCCCLXXI. pridie Idus Maij. Extant ejus glossæ in Prudentium Amœnum.

Pag. 601. c. 6. ADLOCVTIO MISSOR. IMP.] In veteri codice sancti Michaëlis ad Mosam, ex quo Sirmondus edidit hanc formulam, titulus nullus erat. Ipse putavit esse Episcopi Visitatoris. Nos ex contextu ejus deprehendimus adlocutionem esse Missorum dominicorum. Nam ex formula XII. & XIII. colligitur magnam fuisse tum auctoritatem Missorum istiusmodi in electionibus Episcoporum, non solùm regnante Ludovico Pio, sed etiam sub imperio Karoli Magni. In epistola quippe Hadriani Papæ ad Tilpinum Archiepiscopum Remensem legimus, quum ageretur de ordinatione Lulli Episcopi Moguntini, injunctum fuisse Tilpino ut unà cum Missis ejusdem Karoli diligenter inquireret omnia de illius ordinatione, & fidem ac doctrinam illius atque conversationem & mores ac vitam investigaret. Ipsorum quoque Romanorum Pontificum electio fieri per illas tempestates non poterat extra præsentiam Missorum dominicorum, uti pluribus dictum est ad Agobardum pag. 125. Tom. II.

Ante Robertum Quatremarium nullus dubitaverat de veritate istius epistolæ, quæ descripta reperitur inter epistolas Lupi Abbatis Ferrarienſis. Tandem is anno MDCLVII. quum propugnaret privilegium sancti Germani Parisiensis, epistolam istam & sequentem accusavit falsitatis, parum feliciter. Quas enim observationes profert ad elevandam earum fidem & auctoritatem, nullius momenti sunt, mea quidem sententia. De tempore porrò quo Ercanradus Parisiensis Episcopus decessit, nihil certum dici potest. Illud sanè constat, mortuum non fuisse anno DCCCLIII. ut vulgò putant, cùm ex iis quæ dicuntur ad titulum XVIII. constet adhuc in humanis fuisse anno DCCCLVI. Pag. 606. c. 8.

PRÆSVLIBVS] Ita vetus exemplar epistolarum Lupinarum. Pro quo Massonus edidit *præsentibus.* Postea Sirmondus, quum epistolam illam describeret in tomo tertio Conciliorum Galliæ, vocem illam mutavit in *præsidentibus.*

QVOS INVEHENS] Ista meliùs explicat Flodoardus lib. 3. cap. 23. *Item de ordinatione Wilibeberti, cui Rex episcopium Cathalaunense dederat, ne in ipsius ordinatione ab ordine debito declinaret, intimani quòd irrationabiliter Cathalaunenses, post obitum sui Episcopi, de sua ipsa necessitate fecerint, & quòd ad Regem litteras suas pro electione præfati Wilibeberti miserint, decretum verò suum ad Archiepiscopum, sicut mittere debuerant, ut inde quæ agenda essent canonicè ageret, non miserint, insinuans qualiter inde rite facere debuissent, sed quia non fecerant, quid exinde cautiùs agendum sibi videatur edisserit, & prudenter attendandum mandat ut regularis electio fiat, & postremò sicut ipsius prudentiæ meliùs inde videretur, hanc ita disponeret.* Quæ sumpta sunt ex epistola Hincmari Archiepiscopi ad Odonem Episcopum Bellovacensem. Pag. 612. c. 14.

ARCHIMANDRITA] id est, Archiepiscopus. Acta excommunicationis Aicardi edita in tomo primo analectorum Ioannis Mabillonij pag. 98. *Habemus enim excommunicationem Domni Theutbaldi Viennensis Archiepiscopi, Domni Amblardi Lugdunensis Archimandrita.* Vita sancti Gebehardi Archiepiscopi Salisburgensis apud Canisium to. VI. pag. 1251. *Reverendissimus & Deo dignus Archimandrita Iuvavensis Chunradus, postquam bonum certamen certavit, cursum* Pag. 630. c. 19.

Tom. II. *consummavit, fidem servavit, quinto archipræsulatus sui anno obdormivit in Domino.*

FROTERII EPISC. CATVRC.] Non reperitur in vulgatis tabulis Episcoporum Cadurcensium. Sedisse eum Divonæ Cadurcorum anno DCCCCLXVIII. reperio in chartulario Ecclesiæ Tutelensis fol. 135. & 255. Ejusdem mentio est in charta donationis Ecclesiæ Albiacensis, quam Hugo quidam & uxor ejus Hermedrudis dederunt Ecclesiæ Cadurcensi *in mense Aprili in die feria VI. anno I. Ludovico regnante Rege.*

Pag. 631. S. ANDREÆ] fortè Suredensis in diœcesi Helenensi.

S. MARIÆ LAVAIES] in pago Ripacurcensi ad Nucariam fluvium, sanctæ Mariæ & beato Petro Apostolo dicati. Dacconis porrò Abbatis mentionem reperio in actis consecrationis Ecclesiarum sanctæ crucis & sancti Petri anno MXV. peractæ ab Emerico Episcopo Ripacurcensi.

S. PETRI TABERNA] in diœcesi Vrgellensi. Acta consecrationis Ecclesiæ Vrgellensis an. DCCCXIX. *Similiter locum sanctæ Mariæ & sancti Petri Apostoli quem dicunt Taverna.*

DE S. STEPHANO] Balneolensi in diœcesi Gerundensi.

S. MICHAELIS] Cuxanensis in diœcesi Helenensi.

S. MARIÆ ALAONE] Acta consecrationis Ecclesiæ Vrgellensis anno DCCCXIX. *In pago Ripagurcensi atque Gestabiensi locum sanctæ Mariæ quem vocant Alaone.* Sed in literis quas Bernardus Comes, Dux, atque Marchio concessit Frugello Abbati ejusdem monasterij XII. Kal. Augusti anno XXXII. Karoli Regis, monasterium illud dicitur esse in pago Palliarensi.

CIVITATE ROTA] Constituta illic fuerat episcopalis cathedra ab Aymerico Archiepiscopo Narbonensi anno DCCCCXLVII. ut Surita ait in Indicibus rerum ab Aragoniæ Regibus gestarum. Sed in exemplari actorum ejusdem institutionis, quod penes me est ex archivo Vrgellensis Ecclesiæ descriptum, ista* dicuntur acta anno DCCCCLVII. anno tertio regnante Leutario Rege. Cùm autem initia Lotharij constituantur in anno DCCCCLIV. manifestum est certam esse epocham quæ iisdem actis adscripta est. Primus porrò Rotensis Episcopus fuit Odissendus filius Raimundi Comitis Ripacurcensis & Garsendis uxoris ejus, qui sedem illam episcopalem dotasse videntur in gratiam Odissendi. Nescio autem quid sibi velit idem Surita quum ad annum MLX. ita scribit: *Sedes episcopalis Rotæ constituitur, diœcesisque Palliarienſis & Ripacurcienſis illi contribuuntur.* Nam cùm constet institutam illam fuisse anno DCCCCLVII. Episcopúmque ei rursum datum anno MXVII. Borrellum, manifestum est constitutam non fuisse anno millesimo sexagesimo. Ego facilè crediderim contributam illi tum diœcesim Palliarienſem, quæ Episcopum suum amiserat auctoritate Concilij quod apud Fontem coopertam habitum est anno DCCCCXI.

Pag. 634. c. 22. VVADALDI EPISCOPI] Helenensis apud Ruscinones, cujus frequens mentio est in chartulario illius Ecclesiæ. Sedit autem extremis Karoli simplicis annis usque ad annum undecimum Ludovici Transmarini, quo eum ægrotasse IV. Kal. Februarij reperio in eodem chartulario lib. 2. cap. 68. Ex quo confirmatur epocha ordinationis Riculfi. Porrò ut hic Riculfus succedit Vvadaldo, sic Vvadaldus Riculfo istius nominis primo successerat. Tom. II.

Hanc formulam nos descripsimus ex veteri codice MS. bibliothecæ regiæ. Eadem habetur apud Pamelium to. 2. liturgic. pag. 145. Pag. 661. c. 9.

EXCOMMVNICATIO RAGENARDI] Pag. 671. Anno DCCCLXXVI. cùm Anastasius Senonensis Archiepiscopus obiisset, Ragenardus urbis illius Comes, qui pontificatum in familiam suam inferre cupiebat, novi antistitis electionem turbavit spatio quinque mensium. Tandem Seguinus, filius sororis ejusdem Ragenardi, eo invito electus & consecratus apud Autissiodorum est III. Idus Iunij. Venientem deinde eum Senonas Ragenardus aditu urbis prohibuit. *Videns hoc autem ipse Archiepiscopus*, ut ait Clarius in chronico sancti Petri Vivi Senonensis, *omnem provinciam interdixit à Calendis Octobris usque in caput jejunij.* Eo igitur tempore facta est ista excommunicatio adversùs Ragerardum Comitem & Rodmundum ejus filium, (quem Frotmundum vocat idem Clarius) quia Seguinum, postquam archiepiscopalem benedictionem susceperat, sanctum Senonensis Ecclesiæ locum ingredi non permiserant, ut legitur in excommunicatione. Post mortem Seguini, quæ anno DCCCCXCIX. contigit XVI. Kal. Novembris, rursum tempestas in Ecclesia Senonensi. Nam cùm Frotmundus Comes, qui Ragenardo patri non ita multò antè successerat, Brunonem filium Senonibus dari vellet Episcopum, eodémque tempore plurimi etiam Clericorum, ut Clarius ait, id est, Canonicorum, ambitionibus episcopatum appeterent, ingens schisma factum est in Ecclesia, quia neque Bruno neque ullus Canonicorum qui episcopari volebant ad eam dignitatem pervenire potuit, eligentium votis in Leothericum Archidiaconum convenientibus. Ea de causa Frotmundus adversùs ipsum commotus, ei post consecrationem ad sedem suam accedenti *portas clausit & urbis introitum denegavit*, ut legitur apud Tavellum. Cùm ergo eædem tum excommunicandi causæ essent quæ Seguinum adegerant ista decernere adversùs Raginardum & Rodmundum ejus filium, placuit uti eadem formula, mutatis nominibus, ita videlicet ut prioris excommunicationis nomina deleta alicubi sint cultelli ope, & in eorum locis suppositæ eorum nomina qui recenter excommunicabantur, supra lineam tamen utplurimùm. Vno in loco, ubi puncta literis permixta edi curavimus, duorum Canonicorum nomina in contextu orationis reposita sunt, non verò supra lineam. Ista nos summa cura hic adnotari voluimus, ut trinsque excommunicationis tempora & nomina distingui possent. Simul autem & diverso charactere cudi fecimus quæcunque addita in secunda excommunicatione sunt; si duo illa vocabula excipias quæ punctis permixta sunt. Quamvis enim pertineant ad secundam excommunicationem, tamen mutari non debuit neque potuit forma literarum illius lineæ. Itaque sermo uno tenore decurrens ad excommunicationem Seguini

Tom. II. pertinet. Quæ verò ſupra lineas addita ſunt, & diverſo charactere cuſa, tum etiam duo vocabula punctis permixta, ea addita ſunt tempore Leotherici. Vbi autem nomina excommunicatorum ita deleta ſunt ut legi omnino non poſſint, illic puncta ſubſtituimus pro nominibus excommunicatorum. Iſta porrò nos totidem omnino verbis olim enarravimus ad Reginonem.

Pag. 673. SVNIARIVS EPISCOPVS HELENEN.] Fuit filius Gaufredi Comitis Emporitani ac Ruſcinonenſis & Avæ Comitiſſæ, ut docent tabularia Eccleſiæ Helenenſis & monaſteriorum ſancti Petri Rodenſis & ſanctæ Mariæ Rodenſis. Succeſſit autem Riculfo, quem in cathedra Helenenſi ſediſſe reperio uſque ad annum octavum regni Lotharij. Suniarium autem illic ſediſſe conſtat ab anno XIII. ejuſdem Lotharij uſque ad annum DCCCCLXXVII. quo interfuit conſecrationi monaſterij Rivipullenſis. Succeſſorem habuit Hildeſindum Abbatem ſancti Petri Rodenſis, qui ſedem Helenenſem tenuiſſe reperitur anno primo regni Ludovici Regis filij Lotharij & anno quarto regnante Hugone Magno Rege.

VOLVERADVS LEVITA] Subſcribitur reperitur donationi alodis de Troliars quam Eccleſiæ Helenenſi fecerunt Ava Comitiſſa & filius ejus Soniarius Episcopus III. Kalendas Auguſti anno XVIII. regnante Leutario Rege filio Ludovici Regis.

Pag. 674. OLIBANVM COMITEM] Biſulduneſem & Ceritanenſem, filium Mironis Comitis Barcinonenſis & Avæ Comitiſſæ. Sic enim reperio in veteri charta Rivipullenſi &c in geſtis Comitum Barcinonenſium.

MIRONEM FRATREM EIVS] qui Gerundenſis Epiſcopus & Comes fuit, cujus multa extant monumenta. Geſta Comitum Barcinonenſium: *Miro verò tertius filius* Mironis Comitis Barcinonenſis *fuit Gerundenſis Epiſcopus & Comes, qui apud monaſterium Rivipulli ſepultus eſt anno Chriſti DCCCCLXXXIV.* Vide Franciſcum Diago in catalogo Epiſcoporum Gerundenſium.

S. MICHAELIS] Cuxanenſis in diœceſi Helenenſi.

S. MARIÆ IN VALLE ASPERI] id eſt, monaſterium Arularum in diœceſi Helenenſi, de quo pluribus dictum eſt ſuprà pag. 1103.

Pag. 675. SALLA EPISCOPVS VRGELL.] Filius fuit Iſarni Vicecomitis Vrgellenſis, & frater Bernardi Vicecomitis Vrgellenſis. Antè verò quàm Tom. II. Epiſcopus fieret, erat Archidiaconus Vrgellenſis. Bernardus autem uxorem habuit Guiſlam Vicecomiſtiſſam Salla erat adhuc Epiſcopus IV. Nonas Iulij anno duodecimo regnante Roberto Rege. Iſta ego collegi ex veteribus monumentis Eccleſiæ Vrgellenſis, in quibus hæc præterea leguntur: *Salla Epiſcopus Vrgellenſis ſedit in epiſcopatu annis triginta. Iſte ſanctus creditur à multis.*

COMITISSAM ERMENGARDS] Ceritaniæ nimirum, ut opinor, viduam videlicet Olibani Cabretæ Comitis Ceritanenſis & Biſulduneſis, qui obiit anno Chriſti DCCCCXC. filios relinquens Bernardum cognomento Taliaferrum, qui Biſulduneſis Comes fuit, Guiffredum Comitem Ceritaniæ, & Olibam, qui dein Abbas Rivipullenſis & Cuxanenſis ac Epiſcopus Auſonenſis fuit. De Oliba extant plurima clara virtutis & induſtriæ monumenta, quæ commodiùs alibi referentur. Nunc ſatis erit deſcribere fragmentum ex vita inedita Petri Ducis Venetiarum; in qua cùm agatur de monaſterio ſancti Michaëlis Cuxanenſis in diœceſi Helenenſi, in quo monaſticam vitam egit idem Dux, additur: *Defuncto Guarino Abbate, inclitus vir Oliva rector ejuſdem patriæ, poſt ſuſceptionem ſancti habitus relicto ſeculo, Abbas in eodem cœnobio ab omnibus monachis & illius regionis incolis eligitur, qui poſtmodum Pontificum culmen adeptus in Auſoniæ cathedra dignus Deo Pontifex eſt electus. Cùmque pontificatus ſui jura, velut argutâ apes, æquo libraminis pondere ac virga dilectionis, & omnem ſubditam creditámque plebem ſibi ei Deo regeret, diſcernens diſcreta ratione utrorumque ordinum cauſas, id eſt, Clericorum, effectus eſt Eccleſiæ Dei ſanctæ paſtor egregius. Eratque multarum abbatiarum eximius pater: præcipuè tamen ſanctæ Mariæ ſanctique Michaëlis, in quo requieſcit, admodum in omnibus curis dilexit cœnobium. Qui ſollicitus in orationibus, philoſophiæ ſtudiis exercitatus eſt &c.*

VIVAS EPISCOPVS] Barcinonenſis, quem Pag. 671. ſediſſe reperio anno vigeſimo regnante Leutario Rege filio Ludovici Regis.

ALMERICVS EPISCOPVS] Ripacurcenſis. Mortuus eſt anno MXVII. ut legitur ſuprà pag. 632. cap. 21.

VICO] Vrgellenſi. Sic enim tum vocabant.

ADDENDA IN NOTIS.

PAg. 988. *poſt lineam* 29. induceremus *adde.* Chartularium monaſterij Conchenſis in diœceſi Ruthenenſi cap. 311. *Et ſi ipſe filius primus morierit ante ſuam ſororem, ad ſororem remaneat; & poſt mortem ſorori, ſancto Salvatori remaneat ad Conchas.* Ibidem cap. 431. *In tali convenientia ut ſi Petrus & Bernardus filij ſui morierint ſine filiis de uxore natis & ipſi filij ſine aliis, ut fiat hæc Domini noſtri Salvatoris & ſanctæ Fidis pro anima ejus.*

Pag. 989. poſt lineam ſecundam adde ſequentia.

Pag. 22. c. 15. PRETIO REDIMAT] Poſt iſta edita datum mihi mutuò eſt exemplar legum antiquarum ex editione Tiliana, in quo Franciſcus Pithœus ſequentia addidit ex quodam codice antiquo.

De fiſcalibus ut contra dominus cenſuimus pro amore pacis jubemus ut in truſte electi Centenarij ponantur per quorum fidem atque ſolicitudinem pax prædicta ſervetur.

Et quia propitiante Domino inter nos germanitatis caritas indirupta vinculo cuſ-

Tom II. todiatur, Centenarij inter communes licentiam habeant latrones persequi vel vestigia adsignata minare, & in truste qua defecerint, sicut dictum est, causa remaneat, ita ut continuò capitale ei qui perdiderit reformare festinet, & latronem perquirat: quem si in truste pervenerit, medietatem sibi vendicet vel delaturam, si fuerit de facultate latronis; & qui damnum pertulit, sarciatur. Nam si persequens latronem comperit, integram sibi compositionem simul & solutionem vel quicquid dispendij fuerit revocabit. Fredus tamen judicis in cujus pago est reservetur.

Hinc ergo emendari poterit caput duodecimum istius decretionis.

Pag. 1044. *post lineam* 46. *adde sequentia.*

Ibid. c. 6. VRSIONIS VIENNENSIS] Vocatur Orsus in veteri charta Viennensi anni DCCCXII. quæ edita est infrà in appendice actorum veterum tit. XXIII.

Pag. 1049. *post lineam quartam adde sequentia.*

Pag. 197. c. 26. §. 4. Post caput istud in exemplari Pithœano legum Tilianarum quod nos mutuo accepisse paulò antè diximus additur: *Si quis mulierem gravidam batit, XXVIII. den. qui faciunt solidos DCC. culpabilis judicetur.* Vide editionem Basileensem legis Salicæ cap. 28. §. 4.

Ibid. c. 7. CVLPABILIS IVDICETVR] Post hæc verba sequitur in eodem Pithœi exemplari: *Si verò ipsa femina aliquem occiderit, & ipsa DC. solidos cul. jud.*

Pag. 198. c. 29. §. 26. SI QVIS MESSEM] Pithœus in eodem exemplari monet hanc fuisse lectionem codicis Loiseliani: *Si quis messem alienam in furtu aut inripaverit aut meterit, DC. den. qui &c.*

SI QVIS BARONI] In eodem codice Loiseliano sic scriptum erat: *Si quis baronem in via sua ostaverit.* In Fauchetiano verò, ut illic quoque monet idem Pithœus: *Si quis baroni viam suam ostaverit.* Tom. II. Pag 303. c. 33. §. 1.

DENARIVM HABERE DEBET] Pithœus addit ex codice Loiseliano, *& tres erant qui solidos pensare vel habere vel præstare debet.* Pag. 312. c. 46. §. 1.

Pag. 1050. *post lineam* 18. *adde sequentia.*

DE GADALIBVS] Puto certum esse heic agi de feminis prostitutis, gadales autem dictas esse quo modo Franci dicunt *filles de joye.* Nam hodie Lemovices gadalem vocant hominem qui bene se habet, qui est hilari animo & prompto ad jocandum, ut Ciceronis verbo utamur. Pag. 343.

Pag. 1067. *post lineam* 31. *adde sequentia.*

SERVATVS ESSE COGNOSCITVR] Iam monuimus capitulare istud heic desinere in antiquis codicibus. Idem erat finis in veteri exemplari ex quo Franciscus Pithœus variantes lectiones manu sua descripsit in codice legum antiquarum ex editione Tiliana. Docet autem idem Pithœus hæc in calce istorum capitulorum scripta fuisse in eodem veteri exemplari: *Expliciunt capitula quæ Dominus noster Karolus gloriosus Imp. præcepit* (adjicere) *feliciter.* Pag. 428. c. 22.

Pag. 1129. *linea* 14. *post vocem* videntur *adde.* quæ verba legisse se in aliquot antiquis codicibus refert eminentis doctrinæ, pietatis, dignitatisque ac immortalis memoriæ vir Ioannes Bona Cardinalis lib. 2. liturg. cap. XI.

Pag. 1207. *post lineam* 30. *adde sequentia.*

OFFICIVM ECCLESIÆ] Ita veteres libri & editiones. Puto tamen legi debere *ostium.* Vide infrà cap. 136. hujus libri. Pag. 847. c. 128.

Pag. 1230. *linea* 23. *post illa verba,* OMNES VT NON CONTENDANT, *adde.* Caput istud descriptum est ex decretis Anastasij Papæ cap. 4. & repetitur infrà lib. 8. cap. 247.

IN archivo celeberrimi monasterij sancti Dionysij in diœcesi Parisiensi ostensa mihi sunt duo præcepta Ludovici Pij & Karoli Calvi Imperatorum Regúmque Francorum, quibus affixa erant eorundem Principum sigilla cerea, & in his expressi eorum vultus. Horum ectypa heic tibi exhibemus.





IN codice ſancti Vincentij Metenſis in quo Capitularia Pippini, Karoli Magni, Ludovici Pij, Karoli Calvi, & collectio Anſegiſi leguntur, delineata erat in fronte hæc imago Principis; quam cùm omiſſam eſſe nollem, neſcirem verò ad quem ex Regibus noſtris referenda eſſet, heic in fine operis edendam curavi.



APPENDIX ACTORVM VETERVM

QVORVM IN NOTIS FACTA MENTIO EST.

I.

LIBER COMITIS,

SIVE

LECTIONARIVS PER CIRCVLVM ANNI,

Auctus à Theotincho Presbytero.

Hunc librum quidam sancto Hieronymo tribuunt, non satis certa fide, ut colligi potest ex prolegomenis ad liturgica Pamelij. Cùm illum nos in vetustissimo codice MS. Ecclesiæ Bellovacensis, quem ad nos misit vir doctissimus Godofredus Hermant ejusdem Ecclesiæ Canonicus & Doctor Sorbonicus, nacti essemus multò ampliorem quàm sint vulgò cusæ exemplaria, heic edendum esse censuimus; ut qui in libro primo Capitularium legerint præceptum esse ut Presbyteri lectionarium habeant bene emendatum, statim intelligant quid per lectionarium intellexerit auctor illius constitutionis. Ceterùm in codice Bellovacensi corruptus postea est hic liber & interpolatus à quodam recentiore. Nos retinuimus veterem lectionem.

IN Christi nomine. Anni circuli liber Comitis incipit, auctus à Theotincho indigno Presbytero, rogatu viri venerabilis Hechiardi Comitis Ambianensis, ita tamen ut sancta Evangelistarum dicta necnon & Apostolorum ac Prophetarum immota atque inconcussa servarentur, & diebus quibus deerant propriæ sancta lectiones adhiberentur sicut à sanctis patribus sunt coadunata. Aut si alicui aut in feriis aut in festivitatibus sanctorum aliquid minus esse videtur, recurrat ad ebdomadam quam voluerit, & reperiet semper super octo aut unam aut duas aut eo ampliùs feriam, quam legere poterit, ut sibi nihil desit.

* 1... addita sunt in margine à manu recentiore, sed antiqua.

[* Propter frequens verò temporis incursum fuit in quibusdam epistolis apponere hoc ℞, quod significat finem, & rursus a propter principium alterius epistolæ.]

In vigilia natalis Domini VIII. Kal. Ianuar. ad sanctam Mariam de nona à sanctis patribus. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, Paulus servus Christi Iesu, *usque* & vos vocati Iesu Christi Domini nostri.

Item ubi suprà. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus. Propter Sion non tacebo, *usque* complacuit Deo in te.

Evangelium secundùm Matthæum. In illo tempore, cùm esset desponsata mater Iesu Maria, *usque* salvum faciet populum suum à peccatis eorum.

Item ad sanctam Mariam de nocte. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum. Carissimi, apparuit gratia salvatoris nostri Dei, *usque* in Christo Iesu Domino nostro.

Item ubi suprà. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, populus gentium, *usque* in sempiternum.

Evangelium secundùm Lucam cap. III. Exiit edictum à Cæsare, *usque* pax hominibus bonæ voluntatis.

Item ad sanctam Anastasiam manè. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum. Carissimi, apparuit benignitas & humanitas, *usque* in Christo Iesu Domino nostro.

Item ubi suprà. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus. Spiritus Domini super me, *usque* redempti à Domino Deo.

Evangelium secundùm Lucam cap. III. Pastores loquebantur, *usque* dictum est ad illos.

Item ad sanctum Petrum in die. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, Multifariè multisque modis, *usque* anni tui non deficient.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item ubi suprà. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus. Propter hoc sciet populus meus, *usque* & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

CAP. I. Initium sancti evangelij secundùm Iohannem. In principio erat verbum, *usque* & veritatis.

In natali sancti Stephani, id est, VII. Kal. Ianuarij. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis Stephanus plenus gratia, *usque* obdormivit in Domino. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCXI. Dicebat Iesus turbis Iudæorum, *usque* benedictus qui venit in nomine Domini.

In natali sancti Iohannis Evangelistæ, id est, VI. Kal. Ianuarij. Lectio libri sapientiæ. Qui timet Deum faciet bona, *usque* in nomine æterno hereditabit illum Dominus Deus noster. Evangelium secundùm Iohannem cap. CCXXXI. Dixit Iesus Petro, Sequere me, *usque* quia verum est testimonium ejus.

In natali innocentum, id est, V. Kal. Ianuarij. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi super montem Sion agnum stantem, *usque* ante thronum Dei. Evangelium secundùm Matthæum cap. VI. Ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, *usque* quoniam Nazaræus vocabitur.

CAP. IV. Kal. Ianuarij, si in Dominica contigerit, istæ lectiones ex libri Comitis legantur. Epistola Pauli Apostoli ad Galatas. Fratres, quanto tempore heres parvulus est, *usque* & heres per Deum. Evangelium secundùm Lucam cap. II. Erat Ioseph & Maria mater Iesu, *usque* gratia Dei erat in illo. Si in alias est, istæ. Lectio libri geneseos. CAP. I. In diebus illis formavit igitur Dominus hominem de limo, *usque* fluvius quartus ipse est Eufrates. Evangelium secundùm Matthæum cap. XIII. Venit Iesus à Galilæa in Iordane, *usque* in quo mihi complacuit.

CAP. II. Id. III. Kal. Ianuarij Lectio libri geneseos. In diebus illis tulit Dominus Deus hominem, *usque* ipsum est nomen ejus. Evangelium secundùm Matthæum cap. XVIII. Cùm audisset Iesus quòd Iohannes traditus esset, *usque* adpropinquabit enim regnum cœlorum.

Pridie Kal. Ianuarij. Natale sancti Silvestri. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, plures facti sunt sacerdotes secundùm legem, *usque* se offerendo Dominus noster Iesus Christus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Vigilate quia nescitis, *usque* super omnia bona sua constituet eum.

CAP. III. Kal. Ianuarij. Octabas Domini. Ipsa lectio legatur quæ est in vigilia Domini de nocte. Evangelium secundùm Lucam. [cap. III.] Postquam consummati sunt dies octo, *usque* gloria plebi tuæ Israël.

CAP. IV. IV. Non. Ianuarij. Lectio libri geneseos. In diebus illis Adam non inveniebatur adjutorium simile ei, *usque* & aperti sunt oculi amborum. Evangelium secundùm Matthæum. cap. XXIII. Circuibat Iesus totam Galilæam, *usque* de trans Iordanem.

III. Non. Ianuarij. Natale sanctæ Genovefæ virginis. Lectio libri sapientiæ. Pulcra est casta generatio, *usque* in refrigerio erit. Evangelium secundùm Matthæum cap. XXXVII. Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, *usque* violentia te mutuari ne avertaris.

Prid. Non. Ianuarij. Lectio Danihel Prophetæ. In diebus illis venit Nabuchodonosor Rex Babylonis in Hierusalem, & obsedit eam, *usque* qui vescebantur cibo regio. Evangelium secundùm Matthæum cap. LXVII. Cùm venisset Iesus in domum Simonis Petri, *usque* sepelire mortuos suos. CAP. V.

Non. Ianuarij. Lectio libri geneseos. In diebus illis. Cùm autem cognovissent se esse nudos, Adam scilicet & uxor ejus, *usque* in pulverem reverteris. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXXXIII. Locutus est Iesus ad turbas & discipulos suos dicens, Videntes non vident, & audientes non audiunt, *usque* & aures vestræ quæ audiunt. CAP. VI.

Item eodem die, in vigilia theophaniæ. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum. Carissime, apparuit benignitas & humanitas, *usque* in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Matthæum cap. VI. Defuncto Herode, ecce apparuit angelus Domini in somnis Ioseph, *usque* Nazaræus vocabitur.

VIII. Idus Ianuarij, in theophania. Lectio Esaiæ Prophetæ. Surge, inluminare Hierusalem, *usque* & laudem Domino adnuntiantes. Evangelium secundùm Matthæum cap. IV. Cùm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, *usque* per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

VII. Id. Ianuarij. Lectio Esaiæ Prophetæ. CAP. VII. In diebus illis locutus est Esaias Propheta dicens. Anno quo mortuus est Rex Ozias vidi Dominum sedentem super solium excelsum, *usque* & peccatum tuum mundabitur. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXXXIX. Factum est cùm consummasset Iesus sermones istos, *usque* qui potest capere capiat.

VI. Id. Ianuarij. Belloacus natale sancti Luciani martyris. Lectio libri sapientiæ. Audite Reges & intelligite, *usque* invenient quid respondeant. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLVI. Dixit Iesus discipulis suis, Sicut fulgur exit ab oriente, *usque* terminos eorum. CAP. VIII.

V. Idus Ianuarij. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis dixit Dominus ad Esaiam, Egredere in occursum Achaz, *usque* si non credideritis, non permanebitis. Evangelium secundùm Marcum. Dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum Dei quemadmodum si homo jaciat sementem in terra, *usque* sine parabola non loquebatur eis. CAP. IX.

IV. Idus Ianuarij. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis locutus est Dominus ad Esaiam Prophetam dicens, Pro eo quòd adjecit populus iste aquas Siloë, *usque* quia nobiscum Deus. Evangelium secundùm Marcum cap. LXII. Dixit Iesus discipulis suis, Venite seorsum eamus in desertum locum, *usque* concurrerunt illuc. CAP. X.

III. Idus Ianuarij. Lectio Esaiæ Prophetæ. CAP. XI. In diebus illis dixit Esaias. Hæc enim ait Dominus ad me sicut in forti manu erudivit me, *usque* à domino exercituum qui habitat in monte Sion. Evangelium secundùm Marcum cap. XC. Veniens

niens Iesus ad discipulos suos, vidit turbam magnam, *usque* inter vos conquiritis.

CAP. XII. Pridie Idus Ianuarij. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis locutus est Esaias Propheta dicens, Si fuerit populus tuus Israhel quasi arena maris, reliquiæ convertentur, *usque* super montem filiæ Sion. Evangelium secundùm Marcum cap. XCVII. Respondit Iesu Iohannes dicens, Magister vidimus quendam, *usque* qui non est adversùm vos, pro vobis est.

Idibus Ianuarij. Octabas theophaniæ. Lectio Esaiæ Prophetæ. Domine Deus meus, honorificabo te, *usque* adnuntiate hæc in universa terra. Evangelium secundùm Iohannem. Vidit Iohannes Iesum venientem ad se, *usque* quia hic est filius Dei.

Dominica I. post theophania. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, obsecro vos per misericordiam Dei, *usque* in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Lucam cap. III. Cùm factus esset Iesus annorum XII. *usque* apud Deum & homines.

CAP. XIII. XIX. Kal. Februarij. Natale sancti Felicis confessoris in Pincis. Lectio libri geneseos. In diebus illis fecit Dominus Deus Adę & uxori ejus tunicas pellicias, *usque* ad custodiendam viam ligni vitę. Evangelium secundùm Marcum cap. CXII. Erant turbæ in via ascendentes cum Iesu Hierosolymam, *usque* tertia die resurget.

CAP. XIV. XVIII. Kal. Februarij. Lectio libri geneseos. In diebus illis factum est ut offerret Cain Domino Deo de fructibus terræ, *usque* qui occiderit eam, septuplum punietur. Evangelium secundùm Marcum cap. CXVI. Venit Iesus Hiericho, *usque* sequebatur eum in via.

CAP. XV. XVII. Kal. Februarij. Natale sancti Marcelli confessoris. Lectio libri geneseos. In diebus illis Lamech accepit uxores duas, *usque* omne tempus quo vixit Adam anni nongenti triginta. Evangelium secundùm Marcum cap. CXXXV. Dixit Iesus discipulis suis, Cavete à scribis qui volunt in stolis ambulare, *usque* hic accipiunt prolixius judicium.

CAP. XVI. XVI. Kal. Februarij. Natale sancti Sulpicij. Lectio libri sapientiæ. Super salutem & speciem dilexi sapientiam, *usque* propter disciplinæ dona commendanti. Evangelium secundùm Marcum cap. CXLII. Dixit Iesus discipulis suis, Cùm videritis abominationem desolationis, *usque* propter electos quos elegit breviabit dies.

CAP. XVII. XV. Kal. Februarij. Natale sanctæ Priscæ. Lectio libri sapientiæ. Omnium artifex docuit me sapientiam, *usque* & super omnem stellarum dispositionem. Require evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Simile est regnum cœlorum thesauro absconditо, *usque* nova.

CAP. XVIII. XIV. Kal. Februarij. In natali Mariæ & Marthæ. Lectio libri geneseos. In diebus illis ædificavit Noë altare Domino, *usque* diluvium dissipans terram. Evangelium secundùm Marcum cap. XVIII. Venit ad Iesum leprosus deprecans eum, *usque* quæ præcepit Moyses in testimonium illis.

CAP. XIX. XIII. Kal. Februarij. In natali Fabiani & Sebastiani. Lectio libri sapientiæ. Sapientia vincit malitiam, *usque* quibus utilius nihil est in vita hominibus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Vigilate, quia nescitis diem, *usque* constituet eum.

XII. Kal. Februarij. In natali sanctæ Agnes. CAP. XX. Lectio libri sapientiæ. Cùm temptarentur justi, *usque* in finem eventus mirati sunt. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum decem virginibus, *usque* nescitis diem neque horam.

XI. Kal. Februarij. In natale sancti Vincenti. CAP. XXI. Lectio libri sapientiæ. Misereris omnium Domine, quia omnia potes, *usque* credant in te Domine. Evangelium secundùm Iohannem cap. CIV. Dixit Iesus discipulis suis, Nisi granum frumenti cadens in terra, *usque* pater meus qui in cœlis est.

Dominica II. post theophania. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, habentes donationes secundùm gratiam, *usque* humilibus consentientes. Evangelium secundùm Iohannem cap. XVIII. Nuptiæ factæ sunt, *usque* crediderunt in eum discipuli ejus.

X. Kal. Februarij. In natali sanctorum Ma- CAP. XXII. charij, Emerentiani. Lectio libri sapientiæ. Cùm sis ergo justus Domine, *usque* speremus misericordiam. Evangelium secundùm Lucam cap. XLVI. Elevatis oculis Iesus in discipulos suos, *usque* merces vestra multa est in cœlo.

IX. Kal. Februarij. In natali sancti Projecti. CAP. XXIII. Lectio libri sapientiæ. Domine Deus noster, suavis & verus es, *usque* radix est immortalitatis. Evangelium secundùm Lucam cap. LXIV. Dixit Iesus discipulis suis, Omnis qui venit ad me, *usque* supra petra.

VIII. Kal. Februarij. Lectio libri geneseos. In CAP. XXIV. diebus illis dixit Dominus ad Noë & ad filios ejus, Hoc signum fœderis quod do inter me & vos, *usque* universæ carnis quæ super terram. Evangelium secundùm Marcum cap. L. Egressus Iesus venit in patriam suam, *usque* impositis manibus curavit eum.

VII. Kal. Februarij. Lectio libri geneseos. In CAP. XXV. diebus illis erat terra labij unius, & sermonem eorundem, *usque* super faciem cunctarum regionum. Evangelium secundùm Lucam cap. XXVI. Surgens Iesus de synagoga, *usque* oportet me evangelizare regnum Dei.

VI. Kal. Februarij. In natali sanctæ Agnes de CAP. XXVI. nativitate. Lectio libri geneseos. In diebus illis tulit Thare Abraham filium suum, *usque* ab oriente ai. Evangelium secundùm Marcum cap. XXV. Introivit Iesus in synagoga, *usque* restituta est manus illius.

V. Kal. Februarij. Lectio libri sapientiæ. Insti- CAP. XXVII. tia perpetua est, *usque* calore illius adgravata. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum thesauro absconditо in agro, *usque* nova & vetera.

Dominica III. post theophaniam. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, nolite esse prudentes, *usque* vince in bono malum. Evangelium secundùm Matthæum cap. LXIII. Cùm descendisset Iesus de monte, *usque* sanatus est puer in illa hora.

CAP. XXVIII. IV. Kal. Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis deſcendit Abraham in Ægyptum, *uſque* accipe eam & vade. Evangelium ſecundùm Lucam cap. XXXIII. Cùm eſſet Ieſus in civitate, *uſque* ab infirmitatibus ſuis.

CAP. XXIX. III. Kal. Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis aſcendit Abraham de Ægypto, *uſque* venientibus ad Segor. Evangelium ſecundùm Marcum cap. XXXVI. Cœpit Ieſus docere ad mare, *uſque* qui habet aures audiendi audiat.

CAP. XXX. Pridie Kal. Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis dixit Dominus ad Abraham poſtquam diviſus eſt, *uſque* ædificavit ibi altare Domino. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. LXXIV. Loquente Ieſu ad turbas, *uſque* in univerſam terram illam.

CAP. XXXI. Kal. Februarij. In natali ſanctæ Brigidæ virginis. Lectio libri ſapientiæ. Creatura tibi factori deſerviens, *uſque* Magna enim ſunt judicia tua Domine & inenarrabilia opera tua. Evangelium ſecundùm Lucam cap. LXXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Nemo accendens lucernam, *uſque* auferetur ab illo.

CAP. XXXII. IV. Nonas Februarij. In purificatione beatæ Mariæ virginis. Lectio libri ſapientiæ. In omnibus requiem quæſivi, *uſque* dedi ſuavitatem odoris. Evangelium ſecundùm Lucam cap. III. Accepit Simeon Ieſum in ulnas ſuas, *uſque* gratia Dei erat in illo. Item aliud evangelium ſecundùm Lucam. Poſtquam dies purgationis ejus, *uſque* gloriam plebis tuæ Iſraël.

CAP. XXXIII. III. Non. Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis Melchiſedech Rex Salem occurrit Abraham à cæde Regum revertenti panem proferens panem & vinum, *uſque* reputatum eſt illi ad juſtitiam. Evangelium ſecundùm Marcum cap. XLI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis, *uſque* diſſerebat omnia.

CAP. XXXIV. Pridie Non. Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis, poſtquam nonaginta annorum eſſe cœperat Abraham, *uſque* pariter circumciſi ſunt. Evangelium ſecundùm Lucam cap. LXXVIII. Dicebat Ieſus parabolam intendens, *uſque* panem in regno Dei.

CAP. XXXV. Non. Februarij. In natali ſanctæ Agathæ. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Fratres, qui gloriatur, in Domino glorietur, *uſque* exhibere Chriſto. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, *uſque* neque hora.

Dominica IV. poſt theophaniam. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. Fratres, nemini quicquam debeatis, *uſque* plenitudo ergo legis eſt dilectio. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. LXIX. Aſcendente Ieſu in navicula, *uſque* obediunt ei.

VIII. Idus Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis apparuit Dominus Abraham in convalle Mambre, *uſque* ſed riſiſti. Evangelium ſecundùm Marcum cap. XLVII. Venit Ieſus trans fretum in regione Geraſenorum, *uſque* & miſertus eſt tui.

CAP. XXXVII. VII. Idus Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis dixit Dominus ad Abraham, Num celare potero tibi quæ geſturus ſum, *uſque* & ille reverſus eſt in locum ſuum. Evangelium ſecundùm Lucam cap. LXVII. Factum eſt deinceps, ibat Ieſus in civitatem quæ vocatur Naim, *uſque* plebem ſuam.

VI. Idus Februarij. In natali ſancti Thomæ Apoſtoli. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Iam non eſtis hoſpites & advenæ, *uſque* habitaculum Dei in Spiritu ſancto. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. CXXXIV. Hoc eſt præceptum meum, *uſque* oderunt me gratis. CAP. XXXVIII.

V. Idus Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis venerunt duo angeli Sodomam, *uſque* Loth ingreſſus eſt Segor. Evangelium ſecundùm Lucam cap. LXXIX. Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, *uſque* dilexit multùm. CAP. XXXIX.

IV. Idus Februarij. In natali ſanctorum Zotici, Erenei, Iacincti, Amanti, & Soteris. Lectio libri ſapientiæ. Omnis creatura ab initio ad ſuum genus refigurabatur, *uſque* aſſiſtens eis. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CIV. Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis Ieſus, *uſque* abierunt in aliud caſtellum. CAP. XL.

III. Idus Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis profectus eſt Abraham in terram auſtralem, *uſque* cum filio meo Iſaac. Evangelium ſecundùm Marcum cap. LXIII. Exiens Ieſus de navi, *uſque* abiit in montem orare. CAP. XLI.

Pridie Idus Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis deprecatus eſt Iſaac Dominum pro uxore ſua, *uſque* parvipendens quòd primogenita vendidiſſet. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. XLVII. Velpere autem facto, *uſque* quinque milia hominum. CAP. XLII.

Dominica V. poſt theophaniam. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes. Fratres, induite vos ſicut Dei electi, *uſque* per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CV. Reſpiciens Ieſus dixit, Confiteor tibi pater domine cœli, *uſque* onus meum leve.

Idus Februarij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis orta autem fame ſuper terram, *uſque* donec magnus vehementer effectus eſt. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CLIV. Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis, *uſque* non coinquinat hominem. CAP. XLIII.

XVI. Kal. Martij. In natali ſanctorum Valentini, Vitalis, Feliculæ, & Zenonis. Lectio libri ſapientiæ. Metuentes Dominum, ſuſtinete miſericordia ejus, *uſque* ſic & miſericordia ejus cum eo. Evangelium ſecundùm Lucam cap. XCVI. Dicebat Ieſus diſcipulis ſuis, Si quis vult poſt me venire, *uſque* donec veniat regnum Dei. CAP. XLIV.

XV. Kal. Martij. Lectio libri geneſeos. In diebus illis egreſſus Iacob de Berſabee, *uſque* decimas offeram tibi. Evangelium ſecundùm Lucam cap. LXXXIII. Factum eſt in una dierum, *uſque* quanta illis Ieſus feciſſet. CAP. XLV.

XIV. Kal. Martij. Natale ſanctorum Oneſini & Iulianæ virginis. Lectio libri ſapientiæ. Filij ſiqe Eccleſiæ juſtorum, *uſque* juſtitia ædificabitur tibi. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito, *uſque* nova & vetera. CAP. XLVI.

XIII. Kal. Martij. In natali ſancti Policioni CAP. XLVII.

Episcopi. Lectio libri geneseos. In diebus illis profectus est Iacob, venit ad terram orientalem, *usque* serviens apud eum septem annis. Evangelium secundùm Marcum cap. LXXII. Surgens Iesus abiit in fines Tyri, *usque* dæmonium exisse ab eo.

CAP. XLVIII. XII. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis videns Dominus quòd dispiceret Iacob Liam, *usque* appellavit eum Asser. Evangelium secundùm Lucam cap. CXVIII. Exultavit Iesus in Spiritu sancto, *usque* audire quæ audistis & non audierunt.

CAP. XLIX. XI. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis egressus Ruben tempore messis tritici, *usque* separatis inter se gregibus. Evangelium secundùm Lucam cap. CXXXIV. Dixit Iesus discipulis suis, Lucerna corporis tui est oculus tuus, *usque* lucerna fulgoris inluminabit te.

Dominica in Septuagesima. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, nescitis quòd hi qui in stadio currunt, *usque* petra autem erat Christus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CC. Dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, *usque* pauci electi.

CAP. L. X. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis, quando primo tempore ascendebant oves, *usque* pergens ad Isaac patrem suum in terra Chanaan. Evangelium secundùm Lucam cap. CXLIX. Ait Iesu quidam de turba, Magister dic fratri meo, *usque* qui sibi thesaurizat non est dives in Deum.

CAP. LI. IX. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis, tempore quo Laban ierat ad tondendas oves, *usque* reversus est in locum suum. Evangelium secundùm Lucam cap. CLIX. Servus qui cognovit voluntatem domini sui, *usque* & nutus in socrum suam.

CAP. LII. VIII. Kal. Martij. In cathedra sancti Petri. Lectio libri sapientiæ. Fili, in mansuetudine perfice opera tua, *usque* exaudiet autem eum qui fecit illum. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXVII. Dicebat Iesus, Cui est simile regnum Dei, *usque* stridor dentium.

CAP. LIII. VII. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis abiit Iacob itinere quo cœperat, *usque* quanto magis contra homines prævalebit. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXII. Dixit Iesus turbis, Cùm videritis Abraham, *usque* non capit Propheta petire extra Hierusalem.

CAP. LIV. VI. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis interrogavit Iacob angelum qui luctabatur cum eo, *usque* urbe Sicimorum quæ est in terra Chanaan. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXX. Dicebat Iesus ei qui se invitaverat, *usque* beatus qui manducat panem in regno Dei.

CAP. LV. V. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis postquam regressus est Iacob de Mesopotamia Syriæ, *usque* numquid ut scorto abuti debere sorore nostra. Evangelium secundùm Lucam cap. CXCII. Audiebant omnia hæc Pharisæi quæ Iesus loquebatur, *usque* qui dimissam à viro ducit mœchatur.

CAP. LVI. IV. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis locutus est Dominus ad Iacob dicens, Surge & ascende Bethel, *usque* hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem. Evangelium secundùm [Lucam] cap. CXCVII. Dixit Iesus discipulis suis, Impossibile est ut non veniant scandala, *usque* obediret vobis.

III. Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis erant filij Iacob XII. *usque* sepelierunt eum Iacob filij sui. Evangelium secundùm Lucam cap. CCI. Dixit Iesus discipulis suis, Quis vestrum habens servum arantem, *usque* quod debuimus facere fecimus. CAP. LVII.

Dominica in Sexagesima. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, libenter suffertis insipientes, *usque* ut inhabitet in me virtus Christi. Evangelium secundùm Lucam cap. LXXVI. Cùm turba plurima conveniret, *usque* fructum adferet in patientia.

Pridie Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis ductus est Ioseph in Ægyptum, *usque* Dominus erat cum illo & omnia opera ejus dirigebat. Evangelium secundùm Lucam cap. CCII. Interrogatus Iesus à Pharisæis quando venit regnum Dei, *usque* in die sua. CAP. LVIII.

Kal. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis accidit ut peccarent duo eunuchi, *usque* oblitus est interpretis sui. Evangelium secundùm Lucam cap. CCVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Sicut factum est in diebus Noë, *usque* memores estote uxoris Loth. CAP. LIX.

VI. Non. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis dixit Pharao somnium, *usque* consilium placuit Pharaoni & cunctis ministris ejus. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXII. Dixit Iesus discipulis suis, Dico vobis in illa nocte erunt duo in lecto uno, *usque* inveniet fidem in terra. CAP. LX.

V. [Non.] Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis dixit Pharao ad Ioseph, *usque* malum inopiæ temperaremus. Evangelium secundùm Lucam cap. CCLII. Dixit Iesus discipulis suis, Cùm videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, *usque* donec impleantur tempora nationum. CAP. LXI.

IV. Non. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis. Audientes autem Iacob quòd alimenta venderentur in Ægyptum, *usque* moriamini. Evangelium secundùm Lucam cap. CCIX. Dixit Iesus discipulis suis, Adtendite autem vobis ne fortè gravarentur corda vestra, *usque* in templo audire eum. CAP. LXII.

III. Non. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis fecerunt fratres Ioseph in Ægypto ut illis ipse præceperat, & locuti sunt ad invicem, *usque* absque liberis ero. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXII. Dixit Iesus discipulis suis, Ecce ego mitto promissum patris mei in vos, *usque* benedicentes Deum. CAP. LXIII.

II. Non. Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis tulerunt filij Israël munera & pecuniam duplicem, *usque* ad patrem vestrum. Evangelium secundùm Matthæum cap. XXXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Nolite putare quia veni solvere legem, *usque* hic magnus vocabitur in regno cœlorum. CAP. LXIV.

Non. Martij. In natali sanctarum virginum Perpetuæ & Felicitatis. Lectio libri sapientiæ. Congregationi pauperum affabilem te facito, *usque* verbum in tempus salutis. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXV. Venit Iesus & CAP. LXV.

discipuli ejus in Iudæam terram, *usque* missus est ante illum.

Dominica in Quinquagesima. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Et si linguis hominum loquar & angelorum, *usque* major autem his est caritas. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXXII. Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, *usque* dedit laudem Deo.

Cap. LXVI. VIII. Idus Martij. Lectio libri geneseos: In diebus illis accedens Iudas propiùs confidenter ad Ioseph ait, *usque* festinate & adducite eum ad me. Evangelium secundùm Iohannem cap. LI. Factum est cùm descenderent discipuli Iesu ad mare, *usque* ad terram qua ibant.

Cap. LXVII. VII. Idus Martij. Lectio libri geneseos. In diebus illis auditum est & celebri sermone vulgatum in aula Regis, venerunt fratres Ioseph, *usque* Ioseph ponet manu tua super oculos tuos. Evangelium secundùm Marcum cap. CXX. Cùm intrasset Iesus Hierosolymam in templum, *usque* quodcunque dixerit fiat fiet ei.

Feria IV. capite ieiunii. ad sanctam savinam. Lectio Iohel Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, convertimini ad me in toto corde vestro, *usque* non dabo vos ultrà opprobrium gentibus dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Matthæum cap. XLV. Dixit Iesus discipulis suis, Cùm jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, *usque* ibi est & cor tuum.

Feria V. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem, *usque* protegam eam dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Matthæum cap. LXIV. Cùm introisset Iesus Capharnaum, *usque* sanatus est ex illa hora.

Feria VI. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Clama, ne cesses, *usque* quia misericors sum Dominus Deus tuus. Evangelium secundùm Matthæum cap. XXXIX. Dixit Iesus discipulis suis, Audistis quia dictum est Diliges proximum tuum & odies inimicum, *usque* reddet tibi.

Sabbato. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, Si abstuleris de medio tui catenam, *usque* Os enim Domini locutum est hæc. Evangelium secundùm Marcum cap. [LXVI.] Cùm serò esset factum, erat navis in medio mari, *usque* salvi fiebant.

Dominica initium quadragesimæ. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, hortamur vos, *usque* omnia possidentes. Evangelium secundùm Matthæum cap. XV. Ductus est Iesus in desertum, *usque* angeli ministrabant ei.

Hinc plenarius sequitur ordo, sicut in libro comiti continetur, usque octabas paschæ.

Feria II. Lectio Ezechiel Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse requiram oves meas, *usque* in judicio & justitiam dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXXII. Cùm venerit filius hominis in majestate sua, *usque* justi autem in vitam æternam.

Feria III. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis locutus est Esaias Propheta dicens, *usque* ait Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCX. Cùm intrasset Iesus Hierosolymam, *usque* docebat eos de regno Dei.

Feria IV. Lectio libri Exodi. In diebus illis dixit Dominus ad Moysen, *usque* & quadraginta noctibus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXXVII. Accesserunt ad Iesum Scribæ & Pharisæi dicentes, *usque* ipse meus frater & soror & mater est.

Feria V. Lectio Ezechiel Prophetæ. In diebus illis factus est sermo Domini ad me dicens, *usque* ait Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Iohannem cap. CLVII. In illo tempore dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæis, *usque* qui est ex Deo verba Dei audit.

Feria VI. Lectio Ezechiel Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Anima quæ peccaverit, ipsa morietur, *usque* vita vivet & non morietur dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXXVIII. In illo tempore erat dies festus Iudæorum, *usque* esset qui fecit eum sanum.

Sabbato in duodecim lectionibus. Ad sanctum Petrum. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis locutus est Moyses ad Dominum dicens, Respice Domine de sanctuario tuo, *usque* sicut locutus est tibi.

Item lectio libri Deuteronomij. In diebus illis dixit Moyses filiis Israël, *usque* sicut locutus est vobis Dominus Deus vester.

Item lectio libri Machabæorum. In diebus illis orationem faciebant sacerdotes, *usque* nec vos deserat in tempore Dominus Deus vester.

Item lectio libri sapientiæ. Miserere nostri Deus omnium, *usque* mirabilia tua Domine Deus noster.

Item lectio Danihel Prophetæ. Angelus Domini descendit cum Azaria & sociis ejus, *usque* & superexaltatus in secula.

Item benedictione.

Item lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, rogamus vos, corripite inquietos, *usque* in adventum Domini nostri Iesu Christi servetur. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLXXII. In illo tempore assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem ejus, *usque* à mortuis resurget.

Dominica prima infra quadragesimam. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, *usque* sed in sanctificatione in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Matthæum cap. LVII. Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, *usque* ex illa hora.

Feria II. Lectio Danihel Prophetæ. In diebus illis oravit Danihel dicens, *usque* & super populum tuum Domine Deus noster. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXXIX. Dixit Iesus turbis Iudæorum, Ego vado & quæritis me, *usque* placita sunt ei facio semper.

Feria III. Lectio libri Regum. In diebus illis factus est sermo Domini ad Eliam, *usque* quod locutus est in manu Heliæ. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCXXVII. Locutus est

Iesus ad turbas & ad discipulos suos dicens, *usque* exaltabitur.

Feria IV. Lectio libri Hester. In diebus illis oravit Hester ad Dominum dicens, *usque* ora canentium Domine Deus noster. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCI. Ascendens Iesus Hierosolymam, *usque* redemptionem pro multis.

Feria V. Lectio Hieremiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus. Maledictus homo qui confidit in homine, *usque* adinventionum suarum dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Iohannem cap. [XII.] Dixit Iesus turbis Iudæorum, Non possum ego à me ipso facere quicquam, *usque* quomodo verbis meis creditis.

Feria VI. Lectio libri geneseos. In diebus illis dixit Iosephefratribus suis, *usque* volens eripere eum de manibus eorum & reddere patri suo. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCXIX. Dixit Iesus discipulis suis, Homo erat paterfamilias, *usque* quoniam sicut Prophetam eum habebant.

Sabbato. Lectio libri geneseos. In diebus illis dixit Rebecca filio suo Iacob, *usque* desuper erit benedictio tua. Evangelium secundùm Lucam cap. CXC. Dixit Iesus discipulis suis, Homo quidam habebat duos filios, *usque* perierat & inventus est.

Dominica II. XXXa. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios. Estote imitatores Dei sicut filij carissimi, *usque* justitia & veritate. Evangelium secundùm Lucam cap. CXXVI. Erat Iesus eiciens dæmonium, *usque* & custodiunt illud.

Feria II. Lectio libri Regum. In diebus illis Naaman princeps militiæ Regis Syriæ, *usque* nisi tantùm Dominus Deus Israhel. Evangelium secundùm Lucam cap. XX. Dixerunt Pharisæi ad Iesum, Quanta audivimus facta Capharnaum, *usque* transiens per medium illorum ibat.

Feria III. Lectio libri Regum. In diebus illis mulier quædam clamabat ad Helisæum Prophetam dicens, *usque* tu & filij tui vivite de reliquo. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLXXXIII. Respiciens Iesus discipulos suos, *usque* dixit Simoni Petro, *usque* septuagies septies.

Feria IV. Lectio libri Exodi. Hæc dicit Dominus Deus, Honora patrem tuum & matrem tuam, *usque* nominis mei. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLIV. Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi dicentes, *usque* non coinquinant hominem.

Feria V. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad me dicens, Sta in porta domus Domini, *usque* in seculum dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Iohannem cap. [LII.] Operamini non cibum qui perit, *usque* qui credit in me non sitiet unquam.

Feria VI. Lectio libri Numeri. In diebus illis convenerunt filij Israël ad Moysen & Aaron, *usque* & sanctificatus est in eis. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXXIII. Iesus fatigatus est ex itinere, sedebat sic super fontem, *usque* quia hic est verè salvator mundi.

Sabbato. Lectio Danihel Prophetæ. In diebus illis erat vir in Babylone, nomen ejus Ioachim, *usque* in die illa. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXVI. Perrexit Iesus in montem oliveti, *usque* & ampliùs jam noli peccare.

Dominica XX. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. Fratres, scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, *usque* Christus nos liberavit. Evangelium secundùm Iohannem cap. XLVI. Abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, *usque* qui venturus est in mundum.

Feria II. Lectio libri Regum. In diebus illis venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem Salomon, *usque* ad faciendum judicium. Evangelium secundùm Iohannem cap. XX. Propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Hierosolymam Iesus, *usque* ipse enim sciebat quid esset in homine.

Feria III. Lectio libri Exodi. In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens, *usque* & misertus est populo suo Dominus Deus noster. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXV. Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat, *usque* de turba multi crediderunt in eum.

Feria IV. Lectio Ezechiel Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Sanctificabo nomen meum magnum, *usque* & ego ero vobis in Deum dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXXIX. Præteriens Iesus vidit hominem cœcum à nativitate, *usque* & procidens adoravit eum.

Feria V. Lectio libri Regum. In diebus illis venit mulier Sunamites ad Helisæum in montem, *usque* reversus est in Galgala. Evangelium secundùm Iohannem cap. XL. Dixit Iesus turbis Iudæorum, Pater meus usque modò operatur & ego operor, *usque* in resurrectionem judicij.

Feria VI. Lectio libri Regum. In diebus illis ægrotavit filius mulieris matrisfamiliæ, *usque* & verbum Domini in ore tuo verum est. Evangelium secundùm Iohannem cap. XCIV. Erat quidam languens Lazarus, *usque* crediderunt in eum.

Sabbato. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, In tempore placito exaudivi te, *usque* non oblivisca ea dicit Dominus omnipotens.

Alia. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Omnes sitientes venite ad aquas, *usque* quod egredietur de ore meo dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXXVI. Dixit Iesus turbis Iudæorum, Ego sum lux mundi, *usque* quia necdum venerat hora ejus.

Dominica V. in quadragesima. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, Christus adsistens Pontifex, *usque* æternæ hereditatis in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXXIX. Dicebat Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum, Quis ex vobis arguet me de peccato, *usque* & exivit de templo.

Feria II. Lectio Ionæ Prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad Ionam, *usque* & misertus est populo suo Dominus Deus noster. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXIX. Miserunt Principes & Pharisæi ministros, *usque* credentes in eum.

Feria III. Lectio Danihel Prophetæ. In diebus illis congregati sunt Babylonij ad Regem, *usque* de lacu leonum. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXV. Ambulans Iesus in Galilæa, *usque* propter metum Iudæorum.

Feria IV. Lectio libri Levitici. In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens, Ego Dominus Deus vester, Non facietis furtum, *usque* ego enim sum Dominus Deus vester. Evangelium secundùm Iohannem cap. XCII. Facta sunt encænia in Hierosolymis, *usque* & ego in patre.

Feria V. Lectio Danihel Prophetæ. In diebus illis oravit Danihel dicens, *usque* super omnem terram, *usque* unusquisque in domum suam. [Evangelium] secundùm Lucam cap. LXXIV. In illo tempore rogabat Iesum, *usque* dilexit multùm.

Feria VI. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis dixit Hieremias, Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, *usque* contere eos Domine Deus noster. Evangelium secundùm Iohannem cap. XCIV. Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium, *usque* cum discipulis suis.

Sabbato. Elymosina datur. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis dixerunt impij Iudæi ad invicem, *usque* in tempore furoris tui Domine Deus meus. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXVI. Dixit Iesus discipulis suis, Amen amen dico vobis, Nisi manducaveritis carnem filij hominis, *usque* traditurus eum cùm [esset] unus ex duodecim.

Dominica in palmas. [Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.] Fratres, Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, *usque* quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Passio Domini nostri Iesu Christi secundùm Matthæum cap. CCLXXIV. Dixit Iesus discipulis suis, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis, *usque* signantes lapidem cum custodibus.

Feria II. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis dixit Esaias, Dominus Deus aperuit mihi aurem, *usque* & imitantur in Domino Deo suo. Evangelium secundùm Iohannem cap. XCVIII. Ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, *usque* ut clarificetur filius hominis.

Feria III. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis dixit Hieremias, Domine demonstrasti mihi & cognovi, *usque* tibi enim revela causam meam Domine Deus meus. ITEM ALIA. Lectio libri sapientiæ. In diebus illis dixerunt impij Iudæi apud semetipsos, *usque* animarum suarum dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Iohannem cap. CIV. Dixit Iesus discipulis suis, Amen amen dico vobis, Nisi granum frumenti cadens in terra, *usque* dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei.

Feria IV. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Dicite filiæ Sion, Ecce salvator tuus venit, *usque* super omnia quæ reddidit nobis Dominus Deus noster. Item lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis dixit Esaias, Domine quis credidit auditui nostro, *usque* ut non perirent dicit Dominus omnipotens. Passio Domini nostri Iesu Christi secundùm Lucam cap. CCLX. Adpropinquabat autem dies festus azymorum qui dicitur Pascha, *usque* nondum quisquam positus fuerat.

Feria V. Cœna Domini. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, venientibus vobis in unum, *usque* ut non cum hoc mundo damnemini. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXII. In illo tempore ante diem festum Paschæ, *usque* continuò clarificabit eum.

Feria VI. Ad Hierusalem. Lectio Oseæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus in tribulatione sua, *usque* plusquam holocaustum. VBI SVPRA. Lectio libri Exodi. In diebus illis dixit Dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægypti, *usque* est enim phase id est transitus Domini. Passio secundùm Iohannem cap. CLVI. In illo tempore egressus est Iesus trans torrentem Cedron, *usque* quia juxtà erat monumentum ubi posuerunt Iesum.

INCIPIVNT LECTIONES DE VIGILIA PASCHÆ.

I. Lectio libri geneseos. In principio creavit Deus cœlum & terram, *usque* & requievit die septimo ab universo opere suo quod patrarat.

II. VBI SVPRA. Lectio libri geneseos. Noë verò cùm quingentorum esset annorum, *usque* odoratus est Dominus odorem suavitatis.

III. VBI SVPRA. Lectio libri geneseos. In diebus illis tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum, *usque* abierúntque Bersabee simul & habitavit ibi.

IV. Lectio libri Exodi. In diebus illis factum est in vigilia matutina, *usque* carmen hoc Domino. CANT. Cantemus Domino.

V. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc est servorum Domini, *usque* quod egredietur de ore meo dicit Dominus omnipotens.

VI. Lectio Hieremiæ Prophetæ. Audi Israhel mandata vitæ, *usque* & cum hominibus conversatus est.

VII. Lectio Ezechiel Prophetæ. Facta est super me manus Domini, *usque* & requiescere vos faciam dicit Dominus omnipotens.

VIII. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis adprehenderunt septem mulieres, *usque* à turbine & à pluvia. CANTC. Vinea facta est.

IX. Lectio libri Exodi. In diebus illis dixit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægypti, Mensis iste, *usque* id est transitus Domini.

X. Lectio Ionæ Prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad Ionam Prophetam secundò dicens, *usque* & misertus est populo suo Dominus Deus noster.

XI. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis scripsit Moyses canticum, *usque* & ad finem usque complevit. CANT. Adtende cœlum.

XII. Lectio Danihel Prophetæ. In diebus illis Nabuchodonosor Rex fecit statuam auream, *usque* laudantes & benedicentes Dominum. CANT. Sicut cervus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sabbato sancto. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses. Fratres, si consurrexistis cum Christo, *usque* eum ipso in gloria. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCCLII. Vespere autem sabbati, *usque* ibi eum videbitis, ecce dixi vobis.

Dominica sancta. Ad sanctam Mariam. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, expurgate vetus fermentum, *usque* & veritatis. Evangelium secundùm Marcum cap. XXX. Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome, *usque* ibi eum videbitis sicut dixi vobis.

Feria II. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis stans Petrus in medio plebis dixit, Viri fratres, vos scitis quod factum est, *usque* qui credunt in eum. Evangelium secundùm Lucam [cap. CCCXXXIX.] Exeuntes duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, *usque* cognoverunt eum in fractione panis.

Feria III. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis surgens Paulus & manu silentium indicens ait, *usque* resuscitans Iesum Christum. Evangelium secundùm Lucam cap. CCCXL. Stetit Iesus in medio discipulorum suorum & dixit eis Pax vobis, *usque* & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Feria IV. [Lectio actuum Apostolorum.] In diebus illis aperiens Petrus os suum dixit, Viri Israelitæ & qui timetis Deum audite, *usque* deleantur vestra peccata. Evangelium secundùm Iohannem cap. CCXIX. Manifestavit se Iesus ad mare Tyberiadis, *usque* cùm resurrexisset à mortuis.

Feria V. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis Angelus Domini locutus est ad Philippum dicens, Surge, vade contra meridianum, *usque* evangelizabat civitatibus cunctis nomen Domini nostri Iesu Christi. Evangelium secundùm Iohannem cap. CCXI. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans, *usque* quia vidi Dominum & hæc dixit mihi.

Feria VI. Lectio epistolæ beati Petri Apostoli. Carissimi, Christus semel pro peccatis mortuus est, justus pro injustis, *usque* per resurrectionem Iesu Christi qui est in dextera Dei. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCCLV. Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, *usque* ad consummationem seculi.

Sabbato. Lectio epistolæ beati Petri Apostoli. Fratres, deponentes omnem malitiam & omnem dolum, *usque* nunc autem misericordiam consecuti. Evangelium secundùm Iohannem cap. CCXII. Cùm esset serò die illo una sabbatorum & fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, *usque* & quorum retinueritis retenta sunt.

VIII. Kal. Aprilis. In conceptione sanctæ Mariæ. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis locutus est Dominus ad Achaz dicens, Pete tibi signum à Domino Deo tuo, *usque* ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Evangelium secundùm Lucam cap. [III.] Missus est angelus Gabriel à Deo, *usque* fiat mihi secundùm verbum tuum.

Dominica octab. Paschæ. Lectio epistolæ beati Iohannis Apostoli. Carissimi, omne quod natum est vincit mundum, *usque* qui credit in filium Dei habet testimonium Dei in se. Evangelium secundùm Iohannem cap. [CCXVI.] Thomas autem unus ex duodecim, *usque* unam habeatis in nomine ejus.

Feria II. post octabas Paschæ. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis Philippus descendens in civitatem Samariæ prædicabat illis Christum, *usque* accipiebant Spiritum sanctum. Evangelium secundùm Matthæum cap. CVIII. Cœpit Iesus exprobrare civitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes, *usque* dico vobis quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicij quàm tibi. Cap. LXVIII.

Feria III. post octabas Paschæ. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis cùm complerentur dies multi, consilium fecerunt Iudæi ut interficerent Paulum, *usque* statim receptum est vas in cœlum. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXI. Dixit Iesus discipulis suis, Qui credit in me, non in me credit, sed in eum qui me misit, *usque* sicut dixit mihi pater, sic loquor. Cap. LXIX.

Feria IV. post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, obedite præpositis vestris, *usque* per Iesum Christum cui gloria est in secula seculorum. Evangelium secundùm Iohannem cap. [CLIII.] Respiciens Iesus discipulis suis dixit, Pater sancte serva eos, *usque* sed ut serves eos ex malo.

Feria V. post octabas Paschæ. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis dum intra se hæsitaret Petrus quidnam est visio, *usque* qui timet eum & operatur justitiam acceptus est illi. Evangelium secundùm Lucam cap. CXCVI. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam erat dives, & induebatur porpura & bysso, *usque* neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Cap. LXX.

III. Idus Aprilis. In natali sancti Leonis Papæ. Lectio libri sapientiæ. Ecce sacerdos magnus, *usque* in odorem suavitatis. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXVIIII. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam peregrè proficiscens, *usque* intra in gaudium domini tui.

XVIII. Kal. Maij. In natali sanctorum Tiburtij & Valeriani & Maximi. Lectio libri sapientiæ. Lingua sapientium ornat scientiam, *usque* qui sequitur justitiam diligitur à Domino. Evangelium secundùm Matthæum cap. XXIV. Videns Iesus turbas ascendit in montem, *usque* merces vestra copiosa est in cœlis.

Feria VI. post octabas Paschæ. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis audierunt Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, *usque* gentibus Deus pœnitentiam & vitam dedit. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCCLIV. Exierunt mulieres citò de monumento, *usque* in hodiernum diem. Cap. LXXI.

Sabbato post octabas Paschæ. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis illi qui dispersi fuerant à tribulatione, *usque* per manus Barnabæ & Pauli. Evangelium secundùm Lucam cap. CXXXV. Cùm loqueretur Iesus, rogavit illum quidam Pharisæus ut prandere apud se, *usque* vos autem ædificatis eorum sepulchra. Cap. LXXII.

Dominica prima post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Petri Apostoli. Carissimi, Christus passus est pro nobis, *usque* animarum vestrarum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXXIX. Dixit Iesus discipulis suis, Ego sum pastor bonus, *usque* fiet unum ovile & unus pastor.

CAP. LXXIII. VIII. Kal. Maij. In natali sancti Georgij martyris. Lectio libri sapientiæ. Honor & gloria in sermone sensati, *usque* secundùm illum erit actus illius. Evangelium secundùm Matthæum cap. XCV. Dixit Iesus discipulis suis, Nihil opertum quod non reveletur, *usque* coram patre meo qui in cœlis est.

CAP. LXXIV. Feria II. hebdomadæ post Pascha. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis enatravit Petrus quomodo eduxisset eum Dominus de carcere, *usque* admirans super doctrina Domini. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXLII. Quærebant principes sacerdotum & scribæ mittere in Iesum manus, *usque* mirati sunt in responsis ejus.

CAP. LXXV. V. Kal. Maij. In natali sancti Richarij confessoris in Centulo. Lectio libri sapientiæ. Fili, à juventute tua excipe doctrinam, *usque* & coronam gratulationis superpones tibi. Evangelium [secundùm] Iohannem cap. LII. Altera die turba quæ stabat trans mare, *usque* credatis in eum quem misit ille.

CAP. LXXVI. Feria III. hebdomadæ primæ post octabas Paschæ. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis quidam vir inlustris infirmis pedibus, *usque* morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis suis. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXII. Dixit Iesus discipulis suis, Ego sum vitis vera, *usque* gaudium vestrum impleatur.

CAP. LXXVII. Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Petri Apostoli. Carissimi, scientes quòd non corruptibilibus argento vel auro redempti estis, *usque* verbum autem Domini manet in æternum. Evangelium secundùm Lucam cap. CCCXXXVI. Vna autem sabbati valde diluculo, *usque* & abiit secum mirans quod factum fuerat.

CAP. LXXVIII. Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis quidam descendentes de Iudæa, *usque* in synagogis ubi per omne sabbatum legitur. Require evangelium quod fuit in dominica.

CAP. LXXIX. Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis placuit Apostolis & senioribus, *usque* loqui verbum Dei in Asia. Evangelium secundùm Matthæum cap. LXXIII. Accesserunt discipuli ad Iesum Iohannes, *usque* & ambo conservantur.

CAP. LXXX. Sabbato hebdomadæ quæ suprà.

III. Kal. Maij. Natale sanctæ Theodoræ virginis & sancti Vitalis. Lectio libri sapientiæ. Honora Deum ex tota anima tua, *usque* non enim poterunt diligere nisi quæ ipsis placent. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, *usque* nova & vetera.

Dominica II. post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Petri Apostoli. Carissimi, obsecro tanquam advenas & peregrinos, *usque* hæc est enim gratia in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Iohannem [cap.] CXLVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Modicum & non videbitis me, *usque* gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

IN PASCHA ANNOTINA. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXIV. Erat homo ex Pharisæis nomine, *usque* sed habeat vitam æternam.

Kal. Maij. Natale sanctorum Philippi & Iacobi. Ambianis Accij & Accioli. Lectio libri sapientiæ. Stabunt justi in magna constantia, *usque* inter sanctos sors illorum est. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXVII. Dixit Iesus discipulis suis, Non turbetur cor vestrum, creditis in Deum, *usque* in nomine meo hæc faciam.

Lectio libri sapientiæ. Viri justi sint tibi convivæ, *usque* honoratorum & pauperum. Evangelium secundùm Lucam cap. CXLVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Cùm audieritis prælia, *usque* in patientia vestra animas vestras. CAP. LXXXI.

Feria II. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis cùm venissent Apostoli in Mysiam, *usque* salvus eris tu & domus tua. Evangelium quod fuit in Dominica proxima. CAP. LXXXII.

V. Non. Maij. Inventio sanctæ crucis. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. Fratres, confido de vobis in Domino quòd nihil aliud sapietis, *usque* mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Evangelium quod legitur in Pascha annotina.

Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis locuti sunt Apostoli custodi carceris verbum Domini cum omnibus qui erant in domo ejus, *usque* mulieres nobiles non paucæ. Evangelium quod in Dominica. CAP. LXXXIII.

Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis zelantes Iudæi Apostolos, assumentésque de vulgo viros, *usque* aut dicere aut audire aliquid novi. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXV. Dixit Iesus discipulis suis, Filioli adhuc modicùm vobiscum sum, *usque* sequeris autem postea. CAP. LXXXIV.

Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. Stans autem Paulus in medio Ariopagi ait, *usque* docens in eis verbum Dei. Evangelium quod in Dominica. CAP. LXXXV.

Sabbato hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis insurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, *usque* spiritu nequam egrediebantur. Evangelium quod in Dominica. CAP. LXXXVI.

Dominica [III.] post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Iacobi Apostoli. Carissimi, omne datum optimum, *usque* quod potest salvare animas vestras. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXLVII. Dixit Iesus discipulis suis, Vado ad eum qui me misit, *usque* adnontiabit vobis.

II. Non. Maij. Natale sancti Matthæi Apostoli. Lectio libri sapientiæ. Benedictio Dei in mercedem justi festinat, *usque* ditiori te ne socius fueris. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXV. Dixit Iesus discipulis suis, Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem, *usque* in nomine meo det vobis. CAP. LXXXVII.

Non. Maij. Natale sanctorum Alexandri, Eventi, & Theodoli. Lectio libri sapientiæ. Beatus vir qui non est lapsus verbo, *usque* honorabitur in ipso. Evangelium secundùm Matthæum cap LXXXVI. Dixit Iesus discipulis suis, Ecce ego mitto vos, *usque* hic salvus erit. CAP. LXXXVIII.

Feria

CAP. LXXXIX. Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, omnes enim vos filij lucis & filij diei estis, *usque* & ædificate alterutrum in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Marcum cap. CCXXXIII. Surgens autem Iesus mane prima sabbati, *usque* nontiaverunt ceteris.

CAP. XC. Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis facta est turbatio non minima de via, *usque* cùm hæc dixisset, dimisit Ecclesiam. Evangelium quod in Dominica.

CAP. XCI. Romæ natale sancti Gordiani. Lectio libri sapientiæ. Omne sacramentum erroris odit Deus, *usque* in veritate nuntio scientiam ejus in judicio. Evangelium secundùm Matthæum cap. XCV. Dixit Iesus discipulis suis, Nolite arbitrare quia veni pacem mittere, *usque* non perdet mercedem suam.

CAP. XCII. Sabbato hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis, postquam autem cessavit tumultos, *usque* deducebant eum ad navem. Evangelium secundùm Iohannem cap. XLVI. Abiit Iesus trans mare Galilææ, *usque* ibi sedebat cum discipulis suis.

Dominica IV. post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Iacobi Apostoli. Carissimi, estote factores verbi, *usque* se custodire ab hoc seculo. Evangelium secundùm Iohannem cap. CL. Dixit Iesus discipulis suis, Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem, *usque* in hoc credimus quia à Deo existi.

Letania majore. Lectio epistolæ beati Iacobi Apostoli. Confitemini alterutrum peccata vestra, *usque* & operit multitudinem peccatorum. Evangelium secundùm Lucam cap. CXXIV. Dixit Iesus discipulis suis, Quis vestrum habet amicum, *usque* petentibus se.

In vigilia Ascensa Domini. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis, multitudinis autem credentium, *usque* prout cuique opus erat. Evangelium secundùm Iohannem cap. CLIV. Sublevatis Iesus oculis in cœlum, *usque* & ego ad te vado.

In Ascensionis Domini. Lectio actuum Apostolorum. Primùm quidem sermonem feci, *usque* euntem in cœlum. Evangelium secundùm Marcum cap. CCXXXIII. Recumbentibus undecim discipulis suis, *usque* sequentibus signis.

Dominica post Ascensa Domini. Lectio epistolæ beati Petri Apostoli. Carissimi, estote prudentes, *usque* honotificetur Deus per Iesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXLV. Dixit Iesus discipulis suis, Cùm autem venerit paraclytus, *usque* reminiscamini quia ego dixi vobis.

CAP. XCIII. IV. Idus Maij. Romæ natale sanctorum Nerei & Achilei, Pancratij martyris, & Soteris virginis, cum aliis DCIII. Lectio libri sapientiæ. Anima hominis vitalis, *usque* misericordia autem Dei circa omnem carnem. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLXXXIX. Accesserunt ad Iesum Pharisæi, *usque* sed quibus datum est.

CAP. XCIV. III. Idus Maij. Trijecto depositio sancti Servatij Episcopi & confessoris. Lectio libri sapientiæ. Qui misericordiam habet, docet & erudit, *usque* & in illa timere Deum. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Hæc mando vobis, *usque* qui oderunt me gratis.

II. Idus Maij. Natale sancti Cyriaci martyris & CCCCIV. qui cum eo passi sunt Mediolanis. Lectio libri sapientiæ. In omni sapientia dispositio legis, *usque* prudens placabitur magnatis. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Hæc mando vobis, *usque* oderunt me gratis. CAP. XCV.

Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis cùm moraremur in diebus aliquot, *usque* allocutus est Hebræa lingua. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXV. Abiit Iesus cum discipulis suis, *usque* gaudium meum impletum est. CAP. XCVI.

Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis locutus est Paulus Apostolus dicens, Viri fratres & patres audite, *usque* Paulum statuit inter illos. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXIV. Dixit Iesus discipulis suis, Si manseritis in me, *usque* gaudium vestrum impletum est. CAP. XCVII.

Sabbato hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis, Intendens autem concilium Paulus, *usque* ut dicant apud te. Evangelium secundùm Iohannem cap. XLVI. Abiit Iesus trans mare Galilææ, *usque* & ibi sedebat cum discipulis suis. CAP. XCVIII.

In vigilia Pentecosten. Lectio libri geneseos. In diebus illis tentavit Deus Abraham. Secunda lectio libri Deuteronomij. In diebus illis scripsit Moyses. Tertia lectio libri Esaiæ Prophetæ. In diebus illis adprehenderunt septem mulieres. Quarta lectio Hieremiæ Prophetæ. Audi Israël mandata vitæ.

Ad Missam in eodem sabbato. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis cùm Apollo esset Corinthi, *usque* suadens de regno Dei. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Si diligitis me, *usque* & manifestabo ei me ipsum.

Dominica Pentecosten. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis cùm complerentur dies Pentecostes, *usque* magnalia Dei. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXX. Dixit Iesus discipulis suis, Si quis diligit me, *usque* sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Feria II. Ad vincula, hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis aperiens Petrus os suum dixit, *usque* in nomine Domini nostri Iesu Christi. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXIV. Dixit Iesus discipulis suis, Sic enim dilexit Deus mundùm, *usque* opera quæ in Deo sunt facta.

Feria III. Ad sanctam Anastasiam. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis cùm audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, *usque* accipiebant Spiritum sanctum. Evangelium secundùm Iohannem cap. LXXXIX. Dixit Iesus discipulis suis, Amen amen dico vobis, Qui non intrat per ostium, *usque* abundantiùs habeant.

Feria IV. Ad sanctam Mariam. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis stans Petrus cum undecim, *usque* quicunque invocaverit nomen Domini salvus erit. Evangelium secundùm

Iohannem cap. LX. Dixit Iesus discipulis suis, Nemo potest venire ad me, *usque* pro mundi vita.

Feria V. Ad Apostolos. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis Philippus descendens in civitatem Samariæ, *usque* gaudium in illa civitate. Evangelium secundùm Lucam cap. LXXXVI. Convocatis Iesus duodecim discipulis suis, *usque* curantes ubique.

Feria VI. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis aperiens Petrus os suum dixit, Viri Israelitæ, audite verba hæc, *usque* replebis me jocunditate cum facie tua. Evangelium secundùm Lucam cap. XXXVI. Factum est in una dierum, *usque* quia vidimus mirabilia hodie.

Sabbato. Ad sanctum Stephanum. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis convenit universa civitas, *usque* replebantur gaudio & Spiritu sancto. Evangelium secundùm Lucam cap. XXVI. Surgens Iesus de synagoga, *usque* oportet me evangelizare regnum Dei.

Micrelog. c. 59. Dominica octab. Pentecosten. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi ostium apertum in cœlum, *usque* adorabunt viventem in secula seculorum. Amen. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXIV. Erat homo ex Pharisæis Nichodemus, *usque* sed habeat vitam æternam.

XIV. Kal. Iunij. Natale sanctæ Pudentianæ. Lectio libri sapientiæ. Confitebor tibi Domine Rex, *usque* libera eos de manu odientium Domine Deus noster. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, *usque* nova & vetera.

XIII. Kal. Iunij. Romæ natale sanctorum Gervasij & Protasij. Lectio libri sapientiæ. Spectatio justorum lætitia, *usque* exaltabitur civitas. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLXXXIX. Accesserunt ad Iesum Pharisæi, *usque* non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

Feria IV. hebdomadæ primæ post Pentecosten. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, Si autem prædicatur Christus quòd resurrexit à mortuis, *usque* in suo ordine per Iesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXLIII. Accesserunt ad Iesum quidam Saducæorum, *usque* non audebant eum quicquam interrogare.

XI. Kal. Iunij. In Corsica passio sanctæ Iulianæ virginis. Lectio libri sapientiæ. Domine Deus meus, exaltasti super terram habitationem meam, *usque* & benedicam nomen tuum Domine Deus noster. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum decem virginibus, *usque* vigilate itaque quia nescitis diem neque horam.

Cap. xcix. Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis milites secundùm præceptum sibi, *usque* à Cæsarem ibis. Evangelium secundùm Lucam cap. CXLVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Cùm autem inducent vos in synagogas, *usque* sic est qui sibi thesaurizat non est in Deo dives.

Cap. c. Sabbato hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis, cùm dies aliquot transacti essent, *usque* lumen admantiaturus est populo & gentibus. Evangelium secundùm Lucam cap. XCIII. Accedentes discipuli ad * Iohannem, *usque* & saturati sunt. * Iesum

Hebdomada II. post Pentecosten. Lectio epistolæ beati Iohannis Apostoli. Carissimi, Deus caritas est, *usque* diligat & fratrem suum. Evangelium secundùm Lucam cap. CXCIII. Homo quidam erat dives, & induebatur.

VIII. Kal. Iunij. Natale sancti Vrbani Episcopi & confessoris. Lectio libri sapientiæ. Dedit Dominus confessionem sancto suo, *usque* inter benedictos benedicetur. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Vigilate ergo, *usque* super omnia bona sua constituet eum.

Feria III. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis loquente Paulo Apostolo & oratione reddente, *usque* & passi sunt eam excidere. Evangelium secundùm Iohannem cap. CLIII. Respiciens Iesus discipulos suos dixit, *usque* sed ut serves eos à malo. Cap. cii.

Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses. Fratres, mortificate membra vestra quæ sunt super terram, *usque* & in omnibus Christus. Evangelium secundùm Matthæum cap. XXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Nolite putare quoniam veni solvere legem, *usque* hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

V. Kal. Iunij. Parisius depositio sancti Germani Episcopi & confessoris, & translatio corporis sancti Gentiani martyris Ambianensium. Lectio libri sapientiæ. Qui custodit justitiam, continebit sensum ejus, *usque* in præceptis Dei permanet semper. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXIX. Dixit Iesus discipulis suis, Hoc est præceptum meum, *usque* quodcunque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Cap. ciii.

IV. Kal. Iunij. Treveris depositio sancti Maximi Episcopi. Lectio libri sapientiæ. Domine pater & dominator vitæ meæ, *usque* intuentes in absconditas partes. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Vigilate ergo, *usque* super omnia bona sua constituet eum. Cap. civ.

III. Kal. Iunij. Natale sanctæ Petronillæ. Lectio libri sapientiæ. Domino autem Deo antequam crearentur omnia sunt agnita, *usque* & in electis meis mitte radices. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Iesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum thesauro absconditio, *usque* nova & vetera.

Hebdomada III. post Pentecosten. Lectio epistolæ beati Iohannis Apostoli. Carissimi, nolite mirari si odit vos mundus, *usque* sed opere & veritate. Evangelium secundùm Matthæum cap. XXXV. Dixit Iesus discipulis suis, Nisi abundaverit justitia vestra, *usque* & tunc veniens offeres munus tuum.

Feria II. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis cùm lux inciperet fieri, *usque* imposuerunt quæ necessaria erant. Evangelium secundùm Lucam cap. XCVI. Dixit Iesus discipulis suis, Homo quidam erat dives, & induebatur porpura & byssо, *usque* ne- Cap. cv.

que si quis ex mortuis resurrexerit credent.

CAP. CVI. Feria III. hebdomadæ quæ suprà. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis, post menses autem transnavigavimus in navi Alexandrina, *usque* hic est Iesus Christus filius Dei per quem incipiet totus mundus judicari. Evangelium secundùm Lucam cap. CXCVII. Dixit Iesus discipulis suis, impossibile est ut non veniant scandala, *usque* quod debuimus facere fecimus.

IV. Non. Iunij. Romæ natale sancti Marcellini & Petri Exorcistæ cum aliis XLII. Lectio libri sapientiæ. Iustorum animæ in manu Dei sunt, *usque* regnabit dominus illorum in perpetuum. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXLVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Cùm audieritis prælia, *usque* in patientia vestra possidebitis animas vestras.

III. Non. Iunij. Aurelianis depositio sancti Liphardi Presbyteri. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, plures facti sunt sacerdotes, *usque* semel se offerendo Dominus noster Iesus Christus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXIX. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam peregrè proficiscens, *usque* intra in gaudium domini tui.

CAP. CVII. Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis locutus est Iohannes Apostolus dicens, Beatus qui legit & qui audit verba hujus propheriæ, *usque* facta Nicolaitarum quæ & ego odi. Qui habet aurem, *usque* in paradiso Domini Dei mei. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXXI. Dixit Iesus similitudinem hanc, Homo quidam fecit cœnam magnam, *usque* gustabunt cœnam meam.

CAP. CVIII. Sabbato hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis ait Dominus, Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe, *usque* coram patre meo & coram angelis ejus, *usque* qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCV. Egrediente Iesu ab Hiericho, *usque* secuti sunt eum.

Hebdomada IV. post Pentecosten. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli. Cariſſimi, humiliamini sub potenti manu Dei, *usque* ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXXVI. Erant adpropinquantes ad Iesum publicani, *usque* pœnitentiam agente.

CAP. CIX. Feria II. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis ait Dominus, Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe, *usque* sedi cum patre meo in throno ejus. & reliqua. Evangelium quod fuit in Dominica ejusdem hebdomadæ.

CAP. CX. Feria III. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis quatuor animalia mittentes coronas suas ante thronum dicentes, Dignus es Domine, *usque* quis poterit stare. Evangelium quod in Dominica ejusdem hebdomadæ.

INCIPIVNT LECT. MENSIS IV.

Feria IV. Ad sanctam Mariam. Lectio libri sapientiæ. Diligite justitiam qui judicatis, *usque* hoc quod continet omnia scientia habet vocis.

ITEM ALIA. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus. Audi Iacob serve meus, super generationem tuam, *usque* dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Lucam cap. XCIII. Accedentes discipuli ad Iesum, *usque* saturati sunt.

Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi quatuor angelos stantes super angulos terræ, *usque* exterget Deus omnem lachrymam ex oculis eorum. Evangelium quod in Dominica ejusdem hebdomadæ. CAP. CXI.

Feria VI. Lectio Iohel Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Exultate filij Sion, *usque* populus meus in æternum, ait Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXXVI.

. . . . . .

Sabbato in XII. lectionibus. Ad sanctum Petrum. Lectio Iohel Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Effunde de spiritu meo super omnem carnem, *usque* omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit.

Item ubi suprà. Lectio libri Levitici. In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens, Loquere ad filiis Israël, & dices ad eos, Cùm ingressi fueritis terram, *usque* in cunctis habitaculis & generationibus vestris, ait Dominus omnipotens.

Item ubi suprà. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis dixit Moyses, Audi Israël quæ ego præcipio tibi hodie, *usque* Dominus Deus tuus dederit tibi.

Item ubi suprà. Lectio libri Levitici. In diebus illis dixit Dominus ad Moysen, Si in præceptis meis ambulaveritis, *usque* eritis populus meus dicit Dominus omnipotens.

Item ubi suprà. Hîc legitur Danihel Prophetæ. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, justificati ex fide, pacem habeamus ad Deum, *usque* per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCV. Egrediente Iesu ab Iericò, *usque* secuti sunt eum.

Hebdomada V. post Pentecosten. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, existimo enim quòd non sunt condignæ passiones, *usque* expectantes redemptionem corporis nostri in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Lucam cap. LVI. Dixit Iesus discipulis suis, Estote ergo misericordes, *usque* festucam de oculo fratris tui.

V. Idus Iunij. Natale sanctorum Primi & Feliciani. Lectio libri sapientiæ. Transite ad me omnes qui concupistis me, *usque* fidei autem initium adglutinatum est ei. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXIV. Hoc est præceptum meum, *usque* in nomine meo det vobis. CAP. CXII.

IX. Kal. Iulij. Vigilia sancti Iohannis Baptistæ. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad me dicens, *usque* ædifices & plantes ait Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Lucam cap. I. Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ, *usque* plebem perfectam.

Item in die VIII. Kal. Iulij. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, Audite insulæ,

usque & sanctum Israhel qui elegit te. Evangelium secundùm Lucam cap. [III.] In illo tempore. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, *usque* redemptionem plebis tuæ.

CAP. CXIII. Feria III. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis, cùm aperuisset sigillum septimum, *usque* neque à furtis suis. Evangelium secundùm Matthæum capt. [XXXVI.] Dixit Iesus discipulis suis, Esto consentiens adversario tuo, *usque* quia totum corpus tuum eat in gehennam.

VII. Kal. Iulij. Vigilia Iohannis & Pauli. Item in die. Require epistolam & evangelium quod est in aliut sanctorum.

CAP. CXIV. Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi alium angelum fortem descendentem de cœlo, *usque* dederunt gloriam Deo cœli. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXXVI. Erant adpropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, *usque* pœnitentiam agente.

CAP. CXV. II. Idus Iulij. In natali sancti Basilidis, Naboris, & Nazari. Lectio libri sapientiæ. Timor Domini initium dilectionis, *usque* species in ornamentum domus illius. Evangelium secundùm Iohannem cap. XXIV. Erat homo ex Pharisæis, *usque* habeat vitam æternam.

Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Apostoli ad Colossenses. Fratres, omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, *usque* retributionem hereditatis per Iesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundùm Marcum cap. CXX. Cùm intrasset Iesus Hierosolymam in templum, *usque* quodcunque dixerit fiat fiet ei.

CAP. CXVI. Sabbato hebdomadæ suprà. XVIII. Kal. Iulij. In natali sanctæ Feliculæ. Lectio libri sapientiæ. Lucerna splendens super candelabrum sanctum, *usque* qui laqueum alio tendit, peribit in illo. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, *usque* nova & vetera.

Hebdomada VI. post Pentecosten. Lectio epistolæ beati Petri Apostoli. Carissimi, omnes unianimes in oratione estote, *usque* Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Evangelium secundùm Lucam cap. XXIX. Cùm turbæ irruerent ad Iesum, *usque* relictis omnibus secuti sunt illum.

XIV. Kal. Iulij. Natale sanctorum Marci & Marcelliani & sanctæ Marinæ Virginis. Lectio libri sapientiæ. Lingua sapientium ornat scientiam, *usque* qui sequitur justitiam diligitur à Domino. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXIV. Dixit Iesus discipulis suis, Hoc est præceptum meum, *usque* in nomine meo det vobis.

XIII. Kal. Iulij. Natale sanctorum Gervasi & Protasi, Nazari, & Celsi pueri. Lectio libri sapientiæ. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles, *usque* ad respectionem illius Dominus Deus noster. Evangelium secundùm Lucam cap. [CLIV.] Dixit Iesus discipulis suis, Sint lumbi vestri præcincti, *usque* super omnia quæ possidet constituet illum.

IV. Kal. Iulij. Vigilia Apostolorum Petri & Pauli. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis Petrus & Iohannes ascendebant in templum, *usque* in eo quod contigerat illi. Evangelium secundùm Iohannem cap. CCXXVII. In illo tempore dixit Iesus Petro, Simon Iohannes diligis me, *usque* clarificaturus esset Deum.

Item in die III. Kal. Iulij. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis misit Herodes Rex manus, *usque* plebis Iudæorum. Evangelium secundùm Matthæum cap. [CLXVI.] Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, *usque* erit solutum in cœlis.

Ipso die vigilia sancti Pauli. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. Fratres, notum vobis facio evangelium. Evangelium quod in vigilia sancti Petri.

Item in die. Lectio actuum Apostolorum. In diebus illis Saulus adhuc spirans minarum, *usque* adfirmans quoniam hic est Christus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXCV. Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos relinquimus omnia & secuti sumus te, *usque* vitam æternam possidebit.

Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses. Fratres, induite vos sicut electi Dei, *usque* gratias agentes Deo & Patri per Iesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundùm Lucam cap. XCIII. Accedentes discipuli ad Iesum dixerunt illi, *usque* saturati sunt.

IN XII. LEC. REQVIR.

Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis septimus angelus tuba cecinit, *usque* hic est patientia & finis sanctorum. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXXVI. Erant adpropinquantes ad Iesum publicani, *usque* pœnitentiam agente. CAP. CXVII.

Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi bestiam ascendentem de terra, *usque* opera enim illorum sequentur illos. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXXXV. Venit ad Iesum vir cui nomen Iahirus, *usque* fides tua te salvum fecit, vade in pace. CAP. CXVIII.

REQVIRE XII. LEC. IN SABBATO MENSIS IVNII.

Sabbato hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi nubem candidam, & super nubem, *usque* vera & justa judicia tua. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXCIII. Accedens quidam ad Iesum ait illi, *usque* veni sequere me. CAP. CXIX.

Dominica post natale Apostolorum. Evangelium secundùm Matthæum cap. [LVI.] Adtendite à falsis Prophetis, *usque* intrabit in regnum cœlorum.

Idibus Iulij. Natale sancti Cyriaci. Lectio libri sapientiæ. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, *usque* enarrabit Ecclesia sanctorum. Evangelium secundùm Lucam cap. CCLXX. Facta est inter discipulos contentio, *usque* tribus Israhel. CAP. CXX.

XV. Kal. Agusti. Metis depositio sancti Arnulfi confessoris. Lectio libri sapientiæ. Audi me fili & ne spernas me, *usque* ne premas illum & repetendo. Evangelium secundùm Marcum cap. CXXXVII. Egrediente Iesu de templo, *usque* in finem hic salvus erit. CAP. CXXI.

CAP. CXXII. Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis quartus angelus effudit phialam suam in solem, *usque* abstulit me in desertum in spiritu. Evangelium secundùm Lucam cap. LXXXIII. Cùm egressus esset Iesus de navi, *usque* quantam illi fecisset Deus.

CAP. CXXIII. XII. Kal. Augusti. Natale sanctæ Praxedis. Lectio libri sapientiæ. Rectorem te posuerunt, noli extolli, *usque* insectationibus arguetur. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, *usque* nova & vetera.

CAP. CXXIV. Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, *usque* quæ habet regnum super Reges terræ. Evangelium secundùm Lucam cap. CXCVI. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam erat dives, *usque* neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.

CAP CXXV. X. Kal. Augusti. Natale sancti Apollinaris. Lectio libri sapientiæ. Fili, sine consilio nihil facies, *usque* & ex terra unde creatus est Adam. Evangelium secundùm [Lucam] cap. CCLXX. Facta est contentio inter discipulos, *usque* tribus Israhel.

Dominica IV. post natale Apostolorum. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, nihil nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, *usque* vita & pax in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Lucam cap. CXC. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, *usque* interna tabernacula.

CAP. CXXVI. VIII. Kal. Augusti. Natale sanctorum Iacobi Apostoli, Christophori martyris. Et Ambianis translatio sancti Firmini. Lectio libri sapientiæ. Inlusio & improperium superborum, *usque* qui interierunt per linguam suam. Evangelium secundùm Lucam cap. CLIV. Dixit Iesus discipulis suis, Sint lumbi vestri præcincti, *usque* filius hominis venit.

CAP. CXXVII. IV. Kal. Augusti. Natale sanctorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Tricas depositio sancti Lupi Episcopi & confessoris. Lectio libri sapientiæ. Beatus qui tectus est à lingua nequam, *usque* & proderit tibi magis quàm aurum. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXLIX. Cùm audieritis prælia, *usque* possidebitis animas vestras.

CAP. CXXVIII Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi alium angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, *usque* judicavit Deus judicium vestrum. Evangelium quod in Dominica ipsius hebdomadæ.

CAP. CXXIX. III. Kal. Augusti. Natale sanctorum Abdon & Sennes. Lectio libri sapientiæ. Qui diligit filium suum, assiduat illis flagella, *usque* vita hominis thesaurus non deficiet sanctitatis. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXIV. Hoc est præceptum meum, *usque* oderunt me gratis.

CAP. CXXX. Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis sustulit unus angelus fortis lapidem, *usque* testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXVI. Respondens autem archisynagogus indignans, *usque* quæ gloriosè fiebant ab eo.

CAP. CXXXI. Sabbato hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, *usque* saturatæ sunt carnibus eorum. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXLVII. Vespere autem facto accesserunt ad Iesum discipuli ejus, *usque* quasi quinque milia hominum.

Dominica V. post natale Apostolorum. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, debitores sumus non carni, *usque* coheredes autem Christi. Evangelium secundùm Lucam cap. CXXI. Quidam legis peritus surrexit, *usque* & tu fac similiter.

CAP. CXXXII. Kalendis Augusti. Passio Machabæorum septem fratrum & sanctæ Felicitatis sub Antic. Lectio libri sapientiæ. In multitudine disciplinæ Domini, *usque* distribue hereditatem tuam. Item lectio libri sapientiæ. Mulierem fortem quis inveniet procul, *usque* & laudent eam in portis opera ejus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXLVIII. Iussit Iesus discipulos suos ascendere in naviculam, *usque* verè filius Dei es.

CAP. CXXXIII. IV. Non. Augusti. Romæ natale sancti Stephani Pontificis. Lectio libri sapientiæ. Spiritus timentium Dominum quæritur, *usque* depositio pro peccatis recedere ab injustitia. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, *usque* omni habenti dabitur & abundabit.

CAP. CXXXIV. Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi angelum descendentem de cœlo habentem clavem, *usque* die ac nocte in secula seculorum. Evangelium secundùm Lucam cap. XCIX. Descendente Iesu de monte cum discipulis suis, *usque* reddidit illum matri suæ.

CAP. CXXXV. Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio libri apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis venit unus ex septem angelis habentibus phialas, *usque* & regnabunt in secula seculorum. Evangelium quod in Dominica ipsius hebdomadæ.

CAP. CXXXVII. VIII. Idus Augusti. Romæ natale sancti Xristi, Felicissimi, & Acapiti. Lectio libri sapientiæ. Retribuit gratiam qui offert similagine, *usque* oblectabit justos misericordia sua. Evangelium secundùm [Matthæum] cap. LXXXVI. Dixit Iesus discipulis suis, Ecce ego mitto vos, *usque* in finem hic salvus erit.

Dominica ..... [Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.] Fratres, non omnis caro eadem caro, *usque* deinde quod spiritale. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXIV. Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant, *usque* qui se humiliat exaltabitur.

CAP. CXXXVIII. VI. Idus Augusti. Romæ natale sancti Cyriaci. Lectio libri sapientiæ. Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, *usque* & hereditabis eos sicut ab initio. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXCII. Dixit Iesus discipulis suis, Nihil opertum quod non reveletur, *usque* coram patre meo qui in cœlis est.

Cap. cxxxix. V. Idus Aguſti. Vigilia ſancti Laurentij. Lectio libri ſapientiæ. Confitebor tibi Domine Rex, *uſque* de manibus anguſtiæ. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. cl x. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Si quis vult poſt me venire, *uſque* in regno ſuo.

Item in die, IV. Idus Aguſti. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Frattes, qui parcè ſeminat, *uſque* frugum juſtitiæ veſtræ. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. c iv. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Niſi granum frumenti, *uſque* pater meus qui in cœlis eſt.

III. Idus Aguſti. Romæ natale ſanctorum Tiburtij, Valeriani, Cetiliæ, Suſannæ, Caſſiani. Et Camaraco depoſitio ſancti Gaugerici. Lectio libri apocalypſis Iohannis Apoſtoli. In diebus illis vidi oſtium apertum in cœlo, *uſque* fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

Item lectio libri ſapientiæ. Stabunt juſti in magna conſtantia, *uſque* inter ſanctos ſors illorum eſt.

Item lectio libri ſapientiæ. Reddet Deus mercedem, *uſque* laudaverunt pariter Domine Deus noſter.

Evangelium ſecundùm Iohannem cap. cxxxiv. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Hoc eſt præceptum meum, *uſque* in nomine meo det vobis.

Item evangelium ſecundùm Matthæum cap. c x l. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito, *uſque* nova & vetera.

Cap. cxl. II. Idus Aguſti. Natale ſancti Eupoli. In diebus illis. Lectio libri ſapientiæ. Miſerere plebis tuæ ſuper quem invocatum eſt, *uſque* adjutorium qui ſecundùm illum eſt & columna ut requies. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. c x l i x. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Amen amen dico vobis quia plorabitis, *uſque* & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Dominica II. poſt ſancti Laurentij. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Fratres, ſcimus enim quoniam ſi terreſtris, *uſque* manifeſtos nos eſſe per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Evangelium ſecundùm Marcum cap. l x x i v. Exiens Ieſus de finibus Tyri, *uſque* & mutos loqui.

Cap. cxli. Idibus Aguſti. Natale ſancti Ypoliti. Lectio libri ſapientiæ. Omnis amicus dicet & amicitiam copulavi, *uſque* animæ ſuæ ſuavis eſt. Evangelium ſecundùm Lucam cap. c x l i v. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Adtendite à fermento, *uſque* coram angelis Dei.

Cap. cxlii. XIX. Kal. Septembris. Natale ſancti Euſebij. Lectio libri ſapientiæ. Qui ſophiſticè loquitur, *uſque* pax enim Dei ſuper faciem terræ. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. c c l x i i i. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Vigilate quia neſcitis, *uſque* conſtituet eum.

Cap. cxliii. XVIII. Kal. Septembris. Adſumptio ſanctæ Mariæ matris Domini. Lectio libri ſapientiæ. Fili, in tua infirmitate, *uſque* & conſolare illum in exitum ſpiritus ſui. Evangelium ſecundùm Lucam cap. c x x i v. Intravit Ieſus in quoddam caſtellum, *uſque* non auferetur ab ea.

Cap. cxliv. XVII. Kal. Septembris. Natale ſancti Leudegarij. Lectio libri ſapientiæ. Sapientiam ſcribe in tempore, *uſque* conquirentes in lege altiſſimi. Evangelium ſecundùm Lucam cap. c l i v. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Sint lumbi veſtri præcincti, *uſque* filius hominis venit.

Feria VI. Lectio libri apocalypſis Iohannis Apoſtoli. In diebus illis dixit mihi angelus, Hæc verba fideliſſima & vera ſunt, *uſque* qui vult accipiat aqua vitæ gratis. Evangelium ſecundùm Lucam cap. l x x i v. Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, *uſque* quoniam dilexit multùm. Cap. cxlv.

Sabbato. Lectio libri Regum. In diebus illis conſuluit David Dominum, *uſque* deſerti in Gabaon. Evangelium quod in Dominica ejuſdem hebdomadæ.

Dominica III. poſt ſancti Laurentij .....
.....
..... Evangelium ſecundùm Lucam cap. c x x. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Beati oculi qui vident, *uſque* tu fac ſimiliter.

XV. Kal. Septembris. Natale ſancti Agapiti. Lectio libri ſapientiæ. Sapientiam omnium antiquorum, *uſque* benedicite Dominum in operibus ſuis. Evangelium quod in ſanctorum. Cap. cxlvi.

XIV. Kal. Septembris. Apparitio ſanctæ crucis. Et natale ſancti Andreæ magiſtri militum. Lectio libri ſapientiæ. Date nomini Domini magnificentiam, *uſque* laudate & benedicite nomen Domini. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. x x i v. Erat homo ex Phariſæis, *uſque* vitam æternam. Cap. cxlvii.

XIII. Kal. Septembris. In Geumatica natale ſancti Philiberti. Lectio libri ſapientiæ. Occupatio magna creata eſt, *uſque* ſuper omnem gloriam operuerunt illum. Evangelium ſecundùm Lucam cap. c l x x x i i. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Si quis venit ad me, *uſque* qui habet aures audiendi audiat. Cap. cxlviii.

Feria V. hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, abundantiùs oportet obſervare nos, *uſque* eis qui tentantur auxiliari. Evangelium ſecundùm Lucam cap. x x v i. Surgens Ieſus de ſynagoga, *uſque* evangelizare regnum Dei. Cap. cxlix.

XI. Kal. Septembris. Natale ſancti Timothei. Lectio libri ſapientiæ. Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas, *uſque* bonum autem nomen permanebit in ævo. Evangelium ſecundùm Lucam cap. l x x x i i. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Si quis venit ad me, *uſque* qui habet aures audiendi audiat. Cap. cl.

Sabbato hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, ſancti vocatione cœleſtis participes, *uſque* ſi introibunt in requiem meam. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. c x v i i. Abeuntes Phariſæi conſilium faciebant, *uſque* in nomine ejus ſperabunt. Cap. cli.

Dominica IV. poſt ſancti Laurentij. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Galatas. Fratres
.....
Evangelium ſecundùm Lucam cap. c c i. Dum iret Ieſus in Hieruſalem, *uſque* fides tua te ſalvum fecit.

IX. Kal. Septembris. In India natale ſancti Bartholomæi Apoſtoli. Reme ſanctæ Aureæ virginis. Et depoſitio ſancti Audoëni Epiſcopi & confeſſoris. Lectio libri ſapientiæ. Diſciplina in pace conſervate, *uſque* in conſpectu omnium vi- Cap. clii.

* CXVI. rorum. Evangelium secundùm Lucam cap. ** CLXVI. Qui vos audit, *usque* scripta sunt in cœlis.

CAP. CLIII. VIII. Kal. Septembris. Arelato natale sancti Genesi martyris. Lectio libri sapientiæ. Filia patris absconditа est, *usque* videns gloriam ejus. Evangelium secundùm Marcum cap. CXXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Videte ne quis vos seducat, *usque* hic salvus erit.

CAP. CLIV. Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, operibus ab institutione mundi perfectis, *usque* imbecilles facti estis ad audiendum. Evangelium secundùm Lucam cap. CLXVIIII. Dum iret Iesus per civitates & castella, *usque* accumbent in regno Dei.

CAP. CLV. Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, cùm debueritis magistri esse propter tempus, *usque* interiora velaminis. Evangelium secundùm Lucam cap. CXLIX. Aitad Iesum quidam de turba, *usque* & Deus pascit illos.

CAP. CLVI. V. Kal. Februarij. Romæ natale sancti Hermetis. Africa depositio sancti Agustini. Lectio libri sapientiæ. Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus, *usque* emittere judicij sui. Evangelium secundùm Lucam cap. XLV. Descendens Iesus de monte stetit in loco, *usque* copiosa est in cœlis.

CAP. CLVII. IV. Kal. Septembris. In Campania natale sanctæ Sabinæ virginis. Et passio sancti Iohannis Baptistæ. Lectio libri sapientiæ. Aperti sunt thesauri, *usque* piè agentibus dedit sapientiam. Evangelium secundùm Matthæum cap. [CXL.] Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, *usque* nova & vetera.

III. Kal. Item in sancti Iohannis. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Sancti ludibria & verbera experti, *usque* probat inventi sunt in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Marcum cap. LIX. Misit Herodes *usque* & posuerunt illud in monumentum.

Dominica V. post sancti Laurentij. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. Fratres, spiritu ambulate, *usque* concupiscentiis. Evangelium secundùm Matthæum cap. XLVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Nemo potest duobus dominis servire, *usque* adicientur vobis.

CAP. CLVIII. Feria II. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli ad Hebræos. Fratres, præcursor pro nobis introiit Iesus in interiora velaminis secundùm ordinem Melchisedech, *usque* de qua nullus ad altare præsto fuit. Evangelium quod in ipsa Dominica.

CAP. CLIX. Feria III. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, manifestum est quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster, *usque* quod fixit Dominus & non homo. Evangelium quod in ipsa Dominica.

CAP. CLX. Kal. Septembris. Ambianis depositio sancti Firmini Episcopi & confessoris. Lectio libri sapientiæ. Laudemus viros gloriosos, *usque* diluvio omnis caro. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Vigilate ergo, *usque* constituet eum.

CAP. CLXI. Feria V. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, omnis Pontifex ad offerenda munera, *usque* sanctum seculare. Evangelium secundùm Matthæum cap. XVIII. Venit ad Iesum leprosus, *usque* conveniebant ad eum undique.

Feria VI. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, tabernaculum factum est primum, *usque* æterna redemptione inventa. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis similitudinem hanc, Homo quidam nobilis, *usque* ascendens in Hierusalem. CAP. CLXII.

Sabbato ebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, si enim sanguis hircorum, *usque* mulieribus ostiis quàm istis. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCXXXII. Dixit Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum, Væ vobis Scribæ & Pharisæi, *usque* illa non obmittere. CAP. CLXIII.

Dominica mensis VI. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli. Fratres, si vivimus spiritu, *usque* domesticos fidei. Evangelium secundùm Lucam cap. LXVII. Ibat Iesus in civitatem, *usque* plebem suam.

Non. Septembris. In Gallia, civitate Vensuntio, natale sanctorum Ferioli & Ferutioni cum sociis eorum. Lectio libri sapientiæ. Abraham magnus pater multitudinis, *usque* elegit illum de omni carne. Evangelium secundùm Lucam cap. XLV. Descendens Iesus de monte, *usque* copiosa est in cœlis. CAP. CLXIV.

Feria III. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, non enim in manufactis sanctis, *usque* sedet in dextera Dei. Evangelium secundùm Matthæum cap. XXXIX. Dixit Iesus discipulis suis, Audistis quia dictum est Diliges proximum tuum, *usque* in absconso reddet tibi. CAP. CLXV.

Feria IV. hebdomadæ quæ suprà. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, de cetero expectat Dominus Iesus donec ponantur inimici ejus, *usque* horrendum est incidere in manus Dei viventis. Evangelium quod in Dominica. CAP. CLXVI.

VI. Idus Septembris. Nativitas sanctæ Mariæ Dei genitricis. Et natale sancti Adriani martyris. Lectio libri sapientiæ. Audivit Moyses Dominum & vocem ipsius, *usque* unxi eum oleo sancto. Evangelium secundùm Lucam cap. III. Exsurgens Maria abiit in montana, *usque* in Deo salutari meo. CAP. CLXVII.

Item lectio libri sapientiæ. Factum est sancto in testamentum æternum, *usque* in gentem eorum æternam fecit. Evangelium secundùm Iohannem cap. CXXXII. Dixit Iesus discipulis suis, Ego sum vitis vera, *usque* gaudium vestrum impleat.

V. Idus Septembris. Depositio sancti Audomari Episcopi & confessoris. Lectio libri sapientiæ. Fortis in bello Iesu Nave, *usque* nomen eorum permanet in æternum. Evangelium secundùm Lucam cap. CLIV. Dixit Iesus discipulis suis, Sint lumbi vestri præcincti, *usque* filius hominis venit. CAP. CLXVIII.

IV. Idus Septembris. Depositio sancti Hilarij Episcopi. Lectio libri sapientiæ. Dilectus à Deo suo Samuhel, *usque* exultatione Goliæ. Evangelium secundùm Marcum cap. CXXXVIII. Dixit CAP. CLXIX.

Ieſus diſcipulis ſuis, Videte ne quis vos ſeducat, *uſque* hic ſalvus erit.

Cap. CLXX. III. Idus Septembris. Natale ſanctorum Proti & Iacincti. Lectio libri ſapientiæ. Invocavit David Dominum omnipotentem, *uſque* potentiam inimicorum. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. LXXXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cùm perſequentur vos in civitate iſta, *uſque* coram patre meo qui eſt in cœlis.

Dominica menſis VIII. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, obſecro vos vinctus in Domino, *uſque* in omnibus nobis. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CLXVI. Cùm intraret Ieſus in domum cujuſdam, *uſque* exaltabitur.

Cap. CLXXI. Feria II. hebdomadæ ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, rememoramini autem priſtinos dies, *uſque* ſuper illam defunctus adhuc loquitur. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CCXL. Docente Ieſu populum in templo, *uſque* in qua poteſtate hæc facio.

Cap. CLXXII. Idibus Septembris. Turonis depoſitio ſancti Lidoris Epiſcopi. Et Andigavis depoſitio * Aureliani Epiſcopi. Lectio libri ſapientiæ. Salomon impetravit in diebus pacis, *uſque* liberavit eos. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. LXXXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cùm perſequentur vos in civitate iſta, *uſque* coram patre meo qui eſt in cœlis.

* Maurilij

Cap. CLXXIII. XVIII. Kal. Octobris. Natale ſancti Cornelij Pontificis & ſancti Cypriani, atque exaltatio ſanctæ crucis. Lectio libri ſapientiæ. Surrexit Helias Propheta quaſi ignis, *uſque* atque venirent. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CXL. Dicebat Ieſus turbis Phariſæorum & principibus, *uſque* ut accuſarent eum.

Item de cruce. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Philippenſes. Fratres, hoc enim ſentite in vobis, *uſque* in gloria eſt Dei Patris. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. XXIV. Erat homo ex Phariſæis, *uſque* vitam æternam.

Cap. CLXXIV. XVII. Kal. Octobris. Natale ſancti Nicomedis. Lectio libri ſapientiæ. In compoſitione odoris, *uſque* in originem Adam. Evangelium ſecundùm Lucam cap. XCVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Si quis poſt me venire, *uſque* videant regnum Dei.

Cap. CLXXV. XVI. Kal. Octobris. Natale ſanctarum virginum Luciæ & Euſemiæ. Lectio libri ſapientiæ. Ego quaſi vitis fructificavi, *uſque* vitam æternam habebunt. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito, *uſque* nova & vetera.

Cap. CLXXVI. XV. Kal. Octobris. In Ledio depoſitio ſancti Landiberti Epiſcopi. Lectio libri ſapientiæ. Simon Oniæ filius ſacerdos magnus, *uſque* conſummatione virtutis. Evangelium ſecundùm Lucam cap. XCVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Si quis vult poſt me venire, *uſque* videant regnum Dei.

Dominica menſis VII. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Fratres, gratias ago Deo meo, *uſque* adventus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCXXIII. Accedentes ad Ieſum Saducæi, *uſque* mirabantur in doctrina ejus.

Feria II. hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hæbræos. Fratres, fide Enoch tranſlatus eſt, *uſque* hoſpites ſuper terram. Evangelium ſecundùm Lucam cap. XXXVIII. Vidit Ieſus publicanum nomine Levi, *uſque* peccatores in pœnitentiam. Cap. CLXXVII.

Feria III. hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, qui ſeducunt peregrinos & hoſpites ſuper terram, ſignificant ſe, *uſque* circuitu dierum ſeptem. Evangelium quod ipſa Dominica. Cap. CLXXVIII.

Feria IV. in jejunio hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio Amos Prophetæ. Hæc dicit Dominus, Ecce dies venient, & comprehendet arator, *uſque* de terra ſita quam dedi eis, dicit Dominus omnipotens. Evangelium ſecundùm Marcum cap. XCI. Reſpondens unus de turba dixit, *uſque* in oratione & jejunio.

Feria V. hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apóſtoli ad Hebræos. Fratres, fide Raab meretrix, *uſque* in dextera ſedis Dei ſedet. Evangelium quod in Dominica ipſius. Cap. CLXXIX.

Feria VI. hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio Oſeæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, Convertere ad Dominum Deum tuum, *uſque* juſti ambulabunt in eis. Evangelium ſecundùm Lucam cap. XXXVI. Sedebat Ieſus docens, *uſque* vidimus mirabilia hodie.

Sabbato in XII. lectionibus. Lectio libri Levitici. In diebus illis locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens, Decimo menſis ſeptimi, *uſque* ſabbata veſtra, dicit Dominus omnipotens.

Item alia lectio libri Levitici. In diebus illis locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens, Quintodecimo die menſis ſeptimi, *uſque* ego Dominus Deus veſter.

Item lectio Michæ Prophetæ. Domine Deus noſter paſce populum, *uſque* à diebus antiquis Domine Deus noſter.

Item lectio Zachariæ Prophetæ. In diebus illis factum eſt verbum Domini ad me dicens, *uſque* pacem diligite dicit Dominus omnipotens exercituum.

Item lectio libri Exodi. In diebus illis oravit Moyſes ad Dominum Deum ſuum dicens, Cur Domine iraſcitur furor tuus, *uſque* adversùs populum ſanctum Domine Deus noſter.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, tabernaculum factum eſt primum, *uſque* æterna redemptione inventa. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CLXIV. Erat Ieſus docens in ſynagogis, *uſque* gloriosè fiebant ab eo.

Dominica menſis VII. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, renovamini ſpiritu mentis veſtræ, *uſque* neceſſitatem patientibus. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. LXX. Aſcendens Ieſus in navicula, *uſque* poteſtatem talem hominibus.

Cap. CLXXX. XII. Kal. Octobris. Natale ſanctorum Dorondoni, Dorothei, Privati, Felicis, Conſtantiæ, qui paſſi ſunt ſub Nerone. Lectio libri ſapientiæ. In aſcenſu altaris ſancti, *uſque* ſecundùm ſuam miſericordiam. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Vigilate quia neſcitis diem, *uſque* conſtituet eum.

XI. Kal.

CAP. CLXXXI. XI. Kal. Octobris. In Perſida natale ſancti Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ. Et ſancti Lucæ Evangeliſtæ. Lectio libri apocalypſis Iohannis Apoſtoli. In diebus illis vidi oſtium apertum in cœlo, *uſque* adorabunt viventem in ſecula ſeculorum. Evangelium ſecundùm Lucam cap. XXXVIII. Vidit Ieſus publicanum nomine Levi, *uſque* peccatores in pœnitentiam.

CAP. CLXXXII. X. Kal. Octobris. Agauno natale ſanctorum Maurici, Exſuperi, Candidi, cum aliis quinque milia DCLXXXV. Lectio libri ſapientiæ. Det nobis Deus jocunditatem cordis, *uſque* quia lux Dei veſtigium ejus eſt. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. CXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, [*uſque*] oderunt me gratis.

CAP. CLXXXIII. IX. Kal. Octobris. Natale ſanctæ Teclæ virginis & ſancti Marci Evangeliſtæ. Lectio libri ſapientiæ. Confitebor tibi Domine Rex, *uſque* & benedicam nomen tuum Domine Deus meus. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCXLVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Videte ne quis vos ſeducat, *uſque* hic ſalvus erit.

CAP. CLXXXIV. VIII. Kal. Octobris. Natale ſancti Iohannis Baptiſtæ, & ſanctorum Iuliani, Chriſtophori. Lectio libri ſapientiæ. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam, *uſque* veſtram in tempore ſuo. Evangelium ſecundùm Marcum cap. CXXXIX. Videte ne quis vos ſeducat, *uſque* hic ſalvus erit.

CAP. CLXXXV. VII. Kal. Octobris. In Gallia, Ambianis, natale ſancti Firmini martyris. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, recogitate Dominum qui tale ſuſtinuit, *uſque* exercitatis per eam reddet juſtitiæ. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Vigilate, *uſque* conſtituet eum.

Dominica III. poſt ſancti Cypriani. Lectio beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, videte quomodo cautè ambulatis, *uſque* invicem in timore Chriſti. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Simile eſt regnum cœlorum homini Regi qui voluit rationem, *uſque* de cordibus veſtris.

CAP. CLXXXVI. Feria II. hebdomadæ quæ ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, remiſſas manus & ſoluta jenua, *uſque* meliùs loquentem quàm Abel. Evangelium ſecundùm Marcum cap. CXXI. Interrogavit Ieſum unus de Scribis, *uſque* non eſt longè à regno Dei.

Deſunt hoc multa.

Evangelium ſecundùm Marcum cap. CVII. Cùm egreſſus eſſet Ieſus in via, *uſque* veni ſequere me.

CAP. CCXIX. Feria VI. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, unicuique autem noſtrum data eſt gratia, *uſque* ſicut eſt veritas in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Evangelium ſecundùm Marcum cap. LXXVII. Exierunt Phariſæi & cœperunt, *uſque* dimiſit illum in domum ſuam.

CAP. CCXX. VI. Idus Novembris. Natale ſanctorum quatuor coronatorum, & ſancti Ragnulfi martyris. Lectio libri ſapientiæ. Expectatio juſtorum lætitia, *uſque* exaltabitur civitas. Evangelium ſecundùm Lucam [cap.] XLV. Deſcendens Ieſus de monte, *uſque* copioſa eſt in cœlis.

Hebdomada II. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Fratres, ſic nos exiſtimet homo, *uſque* tunc laus eſt unicuique à Deo. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. IX. Miſerunt Iudæi ab Hieruſalem, *uſque* ubi erat Iohannes baptizans.

V. Idus Novembris. Paſſio ſancti Theodori martyris. Lectio libri ſapientiæ. Beatus homo qui invenit ſapientiam, *uſque* nubes rore concreſcunt. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. CXXXIV. Hoc eſt præceptum meum ut diligatis invicem, *uſque* oderunt me gratis.

IV. Idus Novembris. Romæ depoſitio ſancti Leonis Epiſcopi, & ſancti Mennæ. Lectio libri ſapientiæ. Lingua ſapientium, *uſque* diligetur à Domino. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CCLXX. Facta eſt contentio à diſcipulis, *uſque* tribus Iſrahel.

III. Idus Novembris. Turonis depoſitio ſancti Martini Epiſcopi & confeſſoris. In vigilia. Lectio libri ſapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus, *uſque* claritatem æternam Dominus Deus noſter. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CLIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Sint lumbi veſtri præcincti, *uſque* filius hominis venit.

Item in die. Lectio libri ſapientiæ. Ecce ſacerdos magnus, *uſque* ſuavitatis. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Homo quidam peregrè, *uſque* in gaudium domini tui.

Feria II. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, omnis ſermo malus, *uſque* in odorem ſuavitatis. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CCXL. Docente Ieſu in templo, *uſque* poteſtate hæc facio. CAP. CCXXI.

Idibus Novembris. Natale ſancti Bricij. Lectio libri ſapientiæ. Benedictio Domini ſuper caput juſti, *uſque* corona gloriæ. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CCXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Homo quidam nobilis abiit, *uſque* abundabit.

Feria III. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, nolite communicare operibus infructuoſis, *uſque* quæ ſit voluntas Domini. Evangelium ſecundùm Lucam cap. LXXIV. Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, *uſque* dilexit multùm. CAP. CCXXII.

Item feria IV. Lectio Eſaiæ Prophetæ. In diebus illis dixit Eſaias Propheta, Erit in noviſſimis diebus, *uſque* in lumine Domini Dei noſtri.

Item ubi ſuprà. Lectio Eſaiæ Prophetæ. In diebus illis locutus eſt Dominus ad Achaz dicens, *uſque* eligere bonum. Evangelium ſecundùm Lucam cap. III. Miſſus eſt Gabriel angelus à Deo, *uſque* fiat mihi ſecundùm verbum tuum.

Feria VI. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Egredietur virga, *uſque* fides cinctorium renum ejus. Evangelium ſecundùm Lucam cap. III. Exſurgens Maria, *uſque* in Deo ſalutari meo.

Sabbato in XII. lectionibus. Lectio Eſaiæ Prophetæ. In diebus illis clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, *uſque* ſanabit eos Dominus Deus noſter.

Item ubi ſuprà. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Lætabitur deſerta, *uſque*

fontes aquarum Dominus Deus noſter.

Item ubi ſuprà. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Super montem excelſum aſcende tu, *uſque* in ſinu ſuo levabit eos Dominus Deus noſter.

Item lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus Chriſto meo Cyro, *uſque* ego Dominus creavi eum.

Item lectio Danihel Prophetæ. In diebus illis angelus deſcendit, *uſque* ſuperexaltatus in ſecula.

Item ad Miſſam. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes. Fratres, rogamus vos per adventum Domini noſtri Ieſu Chriſti, *uſque* & deſtruet inluſtrationem adventus ſui. Evangelium ſecundùm Lucam cap. VI. Anno XV. *uſque* & videbit omnis caro ſalutare Dei.

Hebdomada I. ante natale Domini. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Philippenſes. Fratres, gaudete in Domino ſemper, *uſque* intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. IX. Miſerunt ab Hieroſolymis, *uſque* ubi erat Iohannes baptizans.

Item ubi ſuprà. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Fratres, nolite amittere confidentiam, *uſque* in adquiſitionem animæ.

Item lectio ubi ſuprà. Lectio Hieremiæ Prophetæ. Ecce dies veniunt dicit Dominus, *uſque* in terram ſuam dicit Dominus omnipotens.

In vigilia [natalis] Domini. Ad nonam. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, Propter Sion non tacebo, *uſque* quia complacuit Domino in te. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. III. Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu, *uſque* à peccatis eorum.

XVI. Kal. Decembris. Gallia, depoſitio ſancti Eucherij Epiſcopi. Lectio libri ſapientiæ. Beatus homo qui invenit ſapientiam, *uſque* nubes rore concreſcunt. Evangelium ſecundùm Mattheum cap. CCLXIII. Vigilate, *uſque* conſtituet eum.

XV. Kal. Decembris. Depoſitio ſancti Aniani Epiſcopi & confeſſoris, Autilianis. Lectio libri ſapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus, *uſque* claritatem æternam Dominus Deus noſter. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXIIII. Sedente Ieſu ſupra montem oliveti, *uſque* ſalvus erit.

X. Kal. Decembris. Natale ſanctæ Cæciliæ virginis, Valeriani, Tiburcij, & Maximi martyrum. Lectio libri ſapientiæ. Domine Deus meus exaltaſti ſuper terram, *uſque* nomen tuum Domine Deus noſter. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, *uſque* neque hora.

IX. Kal. Decembris. Natale ſancti Clementis & ſanctæ Felicitatis & ſancti Columbani. Lectio libri ſapientiæ. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, *uſque* hereditabit illum Dominus Deus noſter. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Homo quidam peregrè proficiſcens, *uſque* in gaudium domini tui.

Item lectio libri ſapientiæ. Mulierem fortem, *uſque* in portis opera ejus. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CXXX. Loquente Ieſu ad turbas, *uſque* ſoror & mater eſt.

VIII. Kal. Decembris. Natale ſancti Criſogoni, Lectio libri ſapientiæ. Iuſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum, *uſque* requiretur à generatione in generationem. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CCXLIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cùm audieritis prælia, *uſque* animas veſtras.

III. Kal. Decembris. Natale ſancti Saturnini. Lectio libri ſapientiæ. Beatus vir qui inventus eſt ſine macula, *uſque* omnis Eccleſia ſanctorum. Evangelium ſecundùm Marcum cap. CXXXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Videte ne quis vos ſeducat, *uſque* hic ſalvus erit.

II. Kal. Decembris. Natale ſancti Andreæ. In vigilia. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti qui benedixit nos, *uſque* ſuperabundavit in nobis. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. XVI. Stabat Iohannes & ex diſcipulis ejus duo, *uſque* ſuper filium hominis.

In die. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. Corde enim creditur ad juſtitiam, *uſque* verba eorum. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. XX. Ambulans Ieſus juxta mare Galilææ, *uſque* ſecuti ſunt eum.

Et eodem die ſancti Ambroſij.

Kal. Decembris. Depoſitio ſancti Elegi. Lectio libri ſapientiæ. Beatus homo qui invenit ſapientiam, *uſque* nubes rore creſcunt. Evangelium ſecundùm Lucam cap. CLIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Sint lumbi veſtri præcincti, *uſque* filius hominis venit.

IV. Idus Decembris. Romæ depoſitio ſancti Damaſi Papæ. Lectio libri ſapientiæ. Beatus vir qui inventus eſt ſine macula, *uſque* omnis Eccleſia ſanctorum. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. CXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, *uſque* qui oderunt me gratis.

III. Idus Decembris. Natale ſanctæ Eulaliæ virginis & ſanctorum martyrum Victorici, Fuſciani, & Gentiani. Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Fratres, qui gloriatur, in Domino glorietur, *uſque* exhibere Chriſto. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, *uſque* neque horam.

Item lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. Fratres, ſcimus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, *uſque* tradidit illum. Evangelium ſecundùm Iohannem cap. CXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, *uſque* qui oderunt me gratis.

II. Idus Decembris. Depoſitio ſancti Vvalerici confeſſoris. Lectio libri ſapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus, *uſque* claritatem æternam Dominus Deus noſter. Evangelium ſecundùm Matthæum cap. CCLXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Homo quidam peregrè, *uſque* in gaudium domini tui.

Idibus Decembris. Depoſitio ſancti Autberti Epiſcopi Camaracum. Et ſanctæ Luciæ virginis. Lectio libri ſapientiæ. Sapientia vincit malitiam,

usque disciplinæ Dei. Evangelium secundùm Lucam cap. CCLI. Dixit Iesus discipulis suis, Ponite in cordibus vestris, *usque* animas vestras.

XV. Kal. Ianuarij. Natale sanctæ Aftæ virginis. Lectio libri Malachiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego mittam angelum meum, *usque* anni antiqui dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Matthæum cap. CXL. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro absconditο, *usque* nova & vetera.

XII. Kal. Ianuarij. Romæ depositio sancti Innocentij Episcopi. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, quis nos separabit à caritate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Lucam cap. XLV. Descendens Iesus de monte, *usque* copiosa est in cœlis.

XI. Kal. Ianuarij. Romæ inter duos lauros natale sanctorum triginta martyrum. Lectio libri sapientiæ. Iusti in perpetuum vivent, *usque* deducet illos Dominus Deus noster. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Vigilate, *usque* constituet eum.

X. Kal. Ianuarij. In Nicomedia natale sanctorum DCCCLX. martyrum. Lectio libri sapientiæ. Iustorum animæ, *usque* pacem electis Dei. Evangelium secundùm Marcum cap. CXXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis, Videte ne quis vos seducat, *usque* hic salvus erit.

IX. Kal. Ianuarij. Cappadocia natale quadraginta virginum. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, qui gloriatur, in Domino glorietur, *usque* exhibere Christo. Evangelium secundùm Matthæum cap. XL. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro absconditο in agro, *usque* nova & vetera.

Pro ubertate pluviæ sive temperantia aëris. Lectio Iohel Prophetæ. Hæc dicit Dominus, Noli timere terra, *usque* quod fecit vobiscum mirabilia. Evangelium secundùm Lucam cap. LXXXIII. Factum est in una dierum, *usque* obediunt ei.

Pro insterelitate pluviæ. Lectio Hieremiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Numquid proiciens abiecisti Iuda, *usque* hæc omnia Domine Deus noster. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLX. Dixit Iesus discipulis suis, Misereor super turbæ, *usque* discipuli ejus cum eo.

In die belli. Lectio Esaiæ Prophetæ. In diebus illis ægrotavit Ezechias, *usque* protegam eum, ait Dominus omnipotens. Evangelium secundùm Lucam cap. CL. Dixit Iesus discipulis suis, Nolite solliciti esse, *usque* adicientur vobis.

De natali Papæ. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres, omnis Pontifex, *usque* ordinem Melchisedech. Evangelium secundùm Lucam cap. CCLXX. Facta est contentio inter discipulos, *usque* tribus Israhel.

In ordinatione Diaconorum. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Carissime, Diaconos constitue pudicos, *usque* in fide quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Evangelium secundùm Iohannem cap. CIV. Dixit Iesus discipulis suis, Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti, *usque* qui est in cœlis.

In ordinatione Presbyteri. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum. Carissime, Paulus servus Christi, Apostolus autem, *usque* doctrina sana per Iesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCLXIII. Dixit Iesus discipulis suis, Vigilate ergo, *usque* constituet eum.

In ordinatione Episcopi. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Carissime, fidelis sermo, si quis episcopatum, *usque* Dei nostri in omnibus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLXV. Dixit Iesus discipulis suis, Quis putas est fidelis servus. Evangelium secundùm Matthæum cap. CLXVI. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, *usque* solutum & in cœlis.

In dedicatione basilicæ sive oratorij. Lectio apocalypsis Iohannis Apostoli. In diebus illis vidi civitatem sanctam Hierusalem, *usque* nova facio omnia. Evangelium secundùm Lucam cap. LX. Dixit Iesus discipulis suis, Non est arbor bona quæ facit fructum malum, fundata erat, *usque* super petram. Item evangelium secundùm Lucam cap. CCXXV. Egressus Iesus, *usque* salus domui facta est.

Ad sponsas benedicendas. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Fratres, nescitis quoniam corpora vestra, *usque* portate Deum in corpore vestro. Evangelium secundùm Matthæum cap. CCXXI. Loquebatur Iesus cum discipulis suis, *usque* pauci autem electi.

Item evangelium secundùm Matthæum cap. CLXXXIX. Venit Iesus in fines Iudææ, *usque* quod Deus conjunxit, homo non separet.

In adventu judicum. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Fratres, obsecro vos primò omnium, *usque* in fide & veritate. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXXVIII. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam nobilis erat, hic habuit, *usque* dabitur & abundabit.

In tribulatione sive commotione. Lectio Hieremiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Numquid cadit, *usque* verbum autem Domini manet in æternum & in seculum seculi.

Item ejusdem. Hæc dicit Dominus Deus, Facite judicium & justitiam, *usque* servi & populi eorum ait Dominus Deus.

Item ejusdem. Si iniquitates nostræ contenderint, *usque* ne derelinquas nos Domine Deus noster. Evangelium secundùm Lucam cap. CCXXV. Egressus Iesus perambulabat Hiericho, *usque* salvum facere quod perierat.

In natali sacerdotum. Lectio libri Malachiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, Scietis quia misi ad vos mandatum, *usque* quia angelus domini exercituum est. Evangelium secundùm Marcum cap. LII. Circuibat Iesus in circuitu, *usque* ægrotos & sanabuntur.

Missa qua sacerdos pro se canet. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, scimus quòd lex spiritalis est, *usque* hujus gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundùm Matthæum cap. LXXVI.

Circuibat Iesus omnes civitates, *usque* omnem infirmitatem.

Missa votiva. Lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus, In die illa differtur munus Domino, *usque* hereditas mea Israel, dicit Dominus omnipotens.

* Iacobi Pro infirmis. Lectio epistolæ beati * Pauli Apostoli. Fratres, tristatur aliquis vestrum, *usque* ora pro invicem ut salvemini.

Pro iter agentibus. Lectio libri geneseos. In diebus illis locutus est Abraham dicens, Dominus cœli qui tulit me de domo, *usque* ipse mittet angelum suum coram te.

In agenda mortuorum. Lectio libri Machabæorum. In diebus illis vir fortissimus Iuda, *usque* ut à peccatis solvantur.

Item. Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, nolumus vos ignorare de dormientibus, *usque* itaque consolamini invicem in verbis in Christo Iesu Domino nostro.

Item lectio Esaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Orietur in tenebris lux tua, *usque* quia os Domini locutum est. Evangelium secundùm Iohannem cap. XCIV. Dixit Martha ad Iesum, *usque* qui in hunc mundum venisti.

Item evangelium secundùm Iohannem cap. XXXIX. Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum, Sicut enim pater suscitat mortuos, *usque* de morte in vitam.

Item secundùm Iohannem cap. LVI. Dixit Iesus turbis Iudæorum, Omne quod dat mihi, *usque* in novissimo die.

Item secundùm Iohannem cap. LXV. Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum, Ego sum panis vivus, *usque* in novissimo die.

INCIPIVNT LECTIONES DEFVNCTORVM.

I. Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei, *usque* non subsistam.

II. Tædet animæ meæ vitæ meæ, *usque* possum eruere.

III. Manus tuæ, *usque* custodivit spiritum meum.

IV. Responde mihi quantas habeo iniquitates, *usque* vestimentum quod comeditur à tinea.

V. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, *usque* donec optata veniat.

VI. Quis mihi hoc tribuat ut in infernum protegas me, *usque* sed parce peccatis meis.

VII. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, *usque* patientia mea tu es Domine Deus meus.

VIII. Pelli meæ consumptis carnibus, *usque* sculpantur in silice.

IX. Scio enim quòd redemptor meus vivit, *usque* hæc spes mea in sinu meo.

II.

AMALARII ABBATIS eclogæ de officio Missæ.

In vetustissimo codice MS. celeberrimi monasterij sancti Galli in Helvetia, ex quo opusculum istud descriptum est, sequebatur post Ordinem Romanum qualiter Missa celebratur. In calce enim Ordinis ista leguntur.

EXPLICIT ORDO ECCLESIASTICVS ROMANÆ ÆCCLESIÆ. SEQVENTIA AMALHERE ABBAS EDIDIT.

Incipiunt eglogæ de Ordine Romano & de quatuor orationibus Episcoporum sive populi in Missa.

CApitula sequentis opusculi prænotamus ut si fortè quis ignarus extans de ignobilitate hujus operis, adgrediensque illud quasi dignum, ac postea reperiens vile, ne pœnitentia ductus dicat apud semetipsum vel apud suos astantes: Si cognovissem rusticitatem hujus operis, nullatenus in eo laborem oculorum meorum impenderem. Videat modò in capite quæ sequuntur usque in finem. Et si lectionis causa in aliquam nausiam incurrerit, non illi qui ordinavit tantùm ingratus existat, sed & sibi, qui cognita ignobilitate, magis eam elegit rimari usque ad calcem.

I. Illud verò intimandum est, quòd ea quæ celebramus in officio Missæ ante lectum evangelium respicientia sunt ad primum adventum Domini usque ad illud tempus quando properabat Hierusalem passurus.

II. Introitus verò ad chorum Prophetarum respicit. Et meritò hos tangimus hìc, quoniam, ut Augustinus ait, Moyses minister fuit veteris testamenti, & Prophetæ ministri novi testamenti.

III. Kyrieleison ad eos Prophetas respicit qui circa adventum Domini erant; de quibus erat Zacharias, necnon & filius ejus Iohannes.

IIII. Gloria in excelsis Deo ad cœtum angelorum respicit, qui gaudium nativitatis Domini pastoribus adnuntiaverunt.

V. Prima collecta ad hoc respicit quod Dominus agebat circa duodecimum annum quando ascendit Hierosolymam, & sedebat in templo inter medios Doctorum, & audiebat illos atque interrogabat.

VI. Epistola ad prædicationem Iohannis pertinet.

VII. Responsorium ad benivolentiam Apostolorum, quando vocati à Domino, & secuti sunt.

VIII. Alleluya ad lætitiam mentis eorum quam habebant de promissionibus ejus, vel de miraculis quæ videbant fieri ab eo sive per nomen ejus.

VIIII. Evangelium ad suam prædicationem usque ad prædictum tempus.

X. Deinceps verò quod agitur in officio Missæ, ad illud tempus respicit quod est à Dominica,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quando pueri obviaverunt ei usque ad Ascensionem ejus sive Pentecosten.

XI. Oratio verò quam Presbyter dicit à secreta usque Nobis quoque peccatoribus, hanc orationem designat quam Iesus exercebat in monte oliveti.

XII. Et illud quod postea agitur, illud tempus significat quando Dominus in sepulchro jacuit.

XIII. Et quando panis mittitur in vinum, animam Domini ad corpus redire demonstrat.

XIIII. Et quod postea celebratur, significat illas salutationes quas Christus fecit discipulis suis.

XV. Et fractio oblatarum, illam fractionem significat quam duobus Dominus fecit discipulis suis in Emaus.

De Romano Ordine, & de statione in Ecclesia.

Masculi stant ad australem partem, & feminæ ad borealem, ut ostendatur per perfectiorem sexum firmiores sanctos semper constitui in majoribus tentationibus æstus hujus mundi, & per infirmiorem fragiliorémque sexum infirmiores in aptiore loco. Ad hoc etiam pertinet quòd & Iohannes in apocalypsi sua vidit angelum fortem qui posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. Fortiora etenim membra in majoribus periculis, altera in competentibus sistuntur.

De introitu Episcopi.

Episcopus à læva ingreditur, & transit ad dexteram. Christi unum corpus nos sumus omnes; ideóque fas est quòd Episcopus intrans Ecclesiam imitetur suum caput Christum ingredientem in mundum. Lævam partem tetigit Salvator noster, quia temporalem assumpsit; sed tendebat ad dexteram & docebat id ipsum Ecclesiam facere, quoniam resurrectione carnem quam assumpsit ad dexteram Dei elevavit, & Ecclesiam suam secum fecit consedere in cœlestibus, sicut dicit Paulus Apostolus, quia simul excitavit & simul sedere fecit in cœlestibus. Audi quid dicit Salomon de dextera & læva: *Longitudo dierum in dextera ejus, & in sinistra illius divitiæ & gloria.* Si longo tempore vivere cupimus, ad dexteram id est ad futuram vitam tendamus, & in sinistra habebimus divitias & glotiam, id est, sufficientiam præsentis vitæ.

De Diaconibus & cæterù Ministris Episcopi.

Intrant cum eo non ampliùs quàm septem Diaconi, totidem Subdiaconi, totidem Acolythi cum thuribulis non ampliùs quàm terni. Sæpe scriptum est & in multis locis apertum quòd septenario numero universitas Ecclesiæ designatur, quoniam multiplicatis partibus suis facit duodecim, id est ter quatuor duodecim, & quater tria duodecim, & ex duodenario numero Patriarcharum & Apostolorum universa Ecclesia propagatur. Si interrogaveris quare non possint esse in eo ordine sex aut quatuor ant duo, respondebo quia Deus impari numero gaudet. Cur, inquis, Deus gaudet impari numero? Dico, quia impar numerus dividi non potest, & divisionem non vult Deus recipere in Ecclesia sua. Par numerus dividi potest, sicut est sex in tres, & quatuor in duo, & duo in unum. Et unum ideo parem numerum non suscipimus in ordine suprædicto, quia divisionem & schisma non vult Deus recipere in Ecclesia sua. Quamvis tacuissent de septem Diaconibus ab Apostolis ordinatis, ex hinc decreverunt Apostoli vel successores Apostolorum per omnes Ecclesias septem Diaconos, qui sublimiori gradu essent ceteris, & proximi circa aram quasi columnæ altaris adsisterent, septem propter septem vitos perfectos, quinque propter quinque libros Moysi, tres propter spem, fidem, & caritatem, unus propter unitatem Ecclesiæ.

De portatione cereorum.

Quot Diaconi sunt, tot candelabra portantur, quia omni Ecclesiæ laboranti & imitanti Christum promittitur gaudium æternæ vitæ & lux perpetua. quod manifestè declaratur in apocalypsi Iohannis, dicente Domino negligenti: *Age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo,* id est, promissæ lucis munere, si pœnitentiam non egeris, te privabo. Apocal. 2.

De portatione thuribuli.

Portatur & thuribulum, quod Christi corpus significat, sicut scriptum est in eadem apocalypsi: *Alius angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum.* Quod sic expositum est. In conspectu scilicet apparuit Ecclesiæ, factus ipse thuribulum, ex quo Deus odorem suavitatis accepit, & propitius factus est mundo. Apocal. 8.

De Episcopo jam præsentato altari.

Episcopus veniens ante altare adorat primò sancta, & postea pacem dat Presbyteris & Diaconibus, quia illum imitatur de quo Propheta scripsit: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis ejus non erit finis.* Primò Episcopus adorat sancta, quia primò illius misericordia impertienda est à quo pax & concordia & regnum Christi intra nos regnat. Duos sacerdotes osculatur, quia ipse est lapis angularis qui conjunxit duos in unum parietem altrinsecus venientes, & dedit pacem his qui fuerant longè & his qui propè. Isa. 9.

De Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.

Post datam pacem concordat sanctæ Trinitati gloriam, quasi dicat. Gloriam referimus Deo Patri & Filio & Spiritui sancto, quia pacem quam prophetavit per sanctos suos Prophetas nobis in novissimis temporibus dignatus est ostendere. Quando dicit, *Sicut erat*, Diaconi procedunt ad altare & iterum revertuntur ad Episcopum & stant erecti. Hoc significat quòd ideo morti se tradiderunt, subauditur Apostoli, ut Christi corpori adunarentur. In quo versu varietas multiplicium temporum demonstratur, id est, *sicut erat in principio*, præteritum & nunc præsens & semper futurum & æternum & in secula seculorum longitudo magna. Vnde Origenes: Quoties secula seculorum nominantur, fortasse licèt ignotus nobis, tamen à Domino status aliquis terminus indicatur, quasi superiora tria circa tempus referantur, & ista inferiora circa secula fidelium transeuntium. Altare pro testatione nominis Christi *vidi sub altare* per hyperbaton dictum est; non *sub ara vidi occidere*, sed *qui sub ara fuerunt occisi*, id est, sub testificatione nominis Christi, eorum animas vidi. Quando dicitur prophetalis versus, Episcopus vadit ad altare, & osculatur eum; quia per ora Prophetarum Christus venit

in mundum, & transivit ad passionem.

De statione Diaconorum.

Diaconi primò stant inclinati ante altare cum Episcopo usque *sicut erat*, quia chorus martyrum sanctorum ante novissimam tribulationem in convalle lachrymarum manet. Postea martyrio coronati erecti stant liberati, & securi jam ab omni persecutione, quorum Deus oculos absterst ab omnibus lachrymis & ab omni dolore & ab omni esurie; ideòque stant ante Dominum semper.

De statione Episcopi.

Episcopus verò semper stat inclinatus usque ad prophetalem versum; quia Christus non anticipavit tempus quo prænuntiatus est per ora Prophetarum. Tempore enim quo Prophetæ prædixerunt venit in mundum ad passionem. Et ideo cum versu prophetali vadit ad altare, quia Christum imitatur, ut ostendat populo omnia quæ Prophetæ prædixerunt de Christi passione vera esse & in tempore suo consummata; sicut apertè legitur in Prophetia Danihelis. *Septuaginta*, inquit, *hebdomadæ adbreviatæ sunt super populum tuum & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio & prophetes, & unguatur sanctus sanctorum.* Et iterum inferiùs: *Confirmabit autem pactum multis hebdomadis una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium.* Quod dicit *adducatur justitia sempiterna*, de Christi adventu dicit. Quod dicit *unguatur sanctus sanctorum*, de ejus baptismo dicit. Quod dicit *confirmabit autem pactum multis hebdomadis una*, de Iohannis præconatu & de Christi prædicatione & de vocatione Apostolorum dicit. Quod dicit *& in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium*, de Christi passione & resurrectione dicit. Quod autem dicit septuaginta hebdomadas, id sunt anni solares quadringenti septuaginta quinque. Septem enim anni ponuntur in una hebdomada. Adbreviatas ideo dicit quia de quadringentis septuaginta quinque facit quadringentos nonaginta. Aufert embolismos de solaribus annis quadringentis septuaginta quinque, & ponit seorsum hos menses & annos quos facere potest ex embolismis. Embolismi fiunt in tanto numero annorum centum septuaginta quinque: quos oportet partiri per duodecim, quia duodecim menses in anno fiunt. Duodecies enim decatesseræ fiunt centum sexaginta octo, id sunt quatuordecim anni; quos quatuordecim annos debes adicere ad supradictos quadringentos septuaginta quinque, & fiunt quadringenti octuaginta novem. Remanserunt menses de centum septuaginta quinque septem super centum sexaginta octo. Hos septem adde ad quadringentos octuaginta novem annos, & fit inchoatio nonagesimi anni, in quo anno Dominus crucem ascendit. Et ideo dixit Propheta *confirmabit pactum multis hebdomadis una*, quia in ea Iohannes prædicabat, & Apostoli ad fidem convenerunt, & in dimidio hebdomadis occisus est Christus Iesus. Septem menses qui additi sunt ad annos quadringentos octuaginta novem, idem ipse qui se subdidit patri usque ad mortem, de hac exspectatione matri intulit dicens: *Quid tibi & mihi est mulier. Nondum venit hora mea.* Episcopus statim postquam adoraverit sancta, pergit ad dexteram altaris, & stat rectus versus ad orientem; & Diaconi retro illum unus post unum, plures ad dexteram, pauciores ad sinistram. Episcopus ad dexteram altaris stat, quia Christus regnum prædicabat, in quo totum dextrum est, & nihil sinistrum habet. Stat & rectus, quia venit regere suos in virga ferrea, id est, in inflexibili justitia. Stat versus ad orientem, quia, ut ipse indicat, non quærebat voluntatem suam facere, sed ejus qui illum misit, sicut scriptum est: *quia descendit de cælo, non ut faciat voluntatem suam*, & reliqua. Nunquam retrorsum versus, sed semper faciem patris intuetur. Vnde ipse Dominus in evangelio: *Scio unde veni & quò vado.* Sic namque oportet Christum & regnum prædicare cœleste & peccata sub pedibus sternere, respicere æterna, & temporalia retro habere. Diaconi retro stant, quia, sicut diximus, bene martyrum choro aptari possunt, qui & ministrantes sunt in sancto altari, & dalmaticas portant quas solebat militaris usus portare. Ipsi Diaconi præcesserunt ad altare, quia in veteri testamento martyres exstiterunt; & modò retro stant, quia post nativitatem Domini nihil minùs martyrio dignè coronantur. Aliqui ex ipsis stant ad dexteram, & aliqui ad sinistram, quia multi de contemplativa vita martyrio coronati sunt, & multi de activa vita ad coronam martyrij procedunt. De utrisque modis in duobus hominibus contentum exemplum potest poni. Scribens namque Clemens Alexandrinus de Iacobo fratre Iohannis historiam quandam dignam memoriæ refert. *Et is*, inquit, *qui obtulerat eum judici ad martyrium, motus etiam ipse confessus est se esse Christianum. Duci sunt ambo ad supplicium pariter; & cùm ducerentur, in via rogavit Iacobum dari sibi remissionem. At ille parumper deliberans, Pax tibi, inquit, & osculatus est eum; & ita ambo simul capite plexi sunt.* Iacobus contemplativam vitam ducebat, quia nemo eorum suum aliquid esse dicebat. Socius verò suus nullus dubitat quin præsentem vitam duceret, quamvis unà cum illo ad gloriam regni cœlestis martyrio candidatus intraret. Hi namque qui contemplativam vitam ducunt, vigent majore numero virtutum quàm hi qui activam. in quo sufficere possunt ad exempla Marthæ & Mariæ, una ministrans activam vitam, altera sedens contemplativam.

Candelæ primò ab acolythis illuminantur extra Ecclesiam, & per acolythos portantur in Ecclesiam. Primò candelæ præcedunt, & postquam ventum fuerit ad altare, postponuntur. utrumque demonstrant & Doctores Ecclesiæ id est illuminatores exstitisse ante nativitatem Domini & postea. Acolythi namque accensores luminum dicuntur. Portantur manibus; quia quos scientia replent, bonis exemplis erigere nullatenus cessare debent. Eædem candelæ usque ad Kyrie eleyson Acolythorum manibus tenentur; & tunc ponuntur in pavimentum, & stant fixo gradu. Sic oportet Doctores ut rudem populum nullatenus de manibus relinquant antequam populus subjectus sciat dicere *Domine miserere mei peccatoris.* Quod est opere dicere, prout doctus sum à didascalo: Miserum me recognosco, & ideo misericordiam Domini implo-

Daniel. 9.

Ibid.

Ioan. 1.

Ioan. 6.

Ioan. 8.

Euseb. lib. 2. c. 9. ex versione Russini.

rare oportet. Stántque tunc per se in Ecclesia & illuminant Ecclesiam, quoniam fas est ut qui jam doctus est à Doctore doceat Ecclesiam pro vice Doctoris. Quæ similiter, ut diximus, de Diaconibus plura stant à dextris, & pauca à sinistris. De quo idipsum significare velle intelligimus quod superiùs diximus de Diaconibus. Post primam namque orationem ponuntur candelæ ante altare, non jam altrinsecus ut antea, sed mixtim per ordinem unaquæque post alteram usque ad novissimam; quia sunt quidam qui omnia relinquunt & sese ad vitam contemplativam constringunt. Plerique activam vitam ducunt, & habent curam terrenarum rerum. Tamen quantum possunt eleemosynas faciendo, vigilias exercendo, satagunt properare ad Ecclesiam. Quos utrosque nostra Ecclesia mixtim tenet. Et quamvis ideo possit intelligi candelas per ordinem ante altare poni ut expeditè possint ministri ad ambonem currere & circa altaria ministrare. Evangelium quod portatur propiùs Episcopo ostendit quòd ipsum est nobis via eundi ad regnum Dei.

De sessioni Episcopi.

Quòd requiem animarum significet post actam orationem, & quid significet quòd Presbyteri cum eo sedent, & de eo quòd versus sit ad populum, ostendit datam esse illi potestatem eorum acta scrutari. Episcopus quidem, post primam orationem quam precationem nominamus, sedet versus ad populum, & Presbyteri cum eo. In ipsa verò precatione optationem bonam Ecclesiæ intelligimus, quasi dicat populo: Optavi bonum Ecclesiæ, & ideo sedeo. Et vos quidem, si delectat requiem possidere animarum, quærite primùm regnum Dei & justitiam ejus, & æterna necessaria adicientur vobis, & pòst invenietis requiem. Stare namque est adhuc in certamine posito & orare. Post victoriam verò sedere ac judicare. Sedent & Presbyteri cum eo, quorum ministerium est idipsum enuntiare; de quibus
1. Timoth. 5. Paulus: *Presbyteri duplici honore habeantur, maximè qui laborant in verbo Dei.* Post primam orationem stat versus ad populum, ut se monstret populo postquam Domino se manifestavit & sua acta, oravit pro se suisque & pro populo bona precatus est, & laudem Deo retulit habere in ministerium opera populorum suorum examinare quis inter eos dignus habeatur vel quis indignus.

De sede episcopali.

Nam ideo altior locus positus est Episcopis ut ipsi superintendant & tamquam custodiant populum. Nam & Græcè quod dicitur Episcopus, hoc Latinè superintentor interpretatur, quia superintendit, quia supervidet. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad custodiendam vineam, sic & Episcopis altior locus factus est. Et de isto periculoso loco & alto periculosa ratio redditur, nisi eo corde stemus hîc ut humilitate sub pedibus vestris simus & pro vobis oremus.

Vide Notas ad Agobardum pag. 87.

De epistola.

Christus enim minister fuit, qui dixit: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Iohannes nempe subminister, qui dixit: *Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, qui ante me factus est*, qui non ascendit ad superiorem grádum, quem solus
Matth. 20.

solet ascendere qui evangelium lecturus est, ut ostendat se subministrum esse, quia non est Iohannes dignus solvere corrigiam calciamentorum, cujus verba in eo leguntur. Cantor verò ascendere potest indifferenter. Ascendit superiùs, quia Christus prælatus est Iohanni. Stat in eodem, quia æstimabatur Iohannes. Stat inferiùs, quia venit ab eo baptizari. Non ascendit superiùs qui responsorium cantat quàm qui lectionem legit, sed stat in eodem loco. Et si ascendit superiùs, secundùm supradictos modos intelligitur. Responsorium ideo dicitur eò quòd uno cantante ceteri respondeant. Cantavit unus Christus, id est, vocavit Petrum & cæteros Apostolos. Illi responderunt, quia Christum imitati sunt. Et ideo responsorium convocationi Apostolorum convenit. Ipse idem solus versum cantat, quia Christus seorsum pernoctans solus orabat, sicut in evangelio: *Ipse autem erat pernoctans in oratione.* Diaconus cùm ascendit ad legendum, petit benedictionem ab Episcopo, & accipit evangelium de altari; & præcedunt ante eum duo candelabra & duo thuribula sive unum. Illud quidem quid significet dictum est. Diaconus verò stat versus ad meridiem, ad quam partem viri solent confluere. Petit priùs benedictionem ab Episcopo. Episcopus dat illi: *Dominus sit in corde tuo & in labiis tuis.* Incensum quod ponitur in thuribulum, orationem designat sanctorum. Vnde dicit Propheta: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Diaconus dicit: *Dominus vobiscum.* Et populus se vertit ad orientem, orat Deum ut possit dignè intelligere quæ auditurus est, & singuli faciunt signum sanctæ crucis in frontibus eorum, ut per signum sanctæ crucis sint loricati, quatenus nulla phantasia diabolicæ fraudis aditum inveniat introëundi in corda eorum, & auferre possit semen evangelij de animabus eorum. Post hæc baculi deponuntur è manibus. Iudæi namque arundinem in dexteram Iesu dabant, & spineam coronam capiti ejus imposuerunt, & salutabant eum, atque genua ponentes adorabant eum illudentes. Nos verò fugientes consensum eorum, deponamus baculum quem illi exercunt ob superbiam, neque coronam neque aliud operimentum super caput eadem hora tenentes. Si intraverit quis subitò eadem hora in Ecclesiam, non salutamus eum, neque genua ponimus ad orationem donec lectum sit evangelium.
Luc. 6.
Psal. 140.

Aliter baculum possumus intelligere humanum adjutorium. Vnde & Hieremias: *Maledictus homo qui confidit in homine*, & reliqua. Sacerdotes namque in Ecclesia possunt esse baculi nostri, qui pro nobis debent orare, quam orationem pro baculo ponimus. Est aliquoties ut eo baculo utamur, aliquando non. Quando Christum in promptu habemus, non est necesse ullo baculo. Si quando propter peccata nostra discesserit, necesse est quærere baculum, id est, orationes sanctorum. Quapropter quando sacerdos orat atque celebrat aliorum Doctorum officia, baculos tenemus in manibus. Et quando ipsius Christi verba nobis loquuntur, baculos non tenemus in manibus. ut ostendatur non difficile esse Christo per se docere posse populum suum. Quoniam ubi in promptu
Hierem. 17.

Christus loquitur, non ibi necesse habemus Petrum neque Paulum neque alium Doctorem; quia ipse est unus magister qui in cœlis est.

Cur sit Diaconus in ambone versus ad meridiem.

Diaconus pronuntians verba evangelij ad meridiem stat versus, quoniam illis loquitur de quibus dicebat Paulus: *Sapientiam loquimur inter* 1. Cor. 6. *perfectos.* Quando enim sol ad meridiem vergitur, ferventior solet exsistere & altior. Significat namque Ecclesiam ferventem animo in amore Dei, elevatam esse in magno culmine virtutum. De qua parte sic fatur in canticis canticorum: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas,* Cant. 1. *ubi cubes in meridie.* In eadem parte illum requirit sponsa qua recognoscit illum cubare, in meridie, id est, in eis quorum cor ardens est in dilectione Dei & dilectione proximi, ipsis de quibus loquitur evangelium, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferent in patientia. Sanè quando solemus sedere ad lectionem magistrorum, facies magistri nostri ampliùs intenta in eum qui perfectiùs potest discere quàm in eos qui minùs perfectè discunt; non eò quòd illi soli optet suam doctrinam, sed quia illos qui tardiorem sensum habent vult iterum doceri ab illo qui citiùs veram rationem invenire potest in doctrina magistri. Non dicimus ita ut hi qui post tergum sunt extorres sint à sancto evangelio, sed ut per Doctores minùs eruditi eruditantur.

Tu qui scandisti culmen sublime minister,
Quanto excelsa petis, tanto moderatior esto.
Quantum prona solo, tantum sit proxima cœlo
Mens etenim qua celsa petit. Hac ima tenebit.
Inferiórque gradus quò vult descendere surgit.
Latatur serpens inimicus si cadis, alme,
Angelus altithroni si non gaudet quia tu sis.
Pocula celsa jubes tu scandere limen olympi.

De extinctione cereorum.

Post lectum evangelium candelæ extinguuntur. Per candelas signantur Doctores Ecclesiæ. Et quid vult istud quòd post evangelium extinguuntur nisi quòd nemo Doctorum transcendere potest verba sancti evangelij. Apertè etiam monstratur clauso sancto evangelio extinctam esse doctrinam Doctorum.

De Credo in Deum.

Postquam Christus locus est populo suo, fas est ut dulciùs & intentiùs profiteatur credulitatem suam; sicque convenit populo post evangelium, quia Christi verba audivit, intentionem credulitatis suæ præclaro ore proferre. Christiana religio ut salva maneat corde creditur ad justitiam, oris autem confessio fit in salutem.

De præsentatione corporalis & calicis ad altare.

Post lectum evangelium venit Subdiaconus ferens in brachio sinistro calicem, in quo recipiantur amulæ populorum, & super calicem corporale, quod accipiens Diaconus ponit super altare, similiter calicem post receptas amulas. Dominus Iesus ipse [est Subdiaconus &] Diaconus. Subdiaconus quando aperuit librum & legit. Diaconus quando dixit: *Filius hominis non* Matth. 20. *venit ministrari, sed ministrare.* Ipse ferens calicem & corporale. Nullo cogente venit Hierosolymam, appropinquante hora passionis suæ, habens in sinistro brachio calicem & desuper corporale: quoniam quod passus est temporale fuit, non æternale. Non licet fieri de altero panno corporale nisi de lineo. Linteum namque per multas exercitationes venit ad candorem suum. Significat verò ipsam intentionem dominicæ passionis. Calix ipsam passionem, in qua susceptæ amulas nostras.

Recapitulatio de passione Domini.

Bis enim narratur in ista scedula de passione Domini, unum quod fit in evangelio, & alterum quod adhuc restat & agitur in altari. Cur hoc? Quoniam bis crucifixus est Iesus. Primò linguis Iudæorum, & postea cruce. Inde est quòd Marcus hora tertia, id est, linguis Iudæorum; sed sicut alij Evangelistæ narrant, manibus, hora sexta.

De oblatione.

Christus Dominus sacerdos est in æternum secundùm ordinem Melchisedech, qui Rex Salem, id est, Rex pacis, obtulit panem & vinum in præfiguratione veri Sacerdotis Christi, qui obtulit Deo Patri verum panem, id est, corpus immaculatum, & vinum, id est, sanguinem suum; in cujus typo hodie nostra Ecclesia panem & vinum offert in consecratione corporis & sanguinis Domini. Et qui dedignantur oblationes offerre, dedignantur, quamvis non viva voce, confiteri se Christi passione non esse redemptos, & eandem passionem memoriæ suæ mandare, ita tamen se non sit aliqua causa quæ fortè ad tempus impediat. Cum fanonibus offerunt, quoniam legimus in passione Domini sudarium usurpatum esse. Aliter quippe fanones de lino efficiuntur. Et linum multis modis sanctæ scripturæ pro exercitio passionis ponitur. Atque ideo fanonibus puris oblationes tenent ut se ostendant religione sancta & catholica accepisse pro fratribus animam ponere, & non solùm animas, sed & puras, ut non sint aliqua hæresi pollutæ, sed caritate mundatæ. Vnde dicit Apostolus: *Et si tradide-* 1. Cor. 13. *ro corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Noviſsimè omnium sacerdotes offerunt & Diaconi, sed solum panem. Solus autem Archidiaconus solet implere oblationes priorum, infundens aquam in calicem & amulam Pontificis, ut ostendatur Christi corpus unum esse, & quod iste fecit pro omnibus fecit, sicut Petrus in evangelio Dominum discipulos interrogantem *Vos quem me esse dici-* Matth. 16. *tis*, pro universitate discipulorum solus Petrus respondit: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Hoc quod omnes responderunt animo, viva voce solus Petrus protulit. Quòd Presbyteri in noviſsimo loco offerunt, non vacat à mysterio, quando Iohannes in apocalypsi sua vidit similem filio hominis in medio septem candelabrorum, & in eo vidit statum omnis Ecclesiæ præsentis qualis esset. Et cùm hoc descripsisset, *Pedes*, inquit, Apoc. 1. *ejus similes aurichalco, sicut in camino ardenti.* Pedes ignitos noviſsimi temporis Ecclesiam dicit, quæ eminentiùs est examinanda & probanda pressuris. Presbyteri ministerium est fortem esse in Ecclesia, ut pro se possit orare & pro populo. Et isti, ideo quia fortiores sunt in Ecclesia, noviſsimè offerunt, ut significent Ecclesiam; quoniam

niam in novissimo tempore erit Antichristus, videlicet multò plures injuria sustinere quàm præsente. Sed & si delectat audire cur viri ante feminas offerant, dicitur quia & primitiva Ecclesia in pressura, quando nondum pleniter Christiani erant, plures injurias sustinuerunt quàm modo sustineat præsens Ecclesia. Feminæ in medio offerunt, quia, sicut liquidò patet, silentium est magnum in Ecclesia. Deo enim gratias, Christianitas maximè in istis temporibus viget, præcipuè quoniam sublimis potestas Christiana est. Presbyterorum ministerium est & Diaconorum in altari & circa altare ministrare; ideòque ipsi soli accedunt ad altare, quorum ministerium est circa altare.

Quomodo stent ministri Episcopi, Diaconi & Subdiaconi circa altare horæ Missæ.

De ministrantibus hora Missæ.

Eo namque tempore quo Missa celebratur, Diaconi stant retro Episcopo, & Subdiaconi ante faciem ejus. Notum est enim dixisse Christum discipulis suis: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte.* Matth. 26. qui, sicuti Christus prædixit, eadem nocte relicto eo fugerunt. Ac per hoc modò eadem hora secundi ministri altaris recedunt à facie Episcopi, ut significetur ad tempus Apostolos absentes fuisse & tamen retro expectantes, quoniam post passionem illum secuti sunt. Quid est retro stare? Procul dubio sequi anteriorem. Subdiaconi verò post angelicum hymnum stant inclinati usque dum dicitur *Nobis quoque peccatoribus.* Tunc primò se erigunt, & stant in loco ubi antè steterunt; quoniam discipuli & mulieres sequentes erant Dominum usque ad locum crucifixionis, non solùm sequentes, sed & plangentes. Conversus autem Iesus dixit: *Filia Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos & super filios vestros.* Luc. 23. Mulieres flebant quasi pro peccatore; sed ipse Dominus ostendit non super illum debere flere, sed super ipsas quæ peccatrices erant. Et quid vis dicere quale ministerium habeant Subdiaconi, quando stant inclinati, si pro suis peccatis non orant & plorant. Per tropologiam Subdiaconi inclinati sunt, quia declinaverunt. Stant erecti per confessionem, & rursum aspiciunt in faciem Pontificis, postquam dicit *Nobis quoque peccatoribus.* Et quomodo poterant discipuli & mulieres claudere oculos suos ut non viderent Dominum in cruce pendentem quem tantum amabant? Subdiaconi in ipso aspectu perseverant usque dum fanone calix circumdatur. Tunc demum recedunt, ut præparent calices in quo corpus Domini honorificè servetur. Audiet quandiu supra die steterint ad crucem. Lucas inquit: *Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu, & depositum involuit in sindone. Subsecutæ autem mulieres quæ cum ipso venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus ejus. Et revertentes paraverunt aromata & unguenta, & sabbato quidem siluerunt.* Luc. 23. Mulieres quidem parant aromata & unguenta unde condiatur corpus Domini, ne in pulverem redigatur. Subdiaconi quidem, postquam vident calicem circumdatum linteo, vadunt & præparant calices sive sindones mundas in quibus recipiant corpus Domini, ne in terram cadat & in pulverem vertatur. Mulieres sabbato siluerunt. Scilicet & Subdiaconi expectant usque dum oratio dominica compleatur & id quod pendet ad hanc orationem. Convenienter quippe sabbatum coaptatur orationi dominicæ, in qua sunt septem petitiones. Etenim per septimam sabbati septiformis spiritus intelligitur. Vel de oratione dominica, quæ sabbato aptatur. Vel silentium sabbati requiem mentis designat, quæ datur per septem dona Spiritus sancti. Et hæc dona nos petimus in oratione dominica, unde ministri Ecclesiæ eadem hora quiescunt. Planè Diaconi inclinati permanent usque dum compleatur oratio dominica. Et Subdiaconi erigunt se cùm audiunt *Nobis quoque peccatoribus*, per quos designantur illi quibus Christus dixit *Vos autem sedete in civitate donec induamini virtute ex alto*, Luc. 24. scilicet Apostoli. Sed istorum declinatio perseverans eorum perseverantiam in oratione designat ut acciperent promissum Domini. Quibus utique præcepit specialiter expectare promissum Spiritus sancti in Hierusalem usque ad Pentecosten, illi stant inclinati usque dum compleantur septem petitiones orationis dominicæ, & de quibus suprà legitur quòd ministrantes ei erant usque ad sepulchrum, & postea præparantes aromata. Illi qui horum typum tenent, recedunt de altari ad ministerium præparandum quando audiunt *Per omnia sæcula sæculorum. Amen.*

Versus.

Ecce habes hic tumulum Christi quam conspicis aram.
Hinc sursum mente culmina celsa pete.
Lintea mirantur pariter flagrantia preces
Concordes Domino. Hæc tu meditare pie.
Discipuli vultum in terram deposuite vestrum,
Hoc vobis monstrant agmina sancta matrum.
Adstemus humiles nos cum mulieribus omnes
Ante pias facies angelicas fugiter.

De Te igitur, *cur secretò cantetur.*

Consuetudo namque patrum nostrorum habebat ut qui orationem facerent, laudem Deo referrent. Igitur quod excelsa voce dicimus ante *Te igitur*, ad laudem pertinet creatoris nostri, ut manifestè omnibus demonstretur qui hanc valent distinguere, ubi & nos Deo gratias referendas esse refertur & angelicam creaturam pronuntiat unamquamque in ministerio apto laudare creatorem suum. Postea namque sequitur *Te igitur*, oratio videlicet specialis sacerdotum, in qua orat & specialiter pro aliquibus, ut facit pro Apostolico, & postea ubi dicit *famulorum famularúmque tuarum*, & illico postquam pro propriis orationem fundit, generaliter se convertit pro omnibus orare adjungens *Et omnium circum adstantium*, & cetera his similia. In eo videlicet quo ista oratio specialiter ad sacerdotem pertinet, solus sacerdos in eadem intrat, secretò eam decantat. Sequitur magistri sui præcepta qui dicit: *Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum.* Matth. 6. & cetera. Iste namque mos apud nostram Ecclesiam usque hodie manet ut si quis orationem facit, specialiter facit. Hanc ita exaltat voce ut se ipsum ammoneat quid in secreto cordis sui postulare debeat. Neque ab re est quare mos iste apud Christianos teneatur. Proculdubio quia Christus solus orabat. Vnde Matthæus: *Et dimissa turba,* Matth 14. *ascendit in montem solus orare.*

De crucibus In Te igitur.

Cruces in hac oratione senario numero perficiuntur, ut sicut Dei opera perfecta sunt, ita & ejusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi corpus perfectum intelligatur. Senarius enim numerus partibus suis computatus perfectus est. Hoc significat quòd novissima crux cum oblatione celebratur, quòd pro tota Ecclesia venerat is pati cujus corpus passioni succubuit usque ad tactum crucis.

Aliter.

Quinque etiam ordines crucium quæ fiunt ante sextum, quando cum oblata tangitur calix, significat quinque ætates mundi ante nativitatem Domini, sextus verò tempus illud quod restat à nativitate Domini usque in finem mundi. Significat enim semel tactus calix oblata semel Dominum ascendisse crucem, ut finem haberet cruciatus qui fiebat per quinque ætates mundi. Per oblatam quæ exaltatur in manu signantur Prophetæ, qui in manibus exaltabant verum panem Christum quando ejus incarnationem aperta voce
Isa. 7. prophetabant. Vnde Esaias: *Ecce*, inquit, *virgo concipiet & pariet filium.* Cùm ipsam crucem videt Diaconus facere & incipere, calicem exaltare vadit, & tenet calicem simul cum Episcopo exaltatum usque dum dicit *Per omnia sæcula sæculorum*, & postea ponit calicem in altare, & involuit eum sudario. Nempe Ioseph, accepto corpore Iesu, involvit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo. Hunc præsentem Diaconum propter conveniens ministerium in typo ponimus Ioseph, sive generaliter in typo eorum qui casto corde mysteria Christi suscipiunt. Diaconus siquidem qui tenet calicem exaltatum cum Pontifice, ponit illum in altare, quia Ioseph deposuit de cruce corpus dominicum, & posuit in monumentum. Diaconus, sicut diximus, involvit cum sudario calicem, quoniam Ioseph involvit in sindone munda. In ipso altari, id est, in sepulchro, corporale jacet. Per quod intelligitur ipsum linteum majus quo totum corpus Domini tegebatur in sepulchro. Et per illud quòd aliquam partem calicis tegit sudarium, intelligimus quòd aliquam partem capitis Domini tegebat & aliquam non tegebat, sicut mos Iudæis est facere, & remanet in altari, id est, in sepulchro. Hoc opus usque dum tria capitula compleantur, id est, prologus de oratione sequenti, *Pater noster*, & *Libera nos quæsumus Domine.* Etenim tres dies in sepulchro Dominus quievit. Postea namque commixtum corpus Domini cum vino, simúlque pace adnuntiata, aufertur dominicum corpus de altari, quoniam in tertia die anima quæ descendit ad inferna ut liberaret justos, corporis vivificaret membra, rediit ad corpus, & non est amplius inventum dominicum corpus in sepulchro. Et ideo quoniam totus homo surrexit simul, fas est ut ilico cum oblatione calix Domini auferatur de altari.

De nominibus quatuor orationum Episcoporum sive populi in Missa.

Prima oratio, aliquando oratio dicitur, aliquando collecta. Manifestum est quòd ideo oratio dicitur quia precantur bona pro populo. Collecta verò, quia populus inchoatur colligere in unum. Libeat fraternitatem tuam mihi, frater carissime, uti auctoritate sancti Augustini in hoc opusculo. Istud officium namque in quatuor species dividit, id est, in precationes, in orationes, S. August. in postulationes, in gratiarum actiones, ita com- ep. 59. memorans. Quicquid agitur in officio Missæ, antequam oblatæ ponantur in altari, precatio nominatur. Et hanc distantiam facit inter precationem & deprecationem & imprecationem quòd precatio sit quando bona optat populo, deprecatio quando orat ut devitet malum & desinat à peccatis, imprecatio quando mala optat, id est, maledicit. Prima verò oratio quam dicit Episcopus precatio nominatur, id est, optatio bona pro populo. Diximus namque quòd introitus foret ad officium Prophetarum, quoniam per ora Prophetarum Christus intravit in mundum, & non solùm intravit, sed & carnem assumpsit, & homo factus est, ducens originem secundùm carnem de sanctis Patriarchis, quorum unus valde optat & commendat expectationem ejus populo ejus dicens: *Non auferetur sceptrum de Iuda & dux* Gen. 49. *de femore ejus donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Et iterum: *Salutare* Ibid. *tuum expectabo, Domine.* Itémque: *Obsecro*, Exod. 4. *inquit, Domine, mitte quem missurus es.* Hoc bonum optat sancta Maria virgo Dei genitrix, quando angelo respondit: Fiat mihi, ecce ancilla Domini, secundùm verbum tuum, ut ipse pro- Luc. 1. cedat ex meo virginali utero qui salvet populum suum à peccatis eorum.

De secreta.

Secreta dicitur eò quòd secretam orationem dat Episcopus super oblationem, ut Deus velit respicere super oblationem propositam & deputare eam futuræ consecrationi. Notum est enim ideo secretam orationem facere super oblationem ut possit ex ea fieri corpus Christi.

De fractione oblatarum.

Fractio oblatarum illam fractionem significat quam Dominus duobus fecit in Emaus. Qua de re solent aliqui Episcoporum, quando invicem communicant, tres portiones facere de una oblata in typo horum trium, id est, Christi & Cleopæ &, ut dicunt, Lucæ. Sicut enim multæ Ecclesiæ sunt per universum orbem terrarum propter diversa loca, & tamen una sancta est catholica propter unam fidem, sic & multæ oblatæ propter vota offerentium unus panis est propter unitatem corporis Christi. Si enim requiris quare non integra oblata ponatur in calicem, cùm constet integrum corpus Domini resurrexisse, partim resurrecturum, partim jam vivit, ut ultrà non moriatur, partim mortale est, & tamen in cœlo. Vnde dicit Apostolus: *Nostra autem conversatio* Philip. 3. *in cœlis est.*

De pace adnuntiata antequam commisceatur corpus & sanguis Domini.

Duobus enim modis potest accipi pax dicta ab Episcopo sive Presbytero antequam corpus Domini mittatur in sanguinem. Scilicet & illa pax per istam intelligi potest quæ justis eodem tempore data est, quando anima Christi descendit ad infernum, & eruit inde omnes fideles, & absterst Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, ut ampliùs eis non sit dolor neque luctus, sed in pace

Dei, qua angeli pacati sunt cum eo ut vivant in æternum. Vel certè ea pax per istam intelligi potest quæ data est Christi corpori quando anima ad illud rediit; ut sicut neque anima unquam turbata est pro sua morte, ita nec corpus ultrà turbetur de sua mutatione; sed ea pace fruantur utraque ut semper gaudeant de æterna immortalitate. Non enim ab re est si per tactum quo tanguntur labia calicis eodem tempore scripturam illam accipiamus, *Et insufflavit in faciem ejus spiraculum* Gen. 2. *vitæ*, ut eo membro restauratio vitæ legatur cui primò ut viveret legitur data. Sanè & illud rationi congruit ut quatuor sensus sunt in capite, per quatuor partes labia calicis tangantur, sive quia per quatuor partes mundi Christi resurrectio speratur. Ezech. 37. Inde scriptum est: *A quatuor ventis veni, & insufflа super interfectos istos, & revivіscant.* Sicut enim postquam pueri clamaverunt *Osanna benedictus qui venit*, gentiles quidam, qui nondum erant Dei, quærebant per Philippum, qui erat os lampadis, videre Iesum, in quo significatum est gentiles futuros corpus Domini per fidem, ita & iste panis quando primùm ponitur in altari, datur intelligi futurum de eo fieri corpus Domini. Audiamus quid de jam commemoratis gentilibus Ioan. 12. respondeat Dominus: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* In quo profectò ostenditur, nisi ipse moriatur, gentilitatem non fieri corpus suum. Sic sanè & panis purus corpus suum antea fieri non poterat nisi ad memoriam reducatur sacerdotis sacramentum passionis Domini, & crucis signaculum super eo celebretur.

Item de secreta.

Christus solitudinem quæsivit in oratione. Quantò magis nos oportet quærere, qui undique circumdamur tumultibus vitiorum & consuetudine seculari. Vtile namque est omnem orationem specialem sacerdotum secretam esse, ut non cogitemus quomodo placeat vox & compositio oris populo terreno, sed tantummodo cogitemus qualiter mens soli Deo concordet, quem orat. Ab illo loco ubi secretam dicit Episcopus usque ad *Agnus Dei*, totum illud vocat Augustinus orationes.

De præfatione.

Præfatio namque dicitur quasi prælocutio. Hæc namque oratio quæ præfatio dicitur, prælocutio est totius secuturæ orationis quæ inchoatur. *Te igitur* pervenit usque ad *Agnus Dei*. Hanc consuetudinem hæc oratio tenet quam habuit oratio patrum nostrorum, qui solebant laudes Domino referre in oratione. Ita namque Daniel oravit: Dan. 9. *Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc.* Et paulò pòst: *Avertatur obsecro ira tua & furor tuus à civitate tua &c.* Primò namque laudavit Dominum in eo quòd eduxerit populum suum de servitute gravi. Et postea deprecatus est de præsenti tribulatione.

De benedictione post communionem.

Post communionem hanc orationem Augustinus postulationem vocat. Post communionem namque dicit quia postquam populus communicat hæc sequitur. Super populum verò, quia tunc benedicitur populus ut nostro sancto conveniant evangelio. Post orationem & communicationem benedictio sequitur, quoniam postquam Christus in cruce oravit & coram discipulis manducavit & reliquias eis dedit, elevatis manibus suis benedixit eos; & factum est cùm benediceret eos, re- Luc. 24. cessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Nostra quippe benedictio postulatio est apud Dominum ut benedicere dignetur. Episcopus namque data benedictione revertitur ad propria. Postea adnuntiat Diaconus, *Ite Missa est.* In angelorum typo loquitur populo, qui dixerunt Apostolis: *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum.* Act. 1. & reliqua. Quid est namque *Ite Missa est*, frater mi, nisi *Ite cum pace ad domos vestras.* Legata est pro vobis oratio ad Dominum, & per angelos, qui nuntij dicuntur, allata est in conspectum divinæ majestatis. Populus respondit: *Deo gratias.* Hanc responsionem Augustinus vocat gratiarum actiones. Hoc agit sancta Ecclesia more apostolico, qui erant adorantes Iesum, & regressi sunt Hierosolymam cum gaudio magno. Audi qualiter Apostoli Deo gratias referant, & Luc. 24. erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum qui vivit & regnat in secula seculorum Amen.

Qualiter quædam orationes & cruces in Te igitur *agenda sunt.*

Te igitur, clementissime Pater, per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus & petimus uti accepta habeas & benedicas. Hic signat oblationem & calicem tribus vicibus, non tamen sub una cruce, sed separatim singulis singulas faciens cruces. *Hæc † dona, hæc † munera, hæc † sancta sacrificia inlibata. In primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, unà cum famulo tuo Papa nostro illo. Memento Domine famulorum famularúmque tuarum illorum & illarum* (Hic nomina vivorum memorentur, si volueris, sed non dominica die, nisi ceteris diebus) *& omnium circum astantium quorum tibi fides cognita est & nota devotio, qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis atque incolumitatis suæ, tibique reddunt vota sua æterno Deo vivo & vero. Communicantes & memoriam venerantes in primis gloriosæ semper virginis Mariæ genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, sed & beatorum Apostolorum ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrisogoni, Iohannis & Pauli, Cosmæ & Damiani.* Si fuerit natale sanctorum, hìc dicat: *sed & diem natalicij beati illius* vel *beatorum illorum celebrantes, & omnium sanctorum tuorum, quorum meritis precibúsque concedas ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio per Christum Dominum nostrum.* Hic inclinat se usque ad altare, dicens: *Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ quæsumus Domine ut placatus accipias, diésque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi & in*

electorum tuorum jubeas grege numerari per Christum Dominum nostrum. Hic erigit se sursum, solam oblatam hic benedicit. *Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus benedictam †, adscriptam †, ratam †, rationabilem, acceptabilémque facere dignare,* (Hic ambos signat, id est, oblationem & calicem) *ut nobis corpus † & sanguis † fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui pridie quàm pateretur accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, elevatis oculis in cœlum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit †, fregit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Simili modo postea quàm cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, benedixit †, dedit discipulis suis dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes. Hic est enim calix sanguinis mei novi & aterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotienscunque feceritis, in mei memoriam facietis. Vnde & memores Domine nos tui servi, sed & plebs tua sancta, Christi filij tui Domini Dei nostri, tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis* (Hic quatuor vicibus solam oblationem signat, & in quinta vice super calicem solum crucem faciens) *hostiam † puram, hostiam † sanctam, hostiam † immaculatam, panem † sanctum vitæ æternæ, & calicem † salutis perpetuæ. Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris & accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.* Hic inclinat se iterum juxta altare, dicens: *Supplices te rogamus omnipotens Deus.* Hic orat apud se quod voluerit. Deinde dicit: *Iube hæc perferri per manus angeli tui in sublime altare tuum in conspectu divinæ majestatis tuæ.* Hic se erigit, hæc verba dicens: *ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur per Christum Dominum nostrum.* Hic orationes duæ dicuntur, una super * dyptitios, altera post lectionem nominum. & hoc cottidianis vel in agendis tantummodo diebus. *Memento etiam Domine & eorum nominum qui nos præcesserunt cum signo fidei & dormiunt in somno pacis.* & recitantur. Deinde postquam recitata fuerint, dicit: *Ipsis Domine & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis, & pacis ut indulgeas deprecamur per Christum Dominum nostrum. Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam & societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis & martyribus, cum Iohanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agathe, Lucia, Agne, Cæcilia, Anastasia, & cum omnibus sanctis tuis, intra quorum nos consortium non æstimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor admitte per Christum Dominum nostrum.* Hic Archidiaconus erigens se venit, & involvens calicem mappula, levat illum contra Domnum Papam. *Per quem hæc omnia Domine semper bona creas.* Hic ambo signat, id est, oblationem & calicem, tribus vicibus, singulis singulas faciens cruces, *sanctificas †, vivificas †, benedicis †, & præstas nobis.* Hic levat Domnus Papa oblationes duas usque ad oram calicis; & tangens eum de oblationibus, tenente illum Archidiacono. *Per ipsum & cum ipso & in ipso est tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus sancti omnis honor & gloria.* Tunc dicit in altum: *Per omnia sæcula sæculorum.* Respondent: *Amen.* Tunc reponit oblationes in altare, & dicit in altum. *Oremus.* Deinde dicit: *Præceptis salutaribus moniti, & divina institutione formati, audemus dicere. Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adveniat.* usque *libera nos à malo.* Tunc dicit Domnus Papa, interveniente nullo sono, hanc orationem: *Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris, & intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria & sanctis Apostolis tuis Petro & Paulo atque Andrea, & sancto Stephano protomartyre tuo, & beatis confessoribus tuis Hilario, Martino, atque Benedicto,* (Hic nominat quales voluerit sanctos vel quantos commemorat) *cum omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adjuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.* Deinde dicit: *Pax Domini nostri Iesu Christi sit semper vobiscum.* Respondent, *& cum spiritu tuo.* Deinde dat pacem altario vel patenæ. Et sic populus dat sibi pacem. Dum verò Domnus Papa dicit *Pax Domini sit semper vobiscum*, non mittit partem sanctam in calicem, sicut ceteris sacerdotibus mos est dum confringunt & *Agnus Dei* dicunt. Et expleta confractione communicat Domnus Apostolicus, partem sibi mordet, & reliquam in calicem mittit, faciens crucem de ea tribus vicibus super calicem nihil dicens; & sic confirmat de calice, tenente calicem Archidiacono. Quando verò Domnus Apostolicus descendit ab altari, incipit communicare populus. Dicitur antiphona ad communionem; & expleta communione & antiphona, tum surgit Domnus Papa, & veniens ad altare salutat altiùs, dicens: *Dominus vobiscum.* Respondent, *& cum spiritu tuo.* Deinde dat orationem: *Quod ore sumpsimus Domine, mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum per Dominum nostrum Iesum Christum.*

* f. dyptycha

III.

De exordio vel interpretatione ac officio Episcoporum, seu qualiter ordinantur.

Ex vet. codice bibliothecæ Tellerianæ.

Episcoporum ordo Aaron auctore adolevit in seculo. Initium quidem sacerdotij ipse fuit; licèt Abel, Noë, & Melchisedech priores obtulerant sacrificium, & post hoc Abraham, Isaac, & Iacob, seu Iob. Sed isti spontanea vo-

luntate, non sacerdotali auctoritate hæc fecerunt. Ceterùm Aaron primus in veteri testamento sacerdotale nomen accepit primúsque pontificali stola indutus victimas obtulit, jubente Domino
Exo. 29. ac loquente ad Moysen. *Accipe*, inquit, *Aaron & filios ejus, & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerale & rationale, quod constringes baltheo. Et pones tiaram in capite ejus & laminam sanctam super tiaram, & oleum unctionis fundes super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur Domino. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingésque balthæo, Aaron scilicet & liberos ejus, & impones eis mitras, erúntque sacerdotes mei religione perpetua.* Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem id est Episcopum fuisse, porrò filios ejus Presbyterorum demonstrasse figuram, quibus meritò astare debuissent Levitæ sicut summo sacerdoti. Et hoc fuit inter Aaron summum sacerdotem & filios ejus, qui & ipsi sacerdotes erant, quòd Aaron super tunicam accipiebat poderem stolam sanctam & coronam auream, mitram & zonam auream & superhumerale & reliqua quæ præfixa sunt, filij autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati assistebant sacrificio Domini. Moyses verò hujus facti executor figuram indubitanter tenuit mediatoris Dei & hominum Christi Iesu. In novo autem testamento per Christum Dominum nostrum à Petro sacerdotalis ordo cœpit. Ipsi enim primùm pontificatus in Ecclesia Chri-
Matth 16. sti datus est, dicente Domino ad eum: *Tu es*, inquit, *Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalebunt adversùs eam, & tibi dabo claves regni cælorum.* Hic ergo ligandi solvendíque potestatem primus accepit à Domino, primúsque ad fidem populum gratia Dei virtute suæ prædicationis adduxit. Si quidem & ceteri Apostoli cum Petro pari consortio honorem & potestatem acceperunt; ipsúmque principem suum esse voluerunt: qui etiam jubente Domino in toto orbe dispersi evangelium prædicaverunt. Ipsis quoque decedentibus, in loco eorum successerunt Episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in Ecclesia Christi; quorum quidem officium permaximè eis exequendum interpretationis istius prolata manifestat. Episcopus enim, ut quidam prudentium ait, nomen est operis, non honoris. Græcum est enim atque inde ductum vocabulum. Ἐπὶ autem Græcè, Latinè super dicitur. Σκόπος quidem intentio est. Ille igitur qui super efficitur, superintendit, curam scilicet subditorum gerens. Ergo qui non prodesse subditis sed præesse dilexerit, intelligat non se esse Episcopum. Itaque Episcopi, qui interpretantur superintendentes, id est, speculatores, idcirco in Ecclesia Dei constituuntur ut populorum infra se positorum mores vitámque prospiciant atque speculentur, & intiment unicuique actus suos, sicut Dominus ad
Ezechiel 3. Ezechielem Prophetam dixit. *Et tu*, inquit, *fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium, Morte morieris, non fueris locutus ut se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* & reliqua. Episcopis igitur necessaria est scientia scripturarum: quia si eorum sit tantùm sancta vita, sibi solis possunt prodesse sic viventes. Porrò si & doctrina fuerint eruditi, possunt ceteros quoque instruere, & docere suos, & adversarios repercutere atque convincere. Horum autem sermo debet esse purus, simplex, & apertus, plenus gravitate & honestate, plenus suavitate & gratia, tractantes de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiæ, de disciplina justitiæ, admonentes unumquemque diversa exercitatione juxta professionis morúmque qualitatem, videlicet ut prænoscant quid, cui, quando, vel quomodo proferant; quorum præ ceteris speciale officium est scripturas legere, percurrere canones, exempla sanctorum imitari, vigiliis, jejuniis, atque orationibus incumbere. Erit quoque illis juxta Apostolum mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, sive castitas, ita ut mens corpus Christi confectura ab omni inquinamento carnis sit munda & libera. Non solùm enim ab opere immundo se abstinere debent Deo sacrificantes, sed etiam ab oculorum & verbi & cogitationis errore; ita ut dum nullum in se vitium regnare permittunt, impetrare apud Dominum veniam pro subditorum facinoribus valeant. Inter hæc oportet eos sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, nudos vestire, peregrinos suscipere, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam providentia & distributione discreta, in quibus etiam & hospitalitas ita erit præcipua ut omnes cum benignitate & caritate suscipiant. Laici enim unum aut duos suscipientes implebunt hospitalitatis officium. Episcopi, si omnes non receperint, inhumani sunt. Habebunt etiam cum fratribus pacem, nullum ex membris suis discerpentes, nullum damnantes nisi discussum; nullum excommunicantes nisi discussum; quique ita humilitate pariter & auctoritate præstabunt ut nec per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciant, nec per immoderatam auctoritatem severitatis potestatem exerceant; sed tanto cautiùs erga commissos agant quanto durius à Christo judicari formidant. In negotiis enim secularibus dirimendis oportet eos causam merito discernere, non gratia. Neque enim sic debent Episcopi suscipere potentes ut contristent contra justitiam pauperes, neque pro pauperibus auferant justitiam à potentibus. Non defendant improbos, nec sancta indignis committenda arbitrentur, neque arguant aut impugnent quorum crimina non reprehendunt. Si enim ista sectaverint, & Dei ministri utiles erunt, & perfectè officium sacerdotale consummabunt. Sanè de ministeriis ecclesiasticis ad Episcopos hæc propriè pertinent, basilicarum consecratio, benedictio vel unctio altaris, confectio chrismatis, consignatio frontium fidelium aut chrismate in sancti spiritus traditione, ac earum conscriptio epistolarum quæ formatæ dicuntur. Ipsi interea prædicta officia ordinésque ecclesiasticos distribuunt, ipsi

sacras virgines benedicunt ; & dum præcessit unusquisque in singulis , si tamen sunt præordinatores in cunctis. Ordinationes autem Episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem fuerint provincia Episcopis sunt celebrandæ : qui simul convenientes scrutinium diligenter agant juxta consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ atque institutа Carthaginensis Concilij, jejuniúmque cum omnibus precibus celebrent, & manus cum sanctis evangeliis quæ prædicaturi sunt imponentes dominica die hora tertia orantes , instar videlicet Apostolorum , qui cùm Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad evangelium gentibus mitterent prædicandum , jejunantes & orantes manus eis imposuerunt. Nam dies resurrectionis dominicæ tantis divinarum dispensationum mysteriis est consecrata ut quicquid à Domino est insignius constitutum , in hujus diei dignitate sit gestum. Vnde cælesti quadam regula insinuatum & traditum noverimus in illa die celebranda esse mysteria sacerdotalium benedictionum in qua collata sunt omnia dona gratiarum. Hora verò in qua episcopalis ordinatio celebraretur nulla potiùs à præcessoribus Dei sacerdotibus eligenda fuit quàm ea in qua Spiritus sanctus descendit ad terras impleturus gratiam quam Christus promisit. Sacra præterea unctione exemplo Prophetarum & Regum capita eorum more Apostolorum & Moysi unguant : quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto , cujus virtus invisibilis sancto est chrismati permixta. His etiam , dum consecrentur , dentur baculi ; ut eorum judicio subditam plebem vel regant vel corrigant , vel infirmitates infirmorum sustineant. Dentur & anuli propter signum pontificalis honoris vel signaculum secretorum. Nam multa sunt quæ ante carnalium minúsque intelligentium sensus occultantes sacerdotes , quasi sub signaculo condunt , ne indignis quibusque sacramenta Dei aperiantur. Hoc quoque ritu solemnem ordinationem cuncti comprovinciales Episcopi celebrent. Quòd si omnes simul convenire non poterint , assensum tamen suis precibus præbeant , ut ab ipsa ordinatione animo [non] desint. Porrò & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus , qui justus dicebatur , & secundùm carnem Domini nuncupatus est frater , à Petro , Iacobo , & Iohanne Apostolis est ordinatus , successoribus videlicet dantes formam ut minùs quàm à tribus , reliquísque omnibus assensum præbentibus , nullatenus Episcopus ordinetur , & communi voto ordinatio celebretur. Quod idcirco instituente Domino fieri jubetur , scilicet ut non ab uno , sed à cunctis comprovincialibus ordinationes Episcoporum celebrentur , nullatenus minùs quàm à tribus præsentibus , ceteris omnibus testimonio literarum consentientibus , ne aliquid contra fidem Ecclesiæ unius tyrannica auctoritas molireture , & regula vel fides confunderetur credentium.

I V.

Ordo qualiter in sancta Romana Ecclesia Episcopus ordinatur.

Ex eodem codice Telleriano.

DVm à civitate & loco Episcopus fuerit defunctus , à populo civitatis eligitur alius , & fit à sacerdotibus , clero , & populo decretum ; & veniunt ad Archiepiscopum , adducentes secum & suggestionem , hoc est , rogatorias litteras ut eis Episcopus consecretur quem secum deportati sunt. Tunc Archiepiscopus præcipit Sacellario vel Nomenculatori ut eum ad Archidiaconum dirigat, quatenus inquirat illum de quatuor capitulis , id est , de arsanoquita , quod est cubans cum masculo, pro ancilla Deo sacrata , quæ à Francis nonna dicitur , pro quadrupedibus , & pro muliere viro alio conjuncta, aut si conjugem habuit ex alio viro, quæ à Græcis dicitur deuterogamia. Et dum nulli horum ipse vir conscius fuerit , evangeliis ad medium deductis , jurat ipse electus Archidiacono, & posthæc traditur Subdiacono, & pergit cum præfato electo ad aulam sanctæ matris Ecclesiæ, ibique super ejus sacratissimum corpus confirmat quòd non cognovisset superiùs nominata capitula. Alia verò die nuntiatur ab Archidiacono sicut actum est. Tunc Archiepiscopus induit se pallio , & sedet in sede ; & vocatis ad se Episcopis & Presbyteris , jubet eos secum consedere. Stante autem universo clero , præcipit Sacellario suo ut plebs civitatis ingrediatur. Et ille dum perrexerit ad eos introducendum , eligit ex illis , id est , sacerdotibus , personam qui reddat rationem dum fuerit interrogatus. Et dum fuerint introducti , interrogantur ab Archiepiscopo suo. Quid est , fratres, quòd vos fatigastis ? Illi respondent : Vt nobis, Domine , concedas patronum. Respondet Archiepiscopus : Habetis decretum. Respondent : Habemus. Quo honore fungitur ? Respondent : Diaconus est , vel Presbyter , aut quod fuerit. Iterum interrogantur : Quot annos habet in diaconatu aut presbyteratu ? Respondent quot. Tunc Archiepiscopus dicit : De ipsa Ecclesia est , an de alia ? Respondent : De ipsa. Et si dixerint de alia, dicit Archiepiscopus : Dimissoriam habet ab Episcopo suo ? Respondent : Habet. Et mox offerent eam. Deinde Archiepiscopus dicit : Conjugem habuit , aut disposuit de domo sua ? Respondent si habuit aut non , & si de domo sua disposuit. Archiepiscopus dicit : Quid vobis complacuit de eo ? Respondent : Castitas , hospitalitas , benignitas, & omnia bona quæ Deo sunt placita. Archiepiscopus dicit : Videte , fratres , ne aliquam promissionem fecisset vobis. Scitis quòd simoniacum & contra canones est. Respondent : Absit à nobis. Archiepiscopus dicit : Vos videritis. Et iterum dicit : Habetis decretum ? Respondent. Habemus. Et dum eum offerunt , jubet Sacellario ut relegatur. Et dum relectus fuerit , jubet Archiepiscopus introducere electum. Dum verò introductus à Subdiacono fuerit , à longè tertia vice se in terra prosternit. Tunc Archiepiscopus dicit : Protegat nos Dominus. Respondent omnes : Amen. Archiepiscopus interrogat eum : Quid te fatigasti ,

frater? Respondet: Ad quod non sum dignus, isti confratres mei me adduxerunt. Et dicit: Quo honore fungeris? Respondet: Diaconus aut Presbyter sum, vel cujuscunque gradus est. Et interrogat eum Archiepiscopus: Quot annos habes in diaconatu aut presbyteratu? Respondet quot. Iterum interrogat eum Archiepiscopus: Habuisti conjugem, aut de domo tua dispositisti? Ille respondet si habuit aut non, & si de domo sua disposuit. Et iterum interrogatur si aliquam dationem aut promissionem fecisset. Respondet: Absit. Iterum dicit ei: Quales codices in Ecclesia tua leguntur? Respondet: Octateuchum, Regnorum, Prophetarum, Actus Apostolorum, Evangelium, & Apostolorum epistolæ, atque Apocalypsis. Et iterum interrogat eum: Nosti canones? Et respondet: Doce nos Domine. Archiepiscopus dicit: Ordinationem si feceris, aptis temporibus fac, id est, primo, quarto, septimo, & decimo mense. Bigamos & curiales ad sacros ordines ne promoveas. Attamen dabitur tibi edictum de scrutinio quomodo debeas conversari. Tunc præcipit Archidiacono Episcopus, & relegit petitionem quam ipse electus à populo Archiepiscopo offert. Et dum relecta fuerit, dicit Archiepiscopus: Quoniam vota omnium in te conveniunt, hodie te abstinebis; & crastino, si placuerit Deo, consecraberis. Respondet Archidiaconus: Iussisti Domine. Et dat ipsi electo osculum Archiepiscopus, & egreditur foras. Alia verò die, quæ est dominica, procedet Archiepiscopus in Ecclesia; ibique Episcopi & Presbyteri cum eo vel ceteri ordines Clericorum consistunt. Et ingreditur Archiepiscopus secretarium, & jubet scholam psallere; proceditque de secretario cum omni decore in Ecclesia ipsa, sicut mos est. Completo verò introitu, non dicunt tunc *Kyrie eleyson*; sed mox Archiepiscopus dat orationem. Deinde legitur Apostolus ad Timotheum: *Karissime, fidelis sermo, si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat &c.* Et dum psallitur gradale, egreditur Archidiaconus cum acolythis & subdiaconis, & induit eum dalmaticam, planetam, & campobas, & introducit eum. Dumque introductus fuerit, vocat eum Archiepiscopus sic: Clerus & plebs consentiens civitatis illius cum adjacentibus parrochiis suis elegerunt hunc Diaconum vel Presbyterum Episcopum sibi consecrari. Oremus itaque pro eodem viro ut Deus & Dominus Iesus Christus tribuat ei cathedram episcopalem ad regendam Ecclesiam suam & plebem universam. Deinde schola incipit *Kyrie eleyson* cum letania prostrato Archiepiscopo cum Episcopis & ipso electo in terra ante altare. Completa verò letania surgunt, & benedicit eum. Benedictione expleta, dat osculum Archiepiscopo. Et tenens eum Archidiaconus, deportat illum; & sic dat osculum Episcopis ac Presbyteris. Et tunc jubet eum Archiepiscopus super omnes Episcopos sedere. Et dum sederit, dicitur alleluya vel tractus, deinde evangelium, & expletur Missa. Dum verò venerit ad communicandum, Archiepiscopus porrigit ei formatam atque sacratam oblationem. Et suscipiens ipse Episcopus, communicat ex illa super altare, & ceterum ex ea sibi reservat ad communicandum usque ad dies quadraginta, & postmodum ex præcepto Archiepiscopi communicat omnem populum. *Explicit.*

V.

Capitula data Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis.

Ex sphedis c. v. Iacobi Sirmondi.

I. PRimùm omnium fidem catholicam omnes Presbyteri, Diaconi, seu Subdiaconi memoriter teneant. Vt si quis hoc faciendum præ termittat, quadraginta dierum à vino abstineatur. Et si post abstinentiam neglexerit commendandum, replicetur in eo sententia.

II. Vt nullus Diaconus aut Subdiaconus cum mulieribus habitare aut conversari præsumat. Et si inventus fuerit hoc faciens, de gradu dejiciatur; insuper & exilio destinatus, dies suos in pœnitentia finiat.

III. Vt ea quæ à Deo conservandis Christianis Principibus amore inlata sunt vel fuerint Ecclesiis vel titulis, nullus exinde subtrahere præsumat, nec sacratæ res depopulentur. Et si quispiam præsumpserit, res quæ fraudatæ sunt quadruplo restituantur. Aut si non habuerit unde ipsa loca admittant, & res ipsas quæ fraudatæ sunt ab Episcopo ipsius recolligantur, & in ipso loco unde ablatæ sunt reformentur.

IV. De Presbyteris qui eos ad communionem recipiunt qui incestas nuptias contrahunt, id est, matrinam, cognatam, vel socrum, aut filiastram, vel proximam agnatione conjunctam in conjugio sibi sociant, & ad eos pervenerint, admoneantur & separentur. Qui si distulerint, communione priventur, & oblationes eorum à sacro altari non recipiantur. Et si Presbyter sciens hoc neglexerit distringendum, aut amicitias temporales adtendendum à communione eum recipere sine emendatione aut pœnitentia, canonicæ subjaceant sententiæ.

V. De his Presbyteris qui post primam vel secundam correptionem seu admonitionem recipiunt idola colentes vel insipientes homines qui ad fontes atque ad arbores sacrilegium faciunt, necnon diem Iovis aut Veneris propter paganorum consuetudinem observant, & eos post primam aut secundam adhortationem communicaverint, aut oblationes eorum susceperint, quadraginta dierum spatio in pane & aqua sint contenti.

VI. Vt nullus sacerdotum extra jussionem Episcopi sui procurationes seculares liceat excipere; excepta jussione Pontificis sui, religiosas causas secularium videlicet, aut Clericorum, pauperum, vel viduarum, sicut sacri præcipiunt canones. Si quis contempta hac observatione in talibus causis se implicasse inveniatur, canonicæ sententiæ de usu præsumptionis subjaceat.

VII. Vt si cui sacerdoti ex qualibet muliere denuntiatum fuerit ut exinde suspicio malæ opinionis efficiatur, nullam cum ipsa habeat conversationem neque secretò neque præsenti. Si deinceps inventus fuerit, post secundam & tertiam contestationem, ut contemptor, gradus sui periculum sustineat.

VIII. Vt nulla Ecclesia cujuslibet diœceseos ubi baptisinum sit Presbyter absque Diacono esse

reperiatur. Vnde omnis Presbyter non habens Diaconum eligat sibi personam, & plebi suæ innotescat. Tunc ad Pontificem suum consignatis deducat cujus vitam probatam habeat, & Diaconus consecretur. Quòd si distulerit Presbyter dicens eò quòd non habeat talem Clericum, Episcopus suus provideat ei ex Ecclesia sua aut unde voluerit bonam personam. Tantum est ut sine Diacono non sit. Constituimus enim Diaconus in uno cubiculo cum Presbytero suo maneat, deferens ei honorem ut dignum est, ante quorum lectos Clerici simul manere simili modo, ut se absque suspitione sint, & Deus propitietur. Non existente Presbytero intra domum, si ubicunque abierit, Diaconus post ejus egressum locum ejus obtineat ad suscipiendum vel ordinandum quod utilitas domui est, ita demum ut non Presbytero suo superbiat. Nam si hoc adtentaverit, ab Episcopo suo de contemptu superbiæ judicetur. Et de accessu Ecclesiæ, quod supra altare ponitur, seu undecunque accedere potest, sub amborum sigillo sit. Et non unus sine alterius notitia expendere, ubi necessarium fuerit, præsumat.

VIIII. Vt nullus Episcoporum, Presbyterorum, seu Diaconorum, vel Clerici constitutus prædia Ecclesiæ, hoc est, terras, potestatem habeat venundare, sed ne cuiquam parentum suorum donandi. Et qui hoc egerit, sub omni celeritate reddito pretio ad loca sacrata in quæ competunt revertantur. Si autem hac observatione contempta aliquis præsumpserit, res proprias in ipsa Ecclesia relinquat, & ipse foris ejiciatur; eò quòd divina congruat ratione ut qui Ecclesias accipiunt, ad regendum non ad dispargendum accipiat. Simili modo nullam habeat potestatem quolibet modo alienandum neque infiduciandum neque venundandum, sed nec sine voluntate Pontificis sui vicarios dandum, aut liberos dimittendum. Qui hoc præsumpserit, ut superiùs censuimus, si habet potestatem suam, aliud tantum restituat. Si non habuerit, expoliatus ex omnibus foris ejiciatur. Ipsæ tamen res ad Ecclesiam cujus res sunt revertantur.

X. Ad nos perlatum est eò quòd quidam conjugati habentes titulos in quibus deserviant, de sacris vestibus mulierum vel filiarum suarum ornamenta faciant, & proprietario jure sibi defendant. Quòd Christianis hominibus nec loqui convenit, ut res sacratas & quæ in sacrata loca offeruntur, mulierum suarum usurpent vel filiis ejus aut parentum. Et si hoc probatum fuerit, superiore feriatur sententia.

XI. Omnis Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel cunctus clerus qui sub Episcopo esse noscuntur, si causas habuerit, & minimè potuerit inter se deliberare, tunc ad Pontificem suum conveniant causam suam dicendam. Nam per nulla secularia judicia adire præsumant. Et qui hanc præceptionem contempti fuerint, superioribus pœnis subjaceant, ita ut pœnitentia sint abstinentes à vini potione vel esu carnium donec ad Metropolitanum suum accedat.

VI.

Incerti auctoris, sed qui ævo Karoli M. vixit, homilia de decimis & de jejunio.

TOtus homines debetis amare & benefacere, dilectissimi fratres. Sed plus illis debetis facere bene qui plus Deo serviunt & cum bona fide vivunt. Primitias de fructibus vestris & de laboratu debetis offerre ad altare, id est, spicas novas & uvas & fava. Alias primitias ad domum Presbyteri de omni fructu debetis portare, & Presbyter eas benedicat. Et sic cum benedictione Domini manducate. Et precamini Dominum ut cum sua gratia & misericordia concedat vobis in pace colligere alios fructus & in suo sancto servitio usitare & quod illi placet inde facere. Et decimas vestras non debetis retinere nec tardè donare nec peiori causa. Nec debetis expectare ut Presbyteri & Clerici alij decimas vobis requirant. Sed cum bona voluntate vos ipsi sine admonitione debetis donare & ad domum Presbyteri ducere. Alias elimosinas debetis dispensare per hospites & pauperes. Sed decimas non licet vobis donare alteri quàm sacerdoti. Et ille dispensat eas cum timore & reverentia Dei ad tecta Ecclesiæ & in luminaria & in susceptione hospitum & pauperum & in suos usus & suam necessitatem. Jejunia debetis custodire quatuor tempora in anno, id est, mense Martio in prima septimana, quando intrat Martius, debetis jejunare die Mercoris & die Veneris & die sabbati. In mense Iunio in secunda septimana postquam Iunius intrat, debetis jejunare die Mercoris & Veneris & die sabbati. In mense Septembr. in tertia septimana postquam September intrat, jejunate die Mercoris & Veneris & sabbati. In mense December in quarta septimana jejunate die Mercoris & Veneris & sabbati. Et in illis diebus debetis venire ad Ecclesiam audire unusquisque Missam & Deo offerre sacrificia & luminaria & incensum & elimosinas donare. Nullus Christianus debet laxare ista jejunia, si talis infans non est qui non possit jejunare, aut talis senex vel infirmus. Et qui ista jejunia laxat aut neglegit, peccatum grande inde habet. Ista jejunia debetis custodire & observare, id est, die Mercoris ante initium quadragesimæ, & die Iovis, Veneris, & sabbato. Et totum quadragissimum debetis jejunare, nisi in die dominico non debetis jejunare. Qui in die dominico sine aliqua necessitate jejunat, peccatum inde habet. In vigilia natalis Domini jejunate, & in vigilia Paschæ & Pentecosten. In vigilia sancti Petri & sancti Andreæ & sancti Iohannis Baptistæ jejunate, & precamini ut ipsi orent pro vobis ad Dominum. Et illos tres dies ante Ascensionem Domini jejunate. Et cruces & reliquias sequimini, non in joco, nec caballicando; sed cum humilitate & contritione cordis celebrate ipsas rogationes, & à carne omnes abstinete, & Missas audite. Qui vel alio tempore vel aliis diebus jejunat, mercedem inde habet. Tamen ista jejunia quæ diximus nullus dimittere debet, sed cum bona voluntate debet ea custodire & orare pro se & pro suis

Ex vet. cod. S. Galli.

suis amicis ut per hæc jejunia & per alia bona & per elimosinas pium Dominum propitium & placatum habere possimus, ipso præstante qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

VII.

Capitula Guilleberti Episcopi.

INCIPIVNT CAPITVLA GVILLEBERTI EPISCOPI.

Ex vet. cod. bibliothecæ Thuanæ.

CAP. I. VT unusquisque rectè suos psalmos decantare possit.

II. Vt epistolas Pauli & Euvangelium seu Missalem bene & distinctè perlegat & intellegat.

III. Vt in proxima synodo unusquisque suos canones habeat & intellegat: quia nulli sacerdotum licet ignorare canones.

IIII. Vt unusquisque baptisterium suum habeat, & rectè baptizare possit.

V. Vt orationem dominicam & symbolum & Credo in unum Deum bene intellegat, & alios docere studeat, etiam parvulos.

VI. Vt visitationes infirmorum & agenda mortuorum rectè habeat & intellegat.

VII. Vt de compoto Kalendas & Lunam & terminos adinvenire possit.

VIII. Vt unusquisque Martyrologium suum habeat.

VIIII. Vt Dominicas & festivitates præcipuas excolere per gradalem suum & nocturnalem canticum non ignoret.

DE INTERDICTIS.

I. Vt non alterius Ecclesiæ ordinatus in nostra parrochia ministrare sine formata audeat.

II. Vt qui proprium titulum non habet, præter illos qui in monasteriis convertantur, in nostra parrochia vel extra licentiam ministrare præsumat; nec ampliùs quàm una Ecclesia habeat, nisi subjecta fuerit suæ Ecclesiæ.

III. Vt in Capellis quæ sine dote & sine parrochia sunt nullus licentiam ministrandi habeat.

IIII. Vt nullus convivium occasione accepta pro mortuis adire præsumat.

V. Vt nullus in domo sua pro aliqua occasione feminam teneat, præter eam quæ Ecclesiæ deservierit, juxta Ecclesiam collocare studeat ..... ab Ecclesia ei domum provideat, & non per se sed per ministros suos necessaria præbeat.

VI. Vt vel absque uno Clerico nullus esse præsumat, neque Missam solus cantet: quia admirandum est qualiter possit dicere Dominus vobiscum, Sursum corda, & cetera. Neque Missa ullo modo celebrare potest absque perceptione corporis & sanguinis Domini. Quicquid hoc fecerit, consideret qualiter possit dicere: Sacramenta quæ sumpsimus Domine. & cetera.

VII. Vt nullus Presbyter infra unam ..... extra Ecclesiam suam derelinquat, nisi acciderit aliquod inevitabile periculum.

VIII. Vt unusquisque sab..... aut per se aut per..... Presbyt..... faciat ad populum.

VIIII. Vt unusquisque in hospitalitate hilarem se præbeat & .....

Cetera obliterata sunt.

VIII.

Rhabani Abbatis Fuldensis epistola ad Regimboldum Chorepiscopum Moguntinum.

Ex vet. cod. Oratorij Trevensis.

REverentissimo atque in divino cultu religiosissimo Christi sacerdoti Regimboldo Hrabanus in Domino salutem. Nuper ad nos quidam frater venit de monasterio quod dicitur Herolvesfeld vicino nobis, portans in pittatio quasdam quæstiunculas conscriptas, petensque ex tuo nomine quatenus eas nostris responsionibus solveremus. Cujus petitioni libenter aurem accommodavimus, & quantum potuimus, ex patrum sententiis eas solvere cœpimus.

I. Primùm ergo ibi quæsitum est quale judicium ille sustinere debeat qui, flagellando uxorem suam, duos filios suos in partu occidit, ita ut ad baptismi gratiam pervenire non potuerint, tertium verò filium ita debilitavit ut post partum mox baptizatus vitam finierit. Vbi liquidò patet quod propter immoderatam correptionem in crimen cecidit parricidij. Quid autem de homicidio sacri canones sanciant tibi non ignotum est, cùm in Ancyrano Concilio ita scriptum est: Qui voluntariè homicidium fecerit, pœnitentiæ quidem jugiter se submittant, perfectionem verò circa vitæ exitum consequantur. De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit, secunda verò quinquennij tempus explere. Vbi etiam considerandæ est infirmitas personæ pœnitentis & modus pœnitentiæ. Qui fervidè pœnitentiam de peccatis suis gerit, citiùs indulgentiam per Domini misericordiam obtinebit.

II. Secunda quæstio est de eo quem canis furens morsu in pede laceravit, ob cujus remedium quidam ei nescienti dederunt jecur ejusdem canis ad manducandum, quasi sanus inde fieri posset. Vbi humanus error delicti noxam peperit in his qui volentes sanum mederi, vim medicinæ nescierunt. Sunt ergo hujusmodi ab hoc errore corrigendi, ne ultrà tale facinus perpetrent, & pro facto quod commiserunt aliqua disciplina vel jejunio corripiendi, ut ceteri metum habentes tale scelus post hæc committere non præsumant.

III. Tertia quæstio de eo fuit qui cani feminæ irrationabiliter se miscuit; & quarta de illo qui cum vaccis sæpius fornicatus est. Quid de hujusmodi hominibus judicandum sit, & de hujusmodi animantibus & partu earum faciendum. Vbi dementia humanæ mentis & miseria patet maxima; eò que detestabilius est illud factum quò scelus in eo apparet maximum, cùm animal rationale contra naturam inrationabili per libidinem se commiscet animanti. In lege ergo Dominus tale crimen judicio mortis puniendum esse decrevit, ita dicens: Qui cum jumento & pecore coierit, morte moriatur. Pecus quoque occidite. Mulier quæ subcubuerit cuilibet jumento, simul interficiatur cum eo. Sanguis eorum sit super eos. Sed si aliquis

quærendum putat quomodo sit reum pecus, cùm sit irrationale nec ullo modo legis capax, intellegat inde pecora jussa interfici, quia tali flagitio contaminata indignam replicant facti memoriam, neque humano usui sunt digna ubi abominatio claret maxima. Sacri autem canones de eis qui fornicantur irrationabiliter, id est, commiscentur pecoribus, aut cum masculis polluuntur, ita præcipiunt, ut quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia communionem mereantur orationum; deinde quinquennio in hac communione perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. discutiatur autem & vita eorum, qualis tempore pœnitudinis extiterit. & ita misericordiam consequantur. Quòd si inexpliebiliter hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta xx. annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, xxv. annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum; in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quòd si qui & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

IV. De vitulis quoque qui à vaccis illis pollutis nati sunt nescio quid obsit ne eorum usus hominibus deserviat. Sed si scrupulum est alicui utrum eorum lac aut carnes comedi possint, & propter pollutionem matris eorum scandalum aliquod oriatur, simul cum matre occidantur, vel paganis vendantur, ne turpitudinis priscæ memoria scandalum fiat. Dicit enim Apostolus: Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo in æternum. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundùm caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia munda sunt. Sed malum est homini qui per offensionem manducat.

V. Quod autem noviſſimè interrogasti de illo qui avunculum suum nolens sive volens interficit, quid pati debeat, jam superiùs de homicidio satis dictum est juxta id quod sacri canones continent. Sed manifestum est quòd parricidij crimen majori subicitur vindictæ. Vnde sancti patres sancxerunt quòd parricidæ deponentes militiæ cingulum, omni tempore vitæ suæ in pœnitentia persistant, sive in monasterio Deo serviant.

Hæc ergo omnia secundùm id quod in scripturis sacris vel in canonibus patrum expressum invenimus conscripsimus. Tu autem, sanctissime, secundùm id quod videas unicuique expedire, ita temperes judicium, discretionem in omnibus servans, quia discretio mater est omnium virtutum. Dedit enim tibi Dominus in omnibus intellectum, qui bene certanti & gregem suum diligenter custodiendi æternum cum sanctis pastoribus in cœlesti regno daturus est præmium.

IX.

Capitula monachorum ad Auziam directorum.

INCIPIT EPISTOLA CVM XII. CAPITVLIS QVORVNDAM FRATRVM AD AVVAM DIRECTIS.

DOmino Patri illi Abbati humiles fratres vestri ille & ille pacem optant continuam. Quia igitur, sanctissime pater, vestræ auctoritatis voluntas extitit ut huic sanissimæ legationi nostra parvitas deserviret, placuit & nobis ut, sicut ipsi injungere estis dignati, quicquid morum honestorum in ordine regulari apud venerabilem illum Abbatem & erga ejus fratres constituti addiscere possemus, vestræ pandere sanctitati. Ideoque supplices rogamus ut non tantùm verbis nostris, sed etiam veriſſimis rebus & exemplis, quæ apud eum & ejus fratres observari conspeximus, fidem adhibentes, noveritis nos non alia quàm quæ ab ipsis opere compleri vidimus, scripta vobis mittere voluisse. Duodecim igitur capitula ex his omnibus quæ vos maximè de perneccessariis commoneri faciliùs posse credidimus, facere & vestræ beatitudini destinare curavimus. Ita sanè ut quicquid eadem capitula continent, qualiter absque ullo obstaculo observandum vobis sit, diligentissimè attendatis, quàmque necessarium utiliter perpendatis; ne, dum regulares monachi venerint, qui jussu imperiali tota cœnobia gentis nostræ, ubi opus fuerit, regulariter instruere debebunt, imparatiores vos inveniant ad ea informanda quarum partem aliquam hæc capitula quæ sequuntur continent.

Ex ver. col. S. Galli.

Vide Concil. Mogunt. an. 813. c. 20.

I. Primò omnium sciendum est quemadmodum ad opus divinum se invicem cum gravitate prævenire festinant, sicut dictum est. Relictis omnibus quælibet in manu tenentur, summa cum festinatione currunt, omnes videlicet. Nullus audet hanc constitutionem frangere, quamvis in decrepita sit senectute constitutus.

II. Secundò, ut nullus in oratorio nullum audet ad alium proferre sermonem. Sed mox ut ingressi fuerint, prostrati orant. Et sic se inclinant ad Abbatem, humiliter inclinato capite stantes expectant dum signum sonuerit secundùm. Expletâ oratione, omnes cum summo exeunt silentio.

III. Tertiò, ut sunt equidem cottidie sex per brevem deputati fratres sacram offerentes oblationem, incipientes ab Abbate omnes per ordinem, sicut & nos aliquando fecimus. Qui etiam pedes peregrinorum in unaquaque feria lavant. Illuc eundo, & inde revertendo, cum psalmodia vadunt. Si quis autem hanc jussionem transgressus fuerit, gravi subjacet vindictæ.

IIII. Quartò, ut in dominicis diebus omnes pariter, secundùm quo ingres sunt ordinem monasterium, sic accedunt ad pacem, ad communionem, præter illos qui pro nimia senectute vel infirmitate inter illos stare non possunt. qui tamen separatim communicant. Si quis verò hoc spirituli dono, id est, corporis & sanguinis Do-

mini nostri Iesu Christi, se privaverit, pater monasterij, qui præsens semper esse debet dum communicant, cur hoc illi evenerit scire debet omnino.

V. Quintò, ut nullus omnino fratrum, dum lectioni fratres vacent, sit excusatus à lectione quin omnes ibidem sint præsentes unà pariter cum patre monasterij. Quibus legentibus, hora qua prævideriт Præpositus competere, sive qui in vice ejus constitutus, id est, senior Decanus, pulsat signum tintinnabuli, ut ebdomadarij & ceteri servitores juxta præceptum regulæ accipiant super constitutam annonam mixtum, ut non sit eis grave jejunium, dum ministrant, sustinere. Lector verò post sextam, antequam accedat ad legendum, accipiat mixtum.

VI. Sextò, ut in oratorio, post signum sextæ, omnes in loco sibi deputato stantes, finita oratione, cum summa reverentia expectant dum signum Præpositus pulsaverit ad refectorium. Quo audito, mox omnes undique pariter festinant occurrere, omnino caventes ut nullus desit nisi quos pater occupatos in variis habet ministeriis. Et si quis ad illum versum qui ante cibum dicitur non præsens fuerit, similiter & qui post cibum, regulari subdatur disciplina.

VII. Septimò, ut in refectorio facta benedictione, veniant duo Presbyteri ad Abbatem frangentes panem. Et dant ipsi eulogium ceteris fratribus stantes antequam accedant ad mensam. Quibus sedentibus, summum est ibi, sicut in sancta continetur regula, silentium. Ministri autem omnimodo cavent ut nihil desit comedentibus & bibentibus. Et sicut patri ministratur monasterij, nisi hospites sint, ita omnibus æqualiter, ut, verbi gratia, minimo sicut maximo, seniori sicut juniori, nulli amplius, & nulli minus; exceptis pueris, quibus non eadem quantitas; sed nulla discretio ciborum servatur. Vt autem signum Cellararius ad potum pulsaverit benedicendum, statim octo vel decem surgunt juvenes absque ulla tarditate ad miscendum fratribus. Si quis autem de ipsis aliquid ibi deliquerit vel excesserit, aut sonitum aliquem fecerit, exceptis his qui ad mensam sedent, prostrati ibi coram Priore tamdiu jacent in terra usque dum Abbas, vel qui in loco ejus sedet, pulsaverit ut surgant. Similiter post refectionem sedentes per humilitatem satisfaciant.

VIII. Octavò, ut per totum tempus æstivum, dum fratres bis in die reficiunt, post horam orationis nonam stantes in oratorio cum divino tremore orantes expectant dum tintinnabulum signum Præpositus pulsaverit ad refectorium. Quo audito, omnes illò conveniunt. Quamvis etiam aliquis bibere non potuerit, se tamen debet præsentare, ne locus ejus appareat vacuus. Et si quis præsens ad dicendum post benedictionem Amen non fuerit, sublatur ei portio sua de potu. Postquam autem biberint fratres, vadunt ad capitulum, & quod eis injunctum fuerit laborant usque ad illud signum quod pulsare solent ante horam unam vesperæ. Quo audito, disjungunt se ab opere, ut sint parati ad signum sequens quod est ad vesperum. Illo audito, mox ad Ecclesiam cum festinatione studeant occurrere; ibique oratione facta, sedentes legunt vel orant. Finita vespera, expectant ibidem, sicut & ad sextam fecerunt, dum signum sonaverit ad refectorium.

VIIII. Nonò, ut ad conlationem accesserint, omnes unanimiter occurrunt debiles & infirmi, etiamsi de lecto surgere valuerint, veniunt. Quid de ceteris dicendum est? Lector autem tamdiu legat usque dum omnes in unum positi compleant.

X. Decimò, ut in sabbato, quando munditias facere solent, pedes cum silentio lavant, ne detur occasio loquendi. Ibidem verò sedentes conlationem complet, & sic accedunt ad completorium.

XI. Vndecimò, ut defunctorum vigilia hoc modo ab eis celebratur. Vespera solito finita, statim vesperam cum antiphonis celebrant pro defunctis, & post completorium vigiliam cum antiphonis vel responsoriis plenissimè atque suavissimè canunt, & post nocturnas intervallo matutinos pro mortuis faciunt. Facto autem primo mane, postquam se paraverint, Missam celebrant pro defunctis publicam. Omnes ibidem pariter sacram offerunt oblationem pro peccatis mortuorum. Qua percelebrata, statim cantant primam, si fuerit tempus, aut omni tertiam.

XII. Duodecimò, quòd omnes hospites supervenientes cum lectione divina suscipiunt. Incognitis tamen monachis ad lectionem omnis pariter concurrit congregatio, ut Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Qualiter verò ad coquinam sibi invicem serviant fratres vel in ceteris locis, & cetera quamplurima, viva voce Domino auxiliante notum vobis facere curavimus. Ista autem supradicta interim bono certamine adimplere curate. Valeat alma paternitas vestra per multa temporum * circula in Domino sine fine, ut videatis Deum deorum in Sion Amen. * curricula

X.

Capitula monachorum Sangallensium edita circa annum DCCCXVII. quibus præfixa est epistola Grimaldi & Tattonis ad Reginbertum magistrum scholæ, ut opinor, monasterij sancti Galli, qui obiit anno DCCCXLVI.

PRæstantissimo & ineffabili dilectione nominando Reginberto præceptori Grimaltus Tattóque supremi auditorum vestrorum discipuli sempiternæ felicitatis salutem. Memoria dilectionis vestræ animis nostris sedulò inhærens immemores petitionum vestrarum promissionúmque nostrarum esse non permittit. Et utinam tam proficienter quàm spontaneè piam voluntatem vestram implere valuissemus. Ecce vobis regulam beati Benedicti egregij doctoris, quam benivolus animus vester summo semper optaverat desiderio, direximus, sensibus & syllabis necnon etiam litteris à supradicto patre, ni fallimur, ordinatis minimè carentem; quæ de illo transscripta est exemplare quod ex ipso exemplatum est codice quem beatus pater sacris manibus suis Ex vet. cod. S. Galli.

exarare ob multorum sanitatem animarum curavit. Illa ergo verba quæ supradictus pater secundùm artem, sicut nonnulli autumant, in contextu regulæ hujus non inseruit, de aliis regulis à modernis correctis magistris colleximus, & in campo paginulæ è regione cum duobus punctis inserere curavimus. Alia etiam quæ à Benedicto dictata sunt, & in neotericis minimè inventa, obelo & punctis duobus consignavimus. Hoc egimus desiderantes vos utrumque & secundùm traditionem pij patris, etiam modernam habere. Eligite vobis quod desiderabili placuerit animo. Valete in Domino.

Salve flos juvenum, forma speciosus amœna,
Optatam retinendo viam vitámque salubrem.
Ecce tui humiles famuli tibi munera mittunt,
Quæ animus dudum vester optavit habere.
Omnipotens genitor, cunctum qui continet orbem,
Te regat & servet semper ubique sanum.

ITEM CAPITVLÆ NOVITIARVM DE HIS IN QVIBVS PRÆCEPTVM REGVLÆ ET CONSTITVTIONES NOVELLORVM CONCILIORVM ACVTIVS NOS CONSIDERARE ET PROMPTIVS EXERCERE IVSSIO IMPERIALIS AMMONET.

I. IN primis ut nulla in ullis rebus inter hujus professionis viros in toto regno suo, nisi ubi impossibilitas non permittit, inveniatur varietas; cujus impossibilitatis qualitatem summo studio Missi pro hoc directi satagunt inquirere.

II. Vt ad omnia signa diuturna sive nocturna secundùm præceptum regulæ, statim ut audita fuerint, festinetur.

III. Vt locutus separatim tardè ad qualecunque signum occurrentibus constituatur.

IIII. Vt cum disciplina regulari & reverentia magna divina agantur officia.

V. Vt dictis sex psalmis primis ad nocturnum genua non inflectant, sed stantes orent.

VI. Vt intervallum post nocturnum in æstivo tempore usque dum v. psalmi dici possunt proteletur.

VII. Vt finitis cursibus, incœpturi Kyrie eleyson genua flectant, & non antè surgant quàm sanctæ Trinitatis vocabulis perdictis Presbyter dicat Per omnia secula seculorum. Amen. Surgentes autem, humiliationem supplicationis sibi vicissim præbeant. Et idipsum sessuri in capitulo, atque recessuri, vel ubicunque tota congregatio jungitur vel separatur, faciant.

VIII. Vt in Ecclesia nemo nisi quod regula mandat loquatur.

VIIII. Vt Kyrie eleyson, Amen, Deo gratias, & versus, in unoquoque concursu altiùs & distinctiùs atque protractiùs honestè dicantur.

X. Vt lector in Ecclesia priùs benedictionem non petat quàm omnes sedeant.

XI. Vt versus ad capitulum, id est, Deus in adjutorium meum, à Presbytero ter térque à congregatione repetitus dicatur. Et dicta Gloria, post hoc non adjungant Alleluya.

XII. Vt Kyrie eleyson oraturi in capitulo, utrumque genu flectentes, consona voce tribus tantùm vicibus dicant, id est, Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. Similiter in refectorio, sed sine genuflexione.

XIII. Vt in capitulo seu ubicunque quis increpatus fuerit, statim veniam petens dicat Mea culpa, & jussus surgat, & sic humiliter rationem reddat. Et si quisquam hoc facere contempserit, duplici vindicta subjaceat.

XIIII. Vt post capitulum signum sonetur, ut omnes pariter cum Præposito vel Decanis & uno de circatoribus in obedientia ubi injungitur pergant; exceptis his qui variis occupati sunt obedientiis. Et alter de circatoribus claustrum providens domi remaneat. Qui Decani & circatores summa cura provideant ne quid vel in ipsa obedientia, vel illuc eundo, vel inde revertendo, vel ubi & ubi, inhonestum & nostræ professioni inconveniens fiat, recordantes quic à discipulis delinquitur, magistros respicit.

XV. Vt in refectorio hora refectionis nullius nisi lectoris vox audiatur.

XVI. Vt reficiendi fratres unum pulmentum cum potu & otto seu pomis, si sunt, ante se inveniant. Post quæ & alia dentur quæ regula mandat.

XVII. Vt ante nec post horam constitutam quicquam cibi vel potus aliquis sumat, exceptis infirmis. Sed & omnes, sicut uno stringuntur voto, unius Regis bajolant servitium, unum expectant regni cœlestis præmium, ita unum in labore militiæ accipiant necessitatis stipendium.

XVIII. Vt custodia regularis circa infirmos non neglegatur.

XVIIII. Vt quatuor fratres juniores, seu quantos exposcerit necessitas, deputentur ad miscendum; qui tamen reficiantur cum ceteris.

XX. Vt ministri omnes intus foris've in potu & cibo, vestimentis, ceterisque necessariis ea mensura qua ceteri fratres vivunt contenti sunt. Et quando à ministeriis suis vacent, cum aliis reficiantur.

XXI. Vt ad coquinam signum non sonetur. Sed ebdomarius, facta ministratione, illud tintinnabulum quod ante Abbatem pendit tangat. Quo sonato, inclinet se ipse ebdomadarius atque omnes fratres usque dum à sacerdote benedictio compleatur.

XXII. Vt dicto versu post mensam, incipiat Prior Miserere mei Deus in dextro choro, & chorus sinister præcedat. Et sic apertè & distinctè cantando pergant ad Ecclesiam.

XXIII. Vt summum silentium post refectionem omni tempore teneatur.

XXIIII. Vt certis temporibus occupentur in opere manuum, certis in lectione divina.

XXV. Vt Præpositus, Decani, Circatores, omnésque ministri sæpius privatè publicéque ammoneantur ut omnimodis circa ministerium suum solliciti sint.

XXVI. Vt omnes ad Missas veniant & persistant, sicut & in ceteris divinis officiis facere debent.

XXVII. Vt in æstivo tempore post Nonam bibant fratres, & postea ad capitulum pergant.

XXVIII. Vt post omnes cursus, quando ad refectorium ire oportet, in Ecclesia illud sig-

num quod ad refectorium ſonat expectent; niſi quem neceſſitas exire compellit.

XXVIIII. Vt ubicunque ſibi obviaverint fratres, junior benedictionem petens ſtet in uno loco inclinatus uſque dum tribuens benedictionem prior pertranſeat.

XXX. Vt abſente Abbate Præpoſitus locum ejus in Eccleſia, in capitulo, atque in refectorio teneat, ejúſque vice lectiones in unoquoque conventu interpretetur, & benedictionem legentibus tribuat. Et Præpoſito non præſente, ſenior Decanus eadem faciat. qui præſente Abbate propria teneant loca.

XXXI. Vt intervallum poſt matutinos, & ante primam, hyemis vel æſtatis tempore, eo proteletur ſpatio quo ſe fratres aptè parare & convenienter orando altaria circuire poſſint; ut clara luce vel orto ſole exeuntes à prima vel lectioni vacent, vel injunctam ſibi obedientiam ſubeant.

XI.

EXCERPTVS DIVERSARVM MODVS POENITENTIARVM A BENEDICTO ABBATE * DISTINCTVS DE REGVLA SANCTI BENEDICTI ABBATIS.

* anianenſi.

Ex eodem codice S. Galli.

PLurimi nequaquam pleniter intellegentes judiciorum ſententias in regula ſancti patris noſtri Benedicti, aliter quàm præcepit judicare ſolent. Sciendum itaque eſt quatuor ibi contineri modos quibus delinquentium error corrigitur.

Primus namque eſt quem idem pater Benedictus proprio judicio determinavit. Vt eſt. Qui per neglegentiam tempore conſtituto ad nocturnos non pulſaverit ſignum. Vnde in oratorio ſatisfieri jubet. Et qui ad officium divinum tardè occurrerit. Et qui per negligentiam hora refectionis ad menſam. Et ſi cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit. Et ſi quis, dum pronuntiat pſalmum aut lectionem, fefellerit. Et qui pro aliqua arte extollitur.

Secundus eſt de ſpiritalibus rebus. Vnde ipſe dicit. Si quis frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in aliquo, id eſt, ſpiritali tantùm, contrarius exiſtens ſanctæ regulæ. Qui proficiendo uſque ad ſeptem gradus extenditur. Occultè videlicet * caſtigatio, publicè corripiendo, in levioribus culpis excommunicando, in jejuniis nimiis affligendo, verberibus coërcendo, pro eodem inemendato ab omnibus orando, atque ad ultimum de monaſterio expellendo.

* caſtigando.

Tertius de rebus exterioribus. Hoc eſt. Si quis damnum per neglegentiam aliquod intulerit monaſterio.

Quartus de criminalibus delictis.

DENIQVE PER ORDINEM EOSDEM REPETENTES.

De primo ſciendum eſt quòd nullatenus aliter niſi juxta quod regula jubet fieri debet; hoc eſt, non alienum ſed proprium eſt judicium ponendum.

De ſecundo ſollicitè conſiderandum quia non omnibus perſonis ſupraſcripti gradus conveniri poterunt. Quia aliter corrigendi ſunt honeſti, aliter improbi. Nam regula præcipit de contumacia ut ſecretè ſemel aut bis ammoneatur. Et alibi dicit: Si contumax fuerit, de monaſterio expellatur. Neceſſe eſt ergo ut juſto moderamine utrumque decernatur. Qualiter ſecundùm regulam & contumax ſecretè moneri poſſit & de monaſterio expelli. Ille namque ſecretè eſt ammonendus: quia licèt aliquid à Priore imperatum refutans, mox tamen emendatus emendationem promittens. qui & honeſtus jure dici poterit. Et ille de monaſterio expellendus qui & contumax exiſtit & nullo unquam pacto adquieſcit ſuſcipere diſciplinam. quem omnimodo contumacem regula vocat, unde & meritò improbus eſt dicendus. Quamquam & improbum illum etiam vocet qui, licèt frequenter corripiatur, diſciplinæ tamen regulari non contradicit: qui honeſtatem quam priùs, dum ſe emendare profitens, habere videbatur, relinquens, ad improbam durámque mentem tranſit. Neque, ut ſuprà dictum eſt, omnibus perſonis omnes gradus conveniri poterunt; quia videlicet diverſæ ſunt qualitates mentium; un unde unus medetur, inde alter perimitur. Quapropter quorundam verberibus ſunt coërcendæ perſonæ, minimè verò quorundam. de quorum qualitatibus regula dicit: Secundùm uniuſcujuſque, inquit, qualitatem vel intellegentiam omnibus ſe conformet & aptet. Itémque alibi: Vt viderit cuique expedire, prudenter & cum caritate ſtudeat amputare vitia. Et notandum tria inſpicienda ſemper in judicio eſſe, perſonam videlicet, intentionem, atque modum delicti. Perſonam, utrum intellectu & modeſtia vigeat, vel duritia & inquietudine mentis contradictor exiſtit. Intentionem, utrum ſtudio an infirmitate deliquerit. Modum, utrum graviter vel certè leviter erraverit. Vnde & regula dicit: Secundùm modum culpæ excommunicationis vel diſciplinæ debet extendi menſura. Igitur omnis ſpiritaliter delinquens tamdiu ſecretè moneri debet donec ſe ipſum ipſe improbum reddendo ab occulto tranſeat ad publicum. In qua publica correptione ſi non emendaverit, ad excommunicationem leviarum culparum tranſibit. Vbi cùm diutiùs nequiverit corrigi, nimiùm jejuniorum maceratione affligatur. Per quam non correptus ſi perſona extiterit talis, flagellorum coërceatur acredine. Sin verò perſonæ non admiſerit conſideratio, communiter ab omnibus miſericordia imploretur omnipotentis. Quòd ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, præcidatur à corpore monaſterij. Et ſi contigerit ut per negligentiam, dum aut in occulto aut in publico ammonetur, aliquid damno monaſterio intulerit, excommunicetur in levioribus culpis ſecundùm modum culpæ. Et peracta pœnitentia, iterum revertatur ad id ubi priùs tenebatur. Et non ſolùm dum verbis monetur, verùm etiam ſi aliquo ex ſupradictis gradu deprimatur.

Primus capitulus eſt XXII. Ibi omnes gradus inveniri valent.

Secundus verò capitulus eſt de pueris minore qualiter ætatè corripiantur. XXX.

Vbi facilè patet quod in viceſimo tertio ſcriptum eſt. Sin autem improbus eſt, vindictæ corporali ſubdatur. In fine videlicet capitis XXX. ubi dicit: Hi tales dum delinquunt, aut jejuniis

nimiis affligantur, aut acris verberibus coërceantur, ut sanarentur.

Hunc sequitur XXVIII. De his qui sæpius correpti emendare noluerint. Vbi similiter septem prædicti gradus inserti sunt. De tertio autem modo judiciorum sicut suprà dispositum est. De damno cujuslibet rei exteriori est intelligendum, ubi solummodo animadvertendum, si negligentia interveniente damnum extiterit factum. Tunc secundùm modum delicti & personam & intentionem levioribus culpæ judicium subjacebit. In quo modo continetur quicquid in regula invenitur. Sive gravissimæ vindictæ subjaceat, seu graviori, seu regulari, seu excommunicetur, seu excommunicationi subjaceat.

Præter hoc quod in quibusdam locis invenitur distinctiori disciplinæ subjaceat. Quod quidam ita intellegi volunt, ut si occultè aut publicè verbis monebatur, in eodem gradu acriùs corripiatur.

Quartus quoque modus, ut prædictum est, de capitalibus criminibus constat, fornicatio videlicet, adulterio, atque ebrietate assidua, ceterisque quæ nullo modo nisi pœnitentia corporali secundùm auctoritatem canonicam purgantur. In quibus & modus necnon & persona atque intentio semper inspicienda sunt. Vbi pariter quoque sanctorum patrum institutio sollicitè est perpendenda.

XII.

Polypticus monasterij Fossatensis.

Ex vet. cod. bibliothecæ regiæ.

HABET in Varena mansos caroperarios XXXVII. & sunt ex ipsis in beneficio mansi IV. & tres partes. & sunt ibi manoperarij XVIII. Sunt ibi hospicia VII. Et manent ibi inter mansos caroperarios & manoperarios & hospicia homines CXXI. Solvunt mansi carroperarij in tertio anno unusquisque solidos V. & alios duos annos unusquisque vervecem cum agno. Solvunt de annona inter totos annis singulis mod. CIX. Arant ad hivernaticum unusquisque perticas IV. & ad tramisium II. & in tertia ebdomada faciunt corbadam. Solvit unusquisque pullos III. cum ovis. Habet ibi mansos manoperarios III. & solvunt in tertio anno sol. IX.

Habet in Novigente mansos carroperarios XVIII. & manoperarios VI. & dimidium, & manent ibi homines LV. Solvit unusquisque mansus carroperarius uno anno sol. V. & alio anno vervecem cum agno, de vino mod. II. Arat ad hivernaticum unusquisque perticas V. ad tramisium II. Arant ad hivernaticum & ad tramisium in unaquaque ebdomada perticas III. A tertia ebdomada inter tres mansos jornalem I. Fodiunt in vinea aripennum I. Solvit unusquisque pullos III. cum ovis. Serviles mansi VI. & dimid. solvunt verveces sex cum agnis suis, de vino mod. VIII. Arant ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. Solvunt pullos III. cum ovis.

Habet in Tortiaco mansos carroperarios XXXII. & manoperarios III. hospicia VI. Manent ibi homines LXXI. Solvit unusquisque carroperarius uno anno sol. V. alio anno vervecem cum agno, de vino mod. II. Arat ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. In unaquaque ebdomada arat ad hivernaticum & ad tramisium jornalem I. Facit corbadas III. & solvit pullos III. cum ovis. Vnusquisque mansus manoperarius solvit per annos singulos vervecem cum agno, de vino mod. II. Arat ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. & solvit pullos III. cum ovis. Hospicia VI. solvunt communiter mod. III. & dimidium, unusquisque verò pullum cum ovis. Solvunt ibi homines de terra censale sol. VI. denar. IV.

Habet in curte Protasio hospicia IV. Solvit unusquisque per singulos annos de vino mod. I. & pullum cum ovis.

Habet in Buxido mansos carroperarios XXIV. & dimid. & manoperarios X. hospicia XIII. De quibus mansis sunt in beneficio V. & dimid. & hospicium I. Manent ibi homines LXXVIII. Solvit unusquisque mansus carroperarius uno anno sol. V. alio anno vervecem cum agno, de vino mod. II. Arat ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. Inter duos mansos in unaquaque ebdomada arant perticas III. A tertia ebdomada inter tres mansos carruam I. Et solvit unusquisque omni anno ad vineam claudere carradam I. de virgis & pullos III. cum ovis. Solvit unusquisque mansus manoperarius de vino mod. II. omni anno vervecem cum agno. Arat ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. Solvit pullos II. cum ovis. Est ibi terra censalis unde solvunt festivitate sancti Dionysij sol. IX. denar. VIII.

Habet in Ferrarias mansos carroperarios XVI. manoperarios IV. Manent ibi homines L. Habet ibi duos mansos absos. Solvunt vestiti mansi hairbannum pro duobus bovibus sol. XX. pro homine redimendo de hoste sol. III. verveces XIV. cum agnis, de vino mod. XX. de frumento mod. XX. Arat unusquisque ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. Ad hivernaticum corbadas III. ad tramisium III. Solvit unusquisque pullos III. cum ovis.

Habet in Savegias mansos VII. ubi manent homines X. Solvit unusquisque omni anno vervecem cum agno, de vino mod. II. pullos III. cum ovis. Arat ad hivernaticum perticas IV.

Habet in Derentiaco mansos serviles VII. ubi manent homines XXIV. Solvit unusquisque vervecem cum agno. Arat ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. & inter hivernaticum & tramisium corbadas IX. Solvit pullos III. cum ovis.

Habet in Maitiaco mansum indominicatum cum casa & diversis ædificiis suprapositis, cum viridiario & omnibus congruis adjacentiis. Habet ibi de vinea indominicata juctos id est aripennos C. de terra arabili indominicata ad modios ducentos quadraginta unius sationis, de prato juctos LX. de silva plus minus bunuarios C. habens in giro plus minus leuvam I. Est ibi capella indominicata honoris sanctæ Mariæ dicata, ad quam respicit terra arabilis ad modios XXX. unius sationis. De vinea jucti VI. de silva IV. de prato II. Est ibi etiam alia Ecclesia parœ-

chialis sub honore sancti Melanij dicata, cui aspicit terra arabilis ad mod. I. unius sationis, & de vinea juncti XIII. de prato V. Solvunt censum inter Capellam & Ecclesiam libram unam. Habet in ipsa villa factos id est mansos LX. Solvit unusquisque de hostileso id est pro bove sol. II. & porcos II. aut sol. IV. multones II. aut sol. II. Solvit inter vinericiam & pascionem de vino mod. VI. de lignario denar. VI. Facit petturam in cultura dominicata, & seminat ibi de suo tritico mod. II. Solvit de avena mod. V. de faba sext. IV. Fodit unusquisque juctum I. in vinea dominicata. Solvit pullos III. cum ovis XV. & alios pullos vindemiales cum ovis. Solvit sinapem & faces.

Habet in Floriaco unum mansum indominicatum, ad quem respiciunt mansi XIX. ex quibus sunt ingenuiles XII. & serviles VII. Respiciunt etiam ad ipsum mansum de terra arabili bunuaria XXXVIII. quæ sunt sita inter Remis & Floriacum. Et in alio loco sunt bunuaria XXXII. & dimidium, sita inter Remis & curtem Roxiniacum. Est etiam una area in Remis pertinens ad ipsum mansum, quæ habet de uno latere juxta terram sanctæ Mariæ pedes CXVI. de alio latere juxta terram sancti Crispini pedes CXVI. de una fronte juxta terram sanctæ Mariæ pedes LXVI. ex alia fronte juxta viam publicam pedes XLII. De supradictis ingenuilibus mansis sunt V. in ipso Floriaco, & II. in Pimella, IV. in curte Roxiniaco, & unus in Mastiaco. Solvit unusquisque mansus ingenuilis per totas ebdomadas in anno dies V. præter tres ebdomadas, unam in natale Domini, alteram in Pascha, tertiam in Rogationibus. Debet napaticas II. Habet unaquaque in longum perticas XL. & in transversum IV. De lignatico carradas III. Quinque mansi ingenuiles qui sunt in Floriaco, & duo qui sunt in Pimella, solvit unusquisque scintulas CL. Quattuor verò mansi qui sunt in curte Roxiniaco, & unus qui est in Mastiaco, solvit unusquisque scintulas C. Debet unusquisque pullos III. cum ovis XV. de vino sext. XII. corbadas II. unamquamque cum sex bovibus, & tertiam corbadam cum duobus, pro hostilicio denarios XIV. pro carropera denar. V. bannos tres, unum in vinea, alterum in prato, tertium in messe. Debet unam carradam adducere de feno in granicam senioris, & unam carradam de garbis de campania. Debet ducere annonam ad farinarium super carrum suum de suis diebus; & in ipso farinario debet stare servilis mansus qui ipsam annonam prævideat & cooperetur. Debet etiam de suis diebus fimum ducere in campum & expandere de suo carro; & servilis mansus debet levare fimum super carrum. Debet unusquisque mansus servilis per totas ebdomadas dies V. & unam napaticam in vinea, de qua recipit tertiam partem, pullos III. cum ovis. Debet corbadas III. unamquamque de duobus bovibus. Debet denarios V. pro carropera, bannos III. Debet faculas. Debet mansionem & curtem custodire & stabulum curare & facere quicquid opus est. Vnusquisque mansus ingenuilis & servilis debet in eulogiis panes VI. ad carnem denarios II. & pullos II. de vino sext. II. de avena sext. IV. Cùm fecerint corbadas in mense Martio, debent habere panem & ligumina & siceram. Mense Maio panem & caseum. Mense Octobrio panem & vinum, si esse potest. Si ibi sunt cavaticarij, debent Kal. Octobr. denarios IV. & unum diem in banno, & ad tres audientias venire cum suis eulogiis.

Habet in Turgiaco mansos serviles IX. & dimidium. Manent ibi homines XIII. Solvunt mense Maio verveces IX. & dimid. cum agnis. Arat unusquisque ad hivernaticum perticas X. ad tramisium II. Claudit unusquisque à tertio anno in manso dominico perticas II. Solvit pullos II. cum ovis.

Habet in Belsa mansos serviles VIII. & dimidium. Manent ibi homines XIV. Solvunt annis singulis agnos VIII. & dimidium. Arat unusquisque ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. Arat corbadam inter hivernaticum & tramisium. Ducit de frumento ad monasterium mod. X. Solvit pullos II. cum ovis. Habet ibi culturas XV.

Habet in Vitlena mansos X. ubi manent homines XIV. De quibus mansis est unus & dimidius in beneficio, & unus absus. Solvit unusquisque uno anno sol. II. alio anno porcos II. & arietes II. Solvunt duo mansi de vino mod. II. & dimidium. Alij mansi, unusquisque de frumento mod. I. Arat unusquisque ad hivernaticum perticas IV. ad tramisium II. Et arat corbadas III. ad hivernaticum, ad tramisium perticas III. Claudit unusquisque in vinea perticas VII. Solvit pullos III. cum ovis.

Habet in monte Hayrici mansos ingenuiles XII. Manent ibi homines XXI. De quibus mansis tenent XI. alij homines. Solvit unusquisque annis singulis sol. V. & dimidium. Arat ad hivernaticum perticas VII. & dimid. ad tramisium V. Facit ad hivernaticum corbadas III. ad binalia III. ad tramisium III. Debet unusquisque de lignario in latum pedes V. in altum pedes VI. & de caractionibus carradas VI. & omni anno festivitate sancti Martini & in natale Domini & in Pascha carradam I. Claudit inter curtem & hortum & vineam perticas VII. & dimidiam. Solvit de lino fascium III. de XXX. madasciis, & in pascione mod. II. de vino, de terra censali mod. II. de vino. Arat ad hivernaticum perticas VII. & dimidiam. Solvit pullos III. cum ovis.

Habet in Equa mansos serviles IX. & dimidium. Manent ibi homines XIX. Solvit unusquisque usque ad monasterium carroperam I. & soc & cultrum. Faciunt corbadas X. Arat unusquisque inter hivernaticum & tramisium perticas X. Solvit pullos II. cum ovis.

Habet in Fabarias septem mansos ingenuiles. Octavus mansus pertinet ad Ecclesiam ipsius villæ dicatam in honore sancti Martini. Antiquo tempore solvebat unusquisque mansus sol. V. Postea in alio tempore solvebat unusquisque in unoquoque mense per totum annum tres dies. A festivitate sancti Iohannis usque in natale Domini solvebat à tertia in tertiam ebdomadam corbadam; & faciebat unum bannum in vinea, alium in messe. Solvebant duo mansi tres carroperas in anno usque ad Fossatis. Solvebat unusquisque de pascione denarios XII. & pullos III. cum ovis XV.

Nonus manſus eſt indominicatus, ubi habet culturas v. & pratum & ſilvas & aquas cum fariario.

Iſti ſunt cavaticarij ſancti Petri. Tetboldus, Gondoildis defunctus, Emhardus, Ledelindis, Amalgarius, Hairlindis, item Amalgarius, item Tetboldus, Amalbertus, Frodovinus, Frodevildis.

Familia de Cliciaco. Godelſadus, Ravenus, Odilo, Vivardus, Ermengiſus, Hildegiſus, Ansberga, Vitalis, Adelgardis, Mamucia cum tribus infantibus ſuis, id eſt, Dominicus & Hildulfus & Gozlenus, & cum aliis tribus, Gitberga, Erluinus, Nadalbertus, Erliardis, Godinus, Doda, Odila, Adelindis, item Odila, Vuido, Vuinegauda, Tedelindis, Adelberga, Ermengildis, Roducia, Frotgarius, Grimhardus, Erembertus, Iohannes, Tetſinda, Hildebertus & ſoror ejus, Rainberga & filia ejus nomine Eliſabet cum ſuis filiis.

Hengelrannus, Rodulfus, Rainerius, Hengelſent, Vuarenburgis, Rodulfus, & Bernice, omnes iſti cum infantibus ſuis. Berhengerius Presbyter.

Ingelburgis filia Vitalis de Bunido beato Petro ſe tradidit tali ratione ut nunquam à monachis eſſet vendita neque ulli homini donata.

Doda, Vuarnerus, Ingelgerus, Anſoldus, Beliardus.

Adrianus, Rainuis uxor ſua cum tribus filiis, Durandus, Germundus, Rainerius, Ermengardis, Nodelenda cum quinque filiabus & unum filium, Richardus, Teſcenda cum duabus filiabus & unum filium, Ildeardus & filius ejus Conſtantius. Iſti ſunt fratres & ſorores Adriani. Rainuis, Legardus, Nodelenda habent ſeniores. Alboldus, Girberga, Teſcenda, Conſtantius, Aſcelinus, Sireda ſoror ejus, Idfredus cognatus eorum, Iſenbardus filius Richardi. Iſti ſunt cognati Adriani Germani.

Hiſenburgis Brittoniſa gratanter ſe condonavit ſancto Petro, antequam acciperet maritum, ut in poſterum cum filiis & filiabus ſuis ſub ſervitutis jugo teneatur, quorum hæc ſunt nomina. Odolricus, Giſlebertus, Durandus.

XIII.

Præceptum Pippini Regis pro monaſterio Soricinij.

An. 754. Ex archivo monaſterij Soricinij.

IN nomine Domini & Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Pippinus gratia Dei Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejúſque in eiſdem locis famulantium propter eorum ſuſtentationem quoddam conferimus præmium, nobis apud Dominum æternæ remunerationis præmium rependi non diffidimus. Proinde noverit omnium fidelium tam præſentium quàm & futurorum ſolertia quia placuit nobis propter amorem Dei & animæ noſtræ remedium conſtruere monaſterium in pago Toloſano juxta caſtrum quod dicitur Verdiminus, cui Soricinij rivulo vocabulum conſtat indici Soricinij, in honorem Dei & ejus genitricis perpetuæ virginis Mariæ & omnium ſanctorum, ſecundùm quod eadem Dei genitrix nobis viſa eſt præcepiſſe. Conferimus igitur eidem loco de rebus à Deo nobis collatis ad ſuſtentationem, ut diximus, fratrum ibidem loci famulantium locum noſtrum quod dicitur Villapinta & Eccleſiam in honorem ſancti Iohannis Baptiſtæ conſtructam cum omni integritate, quantumcunque in ipſo loco jure proprietatis modò noſtra eſt poſſeſſio, & aliud prædium quod dicitur Villamanna in contiguo ſuperioris prædicti ſituatum, cum omni integritate, cum mancipia utriuſque ſexus, cum domibus, ædificiis, terris, vineis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, cultum & incultum, queſtum & adquirendum, totum ab integro memorato monaſterio Soricinij ad cunctas ejuſdem monaſterij neceſſitates conſulendas perpetualiter ad habendum delegavimus. Et hanc noſtram auctoritatem ſub nomine ac evictionis gratia fieri volumus, per quam præcipimus ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria poteſtate in poſſeſſiones memorati monaſterij, quæ deinceps divina pietas in jure ipſius ſancti loci voluerit augere, ullas illicitas occaſiones requirere nullo unquam tempore audeat; ſed liceat ordinato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus ſub immunitatis noſtræ vel ſucceſſorum noſtrorum defenſione quieto ordine poſſidere. Et quandoquidem divina vocatione à nobis ordinatus Abbas vel ſucceſſor ejus ab hac luce migraverit, perpetuò ſecundùm regulam ſancti Benedicti per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipſi monachi, qui ibidem Deo famulari videntur, pro ſtatu totius regni noſtri & incolumitate conjugis atque prolis Domini miſericordiam exorare valeant. Et ut hæc auctoritas noſtris & futuris temporibus debeat inconvulſa manere, manu noſtra ſubſignavimus, & annuli impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Pippini glorioſiſſimi Regis.

Ioannes Diaconus ad vicem Dagni recognovit.

Data ſeptimo Kalendas Septembris anno Chriſto propitio ſecundo Domni Pippini Regis, Indictione ſeptima. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XIV.

Charta donationis villæ de Blangiaco ad Eccleſiam Brivatenſem.

An. 760. Ex Chartulario Brivatenſi cap. 26.

EXemplaria. Domnis ſanctis Donidio, Honorifico, Vnoberto, Beroleno Presbyteris, necnon Raconi Clerico, vel aliis tam Diaconibus quàm ſerviendis ſancto Iuliano Clericis qui præſenti tempore ibidem deſervire videntur. Ego Gideon. Dum non eſt incognitum quòd Domnus Hunaldus Princeps ante hos dies per * parva conſilia aliquam villam in pago Limanico de ratione ſancti Iuliani martyris, cui vocabulum eſt Maceriaco, viſus fui aſtruxiſſe, poſtea cœleſte auxilio monitus ſuperſcriptam villam ipſi caſſæ Dei reddere ordinavi & duas partiones tam de terra, vineis, cenſu, tributo, aut ex omni re ſibi pertinenti, pro mole peccatorum, vobis viſus fui condonaſſe,

* prava

donasse, ut omni tempore Missæ ibidem decensitæ esse debeant, petivi à vobis ut de ipsis duabus partionibus misit compendium faceretis, quod ita fecistis, ut dum ego viverem, hoc per vestrum compendium habere debeam. Et ego pro ipso compendio dedi vobis de ratione sancti Iuliani villam cui vocabulum est Blanciago unà cum agacentia sua vel servos vel tributa quod exinde exire debet annis singulis, libras II. partionum de ipsa villa Maceriago in vos vissus sum emisisse; ut si in * *f* pro hoc * *f* ipondeo nos. tempore aut post tempus ego vobis * perro judicium facere voluero aut fecero, * spondionis vobis desolvere partibus vestris aut successoribus vestris, qui tunc temporis pòst fuerint, auri libram I. & ipsam villam Blanciago in vestra revocatione ponam, & inantia vestra compendius vos dominus recognoscat, & præsens precaria mea in vos scripta omni tempore firma stabilita perduret. Facta carta precaria mense Septembris X II. anno Donno Vvayfario Principe. Teste Gideone. Manu Garionis. Manu Berterio. Manu Attimio.

X V.

Præceptum Pippini Regis pro monasterio Iuncellensi.

An. 768. Ex archivo monasterij Iuncellensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Pippinus divina ordinante providentia Rex universis fidelibus. Cùm locis Deo dicatis eisque ibi Deo servientibus quippiam muneris conferimus, id nobis procul dubio ad æterni regni præmium consequendum profuturum cognoscimus. Quamobrem noverit solertia cunctorum sanctæ Dei Ecclesiæ filiorum quia adiens nostri culminis serenitatem Benedictus Abbas sancti Petri Iuncellensis monasterij, quod est situm in territorio Bitterrensi, petiit ut ipsum monasterium restrueremus & de nostris regalibus viris augeremus. Cujus denique preces clementer audivimus, & ad meliorandum locum ipsi servisque Dei illic militantibus benignè aliquid largimur, scilicet de fonte pallagij usque ad terram nigram, abhinc etiam usque ad fontem Alder, & inde usque ad fontem Orbi, & descendit ad terminum tabulæ, & inde iterum usque ad fontem pallagij, ut necessitatibus eorum supplementum conferatur. Prædictum autem Iuncellense monasterium cum hac nostra largitione vel cum reliquis possessionibus quas in præsenti possidet vel quæque deinceps in jure ipsius monasterij aut per nos aut per alios quosque divina pietas augere voluerit, sub nostro mundeburdo nostræque libertatis defensione omni tempore possidere mandamus. Et propterea jubemus ut nulla potestas neque quislibet hominum ipsas possessiones præsumat aliquando à potestate sive dominatione jam dicti monasteri minuere vel subtrahere; sed liceat Benedicto Abbati & successoribus suis cum ipsius loci congregatione sine alicujus minoratione quietè integerrimèque possidere. Et per nostram etiam auctoritatem monachi ibi Deo servientes libertam semper habeant potestatem ex se ipsis Abbates eligere secundùm beatissimi Benedicti regulam; quatenus pro stabilitate totius nostri regni misericordiam Dei implorare delectent. Vt autem hæc largitio & liberalitas nostræ magnificentiæ rata & inconvulsa omni tempore permaneat, manu propria subternotavimus & anuli nostri impressione sigillari fecimus.

Signum Pippini glorioſi Regis.

Isachar Notarius ad vicem Hermoler. recognovit & signavit.

Datum mense Iunio feria tertia anno V I. Pippini Regis. Actum villa Pontigonis anno Domini 762.

Error heic est in numeris. Nam Pippinus regnavit per annos tantùm sexdecim. Itaque reponendum videtur XVI. *pro* XXVI. *Nota annorum Christi videtur addita multò post tempora Pippini.*

X V I.

Iudicium pro Daniele Archiepiscopo Narbonensi adversus Milonem Comitem.

An. 781. Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

IN Dei nomine. Hæc est notitia traditionis judicius. Cùmque residerent Missi glorioſissimo atque scelentissimo Domno nostro Carulo Rege Francorum in Narbona civitate, die Martis, per multorum altercationes audiendas & rectis negotiis terminandæ, & per ordinatione de suos Missos, id est, Vvaltario, Adalberto, Fulcore, & Guibuino, & Vassis dominicis, id est, Rodestagnus, & Abundantius, & Iudices qui jussi sunt causas dirimere & legibus difinire, id est, Gontario, Discolio, Leoderico, Petro Bona-vita, & Sisfredo, & aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant, id est, Garibertus, VVidaldus, Ingobertus, Arvinus, VVicar, Vuisulfus, Atila, Samuel, Donadeus, Argemundus, Vrsione, Argimiro, Anselmo, VVarnario, in eorum judicio vel præsentia quos causas fecit esse præsentes. Cúmque ibidem residerent præscripti Missi & Iudices vel plures bonis hominibus in Narbona civitate ad rectas justitias terminandas & causarum exordias dirimendas in eorum præsentia; ibique in supradictorum judicio veniens homo nomine Arluinus, qui est assertor vel causilicus & mandatarius Danielo Archiepiscopo, & per ordinatione de Domno & Regi nostro Karulo Rege, & dixit. Iubete me audire cum isto præsente Milone Comite, quia tales villas qui sunt in pago Narbonense de causa Ecclesiarum sanctorum Iusti & Pastoris, & S. Pauli, & sancti Stefani in pago Narbonensi, eis retinet malum ordinem injustè. Hæc sunt nomina de ipsas villas. Quincianus, & Muianus, Ecclesiarum sunt medius. Villa Pucio, Valeri, & Baxanus, & Maliarius villæ sunt ultra ponte septimo, causa est Ecclesiarum ab integrè sanctorum Iusti & Pastoris. Villæ..... Trapalianicus, Paredinas, Agello, Medallano, Buconiano, Follopiano, Anniciano, ex medietate. Magriniano, Leccas, Centopenus, Cristimanicus, Petrurio, ab integrè. Cannedo, Troilo, Laureolis curte, Oliva media, Prexanus media, Caunas, Nivianus, infra insola Leccas. Villa Gorgociano, Caunas, Casolis, Baias, Vrsarias, Quiliano, ab

integrè. Lapedeto, ipsa quarta parte Colonicas, Mercuriano, ipsa quarta parte Maglaco, fonte dicta Buconiano, Callano, Concua larga, Abuniano, ex medietate. Leoniano, ex medietate. Suburbe ..... Sala super ponte soptimo, in valle Gabiano, ex medietate. Crotas, Cagnano, sancti Marcelli, Villa Totonis, sancti Georgij, Villa Ciliano, sancti Cresenti, sanctæ Mariæ Segelona, ex medietate. Gragnano villa, Aquaviva, ex medietate. Rusiniano, ex medietate. Omnia & in omnibus quantum ibidem retinebat jam perscriptus Archiepiscopus pro causa Ecclesiarum sanctorum Iusti & Pastoris, & sancti Pauli, & sancti Stefani, quod ego jamdictus Arluinus, qui sum assertor vel causilicus & mandatarius de jamdicto Archiepiscopo Danielo, hoc adprovavi per series condiciones, quòd iste Milo Comes retinet ipsas villas malum ordinem injustè, & invasit de potestate de isto jamdicto Archiepiscopo, cujus ego mandatarius sum. Tunc nos Missi, Vassi dominici, & Iudices interrogavimus jamdicto Milone Comite: Qui respondis ad isto Arloino, qui est mandatarius de jamdicto Archiepiscopo de hac causa? Tunc Milo Comes in suum responsum dixit: Ipsas villas senior meus Karolus Rex mihi eas dedit ad beneficio. Tunc ipsi Missi, & Iudices, & Vassi dominici interrogaverunt Milone Comite si potebat habere condictiones, aut recognitiones, aut judicium, aut testes, pro quibus ipsas villas partibus suis retinere deberet. Tunc Milo Comis dixit. Non habeo nullum judicium veritatis, nec nulla testimonia, pro quibus ipsas villas partibus meis vindicare debeam, nec in isto placito, nec in alio, nec in tertio, nec ullóque tempore. Tunc præfati Missi, Vassi dominici, & Iudices interrogaverunt Arloino, qui est assertor vel causilicus & mandatarius de jamdicto Danielo Archiepiscopo, si potebat habere tale testimonia pro quibus hoc quod dicebat super Milone Comite, hoc legibus aprovare potuisset. Et tunc asseruit Arloinus, & dixit sic. Habeo unde ..... pro judicio de supradictos Missos, Vassis dominicis, & Iudices. Arloinus mandatarius suam agramivit testimonia. Nuper veniens Arloinus ad suum placitum, quod arramitum habuit, & ibidem sua testimonia protulit bonos homines idoneos, his nominibus, Vndila, Aurilianus, Kairato, Narbonellus, Dodemirus, Lunares, Silentius, Bonus Eneus, Gumaricus, Vuiteringus, Teudesindus, & Servandus: qui sic testificaverunt in supradictorum judicio, in facie Milone Comite, & serie condiciones hac juraverunt in Ecclesia S. Mariæ qui sita est infra muros civitatis Narbona, quia nos supranominati testes scimus, & bene in veritate nobis cognitum manet, & vidimus ipsas villas superiùs scriptas, cum fines & termines vel ajacentias quæ ad ipsas villas pertinent, habentes & dominantem ad Danielo Archiepiscopo, cujus iste Arloinus assertor, causilicus, & mandatarius est, pro causa Ecclesiarum sanctorum Iusti & Pastoris, & sancti Pauli, & sancti Stefani. Nam & nos Vndila, Aurelianus, Kairato, Narbonellus, Dodemirus, Lunares, Silentius, Bonus Eneus, Gumaricus, VViterigus, Teudesindus, & Servandus, vidimus jamdictas villas, cum illorum fines & termines, habentes & dominantem Danielo Archiepiscopo, cujus iste Arloinus assertor, causilicus, & mandatarius est, ab integrè. Et cùm nos præfati Missi, Vassi dominici, & Iudices videntes talem adprovationem de Arloino assertore, causilico, & mandatario Danielo Archiepiscopo, & post tanta rei veritatem bene cognovimus, altercavimus inter nos ante perscriptos Missos, Vassis dominicis, & Iudices, vel plures bonis hominibus ..... residebant; & ordinavimus Milone Comite, ut de ipsas villas se * exigere fecisset, & Arloino assertore & mandatario Danielo Archiepiscopo per suum saionem revestire fecisset; sicut & fecit. Et congaudeat se Arloinus assertor, causilicus, & mandatarius Danielo Archiepiscopo in nostro judicio suam percepisse & habere justicia. Dato judicio notitia tradictionis III. Nonas Iunij anno XIIII. regnante Karulo Rege Francorum. Signum Milonis, qui hanc notitiam ..... & evacuationis feci & firmare rogavi bonis hominibus. S. Gatibertus. S. Vuidaldus. S. Ingobertus. S. Arvinus. S. Vuicur. S. Ergimiro. S. Anselmo. S. VVarnario. S. Guirulfus. S. Atila. S. ..... S. Donadei. S. Argemundus. S. Vrsio. S. Gunturfus. Teodericus. Petrus. Sigfredus. Ego VValtarius Notarius subscripsi. Ego Adalbertus Notarius subscripsi.

* exire

Boso, qui hanc noticiam tradictionis judicij scripsit sub die & anno quibus suprà.

Iudicium istud à Catello editum est in Memoriis historiæ Occitanicæ pag. 742. ex chartulario Archiepiscopi Narbonensis, sed valde mendosum ac corruptum. Itaque nos putavimus hoc, data occasione, recudendum esse, descriptum à nobis ex vetustissima scheda Narbonensi.

XVII.

Epistola nomine Iesu Christi scripta ævo, ut videtur, Karoli M. Regis Francorum.

An. 788. Ex codice Tarraconensi.

IN nomine Domini. Incipit epistola Salvatoris Domini nostri Iesu Christi filij Dei, quæ in Hierosolymis cecidit, Michaëlo ipsam deportavit; & inventa est ad portam, * quem per manus sacerdotis per manus sacerdotis nomine Eros. Et ipsa epistola ad Erim civitatem directa est ad alium sacerdotem nomine Leopas. Leopas verò direxit ipsam epistolam ad Cappadociam. Et tunc collecti sunt XV. Episcopi in unum, & triduanum jejunium fecerunt in vigiliis & orationibus insistentes, simúlque & omnes Presbyteri, Diacones, Clerici, & omnes populi tam viris quàm mulieribus collecti sunt in unum & ploraverunt ubi inventa est & à Domino directa epistola. Carissimi Fratres, audite & absc-cultate qualem nobis epistolam direxit Dominus è cœlo, non tantùm nisi ut corrigamus nosmet-ipsos de omni cœcitate hujus seculi antequam veniat ira furoris Domini super nos. Denique non pro aliud nisi sanctum diem dominicum custodiendum & decimas fideles Deo reddendum,

* f. Efrem

sicut scriptum est : Die dominico sedentes in foro, & causas judicandi otiosas. Venationes in eodem die non colligere. Pecora in eodem die non mulgentes, sed pauperibus vestris aut comparibus non habentes distribuere Boves tuos in eodem die non mittas laborare. Propter quod non custodistis diem dom ..... veniat super vos judicium Domini. Et propterea lugebunt & ..... generaliter periculum terræ & captivas animas ducer ..... ubi erit fletus & stridor dentium. Nescitis miseri quia ..... terram, mare, & omnia quæ in eis sunt ornam ..... tea Adam de limo terræ plasmavi & edi .... bit omnis peccatus in terra donec .....

Desunt heic multa.

nihil aliud operantes in die dominico nisi ad Ecclesiam concurrere solemnitates Domini audire. Et post hæc infirmos visitare, mortuos sepelire, tribulantes consolare, discordantes pacificare, crucem Christi in omnibus venerare, deponentes nitidas vestes in saccis & ciliciis & cinere versari, sicut Ninivitæ fecerunt, & sic liberati sunt ab ira furoris mei. Miseri populi, cur non timetis, ut possitis evadere iram meam. Corrigite vos antequam veniat ira mea super vos & omnes habitantes in terra qui nolunt custodire mandata mea & diem sanctum dominicum colere & venerare. Ponite, miseri, mortem ante oculos vestros die noctúque, quia nescitis qua hora auferantur à vobis animas vestras & deducantur à diabulo in gehenna ignis, ubi nulla erit requies, nisi fletus & ululatus. Admoneo vos per epistolam istam ut custodiatis omnia quæ dixi vobis. Quòd si non custodieritis, mittam super vos lapides calidos ignem & flammam producentes cum magno pondere, qui consumant vos usque ad ..... anei qui degluttant homines, aut velut passer triticum, ita de ..... rnus .... os serpentes pinnatas malas & pessimas, qui devorent ..... tributio. Si non egeritis pœnitentiam & ..... la in quibus bibitis vos & filij vestri .....

Heic rursum multa desunt.

Dico vobis, conjuratio fidelis populi, permaneat in vobis gratia mea, qui sum Deus vester. Vigilando & orando, vel eleemosynas faciendo, facta mala relinquendo, homicidia relaxando, viduas & orphanos diligendo, pro peccata vestra semper orando, mala pro malo non reddendo, diem sanctum dominicum custodiendo, compari tuo caritatem & fidem perfectam tenendo. Si hæc feceritis, in regno meo eritis mecum regnaturi in secula seculorum. Amen.

Filij parentes non maledicant, neque parentes filios ; quia maledictio patris & matris eradicat fundamenta domos filiorum.

Ecce fideliter iterum dico vobis, ad Ecclesias meas cum oblationes frequenter venite. Lectiones divinas intento corde audite, ut salvi esse possitis. Qui dissimulaverit ad fontes, aut ad arboribus, aut ad petra fuerit inventus sacrificare, aut ad sepulcra mortuorum præsumpserit incantare, aut in quolibet locis tergere, anathemabo eum, & peribit in inferno inferiori : quia omnis incantator non habebit partem in regno meo. Ille tamen qui dimiserit sanctum diem dominicum, & non coluerit eum sicut oportet, anathemabo eum. Maleficos, divinos, incantatores, aguriatores fugite. Iejunium observate. Vestras decimas, de quantum habueritis, in Ecclesias meas ponite. Estote assiduè sine peccato. Recordate tabulas Moysi famulo meo, & legem & præcepta quæ dedi ei ad prædicandum in populis, ut timeant me & custodiant illam. Moneo vos per epistolam istam ut in Ecclesias meas nullus sit, non vir, non mulier, qui præsumat fabulare aut verbosare aut sedere aut ante Missa egredere, donec compleantur sollemnia, anathema sit. Anima illa tale non colligam in paradiso meo. Amen dico vobis, si non corrigeritis vosmetipsos, mittam super vos brucus & locustas, qui comedant fructus vestros, & lupos rapaces qui comedant vos, quia non custodistis diem sanctum dominicum. Qui ipsum non custodierit, maledictus erit. Die dominico non lavare vestimenta, non caput neque capillos tondere. Qui hæc fecerit, anathema sit. Si custodieritis mandata mea, avertam faciem meam à vobis, & non mittam in domibus vestris omnem malitiam & amaritudinem & infirmitatem. Si quis tamen in die dominico aut causas voluerit committere vel intentiones facere, aut rixas commiserit, mittam in eis pustellas, accessiones, & langores, & omne genus infirmitates. Et pro eo quòd non concurritis ad Ecclesias meas, sed magis ad mercimonia vel ad silvam vel otium, & per plateas sedere, fabulas vanas loquere, & me non timere, & Ecclesias meas non venerare, propter hoc tradam vos in fame & in manus gentium (& non pluam super vos) incredulorum paganorum, qui epistolam istam non custodiunt. Iam enim vobis antè legem meam mandavi, sed minimè custodistis diem sanctum dominicum. Propterea mittam gladium meum super vos, quia non custodistis hæc omnia. Amen dico vobis. Crucifixus fui propter vos, & resurrexi die dominica, ascendi ad dexteram Dei, & requiem dedi omnibus die dominico. In ipso feci cœlum & terram, solem & lunam, mare & omnia quæ in eis sunt. Et postea Adam de limo terræ plasmavi, & die dominico sanctificavi, & dedi requiem in ipso ut bene agant, & sine pressure sint, & requiescant per omnia. Sacerdotibus meis præcepi per epistolas & libros ut legem istam fideliter narrent, ut die dominico & festivitates meas fideliter custodiant, quia pagani sunt in terra qui non custodiunt legem meam. Et si non custodieritis omnia quæ præcepi vobis, mittam super vos tribulationes & grandines & tempestates & siccitatem, qui exterminet fructum operum vestrorum, & non habebitis partem mecum, neque cum angelis meis, neque cum martyribus meis. Amen dico vobis. Si non custodieritis sanctum diem dominicum, mittam super vos fame & frigore, & æstum gravem in messes & in vineas vestras sive omnes labores vestros, & ad alios demonstrabo, & vobis non dabo, quia decimas vestras, de quantum habuistis, dare noluistis. Inde ad decimum revertatur. Amen dico vobis. Die dominico observate cum omni diligentia, sicut nec ipsas oleras in hortibus vestris die dominico colligatis. Si hæc feceritis, vos mulieres, mittam super vos serpentes pinnatas qui comedant & percutiant mamillas vestras. Amen dico vobis. Si non

custodieritis sanctum diem dominicum, omnia mala mittam super vos. Nam si custodieritis mandata mea & feceritis ea, dabo vobis benedictionem meam, & multiplicabo labores vestros usque ad abundantiam & usque ad messem, & usque ad vindemiam & pomiferum & totam substantiam, & quæcunque petieritis dabo vobis. Amen dico vobis. Si non custodieritis mandata mea, omnia mala habebitis, & addam vobis malum super quod habuistis. Et si fuerint Presbyteri aut Diaconi, ubicunque invenerint epistolam istam, legant & aperiant illam ad omne populum, frequenter admoneant ut recedant ab iniquis suis operibus. Et omnis qui hoc audierit, & non crediderit, anathema sit. Ego sum Dominus Deus vester, qui crucifixus fui propter vos, ut custodiatis vosmetipsos. Per istam epistolam, quæ ostensi vobis, suscipite illam, & toto corde sine dubio credite, & audite frequenter, quia non fuit ab homine scripta, neque ab angelo, neque ab archangelo, nisi de verbo meo & de suavitate mea, quia vera est scripta, & à supremo throno transmissa fuit, ut credatis. Et si vos emendare nolueritis, parate vos ad pœnam mense Novembrio. Sic erit grandis metus super vos. Vermis, focus, & flamma, quatenus alios comedat vermis, & alios cremet ignis, & ceterorum, ut credatis quia mundus iste judicatus est in grandi ruina. Iuro vos per epistolam istam quia aliam vobis nunquam mittam antequam veniat judicius meus super vos. Educ epistolam istam per universum populum denuntiate. Finit. Vt clarus & pius Dominus noster Iesus Christus inspirare & liberare dignetur Amen. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

XVIII.

Karoli Magni præceptum pro Aniano Abbate monasterij Caunensis.

An. 794. Ex archivo monasterij Caunensis.

KArolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum omnibus fidelibus nostris præsentibus & futuris. Rectum est regalis potestas illis tuitionem impertiat quorum necessitas comprobatur. Igitur cognoscat magnitudo seu utilitas vestra quia vir venerabilis Anianus Abbas ex monasterio sancti Iohannis & sancti Laurentij, quod fuit constructum in locis nuncupatis Extorio & Olibegio, nostro synodali Concilio veniens unà cum monachis suis Continuo, Stromundo, Lurio, cum omnibus rebus vel hominibus monasterij sui quas moderno tempore videtur possidere, se plenius commendavit, & nos sub nostra tuitione eum & monachos suos cum omnibus rebus atque hominibus suis recepimus ac retinemus, quatenus diebus vitæ suæ sub nostra tuitione valeant quietè vivere & residere. Propterea has literas nostras pro firmitatis studio eis dedimus, per quas omnino jubemus ut nullus quislibet de vobis neque de junioribus vestris prædicto Aniano Abbati seu monachis suis nec rebus vel hominibus illorum contingere nec inquietare aut contra rationis ordinem calumniam generare non præsumatis, nisi, ut diximus, cum omnibus rebus vel hominibus illorum sub nostra tuitione valeant quietè vivere vel residere. Similiter concessimus ei villam Caunas sicuti Milo ad suum monasterium per suas literas delegavit, cum omnibus appendiciis suis, quatenus meliùs delectet ipsos servos Dei pro nobis vel stabilitate regni nostri Domini misericordiam exorare. Et si aliquæ causæ adversùs eos surrexerint, vel homines eorum autoltæ fuerint, quas in promptu absque gravi illorum dispendio definire non potueritis, usque in nostram præsentiam referventur, quatenus ante nos secundùm legis ordinem accipiant finitivam sententiam. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel à fidelibus nostris meliùs conservetur, de anulo nostro eam subter sigillari jussimus.

Vindolaicus ad vicem Radonis recognovit.

Data XIII. Kalendas Augusti anno vigesimo sexto & vigesimo regni nostri.

Actum Franconoforti palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XIX.

Præceptum Karoli Magni pro quodam Ioanne qui Sarracenos debellaverat in pago Barcinonensi.

An. 795. Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Karolus serenissimus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Notum sit omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, vel cunctis fidelibus nostris tam præsentibus quàmque futuris. Rectum est regalis potestas illis tuitionem impertiat quorum necessitas comprobatur. Igitur cognoscat almitas vestra qualiter Iohanne ad nos veniente, & ostendit nobis epistolam quam dilectus filius noster Ludovicus ei fecerat, & per ipsum ad nos direxit. Et invenimus in ipsa epistolà insertum quòd Iohannes ipse super hæreticos sive Sarracenos infideles nostros magnum certamen certavit in pago Barchinonense, ubi superavit eos in locum ubi dicitur ad Ponte, & occidit jamdictos infideles, & cepit de ipsis spolia; aliquid exinde dilecto filio nostro obtulit, equum optimum & brunia optima & spatam Indiam cum techa de argento parata; & petierat in pago Narbonense villare heremum ad laborandum quem dicunt Fontes. Ille verò dedit ei ipsum villare, & direxit eum ad nos. Et cùm ad nos venisset cum ipsa epistola quam filius noster ei fecerat, in manibus nostris se commendavit; & petivit à nobis jamdictus fidelis noster Iohannes ut ipsum villare, quod filius noster ei dederat, concedere fecissemus. Nos verò concedimus ei ipsum villarem & omnes suos terminos & pertinentias suas ab integrè, & quantum ille cum hominibus suis in villa Fontejoncosa occupavit vel occupaverit, vel de heremo traxerit, vel infra suos terminos, sive in aliis locis, vel villis, seu villare occupaverit, vel aprisione fecerit cum hominibus suis. Hæc omnia concedimus ei per nostrum donum, ut habeat ille & posteritas sua absque ullo censu aut inquierudine, dum nobis aut filiis nostris fideles extiterint. Qua-

tenus verò auctoritas firmior habeatur, de anulo nostro subter sigillavimus.

Gilabertus ad vicem Radoni recognovit & subscripsit.

Data in mense Marcio anno XXV. & XVIII. regni nostri. Actum Aquisgrani palatio nostro in Dei nomine feliciter. Amen.

XX.

Præceptum Karoli M. pro monasterio Cormaricensi.

Præceptum Domni Karoli Regis, quod fecit rogante Magistro Albino, ut duæ naves sine teloneo per regnum ejus monachis sancti Pauli concederentur.

An. 800. Ex chartulario S. Martini Turonensis.

KArolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum omnibus Episcopis, Comitibus, Domesticis, Vicariis, Centenariis, seu reliquis fidelibus nostris præsentibus & futuris. Notum sit quia petitiones dilectissimi fidelis nostri Albini venerabilis monasterij sancti Martini, ubi ipse pretiosus corpore requiescit, Abbatis taliter concessimus, ut monachi qui sub regula sancti Benedicti conversari videntur in monasterio quod est constructum in honore sancti Pauli Apostoli in loco qui dicitur Cormaricus licentiam haberent naves duas per Ligerim fluvium & Meduanam sive Sartam & Ledum vel Viennam huc illúcque pro necessitatibus dirigendi, & nullum teloneum neque de sale neque de ullis quibuslibet rebus in ullo omnino loco ipsi aut eorum homines solvere aut dare debeant. Propterea præsentem auctoritatem fieri jussimus, per quam perpetualiter jubemus ut neque vos neque juniores seu successores vestri memorato venerabili viro Albino Abbati aut successoribus suis, sive monachis, aut hominibus eorum de suprascripto monasterio sancti Pauli pro ipsis navibus inquietare aut calumniam generare nec teloneum aut ripaticum ab eis nec salvaticum nec portaticum nec ullas redibitiones requirere aut exactare ullo modo præsumatis, sed ad illum sanctum locum Cormaricum & ad fratres ipsos in eleemosyna nostra nostris futurisque temporibus perpetualiter proficiat in augmentis. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur & per tempora melius conservetur, de anulo nostro subter sigillari jussimus.

Genasius ad vicem Hercambaldi firmavit.

Data IV. Nonas Iunij anno XXXII. & XXIV. regni nostri.

Actum Turonis in monasterio sancti Martini.

XXI.

Præceptum Ludovici Regis Aquitanorum de navibus sancti Pauli.

An. 807. Ex eodem chartulario.

LVdovicus gratia Dei Rex Aquitanorum omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Domesticis, Vicariis, Centenariis, seu reliquis fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris. Notum sit quia concessimus Fridegiso Abbati ex monasterio sancti Martini, ubi ipse corpore requiescit, ut monachis Cormaricensis monasterij, qui monasticè sub regula sancti monachorum patris Benedicti degere videntur, liceat duas naves, vel quotquot fuerint sibi necessariæ, per omnia flumina in regno nostro Deo propitio discurrentia absque ulla consuetudine proptor suas necessitates dirigere. Ad cujus concessionis auctoritatem corroborandam hoc præsens fieri jussimus præceptum, per quod imperiali auctoritate jubemus ut nullus nostrorum præsentium sive futurorum in hac regali sanctione audeat illis in aliqua parte contradicere. Et ut majorem habeat in se hoc præceptum vigorem, anuli nostri impressione sigillari jussimus.

Data VII. Idus Aprilis anno XXVII. regni nostri.

Actum Cassanogelo palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

Albo ad vicem Helizachar scripsi.

XXII.

Anonymi scriptoris responso ad capitula Archiepiscopis regni Francorum missa à Karolo M. anno Christi DCCCXI.

An. 811. Ex schedis v. c. Iacobi Sirmondi.

HÆc sunt causæ quas Domnus Imperator Augustus nobis ad utilitatem semper sanctæ Ecclesiæ per sacram suam mandavit epistolam.

I. CAP. Quomodo vel qualiter unusquisque Dei sacerdos plebem sibi à Deo commissam insinuat, prædicat, atque gubernat.

RESP. Nos igitur populum nobis commissum juxta nostram exigui intellectus scientiam prædicamus & ammonemus sicut sancti jam nobis patres per illorum reliquerunt exempla, Augustinus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Ephraim, Cassianus, Cassiodorus, ceteríque usque modò verbi Dei prædicatores. Primùm ineffabilem sanctam sacrámque Trinitatem credant, fidem dogmáque ejus fideliter intelligant. Et quod debile est in Christi grege cum omni mystico fovemus medicamine, & quod sanum est favente Christi gratia cum omni lactea doctrina apostolica cupimus custodire. Et pro hoc hic plus non loquimur, ne sanctum prolixus offendat synodum sermo.

II. CAP. De omni sancti mysterio baptismatis * quo ordine debemus celebramus.

* si

RESP. Baptismum Græcè, Latinè tinctio dicitur. Et ob hoc tinctio nominatur quia ibi homo Adæ de peccato fuscatur. Et hæc sunt sanctæ Ecclesiæ sacramenta, baptismum, chrisma, corpus & sanguis Christi. Et ideo sacramenta dicuntur, quamvis corporaliter acta sint * aliquid divinitus significant. Et baptismi mysterium non aliter est nisi sub Trinitatis designatione Patris & Filij & Spiritus sancti. Sicut enim in tribus testibus omne verbum, ita hoc sacramentum ternarius firmat numerus. Et propterea infans ter mergitur in sacro fonte ut sepulturam triduanam Christi trina demersio mysticè designaret. & ab aquis elevatio Christi resurgentis instar est de sepulcro. Et prop-

* quia

terea hoc sacratissimum non celebratur mysterium nisi in Pascha & Pentecosten, id est, in veneratione resurrectionis salvatoris & descendentis super Apostolos Spiritus sancti. Et inde post lavacrum unguento linitur regio, hoc est, chrismate. Chrisma enim Græcè, unctio Latinè dicitur, ex cujus nomine Christus nominatur. inde Christiani. Nam sicut ex baptismo remissio peccatorum largitur, ita per unctionem sanctificatio sancti Spiritus adhibet: quia hoc antiqua tribuit auctoritas ut de chrismate Reges & sacerdotes ungerentur ex quo Aaron à Moyse unctus est.

III. Cap. Cur catechumenus fit, & cujus linguæ, & quid interpretatur.

Resp. Catechumenus Græcè, auditor Latinè dicitur. Et ab hoc auditor nominatur dum de gentilitate per Dei ministrationem Verbi in corpus unitur Ecclesiæ. & gentilis dicitur quasi ita genitus, nec tunc illa est imbutus doctrina. Propterea in sanctæ matris Ecclesiæ gremio catechumenus aliter agit. Audiat ac discat antequam ad sacrum accedat fontem mystica Christianæ religionis sacramenta. Et tunc discit fidem sanctæ Trinitatis & symbolum & cetera quæ Christiani ammonet catholica lex.

IV. Cap. De scrutinio ecclesiastico, cur scrutinium fit, & quo tempore, & quid est scrutinium.

Resp. Scrutinium à scrutando dicitur, quia tunc scrutandi sunt catechumeni si rectam jam noviter fidem symboli eis traditam firmiter tenent.

Desunt hæc plurima.

XXIII.

Precaria Canonicorum Viennensium in gratiam Silvij & Didanæ conjugum.

An. 812. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

Amabilis & diligendos nobis Silvio & conjuge sua Didane, nos in Dei nomine congregatio sancti Mauricij Ecclesiæ Viennensis. Dum vestra fuit petitio, unà & per consensu Domno & seniore nostro Barnardo vocato Archiepiscopo, nostra & ipsius decrevit voluntas ut nos vobis aliquid de rebus Ecclesiæ sancti Mauricij, qui ad ipsa canonica pertinent, pro beneficio nostro concedere deberemus. quod ita & fecimus. Propterea concedimus vobis res illas quas bonæ memoriæ Orsus Archiepiscopus & Aldo Presbyter germanus suus per eorum epistolas ad ipsa casa Dei sancti Mauricij vel ad ipsa canonica Clericorum visi fuerunt concedere. Propterea concedimus vobis illas res quæ sunt in pago Vellaus in loca nuncupantes in Turmaciaco & in Fiscali & in Buxarolas & in Bataliaco. Et cedimus vobis illas res quæ fuerunt de parte Aldone, quæ sunt in pago Lugdunense, in custe cui vocabulum est in Doaciaco, qui per extromenta cartarum ad ipsa casa Dei sancti Mauricij concessi fuerunt, ipsa vobis pro beneficio nostro ad usufructuario jure concedimus, id est, in ædificiis, casis, casaricis, hortis, arvis, vineis, pratis, pascuis, silvis, decimis, rivis, fontibus, arboribus pomiferis & impomiferis, aquis, aquarúmve decursibus, accessúsque omnibus, omnia & ex omnibus in quibus dici aut nominare potest, ipsas suprascriptas res vobis usufructuario jure concedimus, ita ut annis singulis à parte sancti Mauricij vel ad ipsam congregationem Clericorum ad festivitatem sancti Mauricij in argentum solidos III. dare debetis; & dum ipso censu dederitis, ipsas res in usufructuario jure, ut quicquid ibidem elaborare aut acquirere potueritis, hoc ad vestrum profectum habere & dominare debeatis absque ulla dominatione, & hæc præstaria nostra per quinquennium renovetur stipulat. pro omni firmitate. Actum Viennæ publicè. Ego Iudrannus Clericus hanc precaria ista scripsi die dominico in mense Maio in anno XXXIIII. regnante Domno nostro Karolo Imperatore in anno XII. renovans Imperator, Indictione præsente. In Christi nomine Rotbertus Presbyter, Vvalbertus Presbyter, Martinus Subdiaconus.

Erratum hic est in numeris. Aut enim legendum est anno XLIV. regnante, *aut* anno II. renovans. *Hæc autem magis inclinat animus ut censeam annum regni conjungendum esse cum anno duodecimo imperij.*

XXIV.

Præceptum Ludovici pij de confirmatione privilegiorum Ecclesiæ Viennensis.

An. 814. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

In nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Actionariis, Missis nostris discurrentibus, vel cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus scilicet & futuris. Notum sit quia si sacerdorum ac servorum Dei petitionibus, quas nobis pro suis necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non solùm regiam consuetudinem exercemus, verùm etiam ad beatitudinem & retributionis mercedem talia nobis facta profutura confidimus. Proinde comperiat omnium fidelium nostrorum industria præsentium scilicet & futurorum qualiter vir veneralis Bernardus Viennensis civitatis & sancti Mauricij martyris Ecclesiæ Præsul veniens ad nos detulit nobis præceptiones Regum antecessorum nostrorum, in quibus invenimus insertum quomodo ipsam sedem cum cellulis vel rebus ibidem aspicientibus sub plenissima defensione & emunitatis tuitione habuissent. Petiit namque nobis pro firmitatis studio ut circa ipsum sanctum locum pro mercedis nostræ augmento denuo similia concedere & confirmare deberemus. Cujus petitioni denegare noluimus, sed reddita in omnibus & præsentes & futuri fideles sanctæ Dei Ecclesia & nostri concessum atque perpetuò confirmatum à nobis esse cognoscant. Insuper etiam placuit nobis ibidem cellulam sancti Symphoriani, olim exinde abstractam, cum omnibus rebus ibidem aspicientibus reddere. Reddimus etiam ibi quandam villam quæ vocatur Fasiana, quam volumus ad susceptionem peregrinorum & alimonia pauperum ibidem futuris proficere tempo-

ribus, itaduntaxat ut nullus eam exinde ullo unquam tempore abstrahere aut in beneficio dare præsumat, sed, sicut intulimus, ad necessitates indigentium procuratores hujus Ecclesiæ eam manere permittant. Concessimus etiam ibi quasdam cellulas, unam quæ appellatur monasterium superius, aliam monasterium medianum, constructæ in honore sancti Andreæ & sancti Nicecij vel aliorum sanctorum, quas volumus & nostris & futuris temporibus ad supplementum Canonicorum ibidem Deo famulantium proficere. Præcipientes ergo jubemus ut nullus judex publicus, neque quislibet ex judiciaria potestate, nec aliquis ex fidelibus nostris, in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones memoratæ Ecclesiæ sancti Mauricij, quas moderno tempore justè & rationabiliter possidere videtur, in quibuslibet pagis & territoriis, quicquid ibidem propter divinum amorem conlatum est, vel quæ nos munere largitatis nostræ in nostra eleemosyna ibidem reddidimus vel concessimus, quæque etiam deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas vel freda exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fidejussores tollendos, aut homines ejusdem Ecclesiæ tam ingenuos quàm & servos qui super terram ipsius residere videntur injustè distringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat vel exactare præsumat. Et quicquid de rebus præfatæ Ecclesiæ fiscus separare poterat, totum nos pro æterna remuneratione prædictæ Ecclesiæ concedimus, ut perhennibus temporibus in eleemosyna pauperum & stipendia servorum Dei ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum, quatenus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis & conjuge proléque nostra & stabilitate totius imperij nostri à Deo nobis concessi atque conservandi jugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Hludovici serenissimi Imperatoris.

Helisachar recognovi.

Data XIV. Kal. Februarij anno primo Christo propicio imperij nostri, Indictione VII.

Actum Aquisgrani palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXV.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro quodam Ioanne.

An. 815. Ex chartulario Archiepiscopi Narbonensis.

IN nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus scilicet & futuris. Qualiter quidam homo fidelis noster, nomine Iohannes, veniens in nostra præsentia, quæ in manibus nostris se commendavit, & petivit nobis sua aprisione quicquid genitor noster ei concesserat ac nos, & quicquid ille occupatum habebat, aut aprisione fecerat, vel deinceps occupare aut prendere potebat, sive filij sui, cum homines eorum, & ostendit nobis exinde auctoritate quod genitor noster ei fecit. Nos verò alia ei facere jussimus, sive melioravimus. Et concedimus eidem fideli nostro Iohanne in pago Narbonense villare Fontes, & villari Cello Carboniles, cum illorum terminos & pertinencias, cultum & incultum, ab integrè, & quantum ille in villa Fontejoncosa, vel in suos terminos, sive in aliis locis vel villis sive villares occupavit, sive aprisionem fecit unà cum suis hominibus, vel deinceps facere poterit, tam ille quàm filij sui, omnia per nostrum donitum habeant ille & filij sui, & posteritas illorum, absque ullum censum vel alicujus inquietudine. Et nullus Comes, nec Vicarius, nec juniores eorum, nec ullus judex publicus illorum homines, qui super illorum aprisione habitant aut in illorum proprio, distringere nec judicare præsumant; sed Iohannes & filij sui, & posteritas illorum, illi eos judicent & distringant. Et quicquid per legem judicaverint, stabilis permaneat. Et si extra legem fecerint, per legem emendent. Et hæc auctoritas nostra firmis permaneat dum ille & filij sui & posteritas illorum ad nos & ad filios nostros aut ad posteritate illorum fideles extiterint. Et ut credatis, de anulo nostro impressione signari jussimus. Durandus Diaconus ad vicem Helisachar recognovit. Data Kal. Ianuarias anno Christo propicio primo imperij Domni Hludovici piissimi Augusti, Indictione VIII. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXVI.

Privilegium Ludovici Imperatoris Augusti, quòd liceat fratribus monasterij Miciacensis habere tres naves per Ligerim sive per cetera flumina.

An. 815. Ex chartulario monasterij Miciacensis.

IN nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, vel Vicedominis, Vicariis, Centenariis, Telonariis, Actionariis, & omnibus rempublicam procurantibus, præsentibus scilicet & futuris. Notum sit quia Dutresindus Abbas ex monasterio sancti Maximini Miciacensis & omnis ejus congregatio petierunt celsitudinem nostram ut licentiam haberent, ad eorum supplendas necessitates, tres naves per Ligerim, Carum, Vincenam, Sartam, Meduanam, Taunucum, seu Lidum, Hylarium, sive per cetera flumina pro quibuslibet præfati monasterij necessitatibus discurrunt, necnon & de carris, saumariis, navigiis, seu de omni commercio, undecunque fiscus teloneum exigere poterat. Cujus precibus ob amorem Dei & venerationem ipsius sancti annuere & hoc nostræ auctoritatis præceptum firmitatis gratia erga ipsum monasterium pro mercedis nostræ augmento, sicut petierunt, concessimus. Idcirco hoc præceptum nostrum fieri jussimus, per quod jubemus atque præcipimus ut nemo fidelium nostrorum, nec

quislibet exactor judiciariæ potestatis, de carris, vel sagmariis, seu navigiis, vel de quolibet commercio, undecunque videlicet fiscus teloneum exigere potest, nullum teloneum accipere vel exigere præsumat. Naves verò tres, quæ sive per flumen Ligeris sive per cetera flumina ob utilitatem & necessitatem ipsius monasterij discurrunt, ad quascunque civitates, castella, aut portus, vel cetera loca accessum habuerint, nullus ex eis aut hominibus qui eas prævident ullum teloneum aut ripaticum, aut pontaticum, aut portaticum, aut salutaticum, aut cespitaticum, aut cænaticum, aut laudaticum, aut tranicticum, aut pulveraticum, aut ullum occursum, vel ullum censum, aut ullam redibitionem accipere vel exigere audeat; sed licitum sit, absque alicujus illicita contrarietate vel detentione, per hanc nostram auctoritatem naves tres, & homines qui eas prævidere debent, cum quæ deferunt, per universum imperium nostrum liberè ac securè ire & redire. Et si aliquas moras in quolibet loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis prorsùs, ut dictum est, exigatur. Hæc verò auctoritas ut pleniorem obtineat vigorem, & à fidelibus nostris certiùs credatur & diligentiùs conservetur, de annuli nostri impressione subter sigillari jussimus.

Datum v t. Idus Ianuarij anno Christo propitio primo Imperij Domni Ludovici serenissimi Augusti, Indictione v i i i.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXVII.

Privilegium Ludovici Pij Imperatoris de quinque navibus Ecclesiæ Viennensis.

An. 815. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Actionariis, Telonearíis, seu omnibus rem publicam procurantibus. Notum sit quia nos, deprecante Bernardo Viennensis Ecclesiæ Episcopo, quæ est constructa in honore sancti Mauricij, pro mercedis nostræ augmento, seu pro utilitate fratrum ibidem Domino famulantium, ei concessimus naves quinque per diversa flumina, Rhodanum scilicet & Segonnam, ad sua negotia deferenda. Vnde vobis præcipimus atque mandamus ut neque vos neque juniores vestri ullum teloneum aut ripaticum seu portaticum, vel etiam cespitaticum, nec cænaticum vel salutaticum, nec ullas redibitiones ab eodem prædicto numero navium exigere vel exactare præsumatis, quatenus per hanc nostræ præceptionis auctoritatem, ut prædiximus, ob utilitatem fratrum ibidem Deo servientium liberiùs securiúsque negotia sua vestro simul fulti auxilio & munimine peragere valeant. Et ut hæc auctoritas veriùs certiúsque credatur, de anulo nostro subter jussimus signari.

Signum Hludovici serenissimi Augusti.

Ibbo ad vicem Helisachar recognovi.

Data i v. Idus Iunij anno secundo Christo propitio imperij Domni Hludovici serenissimi Augusti, Indictione v i i i.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXVIII.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro monasterio Montisolivi in diœcesi Carcassonensi.

An. 815. Ex archivo monasterij Montisolivi.

IN nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Cùm petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos gratia muniri non dubitamus. Proinde noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm & futurorum sagacitas quia vir venerabilis Olomundus Abbas ex monasterio quòd nuncupatur Malasti, quod est situm in territorio Carcassense super fluvium Duranum, constructum in honore sancti Ioannis Baptistæ, obtulit obtutibus nostris quandam auctoritatem Domni & genitoris nostri Karoli piæ recordationis serenissimi Augusti, in qua erat insertum qualiter idem Olomundus ipsum monasterium novo construxisset opere, & propter ejus defensionem vel propter pravorum hominum illicitas infestationes in manu ejusdem Domni Imperatoris unà cum monachis ibi degentibus se commendavit, ut sub ejus tuitione licuisset eis cum rebus & hominibus eorum quietè vivere ac residere; & deprecatus est clementiam nostram ut prædictum monasterium, unà cum cellula quæ nuncupatur sancti Martini, prædicto monasterio subjecta, quæ est sita in eodem pago super rivulum Lampis, quæ est constructa in honore sancti Martini Confessoris, cum rebus, hominibus, & adjacentiis sive terminis suis, sub nostra susciperemus defensione & immunitatis tuitione. Cujus precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter aurem accommodare placuit, & hoc nostræ auctoritatis præceptum immunitatis atque tuitionis gratia fieri decrevimus; per quod præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, vel loca, aut agros, seu reliquas possessiones prædicti monasterij, quas moderno tempore justè & rationabiliter possidet, vel quæ etiam deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines monasterij tam ingenuos quàm & servos super terram ipsius commanentes injustè distringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitùs exigere præsumat; & quicquid de rebus præfati monasterij fiscus sperare poterat, totum nos pro æterna remuneratione præfato monasterio concedimus, ut in alimonia pauperum & stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perpetuò proficiat in augmentum.

Ex

Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus Abbas vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint qui ipſam congregationem ſecundùm regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipſos monachos, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjuge proléque noſtra atque ſtabilitate totius imperij noſtri à Deo nobis conceſſi, ejuſque clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi, Domini immenſam clementiam jugiter exorare delectet. Hanc itaque auctoritatem, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris veriùs credatur & diligentiùs conſervetur, manu propria ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Ludovici ſereniſſimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Heliſachar recognovit.

Datum VI. Idus Decembris anno Chriſto propitio ſecundo imperij Domini Ludovici piiſſimi Auguſti, Indictione octava.

Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXIX.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro monaſterio ſancti Hilarij in diœceſi Carcaſſonenſi.

Ex archivo S. Hilarij.

IN nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejúſque in eiſdem locis ſibi famulantes beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco noverit ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum quoniam vir venerabilis Monnellus Abba ex monaſterio ſancti Hilarij, quod eſt ſitum in pago Carcaſſonenſe ſuper rivum qui dicitur Leuchus, conſtructum in honore ſancti Saturnini martyris, ubi etiam prædictus ſanctus Hilarius confeſſor corpore requieſcit, ad noſtram accedens clementiam, detulit obtutibus noſtris quandam auctoritatem Domini & genitoris noſtri Karoli bonæ memoriæ piiſſimi Auguſti, in qua continebatur inſertum qualiter idem genitor noſter ipſum monaſterium ad deprecationem prædeceſſoris ſui Nampionis Abbatis ſub ſuo ſuſcepiſſet mundeburdo vel defenſione, videlicet ut monachi in eodem monaſterio commorantes cum omnibus rebus eorum quietè vivere abſque alicujus infeſtatione licuiſſet. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulavit nobis prædictus Monellus Abba ut eundem monaſterium cum cellulis ſibi ſubjectis, quæ nuncupatur Garelianus, & alia quæ nuncupatur ſancti Martini, & villam juxta ipſum monaſterium quæ vocatur Salas, ubi eſt Eccleſia conſtructa in honore ſanctæ Mariæ ſemper virginis, quam & nos eidem monaſterio conceſſimus, cum adjacentiis vel terminiis prædictorum locorum, ſub noſtra conſtitueremus defenſione & immunitatis tuitione. Cujus præcibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter autorem accomodare placuit, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum immunitatis atque tuitionis gratiam fieri decernimus, per quam præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterij, quas moderno tempore juſtè & rationabiliter poſſidet, vel quæ etiam deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterij tam ingenuos quàm & ſervos ſuper ipſius terram commanentes injuſtè diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat, & quicquid de rebus præfati monaſterij fiſcus ſperare poterit, totum nos pro æterna remuneratione præfato monaſterio concedimus, ut in alimonia pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perpetuò proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus Abba vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint qui ipſam congregationem ſecundùm regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipſos monachos, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjuge proléque noſtra atque ſtabilitate totius imperij noſtri à Deo nobis conceſſi, ejuſque clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi, Domini immenſam clementiam jugiter exorare delectet. Hanc itaque auctoritatem, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris veriùs credatur & diligentiùs obſervetur, manu propria ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

XXX.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro Eccleſia Aurelianenſi.

Ex chartulario Eccleſiæ Aurelianenſis.

IN nomine Domini & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficij, & neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones ſacerdotum noſtro relevamus juvamine, atque imperiali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam & ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquidò credimus. Noverit interea ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorúmque tam præſentium quàm & futurorum quia vir venerabilis Theodulfus Aurelianenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus obtulit obtutibus noſtris auctoritatem Domni & genitoris noſtri

bonæ memoriæ Karoli piissimi Augusti in qua erat insertum quòd idem genitor noster & prædecessores ejus, Reges videlicet Francorum, Ecclesiam sanctæ crucis, cui auctore Deo ipse Theodulfus prælatus est, sub suo munimine & defensione consistere fecissent, & eorum immunitatum auctoritatibus hactenus ab inquietudine judiciariæ potestatis eadem munita atque defensa fuisset Ecclesia. Ob rei tamen firmitatem postulavit nobis idem Theodulfus Episcopus ut paternum morem sequentes, nostræ immunitatis præceptum eidem fieri censeremus Ecclesiæ. Cujus petitioni libenter adnuimus, & hoc nostræ immunitatis præceptum prodivini cultus amore & animæ nostræ remedio erga ipsam sanctam sedem fieri decrevimus; per quod præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus, vel quilibet ex judiciaria potestate, aut ullus ex fidelibus nostris tam præsentibus quam & futuris in Ecclesias aut loca aut agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperij nostri justè & legaliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, nec in eas res quæ deinceps à catholicis viris eidem conlatæ fuerint Ecclesiæ, ad causas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quàm servos super terras ipsius commanentes distringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ suprà memorata sunt exigere penitùs præsumat. Sed liceat præfato Præsuli suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ, cum cellulis sibi subjectis & rebus vel hominibus ad se aspicientibus vel pertinentibus, sub tuitionis atque immunitatis nostræ defensione, remota totius judiciariæ potestatis inquietudine, quieto ac libero ordine possidere, & nostro fideliter parere imperio, atque pro incolumitate nostra, conjugis, ac prolis, seu etiam totius imperij à Deo nobis collati ejúsque clementissima miseratione per immensum conservandi stabilitate unà cum clero & populo sibi subjecto Dei immensam clementiam jugiter exorare. Et quicquid de præfata rebus Ecclesiæ jus fisci exigere poterat, in integrum eidem concessimus Ecclesiæ, scilicet ut perpetuo tempore in eodem loco Deo famulantibus ad peragendum Dei servitium augmentum & supplementum sit. Hanc verò auctoritatem, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris per diuturna tempora diligentiùs conservetur, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione signari jussimus.

Imperator Augustus omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Telonearijs, Actionarijs, vel omnibus rempublicam administrantibus seu ceteris fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris tam præsentibus quàm futuris. Notum sit quia venerabilis Alegrerus Abbas ex monasterio sancti Germani quod est constructum in suburbio Autissiodorensis civitatis, ubi ipse sanctus corpore requiescit, detulit nobis auctoritatem avi nostri Pippini Regis & Karoli bonæ memoriæ genitoris nostri piissimi Augusti seu & antecessorum nostrorum, Regum videlicet Francorum, in quibus continebatur qualiter ipsi ob æternæ retributionis fructum concessissent eidem monasterio teloneum de quatuor navibus quæ per Ligeris flumen seu cetera flumina propter sal & cetera commercia discurrebant, undecunque fiscus teloneum exigere poterat. Pro firmitatis namque studio postulavit nobis præfatus Alegrerus Abbas ut paternum seu prædecessorum nostrorum Regum morem sequentes, hujusmodi auctoritatis nostræ beneficium eidem concederemus vel confirmaremus monasterio. Cujus precibus nobis ob amorem Dei & venerationem sancti Germani Pontificis & hoc præceptum munificentiæ nostræ firmitatis gratia circa ipsum monasterium fieri libuit; per quod jubemus atque præcipimus ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria potestate prædictas quatuor naves, quæ per fluvium Ligeris vel per cetera flumina infra ditionem imperij nostri ob utilitatem & necessitatem ipsius monasterij discurrunt, ad quascunque civitates, castella, aut portus, vel cetera loca accessum habuerint, nullus ex eis aut hominibus qui eas prævident nullum teloneum aut ripaticum aut portaticum aut pontaticum aut salutaticum aut cispaticum aut cœnaticum aut pastionem aut laudaticum aut tranaticum aut pulveraticum aut ullum occursum vel ullum censum aut ullam redibitionem accipere vel exigere audeat; sed licitum sit, absque alicujus illicita contrarietate vel detentione, per hanc nostram auctoritatem naves & homines qui eas prævidere debent, cum hiis quæ deferunt, liberè atque securè ire & redire. Et si aliquas moras in quolibet loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis prorsùs, ut dictum est, exigatur. Hæc verò auctoritas ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris veriùs credatur & diligentiùs conservetur, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus. Datum VI. Idus Martij anno Christo propitio tertio imperij Domni Ludovici piissimi Augusti, Indictione IX. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Germani Autissiodorensis.

XXXI.

Præceptum Ludovici Pij de quatuor navibus super Ligerim & alia flumina concessis monasterio sancti Germani Autissiodorensis.

An. 816. Ex chartulario S.

IN nomine Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia

XXXII.

Præceptum Ludovici Imperatoris de immunitate Cormaricensis cœnobij & rebus sancti Martini.

An. 816. Ex chartulario S. Martini Turon.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante clementia Imperator Augustus. Si petitionibus ser-

vorum Dei pro quibuslibet ecclesiasticis necessitatibus aures nostras pulsantium libenter annuimus & ad divinæ potentiæ in Domino dicatis locis uberiùs famulandum auxilium porrigimus, id nobis proculdubio & ad mortalem vitam temporaliter deducendam & ad futuram feliciter obtinendam commodum pervenire confidimus. Notum igitur esse volumus cunctis fidelibus nostris, Episcopis videlicet, Abbatibus, virisque illustribus Ducibus, Comitibus, Domesticis, Grafionibus, Vicariis, Centenariis, eorúmque junioribus, necnon Missis nostris per universum imperium nostrum discurrentibus, seu etiam ceteris fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus scilicet & futuris, quia adiit serenitatem culminis nostri venerabilis vir Fredegisus Abba ex monasterio peculiaris patroni nostri sancti Martini, ubi ejusdem præclarissimi viri venerabile corpus requiescit, ferens manibus immunitates priscorum Regum Francorum, necnon avi nostri Pippini quondam Regis, seu etiam piæ recordationis Domini & genitoris nostri Karoli serenissimi Imperatoris, quibus idem monasterium quietè in Dei servitio degere sanxerunt, & omnes res præfati monasterij in universo Christo largiente regno nostro, in Austria scilicet, Niustria, Burgundia, Aquitania, Provincia, Italia, & in ceteris regni nostri partibus consistentes, quæ non solùm ab orthodoxis Principibus, verùm etiam à ceteris fidelibus collatæ, vel per quoslibet contractus & munimina cartarum, usibus ejusdem legaliter traditæ sunt monasterij, sub immunitatis suæ defensione consistere & ab omni publica functione & judiciaria exactione immunes reddidissent, quod munus eidem monasterio, necnon & Cormaricensi cœnobio ab rebus sancti Martini constructo, exhibitum, Deo annuente, inviolabiliter hactenus constat esse conservatum. Pro firmitatis namque studio hujusce modi beneficium erga præfatum venerabile monasterium nostra auctoritate humiliter precibus quibus valuit fieri postulavit. Cujus petitioni ob amorem Dei & venerationem beati Martini libenter assensum præbere usquequaque ..... libuit. Quapropter volumus atque decernimus ut omnes res ejusdem monasterij, cum hominibus sibi subjectis, sub nostræ defensionis munimine modis omnibus consistant. Præcipimus ergo jubemus atque præcipimus ut nullus judex publicus aut quislibet superioris aut inferioris ordinis reipublicæ procurator ad causas judiciario more audiendas in Ecclesias aut villas seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibusdam provinciis aut territoriis imperij nostri justè & legaliter possidet, vel quæ deinceps in jure ipsius monasterij divina pietas voluerit augeri, ingredi præsumat, nec freda aut telonea aut mansiones aut pastus aut tributa, sicut præcepto Domini & genitoris nostri continetur, exigere, aut fidejussores tollere, aut homines tam ingenuos quàm servos super terram ipsius monasterij commanentes distringere, nec ullas publicas functiones aut redhibitiones vel illicitas occasiones requirere, quibus idem monasterium sibique subjecti aliquod injustè patiantur incommodum, nostris futurisque temporibus quisquam temerarius existat quód faciendi illicitam sibi potestatem attribuere audeat. Quicquid igitur de præfatis ejusdem monasterij rebus jure fisci cedendum fuit, & à decessoribus nostris comperimus collatum, & largitionis nostræ munere libenter volumus esse per universum eidem monasterio concessum, ut id remoto fisci dominatu, ad luminaria basilicæ beati Martini concinnanda & ad substentationem pauperum seu Clericorum in eodem loco Domino servientium supplementum ..... Si quis autem in tantam prorumpere ausus fuerit audaciam, ut hujus præcepti nostri violator extiterit, quemadmodum in præceptione Domini & genitoris nostri continetur, non solùm in offensam nostram lapsurum, verùm etiam sexcentorum solidorum auri ad purum excocti se noverit pœna mulctandum; ex qua duas partes rectores memorati monasterij, tertiam jus fisci recipiat. Dignum namque & justum est ut tot piorum Regum decessorum nostrorum nostrique præcepti violator hujusce modi habeat pœnam, & ..... temeritatis meritò arguisse cognoscat, & ceteris, ne id agere quolibet ausu pertentent, timorem injiciat, ut nullus scilicet beneficia regalia locis Deo dicatis veneranter exhibita temerare conetur. Volumus itaque atque censemus, remota totius judiciariæ potestatis inquietudine, quieto ordine memoratus Abbas suíque successores prædicti monasterij, cum omnibus sibi subjectis vel ad se aspicientibus seu pertinentibus hominibus, sub immunitatis atque protectionis nostræ defensione consistant, nostróque fideliter parentes imperio, pro incolumitate nostra nostræque conjugis & prolis, seu etiam totius imperij à Deo nobis collati ejusque gratissima miseratione perpetuó conservandi, unà cum clero sibi commisso, immensam clementiam jugiter exorent. Si quid verò de præfati monasterij rebus per tepiditatem & negligentiam Abbatum aut præceptionem judicum abstractum est, id per nostram auctoritatem prorsùs restaurandum præcipimus. Et ut hæc auctoritas inviolabilem obtineat effectum & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris veriùs credatur, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Ludovici serenissimi Imperatoris.

..... ad vicem Helisachar recognovit.

Data III. Kalend. Septembris anno Christo propitio III. imperij Domini Ludovici piissimi Augusti, Indictione X.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter Amen.

XXXIII.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro monasterio Solemniacensi.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. HLVDOVVICVS divina ordinante providentia Imperator Augustus. Cùm locis divino cultui mancipatis ob divinæ servitutis amorem opem congruam ferimus, & regium morem decenter implemus, id nobis profuturum ad æternæ remunerationis præmia capessenda veraciter credimus. Notum igitur esse volumus cun- An. 817. Ex schedis c. v. Iacobi Sirmondi.

ctis fidelibus nostris tam præsentibus quàm & futuris, seu etiam successoribus nostris fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, quia adiens serenitatem culminis nostri venerabilis vir Agiulfus Abba ex monasterio quod dicitur Sollemniacus, quod sanctus Elegius in honore sancti Petri & ceterorum sanctorum construxit, gestans in manibus immunitatem avi nostri Pippini Regis, necnon Domni & genitoris nostri Caroli bonæ memoriæ magni Imperatoris, in qua continebatur insertum qualiter ipsi præfatum monasterium propter divinum amorem & reverentiam divini cultus semper sub plenissima defensione consistere & ab omni publica functione & judiciaria exactione immunem liberúmque reddidissent. Quod munus eidem monasterio exhibitum Deo annuente inviolabiliter hactenus constat esse conservatum. Pro firmitatis namque studio hujuscemodi beneficium erga præfatum venerabile monasterium nostra auctoritate humiliter precibus quibus valuit fieri postulavit. Cujus petitioni ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter adsensum præbere nobis usquequaque libuit. Quapropter volumus atque decernimus ut omnes res ejusdem monasterij cum hominibus sibi subjectis tam ingenuis quàm & servis sub nostræ defensionis munimine modis omnibus consistant. Præcipientes ergo jubemus atque præcipimus ut nullus judex publicus aut quilibet superioris aut inferioris ordinis reipublicæ procurator ad causas judiciario more audiendas in Ecclesias aut villas seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibusliber pagis vel territoriis imperij nostri justè & legaliter tenet, vel deinceps in jure ipsius monasterij divina pietas voluerit augeri, ingredi præsumat, nec freda aut tributa aut mansiones aut paratas aut fidejussores tollere, aut homines tam ingenuos quàm & servos ipsius monasterij distringere, nec ullas publicas functiones aut redibitiones vel inlicitas occasiones requirere, quibus in aliquo idem monasterium sibique subjecti aliquid patiantur incommodum, nostris futurisque temporibus quisquam tam temerarius existat qui id faciendi inlicitam sibi potestatem adtribuere audeat. Quicquid ergo sæpefatis ejusdem monasterij rebus in jus fisci exigere debuit, & à prædecessoribus nostris conlatum esse constat, largitionis nostræ munere libenter esse volumus per immensum eidem monasterio concessum; ut remoto fisci dominatu ad luminaria basilicæ prædicti monasterij concinnanda & ad sustentationem pauperum seu Clericorum in eodem loco Domino deservientium sit supplementum. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & perpetuo tempore meliùs conservetur, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Hludouvici serenissimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Helisachar recognovi.

Data VIIII. Kal. Augustas anno Christo propitio IIII. imperij Domni Hludouvici piissimi Augusti, Indictione X.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXIV.

Judicium pro Episcopo Gerundensi ob villam cui nomen Baschara.

An. 817. Ex archivo Episcopi Gerundensis.

COndiciones sacramentorum atque exordinationes de Missos glorioſissimo Domno nostro Lodovico Imperatore, Nifridius Gerundensis Episcopus, Christianum item Episcopum, seu & judices qui jussi sunt de ipsos Missos dirimere causas, id est, Atroarius, Cirella, Adaulfus, Calbus, Provasius, Sculpiliarius, & Remulus, seu & Magnentio, Salone, vel in præsentia aliorum multorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant, juraverunt testes prolati, quos profert Advocatus Vvadarilico Episcopo, id est, Vicarius, dicens in faciem Godaldi, pro causa unde intentio vertebatur in testes. Hæc sunt nomina testium qui jurare debent, & jurant, id est, Argemirus, Vitales, Cavatus, Valerius, Maurilio, Auripino, Segontio, & Condesindo, qui juraverunt. Dicimus per Deum Patrem omnipotentem, & per Iesum Christum filium ejus, & per Spiritum sanctum, qui est in Trinitate unus & verus, & ad locum venerationis sancti Andreæ, quæ fundata est in villa Borraciano in territorio Bisuldunense, super cujus sacrosanctum altare has conditiones manibus nostris continemus vel jurando contangimus, quia nos suprascripti testes scimus, & bene in veritate notum habemus, & præsentialiter fuimus quando erat Ragonfredus Comes Palacio unà cum judices dominicos Donatum & Vgabaldum in villa quæ dicitur Baschara; & perquisierunt terminos de ipsa villa, archas, & fixorias, & vindenates. Nos vidimus testantes in omnibus hucciando truncato mantildo Oderius comparatus, & Ababdela, qui vocatur Maradon, & Avenatus. Et testificaverunt, & juraverunt, & fuerunt per ipsas archas & fixorias. Vnde nos supradicti testes pedes circuivimus, & manibus nostris ostendimus signa. Et sic revestivit Vvalarico Episcopo de ipsa villa suprascripta, cum terminos vel omnes fines suos, à parte sancti Felicis beatissimi martyris Christi sedis Gerundensis. Et ea quæ scimus, rectè & fideliter testificamur per supradictum juramentum in Domino. Latæ conditiones sub die octavo undecimo Kal. Ianuarij, anno quarto imperante feliciter glorioſissimo Domno nostro Lodovico Imperatore.

XXXV.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro monasterio Conchensi in diœcesi Ruthenensi.

An. 819. Ex archivo monasterij Conchensis.

IN nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustinus. Multis fidelium nostrorum, & præcipuè his qui in occiduas partes sunt constituti, nosse credimus qualiter vir religiosus Dado quodam nomine, qui nostris temporibus religione & sanctitate divina sibi adminiculante gratia emicuit, dum quietem adpeteret,

& vacando videre vellet quàm ſuavis eſt Dominus, quoddam docellum in pago Rutenico ſuper rivulum Dordunum, cujus vocabulum eſt Concas, inveniens huic negotio aptum, quo in loco nonnulli Chriſtiani propter metum Sarracenorum, qui illam terram penè totam devaſtarunt & in heremum redegerunt, dudum confugientes permodicum conſtruxerunt oratorium, ipſe adſumpto labore propriis manibus eundem locum juxta vires mundare atque ſtirpare curavit, & ut aptus ejus quieti foret operam dedit. Sed non poſt multos dies vir religioſus Medraldus nomine eundem locum ſimul cum memorato Dadone ad habitandum elegit. Et quia famam bonæ opinionis vera religio illorum apud convicinos ſparſerat, nonnulli poſtponentes ſeculum, quietam nihilominus, quam ipſi degebant, appetere vitam conati ſunt, & eorum religioſis exemplis imitatores fieri cupientes, eorum ſe magiſterio ſubdidere, ac dum paulatim ipſa congregatio creſceret, Eccleſiam ibidem in honore Domini Dei & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti conſtruxerunt, & ut Dado juxta divinitus ſibi conlatum deſiderium remotiorem adhuc locum, qui dicitur Grande Vabrum, ſicut & fecit, peteret, & ut Medraldus Abbas fieret, & ut ipſa congregatio regularis, juxta quod eis facultas & intellectus à Domino tribuebatur, exiſteret, communi voluntate actum eſt. His verò ita patratis, contigit eandem congregationem in noſtra propria ſpeciali defenſione atque tuitione devenire. Nam nos, ut plenitus ſub regula ſancti Benedicti Domino militarent, & per bonorum monachorum conſultum & per noſtram creberrimam admonitionem efficere Domino opitulante ſtuduimus; & ad proprias eorum neceſſitates fulciendas de rebus noſtris quiddam ibidem delegavimus, Eccleſiam videlicet de Cermangis, & Eccleſiam ſancti Chriſtophori in Montiniaco conſtructam, cum omni integritate earum. Simili modo & Eccleſiam de Garcanga cum curte de Gammaleria. Iterum alteram Eccleſiam ad portum Acri ſub honore ſancti Saturnini conſtructam, cum omnibus appendiciis earum. Necnon ſimiliter contulimus ibidem Eccleſiam ſancti Salvatoris in Cicerniaco, & alias duas Eccleſias, unam in Burnacello, & alteram in Rucenniaco, cum omnibus adjacentiis earum, aliam quoque Eccleſiam in Ruhilia cum omni integritate ſua; à quo quidem tenore & Selvaniacum & omnia quæ ibidem delegata ſunt per noſtram auctoritatem ſub immunitatis tuitione pleniter conſiſtere fecimus, ut videlicet omni tempore memoratum monaſterium cum eadem congregatione & cum prædicto loco qui vocatur Grande Vabrum, in quo memoratus Dado exoptatam ſibi quietem tenuit & vivendi finem fecit, cum omnibus rebus ſibi juſtè pertinentibus, ſive quæ in præſenti tempore poſſidet, ſive quæ inantea Dominus ibidem augeri voluerit, cum his omnibus prædictus locus qui dicitur Conchas ſub ſpeciali noſtra videlicet & filiorum vel ſucceſſorum Deo annuente tempora inviolabiliter conſiſtat, ut eadem congregatio quietè ſemper imperiali & regali defenſione tuta abſque cujuſlibet impedimento propoſitum ſuum Deo opem ferente indefeſsè valeat obſervare & pro nobis vel pro communi imperij noſtri ſtabilitate Dominum exorare. Hæc verò auctoritas ut ab omnibus veraciùs credatur, manus noſtræ ſignaculo ſubter eam roborare & de anulo noſtro ſigillare fecimus.

Signum Ludovici ſereniſſimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Heliſachar recognovit & ſubſcripſit.

Data VI. Idus Aprilis anno ſexto Chriſto propitio imperij Domni Ludovici piiſſimi auguſti, Indictione XII.

Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXVI.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro Eccleſia Pariſienſi.

An. 820. Ex parvo chartulario Eccleſiæ Pariſienſis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris præſentibus ſcilicet & futuris quia vir venerabilis Ynchadus Pariſiacæ Eccleſiæ Epiſcopus detulit ſerenitati noſtræ quaſdam auctoritates quas Domnus avus noſter Pippinus & genitor bonæ memoriæ Karolus piiſſimus Imperator ad petitiones prædeceſſorum ſuorum ipſius civitatis fieri juſſerunt; in quibus continebatur inſertum qualiter pro mercedis æternæ augmento & firmitatis ſtudio eidem jam nominatæ Pariſiacæ Eccleſiæ per eorum auctoritates firmaverunt ut res mancipia ac telonea quæ ex liberalitate Regum vel Imperatorum vel per inſtrumenta cartarum eidem præfatæ traditæ fuerunt Eccleſiæ, deinceps ſecuriùs poſſidere potuiſſent. Nos verò per hanc noſtram auctoritatem eaſdem res & mancipia ac telonea ipſius Eccleſiæ confirmavimus ac roboravimus, ut in poſterum rectores ipſius Eccleſiæ abſque ullius inquietudine vel injuſta interpellatione quietè teneant & ſecurè poſſideant. Inſuper etiam eidem jam nominato Ynchado Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus conceſſimus atque more paterno per noſtram auctoritatem confirmavimus ut nullus Comes neque ulla judiciaria poteſtas in terra ſanctæ Mariæ in ipſa inſula conſiſtente ullum cenſum de terra ſanctæ Mariæ accipiat, nec de familia ipſius Eccleſiæ neque de aliis liberis hominibus vel incolis, quæ ruſticè Albani appellantur, in ipſa terra ſanctæ Mariæ manentibus hoc agere præſumant, nec etiam eis quiſlibet ullam inquietudinem vel dominationem ſeu ullum bannum contra legem vel illicitam occaſionem facere ſtudeat, neque cenſum quem dicunt foraticum, neque ripaticum, neque ſalvaticum, ſeu ullam reddibitionem de terra ſanctæ Mariæ vel de ſupermanentibus accipere aut exactare audeat. Sed liceat ſæpe nominato Epiſcopo Ynchado ac ſucceſſoribus ſuis quietè ipſam inſulam ſecundùm propriam voluntatem ordinare atque gubernare & in ipſa terra ſanctæ Mariæ tam tabernas quàm alias ſuas neceſſitates ſine alicujus reddibitione exercere. Præcipimus etiam atque jubemus ut de regali via ex parte ſancti Germani à ſancto Medetico uſque ad locum qui vulgò vocatur Tudella

in ruga ſancti Germani, neque in aliis minoribus viis quæ tendunt ad monaſterium ejuſdem prænominati ſancti Germani, ullus Miſſus dominicus aliquam judiciariam poteſtatem ibi exerceat, neque aliquem cenſum, neque tipaticum, neque foraticum, neque ullum teloneum recipiat; ſed Miſſus Epiſcopi ſecundùm propriam voluntatem ordinet; & Advocatus ejuſdem Eccleſiæ tam de ipſa terra ſancti Germani quàm de prædicta terra ſanctæ Mariæ in inſula poſita rectam ac legalem rationem reddat ſine aliqua judiciaria poteſtate inibi vel banno, niſi in mallo legitimo vel regali placito, ſicut lex Eccleſiarum præcipit. De liberis autem hominibus qui ſuper terram ipſius ſupradictæ Eccleſiæ Pariſiacæ commanere videntur, ac eam perſervire noſcuntur, volumus ut ſicut in præcepto Pippini avi noſtri continetur, nullus in hoſtem pergat niſi unà cum Epiſcopo ipſius Eccleſiæ, vel ſecundùm ſuam ordinationem remaneat; & neque de ipſis hominibus ſupra terram ſanctæ Mariæ manentibus aliquem cenſum vel aliquam reddibitionem aliquis de capite eorum accipere præſumat quæ à longo tempore dare conſueverant & futuris temporibus perſolvere debent; ſed quicquid inde fiſcus noſter exigere aut ſperare potuerit, per omnia pro amore Dei & ſanctæ Deigenitricis Mariæ præfato Ynchado Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus libenter concedimus, & gratuito animo auctoritate noſtra confirmamus ut nullam etiam diſtrictionem de hominibus ſuper terram ſanctæ Mariæ manentibus judiciaria poteſtas exercere præſumat, niſi, ut ſuprà diximus, in mallo legitimo Comitis, & ibi unà cum Advocato Pariſiacæ Eccleſiæ venire non differant, & rectam rationem ac legalem juſtitiam adimplere cogantur. Hæc verò auctoritas ut firmior in Dei nomine habeatur, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris diligentiùs conſervetur, manu propria eamſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Durandus Notarius ad vicem Frudigiſi recognovit & ſubſcripſit.

Datum XIV. Kal. Novembris anno Chriſto propoſitio VII. imperij Domni Ludovici piiſſimi Imperatoris.

Actum Aquiſgrani palatij publicè in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXVII.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro Eccleſia Pariſienſi.

An. 810. Ex eodem chartulario Eccleſiæ Pariſienſis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si petitionibus ſacerdotum in quibuſlibet neceſſitatibus eccleſiaſticis noſtra auctoritate ſublevandis conſulimus, & ad miniſterium eorum liberiùs exequendum opem ferimus, à ſummo Pontifice Domino noſtro Ieſu Chriſto æternæ remunerationis largiri nobis præmia non ambigimus. Proinde notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris præſentibus ſcilicet & futuris quia vir venerabilis Inchadus Pariſiacæ urbis Eccleſiæ Epiſcopus detulit ſerenitati noſtræ quandam auctoritatem quam Domnus & genitor noſter bonæ memoriæ Karolus glorioſiſſimus Imperator ad petitionem prædeceſſoris ſui Enchenradi ipſius civitatis Epiſcopi fieri juſſit; in qua continebatur inſertum quòd per incuriam & negligentiam cuſtodum ipſius Eccleſiæ ſtrumenta cartarum exuſta vel concremata ſive perdita fuiſſent, per quæ ſcilicet quòd plures nobiles viri pro remedio animæ ſuæ res & mancipia ad ipſam delegaverunt Eccleſiam, & quòd idem genitor noſter per eandem confirmaſſet auctoritatem ut res & mancipia quæ in eiſdem inſtrumentis inſerta fuerant, & unde prædicta Eccleſia eo tempore legibus veſtita erat, jure eccleſiaſtico ſecurè & quietè rectores ipſius Eccleſiæ futuris temporibus tenerent atque poſſiderent. Petiit etiam prædictus Inchadus ſerenitatem noſtram ut pro mercedis noſtræ augmento & firmitatis ſtudio eidem Eccleſiæ more paterno noſtram auctoritatem ſuper hoc negotio fieri juberemus, per quam modernis & futuris temporibus res & mancipia quæ per præfata ſtrumenta cartarum eidem traditæ fuerant Eccleſiæ, firmiter, quietè, ac ſecurè à prælatis ipſius Eccleſiæ haberentur vel poſſiderentur. Nos itaque inſpecta eadem auctoritate Domni & genitoris noſtri, libuit nobis ejuſdem venerabilis viri petitionibus aſſenſum præbere & paternæ auctoritati hanc quoque noſtram jungere auctoritatem. Præcipimus ergo atque jubemus ut omnes res & mancipia quæ ex liberalitate eidem collatæ fuerunt Eccleſiæ, noſtris & futuris temporibus per hanc noſtram auctoritatem rectores ipſius Eccleſiæ abſque ullius inquietudine vel injuſta interpellatione quietè & ſecurè habere vel poſſidere valeant. Quòd ſi fortè ſuper eiſdem rebus ante prædictam exuſtionem à prælatis ipſius Eccleſiæ jure poſſeſſis quæſtio orta fuerit, ut pro eis legaliter in foro diſceptari neceſſe ſit, ita per hanc noſtram auctoritatem eiſdem res & mancipia ipſius Eccleſiæ defendantur ſicuti per eadem inſtrumenta, ſi igni abſumpta non fuiſſent, legibus defendi poterant. Hæc verò auctoritas ut firmior in Dei nomine habeatur, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris diligentiùs conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Ludovici piiſſimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Fridugiſi recognovit.

Data IV. Kal. Novembr. anno Chriſto propitio VII. imperij Domni Ludovici Imperatoris. Actum Cariſiaco palatio publiciter in Dei nomine. Amen.

XXXVIII.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris quo confirmat auctoritatem Archiepiſcopi Senonenſis in monaſteria diœceſeos Senonenſis.

An. 811. Authenticum extat apud c. v. Ant. Vionem Heravallium.

IN nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hludouvicus divina ordinante providentia Imperator auguſtus. Si illius amore cujus munere ceteris mortalibus prælati ſumus, ſoli Deo ſub ſancta militantibus ad laudem

honorémque ipsius & ad animarum salutem supernis angelorum cœtibus in æterna beatitudine adscribendarum terrena commoda subsidij temporalis, sine quibus præsens vita transigi non potest, comparamus, ut illi tantummodo sine impedimento, quantum præsentis mortalitatis sinit fragilitas, liberè deserviant cui se semel mancipasse ad laudem obsequiúmque ipsius toto vitæ suæ cursu noscuntur, nostri laboris studium & pietatis opus apud eum nullatenus fore sine fructu credimus, sine quo nec velle quisquam bene potest, quanto magis perficere. Igitur comperiat omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ tam præsentium quàm futurorum sinceritas quia vir venerabilis Hieremias sanctæ Senonicæ Ecclesiæ Archiepiscopus humili suggestione clementiæ nostræ innotuit eò quòd cellæ cœnobiales episcopij cui auctore Deo præest, id est, cella sancti Petri, & cella sancti Iohannis, & cella sancti Remegij, in quibus monachi sub sancta regulæ disciplina religiosam vitam divinæ pietati toto laboris adnisu debent exhibere, variis casibus diversísque indigentiis, quibus humana fulcitur fragilitas, antè addicti sub manibus & potestate antecessorum ipsius urguente omnimoda inopia longè à suo proposito aberrantes exorbitaverunt, dum videlicet memoratarum substantia cellarum per divisionem olim factam inminuta fuisset, & qui præerant Episcopi, non habentes unde subsidia sumtuum suis usibus necessaria caperent, ex eisdem cellis quantum extorquere quibant, dum aliunde sufficientiam habere non possent, dari sibi cogebant; sicque fiebat ut hij qui devota stabilitate mentis & corporis ibidem supernæ pietati laudes persolvere suámque vitam commendare, pro nostra quoque, conjugis, ac liberorum incolumitate & pro regni divina nobis miseratione concessi conservatione próque totius Ecclesiæ indulgentia & felici ad æternam beatitudinem perventione interpellare delectant, dum à monasterij claustris turpiter quæritando ea quibus suam tuerentur inopiam, longè latèque vagantur, confuso ordine quem servare debebant, non solùm eorum causa quæ præmisimus nobis nihil prodesse potetant, verùm etiam sibi suisque pr..... non absurdè plurimùm crederentur obesse. Cujus rei gratia memorati Episcopi precibus admoniti dignum opus..... fieri duximus, ut dum adhuc in hoc mortali corpore subsistimus, non solùm qui nunc temporis in eisdem cellis divinis cultibus mancipati esse noscuntur, sed illis quoque qui futuris temporibus amore supernæ sapientiæ inlustrati eadem ad serviendum Deo expetierint loca prospiciamus, quatenus ex eisdem temporalium solutæ sumtuum suo ordini congruentia habeant, quibus in hac peregrinatione interim substentari queant donec ad æternæ patriæ gaudia divina misericordia vocati valeant pervenire. Constituentes itaque per hoc nostræ auctoritatis præceptum juxta memorati Episcopi petitionem decrevimus fieri ut ex rebus suprà commemoratæ cellæ tunc temporis usibus monachorum ibidem Deo deservientium deputatas habent nullus Episcoporum, quicunque divina vocatione per tempora successerit, præsumat aliquid subtrahere vel inminuere quolibet argumento vel occasione, neque in beneficium dare, aut suis usibus adplicare; sed ita per omnia conservare studeat sicuti memoratus Episcopus in libelli serie singula per..... adnotando digessit & manu sua subscripsit & in conventu Episcoporum eos qui aderant subscribere rogavit propter cavendas omnino die contentiones quæ futuris temporibus poterant aboriri; sed nec etiam aliud servitium vel majora munera inde sibi pro tempore usurpet præter ea quæ in libello eodem idem ipse Episcopus inferre putavit. Ac ne hujus decreti causa in eisdem cœnobiis Abbates vel monachi constituti contra suum incipiant superbire Episcopum, precavimus omnem occasionem amputandam neque locum diabolo dandum, salva scilicet in omnibus auctoritate & potestate Episcopi in cunctis ecclesiasticæ regulæ disciplinis, videlicet ut easdem cellas sub proprio semper regimine gubernans secundùm institutionem sanctæ regulæ Abbates constituat & si necesse fuerit mutet, prava quæque corrigat, superflua resecet, virtutes nutriat, eradicet vitia, atque bonus agricola evellens frutices, patrum servans instituta, discernat qualem cuique terræ sementem mandare debeat. Hanc autem nostræ constitutionis auctoritatem inde factam, ne religionis ordo in suprascriptis locis nostris futurisque temporibus confundatur, sed per omnia in Dei servitio, ad cujus laudem & obsequium conditi sumus, inviolabiliter in perpetuum conservetur, ut pleniorem in Dei nomine cunctis temporibus obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Hludovici serenissimi augusti.

Durandus Diaconus ad vicem Fridugisi recognovit.

Data XV. Kal. Iun. anno Christo propitio VIII. imperij Domni nostri Hludouvici Augusti, Indictione XV.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXIX.

Ludovici Pij Imperatoris præceptum pro monasterio sanctæ Christinæ.

An. 811. Ex veteri codice Longobardico.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Cùm petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, superni muneris, donum nobis à Domino impertiri credimus. Idcirco notum esse volumus omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque præsentibus scilicet & futuris quia vir venerabilis Petrus Abbas ex monasterio sanctæ Christinæ, quod est situm prope villam nostram Ollonnam, obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis Domni & genitoris nostri Karoli bonæ memoriæ serenissimi Imperatoris; inqua continebatur insertum qualiter ipse prædictum monasterium cum omnibus rebus & hominibus, quos tam de donatione Regum Reginarúmque quàm etiam reliquorum

Deum timentium hominum idem monasterium eo tempore legitimè possidebat, sub suo munimine & defensione consistere fecit, & ejus auctoritate immunitatis hactenus ab inquietudine judiciariæ potestatis idem munitum atque defensatum fuisse monasterium. Et pro firmitatis studio postulavit idem Petrus Abba serenitatem nostram ut paternæ auctoritati nostram quoque adderemus auctoritatem. Cujus precibus ob divini cultus amorem & venerationem ipsius sancti loci adsensum præbentes, hanc auctoritatem immunitatis nostræ eidem monasterio fieri jussimus, per quam præcipimus atque jubemus ut memoratum monasterium cum omnibus rebus & hominibus ad se præsenti tempore justè & legaliter pertinentibus vel aspicientibus sub immunitatis nostræ defensione modis omnibus consistat, & nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut villas, curtes, loca, vel agros, seu reliquas possessiones memorati monasterij, quas moderno tempore justè & legaliter possidet in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperij nostri, vel deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, sive fidejussores tollendos, aut homines ipsius monasterij distringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendum, nostris futurisque temporibus ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitùs exigere præsumat. Sed liceat memorato Abbati ejúsque successoribus res prædicti monasterij ..... sicut in præcepto Domni & genitoris nostri continetur, sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere & nostro fideliter parere imperio; quatenus congregationi ibidem Deo famulanti pro nobis & conjuge proléque nostra vel pro stabilitate totius imperij nostri à Deo nobis concessi atque conservandi jugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas nostris futurisque temporibus valeat inconvulsa manere, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Hludovici serenissimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Fridugisi recognovit.

Datum IV. Kalend. Octobris anno Christo propitio IX. Imperij Domni Hludovici piissimi Augusti, Indictione prima.

Actum Cispiacho in Ardna in Dei nomine feliciter. Amen.

XL.

Commutatio rerum inter Ecclesiam Laudunensem & monasterium Conchense in diœcesi Ruthenensi.

An. 823 Ex chartulario monasterij Conchensis cap 481.

INclitus atque triumphator in solio sancto elevatus Lodoicus divina ordinante gratia Imperator Augustus, cùm ipse potens Aquis palatij in aula regali omnia universáque lustraret & cunctorum audiendi causas peragratet, rectáque judicia terminos ponere, ad ejus regni consistendi fortia cuncta occurrerent; ibique veniens ex regione Aquitaniæ Anastasius Abba ex monasterio Conchas loci sancti Salvatoris, petens & postulánsque necessitate cœnobij ad aures clementiæ nobilissimi Regis ut aliqua causa, quæ juxta cellula sancti Salvatoris in pago Arvernis est in loco qui dicitur Molini Piscini, mansellos illos qui sunt in ipsa ville de ratione sanctæ Mariæ Laudunensè, quæ Bertrandus dominicus Vassus per regia potestate vel gubernatore sanctæ Mariæ in beneficio habebat. Vnde ipse Dominus Imperator petitionis ipsius Abbati audiri non renuit, sed in omnibus, sicut sua fuit petitio excambiandi, ita permisit ut fieret, & Missum venerabilem virum Stabilem Episcopum dedit ut inter Anastasium Abbatem & Bertramnum concambiare & confirmare debuisset. quod ita & fecit. Dedit primò Bertrannus, jubente Domino Imperatore, una cum ipso suprascripto Misso, ipsos mansos in Molini Piscini de ratione sanctæ Mariæ partibus sancti Salvatoris Anastasio Abbate per illa confinia, per roca Cervaria, seu & per roca qui est super illa carraria unde per fonte castellaria, & per roca quæ dicitur de Livas usque ad Ellenionem, & per Ellenionem usque ad illa roca Cervaria, cum ipso molinario, & hæc omnia intra ista debonatione, cum ceteris viveriis, pratis, silvis, & pascuis, omnia & ex omnibus totum & ab integrum cum omni suprapositio, ipse Bertrannus cum ipso Misso de partibus Domni Regis ipsius Anastasio Abbate partibus ejusdem sancti Salvatoris Conchas monasterij tradiderunt vel consignaverunt. Et contrà dedit Anastasius Abba de ratione monasterij in ipso pago Arvernis partibus sanctæ Mariæ Laudunensi & Bertranno Misso sanctæ Mariæ in villa Sonate vineas & terras, hoc quod Leodbertus pater concessit, & nos in ipsa die visi fuimus possidere ab integrum, & in alio loco, in villa Anticiaco, vineas duas quæ Sigibertus Presbyter concessit, & in alio loco, in villa Perarienſe, vinea quam Bego Presbyter concessit, & alia quam Abolenus concessit, & alia vinea quam Vitalis concessit, & in valle Ambianensi vineola una quæ Amalfredus Abbas concessit. Hæc omnia superiùs conscripta ipse Anastasius Abbas Ecclesiæ sanctæ Mariæ Laudunense cum omni integritate Bertranno tradidit vel consignavit, sic inter se Domnus & piissimus Rex confirmare & ordinare decrevit ut stabilem & inviolabilem fine ullo impedimento obstineant firmitatem. Facta concambiaria ista in mense Septembris & anno decimo regni Lodoici glorioſissimi Regis. Stabilis indignus Episcopus jubente Domino Lodohico Imperatore signavit.

XLI.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro monasterio Balneolensi in diœcesi Gerundensi.

An. 815 Ex archivo monasterij Balneolensis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia

dentia Imperator Augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejúsque mercedem locis sibi famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco notum esse volumus omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum magnitudini qualiter vir illustris Rapo Comes nostram adiit serenitatem, suggerens mansuetudini nostræ eò quòd quidam vir religiosus nomine Bonitus quendam locum heremum, quod dicitur Baniolas, quod est situm in pago Bisuldinensi, ubi antiquitus Ecclesia fundata fuerat, per licentiam Odilonis quondam Comitis accepisset, & ibidem proprio sudore laborasset, ubi Ecclesiam in honore sancti Stephani protomartyris construxit, & habitationes monachorum & receptacula pauperum ædificavit, & monachos qui sub normam religionis perpetuò ibi degerent constituit. Sed cùm idem Abbas divina jussione solo migravit, eligentibus ipsis monachis, ut constituerat venerabilis vir Nimbridio Archiepiscopus, Mercoralem virum venerabilem in eodem monasterio Abbatem constituerunt; quem in nostra præsentia adducens, in manibus nostris eum commendavit; postulans idem Rapo Comes clementiam nostram ut eum cum prædicto monasterio & monachis ibi degentibus, unà cum rebus quæ tam ipsi ex heremo traxerunt, vel ex adprisionem acceperunt, quàm & de donatione Comitis vel de quolibet legali adtractu præsenti tempore justè & rationabiliter possidere videntur, sub mundeburdo & defensione atque immunitatis tuitione constitueremus. Cujus precibus libenter adquievimus, & ita in omnibus concessimus, atque super hoc præceptum nostrum constituimus. Quapropter præcipientes jubemus ut memoratus Mercoralis Abbas cum monachis sibi ad regendum commissis, sive cum rebus ad dictum monasterium legaliter aspicientibus, sub nostro constituere mundoburdo & immunitatis defensione, ut nullus quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memorati monasterij, quas moderno tempore infra ditionem imperij nostri justè & legaliter possidet, & quæ deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augere, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius monasterij distringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitùs exigere præsumat. Sed liceat memorato Abbati suisque successoribus res prædicti monasterij sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere. Et quandoquidem divina vocatione supradictus Abbas vel successores ejus de hac luce migraverint, quandiu inter se tales invenire potuerint qui ipsam congregationem secundùm regulam sancti Benedicti regere valeant, licentiam habeant eligendi Abbates; qualiter monachos ibi degentes pro nobis, conjuge, proléque nostra vel pro stabilitate totius imperij nostri jugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa manere, de annulo nostro subter jussimus sigillari.

Durandus Diaconus ad vicem Fredugisi Abbatis recognovit.

Data tertio Idus Septembris anno Christo propitio decimo imperij Domini Ludovici piissimi Augusti, Indictione prima. Actum Attiniaco palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XLII.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro Ecclesia Brivatensi.

An. 825. Ex chartulario Ecclesiæ Brivat. cap. 452.

IN nomine Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Notum esse volumus cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris sen etiam Deo dispensante successoribus quia postquam comitatum Brivatensem fideli nostro Berengario illustri Comiti concessimus, ille ingenio quo valuit quandam Ecclesiam, ubi sanctus Iulianus martyr corpore requiescit, quæ est constructa in vico Brivatensi non procul à castro Victoriaco, quæ à Sarracenis destructa & igne combusta erat, ad pristinum statum reduxit, & in eadem Ecclesia constituit triginta quatuor Canonicos, & in castro prædicto Victoriaco, quam similiter reædificavit, viginti, ut juxta canonicum ordinem Domino militarent & canonicè viverent, quibus dedit * Rex ex beneficio suo, scilicet de rebus prædictæ Ecclesiæ sancti Iuliani, mansos centum, unde eorum nec: ssitates fulcirent & substentationem habere potuissent, videlicet prædictis Clericis in commune sexaginta, & Abbati, quem ipsi pariter super se elegerunt, mansos quadraginta, precibus quibus valuit idem Beringarius fidelis Comes nostram exoravit clementiam ut per nostrum auctoritatis præceptum constitueremus qualiter prædicta centum mansa nullus exinde abstrahere præsumeret, & ut Abbatem super se Canonici in prædictis locis constituti inter se eligendi licentiam haberent, & ipse Abbas vel congregatio ejus sub nullius ditione fuissent & nemini cuilibet obsequium pro prædictis rebus fecissent, nisi tantùm ad partem Regis annuatim caballum unum cum scuto & lancea præsentassent, & inpostmodum ab omni exactione vel definctione publica aut privata immunes & liberi essent. Cujus deprecationi, quia justa & rationabilis nobis visa est, aurem accommodare placuit, & hos nostros * imperiosos apices fieri per quos decernimus atque jubemus ut quemadmodum prædictus Beringarius de suprascriptis locis & Abbate atque Canonicis vel rebus ibidem concessit, constituit, atque præordinavit, & à nobis confirmari postulavit, vel quemadmodum superiùs dictum est, ita deinceps nostris futurisque temporibus Domino auxiliante fixum atque stabile permaneat. Sed & hoc nobis inserere placuit, ut quidquid ablinc futurum in prædictis locis divina pietas per nos aut successores nostros vel per quoslibet liberos & Deum timentes homines largitum atque concessum fuerit, sub eadem conditione sicut superiùs dictum est consistat. Et ut hanc

* *Leg.* res

* imperialis.

* *Leg.* hæc n. a. præceptio atque confirmatio

* nostræ auctoritatis præceptionem atque confirmationem per futura tempora inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, annulo nostro subter jussimus sigillari. Data cessio ista 11. Nonas Iunij anno x11. Imperij Ludovici serenissimi Augusti, Indictione 111.

XLIII.

Charta dotis quam Folradus constituit Helegrinæ sponsæ suæ.

An. 817. Ex chartulario monasterij Cafaurensis.

IN Dei nomine. Dulcissima sponsa mea Helegrina. Ego enim Folradus filius quondam Eriperti ex genere Francorum, & modò habitator sum in pago Pinnensi. Dum non est incognitum qualiter per voluntatem Dei vel parentum quondam tuorum te desponsavi & carnali conjugio sociari disposui, propterea dono tibi He. sponsa mea in honore pulchritudinis tuæ in die nuptiali dotem dignam atque aptam, hoc est, mansos meos infra vicum Pinnensem, qui mihi pertinet & ex comparatione evenit & data mea pecunia comparavi. Trado tibi ipsos mansos cum omni integritate sua & domum dignam ad commanendum exquisitam casam unam constratam, cum omnibus vtensilibus & vasis, cum omnibus adjacentiis ad ipsos mansos aspicientibus vel pertinentibus, cum terris & vineis, pomis, cum omnibus quæ super se habentur vel ad ipsam curtem de Vico pertinent, & quæ habere visus sum, vel inantea Deo adjuvante ibidem parare vel conquirere potuero, in integrum ista omnia superiùs comprehensa, si nos Deus carnali conjugio sociari voluerit, in die nuptiali tibi dono, trado, atque transcribo ad possidendum, ut quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem. Si quis verò, quod futurum esse non credo, fuerit inpostmodum ego aut aliquis de heredibus meis, seu quælibet ulla opposita persona contra hanc cartulam libellum dotis venire tentaverit, aut eam frangere voluerit, primitus iram Dei incurrat, & insuper unà cum socio fisco aurum libram unam, argentum pondera duo mulctam componat, & quod repetit non vendicet, sed hæc cartula libellum dotis omni tempore firma & stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Vnde pro stabilitate vestra Audoaldum Notarium scribere rogavimus. Actum in Vico anno regni & imperij Domni Ludovici xxx. & primo anno Supponis Comitis, die v1111. mensis Iunij, Indictione v. Signum Foltadi, qui hunc libellum dotis fieri rogavit. Lioto, Majolfus, Aloini, testes.

XLIV.

Pippini Regis Aquitanorum præceptum pro monasterio Montisolivi in diœcesi Carcassonensi.

An. 828. Ex archivo monasterij Montisolivi.

PIppinus Dei gratia Rex Aquitanorum. Cùm petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos gratia pro his muniri non dubitamus. Proinde noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm futurorum sagacitas quia vir venerabilis Vvilafredus Abba ex monasterio qui nuncupatur Mallasti, quod est situm in territorio Carcassensi super fluvium Duranum, constructum in honore sancti Iohannis Baptistæ, cum terminis & adjacentiis suis, obtulit obtutibus nostris quandam auctoritatem Domini ac genitoris nostri Ludovici serenissimi Augusti, in qua erat insertum qualiter antecessor suus ipsum monasterium novo construxisset opere, & propter ejus defensionem vel propter pravorum hominum illicitas infestationes in manu ejusdem Domini Imperatoris unà cum monachis ibi degentibus se commendavit, ut sub ejus tuitione licuisset eis cum rebus & hominibus eorum quietè vivere ac residere; & deprecatus est clementiam regni nostri ut prædictum monasterium unà cum cellulis quæ nuncupantur sancti Martini prædicto monasterio subjectis, quæ sunt sitæ in eodem pago super rivulum Lampi, sive sanctæ Cæciliæ & sancti Petri, quæ sunt super fluvium Duranum, cum omnibus rebus & adjacentiis sive terminis suis sub nostra susciperemus defensione & immunitatis tuitione. Cujus precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter autem accommodare placuit, & hoc nostræ auctoritatis præceptum immunitatis atque tuitionis fieri decrevimus; per quod præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas omnes possessiones prædicti monasterij, quas moderno tempore justè & rationabiliter possidet, vel quæ etiam deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius monasterij tam ingenuos quàm & servos super terram ipsius commanentes injustè distringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitùs exigere præsumat. Cedimus etiam eisdem fratribus juxta ipsum monasterium villas duas, quarum hæc sunt nomina, villa Siguarij, & villa Addarij, cum omni integritate, ut sicut de ceteris rebus proprietatem faciunt, ita de eisdem facere & ordinare vel disponere valeant. Et quicquid de rebus præfati monasterij fiscus sperare potest, totum nos pro æterna remuneratione præfato monasterio concedimus, ut in alimonia pauperum & stipendia monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione supradictus Abbas vel successores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint qui ipsam congregationem secundùm regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus pro nobis & totius regni nostri à Deo nobis concessi stabilitate jugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris veriùs credatur & diligentiùs conservetur, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus. Signum Pippini Regis. Candidus Diaconus ad vicem Hendrici

recognovit. Datum VIII. Idus.... anno XV. imperij Domini Ludovici sereniſſimi Auguſti, & XII. regni noſtri. Actum monaſterio ſancti Martialis in Dei nomine feliciter. Amen.

XLV.

Pippini Regis Aquitanorum præceptum pro monaſterio ſancti Hilarij in diœceſi Carcaſſonenſi.

Ex archivo monaſterij S. Hilarij.

PIppinus gratia Dei Rex Aquitanorum. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejúſque in eiſdem locis ſibi famulantes beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco noverit ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum quia vir venerabilis Leonnius Abba ex monaſterio ſancti Hilarij quod eſt ſitum in pago Carcaſſonenſe ſuper rivum qui dicitur Leucus, conſtructum in honore ſancti Saturnini martyris, ubi etiam prædictus ſanctus Hilarius confeſſor corpore requieſcit, ad noſtram accedens clementiam detulit obtutibus noſtris quandam auctoritatem Domini & genitoris noſtri Lodovici piiſſimi Auguſti, in qua continebatur inſertum qualiter idem genitor noſter ipſum monaſterium ad deprecationem prædeceſſoris ſui Egidonis Abbatis ſub ſuo ſuſcepiſſet mundeburdo vel defenſione, videlicet ut monachi in eodem monaſterio commorantes cum omnibus rebus eorum quietè vivere abſque alicujus infeſtatione licuiſſet. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulavit nobis prædictus Leonnius Abba ut idem monaſterium cum cellulis ſibi ſubjectis, quæ nuncupantur Garelianus, & alia quæ nuncupatur ſancti Martini, & villam juxta ipſum monaſterium quæ vocatur Salas, ubi eſt Eccleſia conſtructa in honore ſanctæ Mariæ ſemper virginis, quam Giſcafredus genitori noſtro de ſuo beneficio dedit & nos eidem monaſterio conceſſimus, cum adjacentiis vel terminiis prædictorum locorum, ſub noſtra conſtitueremus defenſione & immunitatis tuitione. Cujus precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter aurem accommodare placuit, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum immunitatis atque tuitionis gratia fieri decernimus, per quam præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterij, quas moderno tempore juſtè & rationabiliter poſſidet, vel quæ etiam deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterij tam ingenuos quàm & ſervos ſuper terram ipſius commanentes injuſtè diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat, & quicquid de rebus præfati monaſterij fiſcus ſperare poterat, totum nos pro æterna remuneratione præfato monaſterio concedimus, ut in alimonia pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perpetuò proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus Abba vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint qui ipſam congregationem ſecundùm regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipſos monachos, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjuge proléque noſtra atque ſtabilitate totius regni noſtri à Deo nobis conceſſi ejúſque clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi Domini immenſam clementiam jugiter exorare delectet. Hanc itaque auctoritatem, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris verius credatur & diligentiùs conſervetur, manu propria ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

XLVI.

Exemplar commutationis mancipiorum inter Flodegarium Epiſcopum Andegavenſem & Vvinneradum Militem ſub Hludovico & Hlothario Regibus.

An. 818. Ex archivo Eccleſiæ Andegavenſis.

IN nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hludouvicus & Hlotharius divina ordinante providentia Imperatores Auguſti. Si ea quæ fideles imperij noſtri pro eorum opportunitatibus inter ſe commutaverint noſtris confirmamus edictis, imperialem exercemus conſuetudinem, & hoc inpoſtmodum jure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria quia dilectus filius noſter Auguſtus Hlotharius innoluit manſuetudini noſtræ quòd Flodegarius Andegavenſis verbis Epiſcopus pro communi utilitate & compendio nuperrime de quibuſdam mancipiis cum quodam homine nomine Vvinnerado commutationem feciſſet. Dedit igitur præſcriptus vir venerabilis Flodegarius Andegavenſis urbis Epiſcopus partibus ſæpedicti Vinneradi de ratione Eccleſiæ ſuæ ſancti Mauricij de villa nuncupata Chamberliaco, in ipſa, cum conſenſu Bertæ, quæ ipſam villam in beneficio habere videtur, mancipium nomine Aredium ad ſuum proprium habendum. Et è contrà in compenſatione hujus rei dedit jamdictus Vvinneradus prædicto viro venerabili Flodegario Epiſcopo ad partem præſcriptæ villæ vel Dominæ Bertæ, quæ eodem tempore ipſam villam in beneficio habere videtur, de proprio ſuo mancipia duo his nominibus Reſtaldum & Ermenaldum. Vnde & duas commutationes pari tenore conſcriptas manibúſque bonorum hominum roboratas illos præ manibus habere profeſſus eſt. Sed pro integra firmitate petiit ut ipſas commutationes denuo per noſtræ manſuetudinis præceptum pleniùs confirmaremus. Cui petitioni denegare noluimus; ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſtè petentium, ita nos illi conceſſiſſe & confirmaſſe in omnibus cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus ut quicquid

pars justè & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc nostram auctoritatem jure firmissimo teneat atque possideat, & faciat exinde quicquid elegerit. Et ut hæc auctoritas nostra firmior habeatur & per futura tempora melius conservetur, de anulo nostro subter sigillari jussimus.

Signum Hludovici serenissimi Imperatoris.

Meginarius Notarius ad vicem Friduguſi recognovit & subscripsit.

Data VI. Kalendas .... anno Christo propitio XV. Imperij Hludovici serenissimi Imperatoris & Hlotarij VII. Indictione VII.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XLVII.

Præceptum Pippini Regis Aquitanorum de navibus sancti Martini Turonensis.

An. 831. Ex chartulario S. Martini Turonensis.

PIppinus gratia Dei Rex Aquitanorum omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Domesticis, Vicariis, Centenariis, seu reliquis fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris. Notum sit quia concessimus Fridugiso Abbati ex monasterio sancti Martini, ubi ipse pretiosus confessor corpore requiescit, ut monachi qui in Cormarico monasterio, quod est constructum in honore sancti Pauli Apostoli, qui sub regula sancti Benedicti conversari videntur, licentiam haberent duas naves per Ligerim fluvium & Viennam & Garum & Ganagum & per diversa flumina in regno Domino propitio nostro discurrentia huc illúcque propter necessitates suas dirigendi. Et ita annuimus, ne ullum teloneum vel de sale vel de ullis quibuslibet rebus in ullo omnino loco totius regni nostri ipsi aut Comites eorum solvere aut dare debeant. Propterea præsentem auctoritatem fieri jussimus, per quam specialiter jubemus ut nullus ex vobis neque de junioribus vestris ullo teloneo, vel pontatico, aut ripatico, sive portatico, seu modiatico, vel plantatico, aut laudatico, sive salutatico, seu celspitatico, aut pastione, sive occursu, vel ullo censu, nec ulla redibitione, nec occasiones ullas ullatenus de ipsis navibus exigere aut exactare præsumatis, sed ad ipsum sanctum locum & ad ipsos fratres in nostra eleemosyna proficiat in augmentis, quatinus melius dilectet ipsos monachos pro nobis uxoréque nostra ac liberis nostris vel stabilitate regni nostri Dominum exorare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur & melius conservetur, de annulo nostro subter jussimus sigillari.

Suabobus Diaconus ad vicem Ebroini recognovi.

Data V. Kal. Mart. anno XVIII. Imperij Domini Ludovici serenissimi Augusti, & XVII. regni nostri.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XLVIII.

Præceptum Ludovici Pij de monasterio sancti Andreæ Viennensis.

An. 831. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

IN nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si sacerdotum ac servorum Dei petitiones, quas nobis pro suis necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non solùm consuetudinem regiam exercemus, verùm etiam ad beatitudinem retributionis profuturum confidimus. Proinde comperiat omnium fidelium nostrorum industria, præsentium scilicet & futurorum, qualiter vir venerabilis Bernardus Viennensis Ecclesiæ Præsul veniens ad nostram serenitatem detulit nobis astrumenta cartarum per quæ Ansemundus & conjunx sua Ansleubama & filia eorum Remila vocabulo Eugenia monasterium sancti Andreæ subteriores sancto Mauricio condonaverunt & tradiderunt, atque prædicti conditores ob firmitatis studium sancto Leoniano consignaverunt, & sub potestate & ordinatione ..... Episcopi Ecclesiæ Viennensis & successorum illius utili actione omni tempore maneat. Insuper & præcepta piorum Regum ostendit Teuderici scilicet & Guntranni, per quæ ipsi sancto Mauricio confirmaverunt firmius ad habendum. Sed prædictus Bernardus Episcopus retulit celsitudini nostræ ipsum monasterium propter cupiditatem malorum hominum ab eadem Ecclesia subtractum. Nos quoque justam immo rationabilem petitionem illius judicantes, restituimus ipsum monasterium sancto Mauricio & Barnardo illius loci Episcopo per nostræ auctoritatis præceptum pro mercede & remedio animæ nostræ atque totius imperij nostri emolumento, ut tam ipse quàm successores sui absque cujuscæ contradictione ipsum monasterium ordinent atque disponant secundùm voluntatem Dei & beati Mauricij ab hodierna die & deinceps, & sit sub immunitate nostra sicut & aliæ res sancti Mauricij. Præcipientes ergo jubemus ut nullus judex publicus neque judiciaria potestas ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ejusdem monasterij tam ingenuos quàmque servos, qui super terram ipsius residere videntur, distringendos, nec ullas redibitiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat; & quicquid inde fiscus exactare poterit, totum pro æterna remuneratione Ecclesiæ sancti Mauricij concedimus. Et ut hæc auctoritas largitatis nostræ inviolabilem obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Hludovici serenissimi Imperatoris.

Data V. Nonas Martias anno Christo propitio XVIII. Domni Hludovici serenissimi Augusti, Indictione VIII.

Actum Aquisgrani palatio regio in Deo nomine feliciter.

Helisachar recognovi.

XLIX.

Charta Anſemundi & Anſleubanæ, cujus mentio habetur in ſuperiori præcepto.

Ex eodem chartulario Viennenſi.

DOmnæ filiæ Remilæ & vocabulo Eugeniæ Anſemundus & conjux dilecta mea Anſleubana. Non habetur incognitum qualiter fratres ſenatu nobilis Viennenſis res noſtras tibique tradidimus, * & monaſterium, quod Deo vovimus ad ſepiſturum noſtram, inde conſtrueres in honore ſancti Andreæ Apoſtoli, quod nos jam feceramus in honore ſancti Petri in bello campo foras portam civitatis, & tu infra de facultate noſtra & foras oſſa ſanctarum Dei requieſcerent. Damus autem ad hoc opus integrum cortilo hereditatis noſtræ non longo à loco qui dicitur Martis, totum quod infra vel foras civitatem hereditario jure poſſedimus, & quicquid ibi nobis obvenit legibus, ut ſanctis feminis monaſterium ibi conſtituas, & ex ordine vivant quos ſanctus Leonianus ſancto monaſterio urbis noſtræ inſtituit, ubi ſoror noſtra Eubona Abbatiſſa præeſt; cujus inſtitutione nutrita & ipſum ..... altario matris Viennenſis Eccleſiæ, ſicut nos voviſſe non dubitas, inſtrumentis factis abſque mora conſignat, ut matæ noſtra Viennenſis Eccleſiæ inde noſtra heres fiat. Conſignamus tibi ad hoc opus omnes res noſtras illas, exceptas quas matri Eccleſiæ & ſancto Petro per teſtamentum legavimus & illas quas heredibus dimittimus, alias totas poteſtati tuæ concedimus, votum noſtrum inde impleas, & Deo perfecta placere valeas. Ego Servilius jubente Domno meo Anſemundo & Domna mea Anſleubana ſcripſi, roboravi, anno IX. regnante Domno Lotario.

* ut

L.

Præceptum Ludovici Pij Imperatoris de vico qui dicitur Epaonis in diœceſi Viennenſi.

An. 831. Ex eodem chartulario.

IN nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata ob amorem Dei * eorúmque reverentiam beneficia opportuna largimur, id nobis proculdubio ad æternæ retributionis præmia capeſſenda profuturum liquidò credimus. Idcirco notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris præſentibus ſcilicet & futuris quia ſpontanea voluntate adiens ſerenitatem culminis noſtri vir illuſtris Abbo Comes, qui & vicum qui dicitur Eppaonis, qui erat ex ratione ſancti Mauricij ex Epiſcopatu Viennenſi, ubi nunc auctore Deo Bernardus Archiepiſcopus Præſul eſſe dinoſcitur, beneficiario munere ex noſtra largitione habebat, ubi erant etiam Eccleſiæ deſtructæ & diſcoopertæ, quarum ſunt vocabula ſancti Andreæ Apoſtoli & ſancti Romani martyris, precibus quibus valuit noſtram obſecravit clementiam ..... quantumcunque ipſe ibi ex beneficio ..... Eccleſiæ ſancti Mauricij Viennenſis redderemus. quod ita ..... fidelium noſtrorum cognoſcat induſtria. Pro firmitatis verò ſtudio, ut hoc quod ſupradictus Abbo in ſupradicto vico habebat, & nos ad ejus deprecationem ſæpe dicto Bernardo Archiepiſcopo immo ejus ſanctæ ſedi reddidimus, rectores eorum perpetuò jure eccleſiaſtico tenerent atque poſſiderent, hos imperiales apices fieri juſſimus, per quos decernimus atque ſancimus ut ipſum vicum & res quas ibidem hactenus præſcriptus Abbo habuit & ad eundem vicum atque ad eaſdem Eccleſias, quæ ibi fuerunt dicatæ in honorem & venerationem ſancti Andreæ Apoſtoli & ſancti Romani martyris, pertinent, ita rectores ſupranominatæ ſedis teneant atque poſſideant ſicut ceteras res quæ ad ſupradictum epiſcopium pertinent, & faciant exinde quicquid elegerint jure eccleſiaſtico. Et ut hæc auctoritas confirmationis noſtræ per futura tempora inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Durandus Diaconus ad vicem * Fridarij recognovit. * Fridugiſi

Data v. Nonas Martias anno Chriſto propitio XVIII. imperij Domni Hludovici ſereniſſimi Auguſti, Indictione VIII.

Actum Aquiſgrani palatio regio in Chriſti nomine feliciter. Amen.

LI.

Vetus narratio de origine & privilegiis monaſterij ſancti Antonini in diœceſi Ruthenenſi.

Ex archivo monaſterij S. Antonini Ruthenenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Pippinus Dei gratia ſicut Francorum ita & Aquitanorum Rex ..... imminet populorum, ad quorum procurationem Dei providentia feſtinare non diſtulit, & ut mores hominum emendaret, & quæ à falſis catholicis deſtructa fuerant monaſteria reformaret, & quæ non ſtabant, & ſuis hereditatibus amplificaret, & quæ non fuerant in Dei honore magnificè ædificaret, iter arripiens ſalutare. quod deſiderio Domino diſponente complevit & actione. Qui cùm iter ingreſſus ad explendum divinum opus in laude & gloria Dei Patris & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti & datione ſancti Spiritus procedentis à Patre & Filio, loca ſanctuaria viſitans honoranda, quæ terrenis opibus locupletando conſolidat, & quæ ſtabilita invenit muneribus & exemplis ſtabiliora confirmat. qua in re ſolertia pervigil ad complendum quod in corde pertractat ſuum propoſitum, & quòd Deus annuit illi, illud ſe ſtudioſiùs obedire promiſit, & quibus reſedit locis dona contulit plurima temporalia, & admonendo cœleſtia; talique deſiderio æſtuans ad beati martyris ſancti Antonini locum ob ſuorum ſuffragia miniſtrorum perſummè venerandum, quia ejuſdem martyris venerabile caput ibidem ſummo honore repoſitum ſignis & miraculis longè latèque, dum pius Rex advenerit, & tanta martyris patrocinia perpenſus fuerit ſolerter, eo in loco reſidens cum mag-

natibus sui principatus consultus ob honorem & reverentiam beati martyris Antonini & ad utilitatis sinceritatem abbatiam quæ cognomento dicitur sancti Audardi beati Antonini capiti & altari, quod in Dei honore & gloria requiescit, & Clericis præsentibus & futuris inibi degentibus perpetuo dedit dono cum suis adjacentiis totam & ab integrum cum Abbate & monachis & mancipiis & cum omnibus possessionibus quæ eo tempore qualicunque modo ad eam abbatiam pertinere videbantur, aut quæ in futuro Deo annuente largiente habebantur, talique vinculo donum hoc nexuit quòd firmis & istis fecit describere litteris, annuli proprij sui sigillo expressit. Super hæc autem contra hanc donationem si quis præsumptor extiterit aut ex sua progenie aut ex quorundam infidelium, perpetuæ correptionis sententia patietur, insuper & nodo excommunicationis Archiepiscopi Bituricensis sedis ceterorúmque Episcoporum, qui cum eo comitabantur, & postea cum Karolo Magno filio suo, & cum Ludovico filij sui Karoli filio plurimos vixerit annos, & cum eis multa testimonia auctoritati dederunt, & mendacia ad nihil redegerunt, & veritatem sublimarunt, quorum hîc nomina discripta tenentur. Hildebaldus, Ricolfus, Arn, Vvolfarius, Bernoinus, Laidradus, Iohannes, Theodulfus, Iesse, Horro, Galgaudis, istorum excommunicatione damnentur, ut suprà retulimus. Quam auctoritatem secutus Karolus filius ejus qui dicitur Magnus, simul & Ludovicus ejusdem Principis filius, una fide parique voto sanxerunt & auctoritate firmarunt. Et si quid postea Ludovicus Imperator & Augustus honoribus ampliavit beati martyris Antonini cœnobium, sequentes litteræ declarabunt. Isdem religiosus Imperator tale exordium dedit. Notum sit omnibus præsentibus & futuris quòd ad deprecationem dilectæ conjugis nostræ Hermengardis, ut quoniam ejus servi in villa quæ dicitur Pociolos emptione aut aliquo justo ingenio acquisierunt, magnis precibus postulavit ut quod ipsi servi dare timentibus Deum desiderabant ad cœnobium sancti Antonini nostra auctoritate firmaretur. quod libenti animo, & ipsorum spontanea voluntate servorum, & nostræ conjugis Hermengardis deprecatione, assensi devotione firmavit, & omnes res mobiles & immobiles cum omni integritate cuncta, quæ dilecta nostra conjux in villa illa habere videtur, cum mancipiis promiscui sexus, cum domibus, ædificiis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarúmque decursibus, & vias, & sepes, & omnia quæ in his terris & aquis & silvis contineri videntur, prædicto monasterio & congregationi præsenti & futuræ in nostra & nostræ conjugis eleemosyna damus, ideóque præcipimus cœlestique decreto jubemus ut ab hodierna die usque in finem seculi nullus præfinitor infidelium exurgat qui prædicta omnia & quæ ad totam donationem pertinent abstrahere aut minuere præsumat aut aliquod damnum facere & ingerere audeat, sed auctores in bono prædicti monasterij beati Antonini liberam habeant potestatem. Hæc verò auctoritas largitionis nostræ atque confirmationis ut per futura tempora inviolabilem atque incorruptam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signare decernimus.

LII.

Præceptum Hludovici Imperatoris de subjectione cœnobij sancti Mauri.

An. 833. Ex chartulario monasterij Fossatensis.

IN nomine Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos gratia muniri non diffidimus. Noverit ergo omnium fidelium tam præsentium scilicet quàm futurorum sollertia quòd venerabilis Comes Rorigo nomine retulit serenitati nostræ qualiter quoddam cœnobium in pago Andegavo in loco qui dicitur Glannafolium situm super fluvium Ligerim, quo venerabile corpus sancti Mauri patris Benedicti discipuli jacet humatum, ubi olim ipse Deo dilectus cum sibi subjectis multis fratribus sub sancta regula deguit, destructum inveniens, ammonitione divina commotus, ob redemptionem suæ animæ, eundem locum cum sua conjuge Bilechilde assumpto labore restaurare & ad pristinum statum pro posse restituere curaret. Postmodum verò venerabilem Abbatem Engilbertum cœnobij Fossatensis evocavit, eidémque & sibi subjectis fratribus commisit ut religio regularis de divinis, sicut dudum, perpetuò conservaretur. His ergo ita nobis patefactis, exhortatus est magnitudinis nostræ excellentiam ut ipsum locum sub nostra suscipere dignaremur defensione & immunitatis tuitione, & quemadmodum ceteri Abbates monachorum per imperium nobis divinitus concessum consistunt, ita & illum cum Abbate & monachis & rebus vel hominibus eidem monasterio juste subjectis consistere faceremus, & per nostros imperiales apices Abbati jamdicto Fossatensis cœnobij cunctisque ejus successoribus providentiam & dominationem atque subjectionem, ne à regularis ordinis tramite ampliùs decidat, habere concederemus. Cujus petitionem, quia rationabilem immo Deo amabilem esse cognovimus, libenter suscepimus, & sicut petiit, ita & concessimus. Volumus ergo ut prædictus Abba sive rectores supradicti monasterij atque fratres Deo devoti ipsius loci ipsum locum, de quo ratio agitur, videlicet Glanna, perpetuò habeant, teneant, atque possideant, & gubernent, magnámque providentiam semper de eodem loco habeant, instantiam suæ sollicitudinis tam loco quàm congregationi vigilanti curain omnibus adhibeant. Tales quoque ibidem præponant provisores atque rectores, magistros & præpositos, quorum nutu atque dispositione cuncta secundùm Dei voluntatem atque secundùm regulam sancti Benedicti interiùs & exteriùs perficiantur, & ad modum & similitudinem Fossatensis monasterij Christo Deo devotè famulentur, & in omnibus eam sectentur formam ut cunctis peculiaribus postpositis juxta traditionem apostolicam cuncta possideant communia, ut sibi salutem mereantur perpetuam adquirere,

atque ſemper dominationi, gubernationi, & poteſtati unus Abbatis ſubjiciantur ac obedientes exiſtant. Et quoniam in jam dicto loco Foſſatenſi nemo mortalium, abſque eis qui ibi in Chriſto militant, nullam conſuetudinem aut redibitionem requirere niſi injuſtè valet, in ſimili ratione eundem locum commandamus perſiſtere. Cuncta autem quæ nunc habere noſcuntur, vel deinceps juſtè adquirere poterint, ſub noſtra defenſione & immunitatis tuitione perſiſtant. Et jubemus atque modis omnibus decernimus ut nullus nobis ſucceſſor, non Rex, non Epiſcopus, non Archidiaconus, non Comes, non judex publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, quicquid ex his quæ ipſius loci ſunt vel fuerint in ſua dominatione redigere præſumat, nec in Eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterij, quas moderno tempore juſtè & rationabiliter poſſidere videtur in quibuſlibet pagis & territoriis, quicquid ibidem propter divinum amorem conlatum fuit, quæque etiam deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divinas pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, nec homines ipſius loci tam ingenuos quàm & ſervos, qui ſuper terram ipſius reſidere videntur, injuſtè diſtringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat. Quicquid autem de rebus præfati monaſterij fiſcus ſperare poterat, totum nos pro æterna remuneratione ipſi loco concedimus, ut perennis temporibus in alimoniam pauperum & ſtipendium monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum, & ſemper habeat defenſionis noſtræ regalis libertatem abſque militari ſervitio, à quo eundem locum abſolvimus per omnia. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus Abbas Engilbertus vel ſucceſſores ejus ab hac luce migraverint, ille qui ſubſtitutus fuerit ei, eandem poteſtatem & dominationem poſſideat quam & prædeceſſor ſuus, dum vixit, habuit. Præcipientes ergo auctoritamus atque confirmamus ut nullus judex, non Imperator, non Rex, non Epiſcopus, non Comes, aut judiciaria poteſtas hoc noſtræ excellentiæ præceptum audeat violare; ſed hac viſa auctoritate, ſicut ſua voluerit acta eſſe firma & ſtabilia, ita & hoc noſtrum ſinant factum manere inviolatum; ita videlicet ut ſub hac ratione duæ conſcribantur membranæ uno tenore, ut una ſub theca ſancti Mauri habeatur, & altera à prædicto Abbate Engilberto in Foſſatenſi cœnobio conſervetur. Si quis autem inſanus & Deo contrarius fuerit, qui hoc noſtræ auctoritatis præceptum violare præſumpſerit, à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ expulſus, & ab omnibus Epiſcopis totius Galliæ excommunicatus, à cœtu Chriſti fidelium ſit ſegregatus, & cum Caipha & Pilato, Iuda quoque traditore Domini, pœnas æternas ſuſtineat, atque cum principe dæmoniorum ſedem gehennalem, cùm à corpore ejus anima exierit, ſibi paratam inveniat. Vt ergo hæc auctoritas obtineat firmitatem per ſecula * induſtria hujuſmodi manu firmantes propria, eam anulo noſtro juſſimus ſigillari.

* *f.* inconvulſam.

Signum Hludovici imperatoris.

Glorius Notarius ad vicem Hugonis recognovit.

Data VIII. Kal. Septembr. anno Chriſto propitio imperij Domni Hludovici ſereniſſimi Imperatoris XX. Indictione XI.

Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

LIII.

Præceptum Lotharij Imperatoris pro monaſterio ſanctæ Chriſtinæ.

An. 838. Ex veteri codice Longobardico.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deiæterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Cùm petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperni muneris donum nobis à Domino impertiri credimus. Idcirco notum eſſe volumus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque præſentibus ſcilicet & futuris quia Petrus vir venerabilis Abbas ex monaſterio ſanctæ Chriſtinæ, quod eſt ſitum prope villam noſtram Ollonnam, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis Domni & avi noſtri Karoli bonæ memoriæ ſereniſſimi Regis, & genitoris noſtri Hlodovici, in qua continebatur inſertum, ipſum prædictum monaſterium cum omnibus rebus & hominibus quæ tam donatione Regum Reginarúmque quàm etiam reliquorum Deum timentium hominum idem monaſterium eo tempore legitimè poſſidebat, ſuo munimine conſtituere fecerat, & ejus auctoritate immunitatis hactenus ab inquietudine judiciariæ poteſtatis idem munitum atque defenſatum fuiſſet monaſterium. Sed pro firmitatis ſtudio poſtulavit idem Petrus Abba ut paternæ auctoritati noſtram quoque ſuperadjiceremus auctoritatem. Cujus precibus ob divini cultus amorem & venerationem ipſius ſancti loci adſenſum præbentes, hanc auctoritatem immunitatis noſtræ eidem monaſterio fieri juſſimus; per quam præcipimus atque jubemus ut memoratum monaſterium, cum omnibus rebus & hominibus ad ſe præſenti tempore juſtè & legaliter pertinentibus vel aſpicientibus, ſub immunitatis noſtræ defenſione modis omnibus conſiſtat, & nullus judex publicus vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias aut villas vel curtes loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterij, quas moderno tempore juſtè & legaliter poſſidet in quibuſlibet pagis vel territoriis infra ditionem imperij noſtri, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augere, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fideijuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterij diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris futuriſque temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat, ſed liceat memorato Abbati ejuſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterij, cum omnibus quæ poſſidet, ſicut in præcepto Domni & genito-

ris noſtri continetur, ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere & noſtro fideliter parere imperio; quatinus congregationem ibidem Deo famulantem pro nobis & conjuge proléque noſtra vel pro ſtabilitate totius imperij noſtri à Deo nobis conceſſi atque conſervandi jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus valeat inconvulſa manere, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Hlotharij piiſſimi Auguſti.

Drutemirus Subdiaconus Protonotarius ad vi-
* Agilmari cem * Egilinari recognovi.

Datum pridie Nonas Februarij anno Chriſto propitio imperij Domni Hlotharij Pij Imperatoris XV. Indictione prima.

Actum Ollona palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

LIV.

Privilegium Karoli Regis filij Ludovici Imperatoris pro monaſterio Miciacenſi.

An. 840. Ex chartulario monaſterij Miciacenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Dei gratia Rex. Notum igitur eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque fidelibus quia Petrus Miciacenſis loci venerabilis Abbas detulit nobis præceptum Domni & genitoris noſtri ſereniſſimi Ludovici Auguſti, in quo continetur quòd iſdem genitor noſter eidem religioſo loco, qui eſt in honore ſancti Maximini confeſſoris Chriſti, & vocatur Miciacus, tres naves per diverſa imperij ſui flumina pro neceſſitatibus ipſius Eccleſiæ & monachorum in eodem loco Deo ſervientium diſcurrentes per ipſum ſuum præceptum confirmaſſet, & ab omni fiſcali cenſu in ſua eleemoſyna immunes feciſſet, ſimiliter & de cartis & de ſaugmariis memorati loci vel monachorum ibidem Deo famulantium, & de diverſis negotiis quæ in villulis ipſius loci fiunt, necnon & de omni commercio, undecunque fiſcus teloneum exigere poterat, egiſſet. Noſtram quoque clementiam idem venerabilis Petrus cum monachis ſuis ſuppliciter flagitavit ut patris noſtri factum miſericordiæ opere plenum per hoc noſtræ auctoritatis confirmaremus præceptum. Cujus petitioni ob animæ noſtræ ſalutem libenter annuimus, & ad precem ejus circa eundem locum hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri decrevimus, per quod omnino jubemus atque præcipimus ut nemo fidelium noſtrorum nec quilibet exactor judiciariæ poteſtatis de cartis vel ſaugmariis ſeu in villis ejus ſuper quibuſlibet negotiis factis, vel etiam de quocunque alio commercio, undecunque jus fiſci teloneum exigere poteſt, ullum teloneum accipere vel exigere præſumat. Naves verò tres, quæ ſive per fluvium Ligeris ſive per cetera flumina regni noſtri ob utilitatem & neceſſitatem ipſius loci diſcurrunt, ad quaſcunque civitates, caſtella, aut portus, aut cetera loca acceſſum habuerint, nullus ex eis aut ab hominibus qui eas prævident ullum teloneum, aut ripaticum, aut pontaticum, aut portaticum, aut ſalutaticum, aut ceſpiaticum, aut cœnaticum, aut laudaticum, aut tranaticum, aut, pulveraticum, aut ullum occurſum, vel ullum cenſum, vel ullam redibitionem, vel cetera quæ enumerari longum eſt accipere vel exigere audeat. Sed licitum ſit abſque ulla alicujus contrarietate illicita vel detentione per hanc noſtram auctoritatem naves tres, & homines qui eas prævidere debent, cum iis quæ deferunt, per univerſum regnum noſtrum liberè atque ſecurè ire & redire. Et ſi aliquas moras in quolibet loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis prorsùs, ut dictum eſt, exigatur. Hæc igitur auctoritas ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus noſtris certiùs credatur & diligentiùs conſervetur, annuli noſtri impreſſione ſubter ſigillari juſſimus. Datum menſe Octobris anno primo regnante Karolo Rege.

LV.

Præceptum Karoli Regis de dono facto Attoni fideli Regis quarundam rerum de dominio ſitarum in comitatu Bajocenſi, in pagello qui dicitur Otlingua Saxonica, id eſt, villæ noſtræ Herdræ cum omnibus ſuis integritatibus.

An. 841. Ex chartulario monaſterij Foſſatenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Regalis celſitudinis moris eſt fideles ſuos donis multiplicibus honorare atque ſublimare. Proinde morem parentum Regum videlicet prædeceſſorum noſtrorum ſequentes, libuit celſitudini noſtræ quendam fidelem noſtrum Attonem nomine de quibuſdam rebus noſtræ proprietatis honorare atque in ejus juris poteſtatem liberalitatis noſtræ gratia conferre. Idcirco noverit experientia atque induſtria omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum quia concedimus eidem fideli noſtro Attoni ad proprium quaſdam res juris noſtri ſitas in comitatu Bajocaſinſe, in pagello qui dicitur Otlingua Saxonia, id eſt, villam nomine Heidram cum omnibus ſuis integritatibus & mancipiis utriuſque ſexus, quam Gundacher Comes avo noſtro Karolo Imperatore per ſuam epiſtolam confirmavit habere. Et in altero loco in prædicto comitatu Bajocaſino, in villa nuncupata Eberenneio, quantumcunque ſuprataxatus Gondacher Comes ibidem viſus fuit habere, cum mancipiis ibidem commanentibus vel pertinentiis. Necnon & villa Funtanido, quantumcunque Goda femina inibi habere dinoſcitur, & noſtra videtur eſſe poſſeſſio, tam in mancipiis quàm etiam & in aliis rebus. Supradictas res cum omni integritate vel eorum appendiciis memorato prædictóque fideli noſtro Attoni ad proprium per hanc noſtræ auctoritatis conſcriptionem concedimus & de noſtro jure in jus ac poteſtatem illius ſollemni donatione transferimus, ita videlicet ut quicquid ab hodierna die & tempore exinde pro ſua utilitate atque commoditate jure proprietario facere decreverit, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem faciendi tam donandi quàm vendendi vel etiam heredibus ſuis relinquendi. Et ut hujus cartæ largitionis

largitionis atque donationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & de anulo nostro sigillari jussimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Deormarus Notarius ad vicem Hludovici recognovi.

Data Idus Novembris Indictione VI. anno IV. regnante Karolo glorioſo Rege.

Actum in tentoriis prope Redonis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

LVI.

Præceptum Lotharij Imperatoris pro Agilmaro Archiepiſcopo Viennenſi ut de bonis ac facultatibus ſuis ſtatuere poſſit pro ſuæ voluntatis arbitrio.

An. 844. Ex chartulario Eccleſiæ Viennenſis.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Lotharius divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Dignum eſt ut imperialis ſublimitas procerum ſuorum * ſublimitas tantò benigniùs ac libentiùs annuat & annuendo adimpleat quanto viderit ac noverit in ſuis obſequiis perſiſtere efficaces. Idcirco * omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtrorum præſentium videlicet & futurorum ſollertia quia Agilmarus ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ vocatus Archiepiſcopus & ſacri palatij noſtri Archicancellarius noſtram petiit excellentiam ut omnes res quas de paterna vel materna ei evenerunt hereditate, vel eas quas ipſe per diverſa loca quocunque ingenio juſtè & legaliter adquiſiſſe dinoſcitur, ſeu & illas quas Deo opitulante juſtè & legaliter adquirere potuerit tam per vinditionem vel concambium ſeu per donationem aliquam, per præceptum noſtræ immunitatis illi ſanciremus habendas. Cujus precibus propter * devotiſſimum libenter annuentes, hoc noſtræ immunitatis præceptum ei fieri decrevimus, per quod omnes res ſuas illi ſancimus, modiſque omnibus confirmamus, quæ ei, ſicut ſuprà dictum eſt, de paterna vel materna hereditate advenientes, in quibuſlibet pagis & locis conſiſtentes, ſicut & eas quas, ſicut præfati ſumus, juſtè & legaliter quolibet modo tam per donationem Regum vel per venditionem atque comcambium ſeu per aliquam donationem adquiſiſſe dinoſcitur, ut abſque alicujus contradictione vel refragatione quieto eas ipſe ac pacifico jure poſſideat, & cuicunque voluerit derelinquat, & nemo hominum neque cujuſquam poteſtatis perſona ullo unquam in tempore de omnibus rebus ſuis vel hominibus, liberis ſcilicet ac ſervis, qui ſuper terram ipſius commanere videntur, aliquam illi inferre præſumat contrarietatem vel inquietudinem; ſed liceat ei cum ipſis rebus vel hominibus, ſicut ſuprà dictum eſt, ſub noſtræ immunitatis tuitione ac mundeburdo quietè vivere ac pacificè reſidere. Si verò aliquæ querimoniæ adversùs homines ſuos liberos & ſervos ortæ fuerint, quæ abſque gravi iniquóque diſpendio nequeant diffiniri, jubemus ut ante noſtram uſque ſuſpendatur præſentiam, quatinus ibi juxta legis ordinem finitivam accipiant ſententiam. Et quicunque contra hoc noſtræ immunitatis præceptum ire aut aliquid agere tentaverit, vel illud violare præſumpſerit, ſciat ſe eandem immunitatem compoſiturum. Et ut hæc noſtræ corroborationis atque immunitatis præceptio inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter illud firmavimus & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

* noverit

* devotionem ejus

Signum Hlotharij ſereniſſimi Auguſti.

Ercamboldus Notarius ad vicem Agilmari recognovi.

Data XI. Kal. Novemb. anno Chriſto propitio imperij Domni Lotharij pij Imperatoris in Italia XXIV. & in Francia IIII. Indictione VI.

Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

LVII.

Præceptum Lotharij Imperatoris quo confirmat poſſeſſionem Eccleſiæ Viennenſis in villa Toliano.

An. 844. Ex eodem chartulario.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Dignum eſt ut erga loca divinis cultibus mancipata munificentiæ noſtræ conferamus largitatem, ut & anteriorum ſequamur morem Imperatorum, atque propenſiùs Dei nos credimus ope fulciri & ad præſentem glorioſiùs tranſigendam proſperitatem & ad futuram feliciùs obtinendam beatitudinem, ſi debitam circa Eccleſias ſollicitudinem gerimus. Idcirco noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum induſtria quia Agilmarus venerabilis ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ vocatus Archiepiſcopus & ſacri palatij noſtri Archicancellarius noſtræ innotuit ſerenitati qualiter tempore prædeceſſorum ſuorum quædam villa quæ nuncupatur Tolianus à ſede ſibi commiſſa ſubtracta fuerat. Vnde iſdem Agilmarus noſtram petiit excellentiam ut Tolianum Eccleſiæ Viennenſi, cui ipſe Deo auctore præſidet, & conſtructa habetur in honore beati Mauricij martyris Chriſti, per noſtræ auctoritatis præceptum rederemus atque confirmaremus. Cujus petitioni aſſenſum præbentes, hos ſublimitatis noſtræ apices decrevimus fieri, per quos memoratam villam cum omnibus appendiciis ſuis conſiſtentem in pago Tolianenſe præfatæ ſanctæ Viennenſi Eccleſiæ ſancimus modiſque omnibus confirmamus, ut tam noſtris quàmque ſucceſſorum noſtrorum temporibus in dominatione ac poteſtate ejuſdem Agilmari ac ſucceſſorum ſuorum permaneat, ut quicquid ad utilitatem ejuſdem Eccleſiæ facere decreverint, liberam in omnibus per hanc noſtram auctoritatem habeant poteſtatem faciendi abſque alicujus contradictione vel repetitione ſeu qualibet refragatione. Et ut hæc noſtræ largitionis atque confirmationis auctoritas inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum Hlotharij ſereniſſimi Auguſti.

Ercamboldus Notarius ad vicem Agilmari recognovi.

Data XI. Kal. Novembris anno Christo propitio imperij Domni Hlotharij Pij Imperatoris in Italia XXIIII. & in Francia IIII. Indictione VI.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

LVIII.

Commutatio rerum inter Erchimbaldum Comitem & Arestagnum.

An. 844. Ex eodem chartulario.

ANtiqua legum ratio & majorum vetus promulgavit auctoritas ut pro incertum vitæ humanæ tempus mortisque casus, traditiones, venditiones, & commutationes invicem factas, datas, & acceptas ob firmitatis indicium litteris commendatas ad posterum notitiam. Hoc igitur exemplo muniti Regúmque costituta servantes vir illustris Erchimbaldus Comes & ab alia parte Arestagnus venerabilis vir * inter se commutationem factam legitimè secundùm mutuum conventum & opportunitatem utriusque loci præsentibus litteris indiderunt. Præfatus Erchimbaldus donat atque commutat partibus jamdicti Arestagni & vxoris suæ Gimbergæ res de comitatu Viennense pertinentes ad Ecclesiam * martyris. In quam donationem reverentissimus pater Agilmarus ejusdem Ecclesiæ vocatus Archiepiscopus clericúsque consentiunt. Ipsæ verò res consistunt in pago Viennense, in agro Ananocense, in loco qui vocatur Argentaus, & est ibi basilica una in honore sancta Mariæ constructa, & unà cum presbyteratu. & habentur in ipso territurio mansiones IV. cum molendino uno. De terra culta sunt ibi modiadas CLXX. prata unde possunt educi fœnum, silvæ ex parte infructuosæ & ex parte fructiferæ, unde possunt saginari porci viginti. Et hæc cuncta ex omni parte terra ipsius Arestagni. Quicquid etenim de præscriptis rebus suprascripta terminatio circumdat, per præsentem scripturam antè nominatus Comes Archimboldus Arestagni commutat ad jus proprietatis, ut ex hac die potestatem habeant donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid inde facere voluerint, pro stabilitate fruantur tam ipsi quàm heredes eorum. Similiter ad vicem donat atque commutat Arestagnus & jam dicta uxor ejus * Erchimboldi Comitis & sacrosactæ Ecclesiæ beati Mauricij res suæ proprietatis in eodem pago Vienense, in agro Roionense, in villa me * basilicam unam cum presbyteratu in honore sancti Bardulfi constructam, & ex alia basilica sancti Petri & presbyteratu IIII. portionem & mansiones IIII. & vineas unde procedunt vini mod. CCLXX. terram cultam in modiadas LII. pratum unde exit fœni carrada * & quicquid in hac villa fuit visus possedisse, prædicto Comiti facta commutatione transfundit, ut ipse & successores ejus potestate utantur sicut cetera beneficia. Volumus autem & constituimus ut hæc commutatio inter nos facta omni tempore permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum Viennæ publicè. Ego in Dei nomine Edenus Diaconus hanc commutationem scripsi datavi III. Nonas Aprileis anno IIII. regnante Domno nostro Lothario Imperatore, Indictione VII. Agilmarus vocatus Archiepiscopus hanc commutationem relegi. In Christi nomine Erchimbaldus Comes commutationem à me factam recognovi & manu propria signavi. S. Sigenus S. VViramnus. S. Sichardus Abbas. S. Hermunbodus. S. Aldulfus. S. Erlulfus Chorepiscopus. S. Arnulfus. S. Balcherius. S. Severus Presbyter. S. Natalis Presbyter.

LIX.

Præceptum Karoli Calvi pro quibusdam Hispanis.

An. 844. Ex archivo Ecclesiæ Biterrensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Cùm clamoribus pauperum aurem celsitudinis nostræ accommodantes benignum assensum præbemus * Idcirco notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus atque futuris quia quidam Hispani in comitatu Biterrensi consistentes, ac in nostræ proprietatis prædiis commanentes, id est, Ranemirus, & Hansemundus Presbyter, Aurifolio, Elias mirabilis, Presbyter Cicila, dum obsideremus Tolosam, & moraremur in monasterio sancti Saturnini, adeuntes serenitatis nostræ fastigia, innotuerunt mansuetudini nostræ qualiter Idericus & Petrus seu Emensilus & quamplures eorum propinqui, & progenitores eorum confugerint in villis quæ dicuntur Aspirianus & Albinianus, & eas justè tenerent & proprietario jure. Quas siquidem aprisiones præfatorum Hispanorum progenitores per licentiam seu concessionem avi nostri Karoli, ac post obitum illius, genitoris nostri Augusti Ludovici, ex deserti solualore habitabiles frugúmque uberes proprio labore fecerunt. Quam denique rationem, de more regali, fidelibus nostris venerabilibus, hoc est, Notoni Archiepiscopo, necnon & Elmerado sacri palatij nostri Comiti, Suniefrido etiam Marchioni, & Suniario Comiti, diversisque nobilibus nostris, omnimodis investigare decrevimus &c. Iubemus ut ab hodierna die & tempore nullum hominum liceat eisdem Hispanis posteritatique eorum, & ipsis qui postea ad eorum fidem venient, aliquo die cum dictis aprisionibus sive hereditatibus, id est, de domibus, vineis, terris, hortis in præscriptis villis consistentibus aliquam inferre calumniam aut ullam facere contradictionem; sed sicut à progenitoribus magnísque Imperatoribus parentibus eorum constat esse concessum, ita ipsi & filij filiorum suorum usque in seculum cum omni securitate ipsas res teneant atque possideant, & sub munburdo nostræ defensionis contra omnium infestationem semper consistant. Sed si etiam ex ipsis aliquis absque filiis & nepotibus mortuus fuerit, volumus, atque per hanc nostram auctoritatem concedimus ut eædem res proximioribus suis parentibus revertantur, licentiámque inter se vendendi & concambiandi plenissimè habeant. Hæc autem magnificentiæ nostræ auctoritas ut

meliorem semper obtineat vigorem, de anulo nostro subter jussimus sigillari.

Deomarius Notarius ad vicem Ludovici recognovit.

Data XIV. Kal. Iunij Indictione VII. anno IV. regnante Karolo glorioso Rege, in monasterio sancti Saturnini, dum obsideretur Tolosa, in Dei nomine feliciter. Amen.

LX.

Præceptum Karoli Calvi pro Teodtfredo filio Ioannis.

An. 844. Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si fidelium nostrorum petitionibus benignum commodamus assensum, regiam exercemus consuetudinem, & hoc postmodum jure firmissimo mansurum esse volumus. Idcirco notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus atque futuris quia quidam fidelium nostrorum regni Septimaniæ Vassus noster, nomine Teodtfredus, nostris obtulit obtutibus auctoritatem avi nostri Karoli, qua continebatur qualiter patri suo, nomine Iohanni, præscriptus bonæ memoriæ avus noster Karolus concesserat villarem ad laborandum qui vocatur Fontes, cum omni sua integritate, & quantumcunque ille in Fontejoncosa de heremi vastitate traxit cum suis hominibus. Ostendit etiam nobis epistolam Domni & genitoris nostri Hludouvici piissimi Augusti ad Sturmionem Comitem directam ut prædictam villam, id est Fontes, memorato Iohanni absque ullo censu & inquietudine habere dimitteret. Propter quam epistolam avus noster Karolus, ut in sua auctoritate continetur, illi fieri jussit hoc. Vnde & prædictus fidelis noster nostram deprecatus est misericordiam ut nos denuo prædictam villam, quemadmodum Domnus avus noster Augustus ac serenissimus Augustus genitor noster patri suo per eorum litteras confirmaverunt, nos denuo illi cum sua integritate vel termino confirmare dignaremur. Quapropter & has litteras nostras illi fieri jussimus; per quas volumus atque firmamus ut prædictus qui moderno habet fidelis noster Teodefredus sœpedictam villam Fontes perpetuò tenere, habere, & absque ullius inquietudine possidere. Et condono tibi quid pater tuus aut Vvilimirus vunculus tuus aut homines illorum in villa Fontejoncosa habuerunt per aprisione cultum vel incultum ..... tu fecisti sive feceris cum homines tuos, absque paratas aut veredos, & habeas, necnon posteritas tua, absque censu. Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ firma valeat permanere, de anulo nostro subter eam jussimus sigillari.

Ionas Diaconus ad vicem Hludouvici recognovit & subscripsit.

Data Non. Iun. anno IIII. Indictione VII. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Actum in monasterio sancti Saturnini prope Tolosa in Dei nomine feliciter. Amen.

LXI.

Item aliud pro monasterio sanctæ Gratæ in diœcesi Vrgellensi.

An. 844. Ex archivo Ecclesiæ Vrgellensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si illius amore cujus munere ceteris mortalibus prælati sumus, petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus annuimus, & loca divino famulatui consecrata congruis munificentiæ nostræ beneficiis ad divinum cultum uberiùs exequendum opem ferimus, præmium nos à Domino remunerari fideliter credimus. Igitur notum esse volumus cunctis sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus atque futuris quia Geila venerabilis Abba ex monasterio quod dicitur sancta Grata, quod est situm super fluvium Bosegia, constructum siquidem in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, nostris obtulit obtutibus auctoritatem Domni & genitoris nostri Hludouvici serenissimi Augusti, qua continebatur qualiter prædictum monasterium, cum cellula sibi subjecta, quæ dicitur sancti Fructuosi, & villa quæ dicitur Serras, cum suo terminio, Possedonius Episcopus de heremi vastitate ad culturam frugum perduxisset. Et postmodum veniens in memorati genitoris nostri præsentiam, prædictum monasterium contulit ut sub defensione atque mundeburdo piissimi genitoris nostri consisteret, & perpetuò ibidem Domino monachi famularent, ita ut nullius ditioni subditi essent nisi solius Dei, & semper sub defensione atque immunitate Regis consisterent. Vnde & memoratus Augustus, ob deprecationem Matfridi Comitis prædictique Episcopi Possedonij, prædictum monasterium per immunitatis suæ præceptum sub sua defensione atque protectione suscepit. Quapropter suprascriptus Abba Geila nostram deprecatus est clementiam ut nos denuo prædictum monasterium, cum monachis ibidem Deo famulantibus, & cum omnibus rebus quæcunque, sicut diximus, ipsi de heremo traxerunt, sive quorumlibet religiosorum hominum Deúmque timentium hominum illuc contulerunt, ibidem justè legaliter pertinentibus, sub nostra tuitione atque defensione recipere dignaremus. Propterea has nostræ auctoritatis litteras prænominato Abbati suisque monachis ex prædicto monasterio fieri jussimus; per quas fidelibus nostris notum fieri volumus memoratum monasterium cum præfata cella & eorum omnibus appendiciis vel cunctis rebus, sicut Domni & genitoris nostri fuit, nostrum proprium esse, & sub nostra semper defensione atque tuitione consistat; ut nullus Episcopus aut Comes vel Missus discurrens ibi aliquam dominationem aut tyrannidem potestatem exerceant, nisi quemadmodum canonica auctoritas jubet, nec aliquam redibitionem aut inlicitam occasionem illis inferre præsumat. Et ideò quia præfatum monasterium, sicut sub potestate Domni & genitoris nostri consistere visum est, modò sub nostra tuitione esse dinoscitur, concedimus monachis sub sancta regula ibidem degentibus ut post præfati Abbatis successorúmque ejus discessum licentiam habeant

elegendi Abbatem; qualiter ibidem Deo militantes securiùs & quietiùs sub monastica vita degentes, pro nobis & conjuge proléque nostra Domini misericordiam adtentiùs exorare valeant. Et ut hæc auctoritas per curricula annorum inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris veriùs certiùsque credatur & meliùs conservetur, de anulo nostro subter jussimus sigillari.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Ionas Diaconus ad vicem Hludouvici recognovit & subscripsit.

Data v. Idus Iuni anno IIII. Indictione VII. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Actum in monasterio sancti Saturnini prope Tolosa in Dei nomine feliciter. Amen.

LXII.

Item aliud pro monasterio sancti Petri Bisuldunensis in diœcesi Gerundensi.

An. 844. Ex archivo monasterij Arulensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus aurem celsitudinis nostræ accommodamus, & eorum suggestiones, quas nobis pro necessitate sua insinuaverint, ad effectum perduxerimus, non solùm in hoc regiam exercemus consuetudinem, sed etiam ad æternæ retributionis mercedem nobis talia facta profutura confidimus. Idcirco noverit sagacitas seu utilitas omnium fidelium tam præsentium quàm & futurorum qualiter religiosus vir Domnulus Abba ex monasterio sancti Petri, quod ipse in pago Bisulduense super fluvium Sambuga unà per licentiam Ramponi Marchionis propriis manibus construxit, ad nostram accedens clementiam, deprecatus est nos ut prædictum locum ei concederemus, atque more regio ipsum sibique commissos supradictúmque monasterium cum cellulis ibidem aspicientibus quæ nuncupantur sic, in loco qui dicitur Ceresius Ecclesia in honore sancti Michaëlis Archangeli, novo opere constructa, & in altero loco qui dicitur Casa Mauri, Ecclesia in honore sancti Romani constructa seu & villares, Albinianum scilicet, & Buscariolas, omnibúsque rebus & hominibus eidem monasterio justè legalitérque pertinentibus, sub defensionis nostræ tuitione immunitatísque munimine recipere dignaremur. Cujus petitionibus clementer annuimus, atque eum, sicut postulavit, prædictúmque monasterium sub nostræ defensionis munimine recepimus. Quin etiam hoc * reverentiæ nostræ præceptum fieri jussimus, per quod præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones memorati monasterij, quas moderno tempore infra ditionem regni nostri justè & rationabiliter possidet, vel quæ deinceps aut per nos aut per alios quoslibet fideles ac Deum timentes in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, necnon & fidejussores tollendos, aut homines ejusdem Ecclesiæ tam ingenuos quàm & servos super terram ipsius commanentes distringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas, nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitùs exigere præsumat; sed liceat jam dicto Domnulo Abbati suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ absque alicujus impedimento aut minoratione sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere; & quicquid exinde fiscus sperare poterat, totum nos pro æterna renumeratione eidem Ecclesiæ concedimus, ut in alimonia pauperum & stipendia servorum Dei ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione supradictus Abba vel successores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint qui ipsam congregationem secundùm regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant ex se eligendi Abbatis; quatenus eos pro nobis atque stabilitate regni nostri jugiter Dei misericordiam exorare delectet. Hæc verò auctoritas ut omni tempore inviolabilis valeat permanere, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione signari jussimus.

* excellentiæ.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Deormarus Notarius ad vicem Hludovici recognovi.

Data V. Idus Mai Indictione VII. anno IIII. regnante Karolo glorioso Rege.

Actum in monasterio sancti Saturnini prope Tolosa in Dei nomine feliciter. Amen.

LXIII.

Item aliud pro monasterio Arulensi.

An. 844. Ex eodem archivo.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejúsque in eisdem locis sibi famulantes beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm futurorum solertia quia vir venerabilis Recesindus Abba monasterij sanctæ Mariæ in Arulas veniens ad nos obtulit obtutibus nostris auctoritatem Domni & genitoris nostri Ludovici Imperatoris, qua continebatur qualiter prædictum monasterium, ædificatum à Castellano condam valle quæ dicitur Asperia, sub sua immunitate atque defensione cum monachis ibidem Deo famulantibus & omnibus rebus ad se pertinentibus plenissimè suscepisset. Vnde prænominatus Abba Recesindus nostram deprecatus est clementiam ut prædictum monasterium denuo cum monachis ibi consistentibus & cum cellulis ibidem aspicientibus, id est, cum Ecclesia sancti Martini ad ipsas felonicas, in via quæ discurrit ad ipsas clusas, cum ceteris rebus ad prædictum monasterium sanctæ Mariæ pertinentibus vel aspicientibus, sub nostro reciperemus mundeburdo atque tuitione; quatinus idem monachi, cum omnibus ad eos pertinentibus, quietè atque securè viverent. Cujus precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus aurem ac-

commodare placuit, & hos noſtræ auctoritatis regales apices fieri decrevimus; per quos præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus aut quiſlibet ex judiciaria poteſtate in prædictas cellulas aut in rebus ad prædictum monaſterium legaliter aſpicientibus ingredi temerario auſu ad manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ejuſdem monaſterij diſtringendos, aut ullas redibitiones aut inlicitas occaſiones requirere aut exactare præſumat; ſed liceat prædictum Abbatem & ſucceſſores ſuos cum his rebus præſenti tempore ad præfatum monaſterium aſpicientibus, ſeu etiam à bonorum hominum largitione abhinc delatis, ſub noſtra defenſione quietè vivere ac reſidere. Et quandoquidem divina vocatione memoratus Abba de hac luce migraverit, quandiu ipſi monachi inter ſe tales invenerint qui eos ſecundùm regulam ſancti Benedicti regere valeant, licentiam habeant eligendi Abbates; quatinus ipſos monachos pro nobis, conjuge, proléque noſtra, vel pro ſtabilitate totius regni noſtri jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Ionas Diaconus ad vicem Luduovici recognovit.

Datum VII. Kal. Iuli anno IIII. Indictione VII. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege.

Actum in monaſterio ſancti Saturnini, dum obſideretur Toloſa, in Dei nomine feliciter. Amen.

LXIV.

Item aliud pro Eccleſia Gerundenſi.

An. 844. Ex archivo Epiſcopi Gerundenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Petitiones denique fidelium noſtrorum, quas bonæ voluntatis intentio noſtris auribus infert, tanto faciliùs noſtræ clementiæ ſunt jure faciendæ quanto eas noſtri intellectus judicio ac divinæ voluntatis nutu probamus minimè diſcrepare. Idcirco notum ſit univerſorum ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium atque noſtrorum tam præſentium quàm futurorum magnitudini quia vir venerabilis Gundemarus Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus adiens celſitudinis noſtræ faſtigia, obtulit præcellentiæ noſtræ quondam Domni & genitoris noſtri Lodoici piiſſimi Auguſti prædeceſſori ſuo beato viro Vvimaro factam præcepti auctoritatem, qua continebatur qualiter Domnus & genitor noſter præfatæ ſedis matrem Eccleſiam, unà cum jamdicto antiſtite & omnibus rebus ſibi pertinentibus, ſub immunitatis ſuæ tuitione defenſioniſque munimine clementer ſuſceperit, & quaſdam villas vel alias quaſcunque res à magno & orthodoxo Karolo Imperatore avo ſiquidem noſtro eidem Eccleſiæ collatas denuo corroborando ipſi ſacratiſſimo loco piiſſimè confirmaverit. Petiit namque clementiæ noſtræ manſuetudinem idem honorabilis vir Gundemarus Epiſcopus ut memoratam Domni & genitoris noſtri præceptionem renovantes, præfatam ſuæ ſedis matrem Eccleſiam cum omnibus ſibi pertinentibus rebus ſub immunitatis noſtræ tuitione, paternum morem ſequentes, recipere dignaremur, villáſque & alias poſſeſſiones quaſlibet, ſicut dictum eſt, à Karolo Cæſare Auguſto eidem Eccleſiæ delegatas denuo per ſcripſi noſtri auctoritatem integerrimè confirmare ſtuderemus, atque ut omnium controverſatium hominum inquietudines ex eiſdem rebus penitùs excluderemus, earundem rerum nomina ipſi excellentiæ noſtræ præcepto indere juberemus. Cujus inquam petitionibus clementi aure adquievimus. Quin etiam hoc reverentiæ noſtræ præceptum fieri mandavimus; per quod & eundem Epiſcopum Gondemarum cum ſuæ ſedis matre Eccleſia omnibúſque rebus ſibi aſpicientibus ſub noſtro mundiburdo conſtituimus; memoratáſque res à ſereniſſimo Auguſto avo noſtro Karolo ipſi Eccleſiæ condonatas, ſicut à Domno & genitore noſtro factum eſt, integerrimè confirmamus. Id eſt, in pago Empuritano villam quam nuncupant Olianus, & villam Cacavianum, ac villarem antiquum quem vocant Celſianum, & villam Velloſam cum ſuo caſtello & ſuo termino, necnon & villam quæ vocatur Farus, quam ſua voluntate & nulla prædictæ Eccleſiæ utilitate quondam Bernardus Comes quodammodo commutando ſeu concambiando prænominatæ matri Eccleſiæ inreverenter ſubtraxerat. Et in pago Gerundenſi medietatem villæ Mollet, ſimul etiam Caſtellum Fractum, cum villa quæ appellatur Parietes Ruffini. Et in pago Biſuldunenſi villam quæ nominatur Baſchara, cum ſuis villaribus; necnon & Archas, ſimul cum villare quem dicunt Spedulias, & aliud villare quod nominant Abdicama, pariter cum aliis diverſis villaribus quem appellant Terratellus, & Caſſamola, ac villare Adnitton; villas etiam duas, id eſt Criſpiano; & in Miliarias, villa Semala. Cunctas denique res, ſimul cum aliis quas diverſi Deum timentes homines rationabiliter ſuprà taxatæ matri Eccleſiæ contradiderunt, unà cum tertia parte paſcuarij, telonei, mercatorúmque terræ maríſque comitantium, quæ ſunt dioceſis ipſius Eccleſiæ Gerundenſis, Petralatenſis, ſive Empuritanenſis, ac Biſuldunenſis, ſicut ſcriptum eſt, eidem pleniſſimè confirmamus, atque per hanc noſtram auctoritatem ſub immunitatis noſtræ defenſione integerrimè recipimus. Interea nullius de noſtrorum ſagacitate latere nolumus quia ad admonitionem ejuſdem venerabilis Epiſcopi Gondemari, ob abſolutione peccatorum noſtrorum, complacuit clementiæ noſtræ crebrò nominatæ Gerundenſi Eccleſiæ præterea quaſdam res conferre ſeu legaliter delegare, id eſt, cellulam ſancti Clementis, unà cum curtili in quo monachi ibidem Deo famulantes labores manuum exercere videntur, vel in quo res illorum conſiſtunt, necnon & villam quarum alteram nominant Fonsedictus, alteram verò Apiliares, ſive Apiolas, cum propriis videlicet finibus vel adjacentiis, cultis & incultis, quas etiam res, ſicut & ſuprà nominatas, æqua conditione ſub defenſionis noſtræ munimine pariter recipimus, præcipientes atque jubentes ut nullus judex publicus vel quilibet ex

judiciaria poteſtate in Eccleſias vel loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memoratæ ſedis, quas moderno tempore infra ditionem regni noſtri legaliter poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci divina pietas augere volverit, ad cauſas judiciario modo audiendas, aut freda exigenda, vel manſiones aut paratas faciendas, vel fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ contra rationis ordinem diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat; ſed liceat memorato Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus res ſupradictæ Eccleſiæ, & à nobis ei collatas ſeu condonatas, & alias quaſcunque ſibi pertinentes quieto ordine poſſidere, & noſtro imperio fideliter parere, & pro nobis, conjuge, proléque, ac totius populi Chriſtiani ſalute Domini miſericordiam jugiter exorare. Et ut hæc auctoritas donationis atque confirmationis noſtræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Data III. Idus Iunij Indictione VII. anno quarto regnante Karolo glorioſiſſimo Rege.

Actum in monaſterio ſancti Saturnini, dum obſideretur Toloſa, in Dei nomine feliciter. Amen.

LXV.

Præceptum Karoli Calvi pro monaſterio Craſſenſi in diœceſi Carcaſſonenſi.

An. 844. Ex archivo monaſterij Craſſenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si ea quæ edictis imperialibus Domni & genitoris noſtri Ludovici piiſſimi Auguſti largita vel roborata ſunt atque decreta noſtræ manſuetudinis præcepto firmamus, regiam conſuetudinem exercemus. Idcirco notum fieri volumus omnium & fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum ſollertiæ quia, ſicut in præcepto jam dicti Domni ac genitoris noſtri continetur, immunitatis defenſionem atque tuitionem monaſterio ſancti Laurentij, quod ſitum eſt in pago Narbonenſe ſuper fluvium Rigella, David Abbati ſuiſque ſucceſſoribus necnon & monachis in eodem monaſterio conſiſtentibus, cum cella quæ dicitur Caucana, quæ eſt ſuper littus maris, necnon cum rebus quas idem David ſuper Trasdarium & Theoderedum coram Miſſis ſæpedicti Domni ac genitoris noſtri conquiſierat, id eſt, Eccleſiam ſancti Marcelli & ſanctæ Mariæ & ſancti Felicis & omnibus quæ in judicio exinde evindicato & præcepto ex eadem re firmato continentur, ſeu etiam cum cella nova ſub honore ſanctæ Mariæ conſtructa in pago Carcaſſenſe cum omnibus ad ſe pertinentibus, ſicut in præcepto ſtatris noſtri Pippini exinde continetur, necnon & cum portu ſecus monaſterium in maris littore ſito per hoc clementiæ noſtræ firmamus edictum; per quod conſtituimus atque decernimus ut ſæpe fatum monaſterium & in eo regulari ac monaſtico ordine viventes ..... cum omnibus ad ſe pertinentibus ..... poſſidere videntur, vel quæ de cetero à Deum timentibus hominibus ad idem collatum fuerit monaſterium, ſub noſtra ſucceſſorúmque noſtrorum tuitione in perpetuum maneat, quatenus nullus judex publicus neque quiſlibet ex judiciaria poteſtate aut ullus fidelium noſtrorum tam præſentium quàm futurorum cellas aut Eccleſias vel loca ſive agros vel reliquas poſſeſſiones quas nunc vel inpoſtmodum in quibuſlibet pagis & territoriis poſſident vel poſſeſſuri ſunt, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſionaticos vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, hominéſque diſtringendos, vel quaſcunque redibitiones aut inquietudines agendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat; ſed liceat memorato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus res ejuſdem monaſterij cum omnibus ad ſe pertinentibus ſub tuitionis atque immunitatis noſtræ defenſione, remota totius judiciariæ poteſtatis inquietudine, quieto ordide poſſidere. Concedimus etiam ut homines liberi commanentes infra terminos & ſuper terram ejuſdem monaſterij terras quas per licentiam Abbatis & monachorum ex heremo traxerunt & incoluerunt, quiete poſſideant; ita tamen ut congruum obſequium, ſicut homines ingenui, exinde eidem monaſterio exhibeant. Hi verò liberi homines qui in congruentia ſæpe fati monaſterij de ſua proprietate terras & vineas aut molendina habent, concedimus ut ad idem monaſterium ea vendant vel commutent, & ipſa emptio vel commutatio pleniſſimam præſenti noſtræ auctoritatis edicto in omnibus firmitatem habeat. Quandoquidem autem Abbas ipſius monaſterij ab hac luce migraverit, quandiu ipſi inter ſe tales invenire potuerint qui ipſam congregationem ſecundùm regulam ſancti Benedicti regere & gubernare valeant, per hanc noſtram auctoritatem licentiam habeant ex ſemetipſis Abbatem eligere; quatenus ipſi ſervi Dei, qui ibidem Domino famulantur, pro nobis & ſtabilitate regni noſtri Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris ſucceſſorúmque noſtrorum temporibus inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria eam ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignare decrevimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Ionas Diaconus ad vicem Hludovici recognovit.

Data XIII. Kalendas Iunij Indictione VII. Anno quarto regnante Karolo glorioſiſſimo Rege.

Actum in monaſterio ſancti Saturnini prope Toloſam in Dei nomine feliciter. Amen.

LXVI.

Præceptum Karoli Calvi Regis pro monaſterio Caunenſi in diœceſi Narbonenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia Rex omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Co- Ex archivo monaſterij Caunenſis.

nitibus, Vicariis, Actionariis, Centenariis, vel cunctis fidelibus noſtris & ſanctæ Eccleſiæ præſentibus ſcilicet & futuris. Notum ſit quia ſi ſacerdotum ac ſervorum Dei petitiones, quas nobis pro ſuis neceſſitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non ſolùm regalem conſuetudinem exercemus, verùm etiam æternæ remunerationis præmium apud Dominum rependi non dubitamus. Quocirca noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorúmque tam præſentium quàm & futurorum ſollertia quia vir venerabilis Abbas Hildericus ex monaſterio quod dicitur Caunas, quod eſt ſitum in pago Narbonenſi, conſtructum in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſuper fluvium Argenti duplicis, detulit nobis præceptum avi noſtri Karoli Auguſti Imperatoris, in quo continebatur qualiter idem monaſterium, cui bonæ memoriæ venerabilis Abbas Daniel præerat, Aniano Abbati in ſua eleemoſyna conceſſerat uti per ejus defenſionem atque immunitatem & tuitionem quietè ſecundùm regulam ſancti Benedicti viverent, & denuo avus noſter per ſuam auctoritatem, paternum ſequens morem, ſuprafcriptum monaſterium cum ſuis omnibus appendiciis vel terminis, ſicut in illorum inſtrumentis reſonat, recepiſſet immunitatémque benignè contuliſſet, aliud nobis ſimili tenore noſtræ auctoritatis præceptum ipſius ſcilicet venerabili quodam Abbati nomine Daniel factum, qualiter ipſum monaſterium ſub noſtræ immunitatis tuitione jure perpetuo manendum inſtituimus. Sed pro firmitatis munimine deprecatus eſt nos prædictus Abbas Hildericus ut circa ipſum ſanctum locum denuo ei pro mercedis noſtræ æternæ ac régni noſtri augmento eadem concedere dignaremur noſtræ autoritatis præcepto. Cujus petitionem denegare nolumus, ſed ita in omnibus & præſentes & futuri ſanctæ Dei Eccleſiæ fideles & noſtri conceſſum ac perpetuò confirmatum eſſe cognoſcant à nobis. Petiit etiam ut illas cellulas quas in pago Carcaſſenſe, in loco Lautano & ſancti Fructuoſi, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, & cum omni ſuprapoſito illorum, & in Narbonenſi in loco ſancti Pauli, & ſalinas quas obtinent in ſtagno juxta Narbonam in loco qui dicitur Achadalard, in Minerbenſe Eccleſiam beatæ Mariæ cujus vocabulum eſt Libris, cum omnibus appendiciis & pertinentiis ſuis, villam Baiano cum finibus ac tetminiis illius ad domum ſanctorum Petri & Pauli perpetuò & in æternum pertineant. *Cetera deſunt.*

LXVII.

Præceptum Karoli Regis de libero tranſitu per omnes fines regni negotiandi cauſa ſine ſolutione cujuſquam telonei.

An. 844. Ex chartulario monaſterij Foſſatenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Telonariis, Actionariis, vel omnibus rempublicam adminiſtrantibus, ſeu cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris tam præſentibus quàm futuris. Notum eſſe volumus quia vir venerabilis Engilbertus monaſterij Foſſatis Abbas noſtræ oſtendit celſitudini præceptum bonæ memoriæ Domni & genitoris noſtri Hludovici Imperatoris, in quo continebatur qualiter ad petitionem Bigonis quondam illuſtri Comitis ipſum monaſterium, quod eſt conſtructum in honorem ſanctæ & intemeratæ ſempérque virginis Mariæ necnon & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſuper fluvium Maternam, ſub ſuo mundeburde atque defenſione cum omnibus rebus & homibus eidem monaſterio ſubjectis ſuſcepiſſet, ex ſua fratrúmque ſibi commiſſorum parte humili ſupplicatione deprecans ut in noſtram ac genitoris noſtri eleemoſynam ipſum monaſterium ſub noſtra tuitione & defenſione ſimili modo reciperemus, & idem præceptum noſtro nomine renovare & confirmare juberemus: in quo etiam illud ſimiliter, ſicut & in prædicto præcepto inſertum fuit, inſerere petierunt, ut quandoquidem monachis in eodem monaſterio degentibus Miſſos ſuos in aliquam partem regni noſtri negotiandi gratia dirigere cum carris videlicet & ſagmis ſeu navigio vel cum quolibet negotio, licentiam habeant pergendi ubi voluerint abſque alicujus infeſtatione vel contrarietate. Quorum petitionibus propter Dei amorem & piæ recordationis genitoris noſtri ac noſtram eleemoſynam libenter annuere & has auctoritatis noſtræ litterulas conſcribere & roborare decrevimus; per quas cunctis fidelibus noſtris præſentibus & futuris jubemus ut ubi Miſſi prædicti Abbatis aut ſucceſſorum ejus infra ditionem regni noſtri negotiandi cauſa directi fuerint, nemo teloneum neque quod vulgò dicitur ripaticum, neque rotaticum, aut pontaticum, vel portaticum, aut tranaticum, atque ciſpitaticum, necnon & ſalutaticum, aut ullum cenſum, vel ullum occurſum, aut ullam redhibitionem ab ipſis accipere aut exactare præſumat; ſed liceat tam eos quàm homines vel omnia illorum cum pace diſcurrere & negotia ſua libenter peragere; & ad quaſcunque civitates aùt portus vel loca acceſſum habuerint, nullam inquietudinem aut detentionem aut contrarietatem ab aliquo fidelium noſtrorum patiantur; ſed ubicunque directi fuerint, ſive navigio aut terreno, ſecuri & quieti, cum omnibus quæ deferunt, per præſentem auctoritatem noſtram ire & redire valeant. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris diligentiùs conſervetur, manu propria noſtra ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Meginarius Notarius ad vicem Hludovici recognovi.

Data v. Idus Decembris anno Chriſto propitio V. regnante Karolo Rege, Indictione VII.

Actum in monaſterio ſancti Dionyſij in Dei nomine feliciter. Amen.



LXVIII.

Præceptum Karoli Regis, quo villam vocatam ad illum brogilum confert & donat monaſterio Foſſatenſi.

An. 845. Ex chartulario monaſterij Foſſatenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Cùm locis divino cultui mancipatis ob divinæ ſervitutis amorem opem congruam ferimus, & regium morem decenter implemus, & id nobis profuturum ad æternæ remunerationis præmia capeſſenda veraciter credimus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus atque futuris quia venerabilis vir Ingelbertus monaſterij Foſſati Abba ad noſtram accedens ſublimitatem, ad memoriam celſitudinis noſtræ reduxit qualiter Domnus & genitor noſter piæ recordationis Auguſtus Hludovicus quandam villam quæ vocatur ad illum brogilum ad admonitionem ſeu deprecationem Aldrici Cenomanenſis Epiſcopi matri Eccleſiæ ejuſdem civitatis in honore glorioſorum martyrum Chriſti dicatæ Gervaſij & Protaſij imperiali auctoritate reddiderit ſeu reſtituerit, ea videlicet ratione ut ab amorem Dei & ejuſdem genitoris noſtri animæ remedium regularis normæ inibi conſtitueret habitationes & monachici ordinis aggregaret habitatores; ac proinde per licentiam ejuſdem Domni Imperatoris idem Aldricus Epiſcopus præfatum reverendum Abbatem Ingilbertum precatus eſt ut ſibi commodaret monachos qui ſecundùm patris Benedicti inſtitutionem docerent hujus ſeculi periculum evadere ipſius doci monachos. Sed quia variis mundi emergentibus calamitatibus rara voluntas raráque devotio genitoris noſtri de præmiſſo loco non plenarium obtinuit effectum, placuit clementiæ noſtræ eandem villam à poteſtate ſanctorum præſcriptorum martyrum commutare ſeu concambiare, ſuprataxatóque Foſſato monaſterio regaliter conferre ſeu delegare, ſcilicet ut prænominati Abbatis prænominatique monaſterij religioſorum virorum ſtudio plenarium effectum prænotata piiſſimi genitoris noſtri obtineat devotio. Quocirca hanc præcellentiæ noſtræ regalem præceptionem fieri juſſimus, per quam cum ſuis appendiciis memoratam villam quæ dicitur ad illum brogilum plerunque dicto monaſterio Foſſato in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſanctique Petri Apoſtolorum principis ſtructo pleniter conferimus & regaliter firmamus; ſcilicet ut ſicut ſuprà ſignificavimus, proſit ad ſalutem animæ genitoris noſtri, monachorum ibi fiat congregatio, regulariſque ſervetur perennibus temporibus religio, nihílque ab eadem villa, quam deinceps volumus vocari monaſterium fiſci dominici, aut in qualibet alia parte requiratur aut exigatur; ſed quicquid exinde * fieri poteſt in honeſtatibus ejus loci ſeu Foſſati monaſterij, cui eumdem locum conjungimus, proficiat in augmentum, cum ſtipendiis monachorum eorúndem locorum proſit in adjutorium, & animæ memorati Domni genitoris noſtri Auguſti Hludovici præſtet remedium. Vnde etiam obſecramus omnes quoſcunque poſt nos in regni hujus gubernatione divina pietas ſubrogaverit ut ita hanc piæ devotionis noſtram imprævaricabilem ſervent auctoritatem veluti ſua pia jura ab ipſis ſtatuta poſt ſe obſervari voluerint. Quam denique ſerenitatis noſtræ auctoritatem, ut pleniorem ſemper in Dei nomine obtineat firmitatem, more regio manu propria ſubter firmavimus & de anulo noſtro ſigillari juſſimus.

* ſi ſcus ſperare poteſt,

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Æneas Notarius ad vicem Hludovici recognovit.

Data v i. Idus Octobris Indictione v i i i. in anno v i. regni Karoli glorioſiſſimi Regis.

Actum in villa Rauſiaco in Dei nomine feliciter. Amen.

LXIX.

Donum monaſterio ſancti Mauri ſuper Ligerim factum ab Anouvarecho Britone anno DCCCXLVII. cujus mentionem facit Odo in libro de miraculis ſancti Mauri cap. 8.

Ex veteri codice bibliothecæ regiæ.

QVicunque fidelium de propriis facultatibus Eccleſiam Dei locupletat uſibúſque ſervorum Dei donat, ab eodem largiſſimo retributore præmia recipiet æterna. Idcirco ego in Dei nomine Anouvarech Brictannia provintia ortus, quæ mihi à Deo revelata ſunt pandere volo fidelibus. Nocte quadam, dum lectulo quieſcerem, mihi præceptum eſt per viſionem ut ad monaſterium ſancti Mauri pergerem, quod ſitum eſt in pago Andegavenſe ſuper fluvium Ligerem. Quo in loco dum veniſſem, & pro peccatis meis preces funderem, fratréſque veſpertinam ſinaxim celebrarent, per feneſtram vidi ab auſtrali parte altaris angelum ingredi. Hunc ſequebatur vir venerabilis præferens habitum Diaconi, qui unà cum angelo ante altare ſtetit; converténſque ſe ad chorum, expanſis brachiis iterum ſe convertebat ad angelum, quaſi offerret munera orationum. Angelus autem ab eo ſuſcipiebat, & Deo præſentabat. Fmita verò oratione à ſacerdote, angelus viſus eſt per feneſtram orientalem exire. Diaconus verò ad me venit, & hæc verba dixit: Sæpe huc venio, & quod vidiſti facio. Ego verò confidens per merita ſancti Mauri peccatorum veniam conſequi, trado ad eundem locum in quo hoc vidi, hoc eſt, ad Glandifolium, partem meæ hereditatis quam habeo in Brictannia, hoc eſt, terram quæ dicitur Anaſt, cum Eccleſia ſancti Petri nomine fundata, & capellas eidem Eccleſiæ ſubjectas, excepta Eccleſia quæ eſt ſita in villa quæ dicitur Mirhenella ſacrata in honore ſancti Martini. In hac hereditate quam dono Deo & ſancto Mauro Comes neque Vicecomes nec ulla ſecularis perſona aliquam conſuetudinem accipit, ſed nec Epiſcopus in Eccleſiam præter ſynodalem paratam, hoc eſt, duos ſolidos. Donum autem hujus rei eſt hæc bibliotheca veteris ac novi teſtamenti. Hoc autem donum mei ſupradicti alodi Anaſt ſi quis ſancto Mauro quocunque modo abſtulerit, pertuo anathemate damnatus pereat in æternum. Amen. Actum monaſterio

nasterio Glandifolio anno dominicæ incarnationis octingentesimo quadragesimo septimo, regni autem Regis Karoli anno octavo* decimo, gubernante præfatum monasterium Gauzberto sub dominatione Ingelberti venerandi Abbatis cœnobij Fossatensis.

* Hæc vox superflua est.

LXX.

Cartæ Karoli Regis qua confirmat permutationes factas inter Episcopum Parisiensem Herkenradum & Abbatem Fossatensem Eginhardum de silva Vilcena pro Abbate Fossatensi ad silvam in loco qui Buxiacus appellatur pro Episcopo Parisiensi.

An. 847. Ex chartulario monasterij Fossatensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si enim ea quæ fideles regni nostri pro eorum opportunitatibus inter se commutaverint, nostris confirmamus edictis, regiam exercemus consuetudinem, & hoc inposterum modum jure firmissimo mansurum volumus. Itaque notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus scilicet atque futuris quia venerabiles viri Herchenradus Parisiensis Episcopus & Eginardus Fossatensis monasterij Abbas ad nostram accedentes præsentiam innotuerunt qualiter inter se pro ambarum partium opportunitate quasdam res commutassent vel concambiassent. Dedit igitur præfatus Herchenradus Episcopus ex rebus Ecclesiæ sibi commissæ, de villaque vocatur Fontanedus, ad partem Eginardi Abbatis & Ecclesiæ suæ perpetualiter ad habendum, unà cum consensu Canonicorum suorum, concidem quæ vocatur Vilcenna, habentem in gyro perticas quingentas XXXVII. E contrà dedit Eginardus Abbas unà cum consensu monachorum suorum ad partem Ecclesiæ Parisiensis & Erchenradi Episcopi silvam in loco qui dicitur Buxidus habentem in gyro perticas quingentas XXXVII. Quarum rerum circumjacentiæ & laterationes in commutationes quas exinde inter se æquo tenore conscripserunt & legaliter firmaverunt, pleniter confirmantur. Quas denique nobis ostendentes, petierunt humiliter ut eas per præceptum nostrum confirmare dignaremur. Quorum deprecationibus libenter assensum præbentes, hoc scriptum celsitudinis nostræ fieri præcipimus, per quod præcipimus atque firmamus ut quicquid pars justè vel rationabiliter alteri contulit parti, sicut in memoratis commutationibus continetur, jure firmissimo teneat atque possideat. Et ut hæc nostræ roborationis auctoritas firmam & inconvulsam semper in Dei nomine obtineat soliditatem, anuli nostri impressione subter eam jussimus insigniri.

Gislebertus Notarius ad vicem Hludovici recognovit.

Data VI. Nonas Madij anno VIII. regni Karoli gloriosissimi Regis, Indictione X.

Actum in Compendio regio palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXI.

Præceptum Lotharij Imperatoris quo confirmat commutationem factam inter Agilmarum Viennensem Archiepiscopum & Rostanium.

An. 848. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si* cum ea quæ fideles imperij nostri pro eorum opportunitatibus inter se commutaverint nostris confirmamus edictis, imperialem exercemus consuetudinem, & hoc inposterum modum jure firmissimo mansurum esse volumus. Igitur comperiat omnium sanctæ Dei Ecclesiæ ac nostrorum præsentium scilicet & futurorum industria quia Agilmarus venerabilis Archiepiscopus ad nostram accedens majestatem retulit quòd cum Rostanio quondam pro utriusque partis utilitate ex eorum rebus propriis fecisset commutationem. Dedit igitur jamdictus Agilmarus præfato Rostanio ad proprium in pago Viennensi quicquid in valle Venusca habuit, & in regno Aquitanico villas quæ Canalilias, Portiolis, Flaviacus, & Puxerolas nominantur. Et è contrà in compensatione harum rerum dedit præfatus Rostanius ex rebus propriis jamdicto Agilmaro ad proprium in pago Lugdunensi sub integritate villam quæ Calmis & Curgnus nominantur. Vnde & duas conventiones æqualem habentes tenorem inter se sollemni jure corroborari decreverunt, quas nostris detulit obtutibus, omnimodis exposcens eas nostro sanciri munimine. Cujus petitionibus adimplere statuentes, hos nostræ excellentiæ decrevimus fieri apices; per quos præcipimus ut quicquid pars alteræ contulit parti, deinceps per hanc nostram auctoritatem jure firmissimo teneat atque possideat, vel quicquid exinde facere decreverit liberam in omnibus habeat potestatem. Petiit etiam idem Agilmarus ut per nostræ auctoritatis conscriptionem ei sanciremus res quas in pago eodem in villa Pavasianis ab Vgone & uxore ejus Ingelsuindim per delegationis cartulam adquisivit. Nos verò ejus petitionem rationabilem esse censentes, memoratas res à jamdictis viris perenniter illi contraditas, prout plenius in eorum corroboratione continetur, illi per hoc nostrum præceptum sancimus modisque omnibus confirmamus, quatinus omnium postpositam iniquam machinationem eas retineat, & quicquid exinde facere decrevit liberam in omnibus habeat potestatem. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas firmior habeatur & diligentiùs conservetur, de anulo nostro subter eam jussimus sigillare.

* enim.

Signum Hlotharij serenissimi Augusti.

Danihel Notarius ad vicem Hilduini recognovit.

Data III. Idus Novembris anno Christo propitio imperij Domni Hlotharij pij Imperatoris in Francia IX. & in Italia XXIX. Indictione XI.

Actum Theodonis villa palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXII.

Præceptum Karoli Calvi quo confirmat donationes factas Canonicis Eccleſiæ Pariſienſis.

An. 850. Ex parvo chartulario Eccleſiæ Pariſienſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si ſacerdotum ac ſervorum Dei petitiones, quas pro utilitatibus & neceſſitatibus ſuis ſuorúmque ſucceſſorum nobis innotuerint, ad effectum perducimus, non ſolùm regiam exercemus ſollicitudinem, verùm etiam ad beatitudinem æternæ retributionis talia facta nobis profutura confidimus. Idcirco notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus ac noſtris præſentibus ſcilicet & futuris quia vir venerabilis Erchenradus Pariſiacenſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtræ innotuit ſerenitati quòd pro Dei omnipotentis amore & futuro ejuſdem congregationis cavendo periculo, ne aliqua ſucceſſorum ſuorum negligentia aut parcitate ordo in ea futuris temporibus perturbaret canonicus, quaſdam villas anteceſſor ſuus Ynchadus ejuſdem ſedis quondam Epiſcopus fratribus per privilegium Epiſcoporum manibus roboratum ſpecialiter futuris temporibus neceſſitatibus Canonicorum ibidem Deo famulantium deſerviendas conſtituiſſet ac deputaſſet, unde debita ſtipendia habere debeant; quatinus nulla occaſione, nec rei publicæ ſervitio, quiſquam ex ſucceſſoribus impedimentum in futuro inferre potuiſſet pro quo à via rectitudinis & obſervatione canonica eos obviare neceſſe foret; ſed deputatis ſibi rebus contenti, abſque neceſſitate & inopia canonicum ordinem tenere & ſine prævaricatione, quantum humana ſinit fragilitas, obſervare quiviſſent, ex ſemetipſis ſemper per commuem aſſenſum eligentes Præpoſitos & Decanos, qui & eaſdem villas prævideant, & debita ſtipendia fratribus miniſtrent. Ob firmitatem tamen rei petiit memoratus Erchanradus Epiſcopus ut pro divino intuitu & futuro ipſius congregationis cavendo periculo ſuper eandem conſtitutionem auctoritatis noſtræ præceptum fieri juberemus, per quod inantea ſtabilis & inviolata permaneret. Nos verò petitioni illius, quia neceſſaria & rationabilis erat, aurem accommodantes, velut poſtulaverat fieri adjudicavimus. Quapropter ſtatuimus atque jubemus & noſtra præceptione confirmamus eis villas quas dudum per privilegium habere noſcuntur ad eorum neceſſitates procurandas, & metu futurorum uſuum propellendo, videlicet Vndreſiacum cum omni integritate & ſuis appendiciis, Hileriacum cum omni integritate omnibúſque ad ſe pertinentibus, Aureliacum, Civiliacum, Caſtanedum, Balneolum, Steovillam, & Layacum, cum omni integritate & Eccleſiis & univerſis quæ pertinent ad eas, & quicquid inde homines per beneficium aut precarias tenent & illic pertinere videtur, ut poſt eorum deceſſum ad uſus fratrum revertantur. Inſuper & fundos quos fidelium liberalitas ſtipendiis eorundem fratrum delegavit, videlicet duas partes de villa quæ vocatur Sulciacus, & res in Larziaco & in Lotueo villa, quas ipſi modò habere noſcuntur, ſed & medietatem decimæ ac nonæ quæ de rebus ipſius Eccleſiæ ab iis qui eis utuntur exigi ſolent. Has ergo villas cum omnibus appendiciis & redditibus ſuis, ut diximus, ad omnes ejuſdem congregationis neceſſitates & ſuſtentacula mortalis vitæ miniſtranda regali auctoritate & indulgentia per hoc præceptum confirmationis noſtræ ſtabili jure eis concedimus ac confirmamus, præcipientes ut nullus Epiſcoporum per ſucceſſiones ſubtrahere aut minuere aut ad uſus ſuos retorqueat, aut alicui in beneficio tribuat, aut ullum impedimentum ex prædictis villis eis inferat, ſed neque ſervitia ex eiſdem villis exactet, neque ullas in aliqua re exactiones inde exigat. Si augere eis aliquid placuerit, licentiam habeant. Diſtrahendi autem aut minuendi ea quæ pro Dei ſtatuta ſunt amore, nequaquam præſumant. Petimus etiam ſucceſſores noſtros ut hanc noſtram liberaliſſimam conceſſionem ita conſervent ſicut ea quæ ob amorem Dei æternámque mercedem ſtatuerint, à ſuis voluerint ſucceſſoribus eſſe ſervanda. Et ut hæc auctoritas, quam ob amorem Dei & animæ noſtræ remedium ſtatuimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconcuſſa valeat perdurare, manu propria ſubter eam firmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Æneas Notarius ad vicem Ludovici recognovit.

Datum XIII. Kal. Maij Indictione XIII. in anno XI. regni Karoli glorioſiſſimi Regis.

Actum in Silvaico palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXIII.

Præceptum Karoli Calvi quo confirmat donationes factas Canonicis Eccleſiæ Aurelianenſis.

An. 851. Ex chartulario Eccleſiæ Aurelianenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus miſericordia Dei Rex. Si ſacerdotum Chriſti ammonitionibus ſive petitionibus benignum aſſenſum præbemus, regiæ celſitudinis opera frequentamus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus atque futuris quia venerabilis vir Agius Aurelianenſis Eccleſiæ Epiſcopus ad noſtram ſublimitatem accedens, reverenter innotuit à prædeceſſoribus ſuis atque ex eorum imitatione à ſe quoque quaſdam villas Eccleſiæ ſuæ in honore ſanctæ & vivificæ crucis fundatæ uſibus & ſtipendiis Canonicorum inibi Deo ſervientium deputatas fore. Petiítque ſuppliciter manſuetudinem noſtram ut noſtræ auctoritatis ſcriptum fieri juberemus, per quod earundem villarum ab anteceſſoribus ſuis, ut dictum eſt, & ab eo rationabiliter facta deputatio noſtris & futuris temporibus ſine ſuorum ſucceſſorum aut alterius perſonæ immutatione maneret immobilis & intacta. Sunt autem earundem villarum vocabula hæc. Maſiacus cum villis & appendiciis ſuis, cella ſancti Martini, & Silgiacus cum villis & adjacentiis ſuis, Termenæus etiam cum appendiciis ſuis, Briſſiacus cum integritate ſua. Nos inquam admonitionem ſive peti-

tionem ejus clementer excipientes, hoc altitudinis noſtræ præceptum fieri juſſimus ; per quod præcipimus atque firmamus ut præſcriptæ villæ, cum omnibus omnium rerum adtinentiis & appendiciis, abſque cujuſlibet immutatione aut ſubſtractione, præſcriptæ ſanctæ crucis Eccleſiæ Canonicorum uſibus & ſtipendiis noſtris & futuris temporibus perpetua lege habeantur & teneantur ; videlicet ut quicquid ex eis juſtè & rationabiliter fieri poteſt, utilitatibus & neceſſitatibus memoratorum Clericorum ſecundùm adminiſtrationem proprij Pontificis ſemper præbeat augmentum & ſupplementum. Vt autem hæc magnitudinis noſtræ confirmatio pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, de anulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari. Data III. Idus Februarij Indictione XIV. in anno XII. regni Karoli glorioſiſſimi Regis. Actum in villa Briona in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXIV.

Præceptum Karoli Calvi pro monaſterio Montiſolivi in diœceſi Carcaſſonenſi.

An. 854. Ex archivo monaſterij Montiſolivi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Dei gratia Rex. Cùm petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperna nos gratia pro his muniri non dubitamus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium futurorúmque ſagacitas quia vir venerabilis Richomirus Abbas ex monaſterio quod nuncupatur Mallaſti, ſitum in territorio Carcaſſenſi ſuper fluvium Duranum, conſtructum in honore ſancti Iohannis Baptiſtæ, cum terminis & adjacentiis ſuis, obtulit obtutibus noſtris quandam auctoritatem Domni ac genitoris noſtri Hludovici piæ recordationis ſereniſſimi Auguſti ; in qua erat inſertum qualiter anteceſſoris ſui anteceſſor ipſum monaſterium novo conſtruxiſſet opere, & propter ejus defenſionem vel propter pravorum hominum inlicitas infeſtationes in manu ejuſdem Domni Imperatoris unà cum monachis ibi degentibus ſe commendavit, ut ſub ejus tuitione licuiſſet eis cum rebus hominibúſque eorum quietè vivere ac reſidere; & deprecatus eſt clementiam regni noſtri ut præfatum monaſterium unà cum villulis quarum nomina ſunt villa Secarij, ſeu villa Alderij, necnon villa Iunionis ſuper idem fluvium præfatum Duranum, villam Magnianacum in pago Toloſano ſuper fluvium Fiſcavum, necnon & cellulas quæ nuncupantur ſancti Martini prædicto monaſterio ſubjectas, quæ ſunt ſitæ in eodem pago ſuper fluvium Lampium, ſive ſanctæ Cæciliæ & ſancti Petri, quæ ſunt ſuper fluvium jamdictum Duranum, locúmque qui dicitur Oratorium cum omnibus rebus & adjacentiis ſive terminis ſuis, ſub noſtra ſuſciperemus defenſione & immunitatis tuitione. Cujus precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter aurem accommodare placuit, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum immunitatis tuitioníſque gratia fieri decrevimus; per quod præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias, loca, vel agros, ſeu reliquas omnes poſſeſſiones prædicti monaſterij, quas moderno tempore poſſidet, vel quæ etiam deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augere, ad cauſas audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollennos, aut homines ipſius monaſterij tam ingenuos quàm & ſervos ſuper terram ipſius commanentes injuſtè diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut inlicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat. Et quicquid de rebus præfati monaſterij fiſcus ſperare poteſt, totum nos pro æterna remuneratione præfato monaſterio concedimus, ut in alimonia pauperum ſtipendiáque monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus Abbas vel ſucceſſores ejus ab hac luce migraverint, quandiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint qui ipſam congregationem ſecundùm regulam ſancti Benedicti regere valeant, ſcilicet qui præeſſe pariter & prodeſſe queant, per hanc noſtram auctoritatem licentiam habeant eligendi Abbates; quatinus pro nobis & totius regni noſtri à Deo nobis conceſſi ſtabilitate jugiter Domini miſericordiam exorare delecter. Et ut hæc auctoritas à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris veriùs credatur diligentiúſque conſervetur, manu propria ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Datum III. Kal. Auguſti anno XV. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege, Indictione ſecunda. Actum Germiniaco palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXV.

Præceptum Karoli Calvi pro monaſterio ſancti Hilarij in diœceſi Carcaſſonenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Dei gratia Francorum Rex. Quicquid enim ob amorem divinæ reverentiæ operibus juſtis implere ſatagimus, ad æternæ beatitudinis gloriam capeſſendam profuturum nobis omnino non dubitamus, quin etiam ad regni noſtri diurnum felicémque ſtatum pertinere proculdubio credimus. Idcirco cognoſcat ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum qualiter religioſus Ana Abba ex monaſterio ſancti Hilarij, quod eſt ſitum in pago Carcaſſonenſe ſuper rivum Leuco, conſtructum ſcilicet in honore ſancti Saturnini martyris, ubi etiam prædictus ſanctus Hilarius confeſſor corpore requieſcit, ad noſtram accedens clementiam obtulit manſuetudini noſtræ quandam auctoritatem ſanctæ memoriæ Domni & genitoris noſtri Auguſti Ludovici, in qua continetur qualiter idem Domnus & genitor noſter prædeceſſores ſuos prædictúmque monaſterium cum omnibus rebus ſibi juſtè legalitérque pertinentibus ſub defenſionis ſuæ tuitione immunitatiſque munimine receperit. Petiit etiam idem venerabilis Ana Abba magnitudinem noſtram ut eandem auctorita-

Ex archivo S. Hilarij.

tem genitoris noſtri renovare & ipſum memoratúmque monaſterium ſibi commiſſum cum cellulis ſibi ſubjectis, quæ nuncupantur Garelianus, & alia quæ nuncupatur ſancti Martini, cum villare infra ipſos terminos qui vocatur Buxolus, & molendinos duos qui ſiti eſſe noſcuntur in pago Redenſe in villa quæ dicitur Limoſus, & alios duos molendinos in villa quæ dicitur Reſcemiri ſuper fluvium Atacis, quam propriis manibus memoratus Abba & monachi ſibi commiſſi conſtruxerunt, ſeu & villam juxta ipſum monaſterium quæ vocatur Salas, ubi eſt Eccleſia conſtructa in honore ſanctæ Mariæ ſemper virginis, & alios duos villares qui vocantur Illart & Irulia, qui ſunt in fines de ipſo memorato monaſterio, cum terminis & appendiciis ſuis, quam hactenus ſupradictus Domnus & genitor noſter Auguſtus Ludovicus prædicto monaſterio per auctoritatem ſuam præfinivit, conceſſit, atque delegavit, vel etiam omnibus rebus & omnibus eidem loco appendentibus, ſub noſtra ſimiliter defenſione ac immunitatis tuitione recipere dignaremur, & in pago Ruſſilionenſe cellas tres, una quæ vocatur Nicolarias ſuper flumen quæ dicitur Tethus, ubi eſt Eccleſia conſtructa in honore ſancti Stephani, & alia eſt in monte furcato, ubi eſt Eccleſia conſtructa in honore ſancti Martini, & tertia eſt in monte Albaria in loco qui vocatur Valle Vitraria, ubi eſt Eccleſia conſtructa in honore ſancti Martini, cum ipſo villare qui dicitur ad Caſa Sationi, cum terminis vel adjacentiis illorum. Cujus petitionibus clementer annuimus. Cui etiam hoc excellentiæ noſtræ præceptum fieri juſſimus, per quod præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterij quas moderno tempore juſtè & rationabiliter poſſidet, vel quæ etiam deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterij tam ingenuos quàm & ſervos ſuper terram ipſius commanentes injuſtè diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat; & quicquid de rebus præfati monaſterij fiſcus ſperare poterat, totum nos pro æterna remuneratione præfato monaſterio concedimus ut in alimonia pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perpetuò proficiat in augmentum, vel ipſos molendinos duos qui ſunt in fluvio Atace in terminio de villa Cerintiano. Præterea neminem Dei noſtrorúmque fidelium induſtriam latere volumus quia ſæpedictus Abba noſtræ ſuggeſſit præcellentiæ qualiter quidam ſacerdos, cui nomen Autarius, baſilicam in pago Carcaſſonenſe ſitam ſub honore ſcilicet ſancti Adriani cum omnibus illi pertinentibus rebus prænominato ſuo monaſterio contulerit ſeu donaverit atque per cartam traditionis legaliter firmaverit ſive per præceptum, per quod eandem baſilicam glorioſus quondam Rex Pippinus largitus fuit eidem Autario ſacerdoti, ſicut ſuprà taxatum eſt, pleniſſimè memorato loco donando contradidit. quæ quidem Eccleſia duos habet molendinos, qui attinguntur terminis duarum villarum quæ dicuntur Prexianus & Ruſiacus. Noſtram itaque frequenter Ana Abba petiit pietatem ut ob noſtræ mercedis augmentum ſupradicto ſacerdoti Autario factam donationem pleniùs confirmare dignaremur per hanc eandem excellentiæ noſtræ auctoritatem. Cujus precibus annuentes, conſtituendo ſancimus ut ſicut ab eodem Autario ſacerdote prænemorata baſilica cum appendiciis præmiſſo monaſterio eſt tradita ſeu delegata, ſic per hanc noſtram auctoritatem integerrimè perpetuis temporibus in poteſtate ſeu dominatione prænotati monaſterij rectorúmque ejus conſiſtat & abſque alicujus contradictione vel minoratione omni tempore in utilitatibus ipſius ſancti loci permaneat. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus Abba vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint qui ipſam congregationem ſecundùm regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum licentiam habeant eligendi Abbates; quatinus ipſos monachos qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjuge atque ſtabilitate totius regni noſtri Domini immenſam clementiam jugiter exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente inconvulſa valeat manere, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

LXXVI.

Præceptum Karoli Regis quo confirmat permutationem factam inter Hermintrudim Reginam conjugem ſuam & Ainardum Abbatem ſancti Mauri de cortili uno ad villam Dubrum in Vicaria Buxiacenſi.

An. 855. Ex chartulario monaſterij Foſſat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus atque futuris quia dulciſſima nobis conjux noſtra Hirmintrudis Regina ad noſtram accedens ſublimitatem innotuit qualiter ſecum quidam venerabilis vir Ainardus Abbas ex cœnobio Foſſatis quaſdam res commutaſſet pro ambarum partium oportunitate atque concambiſſet. Dedit igitur eadem conjux noſtra præeunte auctoritate de rebus abbatiæ ſui monaſterij Calæ, unà cum conſenſu congregationis ejuſdem monaſterij, ad partem jamdicti Einardi venerabilis Abbatis & monachorum ſui monaſterij in pago Pariſiaco, in vicaria Buciaxinſe, in villa Dubro, cortile unum in jus eccleſiaſticum habenda. Et è contrà in compenſatione hujus concambij dedit idem Einardus Abbas, una cum conſenſu fratrum ſui monaſterij, de rebus ſancti Petri ad partem monaſterij Calæ & jam dictæ conjugis noſtræ Hirmintrudis in eodem pago & in ipſa vicaria & prope eandem villam de terra arabili ſpatium perticarum XXIX. per longum, per latum perticarum VII. & medium. Unde & duas commutationes inter ſe æquo tenore conſcriptas & legaliter roboratas ad relegendum

nobis ostendentes suppliciter petierunt ut eas per nostræ auctoritatis præceptum pleniùs in Dei nomine confirmare dignaremur. Quorum inquam petitionibus libenter assensum præbentes hoc altitudinis nostræ scriptum fieri jussimus, per quod præcipimus atque firmamus ut quicquid pars justè & rationabiliter alteri contulit parti, sicut in memoratis commutationibus continetur, jure firmissimo teneat atque possideat, & faciat exinde quicquid delegerit. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, de anulo nostro subter eam jussimus sigillari.

Bartholomæus Notarius ad vicem Hludovici recognovit.

Data XVII. Kalend. Ianuarij anno XV. regnante Karolo glorioso Rege, Indictione III.

Actum Verno palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXVII.

Præceptum Karoli Burgundiæ Regis pro Agilmaro Archiepiscopo Viennensi.

An. 855. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si petitionibus venerabilium virorum rationabilibus annuimus, & eas veluti oportet implere satagimus, non solùm eorum fidelitatem sinceriorem efficimus, verùm etiam reliquorum fidelium nostrorum devotionem promptiorem erga nos reddimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus & futuris quia Agilmarus venerabilis vocatus Archiepiscopus nostram deprecatus est magestatem ut res suæ proprietatis quas tam de paterna quàmque materna hereditate in regno Aquitanico atque Burgundiæ regali vel etiam quolibet justè adeptus est jure, quæ per diversa loca esse noscuntur, vel quid deinceps Christo propitio legaliter adquirere poterit, sub nostra tuitione atque immunitatis defensione reciperemus. Cujus precibus annuentes, hos nostros regales fieri jussimus apices, per quos præcipimus atque sancimus ut omnes res memorati Agilmari, quas nunc possidet, vel quas deinceps Domino præveniente largitionis jure adipisci poterit, in nostra maneant tuitione atque immunitatis defensione, quatinus isdem hoc fultus munere eas absque cujusquam insidiantis tergiversatione gubernet & gubernando prout decreverit sollemniter possideat. Statuimus etiam ubicunque libera persona super ejus proprium manere decreverit, ut inibi sub ejus ordinatione quietè degat, nullam iniquam contrarietatem sib ..... administratoribus inferre formidans. Et ut hæc nostræ roborationis atque tuitionis auctoritas firmior habeatur, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Data VIIII. Kal. Decembris regnante gloriosissimo Rege anno III. Indictione IIII. in villa Theorinsthe in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXVIII.

Præceptum Karoli Calvi pro Ecclesiæ Narbonensi.

An. 857. Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si sacris locis divino cultui mancipatis aliquid ex juris nostri rebus seu facultatibus conferre studemus, non solùm in hoc regiam exercemus dignitatem, sed maximum regni nostri munimen in hoc agente divina gratia esse nullatenus dubitamus. Quapropter noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque tam præsentium quàm & futurorum sollercia quia complacuit clementiæ serenitatis nostræ ut ob Dei amorem nostrámque in futuro ab piissimo judice retributionem quasdam res nostræ proprietatis sanctæ matris Ecclesiæ Narbonensis seu Redensis, quæ fundata esse dinoscitur in honore beatorum martyrum Iusti & Pastoris, cui sedi præsidere cognoscitur divina vocatione Fredoldus venerabilis Archiepiscopus, quæ res sunt sitæ infra Narbonensem pagum, hoc est, prope Narbona civitate villares duos, qui nuncupantur, unus Casoles, & alter Aluncianus, & insula quæ vocatur Mandriacus, & infra insula Lici villarem qui vocatur S. Agatæ, & alium villarem qui dicitur Curcuciacus. Vnde etiam altitudinis nostræ præceptum hoc fieri jussimus, per quod memoratas res, cum omnium rerum summa integritate, cum vineis, silvulis, terris cultis & incultis, Ecclesiis, aquis, aquarúmve decursibus, exitibus & regressibus, & omnibus exterminationibus, cum terminis & omnibus integritatibus, totum & ad integrum, veluti prænemoratum est, præscriptæ matris Ecclesiæ sanctæ Iusti & Pastoris beatorum martyrum partibus de nostro jure in jus ac potestatem ecclesiasticam sollemniter transferimus, perpetualitérque habendas delegamus, sicut reliquas ejusdem sanctæ sedis res ecclesiasticas; videlicet ut præscriptæ Ecclesiæ memoratus Fredoldus Archiepiscopus eas recipiens, ecclesiastico jure in usibus jam fatæ Ecclesiæ tam ille quàm omnes sui successores absque ulla cujuspiam contradictione per labentia tempora ordinent canonicè atque disponant legaliter. Vt autem hæc munificentiæ auctoritas firma valeat perdurare, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione sigillari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Gislebertus Notarius ad vicem Hludovici recognovit.

Data XV. Kal. Marcias Indictione IIII. anno XVII. regni Domni nostri Karoli Regis.

Actum Carisiaco palatio in Dei nomine feliciter.

Hudolricus inclitus Marchio hoc ambasciavit.

LXXIX.

Karoli Burgundiæ Regis præceptum quo confirmat præstariam factam ab Agilmaro Archiepiscopo Viennensi.

An. 858. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Karolus divina ordinante providentia Rex, quondam Hlotarij piissimi Augusti & incliti filius. Decet regalem excellentiam ut subjectorum necessitates clementi sublevet juvamine. Quamobrem notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus videlicet ac futuris quia venerabilis Egilmarus Ecclesiæ Viennensis nostra suppliciter implorante excellentiam quatinus præstariam quam ipse cuidam vasallo suo Leoni nuper fecerat de Sisiaco villa, nos ob mercedis nostræ augmentum corroboraremus. quod ita & fecimus. Dedit namque prædictus Leo præfatæ casæ Dei & uxor ejus Leutrada res suas ad integrum quas in Cartiniaco villa habent cum Ecclesiis, quarum una sancti Mauricij, altera sancti Christofori martyrum & dicata, seu etiam quas adquisiverunt; acceperúntque à prædicto Episcopo tam Leo quàm uxor ejus Leutrada præstariam de Sisiaco villa cum Ecclesia nomini sancti Petri dicata, ut dum adviverent tam ipsas res cum Ecclesiis quas dederunt quàm prædictam villam Sisiacum ad proprium tenerent cum Ecclesia. Cujus petitioni autem inclinantes jussimus hoc fieri decretum, per quod statuimus ut liceat eis, Leoni nempe & uxori ejus Leutradæ, supradictas res quas dederunt & quas acceperunt omnibus diebus vitæ suæ quietè possidere, tenere, regere absque ullius contradictione seu repetitione. Super omnia namque constituimus datas res & acceptas cum Domino Leoni & Domina Leutrada in nostra tuitione atque immunitate permanere. Nec liceat ullius potestatis judici nec possessores Leonem videlicet & Leotradam nec possessionem Judiciario distringere more. Et ut hoc nostrum decretum firmius ac stabilius permaneat, manu propria subscribere & anuli nostri impressione decorari censuimus. Signum Karoli Regis. Bertraus Cancellarius recognovi. Datum XVII. Kal. Februarij anno III. regni Domni nostri Karoli gloriosissimi Regis, Indictione VI. Actum in Mantelo villa in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXX.

Placitum Missorum dominicorum, in quo terminata est lis quæ erat inter Agilmarum Archiepiscopum & Vvigerigum Comitem.

An. 858. Ex eodem Chartulario.

NOticia allegationis seu querelationis inter Agilmarum Archiepiscopum & Vvigerigum Comitem ex rebus legitimæ proprietatis ipsius Agilmari Episcopi de quibus adversùs prædictum Comitem jam frequens querela extiterat. Venientes namque religiosissimi & venerabiles patres inlustrissimáque societas Comitum solito more, sicut in aliis locis, Salmoringam villam, quorum nomina sunt hæc. Remigius Lugdunensis Archiepiscopus, Rotlannus Arelatensis Archiepiscopus, Ioseph Maurigianensis Episcopus, Ebo Gratiopolitanensis Episcopus, Trutbertus Adtensis Episcopus, Arbertus Ebredunensis Episcopus, Gairardus quoque Comes, Fulheradus Comes, Arnulfus Comes, Autrannus Comes, Begere Comes, Vcpoldus Comes, Barnardus Comes, Aldrigus Comes, iterum Barnardus Comes, Ingelramnus Comes, Gairungus Comes, plurimique cum eis in tam præcipuo conventu adstantes quorum nomina perscribere perlongum est, ex quibus aliqua adnotare studemus. Adalbertus videlicet Valus dominicus, Richardus simili modo, Erpinus quoque, Airadus, Fulradus, Beringerius, Islufos, Ragambertus, Christianus, Aistoldus, item Aistoldus, Vvandalmarus, Eldebodus, Lanberto, Sutberto, Manevoldo, Berterio, Ebo, Ailulfo, Ingelrico, vel ceteri quamplures. Prædicti verò majores privilegio & proceres potestate dum ibidem in prædicto loco de communi tractarentur utilitate ad justiciam totius provinciæ, inter cetera ibi in præsentia prædictorum nobilium virorum astitit coram Agilmarus præfatus Archiepiscopus unà cum suo Advocato Vvirgerio nomine proclamans se adversûs Vvigiricom Comitem quòd res & mancipia quæ ei Domnus Imperator Lotharius legitimo concesserat jure in villa Cogana seu & in aliis villis, calausis, & ad nancia, quòd ipse Vvigirigus easdem res in sua * restituereret dominatione injustè. Prædicti verò venerabiles viri jamdictum interrogaverunt Vvigirigum si itaveritas esset an non. Ipse tamen hoc minimè denegavit, neque Advocatum ponere potuit quiescebat hujus querela causa esse veritatem, sed præsentaliter per suum vvadium ipsi Agilmaro Archiepiscopo vel suo Advocato propriis reddidit manibus, & suum Missum Fulradum nomine in sua advocatione dedit Vvirgerio Advocato præfati Episcopi ut super ipsas res quas ipse reddidit veniret & legalem vestituram in omnibus faceret. His præsentibus. S. Richardo. S. Beringerio. S. Gislulfo. S. Ebroinus. S. Archimbaldi. S. Rotardi. S. Ivone. S. Christino. S. Amalgaudo. S. Airado. Ego Vvinitarius præsens fui. S. Odilone. Sarlulfus præsens fui. Ego Astoldus præsens fui. Ostoldus præsens fui. Celdebodus præsens fui. S. Ebone. Adalongus præsens fui. Rothaldus rogatus. S. Ebroino. Rodulfus subscripsit.

* retineret.

LXXXI.

Karoli Burgundiæ Regis præceptum pro Geraldo Comite.

An. 858. Ex eodem Chartulario.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Karolus divina ordinante providentia Rex, Hlotarij quondam incliti & Augusti filius. Si necessitates Ecclesiarum ..... juvamine, hoc nobis prodesse non dubitamus & ad temporalem gloriosiùs transigendam prosperitatem & ad æternam feliciùs obtinendam beatitudinem. Idcirco noverit omnium fidelium

sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque præsentium ac futurorum industria quia Gerardus spectabilis Comes nostræ reverenter innotuit celsitudinē qualiter Ecclesia sancti Mauritij Viennensis, ubi Agilmarus venerabilis Archiepiscopus præesse dinoscitur, quædam villa seu Ecclesiæ prisco jam tempore mundiali præveniente cupiditate substracta fuerint & quibusdam laicis hominibus sub in ..... temeritate beneficiatæ, ex quibus etiam isdem Gerardus per beneficium piissimi genitoris nostri quondam Hlotharij obtinebat in pago Viennensi seu in comitatu Tolvionensi Giniciacum villam atque Ecclesiam sancti Marcelli martyris extra muros urbis Viennæ sitam inter duo castella Heumedium scilicet & Crappum, quod præfatus Gerardus obtinebat ad beneficium, sed isdem Comes inlustер pariter cum Remigio Lugdunensæ sedis venerabili Archiepiscopo de religione Christianitatis & emolumento nostræ mercedis salubri intentione pertractans, supplici voto simul nostram precati sunt mansuetudinem quatinus præscriptas villas & præfatam Ecclesiam cum omnibus appendiciis suis ad prædictam sancti Mauricij ..... pro amore Dei ac Domini nostri Iesu Christi & æternæ beatitudinis præmio per præ ..... dignanter restitueremus. Quorum salubberrimas preces ad effectum ducentes, hos nostræ jussionis apices fieri censuimus, per quos memoratas villas, sicut supradictum est, Tollianum in pago Viennensi in comitatu Tollianensi, necnon etiam in comitatu Viennensi Giniciacum villam & Ecclesiam sancti Marcelli martyris extra muros urbis Viennæ sitam, qualiter præfatum habetur, inter duo castella constructam, Heumedium scilicet & Crappum, ad jamdictam casam Dei, Ecclesiam videlicet sancti Mauricij, cum omnibus illarum appendiciis & universis ibidem pertinentibus sub integritate restituimus atque reddidimus, quatinus per hoc nostræ auctoritatis seu confirmationis præceptum quicquid ex hac deinceps causa tam Agilmarus ejusdem urbis Viennensis Archiepiscopus vel successores ejus quàm quilibet Advocatus & rector ipsius Ecclesiæ juste ac rationabiliter elegerint vel voluerint, liberam in omnibus habeant in Dei nomine perpetualiter faciendi potestatem, absque cujuslibet duntaxat repetitione seu qualibet injusta contrarietate. Et ut hoc nostræ auctoritatis præceptum à fidelibus Ecclesiarum Dei ac nostris veriùs credatur atque perennis temporibus inviolabiliter sub inconvulso rigore conservetur, manu propria roborare studuimus, & anuli nostri impressione subtер assignari jussimus. Signum Karoli Regis glorioſi. Deidonus Notarius ad vicem Heicardi recognovit.

Vide annales Bertinianos ad an. 870. & 71.

LXXXII.

Ludovici II. Imperatoris præceptum pro Ecclesia Viennensi.

An. 871. Ex eodem chartulario.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si sacerdotum ac servorum Dei petitionibus, * quibus nobis pro suis necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non solùm imperialem consuetudinem exercemus, verùm etiam ad beatitudinem retributionis mercedem talia nobis faciendi profutura confidimus. Proinde comperiat omnium fidelium nostrorum industria præsentium scilicet & futurorum quoniam venerabilis sanctæ Viennensis Ecclesiæ Ragamfredus Archiepiscopus necnon & sacri palatij nostri Notariorum nostrorum summus nostræ celsitudinis excellentiam salubertimis expetiit precibus quatinus serenitas magestatis nostræ sanctæ matris Ecclesiæ Viennensi sanctóque Mauritio, cui isdem Præsul præesse atque prodesse dinoscitur, res & prædia universa quascunque vel in quibuscunque locis & regnis seu comitatibus sita vel reperta esse noscuntur, quas prædecessores nostri glorioſi Imperatores & Reges necnon & sancta Romana Ecclesia per præcepta & sacra privilegia à primitiva Ecclesia penè ejusdem matris Ecclesiæ sancti Mauritij Viennensis metropolim ad nostra usque tempora pia devotione piáque largitione contulerunt, seu quascunque viri religioſi de suis propriis * ereditibus eandem exornaverunt, per nostræ largitionis præceptum immo imperialem auctoritatem perennis ejusdem Ecclesiæ universa quæque habenda temporibus confirmaremus. Nos quoque justam immo rationabilem petitionem ejus libentissimè adnuentes hoc serenitatis nostræ præceptum fieri censuimus, per quod specialis mater nostra Ecclesia Viennensis immo sanctus Mauritius omnes res & villas, monasteria quoque, & immunitates, ac omnia prædia ejusdem matris Ecclesiæ ex temporibus antiquioribus usque nunc jure possessionis debitæ quæ infra imperium ditionis nostræ ubicunque nota & cognita ac reperta fore noscuntur, indissolubili firmitate & innodatione perpetua obtineat. Vnde & modis omnibus auctoritate imperiali jubendo præcipimus atque præcipiendo decernimus ut nullus Comes, nullus judex publicus, nec quislibet ex judiciaria potestate, vel ullus ex fidelibus Christianis in Ecclesiis, loca, vel agros, seu in reliquis possessionibus præfatæ matris nostræ Ecclesiæ Viennensi in quibuslibet curtis & territoriis quas tempore moderno juste & rationabiliter possidere videtur, qúæque etiam deinceps aut per nos aut per quorumlibet fidelium devotione divina pietas augeri voluerit, aut freda exquirat, aut francos vel servos distringere audeat, neque etiam ad judicia publica venire compellat, sed sint sub tuitione atque ordinatione & immunitate seu defensione matris Ecclesiæ sancti Mauricij suóque Pontifici atque rectori. Super hæc omnia, quicquid per negligentiam rectorum à pravis hominibus ablatum atque avulsum vel direptum est, sub omni integritate usque inexquisitum reddimus. Vt autem hæc nostræ confirmationis auctoritas nostris futurisque * Domino protegente inviolabilis & inconvulsa permaneat, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Hludovici serenissimi Augusti.

Teudo Notarius ad vicem Ragamfredi Archicancellarij recognovit.

* quas

* hereditatibus

* temporibus

Datum Viennæ civitate anno Deo propitio imperij IIII. Domini nostri Hludovici serenissimi augusti, II. scilicet Kal. Novembris, Indictione VII.

Actum Viennæ urbi in Christi nomine feliciter. Amen.

LXXXIII.

Ejusdem Ludovici præceptum pro eadem Ecclesia Viennensi.

An. 859. Ex eodem chartulario.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si sacerdotum ac servorum Dei petitiones, quas nobis pro suis innotuerint necessitatibus, ad effectum perducimus, non solùm consuetudinem imperialem exercemus, verùm etiam ad beatitudinem retributionis mercedem talia nobis faciendi profutura confidimus. Itaque omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ ac nostrorum præsentium & futurorum comperiat magnitudo quoniam Ragamfredus venerabilis sanctæ Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopus necnon & sacri palatij nostri Notariorum summus atque Hugo nobilissimus Comes & carissimus propinquus noster præsentiam nostri accedentes innotuerunt quandam partem villæ quæ vocatur Fornis in comitatu Viennensi sitam, temporibus priscis à religiosis Christianis matris Ecclesiæ sancti Mauricij Viennensium Vrbi conlatam, non longo tempore præterito inter reliquarum subtrationem rerum injustè ob incuriam priorum prælatorum ejusdem Ecclesiæ actuariorum fuisse sublata. Vnde serenitatem nostram suppliciter expetierunt quatinus ob amorem Christi, necnon & pro levamine & memoria genitorum nostrorum, quorum corpora in eadem matre Ecclesia fore noscuntur humata, ac pro amabili eorum deprecatione, jam dictam partem villæ Fornis quæ injustè subtracta fuerit, unà cum Ecclesia sancti Nazarij consecratam, cum omni familia utriusque sexus ejusdem villæ sancti Mauricij juris pertinentia cum reditibus universis ac possessionibus justè redderemus, ac reddentes præfatæ matris Ecclesiæ sancti Mauricij præcepto nostræ auctoritatis confirmaremus. Quorum precibus ob emolumento mercedis nostræ & genitorum nostrorum ac propter diutinum famulatum nobis sincerissimè ab ipsis exhibitum libentissimè annuentes, hoc serenitatis nostræ præceptum fieri censuimus, per quod memoratæ Ecclesiæ sancti Mauricij jamdictam partem villæ Fornis cum omnibus sibi justè & legaliter pertinentibus, videlicet cum domibus ceterisque ædificiis Ecclesiámque ac terris cultis & incultis, vineis, pratis, & silvis, aquis aquarúmque decursibus, mancipia etiam utriusque sexus & ætatis, quæsitum & inexquisitum, omnia & in omnibus prælibatæ Ecclesiæ sancti Mauricij suisque rectoribus reddimus ac reddita perpetuis temporibus eorum utilitatibus subesse volumus atque prodesse. Volumus namque atque dignum esse decernimus ut Teudo ejusdem matris Ecclesiæ filius & Presbyter, qui pro suprà nuncupatis rebus magnum dedit studium & laborem improbum ut pristinæ restituerentur potestati, Vboldus nepos ejus Clericus in id ipsum præfatam sancti Nazarij Ecclesiam cum omnibus rebus, sicut suprà lecta & nota esse noscuntur, omnibus diebus vitæ illorum jure possideant usuario & sub sua ordinent dispositione absque alicujus hominis contradictione. Vt autem nostræ auctoritatis conlatio & restitutio firmiorem obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Hludovici serenissimi Augusti.

Arnulfus Notarius ad vicem Ragamfredi Archicancellarij recognovit.

Datum Viennæ urbi VII. Kal. Novemb. anno imperij V. Domni nostri Hludovici serenissimi Augusti in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXXIV.

Karoli Calvi privilegium pro Ecclesia Augustodunensi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si ecclesiasticas sanctiones atque earum decreta nostro confirmamus edicto, proculdubio regiæ celsitudinis morem exequimur, atque apud æternam retributionem hoc ad emolumentum animæ nostræ nullatenus ambigimus pertinere. Quapropter noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium solertia nostrorúmque tam præsentium quàm futurorum quia Ionas venerabilis Præsul Eduorum Ecclesiæ, quam constat esse in honore sancti martyris Christi Nazarij dicatam, adiens culmen nostræ celsitudinis, obtulit obtutibus nostris quoddam privilegium Episcoporum atque Abbatum manuum roboratum; in quo continebatur insertum qualiter idem Ionas, divino tactus amore, pro Dei honore & reverentia beati Nazarij martyris Christi, Canonicorum ejusdem matris Ecclesiæ curam gerens, & perpendens quòd canonicè degere neque ibidem Deo deservire possent, prospiciens primùm illorum habitum officinarum inconvenientem & penè nullum esse comparatione aliorum, juxta morem aliarum urbium clausstra illis construere officinásque congruentiores & aptiores ad usus eorum ædificare studuit. Et licèt quædam res ecclesiasticæ ad supplementum eorum & victum administrandum à prædecessoribus suis illis conlatæ fuissent, tamen pro quantitate sui atque difficultate itineris, quia longè ab urbe distabant, penuriam sæpissime pati solebant cotidiani victus. Et ut penitùs hæc occasio eis tolleretur, receptis eisdem rebus, hoc est, Carimanno & Tillido villis, cum Fisciaco, ad usus eorum in pinguiori atque viciniori loco Marcassolium villam indominicatam, & Simpiniacum similiter indominicatam, cum beneficio quod Ragenfredus quondam ex eadem villa habuit, ad cotidianum victum & potum eis ministrandum delegavit, & per idem privilegium confirmavit cum Anlaciaco villa, quæ olim eis à Domno Modoino collata fuerat, hoc decernens, ut ibidem quinquagenarius Canonicorum numerus non transgrediatur, donec Deo opitulante prædictæ res augmententur, & nullus census

An. 859. Ex chartulario Ecclesiæ Augustodunensis.

ex

ex eisdem rebus aut alicujus terreni servitij vel muneris exigatur, ut ex eisdem rebus aliquid auferatur aut diminuatur. Sed ut illius bona intentio atque decreti confirmatio firmior habeatur & perpetuis temporibus conservetur inviolabilis, nostram deprecatus est magnificentiam ut super hoc nostræ auctoritatis præceptum fieri dignaremur. Cujus petitionem ratam judicantes, hoc altitudinis nostræ præceptum illi fieri jussimus; per quod omnimodis firmamus atque jubemus ut nunquam vel nusquam ex rebus in præfato privilegio consistentibus à nemine mortalium quicquam tentetur evellere vel diminuere, sed sicut in præfato privilegio constat esse præfinitum, in cunctis ita inviolabiliter nostris futurisque temporibus maneat firmum atque inconvulsum. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas nostris futurisque temporibus majorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione subsigillari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Folchricus Diaconus ad vicem Hludovici recognovit & subscripsit.

Data XVIII. Kal. Iulij anno XIX. Domni Karoli gloriosissimi Regis, Indictione VII.

Actum Tussiaco villa in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXXV.

Ejusdem Karoli præceptum pro eadem Ecclesia Augustodunensi.

An. 859. Ex eodem chartulario.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Quicunque regiæ dignitatis culmine efferri desiderat, meritò cum præ oculis semper habere debet cujus gratia præfertur. Igitur noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium & nostrorum tam præsentium quàm & futurorum sollertia quia nobis, qui ubique res ecclesiasticas pro viribus tutari atque augmentari gaudemus, ob emolumentum mercedis animæ nostræ libuit cuidam sanctæ matri Ecclesiæ Eduorum, quæ noscitur esse dicata in honore sancti Nazarij martyris Christi, cui etiam præesse videtur Ionas venerabilis Præsul, restitui atque solemniter refundi quandam villam quæ vocatur Tiliniacus, cum omni sua integritate. & est sita in pago Orcharense, super fluvium Sagonnam. Ipsa enim villa olim per incuriam rectorum prædictæ Ecclesiæ & indivolorum hominum violentiam ab eodem loco distracta esse dinoscitur. Vnde nos, sicut suprà prædiximus, res Ecclesiarum pro viribus tutamur, hoc celsitudinis nostræ præceptum fieri ac prædicto sancto loco ad deprecationem dilecti nobis memorati Pontificis Ionæ dari reddique jussimus; per quod præfatam villam cum omnium rerum jure legaliterque sibi pertinentium summa integritate jamdicto loco sancto æternaliter mancipatam ac perenniter famulandam refundimus & delegamus, eo videlicet modo ut rector præfatæ Ecclesiæ & successores ejusdem quicquid ex prædicta villa cum omnibus pertinentibus sibi rebus pro utilitate ac commoditate Ecclesiæ & suorum necessitate facere decreverint, libero in omnibus perfruantur arbitrio canonicè legaliterque faciendi quemadmodum ex reliquis rebus ad eundem locum similiter contraditis ac restitutis, & nostet anniversarius ac dilectissimæ nostræ conjugis Hirmindrudis in eadem Ecclesia per singulos annos gratia restitutionis istius villæ sollemniter celebrari atque honorificè frequentari non negligatur. Et ut hæc nostræ restitutionis auctoritas pleniorem in Dei nomine per supervenienția tempora obtineat vigorem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione sigillari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Folchricus Diaconus ad vicem Ludouvici recognovit & subscripsit.

Data III. Idus Octobris Indictione VII. anno XX. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Actum Tussiaco villa supra Mosam in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXXVI.

Airaudi cessio ad Ecclesiam Brivatensem.

An. 860. Ex chartulario Ecclesiæ Brivatensis. cap. 115.

SAcrosanctæ Ecclesiæ sancti Iuliani martyris vico Brivate, ubi ipse sanctus martyr in corpore requiescit, vel ceterorum corpora sanctorum seu reliquiæ ibidem conditæ sunt, ubi ad dexteram lævámque Arconcius inclitus confessor seu Ilpidius martyr adjacent, ubi in Christi nomine Bernardus gratia Dei Comes super ipsam casam Dei rector præesse videtur, seu & Adalgisus Præpositus super ipsam catervam sancti Iuliani custos præesse videtur. Ego igitur in Dei nomine Airaudus, metuens casum humani generis & fragilitatem, ne me subitanea mors præoccupet, propterea cedo ad ipsam casam Dei vel ad ipsos Canonicos ibidémque Deo servientibus in stipendia fratrum vel ad sacrificium Deo offerendum aliquid de rebus meis propriis, ut ipsi sancti seu & ipsi Canonici, qui ibidem sunt degentes, intercessores sint pro peccatis meis ad Dominum. Et sunt ipsæ res sitæ in patria Arvernica, in * vice Ambronense, in villa cui vocabulum est Buciaco. Cedo ad ipsam Ecclesiam Dei vel ad ipsos Canonicos in ipsa villa casam meam dominicariam, cum aliis mansis, cum curtis, ortiferis, pomiferis, & aliis campis, pratis, pascuis, & molendinos tres, cum cunctis adjacentiis, aquis, aquatúmque decursibus, viæ, cultum seu incultum, quæsitum vel quicquid adquirendum est, omnia & ex omnibus quantumcunque in ipsa villa vel in ipsa cultura habeo vel adquirere potero integrum cedo ad ipsam casam Dei vel ad ipsos Canonicos in illorum stipendia tam præsentium quàm & futurorum, tam de alode quàm de atracto, ut faciant ipsi Canonici de ipsis rebus in omnibus in illorum stipendia vel ad sacrificium Deo offerendum quicquid facere voluerint. Et tamen mihi placuit voluntas ut dummodo ego advivo, titulum usuario mihi liceat possidere. Et post obitum, quandoque Deo placuerit, in vestrisque partibus faciat permanere. Et si ego uxorem duxero, & filios & filias mihi

Deus procreaverit, ipsum conscriptum ad me reverti faciatis. Et si hoc non fecero, ipsas res in omnibus sine ullo contradicente possideatis. Et ipsum decimum ab ipso scriptore, quandiu advixerit, possideatur. Et si evenerit, quod minimè credo, quòd aut ullus Rex iniquus aut Comes aut Abbas aut ullus rector Ecclesiæ ipsas res superiùs jamdictas vel ullus heres meus ad ipsam casam Dei vel ad ipsos Canonicos abstrahere voluerit, in primis iram Dei incurrat & sanctorum offensa, & sit particeps in infernum cum Iuda Scahriot, qui Dominum tradidit, & hic conscriptus firmus & stabilis permaneat stabulatione subnixa. Facta cessio ista die Lunis in mense Madio anno VI. regnante Karolo Rege Equitanorum filij Karoli Regis Francorum. Signum Airaudo, qui cessionem istam fieri vel affirmare rogavit. Signum Immone.

LXXXVII.

Præceptum Karoli Regis quo donat Adalgiso fideli suo, ad deprecationem Hirmindrudis Reginæ conjugis suæ, villam quæ vocatur Eliclacus super fluvium Olnæ infra comitatum Bajocacensem.

An. 860. Ex chartulario monasterij Fossatensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Regiæ celsitudinis mos est fideles regni sui donis multiplicibus & honoribus ingentibus honorare atque sublimare. Proinde ergo morem parentum Regum videlicet prædecessorum nostrorum sequentes, libuit celsitudini nostræ, ad deprecationem seu suggestionem carissimæ conjugis nostræ Hirmindrudis, quendam fidelem regni nostri Adalgisum nomine de quibusdam nostræ proprietatis rebus ditare sublimémque efficere, quæ videlicet res sunt sitæ infra comitatum Bajocacensem super fluvium Olnæ, hoc est, villa quæ vocatur Eliclacus, in qua consistunt mansi XII. vel quicquid ad eandem villam jure legalitérque pertinere dinoscitur. Vnde hoc altitudinis nostræ præceptum fieri illique dari jussimus, per quod memoratas res cum omnium rerum summa integritate, cum terris cultis & incultis, silvis, pratis, molendinis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus & regressibus, & omnibus legitimis & terminationibus, necnon & mancipiis utriusque sexus desuper commanentibus vel ad easdem res jure legalitérque pertinentibus..... & ad integrum, sicut dictum est, præfato fideli nostro Adalgiso ad proprium concedimus, & de nostro jure in jus ac dominationem illius solemni more transferimus; ita videlicet ut quicquid ex prædictis rebus & mancipiis pro sua utilitate ac commoditate facere decreverit, libero in omnibus potiatur arbitrio faciendi sicut ex reliquis rebus & mancipiis suæ proprietatis. Vt autem hæc nostræ largitionis auctoritas firmior habeatur ac per futura tempora diligentiùs conservetur, manu propria subter eam firmavimus, anulique nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Goslinus Notarius ad vicem Hludovici recognovit.

Data VIII. Idus Decemb. Indictione IX. anno XXI. regnante Domno Karolo gloriosissimo Rege.

Actum Adriniaco publico palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXXVIII.

Narratio de monacho Cenomanensi ad canonicam vitam & habitum converso.

Ex veteri codice bibliothecæ Colbertinæ.

SIcut cotidie sancta Ecclesia ad sortem electorum atque beatitudinem perpetuæ vitæ capessendam diversis evocationibus, non solùm despectus seculi, sed etiam eos, quod majus est, quos mundialis actio perfloridos facit, adtrahere decertat, ut illos hic & diversitas bonorum actuum multiplicet & illic dissimilitas retributionis variæ ornet, ita è contrario antiquus hostis pios indesinenter subripere non cessat, ut quos consortes non potest habere in gloria, saltim socios secum cognoscat in pœna. Nam cùm in tribus ordinibus, id est, laicorum, Canonicorum, monachorúmque, non desint qui à primævo tempore nobiliora acta perscrutari atque aggredi tentarint dato divinitus intelligibili animo, eos maximè insidiari nititur quos in juvenili ætate creverit se ultro dominicis præceptis mancipasse, ut tanto profundiùs ad ima gaudens proiciat quanto à suis cruentis faucibus semel evasisse dolebat: quorum deviatio à proposito sancto quàm damnabilis esse censeatur evangelica & apostolica documenta edocent, suisque medicaminibus ut denuo reformentur, qualiter serpentinis venenis sauciantur, corroborant. Cùm enim unicuique modus correctionis secundùm gravitatem contagij conveniat, idque à doctoribus Ecclesiæ sanciri permissum sit data auctoritate altitonantis judicis, ut aliter obtecta detegantur, aliter aperta deleantur, in his etiam qui post devotionem nobiliorem ad secularem iterum habitum dilabuntur atque apostatæ efficiuntur major sollicitudo & cura adhibenda esse decernitur. quæ prævaricatio pessima in utroque sexu modernis temporibus supra modum invenitur, plurimósque vacillantes suis volubilitatibus implicare & deperire à recto tramite obfuscatis luminibus inlisit. Sed quia hoc devitabile genus in promptu stare videtur, ac propter hoc in cœtu bonorum malorúmque catholicorum pars sit in redargutione, pars in defensione mali, ita ut eos quos in tali facinore depressos, dum non possunt innocuos facere in toto, suis mendosis sermocinationibus aut per abnegationem aut dissimulationem actus vel per aliquam occasionem innocentes conantur ostendere, sitque jam gravior casus multorum quàm unius, restat de hac ipsa controversia quæ modò nostris in partibus excrevit aliquid ad medium deducere; quatinus cognita veritate judicium observetur veracium, & falsitas confusa evanescat.

Quidam namque sacerdos nomine Vrso valde nobilis fuit Cenomannis civitate, qui unum ex suis nepotibus superstitem esse volebat. Cùmque

super hac re consultum ipsius urbis Episcopi, videlicet venerabilis Roberti, peteret, non soldm suæ petitioni assensum præbuit, verùm etiam omnimodo id agendum exhortare curavit, reputans in puero & Ecclesiæ utilitatem pro genere spectabili profuturam & immortalitatem animæ dulciùs vivendo atque Ecclesiæ instituta militando recepturam. Prædictus itaque sacerdos hoc negotium adimplere festinans, adhibito secum fratre suo nomine Vvanilone, obtulit supradictum nepotem cognomine Rigrannum Domno Episcopo Ecclesiæque ejus, ut ab eo & ipsius congregatione honorem clericatus susciperet mereretur. Quod cùm factum diebus sanctum Paschæ fuisset nobiliter, denuo Domnus Episcopus præfato avunculo, qui eum in spiritalis filij vicem susceperat, commendavit, ut tutor custósque corporis & animæ ejus fieret ac nutrimenta præberet, quatinus post edocationem aptum divinis & humanis servitiis ei reddere posset. Qui imperium sui senioris libenter obtemperans, recepit puerum. Cùmque apud se non esse copiam litterarum cognosceret, misit eum in quoddam monasterium ipsius Episcopi, ubi ordo monasticus vigebat, ut illic instrueretur sacris litteris & eruditetur. Ergo susceptus puer in monasterio, traditúsque magistro, cùm per plures dies scholasticis disciplinis operam dedisset, quodam tempore cœpit fatigari languore gravi corporis. Itaque dum sœpissime talibus impulsionibus cruciaretur, diriísque dolor intestinarum ac viscerum intermediabiliter eum vexaret, nulla arte medicinali medelam præbente, obtupescere cœpit magister quæ & cur agitatio tantæ infirmitatis adolescentem infligeret; scíscitánsque ab eo quam ob causam tot & talia invisa pateretur. Qui cùm diutinè interrogaretur & nullum certum responsum dedisset, quadam die acriores sustinens cruciatus, ut penè exanimis jaceret, vix languido hanelitu flante, tandem confessus est se à patre Deo devotum fuisse in annis prioribus in monasterio quod vocatur Cormaricus, propterea quòd Dominus se ipsum jam emortuum pro eventu nimiæ infirmitatis patri post votum reddidisset, ac ideo sperare se pati tam gravia. Quo audito, magister tacitus intra se requirebat ei recepto robore, cùm tempus inquisitionis adesset, si fuissent insania quæ ab eo audierat hora infirmitatis. Ille autem adfirmabat vera esse, docebátque ordinem rei. Dicebat etiam velle se esse monachum, ut ipsius & patris anima à periculo voti liberaretur. Siquidem pater ejus suprà memoratus, videlicet Rohtbertus, jam humanis rebus excesserat. Deciderat enim in capturam Norcomannorum, & sic eorum pœnis attritus interierat. Itaque paulatim adolescens informabatur ut collum sub levi jugo Christi submitteret atque propositum patris expleret. Sed magister id fieri posse negabat dicens: Quia nequaquam huc venisti ut monachus efficereris, nec ideo tonsuram accepisti, sed nec parentes tui his sermonibus adquiescent. Perseverante autem illo in adfirmatione & defensione rei quæ petebatur non fiendæ, contigit ut avunculus ejus, qui eum paterno affectu susceperat, videlicet Vrso, declinaret in monasterium causa visitationis. Quod cùm edilia præpararentur & invicem confabularentur, inter cetera orsus est adolescens avunculo ostendere voluntatem propositi, laborémque quem patiebatur, ac votum patris. His auditis, sacerdos non minimè anxius graviter ferebat, non * minimè contradicere audebat quod exhortari nolebat. Consensit tamen nolens diù petenti ut faceret quod poscebat. Statímque mutato habitu induit cucullam; ac cadens ad pedes avunculi, osculatus est illos. Sic ab illo die & magister qui denegabat, & illi qui deridebant vocem loquentis, in exhortationem & consolationem versi sunt. Interea illis diebus Episcopus à civitate longiùs recesserat, exercens opus prædicationis & confirmationis per provinciam locis necessariis. Cùm autem reverteretur & esset non longè ab urbe, vocavit magistrum suprà memorati adolescentis, qui & Abbas monasterij erat, ut sciret quæ agerentur circa monachos & monasterium. Postquam verò cuncta cognovit, noviſſimè de discipulo interrogavit. Quibus interrogationibus responsum dedit Abbas, atque omnia quæ facta fuerant enuntiavit. Quo audito, Domnus Episcopus admiratus, concitus in eundo usque ad civitatem pervenit, scire volens quam speciem haberet res audita, sed incredibilis; jussítque Abbatem & novitium vocare & quosdam ex fratribus. Cùmque coram eo assisterent, stante circum circa omni caterva Clericorum laicorúmque, (erat enim hora ad celebrandum Missarum solemnia, quia festivitas purificationis sanctæ Mariæ instabat) ait stupefactus ad jamdictum novitium: Nuperte, frater Rigranne, Canonicum dimisi, & modò cucullatum video. Dic ergo nobis cur hoc fecisti, vel quis coëgit, aut consilium dedit. At ille respondit: Nullius consilio vel suggestione, sed sola voluntate & sponsione proprij animi, à me hoc actum est. Retulit itaque audientibus omnibus cuncta superiùs dicta. Addebat etiam somnium mirabile se vidisse, cujus interpretatio talis erat, ut seculum dimitteret, & vitam monasticam teneret. Adhuc autem non credente Episcopo, nec ceteris adtendentibus, adjuravit eum ex suo ministerio terribiliter ut profiteretur si vera essent. Ipse verò confirmabat cum jure jurando nihil mendosè locutum se esse. Quamobrem venerabilis Episcopus mœstus & omnis congregatio ejus dolebant quasi ablatum solatium adjutoriúmque Ecclesiæ suæ traditum, scíscitantes etiam inter se admirando quæ tanta prudentia in adolescente posset apparere, præsertim cùm in periculosiori ætate jam pervenerat. Erat enim, ut æstimabatur, decem & octo annorum. Iterum autem venerabilis Episcopus perquisivit si cunctis diebus destinasset perseverare in ordine monastico. Illo verò adfirmante & contestante coram omnibus, dedit ei benedictionem Domnus Episcopus, concessítque locum & ordinem monasticum quem petebat. His ita transactis, cùm audisset præfatus avunculus, videlicet Vrso, rem actam ab Episcopo, (non enim fuerat tunc præsens, quia infirmatus quodam loco jacebat) graviter accepit cum ceteris parentibus quòd nepos eorum perditus esset seculo & adquisitus Deo, misit ad arcessiendum eum. Cùmque ante eum adstitisset, cum omni ira & mentis insania ita ad eum locutus est: Quid fecisti, miser? Quare monachus esse voluisti? Cur elegisti unum parvum panem pro

* tamen

numero centenario & parum vinum pro calicibus epotandis usque ad satietatem? Quamobrem vita porcorum in leguminibus & horto ut sufficiens tibi esses voluisti? Vbi erunt deliciæ carnium quas dimisisti, suavitas potionum, delectatio canum accipitrúmque, tactus voluptuosus mulierum? Cùm ergo animum adolescentis contra hæc fortiter resistere vidisset & responsa non juvenilis sed robore senilis cerneret, addebat multò sceleratiora, ita ut etiam lenones immitteret qui eum provocarent; necnon etiam concitavit ceteros avunculos, scilicet Lethardum, Vvanilonem, & multos alios parentes, qui & dicebant ei: Cur nos degenerare voluisti? Opus progeniei nostræ cum pauperibus & mendicis non fuit. Nobis floruit mundus, copia auri & argenti lapidúmque apud nos fuit. Nobis arma fulgida resplenduerunt, equi auratis oris & torto collo arriserunt. Et tu omnia ista sprevisti? Hæc dicebant scelestes, qui eum ad meliora excitare debuerant, qui magis pompaticè viventes demergi letheas in undas volunt quàm cum liberatis fonte salutari ablui & piissimo liberatori effectu decantari post veniarum laborem, dicendo: Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Sed animus juvenis invictus permansit, cupiens observare quod cœperat, ita ut per quinque annos eum revocare non possent, ordines suos & affectus regulares in monasterio cum ceteris custodiens. Porrò inter hæc, cùm omnem bacchationem super jamdictum magistrum exagitarent, culpando illum, & requirendo discipulum, festinus magister reddere commendatum non neglexit. qui recipientes nepotem, retinuerunt apud se semper figuram monachi habentem. Post retentionem verò octo dierum & ampliùs, rursus valde obsectantes remiserunt eum in monasterium, deprecante discipulo, & illis consentientibus. Cùm autem tempus accipiendi primos gradus ecclesiasticos pertransiret, audita circumventione avunculorum venerabilis Episcopus misit ad prædictum sacerdotem, ut quod priùs concesserat, sicut diximus, & postea à consensu longiùs se retraxerat, jam tunc assentaretur, ut gradus ecclesiasticos sub ipso habitu monachus susciperet. Ergo diù dissimulante illo, novissimè mandavit Domno Episcopo ut faceret quod ratio & auctoritas commendabat. Quod & factum est; accepitque benedictiones quinque graduum, degens & perseverans voluntariè in sanctam conversationem. Igitur expletis postea annis duobus, supervenit repentina dies adimprovisus finis vitæ Vrsonis. Cùmque ad exitum urgueretur, vocavit prædictum monachum nepotem suum. Ipso verò adsistente coram eo, ammonere curavit de gloria mundi quam relinquebat, non dimittens intentionem quam semper habuerat ut ad canonicam vitam reverteretur, dato consilio, & rebus maximè omnibus quæ habere potuerat, ut ejus mentem ad cupidiciam & inanem gloriam excitaret. atque ita obiit. implevitque mortuus quod explere nequiverat vivus. Ex illa ergo die à pristina voluntate Subdiaconus cœpit esse alienus, junctus conversatione & animo avunculis suis, Lethardo scilicet & Amarrico, quorum consilio & ingenio totus fertur in præceps; fiúntque ipsi sacerdotes contra legem, arripiendo ministerium Episcopi. Nam incluserunt eum in quodam cœnaculo, ubi sine judicio venerabilis Episcopi & sacerdotum exuendo illum vestem monasticam, induerunt albis. atque ita ad secularem conversationem reversus est. omnémque delictum super magistrum & Domnum Episcopum congesserunt pro benefactis. ipsos enim vana versutio contenebratis oculis graviter ad ruinam laquei subduxit. qui per septem annos hanc violentiam timuerunt facere, ut multò damnabilior fieret longiùs ventilata & patrata, etiamsi malum esset. Quia quanto plus aliquod bonum perduraverit, tanto, si ceciderit, profundiùs ruit. Similiter & malum quanto ampliùs succreverit, tanto graviori pœnæ subjacebit. quos talia sectantes, neglecto fructu pœnitentiæ, inanes socius habere cupiunt atque avernus suscipere desiderat.

Hujus rei testis est omnis ordo ipsius Ecclesiæ, qui unusquisque secundùm suum ministerium probare potest ita factum esse.

LXXXIX.

Præceptum Karoli Calvi pro monasterio sanctorum Emeterij & Geneſij in diœceſi Gerundenſi.

An. 844. Ex archivo S. Mariæ de Amer in diœceſi Gerundenſi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eorúmque in eisdem locis sibi famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus atque futuris quia quidam religiosus vir Theodosius Abba monasterij quod est situm in pago Gerundense, constructum scilicet ad honorem sancti Emeterij sanctique Genesij, ad nostram accedens serenitatem, obtulit præcellentiæ nostræ quandam Domni ac genitoris nostri gloriosæ memoriæ Augusti Ludovici auctoritatem, prædecessori siquidem suo venerabili Abbati Deodato factam: in qua continebatur qualiter idem Domnus & genitor noster per intercessionem Gauzelini quondam Marchionis eum & monachos suos prædictúmque monasterium cum omnibus rebus sibi pertinentibus sub suæ immunitatis tuitione defensionísque munimine clementer suscepérit. Petiit itaque reverentiam nostram idem Theodosius Abba ut eandem Domni & genitoris nostri renovantes præceptionem, eum monachósque suos, unà cum præscripto monasterio & cellis sibi pertinentibus aliísque omnibus rebus, similiter sub nostræ immunitatis defensione recipere plenissimè dignaremur. cujus inquam petitionibus libenter acquievimus, & ita illi concessisse notum esse omnibus volumus. Quapropter eundem Abbatem cum monachis suis, id est, monasterium cum omnibus rebus sibi pertinentibus ac cellis sibi subjectis, quarum altera dicitur domus sanctæ Mariæ sita secus fluvium Amera, altera verò domus scilicet super fluvium Sterriam, necnon etiam cellulas duas in pago Imporitanense sitas, ex quibus una appellatur Columbarium sita super fluvium Taceram, altera quippe dicitur Carceris sita juxta maris magni lit-

tora, atque Ecclesiam in honore sanctæ Mariæ semper virginis & sancti Matthæi & sancti Iohannis constructam in pago Gerundense, sitam in loco qui dicitur Vallis Anglensis, ipsas Salas, seu ejus Palaciolum quod vocatur Merlac, cum omnibus appendiciis suis, necnon & in alio loco qui vocatur Ausor, & ex ipsa silva quantum in eorum usus extirpare commodum duxerint, cum omni earum rerum integritate sub nostro murdeburdo, sicut dictum est, atque defensione integerrimè contra omnium inquietudines hominum constituentes, præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones sæpedicti monasterij & cellularum sibi subjectarum ad causas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, vel paratas faciendas, aut ullas redhibitiones, aut fidejussores tollendos, vel illorum homines distringendos, aut illicitas occasiones requirendas, ingredi valeat; sed neque viaticum, neque portaticum, neque salvaticum, neque pascasium, neque teloneum, aut ullum illicitum debitum, nec ea quæ suprà memorata erant, exigere præsumat. Sed cum cellis suprà memoratis, villaribus, aliisque omnibus rebus prænominato monasterio pertinentibus, in quibuscunque consistant locis sive pagis, necnon & cum omnibus possessionibus quæ justè rationabilitérque perenni tempore possidere dinoscitur, simul cum his quæ divina pietas eidem sacratissimo loco per quoscunque fideles augere voluerit, liceat memorato Abbati suisque successoribus & monachis in sæpedicto loco degentibus quietè vivere & possidere eadem cum omni securitate sine cujuspiam contradictione & minoratione tenere & possidere, eorúmque pro utilitatibus rationabiliter concambiare vel vendere, & pro nobis, conjuge, proléque nostra, seu stabilitate totius regni nostri unà cum monachis ibidem Domino militantibus divinam misericordiam jugiter exorare. Et quandocunque divina vocatione memoratus Abba aut successores sui ab hac luce migraverint, quandiu inter se tales invenire potuerint qui eos secundùm regulam sancti Benedicti regere & gubernare valeant, licentiam habeant ex semetipsis Abbates eligere, qui eis, ut prædiximus, merito vitæ & sanctitatis præesse & prodesse possint. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

* Gauzlenus

* Guillelmus Notarius ad vicem Ludovici recognovit.

Data XIII. Kal. Decembris Indictione VIII. anno XXI. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Actum in Pontione palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

X C.

Item aliud pro Ecclesia Vrgellensi.

An. 861. Ex archivo Ecclesiæ Vrgellensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Quicquid pro utilitate & necessitate sacrorum locorum efficere contendimus, profuturum nobis & ad præsentem vitam feliciter transigendam & ad æternam beatitudinem faciliùs obtinendam omnino confidimus. Ideoque notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus atque futuris quia venerabilis vir Guisadus Vrgellensis Ecclesiæ Episcopus ad nostram accedens reverenter sublimitatem innotuit de quibusdam rebus à gloriosis Imperatoribus Karolo avo nostro & Ludovico genitore nostro eidem Ecclesiæ suæ per præcepta impræviricanda concessis, id est, condaminam unam quæ est prope hortum sanctæ Mariæ, & Ecclesiam sancti Iacobi, cum suis hortilibus & casalibus. Præterea petiit ut eidem sanctæ sedi redderemus contiguam aliam condaminam & hortum præfatæ condaminæ adhærentem. Addidit etiam de decimis Andorrensis pagi ferri & picis, quæ Ecclesiæ suæ debentur. Simul etiam dixit nobis de quibusdam pagellis qui suæ sunt parrochiæ, ut progenitoribus nostris Imperatoribus per præceptum nostrum eidem sanctæ sedi beatæ Mariæ nomini dicatæ secundùm antiquam consuetudinem subjectas esse confirmaremus. Cujus venerandi Pontificis supplicem rogationem clementer audientes, præceptum hoc altitudinis nostræ fieri jussimus, per quod prænominatas res præscriptæ sanctæ sedis juri subjungimus & dominio Præsulis ejus Guiladi ac successorum ejus perpetuò mancipamus, videlicet ut ecclesiastica & canonica auctoritate ad utilitatem & necessitatem sæpedictæ sanctæ sedis & servorum Christi in ea degentium ordinent atque disponant sine cujuspiam inquietudine aut contradictione. Cerdanensis verò pagus, Libiensis, & Bergitanensis, Palarensis quoque, atque Ripacurcensis, Gestabiensis, atque Cardosensis, Anabiensis, ac Tirbiensis, & locus sanctæ Deodatæ, cum finibus suis, sicut in memoratis imperialibus præceptis notum est scriptum fuisse, semper subjaceant plerunque dictæ sanctæ sedi Vrgellensis Ecclesiæ, neque sit eis licitum ad alias vicinas Ecclesias migrare. Præterea concedimus eidem sanctæ sedi ut sicut aliæ Ecclesiæ Septimaniæ, ita quoque eadem & rectores ejus semper habeant tertiam partem telonei de omnibus illius parrochiæ mercatis. Similiter etiam concedimus eidem Ecclesiæ, ob remedium animæ nostræ, tertiam partem telonei omnium negotiatorum per eandem parrochiam transeuntium atque mercantium. Nullique sit licitum contra hac auctoritatis nostræ præceptionem molestiam de his de quibus dicitur rebus & teloneis inferre super iis dicto Pontifici ac successoribus ejus sive ministris crebrò dictæ Ecclesiæ Vrgellensis ad hoc exequendum constitutis præsentibus temporibus & futuris. Vt autem hoc nostræ auctoritatis scriptum pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Gauzlenus Notarius ad vicem Ludovici recognovit & subscripsit.

Data XIII. Kal. Decembris, Indictione nona, anno XXI. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Acta * Panagone palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

* Pontigone.

XCI.

Commutatio inter Bernardum Comitem Arvernensem & Lanfredum Abbatem Mauziacensem.

An. 864. Ex chartulario Ecclesiæ Brivatensis cap. 217.

INter quos caritas illibata permanserit, pars parti beneficia opportuna præstantur; quia nihil sibi de rebus propriis censuit minuandi quod è contra recipit in augmentum. Ideoque placuit pro utilitate utrarumque partium venerabilem Bernardum gratia Dei Comitem, nec non & uxorem suam Ermengardam, seu Lanfredo Abbate ex cœnobio Mauciaco, qui est in patria Arvernica, in aice Riovenese, constructus in honore beati Petri Apostolorum principis & sancti Caprasij martyris, ubi moderno tempore beatus Stremonius martyr primus Arvernorum Episcopus & prædicator corpore requiescit, unà per consensum monachorum ibi consistentium, ut res congruas tam ecclesiasticas quàm ex alodes unà cum consensu & præceptione glorioſissimi ac excellentissimi Regis Karoli & Rodulfi Episcopi inter se commutare & concambire debuissent, quod ita & fecerunt. Prior namque dedit Lanfredus Abbas cunctáque ejus congregatio partibus Bernardo Comiti & uxori suæ Ermengardi ex rebus sancti Petri & sancti Caprasij in comitatu Brivatense, in vico Brivate cellulam unam in honore sancti Præjecti dedicatam, ipsam cellulam cum curtis & mansis & hortis & exiis & prata II. & campum unum ipsi Ecclesiæ adhærente & aratria I. vel quantumcunque ad ipsam casam Dei aspicit vel aspicere videtur. Et in alio loco, ubi dicitur villa Maceriaco, mansos IV. & vineam unam cum arattiis, cum hortis & campis & pratis, cultum & incultum, quæsitum vel quicquid ad inquirendum est, vel quantumcunque ad ipsos mansos aspicit vel aspicere videtur, hoc est, ab ipso vico usque ad castellum, vel quicquid ex ratione præscripti monasterij legaliter obtinetur, totum & cum omni integritate dederunt Lanfredus suprà nominatus Abbas suíque monachi Bernardo Comiti & uxori suæ Ermengardi. Similiter in compensationem hujus rei meriti supradictus Barnardus Comes & uxor ejus Ermengardis pariter consentientes dederunt partibus Lamfredi Abbati suisque monachis ad opus sancti Petri & sancti Caprasij Ecclesiam quæ est in honore sanctæ Mariæ constructa Iussiaco villa, cum mansis & hortis & pratis & vineis & aratriis. Similiter & in villa Lubiriaco mansum & hortum cum aratria I. & pratellos II. Item & in villa Dignaciaco campos II. Hæc omnia superiùs nominata, quantumcunque ad Ecclesiam ipsam aspicit, vel quantumcunque Donatus Clericus visus fuit habere, vel quicquid Bernardus Comes & uxor ejus visi sunt per actractum ibi adquisivisse, totum & cum omni integritate dederunt prædicto monasterio suisque rectoribus. Ita tamen ut unusquisque de hoc quod recipit post hac die faciat jure ecclesiastico quicquid voluerit. Et est præscripta Ecclesia in eadem patria Arvernica, in vicaria Randanense. De repetitionibus verò in commutationibus pœnæ inferere necesse non est. Sed tamen per studij firmitatem, si unquam tempore par contra parem suum præsentium sive futurorum de eisdem duabus commutationibus uno tramite conscriptis ullam calumniam generare præsumpserit, sua petitio nullum habeat effectum, sed insuper componat duplum tantum quantum ipse res melioratæ valuerint, & hæ commutationes omni tempore inviolabiles permaneant cum omni integritate. Factæ fuerunt commutationes istæ die sabbato, in mense Ianuario, anno XXIV. regnante glorioſissimo Karolo Rege Francorum sive Equitanorum. Signum Lanfredo Abbate. Signum Ingilbertus Præpositus.

XCII.

Karoli Calvi præceptum de insula Sequanæ vicina Ecclesiæ Parisiensis.

An. 867. Ex parvo chartulario Ecclesiæ Parisiensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si rogationibus sacerdotum Christi in honore Ecclesiarum sibi creditarum aurem celsitudinis nostræ inclinamus, regiam consuetudinem exercemus, & ad salutem animæ nostræ idipsum pertinere proculdubio novimus. Itaque notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus atque futuris quia ad supplicem petitionem Æneæ venerabilis Parisiensis Episcopi reddimus insulam quandam eidem civitati in orientali plaga contiguam atque viciniorem Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis & semper virginis Mariæ, quæ siquidem, præter nonam & decimam, antea usibus habebatur & dominio Comitis ipsius civitatis & regionis. Vnde etiam præcellentiæ nostræ præceptum hoc restitutionis seu restaurationis fieri jussimus, per quod statuimus atque firmamus ut memorata insula sine cujuspiam Comitis inquietatione aut sollicitatione, veluti præsignatum est, dominio Episcopi sedis Parisij civitatis & servorum perpetua lege subjaceat eorúmque dispositioni sicut aliæ res dominationis ipsorum Domino auxiliante semper subsistat, nemine contradicente, aut qualibet inventione repente. Vt autem hæc restitutionis sive redditionis nostræ de supradicta insula præceptio semper in Dei nomine meliorem obtineat vigorem, de anulo nostro subter eam jussimus sigillari. Hildeboldus Notarius ad vicem * recognovit. Datum X. Kal. Maij Indictione XV. anno XXVII. regnante Karolo glorioſissimo Rege. Actum Compendio in Dei nomine feliciter. Amen.

XCIII.

Literæ Herardi Archiepiscopi Turonensis de dote Ecclesiæ Trojanæ.

An. 867 Ex chartulario S. Martini Turonensis.

ECclesiam sanctam Dei matrem fidelium dici eámque sponsam vocari nemo fidelium ambigit. Proinde ego in Dei nomine Herardus sanctæ metropolis Turonicæ sedis nullius suffragij merito Archiepiscopus, dum de more canonico parrochiam nostram circuiremus anno incarna-

tionis Dominicæ DCCCLXVII. Indictione I. anno quoque ordinationis noſtræ IX. devenimus ad quendam locum nomine Troium prope monaſterium Cormaricenſe ſupra fluvium Angueram in honorem beatiſſimi confeſſoris Martini infra dioceſim noſtram antiquitus à prædeceſſoribus noſtris conſtructum; cujus ſtatum & facultatem perquirentes, reperimus eundem locum abſque dote & nondum decimarum habentem legitimam ceſſionem. Cujus denique loci ſtabilimentum & honorem tractantes, adhibito nobiſcum aſſenſu & conſilio ſeu juvamine & deprecatione nobiliſſimi Deúmque timentis Cormaricenſis cœnobij Abbatis Audachri, ſimúlque reliquorum ejuſdem monaſterij monachorum, ipſum locum ſecundùm qualitatem inſtaurare curavimus, confirmando eidem loco ſub dotis ſcriptura & largitione prælibati Abbatis in ipſa villa quartas III. de prato aripennos IIII. & farinarium I. in altero verò loco, in villa quæ dicitur Feriacus, inter vineam & terram aripen. I. & ſemis. &c. Data Idibus Novembris anno ..... regnante Karolo Rege ſereniſſimo.

XCIV.

Præceptum Karoli Calvi de Nantriaco villa Eccleſiæ Pariſienſis.

An. 868. Ex parvo chartulario Eccleſiæ Pariſienſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si petitionibus ſacerdotum Dei &c. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus atque futuris quia venerabilis vir Æneas Pariſij Epiſcopus culminis noſtri reverenter adiens ſublimitatem, humiliter deprecatus eſt ut Eccleſiæ ſibi commiſſæ ſanctæ ſedis in honore Dei genitricis & ſemper virginis Mariæ fundatæ auxilium præberemus, cujus res ex maxima parte paganorum vaſtatione conſumptæ & allapſæ videbantur, ita ut nec ſacra loca ipſi ſanctæ ſedi pertinentia reſtitui
* valerent ac reformari * nolerent, neque ſervi Dei in eiſdem degentes vivere ac ſuſtentari poſſent. pro quo multiplicibus rogationibus efflagitavit quandam ejuſdem Eccleſiæ villam in pago Pictavo ſecus fluvium Clinnum ſitam Nintriacum ſibi reddere dignaremur, reddendóque reſtituere non denegaremus. Nos inquam, ut credimus, divina inſpirante gratia ad ſupplicationem ejus auditum benignum accommodantes, non abnuendum ſalubribus admonitionibus ejus ratum omnino duximus. Vnde & celſitudinis noſtræ præceptum hoc fieri juſſimus, per quod memoratam villam Nantriacum, cum Eccleſiis & reliquis ædificiis, cum familia utriuſque ſexus, cum terris quoque cultis & incultis, vineis, pratis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, molendinis, paſcuis, egreſſibus & regreſſibus, cúmque omnibus rebus quæ dici aut nominari poſſunt eidem villæ pertinentibus, memoratæ ſanctæ ſedi Pariſij præfatóque Æneæ Epiſcopo jure eccleſiaſtico æternaliter habendam reſtituentes reddidimus, reddentéſque reſtituimus. Videlicet ut ſine cujuſpiam contradictione aut inquietatione antedictus Epiſcopus & ſucceſſores ejus eandem villam cum ſumma integritate teneant atque poſſideant, & canonica ordinatione ad honorem & utilitatem atque neceſſitatem præſcriptæ ſanctæ ſedis libera poteſtate diſponant; ſcilicet ut quicquid ex ea eſſe poterit, eidem ſacro loco in voluntate Dei proficiat ſemper in honoris augmentum, & animæ noſtræ profit in adjutorium. Vt autem hæc munificentiæ noſtræ reſtitutio pleniorem ſemper & inviolabilem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria ei ſubſcripſimus, & de bulla noſtra ſignari eam juſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Hildeboldus Cancellarius ad vicem Gozleni recognovit.

Datum XV. Kal. Aprilis Indictione I. anno XXVIII. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege.

Actum Silvanectis in Dei nomine feliciter. Amen.

XCV.

Veteres litaniæ deſcriptæ ex libro precum Karoli Calvi Regis Francorum, qui nunc extat in bibliotheca Colbertina.

INCIPIT LAETANIA.

KYrie eleyſon. Ter.		Sancte Tiburti,	Ora.
Chriſte eleyſon. Ter.		Sancte Valeriane,	Ora.
		Sancte Fabiane,	Ora.
Chriſte audi nos.	Ter.	Sancte Sebaſtiane,	Ora.
Sancta Maria,	Ora.	Sancte Corneli,	Ora.
Sancte Michahel,	Ora.	Sancte Cipriane,	Ora.
Sancte Gabrihel,	Ora.	Sancte Vitalis,	Ora.
Sancte Raphahel,	Ora.	Sancte Gervaſi,	Ora.
Sancte Petre,	Ora.	Sancte Protaſi,	Ora.
Sancte Paule,	Ora.	Sancte Marcelline,	Ora.
Sancte Andrea,	Ora.	Sancte Petre,	Ora.
Sancte Iacobe,	Ora.	Sancte Prote,	Ora.
Sancte Iohannes,	Ora.	Sancte Iacincte,	Ora.
Sancte Thoma,	Ora.	Sancte Hermes,	Ora.
Sancte Iacobe,	Ora.	Sancte Saturnine,	Ora.
Sancte Phylippe,	Ora.	Sancte Firmine,	Ora.
Sancte Bartholomee, Ora.		Sancte Georgi,	Ora.
		Sancte Bonefaci,	Ora.
Sancte Mathee,	Ora.	Sancte Maurici cum ſociis tuis.	
Sancte Symon,	Ora.		
Sancte Taddee,	Ora.	Sancte Gereon cum ſociis tuis,	
Sancte Mathia,	Ora.		
Sancte Marce,	Ora.	Sancte Coſme,	Ora.
Sancte Luca,	Ora.	Sancte Damiane,	Ora.
Sancte Barnaba,	Ora.	Sancte Theodore,	Ora.
Sancte Timothee,	Ora.	Sancte Benigne,	Ora.
Omnes ſancti Apoſtoli, Orate.		Sancte Euſtachi,	Ora.
		Sancte Menne,	Ora.
Sancte Stephane,	Ora.	Sancte Albine,	Ora.
Sancte Line,	Ora.	Sancte Cucuphas,	Ora.
Sancte Clete,	Ora.	Sancte Peregrine,	Ora.
Sancte Clemens,	Ora.	Sancte Quintine,	Ora.
Sancte Dyoniſi,	Ora.	Sancte Marcelle,	Ora.
Sancte Ruſtice,	Ora.	Sancte Lantberte,	Ora.
Sancte Eleutheri,	Ora.	Sancte Criſpine,	Ora.
Sancte Sixte,	Ora.	Sancte Criſpiniane,	Ora.
Sancte Laurenti,	Ora.	Sancte Chriſtophore,	Ora.
Sancte Ypolite,	Ora.		

Sancte Simphoriane. Ora.
Sancte Luciane. Ora.
Sancte Vrbane. Ora.
Sancte Projecte. Ora.
Sancte Vite. Ora.
Sancte Agapite. Ora.
Omnes sancti martyres. Orate.
Sancte Hilari. Ora.
Sancte Martine. Ora.
Sancte Benedicte. Ora.
Sancte Gregori. Ora.
Sancte Ambrosi. Ora.
Sancte Augustine. Ora.
Sancte Hieronime. Ora.
Sancte Leo. Ora.
Sancte Medarde. Ora.
Sancte Germane. Ora.
Sancte Remigi. Ora.
Sancte Fortunate. Ora.
Sancte Aniane. Ora.
Sancte Florenti. Ora.
Sancte Columbane. Ora.
Sancte Chlodoolde. Ora.
Sancte Amande. Ora.
Sancte Vedaste. Ora.
Sancte Arnulfe. Ora.
Sancte Landeberte. Ora.
Sancte Audoëne. Ora.
Sancte Eligi. Ora.
Sancte Sulpici. Ora.

Sancte Paule. Ora.
Sancte Antoni. Ora.
Sancte Machari. Ora.
Sancte Pauline. Ora.
Sancte Severine. Ora.
Omnes sancti confessores. Orate.
Sancta Felicitas. Ora.
Sancta Perpetua. Ora.
Sancta Petronilla. Ora.
Sancta Tecla. Ora.
Sancta Agata. Ora.
Sancta Agnes. Ora.
Sancta Cecilia. Ora.
Sancta Lucia. Ora.
Sancta Anastasia. Ora.
Sancta Scolastica. Ora.
Sancta Eufemia. Ora.
Sancta Genovefa. Ora.
Sancta Radegundis. Ora.
Sancta Gertrudis. Ora.
Sancta Eulalia. Ora.
Sancta Leuchadia. Ora.
Sancta Brigida. Ora.
Sancta Aldegundis. Ora.
Sancta Medrisma. Ora.
Sancta Eugenia. Ora.
Sancta Columba. Ora.
Sancta Iuliana. Ora.
Sancta Iulitta. Ora.
Sancta Baltildis. Ora.
Sancta Praxedis. Ora.
Sancta Savina. Ora.

Omnes sanctæ virgines Dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti. Orate pro nobis.
Propitius esto. Parce nobis Domine.
Propitius esto. Libera nos Domine.
Ab omni malo. Libera nos Domine.
Per crucem tuam. Libera nos Domine.

Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt pacem nobis dones. Te rogamus audi nos.
Vt Apostolicum nostrum in sancta religione conservare digneris. Te rogamus.
Vt mihi Karolo à te Regi coronato vitam & prosperitatem atque victoriam dones. Te rogo audi me.
Vt Hirmindrudim conjugem nostram conservare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt nos ad gaudia æterna perducere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt liberos nostros conservare digneris. Te rogamus.
Vt sanitatem nobis dones. Te rogamus.
Vt compunctionem cordis nobis dones. Te rogamus.
Vt fontem lacrimarum nobis dones. Te rogamus.
Vt spatium pœnitentiæ nobis dones. Te rogamus.
Vt remissionem omnium peccatorum nostrorum nobis dones. Te rogamus.
Vt animabus parentum nostrorum requiem æternam dones. Te rogamus.
Vt cunctum populum Christianum conservare digneris. Te rogamus.
Fili Dei. Te rogamus audi nos. Ter.
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Dona nobis pacem.
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.
Christe audi nos. Christe audi nos. Christe audi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. Et ne nos inducas.
Ego dixi. Domine miserere mei. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.
Miserere mei Deus.

OREMVS.

DEus, qui in sanctis habitas, & pia corda non deseris, per intercessionem omnium sanctorum tuorum libera nos à terrenis desideriis & cupiditate carnali, ut nullo in nobis regnante peccato, tibi soli Domino servire mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.
Benedicamus Domino. Deo gratias.

XCVI.

Præceptum Karoli Calvi pro Dodone vasso Otgerij.

An. 869. Ex archivo S. Petri Rodensis in diœcesi Gerundensi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Dei gratia Rex. Regalis celsitudinis moris est donis multiplicibus fideles suos & honoribus ingentibus honorare atque sublimare. Proinde morem parentum Regum videlicet prædecessorum nostrorum sequentes, libuit celsitudini nostræ cuidam fideli nostro Dodone vasso Otgeri fidelis nostri de quibusdam rebus nostræ proprietatis honorare atque in ipsius jus ac potestate conferre. Idcirco noverit experientia atque industria omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm & futurorum quia concedimus memorato fideli nostro Dodoni vasso prædicti fidelis nostri Otgerij quasdam res juris nostri sitas infra Septimaniæ regnum in pago Russilionense, id est, villulam quæ vocatur Prunetus cum suo villare Domnolino, vel cum omnibus eorum appendiciis. Seu etiam & concedimus ei alium villarem cujus vocabulum est villare Mansaldi, cum finibus suis. His verò prædictis villulis cum eorum adjacentiis huic fideli nostro prædicto Dodoni ad perpetuum per hanc nostræ largitionis constitutionem concedimus & de nostro jure in jus ac potestatem illius pro solemni donatione transferimus, ita videlicet ut quicquid ab hodierno die & tempore ex prædictis villulis exinde pro sua utilitate atque commoditate jure proprietario facere decreverit, liberam ac firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi, tam donandi quàm vendendi, seu commutandi, necnon etiam suis heredibus relinquendi. Et ut hæc nostræ largitionis atque donationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum

Signum Karoli gloriosissimi Regis.
Almo ad vicem Ilgilgerio recognovit.
Data II. Kal. Martij anno XXIX. Indictione VII. regnante Karolo gloriosissimo Rege.
Actum monasterio sancti Dionysij in Dei nomine feliciter. Amen.

XCVII.

Præceptum Karoli Imperatoris de Ecclesia quæ est in villa Iussiaca.

An. 869. Ex chartulario S. Arnulfi Metensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Quicquid pro amore Dei sanctorúmque reverentia agimus, profuturum nobis ad præsentis vitæ curricula securiùs transienda & ad futuræ beatitudinis præmia feliciùs obtinenda non dubitamus. Comperiat ergo omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque præsentium ac futurorum sollertia quia ob Dei & sancti Arnulphi præcipui confessoris atque Pontificis amorem & honorem libuit celsitudini nostræ, ad deprecationem carissimi nobis filij nostri Karlomanni reverendi Abbatis, quandam capellam in pago Mosslensi in villa Iussiaca in honorem sancti Hilarij confessoris fundatam & dedicatam cum suis appendicibus cunctisque sibi pertinentibus rebus & mancipiis Ecclesiæ præfati sancti Arnulphi ad luminaria inibi continuanda & vinum sacrificio ministrandum pro nostrorum absolutione peccaminum largiri & largiendo eam habendam & canonicè ordinandam confirmare. Vnde hoc altitudinis nostræ præceptum fieri eidémque sancto loco dari jussimus, per quod præfatam capellam cum domibus, ædificiis, curtiferis, viridariis, hortis, vineis, terris, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarúmve decursibus, mancipiis utriusque sexus desuper commanentibus vel ad eandem capellam justè & legaliter pertinentibus plenáque integritate eidem Ecclesiæ perpetim habendam & canonicè ordinandam largimur, delegamus, & confirmamus, ita ut nulli rectorum ipsius monasterij liceat ex eisdem rebus quicquam substrahere aut minuere aut in alios prætet quos constituimus usus retorquere; quatenus Canonici ipsius monasterij liberiùs devotiùsque pro nobis, conjuge, & prole totiúsque regni nostri statu continuisque precibus Dei misericordiam implorarent. Vt autem hujus nostræ largitionis auctoritas inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria signavimus, & anuli nostri impressione sigillari jussimus. Data v. Idum Septembrium Indictione II. anno XXX. regnante Karolo gloriosissimo Rege, & primo in successione regni Clotarij. Actum Metis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

An. 869. Ex archivo S. Petri Rodensis in diœcesi Gerundensi.

XCVIII.

Notitia judicij pro monasterio sancti Andreæ Exalatensis in diœcesi Helenensi.

An. 869. Ex chartulario monasterij Cuxanensis.

IN judicio Salomonis Comitis, Eldesindo Vicecomite, & de judices qui jussi sunt causas audire, ditinere, vel judicare, id est, Tra-

sebado, Ermemiro, Absalon, Longobardo, Berane, Galindone judicum, & in præsentia Vuiliemundo Presbytero, Vvalarico Presbytero, Vviterico, Suniario, Vvanzane, Suniario, Fredenando, Sanson, Dodone, & Gintile saione, vel aliorum plurimorum bonorum hominum qui in ipso judicio residebant, veniens homo nomine Ricosindus, quique mandatarius Salomon Comiti, causas perquirere vel mallare, unde & dicens: Audite me cum isto mandatario de Vvitizane Abbate & Protasio Presbytero, qui ipsas cartas accepit de ipsum alode de villa Canavellas & Tresvallos & Vcenias de Anna & Eldeberto Abbate, & eas protulit in judicio, qualiter tenet in ipsis supradictis locis, casalibus, vineis, terris, hortos, & arbores, qui debet esse de beneficio seniori nostro. Tunc ipsi judices ad ipsum mandatario nomine Vvardina dixerunt: Quid ad hæc respondes? Et ille dixit: Ego omnia ista teneo per isto mandato cujus vocem prosequor per cartas legibus factas quas fecit Anna & Eldebertus Abba cum monachis suis, & ad illos fecit Rotrudes pro eleemosyna, & illud aliud dimisit filiæ suæ Annæ, & illa fecit carta faciente Protasio ad domum sancti Andreæ eleemosynarum. Iterum prædicti judices Recosindo Misso Comitis dixerunt: Potes habere testes aut scripturas aut ullum indicium veritatis unde legibus convincere possis ut per triginta annos quieto ordine fuisset beneficius, & proprius non debuisset esse de ista Anna aut de matre sua Rotrude aut avio suo Berane Comite aut in isto aut in alio aut in tertio placito. Et ille Recosindus in suo responso dixit: Non possum habere quod dicitis nullóque tempore. Tunc ipsi judices interrogaverunt ipsum mandatario cœnobio sancti Andreæ si potuisset adsumere vocem datoris & firmare legibus cum testimonia ipsas cartas & ipsum alodem ut infra istos triginta annos aut suprà legibus aut quietè tenuisset aut possessores fuissent Anna aut matre sua Rotrudes qui istas cartas donationis eleemosynarum fecerunt ad sanctum Stephanum vel sancto Andræe ex voce avi vel patri suo Berane. Et ille respondit: Sic possum habere tale testimonia quomodo Bera Comes habuit ipsum alodem ex comparatione vel alode parentorum suorum & quietè possedit & dimisit filia sua Rotrude, & Rotrudes quietè tenuit per triginta annis & suprà & quietè dimisit filiæ suæ Annæ vel Eldeperto Abbate pro carta donationis per legis ordine. Vnde sic dedit iste Vuardina mandatarius vel Protasius Presbyter tale testimonia qui juraverunt ad seria conditione sicut superiùs scriptum est. Iterum prædicti judices Recosindo mandatario Salomonis Comitis dixerunt: Fac citó exvacuationem sicut superiùs responsum dedisti. Sic me exvacuo ego Recosindus ab interrogatione judicum quòd non possum diffamare ipsos testes & ipsas scripturas, nec testes ampliores nec meliores ut legibus convincere possim ut beneficius debeat esse nec per scripturas nec per nullum indicium veritatis nec in isto placito nec in alio nec nullóque tempore, & hæc mea exvacuatio vera est, quod negare possum in vestro supradicto judicio. Facta exvacuatione sub die XV. Kalendas Septembris anno XXVIIII. regnante Karulo Rege. Recosindus subscripsi & feci. Fredemundus

subscripsi. Signum Ermefredi. Signum Godemarij. Vacanus subscripsi. S. Ermentrici. S. Isideri. S. Ausiliro. Samson subscripsi. Ermimirus. Galindo subscripsi. Absalon subscripsi. Titisuado subscripsi. Bera subscripsi. Iuliono Dei miseratione Presbyter qui bannum exvacuationis scripsi & subscripsi sub die & anno quo suprà.

XCIX.

Karoli Calvi præceptum de novo ponte civitatis Parisiensis.

An. 870. Ex parvo chartulario Ecclesiæ Parisiensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Notum sit omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Telonariis, omnem rem procurantibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, quia inspirante clementia Salvatoris pro totius utilitate regni nostri, ac defensione sanctæ Dei Ecclesiæ, atque Normannorum infestatione, unà cum assensu & voluntate fidelis nostri Parisiacæ urbis Æneæ Episcopi, placuit nobis extra prædictam urbem de ærario nostri scato supra terram monasterij sancti Germani suburbio commorantis, quod à prisis temporibus Autisiodorensis dicitur, subjectum etiam matri Ecclesiæ sanctæ Mariæ commemoratæ urbis opportunum majorem facere pontem. Post expletionem verò ejusdem pontis, tactus, ut credimus, rore cœleste, dignum judicavimus pro amore Dei & sanctæ Dei genitricis Mariæ sanctique Stephani ipsum pontem Æneæ prædicti Episcopi successorúmque suorum potestati subicere; quatenus tam ipse quàm successores ejus ipsum pontem, unà cum via quæ per terram sancti Germani ad eundem pontem vadit, Deo propitio ordinent absque alicujus Comitis ordinatione, & in eadem emunitate permaneat sicut antea fuit & in præceptis antecessorum nostrorum & nostro de rua sancti Germani continetur. Qua concessione facta, præcellentiæ nostræ placuit serenitati, tam ex prædicto ponte quàm ex via sancti Germani jam prædicti quæ tendit ad eundem pontem, eidem scilicet Æneæ Episcopo suísque successoribus auctoritatis nostræ solidum inconcussúmque statuere præceptum; ita ut ipse quam successores ejus in posterum sæpe memoratum pontem cunctásque arcas aquæ ejusdem pontis, ac molendinos, & quicquid ad eum justo ordine & * legatione pertinere videtur, absque ullius Comitis vel Vicecomitis seu cujuslibet judiciariæ potestatis contradictione libero & pacifico teneant arbitrio. Et ut hoc nostræ auctoritatis atque largitionis præceptum in Dei nomine per succedentia annorum curricula conservetur, veriúsque ab omnibus credatur, anuli nostri impressione subter sigillari ac decorari jussimus, manuque propria nostra affirmare curavimus.

* legaliter

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Gislebertus notarius .....

Datum pridie Idus Iulij Indictione III. anno XXII. Domni Karoli gloriosissimi Regis.

Actum palatio Compendio in Dei nomine feliciter. Amen.

C.

Ejusdem Karoli præceptum de abbatia sancti Eligij.

An. 871. Ex eodem chartulario.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si Ecclesiarum negotiis consulendo, eorum statum ad emendationem ob Christi amorem deducimus, ab ipso non dubitamus accipere retributionem pro cujus hæc peragimus honore. Noverit itaque omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque ad præsens & subsecutura sagacitas quoniam Engeluvinus venerabilis sanctæ Ecclesiæ Parisiensis antistes ad nostræ humiliter accedens sublimitatis mansuetudinem deprecatus est ut ob nostræ mercedis conjugísque Reginæ nostræ Richeldis ac virginis intemeratæ genitricis Dei Mariæ emolumentum abbatiam sancti Eligij in potestate Ecclesiæ sibi creditæ sitam, eique jure beneficiario nostra munificentia concessam, jamdictæ Ecclesiæ genitricis Dei sanctæ Mariæ sibíque & post se Dei nutu futuris pastoribus in potestatem & jus ecclesiasticum habendum concederemus & concedendo inprævaricabili nostræ auctoritatis præcepto confirmaremus. Cujus petitionibus concessimus libentius quò nostræ utilitati profuturum perspeximus ampliùs, & ob Domini nostri Iesu Christi súæque virginis Mariæ amorem, atque ob utrarum Ecclesiarum olim à paganis devastatarum invicem emeliorationem, & utilissimè nobis in salutem populi Christiani à genitrice virgine prolis attributionem, hoc nostræ privilegitatis præceptum fieri & sigillari jussimus, per quod supradictam abbatiam cum omni suarum integritate rerum jamdictæ Ecclesiæ præsenti futurísque pastoribus delegando perpetualiter ad habendum concedimus, & concedendo inviolabiliter manere decernimus, atque de nostro jure in jus ac dominationem Dominæ meæ genitricis Dei mei Mariæ sollemni more transferimus, taliter ut quicquid exinde statutus à Deo Præsul secundùm Dei suámque voluntatem facere voluerit, quemadmodum ex aliis sibi creditis ecclesiasticis rebus canonico in faciendo potiatur arbitrio. Eo siquidem pacto ut diem depositionis patris nostri præcellentissimi Imperatoris Ludovici, quod est XII. Kal. Maij, & matris nostræ gloriosissimæ Imperatricis Iudith, quod est XIII. Kal. Aprilis, diem quoque nativitatis nostræ Idibus Iunij, nec non & diem à Deo nobis concessæ unctionis, qui post obitum in diem ipsum in celebrando transfundetur, nativitatem præterea amabilissimæ conjugis nostræ Richeldis Reginæ Kalendis Augusti, & copulam secundùm Dei voluntatem nostræ conjunctionis, insuper & ortum prolis nostræ, si à fœcunda virgine impetrando data fuerit, sub continua orationum Missarúmque assiduitate cum omni clero sibi commisso præsens futurúsque antistes celebret, & refectio in utraque congregatione in die ortus prolis nostræ, si, ut diximus, à genitrice Dei data fuerit, studiosissimè peragatur. De cetero verò, pro hac utriusque Ecclesiæ majorata

emendatione, omnis Præsul pro nobis, conjuge, & prole, regnique statu Dei misericordiam exorare indesinenter accedat. Vt autem hujus nostræ piissimæ largitionis auctoritas potiorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, de bulla nostrâ insigniri jussimus, & manu propria eam subter firmavimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Adalgarius Notarius ad vicem ..... recognovit.

Datum IV. Idus Maij Indictione IV. anno
* xxxi. * VI. regnante Karolo glorioſissimo Rege.

Actum Silvagio palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

CI.

Rostagni conjugisque ejus Berteldis traditio ad Ecclesiam Viennensem.

An. 873. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

NOtitiam traditionis qualiter ..... bonis hominibus qui hanc notitiam subterfirmaverunt, vel quorum signa subter tenentur inserta. Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ qui est constra in honore beati Mauricij infra muros urbis Viennæ, quam Domnus ac venerabilis pater Ado Archiepiscopus ad regendum habet. Nam priscarum legum sanxit auctoritas ut quicumque res suas in quemlibet tradere & transfundere voluerit, hoc per seriem scripturarum pleniter & laudabile Deo auxiliante valeat corroborari. Ideoque ego Rodstagnus & conjux mea Berteldis, dum incognitum non habetur & honorabilibus & nobilibus filiis Ecclesiæ Clericis & laicis qualiter nos suscepimus autrum de thesauro prænominati beati Mauricij libras quinque de auro cocto calicem & patenam pensante unaquæque libram ad ferros Spanisços, ipsas libras de manu præfati Domni Adoni Archiepiscopi accepimus; pro quod auro suprà memorato tradimus res proprias juris nostri quæ sunt in pago Viennensi, in agro sancto Ferreolo, in locis nominandis, in Riveria ad pontum omni hereditate quam de paterno & materna seu & de conquisto usque in Veserontia cum casa indominicata usque ad exquisitum sub integritate tradimus prænominatæ basilicæ sancti Mauricij suisque Pontificibus & agricultoribus, cum vineis & terris ibidem aspicientibus. In monte ..... petra concagata terris & brogaliis à Cartanias & ad strada, cum bosco & omni adquesito, ad Marslocco casa & vineola, à Maleto vineam quam de Vxterameo & uxorem ejus concambiavi medietatem, has cum fontibus & arboribus, aquis aquarúmque decursibus, sub integrum ad jamdictam casam Dei suisque rectoribus pro præfato auro tradimus atque transfundimus. Idcirco ego Rostagnus ad hanc traditionem veniens, vocatóque Domno Adoni Archiepiscopo cum clero suo in præsentia nobiliorum omnium, id sunt, Ingelgerius, Albo videlicet, Vrbertus, Dominicus, Martinus, Benunius, seu & in præsentia plurimorum qui eum eis ibidem aderant, Ingelgerius, Bodo, Acardus, Manuoldus, Eurelaius, Gemmo, Sigebrannus, Ausbertus, Flodoldus, Teulandus, Leudoinus, accipiens ostium & cispitem & andelam præfati Episcopi & clero suo manibus propriis has rebus condonavi pro prædicto auro & tradidi. Denique factum est ut ægrotarem. Iterum misimus propinquos & filios nostros pro stabilitatis firmamento traditionis nostræ, Acardo & Eldemanno, Silvium quoque, VVigoni, & Astagno, ut præfatæ basilicæ sancti Mauricij suisque rectoribus vestituram de prædictis rebus facerent. quod ita præsentialiter & fecerunt. Qui exinde vestituram receperunt, fuerunt Constantius Chorepiscopus, Arlenus Præpositus, Honoratus Presbyter, Leutbertus Decanus, Vcbertus Advocatus Domni Adonis Episcopi. Ad hanc receptionem iterum præsens adfuit præfatus Domnus Ado Archiepiscopus, honorabilis vir Angelboto, Odilo denique, & ceteri nobiles, Vassi, & concives, qui cum eo ibidem aderant. nomina & signacula quorum subter tenentur inserta. Inde postmodum isdem Rostagnus per memetipsum veniens in civitate Vienna, eandem traditionem iteravi de suprà nominatis rebus, ut deinceps rectores Ecclesiæ Viennæ secundùm auctoritatem ecclesiasticam sicuti & alias res Ecclesiæ ordinarent & disponerent ac perpetuo jure eadem ipsa Ecclesia possideret, atque his præsentibus pargameno dato scripturam inde facere rogavit Clericis reverendo Episcopo suprædicto Constantio Chorepiscopo, Erleno Præposito, Leutberto Decano, Teutelmo Abbate & Diacono, Onorato Presbytero, Adalberto Diacono, Elergario Diacono, & clero penè omni, laicis autem nobilibus Angelbotene Vasso regio, Raginardo, Rostagno, Silvio, Odilone, Vvaninco, Vvaldone, Arnaldo, Varemboldo, Leupardo, Teutone, Leudoino, Gervino, & Vtberto Advocato Ecclesiæ præsentibus & multis aliis. Si quis igitur ego ipse aut uxor mea aut filij mei aut ullus de heredibus meis aut ulla unquam opposita persona qui contra hanc donationem, quam sponte pro pondere auri conscribere & firmare decrevimus, surrexerit aut aliquid infringere aut inquietare præsumserit, nec valeat vindicare quod repetit, sed insuper inferat tantum & aliud tantum quantum præfatæ res tunc tempore melioratæ valuerint agricultoribus & rectoribus Ecclesiæ, & præsens traditio & donatio hæc omni tempore suam obtineat firmitatem cum omni sponsione & stipulatione subnixa. Hæ res suprascriptæ in quantum valerent pro precio auri accepto sunt, ita ut quantum plus super valeret aurum, sive de rebus sive in mancipiis sive in alia qualibet pecunia alia suppleretur. Additæ sunt quoque pro prædicto auro familiæ quorum sunt nomina. Bona cum infantes suos quatuor, Grimelius cum muliere sua & infantem suum, Garducia, Maurellus, Eldegarda. Rostagnus traditione ista fieri & firmare rogavi. S. Bertildæ, quæ hanc traditionem similimodo fieri & firmare rogavit. S. Acardo. S. Odiloni. S. Silvij. S. Eldemanni. S. Vgonis. S. Arestagni. Arnoldus Clericus subscripsit. S. Amalgaudo. S. Ingelgerij. S. Boddoni. S. Gemma. S. Siebranni. S. Ausberti. S. Flodoldo. S. Teuttanno. S. Dominici. S. Martini. S. Beninni. S. Vvaldoni. S. Vvaremboldus. S. Leupardo. S. Teuto. S. Airoardus Presbyter rogatus & jussus hanc traditio-

nem & donationis scripsi. Datum XII. Kal. Maias anno quarto quo successit Domnus Karolus Rex regnum quondam nepotis sui Lotharij.

CII.

Ioannis VIII. epistola ad Adalgarium Episcopum Augustodunensem.

An. 876. Ex chartulario Ecclesiæ Augustodunensis.

IOhannes Episcopus servus servorum Dei reverentissimo & sanctissimo Adalgario sanctæ Augustudunensis Ecclesiæ Episcopo ac per te in eadem Ecclesia in perpetuum. Divinæ præceptionis monent cunctos eloquia ut quotiens res aliena contra rationis ordinem à quoquam detinetur, æquitate debeat imminente restitui. Constat siquidem villam quædam Tilionacum proprietatis jure sancti fuisse quondam Leodegarij Augustidunensis Episcopi, & ab eo sancto collatam Nazario, cujus vocabulo ipse honoratur episcopatus. Pòst verò cùm à pravis hominibus longo tempore fuisset retenta & quasi in proprietatem eorum redacta, dilectus filius noster Karolus clementissimus Imperator, super hoc subtili examinatione habita, cùm eam ad jus Ecclesiæ Augustidunensis pertinuisse legitimè cognovisset, & possessam primò ab ea, & postea pervasam à violentis hominibus liquidò didicisset, hanc præcepto suæ auctoritatis ipsi episcopio reddidit & ad jus ipsius Ecclesiæ revocavit, cui scilicet hanc superiùs nominatus sanctus Leodegarius olim contulerat. Et ideo, quia postulavit à nobis sanctitas tua ut jam memoratam villam secundùm imperiale præceptum apostolicæ auctoritatis liberalitate aut privilegio Augustidunensi Ecclesiæ confirmaremus, inclinati precibus tuis, supernæ pietatis gratia suffragante, prædictæ Ecclesiæ, cui fraternitas tua præesse dinoscitur, sæpe memoratam villam, sicut antiquitus fuit, denuo confirmamus, ut hoc quod suum fuerat, & redditum nunc possidet, debeat sine cunctatione perpetuis temporibus possidere vel adhærere, hujus privilegij auctoritate confirmantes antedictam villam in præfato episcopio constituimus quòd in ejusdem episcopij Ecclesia, de qua ablata fuerat, nunc reddita in ipsius dominio sine ambiguitate permaneat. Non solùm autem crebrò dictam villam, sed & omnes quæ ejusdem Ecclesiæ vel modò sunt vel futuræ consistunt, in eodem episcopio confirmamus habendas, statuentes pontificali censura, sub interdictione anathematis futurisque judicij, nulli liceret hæc quæ à nobis tam super jamdicta villa quàm super omnibus rebus ab eadem Ecclesia vel habitis vel habendis promulgata sunt, aliqua temeritate violare vel conturbare aut repetere; sed potius stabilitate perenni inconvulsa permanere in eodem pio loco decernimus. Quòd si quis autem magnus vel parvus adversùs hoc privilegium auctoritate apostolicæ sedis munitum agere tentaverit, sciat se perenni judicio condemnandum & igni qui non extinguitur mancipandum. Qui verò custos & conservator ejus extiterit, æternis gaudiis perfruatur, & præmiis cum angelis in cœlestibus potiatur. Scriptum per manus Gregorij Notarij regionarij & Scriniarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Novembri, Indictione decima. Bene valete.

Ista confirmata sunt à Bosone, Karlomanno, & Odone Regibus, quorum præcepta suis locis inferiùs habentur descripta.

CIII.

Ejusdem epistola ad clerum & populum Augustodunensem.

IOhannes Episcopus servus servorum Dei omnibus filiis sanctæ Eduensis Ecclesiæ & per vos successoribus vestris in perpetuum. Auditum est nostris apostolicis auribus & crebrò intimatum frequenter Ecclesiis Galliarum contra decreta canonum in electione suorum Episcoporum violentiam inferre. Quod nos, cui Ecclesiarum omnium cura commissa est quamvis indignis, visceraliter condolentes, ab universis Ecclesiis hanc insertam volentiam auctoritate Dei & beati Petri recidere cupientes, præcipuè vobis, sanctæ videlicet Eduensi Ecclesiæ, hujus nostri decreti privilegium scribere sancivimus, Reges Francorum primùm observatores orantes; in quo decernimus & regulariter ordinamus ut deinceps nemo Regum vel principum vel aliqua persona vobis superponere vel ordinare aut successoribus vestris præsumat nisi ex filiis ipsius Ecclesiæ secundùm scripta canonum, quem clerus elegerit & populus proclamaverit, si in ea dignus reperiri potuerit. Quòd si in ea, quod fortè accidere non credimus, inventus non fuerit, unanimi eorum consilio tam cleri quàm populi de aliis dignissimus expetatur. Vestrum denique honorem, quem de seniore adepti fueritis, de vestris domibus & de vestris canoniis & de communi causa fratrum & de omni proprietate vestra in heredibus legitimis statuendis & eligendis ex ipsa domo nostra apostolica auctoritate licentiam vobis concedimus ordinandi absque alicujus controversia impedimenti. Si quis verò magnus vel parvus contra hoc nostrum decretum & concessivam largitionem in aliquo surgere nostrámque apostolicam auctoritatem violare vel infirmare præsumpserit, sciat se anathematis vinculo sanctæ Trinitatis invocatione & beati Petri Apostoli potestate ac nostra auctoritate æternaliter cum inimicis Dei & ejus contradictoribus usque ad satisfactionem profligatum ac in perpetuum damnatum. Conservatores autem hujus nostri decreti pax & gaudium & benedictio à largitore omnium bonorum Deo consequantur & vitam æternam habere mereantur.

Ex eodem chartulario.

Scriptum per manus Theodori Scriniarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Martij & Indictione sexta. Datum ..... Bene valete.

CIV.

Notitia judicati pro Audesindo Episcopo Helenensi adversùs Auvaldum.

An. 876. Ex chartulario Ecclesiæ Helenensis lib. 2. cap. 96.

IN judicio Isimberto Misso Bernardo Comite, sive & de judices qui jussi sunt causas dirimere & legibus diffinire, id est, Teodofredus, Me-

dema, Arifredus, Teodericus, Ildoigius, Sindila, Albarus, Mantio, Calvilæ, Fauvane judicum, Valafonso saione, vel in præsentia Hictore, Ragamberto, Epulone, Munio, Adoaro, Atone, Arnaldo, Aberaldo, Suniario, Sendebado, Tractimiro, Domferanno, Ramnone, Maurecato, Ermemiro, Senderedo, Georgio, Achilane, & Victore, vel aliorum plurimorum bonorum hominum præsentia qui in ipso judicio residebant. Recognosco me Auvaldus apetitionibus Fridemiro, qui est mandatarius de Audesindo Episcopo, vel ad interrogatione de supradictos judices, verum est in omnibus, & hoc negare non possum, quia de his unde me mallavit meminitus Fredemirus mandatarius de Audesindo Episcopo, quòd ego injustè retineo homines qui sunt commanentes prope claustra sancti Felicis & ejus terminio, quæ ipsi Ecclesiæ subditum esse debet sub ditione sanctæ Eulaliæ Elenense sedis Ecclesiæ de ipso pojo ubi est ipsa mata, & rectè descendit, & accipit partem de ipsum locum ubi ipsas vineas fuerant, & sic vadit ad ipsam viam qui discurrit de monte Albariæ, & inde ducit ad locum ubi dicitur ad ipsas aluminarias, & pergens de ipsas aluminarias per ipsos torrentes ad ipsum pojum, & iterum revertit rectè ad ipsam præscriptam matam. Et ego Auvaldus respondi quòd non injustè sed partibus Comitis & ad servitium Regis exercendum hoc retineo, & hanc meam responsionem præsentiæ vestræ judicium conditionis ostendit sæpe dictus Fredemirus mandatarius de Audesindo Episcopo, qui legibus ductus est atque ibidem resonat ex qua auctoritate prædictus locus sancti Felicis sub ditione sanctæ Eulaliæ esse debet. quod etiam & vos præfati judices me interrogastis si potuissem per legitimos placitos habere scripturas aut legitimos testes aut quodlibet verum documentum per quod probare potuissem ut sæpe dictus locus per beneficia vel adprisionem Comiti regalem servitium persolvi debeat vel homines loci illius commanentes vel contra ipsam scripturam aliquam inferre potuissem infamiam. Manifestè verum est quia dictus locus sancti Felicis cum claustra & terminia ejus, sicut suus resonat judicius, à prædecessores Audesindo Episcopo, videlicet Vinedario Episcopo, Ramno Episcopo, Salamone Episcopo, & isto præsente Audesindo per hos annos quinquaginta seu & amplius jure ecclesiastico possessum fuit per successionem sancti Felicis sub ditione sanctæ Eulaliæ, & ipse suus judicius condicionis verus est in omnibus & legibus factus, & ego Auvaldus sic me recognosco atque evacuo quia non possum contra ipsum judicium nullam inferre infamiam neque probare per testes neque per scripturas sed neque per ullum indicium veritatis quòd ipse præfatus locus partibus Comitis esse debeat vel homines loci illius commanentes servitium Regis exinde persolvi debeant nec modò nec ullóque tempore; quia plus pertinet ad Audesindum Episcopum, qui hoc perquirit rectè jure ecclesiastico, quàm à me Auvaldo, qui retineo hoc partibus Comitis injustè, & ea quæ me recognosco, rectè & veraciter me recognosco vel evacuo in vestro supradictorum judicio. Facta recognitione evacuationis sub die XVI. Kal. Ianuarij anno XXXVI. regnante Karolo Rege. Auvaldus, qui hanc meam recognitionem feci subscribi. Remesarius, Mauregatus, Argeredus, Ildorgius, Ragambertus. Sanctus Presbyter hanc recognitionem scripsi sub die & anno quo supra.

CV.

Libertas Rainaldi Clerici.

An. 878. Ex archivo Ecclesiæ Andegavensis.

CVm Christianissimus ac religiosissimus Imperator Ludovicus cœlestis protectionis ope suffragante invictissimus Augustus sanctam matrem Ecclesiam ad meliora instantissimè subveheret, hoc ei inter cetera sanctæ devotionis suæ studia exhibuit ut usus valde inolitus atque reprehensibilis, qui dignitatem ejus magna ex parte fuscare videbatur, eò quòd scilicet servilis & originariæ conditionis personæ contra statuta canonum sacris divinisque ministeriis eatenus applicarentur, suæ auctoritatis præcepto pelleretur, & qualiter dehinc hujuscemodi conditionis homines Ecclesiæ utilitati idonei reperti nexu servitutis eriperentur, & ad hanc dignitatem promoverentur, unà cum consensu Pontificum & Optimatum imperij sui statuere procuravit, id ipsum quoque veneranda proles ejusdem Imperatoris invictissimus Rex Karolus pari voto honorificentiæ sanctæ Dei Ecclesiæ annuit. Igitur ego in Dei nomine Hugo misericordia Domini Abbas Ecclesiæ gloriosissimi Confessoris Christi Aniani juxta memorati piissimi Augusti præceptum te Clericum nomine Raginaldum ex familia ejusdem sancti Aniani progeniem ducentem, hoc est, ex Apiariis villa, ante sanctum altare & præsentiam fratrum sancti Aniani unà cum collubentia eorundem fratrum & deprecatione Adalardi Archiepiscopi, qui jamdictam villam, Apiarias scilicet, in beneficium habet, à vinculo servitutis ob amorem Domini nostri Iesu Christi, ad cujus militiam eligeris, publicè absolvo, civémque Romanum instituo, ut ab hinc Christo favente in tuo jure & potestate consistens ita vivas ingenuus civisque Romanus tamquam si à liberis ortus fuisses parentibus, & neque nobis neque successoribus nostris quicquam noxialis debeas servitutis, sed sub integra plenáque ingenuitate, quam propter sacri ordinis dignitatem accipere mereris, tempore vitæ tuæ permaneas: quatinus catena servitutis, cui nascendo hactenus obnoxius extitisti, per hanc absolutionem ereptus, securiùs liberiùsque divinæ potentiæ Domino adjuvante famulari valeas. Vt verò absolutionis hujus titulus, qui pro reverendis cultibus venerabiliter celebratur, firmum omni tempore obtineat vigorem, manu propria subter roboravimus, nobilissimóque sancti Aniani clero astipulandum destinavimus. S. Hugo Abbas. S. Adalardus Archiepiscopus. S. Vvaramundus. S. David. S. Martinus. S. Salomon. S. Gausbertus. Data III. Nonas Decembris anno primo regni Karoli Imperatoris.

CVI.

Præceptum Karoli Calvi pro monasterio Solemniacensi.

An. 876. Ex schedis V. C. Iacobi Sirmondi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus ejusdem Dei omnipotentis misericordia Imperator. Quicquid locis divinis cultibus mancipatis largiendo conferimus, profuturum nobis & ad æternam beatitudinem faciliùs obtinendam & ad præsentem vitam feliciùs transigendam omnino confidimus. Itaque notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus scilicet atque futuris quia pro absolutione peccatorum nostrorum complacuit nobis Bernardum venerabilem & nobis dilectum Abbatem ex monasterio Solemniaco, quod est in honore beati Petri & Pauli constructum, quasdam villas, quarum una dicitur Vosias, altera verò Ludiniacus, cum omnibus ad se pertinentibus, & cum familia utriusque sexus desuper commanentibus, vel ad id jure respicientibus, jamdicto Abbati sive successoribus ecclesiastico more tenendum atque ad perpetuum regendum per hoc altitudinis nostræ præceptum condonamus atque condonantes delegamus. Vnde hoc celsitudinis nostræ præceptum hoc fieri jussimus, per quod memoratas res cum omni integritate omnibúsque appendiciis & cum familia utriusque sexus perpetuo jure habendas jamdicto Abbati & successoribus ejus sine cujuspiam contradictione aut usurpatione sive minoratione omnino condonantes roboramus. Vt autem hujus nostræ auctoritatis largitio in Dei nomine majorem obtineat deinceps firmitatis vigorem, manu propria subter firmantes, anuli nostri impressione assignari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Imperatoris Augusti.

Audacher Notarius ad vicem Gozleni recognovit.

Data XVII. Kal. Augustas Indictione VIIII. anno XXXVII. regnante Karolo gloriosissimo Imperatore, & in successione regni Lotharij anno VI. imperij autem ejus anno I.

Actum Pontioni palatio imperiali in Dei nomine feliciter. Amen.

CVII.

Præceptum Karoli Calvi Imperatoris de rebus quas Adalbertus in Rivisiaco & Sarmasia dedit monasterio sancti Germani Autissiodorensis.

An. 877. Ex chartulario S. Germani Autissiodorensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus ejusdem Dei omnipotentis misericordia Imperator Augustus. Si servorum Dei justis postulationibus aurem nostræ serenitatis accommodamus, eásque ad effectum piæ petitionis prosperandæ perducimus, profuturum nobis hoc ad præsentem vitam feliciùs transigendam & ad futuram vitam faciliùs obtinendam fore nullatenus dubitamus. Quocirca noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque tam præsentium quàmque futurorum sollertia quoniam quidam ex monachis ex cœnobio sancti Germani Autisiodorensis adierunt excellentiam nostræ celsitudinis, innotescentes serenitati nostræ qualiter quidam noster fidelis Adelbertus nomine alodium suum, quod constat in finibus comitatus Senonici, & est in villis Rivisiaco & Sarmasia supra fluvium Sedono, eidem cœnobio liberalitatis munificentia per cartarum instrumenta contulisset, Abbas verò memorati cœnobij & reliqui fratres ipsum alodium jure beneficiario & usufructuario eidem Adelberto denuo conferre studuerunt, sed post hæc ob illius negligentiam in fiscum nostrum decidit, & in jus ac dominationem nostram legaliter devenit. Et quia præfato cœnobio non aliter legitimè, postquam in fiscum nostrum decíderat, reddi poterat nisi per præceptum nostræ auctoritatis, libuit serenitati nostræ hoc altitudinis nostræ præceptum fieri & jamdicto cœnobio dari; per quod præcipimus atque jubemus ut ita præfatum alodium, stipendiis fratrum à nobis deputatum, ita quietè teneat atque possideat, absque alicujus inquietudinis impulsu, sicut reliquas res olim à fidelibus Christianis antiqua munificentia sibi collatas. Vt autem hujus nostræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine firmitatis obtineat vigorem, manu nostra illud firmavimus atque anuli nostri impressione subter jussimus sigillari. Datum Non. Maij Indictione X. anno XXXVII. regni Domni Karoli Imperatoris in Francia, & imperij ejus anno secundo. Actum Compendio monasterio in Dei nomine feliciter. Amen.

CVIII.

Ejusdem præceptum pro Oliba Comite Carcassonensi.

An. 877. Ex archivo monasterij Crassensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus ejusdem Dei omnipotentis misericordia Imperator Augustus. Imperialis celsitudinis mos est fidelis regni sui donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare sublimésque efficere. Proinde ergo & nos prædecessorum imperatorum parentum videlicet nostrorum morem sequentes, libuit celsitudini nostræ quendam fidelem regni nostri nomine Olibam de quibusdam rebus quæ sunt in nostra ditione honorare atque sublimare, quæ res sitæ sunt in Gotia, id est, omnes alodes quæ fuerunt olim infideli nostro Etilio Betani, & ob illius infidelitatem in jus & dominationem nostram legaliter devenerunt. Hos igitur omnes alodes in variis comitatibus Gotiæ consistentibus jam dicto Olibæ fideli nostro concedimus & concedendo perpetualiter delegamus, ita ut ab hodierna die & deinceps liceat memorato Olibæ Comiti Carcassensi fideli nostro ex eisdem alodis à nobis sibi concessis facere quicquid voluerit sicut de reliquis rebus suæ proprietatis, & omnia cartarum instrumenta ex eisdem alodis dudum facta seu quaslibet firmitatum conscriptiones per hoc nostræ serenitatis præceptum irrita facimus atque evacuando annullamus; sed liceat jam fato Olibæ Comiti eosdem alodes cum omni in-

tegritate sua atque adjacentiis quietè tenere atque possidere nemine inquietante. Similiter omnes alodes qui fuerunt Fredario & uxori suæ Deusianæ, qui sunt in Carcasense, qui fuit infidelis noster. Similiter omnes alodes Hostoliti & fratrum suorum, qui alodes sunt in Carcasense, infidelium nostrorum. Hæc autem omnia cum Ecclesiis, villis, silvis, vineis, pratis, & cum omni integritate sua Olibæ in proprium concedimus & de jure nostro in jus ac dominationem illius solemni more transferimus, ita ut ab hodierna die & deinceps quicquid ex prædictis rebus facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat faciendi sicut de reliquis rebus suæ proprietatis nemine contradicente. Vt autem hujus nostræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine firmitatis obtineat vigorem, manu nostra illud firmavimus, atque anuli nostri impressione subter jussimus sigillari.

Signum Karoli gloriosissimi Imperatoris Augusti.

Audacer ad vicem Gauzlini recognovit.

Data III. Idus Iunij, Indictione decima, anno XXXVII. regni Karoli gloriosissimi Imperatoris Augusti in Francia, & imperij ejus secundo.

Actum Carisiaco palatio felicit er in Dei nomine. Amen.

Frotarius ambasciavit.

CIX.

Ludovici II. Regis Francorum præceptum pro Ecclesia Parisiensi.

An. 878. Ex parvo chartulario Ecclesiæ Parisiensis.

IN nomine Domini Dei æterni & salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus misericordia Dei Rex. Si ecclesiasticis negotiis consulendo, quorum statum ad emeliorationem ob Christi amorem deducimus, ab ipso non dubitamus accipere retributionem pro cujus hoc honore peragimus. Noverit igitur omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque præsens & futura sagacitas quoniam Adelaidis carissima nostra conjux & Gauzlinus venerabilis Abbas ad nostram accedentes mansuetudinem deprecati sunt ut in nostræ mercedis augmentum sempérque virginis intemeratæ genitricis Mariæ emolumentum Yngeluvino venerabili Parisiensis urbis Episcopo & suæ Ecclesiæ, quæ est in honore sanctæ Mariæ matris Domini ædificata, per nostrum denuo præceptum, patris nostri imitantes liberalitatem, abbatiam sancti Eligij, quæ est infra muros Parisij civitatis, ad jus ecclesiasticum habendam & ab ipso & ab omnibus successoribus suis æternaliter possidendam reconcederemus. Sed jamdictus venerabilis Episcopus Yngeluvinus deprecatus est ut ex ipsa abbatia quandam villulam quæ vocatur Gentiliacus cum Ecclesia & omnibus ad eandem villulam pertinentibus memoratæ suæ matri Ecclesiæ ad luminaria per hoc ipsum nostræ auctoritatis præceptum perpetualiter habendam concederemus. cujus etiam preces spernere noluimus. Vnde ob Domini nostri Iesu Christi súæque genitricis amorem nostræ concessionis iterum fieri præceptum & jamdicto Yngeluvino venerabili Episcopo atque suæ matri Ecclesiæ dari jussimus; per quod supradictam abbatiam cum omnium suarum rerum integritate tam ipse quàm & omnes post eum futuri Pontifices liberè teneant, sicut à genitore nostro institutum est, & more ecclesiastico perenniter possideant, eo scilicet ordine sicut & alias res quæ eidem matri Ecclesiæ concessæ habentur, verùm præfatam villulam Gentiliacum propriè ad luminaria jugiter teneat; quam volumus ut nullus Episcoporum per accedentia tempora ad suam proprietatem detentet aut alicui dare præsumat, sed tantùm ad luminaria deserviat. Eo si quidem pacto ut diem à Deo nobis concessæ unctionis, quæ est VI. Idus Decembris, & diem nostri futuri obitus Præsul memoratus atque sui successores sub continua orationum Missarúmque assiduitate cum omni clero sibi commisso celebret, & refectiones in jamdictis diebus in utraque congregatione studiosissimè peragantur. Ceterùm pro præsenti utriusque Ecclesiæ emolumento à nobis restabilito omnis Præsul pro nobis, conjuge, & prole, regnique statu Domini misericordiam indesinenter exorare procuret. Et ut hæc nostræ denuo reconfirmationis auctoritas per omnia tempora inviolabiliter conservetur, manu propria subter firmavimus, & anulo nostro insigniri jussimus.

Vvlfardus Notarius ad vicem Gozlini recognovit & subscripsit præceptum hujus exemplariæ.

Datum IV. Non. Aprilis Indictione X. anno I. regni Domni Ludovici gloriosissimi Regis.

Actum Parisius civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

CX.

Ejusdem præceptum pro Ecclesia Barcinonensi.

An. 878. Ex chartulario Ecclesiæ Barcinonensis.

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus misericordia Dei Rex. Si sacerdotibus in quibuslibet necessitatibus ecclesiasticis nostra auctoritate sublevandis consulimus, & ad ministerium suum liberiùs exsequendum opem ferimus, à summo Pontifice Domino nostro Iesu Christo æterna remuneratione largiri nobis præmia non ambigimus. Notum sit igitur omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrísque præsentibus scilicet & futuris quia venerabilis Frodoynus Barchinonensis Episcopus ad nostram accedens clementiam deprecatus est regiam celsitudinem nostram quatenus ipsam Ecclesiam & sedem Barchinonensem sub immunitatis nostræ tuitione susciperemus, sicut Domnum genitorem nostrum Karolum Imperatorem constat fecisse. Cujus precibus liber acquiescentes præcipiendo jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca aut agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri juste & legaliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, vel ea quæ deinceps à catholicis viris divina pietas in jure ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quàm servos super terram ipsius voluerit augeri, ad causas

audiendas, aut freda vel tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ tam ingenuos quàm ſervos ſuper terram ipſius commanentes vel francos injuſtè nec juſtè diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuperiùs memorata ſunt penitùs exigere præſumat; ſed liceat memorato Præſuli ſuiſque ſucceſſoribus res prædictæ Eccleſiæ cum omnibus ſibi ſubjectis ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere & nobis fideliter deſervire. Petiit etiam idem venerabilis Frodoynus Epiſcopus ob amorem Dei & reverentiam ſanctæ crucis, in cujus honore prædicta Eccleſia Barchinonenſis dedicata eſt, & ſanctæ Eulaliæ, cujus corpus in ipſa Eccleſia requieſcit, ut canonicam reſtaurare eidem Eccleſiæ, quæ penitùs deſtructa eſſe videtur, ei conceſſiſſemus, & auxilium ſive adjutorium præberemus. Nos ergo ob remunerationem mercedis animæ noſtræ concedimus eidem Epiſcopo licentiam canonicam ejuſdem Eccleſiæ reſtaurandi. Et ad ipſam Eccleſiam concedimus & per hoc præceptum noſtræ auctoritatis confirmamus cellam ſanctæ Eulaliæ & ſancti Geneſij, ſicut Iovencianus Preſbyter de heremo traxit, & quod incultum reliquit, cum omnibus appendiciis ſuis, molinis, terris, & hortis, & agrum qui eſt ſitus juxta ſtrata publica prope villam Pinellos, & cellam quæ eſt pagi Gerundenſis, ſive ſancti Martini Eccleſiam, cum vineis & ſilvis & villis ſibi pertinentibus, & domum ſancti Cucuphatis & ſancti Felicis ad locum Octavianum cum apriſionibus & adjacentiis & omnibus ibidem pertinentibus, ſicut Oſtofredus Abba per præceptum tenuit, domum ſancti Geneſij & ſancti Martini ſitam in rivo Teneſi, & villa quæ dicitur Codes cum ſpeluncis, molinis, terris cultis & incultis, & omnibus adjacentiis ſuis, item domum ſancti Martini ad locum maritimum, juxta rivo Argentona, cum villaricellos deſuper poſitos, cum terminis & adjacentiis ſuis. Item concedimus prædictæ Eccleſiæ ſeu venerabili Epiſcopo prædicto de proprietate noſtra locum qui dicitur Riellos, ſitum in latere montis Signi, juxta alodem Baroni, & villam quæ dicitur Breda, & villam Campinos cum examplariis, ædificiis, caſticiis, & vineis, terris cultis & incultis, & cum omnibus adjacentiis ibidem pertinentibus, cum domo & vinea vel horto quod ibi ædificavit Otolgiſus Preſbyter, & villaricello quod dicitur Cerdanus per ſummitatem montis Signi uſque in rivo Tordaria; excepto quod Spani homines de heremo traxerunt. Et in alio loco, villare quem dicunt de Provaſio, & Eccleſia ſanctæ Mariæ ibidem ſita. & villaricellos qui ſunt per ipſa ſerra de ipſo monte, unde ipſa ſtrata dividit uſque ad aliam ſtratam quæ pergit de Gerunda ad Barchinonam. Concedimus inſuper ei tertiam partem telonei, ſicut Bernardus Marchio noſter per præceptum genitoris noſtri ei acceptavit de ſuburbio loci ipſius, tam de mari quàm omni mercationi, & de heremis terræ, & de portatico, & de moneta. & villam, id eſt Romanos, cum villaricello deſuper poſito, juxta domum ſancti Stephani, & alteram villam Rodaldi cum ſuis adjacentiis, ſicut in præcepto Domni genitoris noſtri continetur, ſeu domum quæ in civitate eſt Barchinona, ſicut Adaulfus Epiſcopus habuit. Concedimus ei agrum ſuum prope civitatem Barchinonam quem hactenus Godus nomine Recoſindus de poteſtate Ioannis Epiſcopi tulit & abſque lege tenuit. Volumus etiam ut præfatus Epiſcopus ſuique ſibi commiſſi pro nobis, conjuge, ac prole Domini miſericordiam exorare non negligant. Vt autem hæc noſtræ munificentiæ auctoritas firmior habeatur, & noſtra largitas ſemper in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & anulo noſtro inſigniri juſſimus.

Signum Ludovici glorioſiſſimi Regis.

Vulfardus Notarius ad vicem Gozleni recognovit.

Datum v. Idus Septembris Indictione XI. anno primo regni Domni Ludovici glorioſiſſimi Regis.

Actum Trecas civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

CXI.

Karlomanni Regis Italiæ præceptum pro monaſterio ſanctæ Chriſtinæ.

An. 879. Ex veteri codice Longobardico.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karlomannus divina favente gratia Rex. Quicquid pro Dei ſummi amore ſanctorum ipſius veneratione ſacratis locis impendimus, ad noſtri augmentum regni non diffidimus profuturum. Idcirco univerſorum ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorúmque fidelium præſentium ſcilicet & futurorum ſagacitas noverit quòd nos tam divino tacti inſtinctu quàm ſempiternæ retributionis compulſi intuitu ad repropitiandum nobis noſtriſque parentibus cœleſtem Regem & dominatorem omnium, beatæ virginis & martyris Chriſtinæ cœnobium in Italico regno conſtructum haud procul à curte regia qua Ollona dicitur, ubi venerabilis Abba Traſoaldus præeſſe videtur, cum omnibus qui ſub cura & ditione ipſius ſunt famulis Chriſti, cunctiſque rebus ac familiis ad eundem locum reſpicientibus, ſub noſtrum mundeburdum & perennem tuitionem ſuſcepimus. Confirmamus quoque ſolemniter & per hanc noſtræ auctoritatis paginam corroboramus quicquid eidem venerabili monaſterio in rebus mobilibus & immobilibus à tempore conſtitutionis ſuæ uſque in præſens ex dono priſcorum Regum Reginarúmque tam anteceſſorum quàm propinquorum noſtrorum ſeu aliorum quorumlibet fidelium largitione, collatione, vel qualicunque oblatione divina pietas contulit aut largiri dignabitur in poſterum, ut habeant illud atque poſſideant famuli Chriſti jure quieto ac pacifico ſub noſtræ immunitatis protectione illæſi jugiter permanentes, & pro noſtri ſtatu regni altiſſimum rogantes, omni noſtra heredúmque noſtrorum ac ſucceſſorum moleſtatione, inquietudine, vel ſubtractione remota. Volumus denique ut quotienſcunque vel undecunque opus habuerint, de rebus & famulis ejuſdem monaſterij tamquam de dominicatis noſtris per publicos

blicos exactores inquisitio fiat. Illud quoque omnimodis interdicimus, ut in domibus & in cellulis ejusdem cœnobij ex hoc nunc & in posterum nullus mansionaticum, teloneaticum, ripaticum, aut aliquas publicas functiones exquirere audeat; nullámque in commenditis eorum liberis ac servis, massariis, libellariis, aldionibus contra legem violentiam inferat, aut eos potestativè distringere aut pignorare præsumat. Quod qui fecerit, subjectam * immunitionis nostræ pœnam componere cogatur. Quia verò suprà taxatum monasterium cùm sit aliis substantia in fame, & tamen hospitum & peregrinorum susceptioni paratissimum, ob hoc ad majorem nostræ mercedis emolumentum conferimus atque donamus ad Dei servorum inibi degentium supplementum partem terræ de gualdo nostro quod Susmate dicitur, & pertinet de curte regia Salluciola, & est per mensuram legitimam ad juges centum quinquaginta de terra permisona, habens fines ab ortu solis ipsum gualdum Susmate, & massarius prædictæ curtis Salutiolla à meridie & occidente vallem Guidam & Lenatum percurrentem ab Alapallone locum & gualdum Susmate. Ipsam terram per infras .... præfato sanctuario mancipamus atque largimur in perpetuum possidendam, omni publica repetitione sopita. Si quis autem contra hæc nostræ firmitatis atque liberalitatis statuta agere ausus fuerit, triginta libras auri probati componat, medietatem cameræ nostræ, & medietatem sacrato loco cujus munimentum infringere ausus fuit. Et ut hæc nostra promulgatio sive largitio perenni stabiliatur robore, manus nostræ monogrammate subter illam adnotamus, & ex anulo nostro insigniri jussimus.

* immunitatis

Signum Domni Karlomanni serenissimi Regis.

Baldo Cancellarius ad vicem Thiotmari Archicancellarij recognovi.

Datum VIII. Kal. Maij anno Christo propitio III. Domni Karlomanni invictissimi Regis in Bavaria, * III. In Italia, Indictione XII.

* Leg. IIII.

Actum ad Cunigust curte regia in Dei nomine feliciter. Amen.

CXII.

Bosonis Regis Provinciæ præceptum pro Ecclesia Augustodunensi.

An. 879. Ex chartulario Ecclesiæ Augustodunensis

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Boso gratia Dei Rex. Si piis servorum Dei petitionibus opem ferendo consulimus, Deum nobis ob id præsenti & futuro seculo propitiari nullatenus dubitamus. Quapropter notum sit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque unanimitati quoniam Adalgarius venerabilis Eduorum Episcopus ad nostræ sublimitatis accedens mansuetudinem deprecatus est ut auctoritates & præcepta Regum videlicet prædecessorum nostrorum ob majoris firmitatis vigorem scripto nostræ auctoritatis confirmaremus & secundùm quod moris est roboraremus. Nos autem ejus petitionibus tanto licentiùs cessimus quanto nobis id profuturum perspeximus ampliùs. Statuimus ergo confirmantes & confirmando decernimus ut omnia præcepta quæ jamdictæ Ecclesiæ ab antecessoribus nostris Regibus videlicet & Imperatoribus facta sunt, omnibus temporibus maneant inconcussa, & tam ex abbatia Flaviniaco quàm & ex villa Beliniaco, necnon & ex villa Lucennaco, seu & ex villa Tiliniaco, quàm etiam ex aliis rebus omnibus ejusdem Ecclesiæ præcepta & auctoritates nostra ditione roborentur, maneant inconvulsæ. Montem quoque qui vocatur Senmurus, cum Ecclesia quæ supra est & duobus molendinis, jamdictæ Ecclesiæ suóque Præsuli Adalgario æternaliter delegamus & delegantes concedimus & de nostro jure in jus & dominationem sancti Nazarij regio more transferimus. Vt autem hujus nostræ auctoritatis confirmatio majorem obtineat vigorem, manibus propriis subter firmantes, anuli nostri impressione subter jussimus sigillari.

Signum Bosonis gloriosissimi Regis.

Elibertus Cancellarius ad vicem Aureliani Archiepiscopi recognovit.

Datum VI. Idus Novembris Indictione XII. anno I. regni Domni Bosonis gloriosissimi Regis.

Actum Lugduno civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

CXIII.

Aliud ejusdem Bosonis præceptum pro monasterio Cariloci.

An. 879. Ex authentico, quod extat Lugduni.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Boso misericordia Dei Rex. Quantum in divinis cultibus Deóque famulantium necessitatibus auxilium libentiùs porrigimus, tanto id nobis ad mortalem vitam temporaliter deducendam & ad futuram feliciter obtinendam commodum provenire confidimus. Igitur notum esse volumus cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrísque præsentibus scilicet ac futuris quoniam adiit serenitatem nostram Siuvaldus Comes & fidelis noster suppliciter flagitans quatenus monachis ex monasterio Kariloci, quod est dicatum in honore sancti Stephani in comitatu Matiscensi super Sonam fluvium, in aliquo concederemus. Cujus petitioni, utpote rationabili, annuentes, per hos nostræ celsitudinis apices concedimus ad ipsum monasterium monachisque ibidem Deo militantibus abbatiolam in honore sancti Martini, cum omnibus Ecclesiis ad se pertinentibus, cum terris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarúmve decursibus, cum exitibus & regressibus & omnibus adjacentiis suis. Hæc omnia superiùs nominata cum omnibus integritatibus pro mercede Domni Karoli Imperatoris & animæ nostræ remedio ac conjugis nostræ ipsi loco & suis ab hodierno & in posterum perpetualiter concedimus possidendum. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas Domino protegente nostris futurísque temporibus inconvulsa permaneat, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Bosonis serenissimi Regis.

Stephanus Notarius ad vicem Adalgarij recognovit.

Datum IV. Nonas Decembris Indictione XII. anno primo regni Domini Bosonis.

Actum Kariloco monasterio in Dei nomine feliciter.

CXIV.

Ejusdem præceptum de abbatia sancti Andreæ Viennensis.

An. 881. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Boso misericordia Dei Rex. Si petitionibus servorum Dei, quibus pro commisso sibi officio suggesserint, aurem clementiæ nostræ libenter inflectimus, Regum prædecessorum nostrorum morem imitari cognoscimur, & ob id nobis Deum propitiari nullatenus diffidimus. Quocirca noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque tam præsentium quàmque futurorum sollertia quia adiit clementiam nostram Ottrannus venerabilis Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopus & humiliter intimavit qualiter abbatia sancti Andreæ inferior in prædicta civitate sita olim ab Ecclesia sua injustè subtracta fuerat, & auctoritatem plenam ostendit quomodo & à fidele quodam pro remedio animæ suæ data fuisset, & à Regibus per præcepta corroborata. Nos verò justam & rationabilem petitionem illius auditam, invenimus consilio procerum nostrorum quatinus pro remedio gloriosissimam memoriam Karoli Imperatoris ac sociatæ conjugis ejus æquè bonæ memoriæ Hirmintrudis atque prole eorum Ludovici piissimi Regis, necnon & pro nostro & caræ conjugis nostræ Hirmingardis, quod inrationabiliter ablatum * servet cum omnibus appendiciis & immutationibus redderemus, instituentes ut omnimodis ibi officium divinum inculpabiliter jugiter peragatur, luminaria præbeantur, Canonicis servientibus tam ibi quàm & in Ecclesia matri sancti Mauricij victus & alimonia à rectore præscriptæ Ecclesiæ congruenter administrêtur, ut & illis supplementum fiat, & nobis ad vitam æternam capessendam adjutorium existat. Hoc omnibus modis auctoritate regia præcipientes jubemus atque jubentes decernimus ut nullus judex publicus nec quislibet ex judiciaria potestate aut ullus ex fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ in Ecclesiis, loca, vel agros, seu reliquas possessiones prædictæ casæ Dei in quibuslibet curis & territoriis, quas moderno tempore justè & rationabiliter possidere videtur, qúæque etiam deinceps aut per nos aut per quorumlibet fidelium devotione divina pietas augeri voluerit, aut freda exquirat, aut francos aut servos distringere audeat, neque ad judicia publica venire compellat, sed * fine sub tuitione & immunitate atque defensione nostra. Super hæc omnia, quicquid per negligentiam rectorum à pravis hominibus ablatum atque direptum est, totum & ad integrum reddimus; & quicquid inde fiscus noster adquirere poterat, omnia in omnibus ad usus Clericorum sanctæ Mariæ & sancti Mauricij & pauperum concedimus. Vt autem hæc nostræ collationis seu restitutionis auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente inconvulsa permaneat, manu propria subtet firmavimus & anuli nostri impressione insigniri jussimus.

* seu &

* sint

Signum Bosonis serenissimi Regis.

Domnus Rex fieri jussit. Stefanus Cancellarius.

Datum XV. Kal. Februarij Indictione XIV. anno secundo regni Domni Bosonis.

Actum Tauriaco villa in Dei nomine feliciter.

CXV.

Karlomanni Francorum Regis præceptum pro Ecclesia Aurelianensi.

An. 881. Ex chartulario Ecclesiæ Aurelianensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karlomannus misericordia Dei Rex. Quæcunque regiæ dignitatis culmine efferri desiderat mens, eum præ oculis semper habere debet cujus gratia præfertur. Igitur noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque tam præsentium quàm futurorum sollertia quia nos ubique res ecclesiasticas plusquam omnes vitæ nostræ actus evehere atque augmentari gaudemus. Quapropter placuit celsitudini nostræ cuidam sanctæ matri Ecclesiæ Aurelianorum, quæ est in honore sanctæ ac vivificæ crucis, cui etiam auctore Deo præesse dinoscitur Gualterius venerabilis Præsul, ad ipsius quoque deprecationem, restituendo reddere & reddendo restituere quandam villam in integro, nomine Caltesium, sitam in pago Biturico, sive etiam Pauliacum in eodem pago continentem, sive & Germiniacum, necnon etiam alteram villam quæ vocatur Marsiacus in pago Nivernensi, ad eundem Caltesium pertinentem, cum omnibus ad se pertinentibus vel aspicientibus longè vel propè positis, & familia utriusque sexus. quæ villæ olim distractæ esse noscuntur ab eadem Ecclesia per incuriam & malinorum hominum violentiam. Ob restitutionem tamen, quia Deo inspirante nostris erant temporibus redintegrandæ, nonarum decimarúmque vestituram absque ullius detractione aut inquietudine præfata sancta mater Ecclesia semper obtineat. Vnde hoc celsitudinis nostræ præceptum fieri, atque ob emolumentum mercedis animæ nostræ ad æternorum remunerationem præmiorum, pro remedio quoque Domni & genitoris nostri Ludovici & sanctæ recordationis avi nostri Karoli Imperatoris, jamdicto venerabili Episcopo atque præfatæ sanctæ matri Ecclesiæ reddi jussimus; per quod memoratas villas cum omnibus sibi pertinentibus rebus integerrimè prænotatæ sanctæ matri Ecclesiæ perenniter mancipandas delegando reddimus ac reddendo delegamus, eo videlicet modo ut idem venerabilis Præsul fratribus sibi commissæ Ecclesiæ, videlicet sanctæ crucis, easdem villas in sui victus stipendium propria & libentissima voluntate, ipso hoc nostram celsitudinem deprecante, præsentibus futurisque temporibus absque ullius inquietudine delegare studeat. Præcipientes quoque decernimus & indissolubiliter sancimus ut nemo successorum nostrorum alicujus argumenti machinatione illectus præfatas res, quas modò liberalitatis nostræ munificentia præfatæ Ecclesiæ & memorato Præsuli súæque Ecclesiæ Canonicis

confirmando unimus, abstrahere ab ejusdem Ecclesiæ potestate audeat vel quolibet occasionis obtentu violare ullo modo præsumat; sed liceat rectoribus jamdictæ matris Ecclesiæ sanctæ crucis in usus fratrum easdem res quietè tenere & nemine inquietante perpetualiter possidere. Et ut hæc nostræ confirmationis atque restitutionis auctoritas pleniorem in Dei nomine per subsequentia tempora obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione jussimus assignari. Actum apud villam Petrafictam anno III. regni Karlomanni gloriosissimi Regis, in mense Maio, Indictione XIV. Ærbertus Notarius ad vicem Vvlfardi recognovit.

CXVI.

Ejusdem præceptum pro Ecclesia Gerundensi.

An. 881. Ex chartulario Ecclesiæ Gerundensis.

IN nomine Domini Dei æterni & salvatoris nostri Iesu Christi. Karlomannus gratia Dei Rex. Si sacrorum locorum divino cultui mancipatorum Deóque in eis famulantium necessitatibus opem fetimus, regiæ celsitudinis morem exercemus, ac per hoc ad æternam beatitudinem faciliùs pervenire omnimodis confidimus. Itaque notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus scilicet & futuris quia venerabilis vir Theotarius Gerundensis Ecclesiæ Episcopus nostram adiens celsitudinem petiit ut memoratam sedem cum villis & hominibus à Domino & genitore nostro Ludovico aliisque devotis hominibus eidem sedi collatis, quas nunc possidere dinoscitur, id est, in pago Emporitano villam nuncupatam Olianum cum suis terminis, & villam vocatam Caravianum ad villarem antiquum, cum villa nova quam vocant Villosos & cum castello suóque termino, & in pago Gerundense medietatem de villa Molleto & Milliariam villam, ceteráque res quas à longo tempore imbi possidere dinoscitur, simul cum tertia parte de pascuario & teloneo de ipso pago, aliáque villas quarum vocabula sunt Castellum fractum, & Parietes Rossini, cum tertia parte de pascuario & teloneo de ipso pago, cellam sancti Clementis cum Petra alta & terminis suis atque archis. Concedimus etiam præfato Pontifici & suæ sedi villas quas pater noster divæ recordationis Ludovicus Rex condonavit per præceptum, villam scilicet sanctæ Mariæ quam alio momine vocant Fontanetum, & palatis mororum cum suos villares, villarem quem dicunt Vilio, & villarem Murellum, necnon & villam Quarcianum & Falgaroles, cum omnibus adjacentiis & terminis suis, cultis & incultis, necnon & villam quæ vocatur Fons edictus uno nomine, alterum verò Apiliarem, cum propriis videlicet finibus vel adjacentiis, cultis & incultis, quas etiam res, sicut & suprà nominatas, æqua conditione & sub defensionis nostræ munimine pariter recipimus. Vineas quoque & terras quas Castellanus Presbyter & parentes ejus traxerunt de heremo, libenti animo condonamus sanctæ Mariæ & sancto Felici atque rectoribus ejus pro remedio animarum parentum nostrorum nostróque facinore. Et villarem Farum cum vineis, terris, silvis, & omnibus terminis suis, & plantadicium Gondemari Episcopi cum omnibus terminibus & archas suas, & villam quæ est in pago Bisuldunense, & vocatur Bascara, cum suis villaribus & suo termino & archas, & villarem vocantem Spedulias, & alium villarem qui est infra memoratarum villarum terminos, villas etiam duas quæ vocantur Crespianis & Milliarios, cum tertia parte de pascuario & teloneo de ipso pago, & in pago Petralatense villam quæ vocatur Farus cum omni suo termino, propter infestationes malorum hominum sub nostra tuitione & immunitatis defensione constituissemus. Cujus petitioni annuentes propter amorem Dei memoratam sedem cum suprascriptis villis præsenti tempore in jure ejus consistentibus sub nostra tuitione constituimus, & hanc nostram auctoritatem circa eandem sedem fieri decrevimus, per quam decernimus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate major minórve persona in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones memoratæ sedis, quas moderno tempore infra ditionem imperij nostri legaliter possidet, vel quæ deinceps in jure ipsius loci divina pietas augeri voluerit, ad causas judiciario more audiendas vel discutiendas, aut freda exigenda, aut mansionaticos vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos aut homines ipsius Ecclesiæ contra rationis ordinem distringendos, nec ullas redhibitiones vel illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitùs exigere, aut undecunque modò legaliter vestituram habet abstrahere præsumat, sed liceat præfato Episcopo suísque successoribus res prædictæ Ecclesiæ cum omnibus quæ possidet quieto ordine possidere & nostro fideliter parere imperio & pro nobis ac patribus nostris Domini misericordiam jugiter exorare. Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Karlomanni gloriosissimi Regis.

Norbertus Notarius ad vicem Vvlfardi recognovit.

Datum IV. Kalendarum Septembrium anno tertio regni Karolmanni gloriosissimi Regis, Indictione quartadecima.

Actum apud Fosianum villam in Dei nomine feliciter. Amen.

CXVII.

Ejusdem Karlomanni præceptum pro Ecclesia Augustodunensi.

An. 883. Ex chartulario Ecclesiæ Augustodunensis.

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris nostri Iesu Christi. Karlomannus gratia Dei Rex. Si Ecclesiis Dei eorúmque rectoribus opem ferendo consulimus, regio more consuescentes, Deum nobis ob id præsenti & futuro seculo propitiari non dubitamus. Quamobrem omnium Dei Ecclesiæ fidelium atque nostrorum noverit unanimis generalitas quoniam Adalgarius venerabilis Augustidunensium Episcopus innotuit se-

renitati noſtræ quaſdam res præceptis genitoris noſtri Hludovici glorioſiſſimi Regis avique noſtri divæ recordationis Karoli Imperatoris Auguſti Eccleſiæ ſibi largitæ commiſſas, ſed & privilegio apoſtolicæ ſedis plurimorúmque Epiſcoporum eaſdem res inrefragabiliter confirmatas, id eſt, abbatiam Flaviniacum cum integritate ſui, villam Biliniacum, villam Lucennacum, villam Lentiliacum. Vnde ob majoris firmitatis rigorem deprecatus eſt ut eaſdem res noſtro quoque jamdictæ ſibi commiſſæ Eccleſiæ confirmaremus præcepto. Cujus petitionibus eò libentiùs ceſſimus quò nobis profuturum conſpeximus ampliùs. Confirmamus autem ſupradictas res cum omni integritate, & Mariniacum ex eadem Eccleſia pertinentem retro abſtractam reddimus, ſupradictæque Eccleſiæ in perpetuum ad habendum firmamus, ita ut merces noſtra cum prædeceſſorum noſtrorum augeatur mercede. Præterea jamdictus Præſul deprecatus eſt ut in eleemoſyna noſtra, quod ipſe piè decreverat, auctoritate noſtra firmaremus; videlicet ut quiſquis Clericorum ſancti Nazarij epiſcopatus manſiones ſuas infra clauſtra ædificare voluerit, ſecurus adimplere poſſit abſque cujuſlibet hoſpitalitatis oppreſſione, quatinus liberiùs pro noſtra & totius generalitatis utilitate divinam pulſare valerent pietatem, atque eaſdem manſiones cum ipſa terra poſt obitum ſuum cuicunque ex clero ipſius Eccleſiæ voluerint vendendi & donandi liberam habeant poteſtatem. Nos autem & hæc confirmamus, & ſicut in privilegio ſuo ipſe ſtatutum habet concedimus, delegamus, & ut à nullo unquam ſucceſſorum ſuorum immutari poſſit, regia auctoritate prohibemus; ſed quod ab eo actum eſt, & à nobis firmatum, jure firmiſſimo maneat inconcuſſum. Vt autem hujus noſtræ auctoritatis confirmatio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, ac diuturnis valeat durare temporibus, manu noſtra ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſubſignari juſſimus.

Signum glorioſiſſimi Regis Karlomanni.

Norbertus Notarius ſubſcripſit.

Datum pridie Nonas Martij anno v. regni Karlomanni glorioſi Regis, Indictione prima.

Actum apud Trupchiacum villam in Dei nomine feliciter. Amen.

Theodericus & Anſcharius Comites ambaſciaverunt.

CXVIII.

Notitia judicati pro Eccleſia Gerundenſi.

An. 884. Ex chartulario Eccleſiæ Gerundenſis.

CVM in Dei nomine reſideret vir illuſter Theotarius ſedis Gerundenſis Epiſcopus unà cum viros illuſtros Deilane & Suniarij Comites in villare quod dicitur Purtos, quod eſt in territorio Impuritano, in mallo publico per multorum cauſas ad audiendum & rectis & juſtis judiciis ad diffiniendum, ſeu in præſentia Petrone Vicecomite vel judices qui juſſi ſunt judicare vel dirimere cauſas, id eſt, Furiolo, Vndilone, Godemare, Theodardo, Manuel, Frugello, Lenteo, & Ruderico judicum, Ardovaſte ſajone, Sperandeo, Hoſtaleſe, nec non Iuniano, Traſtildo, Benedicto, Furiolo, Blanderico, Eldegodo, Vifredo, Eripione, Sdrunano, Vntrilla, Comparato, Leupardo, Daniel, Vndiſco, Armentorio, Mirone, Petrone, Adalane, Fluctario, Galinno, Gaſtino, Agilane, Adilone, Senderico, Parerello, Tructerio, Salomon, Leo, Elantio, Paſchale, Revello, & Segobrando, vel ceterorum Preſbyterorum, Clericorum, multitudo laicorum plurimorum bonorum hominum qui ibidem aderant, ſic in eorum præſentia veniens Stremirus Archipresbyter, mandatarius qui eſt prædicto Epiſcopo, & dixit: Iubete me audire cum iſto præſente Andrea domos, curtes, hortos, & pomiferos, & terras quæ ſunt infra terminos de villa Vliano, qui eſt in territorio Impuritano. Illas debent eſſe ſupradicto Epiſcopo pro partibus ipſa cauſa de ſancta Maria & ſancto Felice quod ſatis in Gerunda vel juxta ipſam civitatem per præceptum Domni Regis quod illi fecerunt ad jamdicta ſancta Maria & ſancto Felici. Ad proprio iſte Andreas eas retinet ad apriſione pro partibus de villa quæ dicitur quámque vocant Bedenga. Iſte Andreas eos retinet injuſtè & contra legem. Tunc ſupradicti Comites, Vicòmes, vel judices interrogaverunt prædicto Andreæ quid ad hæc reſponderet. Ille tunc in ſuis reſponſis dixit quòd ipſas domos, curtes, hortos, pomiferos & terras ſupradictas quòd iſte Stremirus Presbyter, qui eſt mandatarius ſupradicto Epiſcopo, requirit, non eos teneo injuſtè, ſed per legis ordinem eos teneo per apriſione & per præceptum Regis & pro partibus de ſupradicta villa Bitinga ſicut ceteti Hiſpani faciunt. Tunc ſupradicti Comites, Epiſcopi, Vicecomites, vel judices fuerunt ſuper ipſa archa vel ſigna quod eſt in Montegrino, & dividit inter jamdictas villas, & invenerunt vel extimavertint quòd jamdictus Andreas. Et præceperunt jamdicto Vndilane judices ut ipſas terras menſurare feciſſent, quod jamdictus Epiſcopus & prædictus Andreas inter ſe habere debuiſſent, ſicuti & fecerunt. Et diviſerunt ipſas terras ſicut lex Gothorum commemorat. Et venit ſupradicto Vndila unà cum ſupradictos ſacerdotes vel plurimorum bonorum hominum, & menſuravit ipſas terras in latitudine quantam jamdictus Andreas habere debuiſſet; & ſic de ipſo puteo qui eſt in jamdicto villare & contra occidentem habet perticas octuaginta, & habet ipſa pertica quæ eſt menſurata pedes octo & medio, & pervenit uſque ad ipſa petra fita quod jamdicti Comites & Epiſcopus præcepetunt figere. Et contra partibus Vliano de oriente habet perticas quadraginta in latitudine quod jamdictus Stremirus recepit de jamdicto Andrea pro partibus prædicto Epiſcopo, cujus mandatarius eſt. Et contra occidente recepit in latitudine perticas triginta octo, & habet ipſa terra quod terminaverunt jamdicti judices de parte orientis in latitudine ſeptuaginta ſeptem & media. Et tunc ordinaverunt jamdictus Epiſcopus, Comites, vel judices ut infra ipſas villas Vliano & quarto quæ vocatur Bitinga fixurias vel terminia mitterent quinque petras fictas, ſicuti & fecerunt. Et recepit jamdictus Andreas medie-

tatem de ipſas perticas contra ipſum puteum à partibus Circi, & Stremirus Archipresbyter ſimiliter alia medietate contra villa Vliano à partibus meridie. Et tunc convenit inter prædicto Epiſcopo & jamdicto Andrea ut unuſquiſque teneat & poſſideat uſque ad ipſas petras fictas per illorum villas diviſione judicent atque defendant & ſecuri poſſideant quiſque in perpetuum quieto ordine. Tunc apertum fuit ut unuſquiſque haberet exinde notitiam de ipſas res ſuprascriptas firmatas atque roboratas ſicut & eſt, & gaudeat ſe unuſquiſque in noſtro mallo ſuam percepiſſe juſtitiam. Data notitia ſub die decimoſexto Kalendas Iunij anno tertio quod obiit Ludovicus Rex.

CXIX.

Karoli III. Imperatoris præceptum pro Eccleſia Gerundenſi.

An. 887. Ex eodem chartulario.

IN nomine Domini Dei æterni & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Karolus divina propitiante clementia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata Deóque in ciſdem famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium remunerationis æternæ ob id nobis rependi non diffidimus, quin etiam ad diuturnum felicémque regni noſtri idipſum ſtabilitatem pertinere nullatenus dubitamus. Igitur notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus ſcilicet & futuris quia venerabilis Theotarius Gerundenſis Epiſcopus ad noſtram accedens clementiam deprecatus eſt imperialem celſitudinem noſtram quatenus ipſam Eccleſiam & ſedem Gerundenſem ſub immunitatis noſtræ tuitione ſuſciperemus, ſicut Karolum Imperatorem ſuúmque filium Ludovicum anteceſſorem noſtrum conſtat feciſſe. Cujus precibus libenter adquieſcentes præcipiendo jubemus ut nullus judex publicus vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones quas moderno tempore in quibuſlibet pagis vel territoriis infra ditionem regni noſtri juſtè vel legaliter memorata tenet atque poſſidet Eccleſia, vel ea quæ deinceps à catholicis viris divina pietas in jurè ipſius Eccleſiæ voluerit augeri, ad cauſas audiendas, aut freda vel tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Epiſcopi vel Eccleſiæ tam ingenuos quàm ſervos vel francos ſuper terram ipſius commanentes vel juſtè vel injuſtè diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas noſtris videlicet vel futuris temporibus ingredi audeat, ſeu etiam ea quæ ſuperiùs memorata ſunt penitùs exigere præſumat; ſed liceat memorato Præſuli ſuíſque ſucceſſoribus res prædictæ Eccleſiæ cum omnibus ſibi ſubjectis ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere & nobis fideliter deſervire. Concedimus etiam eidem venerabili Epiſcopo ſuæque Eccleſiæ & per hoc præceptum noſtræ auctoritatis confirmamus villam quæ vocatur Olianus & aliam villam quæ vocatur Cacavianus, & caſtellum Velloſo cum caſtellare ſuo, & in comitatu Empuritanenſe vel in Gerundenſe cellam ſancti Clementis, & cum Petra alta, cum vineis & ſilvis & cum omnibus terminis ſuis atque arcas ſuas, & villam Parietes Ruffini, atque caſtellum fractum, & medietatem de villa Molleti, & villam Fonſedictus, & villam ſanctæ Mariæ quam vocant Fontaneti, & palatium Muroris cum omnibus villaribus, & villam Carciano cum ſuis villaribus, & illum plantatitium Gondemari Epiſcopi, & vineas veteras quas Caſtellanus Presbyter & parentes ſui & alij ceteri homines traxere de heremo, & villarem Faram cum aliis villaribus ubi Adalardus Presbyter manet cum terminis ſuis. Largitur etiam noſtra clementia ad ſupradictam ſedem ſanctæ Mariæ vel ſancti Felicis martyris Chriſti pro remedio animæ noſtræ vel prædeceſſorum parentúmque noſtrorum in ſupradicto comitatu Gerundenſe villam quæ vocatur Elzeda cùm omnibus adjacentiis ſuis, hoc eſt, ab oriente per ſemitam quæ pergit uſque ad ribam fractam, à meridie autem à cruce uſque ad confines Arbutiæ, de parte occidentis uſque ad Iohannero, & de ſeptentrione per rivulum qui vocatur vallis urcea, & pervenit ad ſanctam Columbam uſque ad aliam ripam alvei, & aliam villulam in jamdicto comitatu quam vocant villam rabioſam cum terminis ſuis, & in comitatu Biſuldunenſe villam Creſpiano & Miliarias & villam Baſchara cum ſuis villaribus, necnon & archas ac villare quæ dicitur Spedulias, & aliud villare quod nominatur Abdirama, pariter cum aliis diverſis villaribus quæ appellantur Terratellas & Caſſaniolus, ac villare Acmiton, & in comitatu Petralatenſe villam quæ dicitur Pharus. Et adhuc etiam celſitudo atque magnificentia noſtra concedit jam ſupradictæ Eccleſiæ beatæ Mariæ virginis atque ſancti Felicis martyris Chriſti pro amore Dei facinorúmque noſtrorum remiſſione in ſupradictis comitatibus, id eſt, Gerundenſi, Biſuldunenſi, Petralatenſi, atque Impuritanenſi, omnem medietatem de paſcuariis & teloneis mercatorúmque terræ & maris mercatiſque omnibus. Ipſi verò homines qui in ſupradictis villis habitant vel habitaturi ſunt tale obſequium vel tale ſervitium ſupradicto Epiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis faciant vel ſerviant quale ad Comites noſtros facere conſueverunt tam Hiſpani quàm ceteri, & nullum alium cenſum vel ſervitium ullo unquam tempore ingerere quis præſumat. Volumus etiam ut liceat memorato Epiſcopo ſuíſque ſucceſſoribus res ſupradictæ Eccleſiæ & à nobis ei collatas ſeu condonatas & alias quaſcunque ſibi pertinentes quieto ordine poſſidere & noſtro imperio fideliter parere & pro nobis conjugiſque ac totius populi Chriſtiani ſalute Domini miſericordiam jugiter exorare. Et ut hæc auctoritas donationis atque confirmationis noſtræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Karoli piiſſimi Imperatoris.

Amalbertus Notarius ad vicem Leutardi recognovit & ſubſcripſit.

Data Kalendis Novembris anno ſecundo imperante Karolo piiſſimo Imperatore in Galliis, Indictione ſexta.

Actum Parisius urbe in Dei nomine feliciter. Amen.

CXX.

Ermengardis Comitissæ Ceritanensis donatio ad Olibam Comitem virum suum.

An. 888. Ex chartulario monasterij Arulensis.

IN nomine Domini. Ego Ermengards Comitissa donator sum tibi viro meo Oliba gratia Dei Comes. Manifestum est enim quia placuit in animis meis & placet, nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mea elegi cum Deo ut tibi suprascripto viro meo donationem fecissem de aliquid de proprietate mea, sicuti & facio. Dono namque tibi alaudem meum vocitatum nomine Cústiva, qui est in pago Helenense, in comitato Valle Asperi, cum ipsa Ecclesia sancta Maria qui ibidem est, cum decimis & primiciis suis & oblationes fidelium, cum suo cimiterio, & cum ipsas domos qui sunt circa ipsam Ecclesiam, cum illarum exios & regressios earum. Et dono tibi ipsum meum alaudem qui est in pago Helenense, in comitatu Valle Asperi. Et est jamdictus alaudes casas, casalibus, curtis, curtalibus, terris, vineis, pratis, pascuis, hortis, hortalibus, molendinis, cum illorum caput aquis, silvis, garricis, aquis, aquarúmve ductibus vel reductibus, arboribus fructuosis vel infructuosis, cum exios & regressios earum. Et afrontat ipse alaudes de parte orientis in terminio de ipsos hortos vel de Mazaned, de meridie in in Villa Rubia, de occiduo in terminio de Serralonga vel in Montenigro, de Circi in terminio de ipso Frexano vel in gurgo Muio. Quantum infra istas afrontationes includunt, sic dono tibi jamdictos alaudes cum ipsa Ecclesia ab integrè, ut quicquid exinde facere vel judicare volueris, liberam in Dei nomine habeas potestatem. Quòd si ego donatrix aut ullúsque homo qui contra hanc donationem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat omnia superiùs scripta in duplo cum omni sua immelioratione, & inantea ista donatio firma permaneat omníque tempore. Facta donatione XVI. Kal. Mart. anno primo regnante Hugone Rege. Signum Ermengards Comitissa quæ hanc istam donationem fecit & testes firmare rogavit. S. Vvifredus. S. Seniofredus. S. Adalbertus. Pischlamirus Presbyter qui hanc istam donationem scripsit sub die & anno quo suprà.

CXXI.

Odonis Rex Francorum præceptum pro monasterio Solemniacensi.

An. 888. Ex schedis V. C. Iacobi Sirmondi.

IN nomine Dei summi & æterni Regis. Odo gratia Dei Rex. Quandocunque servorum Dei nostrorúmque fidelium justis & rationabilibus efflagitationibus aurem celsitudinis nostræ assensum præbentes accommodamus, regiæ majestatis consuetudinem studemus, ac per hoc præmia æternæ felicitatis faciliùs nos adepturos nullatenus dubitamus. Idcirco notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus sive futuris quia venerabilis vir Teodericus Abba ex monasterio Solemniaco olim constructo ab Elegio Noviomagensi Episcopo tempore Dagoberti glorioßissimi Regis Francorum, posito super fluviolo Brivancia, quod jamdictus Pontifex in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ sanctique Petri atque omnium Apostolorum, Dionysij sociorúmque ejus, atque Pancratij, Crispini & Crispiniani, & sanctorum confessorum Hilarij, Martini, atque Medardi, ad nostram accedens reverenter clementiam deprecatus est ut idem monasterium cum omnibus hominibus & villis vel rebus sibi justè legalitérque pertinentibus, simul etiam cum his quæ divina pietas per suos quosque fideles eidem monasterio augere voluerit, sub nostræ immunitatis tuitione ac defensionis prætextu recipere dignaremur. Cujus precibus clementi favore annuimus. Quin etiam hoc magnitudinis nostræ præceptum speciali conditione fieri jussimus; per quod præfatum monasterium, veluti præmissum est, cum omnibus rebus sibi pertinentibus sub nostræ immunitatis tuitione suscepisse universis fidelibus nostris notum esse volumus; præcipientésque jubemus ut nulli liceat fidelium Dei atque nostrorum præsentibus vel futuris temporibus idem intrare monasterium vel in quamlibet sibi pertinentem villam aut agros seu silvas ad causas audiendas, aut judicia publica terminanda, aut paratas faciendas vel exigendas, aut mansionaticos vel paraveredos vel ullam quamlibet redibitionem exigendam. Sed quicquid ex monasterij rebus exigi potest, Abbatibus & monachis in eodem loco Deo servientibus proficiat in stipendiorum augmentis. Statuimus interea ut habeant monachi in eodem loco Domino famulantes secundùm patris Benedicti regulæ institutionem omni tempore ex se ipsis eligendi Abbatem, ac nulli liceat aliquando ex rebus ejusdem Ecclesiæ quicquam illis subtrahere vel minuere, aut homines sibi pertinentes vel super terram ipsius commanentes inquietare, distringere, aut fidejussores tollere. Sed omni tempore rectoribus & monachis frequenter dicti monasterij quicquid ex eis esse potest profit in erogationem, & animæ nostræ proficiat ad liberationem. Hæc namque si quis nostræ bonæ voluntatis sancita delere conatus fuerit, tali eum Dominus feriat ultione quatinus nullo modo suam vindicet voluntatem, qui hanc nostram infringere voluerit auctoritatem. Vt autem hæc nostræ munificentiæ auctoritas omni tempore inviolabilis & à nobis ac successoribus nostris observetur, manu nostra eam subter firmavimus, & de anulo nostro sigillari fecimus.

Signum Odonis glorioßissimi Regis.

Trohannus Notarius ad vicem Eblonis recognovit.

Data Idus Iunias anno incarnationis Domini DCCCLXXXVIII. Indictione VI. anno secundo regnante Domno Odone Rege glorioso.

Actum monasterio sancti Maximini in Dei nomine feliciter. Amen.

CXXII.

Ejusdem præceptum pro monasterio Montisolivi in diœcesi Carcassonensi.

An. 888. Ex archivo monasterij Montisolivi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Odo gratia Dei Rex. Cùm petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos gratia pro his muniri non dubitamus. Proinde noverit omnium fidelium nostrorum præsentium futurorúmque sagacitas quia vir venerabilis Vgobertus Abba ex monasterio quod nuncupatur Mallasti, situm in territorio Carcassensi, constructum in honore sancti Iohannis Baptistæ, cum terminis & adjacentiis, obtulit obtutibus nostris quandam auctoritatem Domini Pippini piæ recordationis serenissimi Regis; in qua erat insertum qualiter antecessoris sui antecessor ipsum monasterium novo construxisset opere, & propter ejus defensionem vel propter pravorum hominum illicitas infestationes in manu ejusdem Domini Imperatoris unà cum monachis ibi degentibus se commendavit, ut sub ejus tuitione licuisset eis cum rebus hominibúsque eorum quietè vivere ac residere; & deprecatus est clementiam regni nostri ut præfatum monasterium, unà cum villulis, quarum nomina sunt villa Siguarij, seu villa Addarij, necnon villa Vnionis, necnon villare qui dicitur Elisans, qui alio nomine villa Fedosij, quæ sunt super eundem fluvium sitæ, seu villare qui vocatur sancti Stephani, & villa quæ dicitur Micizani in eodem pago super fluvium Fiscanum, & in pago Redensi locum qui dicitur sancti Vincentij in villa Ceria, & villa quæ dicitur Anulvilla, quæ est sita in pago Redensi sive Carcassensi, villaréque nomine Egmenalum in pago Tolosano super fluvium Fiscani, necnon & cellulam sancti Martini prædicto monasterio subjectam super rivulum Lampium, sive sanctæ Cæciliæ & sancti Petri super fluvium Duranum, locum qui dicitur Oratorium, quæ sunt in pago Carcassensi, villare qui dicitur Eleci super fluvium Luganſi, cum omnibus rebus & adjacentiis sive terminis suis, sub nostra susciperemus defensione & immunitatis tuitione. Cujus precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter aurem accommodare placuit, & hoc nostræ auctoritatis præceptum fieri decrevimus atque jubemus; per quod præcipimus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, loca, vel agros, seu reliquas omnes possessiones quas moderno tempore possidet, vel quæ etiam deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius monasterij tam ingenuos quàm & servos super terram ipsius commanentes injustè distringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris vel futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitùs exigere præsumat. Et quicquid de rebus præfati monasterij fiscus sperare potest, totum nos pro æterna remuneratione præfato monasterio concedimus, ut in alimonia pauperum stipendiáque monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione supradictus Abba vel successores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipsi monachi tales inter se invenire potuerint qui ipsam congregationem secundùm regulam sancti Benedicti regere valeant, scilicet qui præesse pariter & prodesse queant, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant eligendi Abbatem; quatenus pro nobis & totius regni nostri stabilitate à Deo nobis concessi jugiter Dei misericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris veriùs credatur diligentiùsque observetur, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Odonis gloriosissimi Regis.

Datum Idibus Iunij anno incarnationis dominicæ DCCCLXXXVIII. Indictione VI. anno secundo regnante Domino Odone gloriosissimo Rege.

Actum in monasterio sancti Maximini in Dei nomine feliciter. Amen.

CXXIII.

Ejusdem præceptum pro Ecclesia Augustodunensi.

Ex chartulario Ecclesiæ Augustodunensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Odo clementia Dei Rex. Si locis sacris & divinis cultibus mancipatis, aut propria largiendo, aut olim substracta restituendo, opem subsidium accommodamus, hoc proculdubio ad emolumentum regiæ tranquillitatis nobis profuturum non diffidimus. Quamobrem noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque unanimis generalitas quoniam adiens celsitudinem nostram Adalgarius reverendus Eduorum Episcopus humiliter nostræ retulit serenitati qualiter villam Tiliniacum, quam nos jure proprietatis possidere videbamur, sanctus Leodegarius prædictæ Ecclesiæ quondam Pontifex ex suo proprio sancto Nazario ac præfatæ suæ Ecclesiæ æternaliter contulerat possidendam, & postquam à præcedentibus nostræ prolis parentibus simúlque heredibus injustè ac contra omnem legitimam rationem fuisset malè usurpata ac temeraria præsumptione ab eadem Ecclesia alienata, à prædecessoribus nostris Regibus, post inquisitionem suorum procerum, præceptorum suorum auctoritatibus eidem fuerat sollemniter restituta, insuper etiam apostolico privilegio roborata, & multorum Episcoporum generali excommunicatione, ne iterum violaretur, innodata. Quæ siquidem villa est sita in pago Oscarensi supra fluvium Sagonnam. Nos igitur tam prædicti viri Dei, qui hanc eandem villam jamdictæ suæ Ecclesiæ donasse videbatur, quàm etiam memorati Christi athletæ, beati scilicet Nazarij, ob cujus nominis reverentiam præfixæ matri Ecclesiæ data fuisse affirmabatur, offensionem quoquo judicio pertimescentes, & quod periculosius creditur, sub oculis omnipotentis in hujusce modi obstinatione manere qualicunque ignorantia formidantes, maluimus nostra propria regio more

ecclesiasticis obsequiis mancipare quàm ea quæ dubio pendebant judicio, aliqua occasione denegare. Vnde ad fidelissimam memorati Adalgarij venerabilis Episcopi exhortationem & dilecti fratris nostri Robberti illustrissimi Marchionis consilium atque consensum, pro nostrarum animarum ac parentum nostrorum remedio, & si quid in haere offensionis videtur, gratissima absolutione, prænominatam villam Tiliniacum cum omnibus ubicunque positis ad illam aspicientibus libuit serenitati nostræ sæpenominato Pontifici súæque Ecclesiæ & restituendo reddi & condonando largiri, eo quidem jure ut si justa & legali donatione, sicut præmissum est, ab Episcopis præfatæ Ecclesiæ extitit possessa, inviolabiliter eidem maneat restaurata; sin verò, ut quidam nostræ partis ministri referunt, nostræ proprietatis justiùs fuisse visa est, fiat nostra regali munificentia & nominati fratris nostri largitione à nostro communi jure in jus & dominationem Ecclesiæ beati Nazarij & suorum Pontificum in perpetuum mancipata. Propterea & hoc nostræ restitutionis præceptum immo & largitionis fieri jussimus; per quod statuentes decernimus ut supra signatam villam Tiliniacum cum omni sua integritate, videlicet cum mancipiis, vineis, pratis, silvis, pascuis, ceterísque terris, Ecclesiis quoque cum suis appendiciis, aquis etiam, aquarúmque decursibus, exitibus & regressibus, & cum omnibus ad se justè & legaliter pertinentibus, quæsitis & inquirendis, tam præsens quàm & futúri supradictæ Ecclesiæ Episcopi sicut reliquas ejusdem Ecclesiæ beati martyris Nazarij res sine aliqua contradictione aut injusta subtractione seu cujusquam mala usurpatione inviolabiliter teneant & canonico in regendo potiantur arbitrio, nullo inquietante aut disrumpente. Vt ergo hæc nostræ liberalitatis restitutio seu cessionis largitio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propria firmantes, anuli nostri impressione subter jussimus insigniri.

CXXIV.

Ejusdem præceptum pro monasterio Iuncellensi in diœcesi Biterrensi.

An. 890. Ex archivo monasterij Iuncellensis.

IN nomine Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi. Oddo divina ordinante clementia Rex omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, atque omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris præsentibus atque futuris salutem. Notum sit quia si sacerdotum ac servorum Dei petitiones, quas nobis pro suis necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non solùm regiam consuetudinem exercemus, verùm etiam ad æternæ retributionis mercedem talia facta profutura confidimus. Proinde comperiat omnium fidelium nostrorum solertia quia vir venerabilis Audegarius Abbas sancti Petri Iuncellensis monasterij, quod est situm in pago Biterrensi, nostris obtulit obtutibus auctoritates prædecessorum nostrorum Pippini videlicet & Karoli, unde licentiam habebant inter se & Abbates eligere & ipsum monasterium secundùm regulam sancti Benedicti & præcepta Regum regere & gubernare, quomodo fecerint olim Abbates illorum Benedictus scilicet & Fructuosus & antecessores eorum absque alicujus blandimento, dum viverent. Idcirco memoratus Audegarius Abbas nostram deprecatus est clementiam ut nos denuo prædictas auctoritates nostræ roborationis scripto confirmare dignaremur eíque aliquid regio more benignè largiremur. Cujus inquam petitioni libenter annuentes, hoc serenitatis nostræ præceptum illi fieri jussimus, per quod Ecclesiam beati Iuliani martyris quæ constructa est in loco qui vocatur Tauriacus in episcopatu Ruthenensi, cum omnibus juribus sibi pertinentibus pia largitione ipsi concedimus, ut omnes præsentes & futuri fideles sanctæ Dei Ecclesiæ ex nostro concessu ad perpetuum à nobis confirmatum esse cognoscant. Præcipimus interim ut nullus judex publicus neque quislibet ex judiciaria potestate nec ullus ex fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ ac nostris in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones prædicti monasterij quas moderno tempore possidere videtur in quibuslibet pagis & territoriis quicquid ibidem propter divinum amorem hactenus collatum est, qúæque etiam deinceps in jure ipsius sancti loci aut per nos aut per alios voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quàm & servos qui supra terram ipsius residere videntur distringendos, aut ullas redibitiones vel illicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore injustè aut violenter ingredi audeat vel exactare præsumat; & quicquid de rebus præfati monasterij fiscus sperare poterat, totum nos pro æterna remuneratione prædicto monasterio concedimus, ut perpetuis concedimus, ut perpetuis temporibus in alimonia pauperum & stipendia monachorum ceterorúmque fidelium ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione idem Abbas vel successores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipsi monachi inter se tales invenire poterunt qui ipsam congregationem secundùm regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem & concessum licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipsi servi Dei qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis & stabilitate totius regni nostri à Deo nobis concessi atque per immensam Dei misericordiam conservandi exorare valeant. Hæc verò auctoritas nostræ confirmationis ut futuris temporibus firmiùs ac robustiùs habeatur vel à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ ac nostris diligentiùs conservetur, eam manu propria subnotavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Odonis magnifici Regis.

Arnebodus scripsit ad vicem Ildefredi Referendarij & subscripsit.

Datum XI. Kalendas Decembris Indictione VIII. anno tertio regnante Oddone Rege.

Actum Silvanectis feliciter.

CXXV.

CXXV.

VVidonis Imperatoris præceptum pro monasterio sanctæ Christinæ.

An. 891. Ex veteri codice Longobardico.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Vvido divina clementia favente Imperator Augustus. Si antecessorum nostrorum concessa privilegia, maximè divinis locis, etiam nostra auctoritate solidamus, proculdubio id ipsum nobis ad æternam remunerationem plurimùm prodesse confidimus. Ideoque noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum industria quia nos tam divino tacti instinctu quàm sempiternæ retributionis compulsi intuitu ad repropitiandum nobis cœlestem Regem & dominatorem omnium, beatæ virginis & martyris Christinæ cœnobium in Italico regno constructum haud procul à curte regia Ollona, ubi venerabilis Abbas Rodulphus præesse videtur, cum omnibus qui sub cura & ditione ipsius sunt famulis Christi, rebus cunctis ac familiis ad eundem locum respicientibus, sub nostrum mundeburdum & perennem tuitionem suscipimus. Interventu quoque nostræ dilectæ conjugis Agelguidæ Imperatricis solemniter confirmamus & per hanc nostræ auctoritatis paginam corroboramus quicquid eidem monasterio in rebus mobilibus tempore constitutionis suæ usque in præsens ex dono antecessorum nostrorum & Regum priscorum Reginarúmque aut aliorum quorumcunque largitione, collatione, vel qualicunque oblatione divina pietas contulit aut largiri dignabitur in posterum, ut habeant illud integrum atque possideant prædictus Abbas vel famuli Christi jure quieto & pacifico, sub nostræ immunitatis protectione inlæsi jugiter permanentes, & pro statu nostri imperij Deum supplicantes, omni nostra heredúmque nostrorum ac successorum molestatione remota. Volumus denique ut quotienscunque opus habuerint, de rebus ac familiis ejusdem monasterij, tanquam de dominicatis nostris, per publicos actores & exactores inquisitio fiat. Illud etiam interdicimus, ut in domibus & cellulis ejusdem monasterij ex hoc nunc & in posterum nullus mansionaticum, teloneaticum, ripaticum, aut aliquas publicas functiones exquirere audeat, nullámque in commenditiis præfati Abbatis vel famulorum Dei liberis ac servis, massariis, libellariis, aldionibus inferat violentiam, aut eos potestativè distringat aut pignorare præsumat; & sicuti antecessorum nostrorum auctoritate eidem loco venerabili constat esse collatum, ita firmum & stabile permaneat in ævum. Sancimus siquidem & nos, veluti à divæ memoriæ antecessore nostro Karolo Imperatore constitutum est, ut si divina vocatione Abbas illorum ab hoc seculo migraverit, habeant potestatem inter se eligendi Abbatem. Si quis autem contra hanc jussionem nostram reniti vel refragare aut eam irrumpere tentaverit, auri obrizi libras centum persolvat, medietatem palatio nostro, & medietatem prædicto cœnobio. Et ut hoc certiùs credatur & firmiùs observetur, propria manu confirmavimus, & anulo nostro subter jussimus sigillari.

Signum Domni Vvidonis serenissimi Imperatoris Augusti.

Helbancas Archicancellarius jubente Domno Vuidone Imperatore recognovi.

Datum III. Kal. Iul. Indictione IX. anno incarnationis dominicæ DCCCXCII. anno Domni Vuidonis regni ejus IIII. Imperij II.

Actum Papia in Dei nomine feliciter. Amen.

CXXVI.

Rainaudi cessio ad Ecclesiam Brivatensem.

SAcrosanctæ Dei Ecclesiæ Brivatensi vico sitæ, qua vir beatus Iulianus martyr requiescit cum sociis suis, & cui Guilelmus Comes & Abbas præesse videtur, necnon Eldefredus Præpositus, seu Nectardus Decanus, vel ceteri Clerici qui ibidem famulantur. Ego Rainaudus pro amore Dei & salvatoris nostri Iesu Christi cedo ipsi cassæ Dei suisque servientibus censum quod imperpetuum esse volo, & de meo jure in vestra donatione trado. Hæc sunt res meæ proprietatis quæ per conquestum mihi evenerunt, quæ sunt sitæ in * urbe Arvernica, in comitatu Brivatensi, in villa cui vocabulum est Casalellis, cedo Deo & sancto Iuliano suisque servientibus massum unum cum curta & horto & exio & vinea I. & campello I. Istæ res ipsi masso adhærentes habent fines de uno latere strata publica, de superiori latere terra est sancti Iuliani, & de subteriori verò est terra Bladini & Rihildis & heredum suorum. Istud confinium per bodina positum cassæ sancti Iuliani suisque Canonicis cedo in stipendia fratrum pro anima mea totum vobis. Taliter verò complacuit mihi ut dum ego Raganfredus amicus meus vixerimus, usum fructuarium possideamus, post obitum meum Raganfredus ipsas res possideat, & in censum Missæ sancti Iuliani denarios duodecim per singulos annos; pòstque sunm discessum ipsæ res cassæ sancti Iuliani revertantur sine ulla contradictione. Sanè si quis homo aut ullus de heredibus meis aut quælibet potens persona quæ contra vos vel contra concessionem meam aliquid mali dicere tentaverit, in vanum laboret, & quod protulit venti ferant, & insuper auri libras duodecim vobis coactus persolvat. Facta ista carta in die sabbati in mense Octobrio anno quarto regnante Karolo Rege Ffancorum. Rainaudo teste, qui concessionem istam sancto Iuliano fieri rogavit, & Ingualdo, Bladino, Girberto, Radulfo.

An. 892. Ex chartulario Ecclesiæ Brivatensis. cap. 35.

* orbe Arvernico.

CXXVII.

Ermengardis Comitissæ Ceritaniæ donatio ad monasterium sanctæ Mariæ Arulensis.

IN Dei nomine. Ego Ermengardis Comitissa & filiis meis Bernardo Comite & Guifredo Comite & Berengario Episcopo, nos simul in unum donatores sumus ad cœnobio sancta Maria Arlas alaudem nostrum qui nobis advenit per vocem Domni nostri Olibano Comite vel per com-

An. 893. Ex chartulario monasterij Arulensis.

parationem de Iuſcafredo judex, quem alium nomen vocant Lobatone. Et eſt ipſum alaude in comitatu Roſſilionenſi, in Valle Aſperi, in multiſque locis, videlicet ad ipſa clota quem vocant manſus coopertus, cum omnes ſuas adjacentias & afrontationes, & in monte nigro ſubteriore caſas coopertas, cum curtes & hortos, cum omnes ſuas adjacentias & afrontationes. Et in loco quem vocant in termino de Felgars vel de Fontanilis, ipſas terras, cum ipſos boſcos & cum illorum afrontationes, cum exiis & regreſſiis earum. Et in alio loco quem vocant Caſtannario caſas coopertas, cum curtes & hortos, cum ipſis pomiferis, & cum ipſas terras quæ ibidem ſunt, cum exiis & regreſſiis earum. Et in alio loco quem vocant Batipalmas caſas coopertas, cum ipſos caſales, & cum ipſo molino, terras & vineas, pomiferis vel impomiferis arbores, cultum vel incultum, cum exiis & regreſſiis earum. Et in aliis locis in rio Ferrario ſuperiore manſos coopertos, cum curtes & hortos, terras & vineas, molinis, molinariis, cultum vel incultum, aquis, aquarúmve ductibus vel reductibus, cum exiis vel regreſſiis earum. Et in loco quem vocant Caſtro Corbi manſos coopertos, cum curtes, curtalibus, hortis, hortalibus, & cum omnes ſuas adjacentias & afrontationes. Sic omnia ſuperiùs ſcripta cum omni integritate donamus ad ſupradicto cœnobio ſancta Maria Arlas pro anima Domni noſtri Olibano Comite & pro remedio peccatis noſtris, videlicet omnes ſupranominatis manſis, caſis, caſalibus, coopertis & diſcoopertis, quintanalibus, curtis, curtalibus, hortis, hortalibus, vineis, vinealibus, terras cultas vel incultas, torrentibus, arbores pomiferis vel impomiferis, verdegariis, vernedis, boſchos, ſilvis, garricis, molinis, molinariis, aquis, caputaquis, aquarúmve ductibus vel reductibus, exiis & regreſſiis, omnia & in omnibus, quicquid dici vel nominari poteſt, tam quæſitum quàm ad inquirendum. Et afrontat hæc omnia ſuperiùs ſcripta vel inclaudit de multis partes in poſſeſſione de ſupradicto cœnobio, vel de parte orientis in ipſo grado quem vocant Cotaleto, & de meridie in ipſa ſerra de monte nigro ſuperiore, vel in ipſa ſerra quem dicunt Aſtella, quæ eſt in termino de Cuſtoga, & de occiduo in ipſo guado de Amlara, vel in ipſo pujo Oriolo, vel in roca inferni, & de parte verò Cercij in monte Colia. Quantum infra iſtas quatuor afrontationes includunt, ſic ad flumen Tixi vel rio Ferrarij invergunt, ſic donamus & tradimus de noſtro jure in poteſtate & dominio ſupradicto cœnobio, ut habeat in Dei nomine liberam & firmiſſimam poteſtatem facere vel judicare inde quodcunque voluerit. Et in termino de villa Polleſtros, in loco quem vocant Barriano, de præfata comparatione ipſos tres camposab omni integritate cum illorum afrontationes, cum exiis & regreſſiis illarum, ſimiliter donamus ad ſæpefato cœnobio. Quòd ſi nos donatores aut ullúſque homo vel femina contra hanc noſtram donationem ad inrumpendum vel aliquid ſubtrahendum venire voluerit, juſto judicio Dei & beatæ genitricæ ejus iram incurrat, & inantea donatio iſta firmis & ſtabilis permaneat omnique tempore. Facta iſta carta donationis IV. Idus Februarij anno ſexto regnante Hugone Rege. S. Ermengardis Comitiſſa. S. Bernardus Comes. S. Vvifredus Comes, qui hanc cartam donationis fecimus, firmavimus, & teſtes firmare rogavimus. Berengarius Epiſcopus. S. Raimundi Levitæ. S. Dodo. Vviſcafredus Clericus. Atto monachus, qui hanc cartam donationis ſcripſit die & anno quo ſuprà.

CXXVIII.

Karoli Simplicis præceptum pro Eccleſiæ ſancti Chriſtophori de Chriſtoilo in diœceſi Pariſienſi.

An. 900. Ex magno chartulario Eccleſiæ Pariſ. lib. 19. cap. 73.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia Rex. Si juſtis fidelium noſtrorum petitionibus aurem noſtræ ſerenitatis accommodamus, aſſenſúmque illis præbemus, acta prædeceſſorum noſtrorum Regum ſcilicet Francorum imitare videmur, ac per hoc in noſtræ fidelitatis devotione promptiores illos efficimus. Denique noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorúmque tam præſentium quàm & futurorum induſtria quòd adiens noſtræ benignitatis excellentiam Grimoardus Vicecomes atque fidelis noſter obnixè noſtram petiit munificentiam quatinus res Eccleſiæ in honore beati Chriſtophori martyris Chriſti dicatas, in qua oſſa ſimilium requieſcunt, quas idem pro animæ ſuæ ſalute eidem Eccleſiæ tradiderat, auctoritatis noſtræ præcepto confirmare, & ut nemo deinceps illas res ab eadem Eccleſia ſubtrahere aut ex eiſdem quiddam cenſum exigere præſumat, modis omnibus inhibere dignaremur. Sunt autem hæ res in pago Pariſiaceníe, ſitæ in villa Chriſtoilo, hoc eſt, manſa XV. & mancipia utriuſque ſexus. Placuit itaque celſitudini noſtræ ejuſdem viri adquieſcere petitionibus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus, & jamdictæ Eccleſiæ dari decrevimus, per quod præcipientes jubemus ut eadem Eccleſia abſque ulla refragatione ſcriptas res cum omni earum integritate, terris videlicet cultis & incultis, pratis, vineis, ſilvis, & mancipiis, aquis, aquarúmque decurſibus, omníque ad ſe juſtè & legaliter pertinent, jure perpetuo teneat & poſſideat. Et nemo poſt prænominati fidelis noſtri Grimoardi deceſſum in eadem Eccleſia poteſtatem habeat, aut ex iis rebus aliquod cenſum exigere præſumat, neque ulla judiciaria poteſtas perpetrandi aut hominem fugientem expellendi licentiam habeat. Et liberè liceat ſacerdoti Eccleſiæ Domino famulare & ſanctorum patrocinia dignè venerare & ejuſdem viri pro ſalute animæ ſupplicare. Et ut hoc noſtræ auctoritatis edictum per omnia tempora, inviolabilem in Dei nomine obtineat vigorem, manu noſtra ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Herveus Notarius ad vicem Aſketici Epiſcopi recognovit.

Datum VIII. Kal. Maij Indictione III. anno VIII. regnante & redintegrante regnum Karolo glorioſiſſimo Rege.

Actum apud Vermeriam palatium in Dei nomine feliciter. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CXXIX.

Ejusdem præceptum concessionis pro Theodosio.

An. 904. Ex chartulario S. Petri Rodensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia Rex. Regalis celsitudinis mos est fideles suos donis multiplicibus honorare sublimésque efficere. Noverit igitur omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorúmque tam præsentium quàm & futurorum industria quoniam placuit serenitati nostræ per deprecationem Rotberti fidelis nostri quendam fidelem nostrum Theodosium de quibusdam rebus nostræ proprietatis honorare. Sunt autem eædem res in comitatu Narbonensi, in pago Minervensi, in villa Honeriaco vel in Vibrano, infra hos fines & terminos quicquid ad nostrum pertinere videtur fiscum, & in alio loco in comitatu Rusilionense, in pago Helenense, villa quæ vocatur Pulleſtros cum ipso fisco qui ibidem est nunc, cum Tertio, cum Raste & Cametello, omnia quæquæ ad nostrum fiscum pertinere videntur, & in alio loco in villa Insula, cum Lotas & Laurigano, omnia quicquid ibi ad nostrum fiscum pertinere videntur, & in comitatu Bisuldunensi super Fluviano villare Goloresçum, Cameto, & Campo longo, & Tapiolas, & in villa monte acuto, & in valle Basse villam quæ dicitur sancti Stephani cum valle Ionathes, cum villis & villaribus quæ ibidem sunt. Et affrontat ipsa vallis de parte orientis in serra quæ dividit inter Girundense & Bisuldunense, de meridie affrontat in fines de comitatu Ausonensi usque ad collum Ionathes, de parte circi in castrum Gorni, de istis verò partibus sicuti aqua vergit & pergit usque ad villarem veterem, pergitque per arenas usque ad pausata tepidi, & pergit usque ad Paratella, & inde vadit ad monte meridiano & usque ad serram Elceriolas & usque ad fines Pinetæ. Concedimus etiam sibi in toto regno nostro Goticæ vel Septimaniæ, ubicunque emere voluerit licentiam absque ullo servitio. Ipsi verò homines qui in supradictis villis habitant vel habitaturi sunt, tale obsequium vel tale servitium suprædicto Theodosio vel heredibus suis faciant vel serviant quale Comitibus facere consueverunt tam Spani quàm ceteri. Has itaque res concedimus jam dicto fideli nostro Theodosio cum terminis & omnibus adjacentiis, & de nostro jure in jus & proprietatem ipsius transtulimus & solemni more delegamus. Vnde hoc nostræ altitudinis præceptum fieri volumus & eodem dari jussimus. Præcipientes ergo jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in prædictas res aut loca ibidem pertinentia, in quibuscunque consistant locis, ad causas judiciario more audiendas, vel freda seu mansiones aut parefredos sive paratas exigendas, vel fidejussores tollendos, aut homines ipsius distringendos, aut teloneum neque pascuaticum seu aliquas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, nec ea quæ suprà memorata sunt exigere præsumat; sed cum omnibus sœpe memoratis locis, in quibuscunque consistant locis, tam ex aprisione quàm ex heremo habet tractas, vel deinceps excolere potuerit, cum aliis quibuscunque possessionibus quas præsenti tempore ipse Theodosius possidere videtur, liceat jamdicto Theodosio suisque posteris quietè tenere vel possidere, vel quicquid exinde facere voluerit liberam ac firmissimam in omnibus habeat potestatem sicut ex aliis suæ proprietatis, nemine inquietante, per nostrum consensum ac jussionem. Et ut hoc præceptum per omnia tempora majorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propria eam subter firmavimus & anuli nostri impressione sigillari jussimus.

Signum Karoli glorioſissimi Regis.

Herveus Notarius ad vicem Folconis Archiepiscopi recognovit.

Data IX. Kal. Iulij Indictione VII. anno V. regnante Karolo serenissimo Rege, & in successione Odonis VI.

Actum apud Viennam villam in Dei nomine feliciter. Amen.

CXXX.

Acta dotis & consecrationis Ecclesiæ de Blaneda in diœcesi Arvernensi.

An. 906. Ex chartulario Ecclesiæ Brivatensis cap. 442.

ANno incarnationis dominicæ DCCCVI. Indictione IX. Dum resisteremus nos, Adalardus videlicet Arvernensis Ecclesiæ Præsul, in gremio matris Ecclesiæ in honore beatorum martyrum Agricolæ & Vitalis nobiliter fundatæ, circúmqde federent nos fideles ejusdem Ecclesiæ tam ecclesiastico quàm populari honore prædiți, adierunt serenitatem nostram Heldefredus caulæ sancti Iuliani Brivatensis eximius præfectus & Nectardus Pentacontarchi administrator non infimus, ceterique Canonici quamplures sub eis Deo sanctóque Iuliano humiliter devotéque famulantes, obnixè expostulaverunt ut eis daremus licentiam in proprio fundo sancti Iuliani Ecclesiam construere, in villa videlicet cujus vocabulum Blaneda. Quod mente pertractantes unà cum consilio cunctorum nos circumsedentium agi non rennuimus, & mittentes cum eis Archipresbyterum nostrum nomine Homo-Dei, præcepimus ut designaret eis locum templo Dei aptum. quod quidem & fecit. Fabricata autem aula, perreximus ad locum, specie septima mensi decimi dedicavimus eam in honore beatorum martyrum Iuliani incliti & Privati nobillimi martyris. Et in die consecrationis ejus datum est eidem Ecclesiæ in honore almi Iuliani atque Privati jam fundatæ de proprio sancti Iuliani ad stipendia servientium ejus pertinente dotis nomine, in comitatu Brivatense, in aice Nonatense, in ipsa villa Blaneda, mansum unum ad ipsam Ecclesiam adhærentem, cum terris & pratis, totum & ad integrum, & in Montiniaco vineam unam cum casale uno & campo uno, & campos illos qui pertinebant ad Ecclesiam sancti Sixti, & sunt de eadem ratione sancti Iuliani, & videntur esse cis Alerium fluvium, & in aice Bonrochense mansionile unum quod vocatur Valilia, cum campis, pratis, vineis, & nemoribus, atque silvis. Dantur ei etiam deci-

mæ de ipsa villa Blaneda totum & ad integrum & omne confugium ejus. Datur ei in villa quæ vocatur Ortas, de causa sancti Iuliani, decimæ omnes. Et in ipso aice, in villa quæ vocatur Bavosus, medietatem decimarum ad Ecclesiam sancti Sixti pertinentium. Et in aice Ambronense, de villa quæ vocatur Grizilions, duas partes decimarum, omnes videlicet decimas ejusdem villæ, exceptis illis quæ pertinent ad Ecclesiam de Antonio in honore sancti Benigni consecrata. Et in aice Brivatense, in villa quæ vocatur Porcaricias, duas partes decimarum, & in villa quæ vocatur Vinezia de causa sancti Iuliani duas partes decimarum. Hæc omnia suprascripta datum est eidem Ecclesiæ in honore sancti Iuliani & sancti Privati in villa quæ vocatur Blaneda fundatæ, ut habeat ea, teneat, atque possideat, & ab hodierna die & deinceps rector ipsius Ecclesiæ cum omni integritate recipiat, & annis singulis festivitate sancti Iuliani, quæ evenit v. Kal. mensis septimi, in censum canonicis sancti Iuliani solidos quinque incunctanter exsolvat, & matri Ecclesiæ Arvernorum debitum obsequium, ut ceteræ capellæ similes ejus, persolvat. Et libellus iste dotis omni tempore inconvulsus perseveret & indeficiens. Et ut hæc pagina dotis firmior sit veriúsque credatur, manu propria subter eam firmavimus & ceterorum Canonicorum matris Ecclesiæ Agricolæ & Vitalis atque Canonicorum sancti Iuliani manibus insigniri præcipimus, & in calce hujus opusculi inseri jussimus. Et quandiu Iohannes sacerdos advixerit, qui eam fundavit, absque ullo contradicente regat, & præscriptum censum Canonicis sancti Iuliani persolvat. Et si de ipso censu tardus aut negligens extiterit, legibus emendet, & quandiu vixerit jamdictam capellam non perdat. Ex auctoritate autem Patris & Filij in virtute sancti Spiritus & lege canonica ac verbo nostro excommunicamus & interdicendo injungimus ut nullus eam ei diebus vitæ suæ auferat, aut ullus Clericus super eum illam accipiat. Signum Vuilelmus Comes. Signum Amicus Archidiaconus. S. Ragefredus Abbas. S. Arnardus Archidiaconus. S. Eldefredus Præpositus. S. Austorgius Abbas. S. Eldebertus. T. S. Barnardus. S. Raianart. Actum VI. Kal. Ianuarij apud Claromontem civitatem, regni Karoli Francorum & Aquitanorum Principis anno XI.

CXXXI.

Decretum synodi Viennensis de capella sancti Severi constructa in parrochia Tausiacensi.

An. 907. Ex chartulario Ecclesiæ Viennensis.

ANno incarnationis dominicæ DCCCCVII. Indictione X. acta est synodus apud Viennam metropolim jussu Domni ac venerabilis Alexandri ejusdem Ecclesiæ Archipræsulis, in Ecclesia videlicet Domini & salvatoris nostri, ubi à multis in ejus præsentia suorúmque ministrorum, necnon & venerabilium Abbatum, videlicet Eirlei Præpositi, Erlei Archidiaconi, Valdonis Abbatis, Leudonis Abbatis, multorúmque aliorum reverendorum sacerdotum à diversis diversæ prolatæ sunt quærimoniæ. Inter cetera verò quæ in hac synodo discutienda ac deffinienda erant, orta est quædam altercatio inter Aribertum Abbatem Romanensis monasterij necnon & Barnardum venerabilem monachum sanctique Mauricij Abbatem ex territorio de quadam capella sancti Severi in parrochia sancti Primi sita in villa Tausiaco, quam quidam homo in præstariam tenebat nomine Fulcherius, dicens jamdictus Aribertus Abbas quod ex prædicto territorio decimæ justè & legaliter ad capellam sancti Severi pervenire debuissent. Sed Barnardus Abbas affirmando contradicebat non ita esse, sed omnes decimæ ex prædicto territorio legaliter & rationabiliter plus pertinerent ad Ecclesiam sancti Primi, quam ille in manu ad ordinandum habebat, præter privum monachorum laboratum, quàm ad suprædictam sancti Severi capellam. Tunc à sancta synodo judicatum est illi, ne fortè deinceps ex eadem causa aliqua moliretur injuria, ut sicut ille propriis testificabatur verbis, ita testes sui sacerdotes sub jurejurando adfirmassent. Prædictus quoque Barnardus Abbas suos in sancta synodo præsentes ostendit testes, quorum nomina sunt hæc, Christianus Presbyter, Signinus Presbyter, Albarius Presbyter, Folmarus Presbyter, Badinus, Presbyter, Archinerius Presbyter, Giroldus Presbyter, & sacramentis datis omnia legaliter explevit sicuti judicatum fuit, & prædictas decimas ad eandem Ecclesiam sancti Primi evindicavit. Ego Alexander sanctæ Viennensis Ecclesiæ Episcopus manu propria roboravi & aliis robotare jussi. Ezleus humilis Præpositus. Andreas Presbyter.

CXXXII.

Karoli Simplicis præceptum pro monasterio Balneolensi in diœcesi Gerundensi.

An. 916. Ex archivo monasterij Balneolensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia Rex Francorum. Si erga loca divinis cultibus mancipata Deóque mercedem famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium remunerationis æternæ ob id nobis rependi non diffidimus, quin etiam ad diuturnam felicémque regni nostri idipsum stabilitatem pertinere nullatenus dubitamus. Itaque notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris præsentibus scilicet atque futuris quoniam venerandus vir Halfredus monasterij Abbas quod appellatur Banniolas, quod est constructum in honore sancti Stephani protomartyris Christi, in pago Bisuldinensi situm, adiens nostræ dignitatis clementiam, obtulit nobis præcepta Domini Ludovici atavi nostri piæ memoriæ Imperatoris augusti, necnon & avi nostri illustris Imperatoris Karoli, atque genitoris nostri eximij Ludovici Regis; in quibus continebatur qualiter idem monasterium cum monachis ibidem Deo obsequentibus & omnibus ei pertinentibus sub immunitatis suæ munimine penitùs susceperunt. Petiitque idem Halfredus Abba ut renovantes auctoritates illorum, eum ac monachos sibi commissos prædictúmque monasterium & cellas sibi pertinentes sub immunitatis nostræ, sicut ipsos constat fecisse, defensione ac munime susciperemus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cujus precibus libenter adquiescentes, idem monasterium & eum cum monachis & cunctis sibi pertinentibus cellis & rebus sub nostræ defensionis libertate susscepimus. Idest in loco qui dicitur Miliarias, cella sancti Petri cum omni sua integritate, sicut in illorum indiculis resonat, & ipsa cella quæ vocatur rumta veila, & in alio loco cella sancti Iuliani & sancti Michaelis, & in sancta pace cella sancti Vincentij cum omnibus terminis suis, & in Riudaser cella sanctæ Mariæ cum terminis suis, & in loco qui dicitur Sistorianus domum sanctæ Mariæ cum omnibus sibi pertinentibus, & in comitatu Petralatensi cella sancti Petri, & aliam sancti Iohannis, cum alia cella cujus vocabulum est Pineta, & cella sancti Fructuosi cum omnibus sibi pertinentibus, & in mala valle in villare quæ dicitur Fontanetus, & vineas quæ ibi attinere videntur, cum suis appendiciis omnibus, & cum cunctis aliis rebus ad ipsum monasterium pertinentibus, ut dictum est, sub nostræ immunitatis munimine & defensione placuit nobis susscipere. Præcipientes ergo jubemus ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria potestate in prædictum monasterium vel cellulas aut loca sibi pertinentia atque subjecta, seu agros, ac reliquas possessiones, in quibuscumque consistentibus locis, ad causas judiciario more audiendas, vel frequentes mansiones aut paraveredos sive paratas exigendas, vel fidejussiones tollendas, aut homines ipsius monasterij distringendos, seu aliquas redibitiones aut functiones aut illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, nec ea quæ suprà memorata sunt requirere præsumat; sed cum omnibus cellis vel locis sæpe præfato monasterio subjectis, in quibuscunque consistant locis, quas moderno tempore tam ex aprisione quàm ex heremo habent tractas, seu deinceps è cetero possiderint, cum aliis quibuscunque possessionibus quibus præsenti tempore eidem Abbas juste & rationabiliter divina pietas per suos, suosque fideles ipsi sacratissimo loco ..... voluntariè exorare. Et quandocúnque divina pietas eundem Abbatem ab hoc seculo susceperit, quandiu ipsi monachi inter se talem eligere valuerint qui ipsam congregationem secundùm regulam sancti Benedicti regere queant, per nostrum consensum ac jussionem licentiam habeant ex semetipsis eligendi Abbates. Nolumus præterea ut ab ipsis vel ab eorum hominibus aliquid telonei neque pascuaticum nec mansiones, tacos aut aliquas redibitiones exigatur. Et ut hæc auctoritas nostra semper inconvulsa permaneat, manu propria super eam firmamus. & anuli nostri impressione assignari jussimus.

Signum Karoli Regis piissimi.

Gozlinus regiæ dignitatis Notarius ad vicem Hervei Archiepiscopi summique Cancellarij recognovit.

Datum v. Idus April. Indictione IIII. regnante Karolo Rege glorioſissimo redintegrante XVIIII. largiore verò hereditate indepta V.

Actum Herdtallo palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

CXXXIII.

Acta dotis & consecrationis Ecclesiæ de Caneto in diœcesi Arvernensi.

An. 924. Ex chartulario Ecclesiæ Brivatensis cap. 17.

ANno incarnationis dominicæ DCCCXXIIII. Indictione XII. adiit Iohannes Archidiaconus sedem matris Ecclesiæ Arvernorum, postulans humiliter & petens apud venerandum Arnaldum ejus sedis providum Præsulem ædificari sibi in fundo sancti Iuliani & suo Ecclesiam ipsis in locis valde perneccessariam. Cujus preces cùm primùm abnuisset idem egregius Pontifex, tandem consultu fidelium & precibus victus, comperta etiam veridica ratione, adquievit postulanti, insuper scisitans eundem postulantem si valeret ex rebus suis tantum ibi conferre ex quibus sacerdos in ipso loco Deo militans pauperem vitam possit sustentare. Ad hæc cùm respondisset velle se quandam particulam ex suis facultatibus largiri, totius Ecclesiæ à præfato consultu illustri speculatore sancitum est eandem dedicandam Ecclesiam. Proficiscens itaque prætaxatus Pontifex secundùm sapientiam sibi à Deo collatam * opes sibi creditas salubriter visitare, pervenit ad locum sibi crebris precibus & assiduis monitionibus exoratum; cernénsque contignitatem loci tempúsque aptum, dedicavit eandem capellam specie septima mensis novissimi, & illustravit eam pignoribus beatissimi martyris Iuliani Brivatensis. Est autem ipse locus, quo eadem constructa est aula, in comitatu Talamitense, in vicario Moysiacense, in villa quæ vocatur Canetus. Et in die dedicationis ejus datum est eidem loco à præscripto Iohanne, consultu Arlebaldi Præpositi Ecclesiæ sancti Iuliani martyris & Cuneberti Pentacontarchi ipsius loci ceterorúmque Canonicorum, in eadem villa Caneto massus unus quem Isembardus excolere videtur, & apenderiæ tres, & in aice Brivatensi, in vicaria Cheriacense, in loco nuncupato illam calmen, quantum ibi visus est habere, & in aice Nonatense, in Severiaco vineam unam. Hæc omnia suprascripta data sunt eidem Ecclesiæ in honore beati Iuliani fundatæ à Iohanne & à ceteris sancti Iuliani Canonicis perpetuo dono. Considerans etiam Domnus Pontifex, & rem diligenter examinans, dedit præfixo altari à se dedicato & sanctorum reliquiis decorato de ipsa villa Caneto decimam omnem tam annonarum quàm pecudum, & de villa quæ vocatur Adimar similiter omnem decimam, & de villa quæ vocatur Moden medietatem decimæ, & de alio Moden similiter, & de villa quæ nuncupatur Concas omnem decimam, & de Betel omnem decimam, & de villa quæ cognominatur Nueliaco cum suis appendiciis omnem decimam, & de villa quæ dicitur Alto Corenno medietatem decimæ, & de Burzaniis omnem decimam, & de villa quæ vocatur Cumiliis medietatem decimæ, & de Rabariliis medietatem decimæ, & de omnibus quæ idem Iohannes habere videtur modò vel in posterum Deo auxiliante adquirere poterit in villa quæ vocatur Severiacus sive Sorziacus, seu in illo monte, duas partes decimarum simili-

* oves

ter dedit. Et in aice Brivatensi, de villis his nominibus, Tropennaco, Vendagra, Pinatense, Valilia, & illa Spinatia, & Cabriogilo, duas partes decimarum de illa calme, & de Buxogilo medietatem decimarum. Et in vicaria Calatiense, de villis his nominibus, Plebis, Caleziis, illa becia, massum Giruini, medietatem decimæ. Hæc omnia suprascripta dedit venerabilis Armardus Præsul Arvernensis Ecclesiæ in die dedicationis basilicæ in Cansito fundatæ, ut habeat, teneat, atque possideat, & justo ordine gubernet ea rector ipsius cellæ, ea scilicet * ut quandiu idem Iohannes advixerit, eandem capellam teneat, & annis singulis Canonicis sancti Iuliani solidos quinque in censum incunctanter exsolvat, & post obitum ejus, si nepos ejus Girbaudus supervixerit, simili modo eam teneat, post amborum autem obitum in communi victu Canonicorum sancti Iuliani revertatur. Et ut firmiorem per succedentia tempora hæc paginola obtineret vigorem, idem sapientissimus Præsul Armaldus manu propria subter illam corroborare dignatus est, & ut primatum matris Ecclesiæ manibus insigniretur decrevit. Arnaldo Papa, Salomone Decano, & Bernardo Abbate, Adalardo Levita, testibus, regnante Karolo Rege Francorum carta ista facta fuit.

* ratione

CXXXIV.

Elidelindis cessio ad Ecclesiam Brivatensem.

An. 925. Ex eodem chartulario cap. 41.

Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ vico Brivatensi fundatæ, in qua venerabilis martyr Iulianus glorioſam adeptus est sepulturam cum sociis suis decorato mausolæo. Idcirco ego in Dei nomine Elidelindis pro remedio animæ meæ & fratris mei Arnusti cedo ipsi cassæ Dei aliquid de rebus proprietatis nostræ quæ ex conquestu nobis evenerunt, cessúmque in perpetuum esse volo. Sunt autem ipsæ res in comitatu Brivatensi, in vicaria Cantillianense, in villa quæ vocatur Mageladetus. In ipso loco cedo Deo sanctóque Iuliano in communi victu servientium ejus massos tres cum curtis, hortis, exiis, adjacentiis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarúmque decursibus, totum quod ibi visi sumus habere vel possidere, ut habeant, teneant, & quicquid voluerint Canonici ipsius loci. Si quis verò, quod futurum minimè credo, aliquando surrexerit, ego videlicet emutata voluntate mea, aut ullus ex heredibus meis, seu ulla emissa persona aut contraposita ..... cartulam istam ullam generare præsumpserit, quod repetit minimè vindicet; & insuper qui litem intulerit auri libras duas coactus reddat, & hæc cartula à nobis facta omni tempore firma & stabilis permaneat. Acta XIV. Kal. Martij anno tertio quo Karolus Rex per infidos Francos dehonestatus est.

CXXXV.

Cessio de ancilla ad monasterium Nobiliacense in diœcesi Pictavensi.

An. 915. Ex chartulario monasterij Nobiliacensis.

Dum unusquisque in hoc seculo proprio vocat arbitrio, oportet ei ut de rebus sibi à Deo adquisitis taliter agere qualiter præmium vitæ æternæ mereatur percipere. Quapropter ego in Dei nomine Richardus Æduus sancti Petri Pictavensis senioris Ecclesiæ tractavi de Dei timore & æterna retributione, ut mihi pius Dominus in die ultima magni judicij veniam tribuere dignetur. Ancillam itaque juris mei nomine Ingelburgim & infantibus suis videlicet his nominibus, Dodo, Abbo, Hildegardis, ... ad monasterium in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ & beati Iuniani confessoris præcipui fundatum, Nobiliacum nomine, ad communia fratrum ibidem die noctúque Deo militantium per hanc cessionis epistolam ad habendum delegavi, quatinus pij redemptoris gremij amplector, diémque magnæ restaurationis gehennæ cœnóque sulfuris inæstus pertagam, quia præsens seculo oneretur flagitij seculo, ne in ævum persistar in jus almi suffragium cunctari, ut magni advocatus opere, ejusque de magnis piaculis dimissum. Illud etiam placuit mihi inferere ut si aliqua emissa persona fuerit qui contra jamdictam cessionem, quam ego prompto animo & bona voluntate facere jussi, ulla calumnia removere voluerit, & si non se correxerit, aut à sua mala voluntate declinaverit, judicium Dei genitricisque Dei Mariæ & sancti Iuniani in pœnalibus gehennæ dignè pro meritis incurrat. Vt autem hæc donatio Ecclesiæ pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu mea propria subter firmavi, & bonis hominibus ad corroborandum tradidi; quatinus pius Dominus mercedem bene laborantibus cum ceteris fidelibus in die judicij restituat, beata Maria & sancti Iuniani interventio. Richardus donatione confecit. Signum Rainardi Vicarij. S. Rainatij Ippovicarij. S. Girardi. S. Landrici. S. Ingranni. S. Dotini. S. iterum Girardi. S. Gualberti. S. Dodeloni. S. Baltulij. S. Thertonnini. S. Radulfi. Data mense Decembris anno III. Radulfi Regis, quando Karolus in custodia tenebatur.

CXXXVI.

Testamentum Acfredi Ducis Aquitanorum.

An. 918. Ex chartulario Ecclesiæ Brivatensis cap. 433.

Legitur in literis divinis: *Omni habenti dabitur, & abundabit.* Et: *Quid prodest homini si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.* Et in Danihele: *Placeat tibi, Rex, consilium meum.* Et: *Peccatum tuum eleemosynis pauperum redime.* Idcirco ego in Dei nomine Acfredus divina disponente clementia Aquitanorum Dux, considérans casum fragilitatis humanæ, & mente pertractans quia nemo ex humano semine procreatus vivat & non

moriatur, & secundùm Iob sententiam nec infans unius diei immunis esse potest à peccato, & quia reportabit unusquisque ante tribunal Christi propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum, dispono distribuere omnes facultates meas tam mobiles quàm immobiles in usus Ecclesiarum & Ecclesiæ ministrorum & in cibos pauperum, ut misericors & miserator dominus, sanctorum suorum meritis intervenientibus, & pauperum precibus exoratus, immanitatem facinorum meorum minuere dignetur. Quamobrem obsecro vos fideles & amicos meos Rotbertum Vicecomitem, Dalmatium, Bertrannum, Eustorgium, Arimandum, Arlebaldum Præpositum, Cunabertum Decanum, ut fitis eleemosynarij mei; sicut estis fidelissimi amici, ita sitis mearum rerum distributores. Dono enim vobis potestatem erogandi omnes meas res tam mobiles quam immobiles in annona, in vino, in auro & argento, in bestiis, in vestimentis, in alodio, & in cuncta supellectile mea, in usus Ecclesiarum, in sacerdotum & ministrorum Ecclesiarum, in cibos pauperum & peregrinorum quæcunque invenire poteritis. Habeatis etiam potestatem incartandi alodes meos quibus jussero, & servos ingenuos faciendi de quibus mandavero, * hocmallandi omnes debitores meos, & requirendi debita mea, & indulgendi quibus dignum videritis, & pacificandi reclamatores meos sicut dignum perspexeritis. Precor etiam vos & propter Deum & misericordiam quam à Deo consecuti estis ut de his rebus quas vobis per fideicommissum committo non aliud faciatis, si mors mihi evenerit, nisi quod Deo placitum fuerit, & in præsenti pagina scriptum videritis. Videlicet sancto Iuliano in primis in Causiliaco omne alodium, quantum ibi visus sum habere vel possidere, cum mansis, campis, pratis, vineis. Et cedo similiter curtem meam quæ dicitur Braciacus, cum Ecclesia quæ est fundata in honore sancti Petri, cum omnibus appendiciis ad eandem curtem pertinentibus & mancipiis ibidem consistentibus. Et in comitatu Talamitense villam quæ nuncupatur Anglares, cum Ecclesia in honore sancti Petri constructa, cum omnibus appendiciis ad eandem curtem pertinentibus & quicquid in Ambronno habere videor, excepta Gigniacum Ecclesia. Austorgio casim meam in Severiacum & vineam unam & quantum in Vinecia habere videor. Bertranno dimitto Sextrerias villa & sancto Gallo & Adjudore & alla Cassania, & in Mercorio mansum unum. Arimanno fratri Rotberto dimitto omnia quæque in Bordellas habere videor; & donet pro me sancto Austremonio ad Veiodore centum solidos. Et si in præsenti anno obiero, dimitto inter Rotbertum & Dalmacium Vicecomitem alodem meum in Valdunense cum omni integritate. Et dent pro me solidos dua milia. Ipsos dispertiantur fideliter, sicut coram Deo rationem reddituri sunt, per sedes episcopales in Aquitania & per monasteria & Canonicos. Dent etiam Bernardo filio Adalgerio in aice Brivatense pro ipsa redemptione de Valdunense x. mas. de illorum alode. Simili modo si in præsenti anno abiero, dimitto sanctæ Mariæ Aniciacense omnem alodem meum quem habere videor in Calmesclarias, cum ipsa Ecclesia in honore sancti Abundi constructam. Habeatis etiam potestatem incartandi alodes meos, sicut suprà insertum est, de his omnibus & quodcunque invenire poteritis meis. Ex rebus meis tam mobilibus quàm immobilibus, si mihi mors evenerit in præsenti anno, exulem me reddo & peregrinum & coram Deo in potestate vestra committo, ut distribuatis ea fideliter pro me & pro vobis & pro omnibus parentibus & amicis & fidelibus meis & vestris & pro omnibus simul Christianis vivis & defunctis, & ita inde faciatis ut in die novissimo illam desiderabilem vocem audire mereamini: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* Et ut hoc fideicommissum verius credatur, manu propria subter illud firmavi & nobilissimis fidelibus meis firmare decrevi. S. Acfredi Deo auxiliante Comiti sive Duci Aquitanorum, qui hoc fideicommissum scribere vel adfirmare rogavit. S. Leotaldi. S. Galterio. S. Guandriberto. S. Rodino. S. Radulfo. Datum fidei istum commissum v. Idus Octobr. anno v. quod Franci deinhonestaverunt Regem suum Carolum & contra legem elegerunt Radulfum sibi in Regem. Placuit denique mihi ut si absque legitimis pueris mortuus fuero, omnes servi mei ingenui permaneant, exceptis illis quos Deo creatori omnium reddo & quos sancto Iuliano condono.

* obmallandi

CXXXVII.

Commutatio inter Ecclesiam Carcassonensem & monasterium Montisolivi in diœcesi Carcassonensi.

An. 925. Ex archivo monasterij Montisolivi.

IN nomine Domini. Ego Gimera Episcopus & omnis congregatio sancti Nazarij sedis Carcassonæ tibi Erifonso Abbati & cunctæ congregationi sancti Iohannis monasterij Castri Mallasti, procambiamus vobis Ecclesias nostras quæ sunt in comitatu Carcassense, suburbio Ausonense, Ecclesiam sancti Romani quæ est in villa Vvitzanis cum suis decimis sine aliquo censu, & Ecclesiam sancti Saturnini quæ est in Monteconiculo cum suis decimis sine aliquo censu, propter alodem vestrum qui est in comitatu Carcassense in villa quæ dicitur Orenciano, qui vobis venit tam de donatione quàm ex comparatione, ut ab hodierno die inantea habeatis potestatem de ipsis Ecclesiis cum illorum decimis sine aliquo censu

An. 915. Ex chartulario monasterij Nobiliacensis.

An. 918. Ex chartulario Ecclesiæ Biterrensis cap. 451.

vos & successores vestri, ut quicquid exinde agere, facere, vel judicare volueritis, in Dei nomine habeatis potestatem cum omni voce oppositionis nostræ. Sanè, quod fieri minimè credimus esse venturum, quòd si ego Guimera Episcopus aut mea congregatio aut aliquis successorum nostrorum, qui contra hanc procambiationem venerit ad irrumpendum &c. componat vobis tantum & aliud tantum quantum ipsæ res valere potuerint, & hoc quod repetit non valeat vendicare, sed in antea ista procambiatio firma & stabilis permaneat omni tempore. Facta carta procambiationis Idibus Iunij anno vigesimo octavo regnante Karolo Rege post obitum Odonis Regis. Gimera humilis Episcopus. Amen.

CXXXVIII.

Litteræ Vvadaldi Episcopi Helenensis.

An. 930. Ex chartulario Ecclesiæ Helenensis lib. 1. cap. 6.

IN nomine Domini. Ego Vvadaldus gratia Dei sedis Elenensis Episcopus, & Gauzbertus Comes, nos simul in unum donatores sumus ad domum sanctæ Eulaliæ virginis & martyra Christi matrem omnium Ecclesiarum Russulionensium sive Confluentium &c. propter amorem Dei, & propter remedium animas nostras, vel propter remedium animæ de Suniario Comite & uxori Ermengardis, & Bencone Comite, & Almerado Episcopo quondam, & propter remedium animæ de Franchone Vicecomite, & uxori suæ Eirsinde, & Oddone Vicecomite, ut famuli pro animas nostras vel illorum animas orationes Deo fundere dignemini &c. Facta scriptura donationis sub die IIII. Idus Aprilis anno II. quod obiit Karolus filius Ludovici Regis, Christo regnante, & Reg.m expectante.

Hæc numerandi ratio, tametsi insolens videatur, rara non est, & invenitur in multis veteribus monumentis, non solùm post mortem Karoli Simplicis, sed etiam multò antea. Extant enim in monasterio Balneolensi in diœcesi Gerundensi litteræ Servi-Dei Gerundensis Episcopi datæ anno DCCCLXXXIX. in quarum calce ista adduntur: *Facta hac carta confirmationis Kalendas Martias anno* II. *quo mortuus est Karolus Imperator, regnante Domino nostro Iesu Christo, nobis autem expectante Rege ab ipso largitore.* Et in chartulario monasterij Arulensis legitur vetus instrumentum cui hæc nota adjuncta est: *Facta carta vindicionis* XI. *Kalendas Iulias anno* II. *quod obiit Karlomanus Rex, Christum regnantem, Regem expectantem.* Idem mos notandi annos observatus quoque est post mortem Radulfi Regis, ut docet idem chartularium Arulense, in quo ista leguntur: *Facta ista scriptura vindicio* IV. *Idus December anno* II. *quod obiit Radulfus Rex, Christo regnante, Regem expectante.* In chartulario Ecclesiæ Tutelensis reperiuntur chartæ duæ quas constat esse datas post obitum Radulfi Regis, in quarum una hæc leguntur: *Facta venditio ista in mense Iulio, sede Francigena sperante Regem.* in alia verò sic: *Facta est cessio ista in mense Iulio, Domino regnante, Regem sperante.* Sed quamquam ista vera sint, fatendum tamen est eam scribendi rationem fuisse frequentiorem post obitum Karoli Simplicis. Lubet autem hoc exempla describere quæ in veteribus libris deprehensa à me sunt. In tomo secundo feudorum, ut vocant, archivi regij Barcinonensis fol. 204. extant acta venditionis quam Bonus quidam Suniario Comiti fecit de quibusdam rebus suis in comitatu Mentesæ sive Minoricæ, in quibus hæc nota adscripta est: *Anno* II. *post quam obiit Carolus Rex, Christo regnante, Regem sperante.* Item aliud instrumentum quod ibidem legitur: *Anno* III. *quo Carlus Rex obiit, Christo regnante, Regem sperante.* In chartulario Ecclesiæ Vrgellensis fol. 127. descriptum est donum quoddam à Suniefredo Comite, ut reor, Barcinonensi & uxore ejus Adaleze factum XII. *Kal. Aug. anno* VI. *quod obiit Karolus Rex filius Ludovici, Christo regnante, Regem expectante.* Sequuntur excerpta ex chartulario Ecclesiæ Helenensis.

Lib. 1 *cap.* 49. Facta scriptura vinditionis VII. Idus Aprilij, anno primo quod obiit Carulo Rege filio Ludoyci, Christo regnante, Regem expectante.

Lib. 3. *cap.* 67. Facta scriptura venditionis sub die Idus Marci, anno 1 quod obiit Charlus Rex filius Ludovici Regis, Christo regnante, & Regem expectante.

Lib. 4. *cap.* 69. Facta scriptura venditionis VIII. Idus Maij, anno primo quod obiit Karlus Rex filio Ludovici, Christo regnante, & Regem expectante.

Lib. 5. *cap.* 13. Facta scriptura venditionis sub die III. Idus Decembris, anno primo quod hobiit Karolus Rex filius Ludovici Regis, Christo regnante, & Regem expectante.

Eod. lib. cap. 45. Facta ista scriptura vinditionis sub die pridie Idus Madij, anno secundo quod obiit Karulus Rex filius Ludoyci, Christo regnante, Regem expectantem.

Eod. lib. cap. 55. Facta scriptura vindictionis sub die XIIII. Kal. Novemb. anno 1. quod obiit Radulfus Rex, Christo regnante, & Regem expectante.

Eod. lib. cap. 73. Facta scriptura vinditionis sub die XII. Kal. Novembris, anno 1. quod obiit Radulfus Rex, Christo regnante, & Regem expectante.

Eod. lib. cap. 87. Facta scriptura vinditionis sub die III. Nonas Marcij, anno 1. quod obiit Karolus Rex filius Ludoyci Regis, Christo regnante, & Regem expectante.

Eod. lib. cap. 88. Facta scriptura vinditionis sub die III. Idus Marcij, anno 1. quod obiit Karolus Rex filius Ludoyci Regis, Christo regnante, Regem expectantem.

Lib. 6. *cap.* 42. Facta scriptura vinditionis sub die VIIII. Kal. Febroarias, anno Christo regnantem, Regem expectantem. *Data est hac charta tempore Vvadaldi Episcopi Helenensis.*

Eod. lib. cap. 65. Facta scriptura commutationis VIII. Kal. Marci, anno 1. quod obiit Karolus Rex filius Ludovici Regis, Christo regnante, & Regem expectante.

Lib. 7. *cap.* 14. Facta scriptura vindicionis sub die XII. Kal. Marcij, anno primo quod obiit Rex filius Ludovici Regis Karolus, Christo regnante, Regem expectante.

Eod. lib. cap. 72. Facta scriptura vinditionis IIII. Kal. Februarij, anno III. quod obiit Carlus Rex, Christo regnante, Regem expectante.

Similes notas deprehendi in chartulario Ecclesiæ Vabrensis, tum etiam in chartulario sancti Saturnini Tolosanensis, & in chartulario monasterij Conchensis apud Ruthenos. Ceterùm affirmare non possum ad quæ tempora referendæ illæ sint.

Chartularium Ecclesiæ Vabrensis: Facta cessio ista in mense Madio, sub die duodecimo Kalendas Iunij, Domino regnante, & Regem sperantem.

Chartularium S. Saturnini fol. 74. Facta carta vinditio ista in mense Novembri feria II. Domino regnante, Rege expectante.

Chartularium Conchense cap. 54. Facta donatione ista in die sabbato, in mense Madio, Domino regnante, & Rege sperante.

Cap. 205. Facta charta cessione ista in mense Iulio, sub die Lunis, Dominum regnantem, Regem sperantem.

Cap. 422. Facta charta auctoritate ista sub die feria secunda, anno Deo regnante, & Regem sperante.

CXXXIX.

Radulfi Regis præceptum pro monasterio Montisolivi in diœcesi Carcassonensi.

An. 911. Ex archivo monasterij Montilolivi VI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Radulfus divina propitiante clementia Franco-

rum Rex. Qui pro amore omnipotentis Domini ſanctam Dei Eccleſiam conſtruere & reædificare gliſcit, magnam in honore ſanctorum mercedem impendit, in futuro verò cum ſanctis vitam acquirit ſempiternam. Idcirco notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus ſcilicet & futuris quoniam adiit noſtram ſerenitatem Dalmatius noſter per omnia fideliſſimus Miles, petiit noſtram celſitudinem quatenus noſtræ auctoritatis præceptum de terra quam ad abbatiam ſancti Iohannis Baptiſtæ nobiliſſimi homines dederunt, in caſtrum videlicet Malaſti, fieri præcepiſſemus, illius fuit petitio, & noſtræ libuit voluntati, pro reſtauratione illius loci, & noſtræ auctoritatis præceptum juſſimus fieri, ut ſancti monachi ibidem Domino ſervientes illam terram firmiter teneant ſine ulla contrarietate aut alicujus contradictione per juſſionem Domini Abbatis Ariſonſi ejuſdem loci. Conjacet etenim in comitatu Carcaſenſe cum mercato ſuper fluvium Duranna. Eſt ibidem villa ficca cum Eccleſia, altem villa Caucus cum Eccleſia, alia Venteniaco cum Eccleſia, alia Eliſau cum Eccleſia, alia villa Valeriano cum Eccleſia, Eccleſia de Amanciano, alia ſancti Martini ſuper fluvium Lampa, alia Monteconilio; in comitatu Redenſe, villa Garmatia cum Eccleſia, alia villa ſancti Iohannis & ſanctæ crucis Faris cum Eccleſia ipſa ..... villa cum Eccleſia, Lauraco cum Eccleſia, item ſancti Martini villa; in comitatu Narbonenſe, Truliaco cum Eccleſia & fiſco & aquæ ductu, villa ſancti Fructuoſi; in comitatu Carcaſſenſe, villa Caſtellani, Villanova cum Eccleſia, Vlnus cum Eccleſia ſanctæ Cœciliæ. Hæc omnia, & ſicut continentur in aliis præceptis, ex parte noſtra ſint ſtabilia, de ſupradictis villis ſeu de Eccleſiis ibidem datis, & nullus per vim intrare præſumat in abbatiam niſi quem electio elegerit. Vt autem hæc ſupradicta firma ſint & ſtabilia permaneant in ævum, noſtro nomine inſigniri & anuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Signum Radulfi Regis glorioſiſſimi.

Anſigiſus Epiſcopus recognovit.

Data III. Kal. Iunias anno nono regnante Radulfo Rege.

Actum Anſa villa.

CXL.

Ludovici Tranſmarini præceptum pro monaſterio Cantogilenſi.

An. 942. Ex chartulario Eccleſiæ Brivatenſis cap. 451.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus divina annuente gratia Francorum Rex. Si locis ſanctorum & divino cultui mancipatis ob amorem Dei & ſanctorum ejus aliquid conferimus, ſeu quæ à fidelibus devotè largiuntur regia auctoritate noſtra corroboramus, à ſummo bonorum omnium remuneratore recompenſari nobis id pro certo confidimus. Quocirca omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium [noſtrorúmque] tam præſentium [quàm & futurorum noſcat induſtria quia ſerenitatem noſtram] humiliter adeuntes monachi ſancti Marcellini egregij confeſſoris Cantogilonenſis cœnobij obnixè ſibi expetiere quatenus res quas Cunibertus quondam Præpoſitus ceteríque fratres ſancti Iuliani pro communi ſalute per conſenſum Ragemundi Principis Aquitanorum necne aliorum ipſius patriæ procerum tam Epiſcoporum quàm laicorum prædicto monaſterio contulerant noſtræ regalitatis præcepto, ut in illorum teſtamento ſancitum eſt, confirmare dignaremur. Quorum petitionibus ob Chriſti & ſancti ejus jam prælibati Marcellini dilectionem, ſive fidelium noſtrorum deprecationem, videlicet Herici Lingonenſis Epiſcopi, & Goteſcalchi Anicienſis Præſulis, Rotgerij quoque illuſtris Comitis, harum præbentes aſſenſum, juſſimus hoc regale decretum fieri; in quo confirmando decernimus & decernendo firmamus ut monachi præfati loci Cantogilonenſis jamdictas res cum omni integritate tam mancipiis quàm univerſis ſibi jure & legaliter pertinentibus perpetuò poſſideant, & quicquid in futuro eis conceſſum fuerit, eadem auctoritate corroboretur. Præcipimus denique ut nulla præpotens perſona aliquod unquam præjudicium eis inferat, neque cenſum quendam injuſtè perquirat; ſed ipſi cum omnibus rebus ſuis ab omni dominatu cujuſlibet perſonæ ſint liberi & abſoluti. Abbatem verò non per alicujus juſſionem, ſed ſecundùm ſancti Benedicti regulam, omni tempore ſibi inſtituant. Et ut hæc noſtræ auctoritatis gratia inviolabiliter per ſuccedentia temporum curricula obſervetur ab omnibus, manu noſtra eam ſubter firmantes, anuli noſtri imagine firmare præcepimus.

Signum Ludovicus.

S. Odilo Cancellarius ad vicem Hervei Epiſcopi ſummique Cancellarij recognovit.

Datum Non. Decembris Indictione x v. anno v i. regnante Ludovico glorioſiſſimo Rege in Dei nomine. Amen.

CXLI.

Qualiter Hildericus Abbas Caſaurienſis ſuperavit Iohannem Epiſcopum Pinnenſem cauſantem monaſterij libertatem.

An. 967. Ex chartulario monaſterij Caſaurienſis.

IN Dei nomine. Vvilla Mariani campo juris proprietatis ſanctæ Firmanæ Eccleſiæ reſidente Pandulfo Duce & Marchione per licentiam Gaidulfi Epiſcopi ſanctæ Firmanæ Eccleſiæ, & reſidente cum eo Lupo Comite de ipſo comitatu, & reſidentibus cum eo Suppo & Longino & Franco & Amizo & alio Longino & Hilderico & Adam & Tranſarico & Arderado & Reinfredo & aliis pluribus aſtantibus & reſidentibus. Ibique veniens in eorum præſentia Hildericus Abbas cum Alberico advocato ſuo, & querellatus eſt ſuper Iohannem Epiſcopum ſanctæ Pinnenſis Eccleſiæ dicens: Domini mei, audite querelam quam Hildericus Abbas & Albericus Advocatus noſter ſuper ipſo ſupraſcripto Iohanne Epiſcopo ſanctæ Pinnenſis Eccleſiæ depono de abbatia ſanctæ Trinitatis & de ipſius caſtellis & ipſius abbatiæ monaſteriis cum ſuis caſis & cum ſuis caſalibus & cum ſuis pertinentiis & cum ſuis ſubjacentiis, quòd ipſe ſupraſcriptus Iohannes Epiſcopus ipſum monaſterium contradicebat, & dicebat quòd pertinuiſſet ad ipſum epiſcopium ſanctæ Pinnenſis Eccleſiæ.

An. 932. Ex archivo monaſterij Montiſolivi.

Tunc interrogaverunt ipſe ſupraſcriptus Pandulfus Dux & Marchio cum ſupraſcriptis Comitibus & cum ſupraſcriptis bonis hominibus & cum ſupraſcriptis judicibus ipſum Iohannem Epiſcopum ſanctæ Pinnenſis Eccleſiæ ſi fuiſſet veritas quòd ipſum monaſterium ſupraſcriptum & ipſa ſupraſcripta abbatia pertineret ad ipſum ſuum epiſcopium. At ubi reſpondebat ipſe ſupraſcriptus Iohannes Epiſcopus ſanctæ Pinnenſis Eccleſiæ cum Berardo Advocato ſuo dicens: Ego renuntiavi & renuntio de omni ipſa ſupraſcripta abbatia de ſancta Trinitate & de ipſius monaſterij caſtellis, omnia & in omnibus qualiter ad ipſam abbatiam & ad ipſa monaſteria de ſancta Trinitate pertinent vel pertinere debent, in integrum, ſive de caſis, ſive caſalibus ſeu colonicibus, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, ripis, ripinis, aquis, aquæmolinis, ſeu decurſibus vel uſibus aquarum, ſeu de cartulatis vel de præſtandariis, omnia & in omnibus ubi & ubi omnia & in omnibus & ipſa monaſteria de ipſa abbatia in integrum renuntiavi Hilderico Abbati & Alberico advocato ſuo quòd non pertinuiſſet ad ipſum ſuum epiſcopium & nec illi nec ulli ſuorum poſterorum inde poſſimus cauſationem imponere, nec contra te Hildericum Abbatem, nec contra ullum de poſteris vel ſucceſſoribus tuis, nec contra ipſam abbatiam, nec contra ipſum ſupraſcriptum monaſterium, neque per præceptum de parte Domni Imperatoris, nec per judicatum, nec per ullum renuntium, nec per ullum ſcriptum moniminis, nec per nos nec per ullum de poſteris vel ſucceſſoribus meis, ut non poſſimus & non debeamus ullo vel quoquo tempore cauſationem imponere, quia nobis nunquam pertinuit nec pertinere debuit, nec & ad ipſum epiſcopium Pinnenſis Eccleſiæ unquam pertinet. Sic tibi dico & abrenuntio. Excepto ipſam cattam de Breliano, quam ego habeo diebus vitæ meæ, & poſt noſtrum tranſitum debeat revertì & recadere ad ipſum ſupraſcriptum monaſterium. Nam ſupraſcriptam abbatiam & jam omnia & in omnibus de ipſo monaſterio ſupraſcripto abrenuntiavi tibi Hilderico Abbati & poſteris ſucceſſoribus tuis & Alberico Advocato tuo & ipſi monaſterio & ipſi abbatiæ de ſancta Trinitate. Tunc judicaverunt ipſe Dux & Marchio & Comes & judices & boni homines quòd Iohannes Epiſcopus ſanctæ Pinnenſis Eccleſiæ ſe inde quietaret, & Hildericus Abbas hoc obtineret in ſecuritate, & ipſa ſupraſcripta abbatia & monaſterium ſit in ſecuritate & in pace ſicut ſuperiùs judicavimus & diximus quòd jam antea fuerat judicatum & ſcriptum. Et ex ſupraſcriptorum dicto, videlicet Marchionis & judicum & bonorum hominum, ſcripſi ego Iohannes Notarius in anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCCLXVII. & imperante Domno Ottone divina ordinante providentia Imperatore Auguſto anno imperij ejus in Chriſti nomine VI. menſe Februario per Indictionem X. in villa Mariani die menſe ſupraſcripto feliciter. Pandulfus Dux & Marchio ibi fuit. Lupo Comes ibi fuit. Suppo ibi fuit. Longini ibi fuit. Alius Longini ibi fuit. Tranſarico ibi fuit. Ilderico ibi fuit. Arderado ibi fuit.

CXLII.

Notitia judicati pro monaſterio ſancti Petri Rodenſis in diœceſi Gerundenſi.

An. 968. Ex chartulario S. Petri Rodenſis.

VOx legum jure decrevit & auctoritas ut ſcripturæ quæ diem & annum evidenter habuerint expreſſum, atque ſecundùm legis ordinem conſcriptæ eſſe noſcuntur, omnes haberent in perpetuum ſtabilem firmitatem. Ob hoc igitur ego Gauzfredus gratia Dei Comes hanc ſcripturam condere jubeo, per quam omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ tam præſentibus quàm futuris promulgare cupio quia Heldeſindus Abba ex cœnobio beatiſſimi Petri regniquæ ætherei clavigeri, qui ſitus eſt in comitatu Petralatenſe, in monte quem nuncupant Rodas, unà cum conſenſu & voluntate atque juſſione mea adiit conſpectibus Domni Ludovici Regis, ejúſque deprecans clementiam ut quandam piſcationem, id eſt, ipſum ſtagnum de Caſtilione cum tribus inſulis ſibi adjacentibus, quarum una vocatur Vduagro, altera verò Foniliaria, tertia autem Savarto, ob amorem noſtri redemptoris prædicto cœnobio conferret. Venerandus itaque Rex precibus præfati Abbatis adquievit, & prædictam piſcationem vel ſtagnum cum inſulis prænominatis ſibi adjacentibus, & cum affrontationibus quæ in ſuo reſonant præcepto, præfato cœnobio perpetim habiturum contradidit. Et ut hæc conſtatio vel donatio firmior & inviolabilis ab omnibus hominibus teneretur, per præceptum celſitudinis ſuæ roborare curavit. His itaque geſtis, præſcriptus Abba annuente gubernatione divina ad præfatum cœnobium cum gaudio remeavit. Et ex illo jam tempore prælibatus Abba & congregatio præſcripti cœnobij jamdictam piſcationem vel ſtagnum dominare volebant. Sed quidam homo Adalbertus nomine procaciter illis hoc contendebat. Providente igitur poteſtate divina prælibatus Guifredus gratia Dei Comes filiúſque ejus Suniarius religioſiſſimus Epiſcopus ad ſolemnitatem beatiſſimi Petri ad Eccleſiam quæ eſt in præfato loco ſita orationis cauſa ſimúlque convenerunt. Illic igitur cum Arnulfo ſanctæ ſedis Gerundenſis inclito Epiſcopo & caterva bonorum Clericorum bonorúmve laicorum ſimul reſidentes, in eorum denique præſentia proclamavit ſe præſcriptus Abba & congregatio præfati cœnobij quòd piſcationem vel ſtagnum quod præſcriptus Comes vel filius ejus Suniarius venerandus Epiſcopus per eorum mercedem ibidem conceſſerant, & per præceptum regiæ dignitatis poſſidere debebant, prænominatus Adalbertus procaciter illis eum contendebat. Lecta eſt igitur illic auctoritas regia. Omnes unanimiter tam prænemoratus Comes quàm prædicti Epiſcopi omníſque caterva Clericorum vel laicorum omnes pariter eam conlaudaverunt una voce dicentes quia prædicta piſcatio vel ſtagnus in poteſtate præfatæ Eccleſiæ deberet conſiſtere. Memoratus itaque Comes filiúſque ejus Suniarius, audito conſilio tantorum bonorum hominum, in præſentia Domni Arnulfi Epiſcopi, Vviberti Archidiaconi,

Haefredi itidem Archidiaconi, VVigoni Subdiaconi, Adalberti Presbyteri, Ramionis Presbyteri, Amalrici Diaconi, Atmerici Levitæ, Blanderici Sacristæ, necnon & laicorum præsentia, Auruconi Rosolionensis Vicecomitis, Adalberti Impuritanensis Vicecomitis, sive in præsentia Gauzfredi, Benconi, Reinardi, Olibani, Atoni, Vndilani, & aliorum ceterorúmque multorum bonorum hominum qui cum ipsis ibidem aderant, in eorum supradictorum, ut dictum est, præsentia prædictus Comes vel filius ejus Suniarius prædictam piscationem vel stagnum in potestate sancti Petri simul adintegrum tradiderunt, sub isto videlicet ordine ut quicquid deinceps præscriptus Abba & successores sui cunctáque congregatio ibidem Deo sub regula almi patris Benedicti militantes agere vel definire voluerint, in eorum consistat arbitrio, sine alicujus minoratione vel contradictione. Et ut hæc conlatio firmior ab omnibus hominibus teneretur, manu propria prædictus Comes vel ejus filius Suniarius venerandus Episcopus uterque subter firmaverunt, & bonis hominibus ut eam roborarent petierunt. Exarata est igitur hæc scriptura cessionis vel conlaudationis die pridie Nonarum Augusti anno dominicæ trabeationis DCCCCLXVIII. Indictione XI. anno videlicet XII. Francorum Rege Lothario regnante. Signum Gaufredus gratia Dei Comes. Signum Borrellus gratia Dei Comes. Signum Miro gratia Dei Episcopus. Signum Suniarius Episcopus. Signum Arnulfus sanctæ sedis Ierundensis Episcopus.

CXLIII.

Cambium inter Iohannem Episcopum Pinnensem & Casaurienſem Abbatem Adam de duabus curtibus Saliano & Suffiano.

An. 969. Ex chartulario monasterij Casauriensis.

IN Dei nomine. Ab incarnatione Domini nostri DCCCCLXVIIII. Ottone gratia Dei & divina ordinante providentia & Ottone filio ejus Imperatoribus Augustissimis, anno Imperij Domni Ottonis Deo propitio VIII. & Ottonis filij ejus Deo propitio II. menſe Octobri per Indictionem XIII. Ideo constat me Iohannem sanctæ sedis Pinnensis Ecclesiæ Episcopum de episcopio sancti Maximi, quod situm est infra muros civitatis Pinnensis, unàque per voluntatem & consentientibus mihi primatis sacerdotibus vel Canonicis qui præordinati sunt in officio supradictæ sanctæ sedis, commutasse atque cambiavi tecum Domno Adam Abbate de monasterio sanctæ Trinitatis, quod situm est in insula Piscariæ, in locum qui nominatur Casa aurea, ubi corpus sancti Clementis reconditum est, eò quòd in pristina lege institutum est à Domno Astulpho Rege ut Pontifices & Abbates licentiam haberent commutationem facere. Et iterum Domnus Ludovicus Imperator in sua capitula affixit ut ubi ex utraque parte ecclesiasticum fuisset, rectores earundem Ecclesiarum, si se familiariter pacificare velint, licentiam habeant. Ideo igitur ego qui suprà Iohannes Episcopus in hac commutatione familiariter pacificationem facio tecum prænominato Domno Adam Abbate de re juris proprietatis sancti nostri episcopij in territorio Pinnensi, id est, integra ipsa curte nostra de Saliano, cum ipsa Ecclesia sancti Rustici, & cum omni integra pertinentia de ipsa jamdicta curte, cum casis, terris, & vineis, cum pomis & arboribus suis, seu cum omnibus quæ super se vel infra se habentur, cum aquis & usu aquarum vel decursibus ejus, cultis vel incultis, campis & silvis, ripis & ripinis, omnia & in omnibus quæ ad ipsam jamdictam curtem & prædictam Ecclesiam sancti Rustici pertinent vel pertinere debent, sicut suprà legitur. Et sunt ipse res per singulas petias mensuratæ insimul modiorum trecentorum, & sunt infra fines fine Tricalio de Galisiano & fine via quæ pergit ab ipso supradicto Tricalio quomodo pergit ab Assianello, quomodo venit usque ad fluvium Maonæ & fine fluvio Gomano & fine ipsa via quæ pergit à Leguniano quomodo venit ad ipsum vadum de illo lavandario in fluvio Gomano. Et si ampliùs fuerint res nostri episcopij infra suprascriptas fines, ad manus nostras vel ad nostram Ecclesiam nullam exinde fecimus reservationem vel exceptuationem, sed in integrum & in omnibus in hac commutatione seu familiaritatis pacificatione sic dedi ego qui suprà Iohannes Episcopus tibi Domno Adam Abbati ad proprietatem suprascripti sancti vestri monasterij. In quo recepi ego qui suprà Iohannes Episcopus à te suprascripto Adam Abbate de re juris sancti vestri monasterij, id est, integram ipsam curtem de Suffiano cum ipsa Ecclesia sanctæ Mariæ & cum omnia integra pertinentia de ipsa jamdicta curte & de supra scripta Ecclesia, cum casis, terris, vineis, campis & silvis, rivis cum aquis seu aquarum decursibus, cum pomis & arboribus suis, seu cum omnibus quæ super se vel infra se habentur quæ ad ipsam suprascriptam curtem & Ecclesiam pertinent vel pertinere videntur infra fines fine Tricalio de sancto Pancratio & rigo de Severiano & fine rigo de VValdo fine fluvio Tabe & fine fluvio Fine & fine inter Suffiano & Cicle. Et sunt ipsæ suprascriptæ res perfingulæ mensuratæ petiæ insimul modiorum trecentorum. Et si ampliùs fuerunt ipsæ suprascriptæ res infra prænominatas fines ad ipsam jamdictam curtem & Ecclesiam pertinentes, ad manus vestras nec ad partem vestræ Ecclesiæ nullam exinde fecisti reservationem nec exceptuationem, sed in integrum & in omnibus recepi ego Iohannes Episcopus ad proprietatem sanctæ nostræ Ecclesiæ possidendum. Et quando ista commutatio facta fuit, super ambarum rerum interfuerunt de parte mea Pontificis fuit Missus VValbertus judex, & cum eo fuerunt tres boni & veraces homines, quorum nomina sunt Iohannes & Adelbertus & Leo, qui viderunt & extimaverunt quòd similes, & æquales erant ipsæ suprascriptæ res quas ego Iohannes Episcopus tibi Domno Adam Abbate ad partem nostri episcopij recepi. Similiter & similes & æquales erant ipsæ suprascriptæ res quas ego Iohannes Episcopus tibi Domno Adam Abbati ad partem vestræ Ecclesiæ tradidi & dedi in hac commutatione seu familiaritatis pacificatione. Et hoc repromitto

Lib 3. leg. Longobard. tit. 10. c. 1.

Lib 4. Capitular. c. 23.

vel obligo me ego ſuprafcriptus Iohannes Epiſcopus vel poſteros ſucceſſores meos colligo tibi Domno Adam Abbati vel poſteris ſucceſſoribus tuis ſeu ad ipſam ſuprafcriptam veſtram Eccleſiam, ſi aliquo tempore iſtam noſtram commutationem removere vel dirumpere voluerimus, aut ſi à nobis pro vobis omni tempore defenſata non fuerit, ut componam ego Iohannes Epiſcopus vel poſteri ſucceſſores mei tibi Domno Adam Abbati vel poſteris ſucceſſoribus tuis pœnam de auro puriſſimo libras centum. Quam verò cartulam commutationis rogatus à ſuprafcripto Domno Iohanne Epiſcopo ſcripſi ego Romaldus Notarius & Scabinus die iſtius menſis & Indictione ſuprafcripta. Actum in Pinne. Ego Iohannes Epiſcopus in hac commutatione à me facta manu mea ſcripſi. Ego Lupo Archidiaconus in hac commutatione conſenſi & manu mea ſcripſi. Ego Leo Preſbyter & Canonicus & cuſtos Eccleſiæ. Ego Leo Presbyter ac Canonicus in hac commutatione conſenſi & manu mea ſcripſi. Ego VValbertus judex. Ego Leo. Ego Adelbertus, rogati à Domno Iohanne Epiſcopo & æſtimatores interfuimus & manibus noſtris ſcripſimus.

CXLIV.

Avæ Comitiſſæ Ruſcinonenſis ceſſio ad Eccleſiam Helenenſem.

An. 971. Ex chartulario Eccleſiæ Helenenſis lib. 1. c. 26.

SCripturarum ſeries declarat ut quicunque enim vult evadere æternum ſupplicium, de rebus iſtis tranſitoriis debet ſibi præparare viam ſalutis æternæ. Ob hoc igitur ego in Dei nomine Ava Comitiſſa & filius meus nomine Soniarius gratia Dei ſedis Elenenſis Præſul donatores ſumus ad domum ſanctæ Eulaliæ martyris matris Eccleſiarum Roſſilionenſium ſeu Valle Aſpirenſium necnon & valle Confluentium. Sic donamus nos jam prædicti ego Ava Comitiſſa & Domnus Soniarius gratia Dei ſedis Elenenſis Epiſcopus, ſic donamus ipſum noſtrum alodem quem nos habemus in comitatu Roſſilionenſi, quem nuncupant nomine Troliars, ad jam prædictam Eccleſiam ſanctæ Eulaliæ martyris. Et advenit mihi ad me jamdictam Avam Comitiſſam ipſe alodius ſuperiùs perſcriptus tam per parentum vocem quàm per excomparationem aut per excommutationem ſive per donationem aut per impignorationem vel per qualemcunque acquiſitionem. Et mihi Soniario Epiſcopo advenit per donationem de genitrice mea jam ſuperiùs perſcripta nomine Ava Comitiſſa. Et habet ipſe alodius nomine Troliars cum ipſas villas, vel cum ipſos villares, vel cum ipſa Eccleſia quam nuncupant ſanctum Aſſiſclum martyrem, affrontationes & terminos de oriente in ipſo rivo arido, ubi fundata eſſe dinoſcitur ipſa Eccleſiola cui dicunt nomine ſanctæ Eulaliæ; & collaterat vel ſubjungit uſque ad ipſas termines de Aſiniles, vel de Candello, quod eſt de cœnobio ſancti Andreæ Apoſtoli. De meridie affrontat vel collaterat uſque in ipſum locum ubi vocabulum eſt Fontem Geneſij. De occiduo affrontat vel ſubjungit atque collaterat in ipſas affrontationes vel termines de Terrados, & percurrit uſque ad ipſum locum ubi vocabulum eſt ad ipſa vaſa. De Circio affrontat in ipſa Guardia quæ eſt in ipſo terminio de Pontiliano; & collaterat ad ipſam tibam fractam, vel ſubjungit in ipſo rivo arido, qui exinde pergit. Quantum infra iſtas quatuor affrontationes vel collaterationes atque ſubjunctiones per gyrum atque per circuitum earum pertinet vel pertinere debet, ſic donamus nos jam ſuprafcripti ego Ava Comitiſſa & filius meus gratia Dei ſedis Elenenſis nomine Soniarius Præſul ad domum ſanctæ Eulaliæ martyris ipſum alodem ſuperiùs ſcriptum cum ipſa villa vel cum ipſa Eccleſia, id eſt, caſas, caſalibus, curtis, curtalibus, hortis, hortalibus, terris, & vineis vinealibus, petris, puteis, fontibus, pratis, paſcuis, ſilvis, garricis, aquis, aquarúmve ductibus vel reductibus earum, oglatis tam ruſticum quàm & urbanum, ſeu & ipſa Eccleſia ſancti Aſſiſcli, cum ipſas primitias & ipſas decimas vel panes propoſitionis, vel cum ipſas redhibitiones quas ipſa Eccleſia habet vel habere debet. Omnia & in omnibus, ſicut ſuperiùs reſonat, ſic donamus ad prædictam Eccleſiam ſanctæ Eulaliæ martyris, cum omni integritate, cum exitibus & regreſſibus earum, & cum omnibus fundis vel ſuperpoſita earum, vel cum omni limite earum, totum & ab integro. Quòd ſi nos donatores aut ulla ſecularis poteſtas tam laicorum quàm Clericorum aut ſexus feminarum quid de ea demere, de hac Eccleſia aliquid abſtrahere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, & à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & à collegio omnium Chriſtianorum habeantur extranei, & cum Datan & Abiron ſimul habeant participationem, & hoc quod quærit non appetat, ſed in duplo vel triplo compoſitionem faciat ad domum ſanctæ Eulaliæ martyris vel ad ipſos aſſiſtentes qui à dicto tempore miſericordiam Dei deprecantes erunt, & inantea iſta ſcriptura donationis firmum & ſtabile habeat velle atque robur. Ea verò ratione videlicet ſervata ut dum ego Ava Comitiſſa viva fuero, teneam & poſſideam & exfructare faciam cunctis diebus vitæ meæ. Poſt obitum verò meum pervenire faciat ipſos alodes, ſicut ſuperiùs eſt reiteratum, ad domum ſanctæ Eulaliæ martyris pro timore Dei & pro redemptione animæ meæ vel pro redemptione animæ Domni Soniarij gratia Dei ſedis Elenenſis Theologi; ut poſt hujus vitæ labentis curſum, reddere ei faciat Deus omnipotens præmium æternum cum corona gloriæ in reſurrectione juſtorum, ubi ſemper fulgent ſancti ante conſpectum Dei. Pacta iſta ſcriptura donationis ſub die III. Kal. Auguſti anno XVIII. regnante Leutario Rege filio Ludovici Regis. Signum Avæ Comitiſſæ, quæ iſtam donationem feci, & teſtes firmare rogavi. Suniarius Epiſcopus. Volueradus Archilevita. Volueradus Levita.

CXLV.

Notitia judicati pro Ermengaudo Episcopo Vrgellensi adversùs Durandum Abbatem sanctæ Cæciliæ.

An. 1024. Ex chartulario Ecclesiæ Vrgellensis.

DOmino nostro perpetim regnante Iesu Christo, anno siquidem ejus sanctissimæ trabeacionis post millesimum XXIV. sereniſſimi quoque Roberti Francorum Regis XXIX. ob determinationem ecclesiasticarum sedis Orgellensis causarum adfuit Dominus Ermengaudus præclarissimus Marchio Comes, filius qui fuit Ermengaudi divæ memoriæ Comitis, cum Berengario Comite filio Raimundi patrui sui, & cum Ermesinde Comitissa & optimatibus eorum, Bremundo Vicecomite Ausonensi, & Mirono de Pontibus, & Mirono Ostolensi, Borrello Taravallensi, Guillelmo Lavancienſi, Miro Fabricatensi, Guillelmo Medianensi, Majore Tolonensi, Guitardo Pinellensi, Isarno de capite Aiz, Mirono Celsonensi, Ricardo Cleranensi, Guadallo, Domnucio, & Bernardo Archilevitis sanctæ prædictæ sedis, necnon & Raimundo Archidiacono cum Fulcone Clerico sedis Barchinonensis, & Raimundo Geriberto, residente multitudine cœtu tam equitum quàm & aliorum hominum in castro scilicet Pontibus in comitatu Orgellitano. Quorum siquidem audientiam adiens religiosissimus Ermengaudus Orgellitanus Episcopus per Seniofredum Presbyterum sacrisscriniarium suæ Ecclesiæ prædictæ atque assertorem suum scriptis legalibus institutum in Ecclesia beati Petri Apostoli petivit Durandum quendam Abbatem sanctæ Cæciliæ cœnobij Elinlitensis eò quòd injustè tenebat per jus suæ Ecclesiæ ipsam Ecclesiam de Curticita cum ipsa parrochia & ipsas decimas & primitias de Castellono. Ad quod præfatus Abbas respondit: Hoc quod ad me requiritur, justè debet esse mei monasterij, quoniam hanc Ecclesiam de Curticita cum omnibus pertinentiis ejus per centum annos transactos & ampliùs possessam habet mea Ecclesia. Insuper & divæ memoriæ Borrellus Comes fecit illi ex jamdicta Ecclesia & pertinentiis ejus scripturam donationis, & Ermingaudus filius ejus similiter fecit illi donationis scripturam ex silvis & terris eremis unde exeunt decimæ & primitiæ de Castellono quæ requiruntur à me. Vnde per ordinationem Boni filij Marchi judicis constituti à prædicto Comite Ermengaudo in jamdicto comitatu requisiti sunt testes. Postmodum allatæ sunt ab utrisque partibus auctoritates scripturarum. Inventa est tamen à parte petentis scriptio dotalis tituli quam fecerunt prædictæ Ecclesiæ Orgellitanæ vir venerabilis Sisebutus inde Episcopus & Sunifredus Comes dedicationis hujus Ecclesiæ per jussionem Domni Ludovici Imperatoris Augusti Romanum ac præsertim totius Europæ gubernans imperium ex omni episcopatu Orgellensi atque Cerdanienſi & Bergitanensi sive Palearienſi atque Ripecurcensi, cum omnibus parrochiis atque Ecclesiis & prædiis sive cellulis, terris, atque vineis, vel mansionibus in supradictis comitatibus vel locis supranotatæ sedi pertinentibus, in qua inter alia prædictam Ecclesiam de Curticita in jure sedis prædictæ confirmaverunt dicentes: *Deinde tradimus & condonamus ipsas parrochias de Caput Aizo, Organiano, vel Favano, atque Caput Aizo, sive Nargone, & Cujulare, cum Montanione vel Saliente, seu Archas atque Lazovez, vel Curtizda.* Et in qua inter alia ipsa Ecclesia de Palierolibus, per cujus terminos prædictus Episcopus requirebat supradictas decimas & primitias de Castellono, ita resonat: *Deinde condonamus & tradimus Napinerios sive Ollam fractam atque ipsam parrochiam de Tost, vel monte Danino, sive ipso plano, cum villa nova atque Assova, vel Adralle, sive Castellono, vel villa Mediana, sive casa Munniz, & sancta cruce, cum statione vel Palierolos.* Et in qua inter alia hoc scriptum est. *Istarum parrochiarum Orgellensium pagus cum omnibus Ecclesiis quæ ibi constructæ sunt vel deinceps constructæ fuerint, & & cum omnibus villulis atque villaruneulis earum, & cum decimis & primitiis tam de planis quàm de montanis sive in convallibus seu de aprisionibus vel rupturis, totum & ad integrum sic tradimus atque condonamus huic matri Ecclesiæ sanctæ Mariæ sedis Orgellensis in perpetuum habituræ.* Deinde ostensum est præceptum Domni Hludoici Imperatoris prædicti, regij nominis annotatione firmatum, & decentissimè regio sigillo signatum, per quod in manu prædicti Sisebuti confirmavit idem Augustus in jure episcopalis Ecclesiæ sæpedictæ omnem episcopatum supradictum, inter alia ita dicens: *Præcipimus atque jubemus ut nullus Comes aut judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate Presbyteros aut omnia quæ ad Orgellitanum Episcopum pertinere noscuntur, suis usibus usurpare vel decimas ab eis seu quaslibet alias functiones exigere aut distrahere ullatenus præsumat. Neque parrochias temporibus Domni ac genitoris nostri ac nostro à se suisque decessoribus habitas, id est, Orgellitanam, Bergitanam, Cerdanienſem, Paliarienſem, Anabenſem, Cardaſetanam, Terbienſem, Geſtabienſem, & Ripacorcenſem, eorúmque Presbyterorum ullas quislibet arripere aut in suos usus retorquere vel à jure Orgellitanæ Ecclesiæ abstrahere aut distrahere præsumat. Sed liceat supradicto Episcopo suisque successoribus sub canonica institutione vivere & suos Presbyteros atque Clericos disponere & decimas ab eis suæ Ecclesiæ debitas absque cujuslibet contradictione aut usurpatione vel minoratione recipere atque quieto ordine in Dei nostróque servitio incessabiliter permanere.* Et item ostensum est alterum præceptum regio more signatum atque firmatum, per quod in manu Possedonij Episcopi jamdictus Hludoicus Augustus iterum confirmavit omnem supradictum episcopatum in jure præfatæ Ecclesiæ Orgellitanæ. Dehinc allatum est tertium præceptum præstantissimi Karoli filij Hludoici prædicti, cujus munimine idem Rex Orgellitanæ Ecclesiæ supradicta omnia in manu Vuisadi prisci Præsulis confirmavit. Postmodum perlecta sunt apostolicorum Pontificum Romana privilegia, scilicet Agapiti & Silvestri & Benedicti, quæ temporibus Episcoporum sedis Orgellensis Vvisadi moderni & Sallani & supradicti Ermingaudi facta fuerunt, per quo-

rum inviolabilem institutionem & indissolubilem ab eis editam contra desertores sanctæ Ecclesiæ anathematis condemnationem omnia sunt supradicta in jure prænotatæ sedis confirmata atque stabilita. Deinde monstrata atque lecta sunt instrumenta præscripta auctoritatum sanctæ Cæciliæ arcisterij præfati. Tunc ad rejectionem scripturæ donationis quam Borrellus Comes ibi fecit, à parte Episcopi ostensæ sunt variæ auctoritates scripturarum quas Vuisadus modernus pontifex manu propria corroboravit. Et quia falso ordine finctum fuit nomen prædicti Vuisadi in scriptura suprà notatæ donationis quæ dicebatur facta fuisse à Comite, dissimilis mansit ipsa annotatio nominis Pontificis ceteris annotationibus nominis Pontificis veridicarum scripturarum, & quia dubia erat, insuper & de rebus episcopalis Ecclesiæ conscripta, & non Comitis, invalida esse debere adjudicata est. Nam & scriptura donationis quam Ermengaudus Comes filius Borrelli fecit prædicto cœnobio invalida adjudicata est in eo loco ubi resonant decimæ & primitiæ de Castellono. In ceteris autem omnibus locis stabilis & conlaudata est. Supradictis quoque causis à judice examinatis, talem dedit sententiam legis. Iustè debent reverti omnes res quas Episcopus requirit, unde modò audientia est, in jus atque dominium sanctæ Mariæ Orgellitanæ sedis & illic perpetualiter firmari: quoniam lex quæ continetur libro Gotico v. titulo 1. cap. 1. dicit: *De donationibus Ecclesiis datis. Si famulorum meritis justè compellimur compensare debitæ lucra mercedis, quanto jam copiosius pro remediis animarum divinis cultibus & terrena debemus impendere & impensa legum soliditate servare. Quapropter quæcunque res sanctis Dei basilicis aut per Principum aut per quorumlibet fidelium donationes collatæ reperiuntur votivè aut potentialiter, pro certo censemus ut in earum jure inrevocabili modo legum æternitate firmentur.* Nam ex Capitularibus glorioſissimorum Imperatorum ita statutum est de privilegiis Episcoporum. *Quæcunque à singulis Regibus circa sacras Ecclesias sunt constituta, vel singuli quique antistites pro singulis Ecclesiis impetrarunt, quia pœna sacrilegij viget, solida æternitate serventur. Clerici autem non secularibus judicibus, sed episcopali audientiæ reserventur. Fas enim non est ut divini subdantur arbitrio seculari.* Et in Concilio Aurelianensi ita constitutum est: *Ut basilicæ in cujus territorio sunt, in ejus Episcopi maneant potestate. Omnes autem basilicæ quæ per diversa constructæ sunt, vel cotidie construuntur, placuit secundùm priorum canonum regulam ut in ejus Episcopi in cujus territorio positæ sunt potestate consistant.* His itaque omnibus gestis, Ermengaudus Comes prædictus, in cujus audientia hoc actum est, supplex atque devotus accedens ad venerabile prædictæ sedis altare, jussit ante se legere testamenta avi sui Borrelli & patris sui Ermengaudi Comitum, unde judicia infra metam temporum legaliter sunt ordinata. Invenit namque in testamento Borrelli ita scriptum, quòd ad domum sanctæ Mariæ sedis Vici remaneat Toxen cum villulis & Ecclesiis, cum decimis & primitiis, & ipsas taschas, & cum omnibus terminis eorum & finibus, & cum omne quod ibidem habebat vel habere debebat per qualescunque voces. Et in testamento patris sui ita invenit inter alia scriptum: Et ad sanctam Mariam sedis Vico Orgellensis remaneat ad proprium alode ipsa villa de Toxen cum ipsa parrochia & cum suo fevo, quod avus suus dedit ad Domnam sanctam Mariam sedis Vici propter remedium animæ suæ, & Ermengaudus pater suus abstulit à jure sanctæ Mariæ; recognoscénsque se malum egisse, reddidit ei ipsam parrochiam & ipsum fevum. His autem omnibus pleniter auditis & intellectis, fecit hanc confignationis atque reintegrationis atque donationis scripturam suprà satus Comes ita dicens. In Christi glorioſissimo nomine, ergo Ermengaudus Marchio Comes, filius qui fui Ermengaudi Comitis, nullius cogentis imperio nec suadentis malo ingenio, neque tutoris factione, sed mea propria sponte facio Domino Deo & sanctæ Mariæ sedis Orgellitanæ justitiam, & reddo ei integriter ipsam Ecclesiam de Curticita cum decimis & primiciis atque oblationibus, cum finibus terminorum atque pertinentiis seu adjacentiis ejus, & cum decimis & primitiis de Castellono suprascripto, unde audientia nuper ante me acta est. Et item reddo atque dono seu confirmo Domino Deo & sanctæ Mariæ sedis Orgellitanæ Toxen cum omnibus Ecclesiis & cum omnibus villis & villulis quæ ibi sunt, cum decimis & primiciis atque oblationibus, cum omnibus censibus, servitiis, redibitionibus fiscalibus, seu aliis quæ inde exeunt seu exire debent, cum terris & vineis, culto & inculto, prono & plano atque excelso, atque omnibus scilicet rebus quæ inveniri & possideri possunt infra omnes prædictarum possessionum terminos. Hæc omnia, recognoscens me habere legitimos meæ ætatis XIIII. annos & ampliùs, integerrimè reddo atque dono prædictæ domui sanctæ Mariæ sedis sitæ in vico Orgellitano ad proprium alode in manu Ermengaudi Pontificis ut faciat ipse & successores ejus exinde ficut de aliis munificentiis prædictæ Ecclesiæ attributis mos est Episcopis facere. Et si ego aut aliquis homo, quod fieri minimè credo, contra hanc stabilitatis & justitiæ scripturam venerit aut venero, ad nihilum perficiat, sed componat & componam Orgellitanæ sedi suprascripta omnia in triplum, & insuper hæc scriptura justitiæ firma permaneat omníque tempore. Actum est hoc die Kalendarum Novembrium, nota festivitate omnium sanctorum, anno qui suprà insertus est. Ermengaudus Comes. Ermengaudus ac si indignus gratia Dei Episcopus. Ego Ermengaudus Comes, qui hanc donationis & reintegrationis ecclesiasticarum rerum scripturam fieri jussi & judiciario tutamine roboravi & testes firmare rogavi. Signum Ricardi prolis Altimiri condam. Signum Boni filij Sancij. Signum Borrelli Raimundi. Guislabert. Signum Arnal de Tost. Signum Guillelmi Vicecomitis. Signum Dacconis. Signum Pontij Boni filij marchi judicis, qui hoc edidit atque examinavit, & ad fines usque legitimos Deo adjuvante perduxit. Ermengaudus gratia Dei Comes. Signum Vvitardi sacerdotis Notarij suprædictæ sedis, qui hoc scripsit in Vico ejusdem atque die & anno quo suprà. Hoc est pretium de hoc quod superiùs scriptum est, solidos duo milia ducentos,

Lib. VI. cap. CXI.

Concil. Aurel. 1. cap. 17.

quod dedit Ermengaudus Pontifex in manu Ermengaudo Comite proli Ermengaudi, & ad Boni filij Marchi solidos trecentos.

CXLVI.

Droconis Episcopi Bellovacensis epistola ad VV. coëpiscopum suum.

Ex schedis c. v. Iacobi Sirmondi.

FRatri & coëpiscopo VV. D. Belvacorum Episcopus salutem. Si res ita se habet ut vobis vester fidelis ill. narravit, illos sacrilegos non tam excommunicastis quàm excommunicatos esse denuntiastis. Nam si humana lingua taceat, divina tamen auctoritas post patratum flagitium mox illos anathematizat. Quod ex verbis Domini colligimus sic loquentis ad discipulos suos: *Qui vos spernit, me spernit. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Isti enim membra Christi & pupillam dominici oculi non solùm tetigerunt, sed, ut audio, acriter verberaverunt. unde & protinus divino judicio communione privati fuerunt. Vbi de re peritura agitur, dandæ sunt forsitan in quibusdam negotiis harum vocationum dilationes. Quando autem hoc tale & tam maximum committitur sacrilegium, in quo verum Dei templum non manufactum violatur, eodem momento operator hujus iniquitatis non tantùm reus efficitur excommunicationis, sed etiam alicujus magni supplicij quod possit & ipsam superare gehennam. Rectè igitur eos absque dilatione excommunicastis qui non timuerunt extendere manus in sanctos Dei. Quòd si quæratur quomodo puniri vel corripi debeant, expedit eis ut mola asinaria gravati demergantur in profundum maris, qui famulis Christi scandalum inferentes verberibus eos & contumeliis afflixerunt. Leges quoque mundanæ in Capitularibus præcipiunt hujusmodi aut capitali sententia puniri, aut exilio deportari, aut manus incontinenter extensas præcidi, aut depositis militaribus armis in monasterio sub perpetua retrudi pœnitentia. At vobis pro tempore & seculari consuetudine mitiùs erit agendum; videlicet ut priùs vobis emendetur excommunicatio; deinde capitalia, si ablata sint, eum lege triplici reddantur. ictus quoque singuli & prensiones secundùm legem tripliciter emendentur. Postmodum exigite ab eis triginta libras quæ solent dari pro infractione atrij Ecclesiæ. Multò enim pretiosior est Dei minister quàm atrium templi vel parietes. Præterea congrua injungatur eis pœnitentia aut septem aut quinque annorum, ut & isti corrigantur & ceteri metum habeant. Hoc est excerptum de sexto libro Capitularium capitulo XCVIII. *Si quis sacerdotem vel Levitam aut monachum debilitaverit, juxta statuta priorum capitulorum quæ legi Salicæ sunt addita componat, & insuper bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, nobis persolvat, & arma relinquat, atque in monasterio diebus vitæ suæ sub ardua pœnitentia Deo serviat, nusquam postmodum seculo vel secularibus militaturus, neque uxorem copulaturus.*

Tempore Ludovici Regis patris Lotharij fertur quiddam actum. Cùm quidam ira permotus quendam sacerdotem gravissimis affectum injuriis & ad extremum plagis non timeret lacerare plurimis, uterque coram regia censura reductus est. Qui diligenter causam examinans, Christi ministris ut doceret omnem exhibendam reverentiam, omnes circumstantes sibi sic allocutus est. Omnis, inquit, nostræ religionis cultus per sacerdotum officia percelebratur; ideòque eis omnimodis cultus reverentiæ divinæ exhibetur, non eorum aliquando hoc exigente vitæ merito, sed ut in eis videatur à nobis obtemperari Christo. Vnde hunc qui sic intemperanter efferatus in Dei sacerdotem est deductum censeo ad arboris stipitem stringi, omni vestimentorum adempto tutamine. Cùm itaque juxta Regis sententiam comprehensus, nudatus ad arborem loris fuisset constrictus, tanta ibidem refertur repentè advenisse permolesta multitudo muscarum ut antequam ..... Rex fecisset regrediens militarium, omne corpus ejus comestum referretur.

CXLVII.

Libellus dotis Miczæ filiæ Ioannis.

An. 1044. Ex chartulario monasterij Casauriensis.

IN Dei nomine. Scriptum morgincap qualiter ego Iohannes filius quondam Dominici dono, trado, atque confirmo tibi Miczæ filiæ quondam Iohannis dilectæ conjugi meæ quartam portionem de omnibus rebus proprietatis meæ quas modò habeo vel inantea Deo juvante conquirere potero sive infra territorium Pinnense in loco qui nominatur Salajano aut infra istam marchiam Firmanam aut infra totum regnum Longobardorum, ubicunque habiturus vel possessurus fuero, quartam portionem de casis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salectis, cannetis, olivetis, ficariis, pomis, arboribus fructiferis & infructiferis, cum rivis, ripis & aquis, aquarúmque decursibus, & usu aquarum, de rebus censuitis & manualibus, de montibus & planis, de castellis & civitatibus, de Ecclesiis & ornamentis & pertinentiis suis, de locis molendinis, de servis & ancillis, de auro & argento, de caballis & jumentis, de bubus & vaccis & minutis animalibus, de ferro & rame, de pannis laneis & lineis & sericis, & de omnibus mobilibus & immobilibus rebus, ut alia die post noctem nuptialem, qui est dies votorum nostrorum, ante parentes & amicos nostros ostendam hoc scriptum testibus roboratum & dicam: Ecce quod conjugi meæ in morgincap dedi. & sic ab hodierno die firmum & stabile tibi Miczæ vel tuis heredibus permaneat. Quod verò scripsi ego Aczo Notarius & judex ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi anno MXLIIII. mense Octobri, Indictione VIII. Actum in Pinne feliciter. Bernardus, Iohannes, Ardoinus, testes.

CXLVIII.

Carta qua promisit Raimundus Comes Paliarensis Arnaldo Mironis filiam suam Valenciam, quam in uxorem duxit, tenere eam bene & non dimittere, & ut meliùs quod promittebat servaret, suppositit ei pignori castra de Areng, de Muntangana, de Muro, & Limingana.

An. 1055. Ex archivo regio Barcinonensi.

QVia legibus seculi est decretum ut pignus quod pro aliquo negotio deponitur, si per cautionem fuerit obligatum, robur obtineat plenissimum, idcirco ego Raimundus Comes Paliarensis pignorator sum tibi Arnallo Mironis & Arsindi tuæ uxoris. Volo satis ut sciatur à cunctis tam præsentibus quàm etiam futuris qualiter Valenciam filiam vestram in conjugio accipio. Et vobis manifestè convenio ut eam semper cum honore teneam sicut homo debet tenere suam legitimam uxorem, & nunquam eam dimittam, dum vixero, nisi propter cucuciam quam ipsa mihi faciat, & ipsa cucucia mihi sit probata à me legaliter & manifestè convincta, & non sit facta per meum assensum nec per meum consilium nec per meum stabilimentum. Insuper convenio vobis, sicut scriptum est in alia conveniencia quam in Limingana juxta ipsum castrum inter nos fecimus, ut faciam ei commendare omnes meos meliores homines, & faciam eis fidelitatem ei facere & per sacramentum affidare ut si Deus ei dederit infantes ex me, post meum obitum, si illa viva remanserit, tendant ad eam & ad infantes ejus cum omni honore quod nunc tenent & tunc tenuerint per me, & hoc totum faciant sine suo enganno. Et ego nunquam tollam ei castros nec ipsam terram quas & quam modò ei dare convenio & inantea ei dabo. Et super hoc, ut totum sicut superiùs est dictum, teneam & faciam & adimpleam, mitto vobis & filiæ vestræ Valenciæ jamdictæ in pignore ipsum castrum de Arengs, & castrum de Montangana, & castrum de Muro, & castrum de Limingana, cum omnibus eorum terminis & pertinenciis cunctis. Sub ea scilicet lege ut si prædictam omnem convenientiam non adimplevero & non observavero, præfata omnia incurrant in vestra potestate sine aliqua contradictione ad faciendum quodcunque volueritis facere. Et sic de meo jure trado hoc totum secundùm modum superiùs comprehensum in vestrum dominium & in vestram potestatem. Et qui hoc voluerit vobis disrumpere, nullo modo possit facere, sed in duplo vobis hoc totum componat, & postea hæc scriptura firmitatem obtineat. Quæ est acta IIII. Nonis Septembris XXV. anno Regis Henrici. Signum Reimundi Comitis, qui hanc scripturam scribere jussi & manibus propriis solitum signum ibi impressi, & postea ab aliis testibus firmari rogavi. Signum Mironis de Muro. Signum Bertrandi Atonis de Montangana. Signum Remundi Mironis de Orcallo. Signum Remundi Erimani. Signum Rodegarij Huberti. Signum Fulconis Guillielmi. Signum Bernardi Trasvatij. Signum Arnalli Compagnì. Signum Bertrandi Borrelli. Signum Mironis Isarni. Signum Sanlani Imble Guilielmus sacerdos & judex Vitalis sacerdos rogatus scripsit prædicto die & anno.

CXLIX.

Pontij Comitis Emporitani donatio ad monasterium sancti Petri Rodensis in diœcesi Gerundensi.

An. 1065. Ex chartulario S. Petri Rodensis.

DVm legaliter sancitum antiquitus teneatur & cautum cum oblationibus Domino parentes suos tradere filios in templo Domini feliciter servituros, proculdubio hoc de nostris filiis faciendum nobis salubriter præbetur exemplum. Æquum etenim est judicium creatori nostro de nobis reddere fructum. Idcirco ego Pontius Comes in Dei nomine & uxor mea Adalez nomine hunc filium nostrum nomine Petrum in monasterio sancti Petri, quod est situm in pago Petralatensi in ipso monte quod dicitur Rodas subtus castrum Verdariæ, subtus ipsum mare magnum, in quo monasterio Domnus Petrus Abbas præesse videtur, cum oblatione in manu atque petitione palla altaris manu sua involuta ad nomen sancti Petri, cujus nomen ac reliquiæ continentur, & supradictum Abbatem præsentem tradimus in monachum coram testibus regulariter permansurum, cum hereditate paterna vel materna. Donamus namque & pro hereditate paterna vel materna ipsum foreſt vel ipsam matam quæ dicitur silva sancti Romani, sicut terminat de parte Circi in malliolo sancti Petri præscripti, & descendit per ipsam serram, & pervadit usque ad ipsam guardiolam. Deinde à parte orientis descendit per ipsam serram, & pervenit ad locum quem dicunt Subiradels & ad Ecclesiam sancti Stephani, & pervadit usque ad ipsum Guadel, & ascendit per ipsam serram de ipso Surberol & usque in summitatem ipsius montis qui dicitur Miral, & descendit usque in ipsos Colels. De partibus verò meridie ascendit per ipsam viam, & pervenit usque ad ipsam petram quæ est in ipsa via. Deinde vadit usque ad collum sancti Genesij, & pervadit per ipsam serram usque ad ipsum pug & usque ad ipsam pennam quæ est super Cheros albos. De parte occidentis ascendit per ipsam serram de ipsa xalm, & pervenit usque in summitatem de ipsa pinna nigra. Deinde descendit usque ad ipsas palumbarias; sicque conjungitur usque in ipsa villa via de ipso malliolo. Quantum infra omnes istas affrontationes concluditur, sic donamus ego prædictus Poncius & uxor mea nomine Adalez ad filium nostrum Petrum præscriptum, & prædictam hereditatem sic tradimus & donamus Domino Deo & sancto Petro cœnobio præscripto ad proprio, & tali verò pactu ut dum vivimus teneamus usufructuario. Et hæc omnia verò præscripta ita donamus & tradimus ad proprium præscripto cœnobio ut non sit nobis licitum ullo modo mutandi voluntates nostras, sed in perpetuum ad dominium permaneat sancti Petri, & per ipsum usumfructuarium quod retinemus ibi, per unumquemque annum donemus censum, id est, receptionem unam optimam ad monachos sancti Petri

Petri præscripti in die sanctæ Margaritæ. Nos verò præscripti donatores cum prædictis omnibus rebus hunc filium nostrum tradimus & donamus Domino Deo & sancto Petro coram testibus, ita ut ab hac die non liceat ei collum excutere de sub jugo regulæ, sed magis ejusdem regulæ feliciter se cognoscat instituta servare & Domino cum ceteris gratanti animo militare. Et ut hæc nostra traditio inconvulsa permaneat, sub jurejurando coram Deo & sanctis omnibus quia nunquam per nos, nunquam per suffectam personam, nec quolibet modo per rerum nostrarum facultatem, aliquando egrediendi de monasterio tribuemus occasionem. Et ut hæc petitio firma permaneat, manu propria subter firmavimus & bonis viris adfirmare rogavimus. Facta hæc donatio vel traditio III. Idus Iulij anno ab incarnatione Christi LXIII. post millesimo, anno verò quarto Philippi Regis. S. Poncius Comes, S. Adalez Comitissa, qui hunc filium nostrum Petrum tradimus cum prædicta hereditate & quantum ibi habemus vel habere debemus pro qualicunque voce Domino Deo & sancto Petro præscripto coram testibus. Quòd si nos donatores hanc donationem irrumpere voluerimus, nil nobis valeat, sed componamus prædicta omnia in duplo prædicto cœnobio. Petrus Presbyter. Ræmundus Vgo. S. Bernardus Gausfredus. S. Bernardus Boni filij. Petrus Lobaton. Guillermus Oliba. Adebrandus Presbyter & monachus, qui hanc traditionem vel donationem scripsi & subscripsi die & anno quo suprà.

CL.

Traditio filij ad monasterium Conchense in diœcesi Ruthenensi.

Ex chartulario monasterij Conchensis cap. 523.

IN Dei nomine. Ego Deusdet Terondellus reddo & commendo Petrum filium meum Deo & sanctæ Fidi & Petro Arnaldo monacho ut teneat & nutriat illum usque ad decem annos; & propter hoc cestarium unum, qui exit mihi de unoquoque modio quem monachus sanctæ Fidis habuerit de quinque condaminis de Clauniacho, dono & laxo & sanctæ Fidi & monachis ejus usque ad decem annos. Et post decem annos, de duabus condaminis quas monachus sanctæ Fidis elegerit dono sanctæ Fidi & Abbati Begoni & monachis tam præsentibus quàm futuris illum unum cestarium qui exiebat mihi de unoquoque modio. In tali convenientia ut monachus qui tenuerit Clauniacum, prædictum filium teneat in domo sua, ut illi semper serviat sicut homo proprius suus. Et si utilis fuerit, faciet illum ordinare ad Presbyterum. Et quando voluerit, faciat illum monachare in monasterio. Et si post decem annos filius meus monachis sanctæ Fidis noluerit servire & habitare cum illis, nihilominus ille meus cestarius remaneat monachis sanctæ Fidis. Si verò infra prædictos decem annos, qui accipiunt terminum in Missa sancti Iuliani, filius meus mortuus fuerit, meus cestarios, qui exit mihi de unoquoque modio de una condamina quam monachus elegerit, remaneat semper sanctæ Fidi in dominio. Facta charta mense Augusto, feria secunda, regnante Philippo Rege Francorum.

CLI.

Adalberti Archiepiscopi Hammaburgensis epistola ad Fulconem Abbatem Corbeiensem.

Ex veteri codice monasterij Corbeiensis.

A Sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis Legatus, necnon universarum septentrionalium & orientalium nationum Archiepiscopus, Hammaburgensis quoque Ecclesiæ provisor indignus, F. excellentissimo Patri fidelem orationem & perpetuam dilectionem. Geminas, Patrum sanctissime, immo jugiter in Christo amande, causas esse conspicimus, quibus persuadentibus amicitiam tuam pariter & fidem diù optatam jure expetimus. Te enim nobis non modò incremento non indigens, verùm meritò cunctis imitanda virtus tua conjungit & copulat; sed & locorum nostrorum vetus nos concordia indissolubili nodo altrinsecus ligat: quia sanctissimus patronus noster Ansgarius vobiscum conversatus, divina disponente clementia nostræ sedis primus est inthronizatus Archiepiscopus; qui & verbum vitæ nostris partibus intulit, & universitatem Fresonum, Danorum, Sclavorum, Norvegorum, Sueonum, cum curis innumerabilibus ad fidei sacramenta prædicando convertit. Quæ quidem apud vos scripta, vobis credimus esse notissima. Igitur tantum patrem inter nos medium ponimus, & fœdus perpetualiter observandum tecum inimus, rogantes ut nostri nostrorúmque fraternitas & memoria vestro in loco habeatur, & vestra similiter memoria apud nos idem sortiatur. Quod quidem facientes, nobis nostrísque temporibus celeberrimum quid attribuimus, quæ tanto fidei & concordiæ bono insignia reddimus. Nuncium tuum in proxima æstate nobis dirigito; per quem & cartam omnia hæc, scilicet alternam memoriam & fraternitatis titulum, continentem destinate memento. Per ipsum autem reliquias tibi ejusdem sancti patris nostri Ansgarij & translationem mittemus. Vale.

CLII.

Litteræ Isarni Episcopi Tolosani quibus Asiliense monasterium sub protectione sua suscipit.

An. 1075. Ex archivo monasterij Asilensis.

NOtum sit omnibus hominibus quòd Dominus Dalmatius Narbonensis Archiepiscopus venit in domum sancti Stephani Asilensis, & ibi honorificè fuit susceptus. Et dum ipse staret, veniens ego Isarnus Tolosanæ sedis Episcopus apud præfatum monasterium, multùm honorificè ibi susceptus sum. Ibique dum morarer, rogatus sum à jamdicto Archiepiscopo & Abbate atque à cunctis fratribus ut omnia jura & Ecclesias ejusdem monasterij, quæ in meo episcopatu sunt, mea auctoritate tuerentur. Quapropter ego jamdictus Isarnus Episcopus amore & honore Dei omnia jura ejusdem monasterij in mea defensione susci-

pio, & Eccleſias in meo epiſcopatu adquiſitas mea auctoritate roborando laudo & affirmo, videlicet Eccleſiam ſancti Martini de Savarat, & ſancti Felicis, & Eccleſias omnes quæ ad domum pertinent. Et inſuper dono & concedo eidem monaſterio ut ſemper liberam habeat poteſtatem acquirendi quidquid poſſit in omni epiſcopatu Toloſano pro me & ſucceſſoribus noſtris. Et hoc totum factum eſt in generali capitulo in præſentia ſupradicti Archiepiſcopi & Abbatis & Poncij Prioris & Bernardi Sacriſtæ & aliorum virorum nobilium anno ab incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimo quinto, regnante Philippo Rege. Raimundus Capellanus ſcripſit.

CLIII.

Pibonis Epiſcopi Tullenſis litteræ de Eccleſia de Munz.

An. 1079. Ex archivo S. Manſueti Tullenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti. Pibo Dei gratia Leuchorum Epiſcopus omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis ſalutem in perpetuum. Quoniam tempora, quæ ſemper defluunt, & nunquam in eodem ſtatu permanent, ex longitudine dierum oblivionem pariunt, & per oblivionem contentiones ſæpe oriuntur, eapropter ad cautelam actiones temporum ſcripturæ commendantur, & per ſcripturam poſteris mandantur. Facilè enim retinetur quod ſcripturæ commendatur. Notum ſit igitur præſentibus & futuri temporis hominibus Eccleſiam de Munz antiquitus capellam de Blano extitiſſe, hominéſque apud eandem villam de Munz commorantes ter in anno, videlicet in Paſcha, Pentecoſten, & Natale Domini, ex conſuetudine apud matrem ſuam Eccleſiam de Blano convenire & debitas oblationes Presbytero de Blano ibidem perſolvere. Verùm quoniam huic antiquæ conſuetudini homines ejuſdem villæ de Munz tempore noſtro obviare conati ſunt, per duos annos noſtra paſtorali juſtitia & judicio ſanctæ Tullenſis Eccleſiæ prædictis hominibus divina ſunt interdicta, donec præſumptionem ſuam condigna ſatisfactione emendarent. Hac neceſſitate homines de Munz compulſi, dominum ſuum Ducem Theodericum, in cujus manu prædicta villa tunc erat, convenerunt, obnixè precantes ut per eum ab hujuſmodi ſententia abſolverentur. Mediante igitur Domino Duce Theoderico prædictis hominibus de Munz ibidem batiſterium & liberam ſepulturam conceſſimus, & ut deinceps in tribus jamdictis ſolemnitatibus ad Blano ire non cogerentur ſtatuimus. Cujus rei compoſitio cùm ad aures Domni Theomari, qui tunc temporis præerat Eccleſiæ beatiſſimi Manſueti, perveniſſet, conſilio ſapientum, quos conſiliis ſuis aſciverat, huic facto rationabilibus modis contradixit pro eo ne ſi fortè præfata capella licentia Diaconi & Archidiaconi mater Eccleſia fieret, baptiſterium & liberam ſepulturam haberet, homines de parrochia ſucceſſores ipſius aliquando ad tectum Eccleſiæ cooperiendum provocarent & inquietarent. Eapropter Dominus Dux præviſo in poſterum damno Eccleſiæ ſancti Manſueti, & prænotata ruſticorum quæ fieri poterat inquietatione, communi aſſenſu & rogatu Albrici villici & aliorum hominum de Munz, præſente venerabili Abbate Theomaro & laudante, ſtatuit ut homines de Munz tectum præfatæ Eccleſiæ, ſi quando deſtrueretur, cum ceteris utenſilibus interioribus, videlicet indumentis, calice, Miſſali, ſcarſali repararent. Sic igitur memoratus Abbas Theomarus, rogante & inſtante ſupradicto Duce ceteriſque qui multi ad eum rogandum ſuper hoc convenerant, eorum petitioni aſſenſum præbuit, & quæ ſui juris erant in oblationibus trium feſtivitatum ad cooperiendum Eccleſiæ tectum in auxilium conceſſit, exceptis panibus oblationum earundem feſtivitatum. Et ne tam noſtra quàm prædicti Abbatis inſtitutio aliqua poſterorum calumnia vel oblatrantium improbitate valeat quandoque ullo modo tranſmutari, hanc cartam conſcribi juſſimus in ſignum monimenti, quam etiam ſub interminatione anathematis impreſſione propriæ imaginis, ſignis quoque & teſtimoniis noſtrorum cenſuimus fidelium roborari. S. Pibonis Epiſcopi. S. Theomari Abbatis. S. Theodorici Ducis. S. VVidrici Abbatis S. Apri. S. Riguini Primicerij. S. Brunonis Archidiaconi & Præpoſiti. S. Gengulfi. S. Alberonis Cancellarij. S. Ogeri ſacerdotis ejuſdem capellæ de Munz. S. Albrici villici ejuſdem villæ. S. Bencelini Militis ſubadvocati de Caſtro Caſtanaij. S. Humberti Militis ejuſdem Caſtri. S. Milonis de Gundricort. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domni MLXXIX. anno ordinationis noſtræ XI. imperante Henrico III. Duce Lotharingorum Theoderico, Comite Tullenſi Raynardo, regnante per ſecula Domino Ieſu Chriſto feliciter. Amen.

CLIV.

Sancti Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis epiſtola ad Atſerum primum Archiepiſcopum Lundenſem.

ANſelmus Archiepiſcopus Cantuariæ reverendo Laudis Eccleſiæ Archiepiſcopo Atſero ſalutem & veram amicitiam in Chriſto. Quod me rogaſtis de Domno Albrico Cardinali Romanæ Eccleſiæ libenter feci, cùm propter honorem Romanæ Eccleſiæ, tum propter amorem veſtrum, pro quo libenter facere volo ſi quid quod placeat ſanctitati veſtræ intellexero. Gratias agimus Deo, qui in regno Danorum veſtram * religioſam ad archiepiſcopatum ſullimavit. Confidimus enim quia, gratia Dei cooperante, ea quæ corrigenda ſunt corrigetis, & quæ ædificanda ædificabitis, & quæ nutrienda nutrietis. Audivimus namque à præfato Cardinali multa bona de vobis. Vnde iſtam habemus fiduciam, & oramus ut Deus, qui hoc incepit in vobis, ad bonum effectum veſtram ſemper perducat voluntatem. Rogo ſanctitatem veſtram quatinus regnum illud veſtro ſancto ſtudio emundetis ab apoſtatis, ut nullus alienigena ibi recipiat aliquem eccleſiaſticum ordinem: quia illi qui ab Epiſcopis ſuis repelluntur, illuc pergunt, & exe-

An. 1094. Ex veteri codice bibliothecæ Colbertinæ.

* religioſitatem

erabiliter ad diversos ordines sacrantur. Valete, & orate pro me.

CLV.

Gelasij II. bulla de privilegiis monasterij Caunensis in diœcesi Narbonensi.

An. 1119. Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

GElasius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Arnaldo Caunensis monasterij Abbati ejúsque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Omni petenti nos tribuere evangelicis præceptis instruimur. Idcirco venerabilium fratrum nostrorum Narbonensis & Arelatensis Archiepiscoporum petitionibus, Caunense monasterium, cui Deo auctore præsides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad exemplar prædecessoris nostri sanctæ memoriæ Vrbani Papæ sub apostolicæ sedis tutelam excipimus. quod videlicet monasterium à bonæ memoriæ Karolo Imperatore per Milonem Comitem ædificatum, & tam ab ipso quàm à filio e us Lodoico ac nepote Carolo æquè Imperatoribus ad honorem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli per regalia scripta munitum est. Præsentis igitur decreti auctoritate statuimus ut ejusdem loci libertas, sicut à supradictis Imperatoribus collata est, firma in perpetuum conservetur. Id est, ut nullus judex publicus, nullus curiæ minister, ipsius Ecclesiæ colonos citra Abbatis & fratrum voluntatem distringere nec ex rebus monasterij census aut vectigalia quælibet præsumant exigere. Quicquid autem vel in Narbonensi vel in Minerbensi seu Carcasensi aut Redensi aut Albiensi pago Caunense monasterium possidet, ab omnium hominum molestia vel inquietudine liberum maneat. In pago siquidem Narbonensi ab ipsis prædictorum Imperatorum temporibus Ecclesiam sancti Pauli, & salinas in loco qui dicitur à Cagacanes, & insula quæ dicitur Dumanas. In Minerbensi villam quæ dicitur Libras cum Ecclesia sua, villam Bajani cum Ecclesia sua, Vltesiam cum Ecclesia sua, partem villæ Trenciani, partem de Villare, partem villæ Abrencis, partem villæ de Campolongo, villam de Cros cum Ecclesia sua. In montana, Spinacia cum villis suis, partem villæ Raberti. In Carcasensi villam sive Ecclesiam sancti Fructuosi, Ecclesiam sancti Laurentij, villam Baniolas cum Ecclesia sua, villam Palazol cum Ecclesia sua, Orris cum Ecclesia sua, partem villæ Glujani. In Redensi villam Recemiro cum Ecclesia sua. In Albiensi Ecclesiam sancti Amancij. Item in Carcasensi partem villæ de Fonte cooperta. Ad hæc adicientes decernimus ut quæcunque hodie idem monasterium justè possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium justè atque canonicè poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat idem monasterium temerè perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Nec idem monasterium alij violenter subjiciatur, quandiu in eo regularis disciplinæ vigor Domino præstante perstiterit. Salva Narbonensis Archiepiscopi canonica reverentia. Obeunte nunc ejus loci Abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilij sanioris secundùm Dei timorem & beati Benedicti regulam vel de sua vel de aliena, si oportuerit, congregatione providerint eligendum. Sepulturam quoque ejusdem loci omnino liberam esse decernimus; ut eorum qui illic sepeliti deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati sint, nullus obsistat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra temerè venire tentaverit, secundò tertiòve commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reámque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hunc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Gelasius Ecclesiæ Catolicæ Episcopus subscripsi. Signum manus meæ. *Deus in loco sancto suo.*

Data Aurasicæ per manum Grisogoni sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis XIII. Kal. Ian. Indictione XII. dominicæ incarnationis anno MCXVIIII. pontificatus autem Domni Gelasij secundi Papæ anno primo.

CLVI.

Libellus divortij Guillelmi Raimundi de Montecatano Seneschalli Barcinonensis & Beatricis uxoris ejus.

An. 1135. Ex archivo regio Barcinonensi.

CVnctis innotescere volumus qualiter Guillelmus Raymundi Senescalcus & uxor ejus Beatrix se præsentaverunt ante Archiepiscopum Tarraconensem. Erat enim quæstio inter eos de conjugio suo, utrum possent in eodem conjugio remanere. Qui auditis & discussis eorum rationibus, & acceptis probationibus non sine sacramento, judicavit divortium debere fieri inter eos. Vnde amici eorum composuerunt pacem hoc modo inter eos. Laudaverunt siquidem ipsum honorem qui fuit Berengarij Raimundi Montiscatani ita inter se haberent. Primùm quidem ut ipsas dominicaturas, dum ipsa viveret, haberent per medium, staticam verò castrorum per singulos annos habeat sex mensibus Guilielmus Raimundi, & Beatrix sex aliis mensibus, donec ipsa maritum accipiat. Milites autem ipsius honoris faciant hominium Beatrici, eò quòd si Guilielmus Raimundi hoc ei frangere tentaverit, valeant Beatrici & teneant se cum illa donec habeat in vita sua medietatem omnium dominicaturarum & staticam sancti Martialis per meliorationem cum labora-

tione boum, sine alicujus contrarietatis obstaculo; & post obitum suum remaneant filiis vel filiabus de Guilielmo Raimundi in se procreatis; & quòd Beatrix in vita sua non impediat suæ jam dictæ partis honorem vinditione, impignoratione, vel donatione, vel aliquo modo quo filiis suis & Guilielmi Raimundi ad perditionem veniret. Sed Milites ipsi stent in hominio Beatricis usque ad obitum ejus. Excepto hoc Beatricis hominio, ipsi Milites serviant Guilielmo Raimundi, & sint sui, & habeant solidos. Actum est hoc Nonas Iulij anno XXVIII. regni Ludovici Regis. Signum Guilielmi Raimundi, Signum Beatricis, qui hanc convenientiam laudaverunt & firmaverunt. S. Raimundi Comitis. S. Reamballi de Baseia. S. Raimundi Renardi. S. Petri Bertrandi de Belloloco. S. Bernardi de Belloloco. S. Berengarij de Cheralto. S. Bernardi Guilielmi de Vaciano. S. Guilielmi de Pugalto. S. Poncij scriptoris Comitis, qui hoc scripsit die annóque præfato.

CLVII.

Adriani IV. epistola de excommunicatione Matthæi Ducis Lotharingiæ.

An. 1155. Ex schedis c. v. Andreæ Duchesnij.

ADrianus Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Metensi & Virdunensi Episcopis & dilectis filiis G. Præposito & R. Decano Trevirensis Ecclesiæ salutem & apostolicam benedictionem. Notitiam vestram non credimus ignorare qualiter sacrosancta Romana Ecclesia Matthæum Ducem pro castello Gundulfivillæ, quod ante civitatem Tullensem erexit, excommunicationi subjecit & à communione fidelium reddidit alienum. Sanè cùm ille iniquitatis filius percussus saltem emendari debuerit, de corrigendo quod male gesserat cogitare super dolorem ejusdem civitatis adjecit, & Tullensi Ecclesiæ Vischiriacum & alias villas, Ecclesias, possessiones, & multa alia præsumpsit auferre, multisque ipsam molestiis & rapinis non desinit fatigare. Per præsentia itaque scripta vobis mandando præcipimus quatenus eum excommunicatum publicè nuntietis, & in terris ipsius in vestris episcopatibus constitutis, præter baptisma parvulorum & pœnitentias morientium, omnia divina prohibeatis officia celebrari, & inviolabiliter ab omnibus eandem sententiam servari faciatis. Si quis autem constitutus in clero eidem sententiæ contraire præsumpserit, ut tamdiu à beneficio suo reddatis eum & officio alienum donec de tanto reatu satisfacturus ad apostolicam sedem cum literis vestris accedat.

CLVIII.

Henrici Episcopi Tullensis privilegium concessum monasterio sancti Mansueti.

An. 1161. Ex archivo S. Mansueti Tullensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus sancti. Henricus Dei gratia Leucorum minister & servus dilecto filio suo Iohanni Abbati sancti Mansueti ejusque successoribus & ceteris fratribus sub regula beati Benedicti ibidem Deo militantibus in perpetuum. Pastoralis officij cura exigente gregi nostro vigilanter debemus incumbere, & talentum nobis à Deo commissum fideliter erogando, amicos, qui nos recipiant in æterna tabernacula, utile & salubre est nobis adquirere. Eapropter saluti nostræ providendo, utilitati fratrum beati Mansueti consulentes, & versutiæ hominum præsentium & posterorum occurrentes, ut totius exactionis injustæ & calumniæ occasio in perpetuum præamputetur, & omnia ad pacem & unitatem de cetero referantur, Iohanni Abbati sancti Mansueti & ipsi Ecclesiæ, assensu & voluntate Domni Theoderici nepotis nostri Archidiaconi civitatis, reddimus Albricum Presbyterum parrochiæ sancti Mansueti cum suis successoribus ex parte nostra & Archidiaconi & Archipresbyteri liberum, eo videlicet tenore ut quicquid juris & debitæ subjectionis in eo ex dignitate pontificali habebamus, Abbati suisque successoribus cum cura animarum contulimus, quatinus ab ipso Abbate suisque posteris Presbyteri qui ibidem fuerint ordinandi vicarij, ipsam curam suscipiant. Ita tamen quòd Archidiaconus & Archipresbyter ecclesiasticam justitiam, cùm opportunum fuerit, super parrochianos exerceant, præter ministeriales, scilicet Villicum, Decanum, Scabinionem, & famulos Ecclesiæ feodatos & præbendarios quotidiana ab Ecclesia sumentes stipendia, à quibus, si fortè in causa animæ in aliquo fuerit erratum, præsenti Abbati & futuris dimittimus corrigendum. Presbyter verò ab Abbate consilio fratrum suorum præeuntè gratia divina ad parrochiam vocatus, investitura curæ de manu Abbatis suscepta, præbenda quam ei pro vicaria sua instituerit, absque reluctatione contentus erit. Quòd si ultra quàm quod ordinatum est quæsierit, & super hoc controversia vel aliqua molestia emerserit, si animo intus respicere noluerit, hanc alterationem amore vel judicio rescindere in Abbatis sit plenaria potestate & dispositione, cui vice Pontificis de culpis & negligentiis suis Presbyterum decrevimus respondere. Pro hac verò libertate Presbyterorum super parrochia sancti Mansueti concessa, in anniversario nostro singulis annis septem solidos ad mensam monachorum & refectionem pauperum ab Abbate suisque posteris persolvi constituimus. Decernimus etiam causa nostræ salutis & memoriæ ut terras & vineas censuales & decimales ad præfatam Ecclesiam pertinentes quicunque tenuerint, si debitos census certis diebus sive temporibus persolvere ex aliqua protervitate dissimulaverint, ante altare beati Mansueti eos ad satisfactionem vocare, & si post tertiam vocationem venire neglexerint, vel præsentati satisfacere justitiæ aliqua dolositate subterfugerint, sententiam excommunicationis in eos proferre. Hanc igitur donationem superiùs ita distinctam, ad ipsius confirmationem per præsentia scripta sigilli nostri impressione signata, successoribus nostris mandamus, suppliciter eos in Domino deprecantes ut morem quem ab aliis sibi exhiberi vellent juxta illud, *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis*, debito fraternitatis affectu nobis impendant, donúmque

& ſtatutum noſtrum ratum & inconcuſſum teneant & teneri eccleſiaſtica cenſura coërceant. His etiam addimus Albrici ſutoris ſtatum omnino liberum. Si qua verò eccleſiaſtica ſecularíſve perſona hanc inſtitutionis noſtræ paginam temerario auſu infringere vel perturbare præſumpſerit, à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ auctoritate beati Petri Apoſtoli & vicarij ejus beati Manſueti & noſtra eam ſegregamus, ac perpetuæ maledictioni cum Datan & Abiron, qui vivi à terra fuerunt abſorti, ſubjacere cenſemus. Conſervantibus autem hæc ſit pax & exultatio tam in hoc quàm in futuro ſeculo. Hanc præſentem deſcriptionem noſtro munitam ſigillo ſignis & teſtimonio noſtrorum fidelium roborandam contradimus. Signum Henrici Epiſcopi. S. Hugonis Abbatis ſancti Apri. S. Iohannis Abbatis ſancti Manſueti. S. Sigifridi Abbatis ſancti Leonis. S. Haimonis Decani & Archidiaconi. S. Theodorici Præpoſiti ſancti Gengulfi & Archidiaconi. S. Petri Comitis & Archidiaconi. S. Odonis Theſaurarij & Archidiaconi. S. Vlrici Archidiaconi. S. Albrici Capellani & Archidiaconi. S. Haimonis Archidiaconi. S. Vvalteri Cancellarij. S. Rofridi Magiſtri. S. Ainardi Canonici. S. Paulini Decani ſancti Gengulfi. S. Damberti Canonici S. Gengulfi. S. Theodorici Canonici S. Gengulfi de Sellei. S. Viviani Archipresbyteri civitatis. S. Richardi Scabinionis. S. Albrici Presbyteri S. Manſueti. S. Henrici Presbyteri ſancti Amantij. S. Matthæi Ducis. S. Simonis filij ejus. S. Henrici de Chacinual. S. Hugonis filij ejus. Acta ſunt hæc Tulli in Eccleſia beati protomartyris Stephani Idibus Octobris, multis religioſis viris & laicis perſonis nobilibus aſſidentibus, anno ab incarnatione Domini MCLXIII. Indictione XII. Epacta XXV. concurrente I. Imperatore Frederico ſempérque Auguſto regnante, pontificante Domno Henrico.

CLIX.

Carta quomodo Theobaldus recognovit ſe eſſe hominem de corpore Eccleſiæ Foſſatenſis & dominio.

An. 1241. Ex chartulario monaſterij Foſſatenſis.

GVillermus permiſſione divina Pariſienſis Eccleſiæ miniſter indignus omnibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino. Noveritis quòd in noſtra præſentia conſtitutis fratre N. Abbate Foſſatenſi ex una parte & Theobaldo filio Gaufridi dicti Vicarij de Faræ monaſterio ex altera, cùm idem Abbas diceret eundem Theobaldum eſſe hominem de corpore Eccleſiæ Foſſatenſis, & quòd ſi idem Theobaldus unquam fuerat in Clericum ordinatus, iſtud ſine conſenſu Eccleſiæ Foſſatenſis factum fuerat, quare non debebat valere in præjudicium Eccleſiæ Foſſatenſis, prædictus Theobaldus confeſſus fuit coram nobis ſe fuiſſe in Clericum ordinatum, ſed ſine licentia & voluntate Eccleſiæ Foſſatenſis, & confeſſus fuit quòd hoc factum fuerat ſine ſcientia ordinantis. Nam cùm vidiſſet turbam quorundam puerorum qui debebant in Clericos ordinari, latenter ſe hujuſmodi turbæ immiſcuit ad ſuggeſtionem quorundam, puerili levitate deductus. Confeſſus etiam fuit ſe eſſe debere, & etiam eſſe ejuſdem Eccleſiæ Foſſatenſis hominem de corpore & ſe velle in omnibus Foſſatenſis Eccleſiæ dominio ſubjectum eſſe, ſe & ſua voluntati & dominio ejuſdem Eccleſiæ omnino in noſtra præſentia ſupponendo, abrenuntians omni privilegio ſi quod ſibi poſſet competere ex illa tonſura illicitè conſecuta vel alio quocunque modo. In cujus rei teſtimonium & munimen ad petitionem dictarum partium præſentibus literis ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum anno Domini M C C. quadrageſimo primo, menſe Aprili.

CLX.

Carta quomodo Matthæus Clericus recognovit ſe eſſe filium magiſtri Clementis de Criſtolio &c.

An. 1244. Ex eodem chartulario.

OMnibus præſentes literas inſpecturis. Officialis curiæ Pariſienſis in Domino ſalutem. Notum facimus quòd in noſtra præſentia conſtitutus Matthæus de Criſtolio recognovit quòd ipſe erat filius Magiſtri Clementis de Criſtolio & Aaleſis uxoris ipſius Clementis, & genitus conſtante matrimonio inter ipſos. Recognovit etiam quòd religioſi viri Abbas & conventus monaſterij ſancti Petri Foſſatenſis ipſum manumiſerant & reſtituerant libertati ſub tali conditione, ſi ipſum fieri Clericum contigerit & in clericatus ordine perpetuò reſidere, & etiam tali modo quòd poſt deceſſum ipſius omnia bona immobilia ſua de hereditate ſua moventia ad ipſos Abbatem & conventum quittè & liberè devolventur, niſi aliter procedat de voluntate prædictorum Abbatis & conventus; volens & concedens quòd ſi poſtquam tonſuram clericalem habuerit, ipſum uxorem ducere contigerit, nonobſtante manumiſſione hujuſmodi dicti Abbas & conventus omnia bona hereditaria ipſius Matthæi habeant & diſponant de illis pro ſua penitùs voluntate, niſi aliter procedat de voluntate eorundem. Promiſit autem idem Matthæus, fide in manu noſtra præſtita corporali, quòd bona ſua hereditaria immobilia nullatenus alienabit nec onerabit quin poſt deceſſum ipſius ad prædictum monaſterium quittè & liberè devolvantur. Renuntiavit inſuper dictus Matthæus ſpecialiter & expreſsè omni actioni & exceptioni tam juris quàm facti cohærenti rei vel perſonæ, omni juris auxilio canonici & civilis, omni privilegio conceſſo & concedendo, conſuetudini & ſtatuto, & omnibus aliis quæ ſibi poſſent prodeſſe & dictis Abbati & conventui in aliquo obeſſe vel aliquibus præmiſſorum. Actum anno Domini M C C. quadrageſimo quarto, menſe Ianuario.

CLXI.

Excerpta ex veteri codice MS. bibliothecæ regiæ in quo continetur Formularium pœnitentiariæ correctum & reformatum de speciali mandato Domini Benedicti Papæ XII. *Hic est enim libri titulus.*

De muliere petente sibi mitigari rigorem pœnitentiæ.

EPiscopo. M. latrix præsentium lacrymabili insinuatione monstravit quòd Officialis vester olim pro lubricitatis reatu quem misera fragilitate commisit, inter alias disciplinæ asperitates mandavit eidem ut quadraginta diebus per communia fora vestræ diocesis nudo corpore ab usque ad umbilicum incedens, cedulam sui delicti conscriptam deferret in capite manifestè. Quare supplicavit humiliter sibi per sedem apostolicam salubriter rigorem hujusmodi mitigari. Quia sic debemus decenti animadversione corrigere delinquentes publicè non debeat exponere sed potiùs occultare, auctoritate &c. committimus quatenus consideratis laboribus & expensis quas dicta mulier sustulit vel sustinuit vel subiit propter hoc ad sedem apostolicam veniendo, temperetis dictam pœnitentiam circa ipsam, prout secundùm Deum &c.

De servo ordinato.

Abbati. Fratris G. tui monasterij monachi nobis oblata petitio continebat quòd cùm olim.. Episcopus in sua celebratione ordinum generali excommunicationis protulisset edictum ne quis servilis conditionis existens, de uxore tamen ancilla natus, post hujusmodi excommunicationis sententiam ignorante domino suo ab eodem Episcopo non suo per simplicitatem & juris ignerantiam ordinem subdiaconatus, aliàs tamen rite, recepit, & postmodum habitu religionis assumpto, & astrictus observantiæ regulari, ad ordines superiores accessit, & ministravit in ipsis absolutionis beneficio non obtento. super quibus supplicavit humiliter sibi sedis apostolicæ misericordia subveniri. Quia verò digna est favoris prosecutione religio, auctoritate &c. committimus quatenus si præfatus monachus non fuit post religionis ingressum à suo domino requisitus, si scivit eum ex taciturnitate consensisse possit præsumi, eo à dicta sententia absoluto, & injuncta inde ei pœnitentia salutari, eóque ad tempus, prout videritis expedire, à suorum ordinum executione suspenso, demum si sibi merita suffragentur, aliúdque canonicum non obstet, ad dispensationis gratiam admittatis eundem.

De eodem pro ordinato.

Episcopo. I. Presbyter vestræ diocesis &c. quòd cùm ipse olim servilis conditionis existeret, titulum nullum habens, tanquam simplex & juris ignarus, à prædecessore vestro, domino suo sciente & non contradicente, ordinem subdiaconatus, furtivè tamen, susceptit, & in ipso publicè diutiùs ministravit, & processu temporis ad superiores processit. Et licèt comminatio sub pœna excommunicationis facta fuerit per dictum prædecessorem ne aliquis servilis conditionis existens, & sufficientem titulum non habens, ad ordines accipiendos accederet, non tamen excommunicationis sententia lata fuit. Super quibus &c. Nos autem &c. committimus quatenus si prædictis veritas suffragatur, & aliàs dictos ordines ritè recepit, injuncta sibi absolutione prævia ob excessum hujusmodi pœnitentia salutari, eóque ad tempus &c. *usque* dispensetis.

De promoto à pseudoepiscopo.

Episcopo. Sua nobis &c. quòd cùm olim quidam iniquitatis filius in regno Alamanniæ pervagando & tam falsè quam præsumptuosè sibi auctoritatem & officium Pontificis assumendo, cùm in veritate, prout ex posteriori plenius est compertum, quampluribus Clericis ordines de facto contulit, cùm de jure non posset, in suæ salutis dispendium & ecclesiasticæ disciplinæ contemptum, ac subsequenter in scandalum plurimorum, idem ... communi errore seductus subdiaconatus & diaconatus, ut ne dicamus ordines, sed nec umbram, ab ipso recepit, & ministravit in ipsis quousque per aliorum doctrinam erroris hujus notitiam apprehendit. super quibus apostolicæ sedis clementiam humiliter imploravit. Verùm quia nec conferre ordinem nec ordinis characterem potuit qui pontificali officio minimè fungebatur, auctoritate &c. committimus quatinus si est ita. *Si verò vertatur in dubium, omnino dicatur sic:* committimus quat. super hoc inquisita diligentiùs veritate, si vobis constiterit verum & catholicum fuisse Episcopum, in suo ordine dimittatis. Si verò veritas haberi non possit, & non vertatur in dubium, conferatis ei per vos vel per alium ordinem suprædictum eo modo quo in dubiis debet conferri secundùm canonica instituta. Postquam præfatus... ordines ab eo qui legitimè conferre poterit & debebit rite receperit, injuncta inde sibi absolutione prævia pœnitentia salutari, super irregularitate inde contracta cum ipso misericorditer dispensetis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CARMINA ÆVI KAROLINI

Nunc primùm edita ex vetuſtiſſimis illorum temporum membranis.

I.

Epitaphium Ludovici Pij Imperatoris.

Ex veteri membrana S. Arnulfi Metenſis.

PRæcelſus meritis, famoſo & nomine clarus,
Felix Auguſtus hic Hluduicus adeſt.
Corporis hic artus clauſit quando ultima ſolvit
Humanæ vitæ & ſuper aſtra petit.
Hic fidus, fortis, nulli pietate ſecundus,
Clemens, & patiens, atque benignus erat.
Eccleſias Chriſti ritu renovavit honeſto,
Ipſius & cultor verus ubique fuit.
Cæſaris hic genitus Karoli Auguſtique ſuperſtes
Succeſſit regno huic ſceptra regens populi.
Quem nunc pro ſacris meritis jam credere fas eſt
Cum Chriſto Domino regna tenere poli.
Cujus jermanus Drogo Chriſtique ſacerdos
Tranſtulit huc corpus, condidit hoc tumulo.

Deceſſit autem anno imperij ſui XXVII. die XII. Kal. Iulij, anno verò ætatis LXIIII. quieſvitque in pace.

Hanc, æterne Deus, Cæſar Hlotharius aram
Devoto juſſit corde parare tibi;
Illic ſacra tui quò victima rite ſacretur
Corporis, & fiat ſanguine munda tuo.

II.

Verſus in laudem Lotharij Imperatoris poſiti in fronte textus evangeliorum quem ipſe obtulit monaſterio ſancti Martini Metenſis.

Ex veteri codice bibliotheeæ regiæ.

ARbiter altitronus mundi formator & auctor,
Quique polorum ſervas cuncta potenter & ævi,
Qui regnare jubes Reges per ſæcula mundi,
Hlotharium, qui nunc fultus pietate tua alma
Induperator habetur Rex auguſtus in orbe,
Dextera celſa tua exaltet, defendat, & ornet,
Imperium ut teneat, dilatet, firmet, adunet,
Vtatur bene pace fruens & proſperitate,
Ac valeat, vigeat, vivat per ſæcula felix.
Nam pius ipſe Auguſtus Chriſti ductus amore
Hoc decus almificum Eccleſiæ prævidit ut eſſet,
Præſulis atque beati Martini veneratu
Hunc pulchrèque gregem librum intra ſcribere juſſit
Ipſius ornari auro & picturis venerande,
Vt notum faciat quantum pollet locus ille.
Sed Sigilaus parens juſſis Regis ſtudioſè
Hoc evangelium illic totum ſcribere juſſit.
Præſcripti atque gregis voluit frater fore Cæſar,
Scilicet ut humilis donum capiátque ſupernum.
Nempe ipſe grex toto niſu cunctipotentem
Pro virtute Auguſti & conjuge necnon prole precatur.
Pictus * habetur ob hoc necnon Rex pagina in iſta, * Vide Notas pag. 1179.
Vt quiſquis vultum Auguſti hic conſpexerit umquam,
Supplex ipſe Deo dicat cunctipotenti:
Lotharius requiem mereatur habere perennem
Per Dominum noſtrum Chriſtum, qui regnat ubique.

III.

Verſus in fronte Bibliorum poſiti & aureis literis exarati in vetuſtiſſimo codice MS. monaſterij ſancti Dionyſij, qui nunc extat in bibliotheca regia.

BIblorum ſeriem Karolus Rex inclitus iſtam
Contexit chryſo corde colens catharo.
O miranda nimis Domini ſapientia ſummi,
Quæ præſens aderat dum cœlos ipſe parabat.
Nec ſpectanda minùs quòd ſic diſponere cuncta
Ordine compoſito noſti ſub jure coapto.
Tu ſtellas ſtellis interpoſuiſſe videris,
Sidereas vario expungens diſcrimine metas,
Luminibus cunctis ſtatuens præponere ſolem.
Tu quoque circuiens cœli ſic undique gyrum,
Nexiſti mediam convexo climate terram.
Tu mare fluctiſſuum diviſa parte locaſti.
Diverſas gentes habitus ſic móſque reſervant.
Sed tu primatum cunctis in gentibus æquum
Sola tenes, propria reprimens virtute ſuperbos.
Regibus & regnis ſemper tu jura dediſti;
Paruit atque tuis quiſquis de Regibus orſis,
Culmine ſublimi micuit ſublimior ipſe.
Felices dicti, felices ſunt quoque facti.
Quique hæſere tibi, tua laus & gloria regnant.
Biblorum ſerie de multis multa feruntur,
Correctis aliis, reprobatis denique multis.
Quoſdam glorifico rexiſti nomine Reges.
Sed ſervaſſe tuum tibimet ſpecialiter unum
Ac proptium Karolum claret ſapientibus orbis,
Quem ſolem ſolum regali ſcemate clarum
Lumine conſpicuum ponis, ſapientia, primum.
Nunc licet atque libet ſcrutari funditus illum
Rite modum Reges tibi quo placuiſſe ſciuntur;
Sicque tuus dici Karolus vel poſſit haberi,
Pandatur ſaltem paucis rudibuſque loquelis.
Fortis namque David per te regnavit & egit,
Arma beatorum, necnon & norma reorum,
Stare docens ſanctos, rurſúſque reſurgere lapſos.
Non pateris humiles penitùs tu, ſancta, perire,
Quos te corde tuo ſatis acceptaſſe fateris.

Corripis & reprimis quos corrigis, erigis æquè.
Exerces cunctos animo quos diligis almo.
Viribus & validis virtutes grata miniſtras.
Diſplicuiſſe putant ſtolidi quos diligis immo.
Rex Salomon quoniam potiùs tua dona petivit,
Vt ſapiens poſſet fieri, præcelſior ullis
Regibus exiſtens, opibus pollebat opimis,
Iudicióque rato tecum bona plurima ſanxit,
Doctrináque tua mundum redimivit abundè,
Mirificum Domino meruit quoque condere templum,
A te ſecedens, in ſe diſpendia paſſus,
Dogma quod exhauſit de te, per ſæcula lucet.
Ergóne tute tuum Karolum non diligis ultro?
An hominum cuiquam humili ſit corde ſecundus?
An pietate calet caluítque tanta vel alter?
Qui memorans adeo cunctarum pectore rerum
Vt nihil auditum vel viſum oblivio carpat.
Propria ſola latet delata injuria mente
An de juſtitiæ dicam ſileámve tenore?
Si quid fortè minùs, fateor, miſeratio vincit.
Eia age, prome manum largam; vox libera dictu,
Teſtis erit verax nunc orphanus atque pupillus.
Sic meritò cunctos iſtorum nomine ſigno,
Dum non excipitur quiſquam, nec pellitur uſquam.
Nec mare præterea fervens in gurgite vaſto
Hanc retinere manum potuit poteritque vel unquam.
Diverſæ hoc linguæ diverſa parte loquuntur.
Diverſi mores laudant concorditer ipſam.
Felix ergo manus, ſed mens feliciter hujus
Pauper quæ potiùs ſecum quin conſtat egena,
Non inflata tumens regalis ſtemmate typi.
Sed caro dum gemmis auróque ornata refulget,
Hæc ſecum ſemper meditatur nocte diéque,
Lucidior Chriſto quò ſole reſplendeat ipſo.
Sicque tuum Karolum facis, ô ſapientia, ſolem.
Nempe ubi theſaurus, cor ibi fore rite probatur,
Quod hujus domino ſemper conſtanter adhæret;
In quo quicquid habet, dulci pietate recondit.
Quid ſi nunc ipſum terris in carne videret?
Quo ſub amore pedes quo voto figeret ori,
Quando datam legem tanto veneratur honore?
Quid de evangelico textu replicabo colendo?
En ipſos apices gemmis circumdat & auro.
O quanto Chriſtum mens fervida diligit iſta,
Cujus amore ſibi vileſcunt omnia mundi.
Eſt modus ut nec habens habeat nec habere cupiſcat.
Eſt & habens ſicut nec habens, ſed & erogat ultro.
Iſta virum virtus condigno nomine comit.
Ecce patet Salomon quoniam, ô ſapientia, temet
Non plus dilexit Karolo ſine fine beando.
Tu quoque nec David tantis per quæque probaſti.
Inter quæ quædam de quodam gratia facto
Multa tibi toto debetur corde ferenda.
Amiſit David regnum, rurſúſque recepit.
Morte tamen geniti triſtatus valde dolebat.
Túque tuo Karolo reparaſti regna paterna.
Nec dolor acceſſit, ſed amor fraternus adhæſit.
Vnde tuum Karolum ſemper ſervabis ubique.
Ergo nec hunc David nec Iob magis eſſe probatos
Apparet planè, pro te nec plura tuliſſe
Quanta tuus Karolus, mitis, pius, atque benignus,

ſobrius ſapiens fortis
ΝΗΦΑΛΕΟϹ ΦΡΟΝΙΜΟϹ ϹΠΟΥΔΑΙΟϹ
atque juſtus.
ΚΑΙΔΕ ΔΙΚΑΙΟϹ.

Æquivoco Karolo fruſtratus germine digno,
Indulſit pro te ſævo ſcævóque tyranno;
Omnibus atque ſuis regno privantibus ipſum
Tam bonitate proba, tanta pietate pepercit.
Quin pervalde ſuis inimicis maxima rurſus
Prædia reſtituit, donans ac plura quibuſdam.
Quid mereatur herus ſanci, ſapientia, tantus.
Iudicio noſtro primus præ Regibus extat.
Pragmate poſco pio, populorum pectora pando.
Præcluo profit perprobra proprietas.

IV.

Verſus in fronte Bibliorum aureis characteribus exarati in vetuſtiſſimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ, qui fuit ſancti Stephani Metenſis.

Rex benedicte tibi hæc placeat biblioteca Carle,
Teſtamenta duo quæ relegenda gerit.
Fert quod amas, quod amare velis, quod diſcere profit,
Quod capias, teneas, quódque frequenter agas.
Corrigit, hortatur, reficit, caſtigat, honeſtat,
Arguit, obſecrat, increpat, ornat, alit.
Eloquium, mores, ſtudium componit & actus;
Eſtque cibus, potus, norma, via, arma, ſalus.
Interiora hominis promit, cæleſtia pandit,
Aptat utrumque ſibi munere plena Dei,
Et præſens tranſacta canit, præſentia monſtrans.
Singula jura ſilet, ſingula ſed reſonat.
Inſtabilem quamvis ſtabilem pòſt reddet amantem
Se ſi ſit faſſis deditus ille ſuis.
..... us ut verum credat quod continet omne
Inde ſequens veri ſpes fiat æqua pij.
Dulcis amor nimium mox rite duobus in ollis
Tertius incedat, jungat & ipſe tria.
Iam ſubeant menti fuerint quæ noxia culpæ,
Per lacrimas genitus pérque doloris opus.
Sic ſic cum precibus quæratur gratia Chriſti,
Muneris eſt cujus quicquid in orbe boni
Quid volumus, petimus, facimus, quid ſcimus, habemus,
Inde datur noſtris utile non meritis.
Aut vanum aut vacuum aut nil aut laudabile nuſquam
Spiritus auctor agens cui niſi ſanctus eat.
Quo duce res adaperta patet quæ clauſa latebat,
Antea eo nutu hanc reſerante ſuo.
Cum quo mens pollet, ſine quo tenebraſcit in umbris,
Ceu careat luce vel rationis ope.
Præterea corpus minuant jejunia dignè
Caſta atque excubiæ noctis ubique bene.
Quatinus ingenium concreſcat acumine ſenſus,
Cùm caro putris abit, cùm tenuata perit.
Carne fatigata, pedetemptim gliſcit acumen
Cordis, & initium ſumit habere datum.
Cos acuit ferrum, mihi crede, ſecare capillum,
Radere ſeu pariter abſque labore caput.

Nec

Nec minùs affectum justo moderamine corpus
Intellectum effert, sanat & auget eum.
Denique dum superent gazæ, dum larga facultas,
Dum majora inhies, dum utiliora roges,
Da quod egent miseris, miserûm defensio fito;
Pauper, egenus, inops te miserante boet.
Te miserante boet vivat quicumque misellus,
Te auxilium vitæ postulat esse suæ.
Esto pater, frater, mater, soror, agnus utrinque,
Debilibus spes, res, gloria summa, dies.
Dilige justitiam, callis comitetur amictus
Iustitiæ tecum primus ad omne bonum.
Exalta, muni, custodi, collige, lauda,
Sublima clerum seu venerare tuum.
Ædibus & sacris meritos sic defer honores
Sedibus in sanctis ut mereare opem.
Tempore manduca, bibe, dormi, surge, labora.
Sunt facienda suis omnia temporibus.
His habitis aliisque bonis in nomine trino
Cunctipotentis heri cum deitate sui,
Hujus ab initio thomi scrutarier oro
Ejus scripta pia mente, opere, fide, ero.
Hic fons, hic doctrina potens, hic flumina opima
Ecclesiæ sanctæ candidiora nive.
Scilicet alticanori quinque volumina Moysi
Iuncta nitent mortemillius usque canant.
Iosue dux ducens consurgit fortis in armis
In patriam populum jure tenente locum.
Septimus ecce liber censorum nomina fatur
Quorum Hebrea fuit sub ditione manus.
Horum facta, genus, tempus, loca, bella, triumphi
Sunt inserta sibi debito honore sui.
Femina quis sociata sedet Ruth nobilis unà,
Quam Iob eximiæ consequitur fidei.
Hunc imitare libens; quoniam patientia pura
Extitit, ac nobis magna figura fuit.
Quattuor & Regum libri bis octo Prophetas,
Ante, quibus David jungitur hymnificus.
Hymnica psalmorum cecinit qui carmina David,
Plurima de Christo mystica sœpe loquens.
Prodiit ex cujus regali virgo Maria
Semine, quæ peperit virgo beata Deum.
Pacificus Salomon, necnon sapientia juxta,
Tertius est Iesus continuatus eis.
Pòst Paralypomenon, Ezras quoque, sive Nemias,
Hinc Hester, Iudith, & Tobias recinit.
Inclita bella deinde tonant Machabea quondam
Pro lege ac patria próque salute data.
Hæc scriptura quidem breviter memorata vetusta
Stat quanquam modico rusticulóque stilo.
Initiant testamenti præcepta novelli
Bis duo concordi famine sanctivomi,
Matthæus, Marcus, Lucas, celsúsque Iohannes,
In sensu parili dogma tonando Dei;
Personæ quorum variæ, doctrina sed una,
Vnus utrisque tenor, una sequenda via.
Hi quid vel quæ quanta seu vel qualiter egit
A patre descendens natus ubique docent.
Hinc hominis primo facies ascribitur orsus,
Est quia sat Domini cælitus ex genesi.
Forma leonis inest pulchrè formata secundo,
Quòd tetigit rura devia voce sua.
Rebus ait sacris siquidem quia tertius, inde
Nunc olli species imprimitur vituli.
More aquilæ quoniam transcendit sidera quartus,
Ejus ob id specimen sthematis ipse gerit.

Quis & apostolicos Lucas quos edidit actus
Subdit, ubi totus instruitur populus.
Catholicæ hinc septem redolent mirabile cartæ,
Format apostolicus quas operando stilus.
His hærent bis septem Pauli scripta deinde,
Antè lupina cui vox, modò ovina micat.
Hoc concludit opus jam visio sancta Iohannis,
Visio sancta satis, ac memoranda nimis,
Hæc nova rite cluit series subjuncta priori,
Vmbra prior quarum, causáque posterior.
Ergo iter est duplex utriusque effectus in uno,
Quo tribuente datur scansio celsa poli
Hic quia divitiæ æternæ vitalia mensæ
Implent omnino nectare perpetuo.
Hic paradyse tuus nitida ratione patescit
Multimodus fructus melliferáxque locus.
Hic sitiens potum, esuriens panem, anxius æquè
Lætitiam inveniet, lætus & inde fiet.
Hæc tamen in hoc mortali dum corpore quisquis
Degit habétque magis, plus ab amore velit.
Sic siligna magis dentur, magis æstuat ignis,
Sic mage vina sitit prout mage quisque bibit.
Cùm verò spes res fuerit, tunc pleniter horum
Plenus amator erit, jam saciatus ero.
Ad quod hæc domus, hæc doctrina, hæc semita tantùm
Mens instet verè sub deitatis ope.
In physicis, logicis, etiam moralibus istic
Omnia sunt, lector, in brevitate tibi.
Hic hic argentum, aurum, gemmæ, vascula, vestes,
Et quicquid terræ carius esse valet.
Hic & lex preciosa. Nihil preciosius illa
Aut est, aut viget, aut ridet, olétve sacrè.
Iusta jubens, injusta vetans, mala cuncta repellens,
Omnibus inque bonis nobilitate potens.
Discidium, furor, ira, dolus, discordia, rixa
Consilio legis hujus obire queunt.
Erudit indoctos, quosdam sapientibus æquans,
Contribuit mediis dogma salutis ita.
Magna pluit magnis, disponit parvula parvis.
Est in utroque stilus justitiæ validus.
Notitiam Iesu præbet confessio munda.
Extat ea en homini lex veneranda sibi.
Extat ea en homini lumen per compita mundi,
Terribili voce lux & origo sui.
Artibus ingenuis præcellit digniùs ista
Ars, genere, eloquio, vi, ratione, vice.
Vtile sive decens necnon perstringit honestum.
Imbuit, exornat, instruit, armat, armat.
Hæc aperit totus postquam mutaverit orbis
Quid sit ibi Ecclesia mox reditura citim.
Terre tibi plures quosdam demulcet & illic
Fixa futura notans nec dubitata quidem.
Antè tamen referat clarè primordia cosmi,
Et per quam illius esse fuit sophiam.
In primis cæli terræque marisque creator,
Ipsius & natus, Spiritus atque agius.
Hujus ab amne fluit divina scientia latè,
Mundum pestiferis expolians tenebris,
Quóque modo quisquis caveat munitus ab armis
Hostis perversi tela inimica nimis.
Quadrivium gignit virtutis nobile sanè,
Terrigenum mittit per quod in astra genus.
Hæc quàm multiplici sermone salubria semper
Attrahit atque monet, sive monendo jubet.

Hæc jubet, atra fugat, dehinc fallacia pellit,
Vera ſuperna cupit. Hæc facit, illa fugit.
Exul ab exilio dapibus ſolatur opimis,
Cùm legit aut relegit, eùmque relecta ſapit.
Hæc mala vile vehit coëuntia temporis hujus,
Nec digna æternis æſtimat eſſe bonis,
Aut ea cerne timet, tantum formidat amare
Quantum ne non ſit cœtibus in ſuperis.
Hic Dominus loquitur, hic nos ei corde loquamur,
Quò nil majus adit nil vel adire poteſt.
Quiſquis es inſtructus mundanis uſibus hiſce,
Quis Salomon opibus ditior emicuit,
Hoc conceſſa cui dives ſapientia fecit,
Regibus ac cunctis hunc ea præpoſuit.
Tu quoque qui es humilis, prudens, intentio ſancta,
Se propter ſophiam dilige, poſce, cape.
Annon plus id pro quo aliud ſit quàm actio quæ ſit.
Se tamen hæc ſophia plus nec habere quiit.
Ergo Deus trinus, pax, ſeu ſapientia vera,
Vltra non laus, nec verſificalis apex.
Huic operi magno magnis te niſibus aptas,
Inclite Rex Carole, lumine care mage.
Es ſplendor populi, lux mundi, gloria regni,
Et bonitate prior, nec pietate minor,
Nunc etiam cunctis prælatus juſtiùs alme
In genere humano niſu, opere, arte, fide.
Vi David, intellectu Salomon benedicto,
In ſpecie Ioſeph, ſpe Induperator ovans.
Qui mare, qui terram, qui totum continet orbem,
Te conſervet, amet, ducat aduſque polum.
Sit tibi honor, pax, ordo, decus, patientia, regnum,
Proſperitas omnis, & ſine fine vale.

In fronte novi teſtamenti.

Exulta lætare ſatis, Rex inclite David,
Egregij voti compos ubique tui.
Carle decus regni, fax coſmi, gloria cleri,
Eccleſiæ fautor, militiæque decor.
En jam lecta tibi ſeries tranſacta vetuſta.
Sed nova rite ſequens iſta legenda patet.
Cujus in initio clarè primordia clara
Matthæus Domini concinit ex geneſi.
Ceu leo per deſerta, fremit deſerta minando
Vox tua, Marce, ſuo fulta perenne Deo.
Myſtica ſacra ſacre partis per quattuor orbis
Fert ſtudium Lucæ lucis ab arce piæ.
Ad genitum patris ſuper æthera, celſe Iohannes,
Scandis, & ex verbo verba colenda canis.
Eximij hi jaciunt latè myſteria Chriſti,
In ſenſu parili conveniúntque ſibi.
Plúſve minúſve vel æqua boant, ſua ſícque dehiſcunt.
Attamen effectus unus utrinque novus.
Hoc evangelium ſanat, blanditur, honorat,
Caſtigat, reficit, munit, honeſtat, alit.
Hic modus effandi, hic virtus, hic actio munda,
Hic cibus, hic potus, hic benedicta ſalus.
Hic vita, caritas, via, ſpes, verúmque, fidéſque,
Seu bona cuncta ſimul conſociata vigent.
His aſſueſce diù, hæc meditare, hæc dilige, ſive
In ſermone opere hæc habitare ſtude.
Rex bone, Rex ſapiens, Rex prudens, Rex venerande,
Rex Carole alme vale cum pietatis ope.
Det tibi ſceptra patris Ieſus, confirmet, adunet,
Præmia ſanctorum ut mereàris. Amen.

In fine codicis.

O decus, ô veneranda ſalus, ô ſplendide David,
Rex Carole alme vige cunctipotentis ope.
Gloria, laus, honor, omne decens, miſeratio, clemens,
Pictus es hic ſtudio artis ab eximio.
Sed quia tam hæc rutilans ſpecies it nonniſi fecit
Vera tui omnis cui cedit imago viri,
Es prior effigie, ſenſu prior, artibus, odis.
His prior aut illis, reſtat in ambiguis.
En bene grata tuis hæc ignoratio, David.
Fulget ubique locus lætitiæ nimius.
Fert & eis manifeſtè quòd ſis major utrinque
Magnis in cunctis omnibus orbe viris.
Iuſta jubes, injuſta vetas, mala cuncta recidis.
Dictis ſeu factis is via ſancta tuis.
Quæ canis ipſe facis, neque in his reprehenſio ſordet,
Aut in utroque niſi actio pura Dei.
Eccleſiæ fotor, cleris populíſque levamen
Ordinibúſque ſacris quam ſacer ordo ſatis.
Per te Pontifices pueros cum chriſmate ſancto
Nomine de Chriſti rite novare queunt;
Quis tribuis meritos merito deitatis honores,
Dum te ſubdis eis corde, opere, ore, fide.
Scis ideo ſervas quòd portio debeat ire
Prima tui Domini, qui dedit eſſe tibi.
Pauper, egenus, inops, vidua, orfanus, anxius, orbus,
His aliiſque datus es pater atque cibus.
Iudicij voluis totiens extrema diei,
Quòdque putris caro ſis ac perituras homo.
Propterea es juſtus, prudens, fortis, moderatus.
Semper larga manus, & pietatis opus.
Quis pluviæ guttas, numerum quis novit harenæ,
Te laudare poteſt pleniter aut meritè.
Ceu plumbum argento, æs auro, rus ſidere diſtat,
Gemma vitro, ſcandit plus tua fama modò.
Antè Brito ſtabilis fiet vel muſio muri
Pax bona quàm nomen deſit honóſque tuum.
Iam jam pro tanto, pro tali Rege profuſas
Orbis agat mecum totus abundè preces,
Vt valeat, vigeat, vivat per ſæcula felix,
Vtatur pace, proſperitate fruens,
Regnum habeat, teneat, dilatet, fulciat, ornet,
Addat ei jura legis ab arce pia,
Inſuper his habitis præclarè in tempore mortis
Perpetuam requiem hic mereatur. Amen.

In ultima libri pagina, ante imaginem cujus mentio facta eſt in Notis pag. 1276.

Hæc etiam pictura recludit qualiter heros
Offert Vivianus cum grege nunc hoc opus.
Ante ubi poſt patrem primites mundus amandus
Sigualdus juſtus ſummus aregarius.
Quis tribus eſt probitas, pietas, verúmque, fidéſque,
Cetera honeſta quoque conſociata ſimul.
Quartus his hæret junctus ſanctiſſime David,
Qui te vi tota mentis amore colit.
Hi proni tibimet Domino de parte beati
Martini ac fratrum ecce librum tribuunt;
Cujus honore rogant placeat, laudetur, ametur,
Scrutetur, proſit, auxilietur, alat;

In quo nil aliud quàm fratrum sola voluntas
Ex tua quas villis jussio reddiderat.
Reddis eas, Cæsar, Martini pro veneratu,
Domni seu precibus semper amabilibus
Perpetui, necnon Briccij tutamine sancti,
Próque aliis reliquis, ô paradise, tuis.
Immo magis pro te, Iesu salvator amate,
Sis ut ei vita denique perpetua.
Pro famulis nobis etiam oratoribus aptis,
Quos sitis obruerat, frigus, & atra fames.
O Rex, ô reverende, fiat renovatio fixa
A mercede tua sive salute tua.
Prævaleat regale decus, superétque potestas
Regum de more qui coluere bonum.
Præceptum genitoris, avi, proavi renovasti.
Hoc stet, hoc maneat, hoc nec obire queat.
Quod tua sancta manus nuper firmavit honestè
Præcepti serie, prorsùs eat stabile.
Quid facient alij Regis mutatio tanti
In facto hoc fuerit si hoste vigente malo.
I procul atque procul scelus hoc crudele per omne.
Tu propè justitia vince nociva, fuga.
Quas laudes tibi, quas grates, quæ carmina David,
Quod par dulce melos, vox lira, corda canet.
Nos siquidem psalmos, Missas speciale precamur,
Psallemus pro te, conjuge, prole, pie.
Sic nostri verè post nos quicunque futuri
Assiduas fundent multiplicésque preces.
Sint tibi spes, virtus, lumen, victoria, Christus,
Pax, laus continuè, Rex bone David ave.

FINIS.

NOVÆ ADDITIONES AD NOTAS.

Pag. 997. *linea* 56. *post* esse debere *adde.* Alibi pueros virgis non cædunt, sed eorum aures vellunt, præsertim in Gallia Narbonensi.

Pag. 1064. *linea* 9. *post vocem* Meldensis *adde*, & ex veteri charta Patriciacensi edita à Perardo in monumentis historiæ Burgundicæ pag. 42. *Proclamantes quòd non deberent episcopalem receptionem facere apud sanctum Marcellinum, quæ capella est, non vicus publicus.* Burchardus confirmat &c.

Pag. 1094. *linea* 5. *adde.* Offonis villæ monasterij dicati in honore sancti Leodegarij martyris mentio extat in præcepto Ludovici Transmarini quod à Perardo editum est in monumentis historiæ Burgundicæ pag. 165.

Pag. 1104. *post lineam* 43. *adde sequentia.*

Cella fraxilii] Certum est monasterium illud fuisse situm in Vasconia. Fortassis in diœcesi Ausciensi, cùm Cimorræ præponatur. In chartulario monasterij Cimorrensis legitur Sansastrum de Cella Fraxili feciſse conventionem *ut Sansfurt de Agun acciperet filiam suam nomine Sancia uxorem. Qui cùm vellet facere nuptias, Guillelmus de Beccava contradixit ei, quia erat senior ejus. Hoc audiens Sansfurt, dedit ei quinque solidos ut eam è toto relinqueret & firmaret sibi Sansaster generum suum & omnem progeniem ab ea descendemem.* In eodem chartulario reperitur mentio cujusdam Militis cui nomen erat Fortoni de Cella Fraxili, qui vivebat anno MCXXXIIII. Fortean Cella Fraxilij monasterium est quod hodie dicitur Cella-Medulphi, vulgò *Saumon*, in diœcesi Ausciensi.

Cimorra] Sic scribunt omnes veteres. At in tomo quarto Galliæ Christianæ scriptum est *Simorra.* Vetus monasterium beatæ Mariæ Virgini dicatum, in quo servantur reliquiæ sancti Ceratij & sancti Saturnini. Istius monasterij hos Abbates fuisse reperio in vetustis tabulis.

Forto, sive Fortunus, circa annum 1020.

Otto Archiepiscopus Ausciensis, circa an. 1030.

Pontius anno 1055. & 1068.

Gastonus.

Astarus.

Lærus, Astari successor, circa an. 1070.

Bernardus, Læri successor.

Pontius Episcopus Bigorritanus, circa an. 1076.

Petrus de Petiano, an. 1080. & 1090.

Vvillelmus an. 1118. & 1122.

Petrus 1143. 1146.

Piciano] vulgò *Pessan* in diœcesi Ausciensi. Vetus charta Cimorrensis monasterij: *Et mihi remansit hereditas monasterium quod vulgò dicitur Pestiano in honore constructum sancti Archangeli Michaëlis, sitúmque in territorio Astariacensi.*

S. Savini] in valle Levitanensi & diœcesi Tarbiensi. Vide historiam Benearnensem illustrissimi viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis lib. 9. cap. 2.

Pag. 1206. *linea.* 19. *adde.* Karlomannus Ludovici Balbi filius confirmavit anno DCCCLXXXI. commutationem factam inter Geilonem Episcopum Lingonensem & Baldricum fidelem Regis; ut patet ex ejus præcepto, quod Perardus edidit in monumentis historiæ Burgundicæ pag. 158.

Pag. 1207. *linea* 41. *post* Domini magna est *adde.* Heic tamen magnus dies non significat diem Paschatis, sed feriam quintam sanctæ hebdomadæ, qua pœnitentes reconciliabantur. Capitula Herardi Archiepiscopi Turonensis cap. 14. *in die magno cœnæ reconciliandi.* Alibi dies magnus &c.

Pag. 1218. *linea* 65. *adde.* Vide suprà pag. 1181.

Pag. 1233. *linea* 57. *adde.* Vide capitula Karoli Calvi tit. XXVIII. cap. 12.

Pag. 1266. *linea* 24. *adde.* Vetus glossarium collectioni Dionysij Exigui additum in veteri codice sancti Stephani Metensis qui nunc habetur in bibliotheca Colbertina: *Sedicioſus, id est, quê risos & dissensiones vel injurias necnon qui dicitur in rustica parabola ungareh.*

Pag. 1267. *linea* 64. *scribe sic.* Occasionibvs] Veteres libri & editio Sirmondi habent *occupationibus.* Nos tamen mutavimus &c.

Pag. 1269. *linea* 46. *adde.* Eccardi porrò Co-

mitis mentio plurima extat in monumentis historiæ Burgundicæ à Perardo editis pag. 22. & seqq. ex quibus colligitur filium illum fuisse Childebranni & Donnanæ, uxores porrò habuisse Aldegundem & Richeldim, & vixisse sub imperio Ludovici Pij & Karoli Calvi.

Pag. 1283. *post lineam* 24. *adde sequentia.*

Pag. 1238. SIGNVM BOSONIS] Karolus Calvus in præcepto pro monasterio sancti Benigni Divionensis apud Perardum in monumentis historiæ Burgundicæ pag. 154. *Boso karissimus noster Dux & Missus Italiæ sacrique palatij nostri Archiminister.*

Pag. 1283. *linea* 33. *post illa verba* debere dari *adde.* Fragmentum porrò istud epistolæ Leonis IV. sumptum esse ex ea quæ ad Episcopos Britanniæ scripta est docet Paschalis II. ad Baldricum Noviomensem seu Tornacensem Episcopum scribens. *Idem etiam Leo*, inquit, *Episcopis Britanniæ scribens, illis tantùm Ecclesiis quæ plebes vocantur deberi decimas indicat, ubi sacrosancta dantur baptismata.* Valafridus Strabo &c.

Pag. 1294. *post lineam* 57. *adde sequentia.*

Pag. 352. c. 3. INIVRIA] Dubium non est quin legi heic debeat *incuria.* Similem errorem nos olim sustulimus ex libro primo Salviani adversùs avaritiam, uti observatum illic est pag. 419. secundæ editionis.

Pag. 1300. *post lineam* 56. *adde sequentia.*

Pag. 614. HABEAMVS VESTRAM LICENTIAM] Iure tum per omnes provincias recepto, is qui electus erat Episcopus, si de Ecclesia ipsa non erat ad quam eligebatur, ordinari non poterat ad cathedram illam sine consensu Episcopi sui, ut patet etiam ex hoc loco. Extat autem insigne hujus rei exemplum apud Franciscum Bernardinum Ferrarium in libro 1. cap. 5. de antiquo ecclesiasticarum epistolarum genere pag. 29. epistola nimirum Rageberti Episcopi Vercellensis ad Andream Archiepiscopum Mediolanensem, quam heic describendam esse putavimus operæ pretium.

In nomine Patris Π & Filij Τ & Spiritus sancti A. Reverendissimo omnique sacra veneratione colendo Patri Andreæ sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopo Ragembertus sanctæ Vercellensis Ecclesiæ humilis Episcopus præsentem & æternam in Domino felicitatem. Quia sacris apicibus vestris Valfredum Ecclesiæ nostræ Subdiaconum vobis consecrandum Ecclesiæ Iporediensi ad votum cleri & populi Præsulem expetistis, nefas à nobis aliquid sanctis petitionibus vestris denegari existimantes, juxta morem & reverentiam canonicæ definitionis usque ad gradum Subdiaconi nostrorum prædecessorum sollicitudine promotum paternitati vestræ ad episcopalem cathedram Domino adminiculante concedimus promovendum. Ne ergo de ipsius vita & conversatione præsenti occasione quippiam almitati vestræ necesse sit ambigere, præsentibus humilitatis nostræ litteris eum prosecuti sumus, quibus illum in sacrosancta religione, in quantum audivimus & cognovimus, atque humana fragilitas existimare sufficit, hactenus conversatum fuisse testificamur, eúmque ad ministerium peragendum satis profitemur idoneum; de cujus etiam commendatione, ut omnis ambiguitas abstergatur, Græca elementa cum proprij supputatione numeri dignum duximus inserenda, Patris scilicet & Filij & Spiritus sancti primam litteram, Petri Apostoli primam litteram, nominis quoque nostri primam, vestri secundam, fratris proficiscentis tertiam, civitatis nostræ quartam, quarum numerus in summam deductus ipsas habet litteras consequenter adjunctas. Sed & numerum præsentis Indictionis eidem supputationi, sicut ratio dictat, credidimus adjiciendum. Addidimus præterea nonagenarium & nonum numeros, quibus divinæ figuræ jurisjurandi sine dubio patenter exprimuntur arcana. DCCCLXVII. ϖ, υ, α, τ, ρ, ϝ, ϡ, η, ζ, ἀμήν. Data Vercellis anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCIV. Indictione VII.

Pag. 1301. *linea* 2. *adde.* Adalbero Metensis Episcopus subscripsit anno DCCCLII. præcepto Ottonis Imperatoris pro monasterio S. Vitoni Virdunensis, & illic vocatur *Metensis Ecclesiæ Archimandrita*, ut fidem facit Meurissius in historia Episcoporum Metensium pag. 312.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX
TOMI SECVNDI.

A

ABbas ab omni congregatione eligendus. 373. 394 580. 582. 1038
Abbas eligendus cum auctoritate Episcopi. 1143. & seq.
Abbates subjecti sint Episcopis. 866
Abbas negligens removendus. 10. 132
Abbas adhiberur testis professionis monachi. 1199
Abbas si obierit. 263. 270
Abbates habeant suos Advocatos. 322. & seq. 337
Abbates veniant ad placita Missorum dominicorum. 337
Abbates si plenissimè homines suos non direxerint in hostem 360
Abbates canonici. 1090
Abbates Comites. 732
Abbates laici. 1127. 1257. & seq. 1274
Abbarum conventus Aquisgranensis. 755
Abbatissa eligenda cum consensu Episcopi. 1143. 1218
Abbatissa si obierit. 263. 270
Abbatissæ habeant suos Advocatos. 322. & seq 337
Abbatissæ si plenissimè homines suos non direxerint in hostem. 360
Abbatissarum temeritas damnata. 1136. 1243
Abbatiarum prælati. 53. 204
Abbatiam vacantem vicinus Episcopus & Comes provideant. 263
Abbatiam inregulariter tenere. 131
Abbatiolæ in beneficium datæ. 54. 205
Abbatiæ à laicis possessæ. 257
Abbo Episcopus Autissiodorensis. 121. 781
Abbo Episcopus Magalonensis. 276
Abbo Episcopus Nivernensis. 244. 275
Abbo Abba. 70. 1167
Abbo Abba S Mariæ Alaone. 631
Abbo Comes. 1433
Abdiraman Rex Sarracenorum. 817
Abel Archiepiscopus Remensis. 750. 1022
Abolæ Sarracenus, pater Abdiramanis. 817
Abolitio malarum machinationum atque molitionum. 118
Abrincatensis pagus. 69
Absconsè, id est, occultè. 1052
Absens, id est, abstentus à communione. 1238
Absida. 705. 1207
Absitates. 214
Absolutio à juramento fidelitatis. 39
Absus mansus. 1390
Acaptare. 81. 84. 774
Acceptare. 1503
Acceptor & accipiter. 684. 750. 830
Accessionis locus. 485
Accipitres nominantur ab accipiendo. 624
Accognitare. 83 97. 145. & seq. 775. Accognitari. 173. Accognitatio. 171
Accolæ sunt coloni sive adscriptitij. 897
Accolani. 428. 549 Eorum meritæ. 570
Accusare qui non possint. 362
Accusare Presbyteros qui non possint. 1205
Accusatio si injusta fuerit comprobata. 485
Accusationes Episcoporum occultè non fiant. 274
Accusator sumptus restituat quos post appellationem adversarium suum injustè compulit sustinere. 484. 977
Acephali monachi. 36
Acfredus Dux Aquitanorum. 1532
Acolythi accensores luminum dicuntur. 1356
Actardus Episcopus Namnetensis. 621. 976. 1267
Actio comitatus, ducatus, ac patriciatus, 380. 888
Actio, id est, officium, ministerium. 926
Actionarij, id est, officiales. 893. 1078
Actor dominicus. 706
Actores Ecclesiæ. 406. 440. reipublicæ, 337
Actum. 445. & seq.
Acupictile. 706. 1138
Ad adorandum pateant sancta sanctorum. 1138
Adalardi Abbatis Corbeiensis liber de ordine palatij. 1161
Adalardus Archiepiscopus Turonensis. 275. 1498
Adalardus Episcopus Arvernensis. 1526
Adalardus Comes. 138. 300
Adalardus Comes palatij. 265. 1187
Adalardus Comes palatij & Abbas Corbeiæ. 1212
Adalardus Abbas sancti Quintini. 1267
Adalardus Abba. 68. 79. 86. 88. 776. 1267
Adalardus Presbyter Ecclesiæ de Magniaco. 819
Adalbero Episcopus Metensis. 1576
Adalbertus Archiepiscopus Hammaburgensis. 1116. 1554
Adalbertus Episcopus Carcassonensis. 633
Adalbertus Episcopus Morinensis. 245. 616
Adalbertus Comes. 265
Adalbertus Vicecomes Emporitanus. 1541
Adalelmus Archiepiscopus Burdegalensis. 1112
Adalelmus Episcopus Catalaunensis. 1112
Adalelmus Comes. 222. 264. & seq 268
Adalgarius Episcopus Augustodunensis. 246. 251. 805. 1285. 1495. 1505. 1510. 1518
Adalgarius Missus dominicus. 68. 80
Adalgaudus Episcopus Vercellensis. 238. 243
Adalgaudus Presbyter infamatus. 249
Adallahus Episcopus. 1227
Adaluvinus Episcopus Ratisbonensis. 1057
Adalulfus Episcopus. 342
Adam Abbas Casaurensis. 1592. 1541
Adaulfus Episcopus Barcinonensis. 803. 1504
Adda. 359
Addisa. 359
Adelaidis Regina uxor Ludovici Balbi. 1501
Adelardus Episcopus Verodensis. 238. 243
Adelhulfus Episcopus Barcinonensis. 803. 1504
Adelelmus Comes. 300
Ademarus Vicecomes Scalarum & Abbas laicus monasterij Tutelensis. 1057
Adertisus pagus. 68
Adfatimæ epistolæ. 524
Adgnasci pro nasci sæpe apud Iurisconsultos. 944
Adhramire. 435. & seq. 552. 952
Adjacentiæ. 425. 441. 469
Adjectiones. 417
Adjectire. 396. 487. Adjectivus. 699. 849
Adjectus sit, id est, vadimonium deseruerit. 912
Adinventiones. 151. & seq.
Admallare. 387. 441. 449. 494. 699. & seq. 848. 851. 904
Administrator publici muneris. 347. reipublicæ. 5
Admodum pro *modo*. 987
Adnuntiare. 144. & alibi passim.
Adnuntiatio. 112. & alibi passim.
Ado Archiepiscopus Viennensis. 1493
Ado Episcopus. 343
Adoptationis formula. 413. 480. 526. & seq.
Adpretiare. 849
Adprisio. 1497
Adrebaldus Abbas Flaviniacensis. 1175
Adrevaldus illustratus. 996
Adrhamire. 693. 707. 844. 848. 1395
Adrhamire sacramenta. 1195
Adsalitura. 68. Adsalituras facere. 65
Adsallire. 390. 395. 485. & seq. 499. & seq. 687. 836. 916. 921
Adierviri. 337
Adtractus. 326. 407. & seq. 412. 420
Advenæ quos affligunt ministri reipublicæ. 69
Advenæ qui in partes istorum regnorum confugerunt. 66
Adventitij terræ quæ à Normannis devastata est. 189
Adventius Episcopus Metensis. 121. 163. 216. & seq. 301. & seq. 385. & seq. 781
Adventus Domini, 33

Advivere in caput. 488. 494
Adulationis tinea. 113
Adulteram si quis uxorem duxerit. 46. 339
Adulterij crimine damnatur quicquid in ea commissum fuerit quæ non sit legitima uxor. 839
Adulterium an sit justa causa dimittendi uxorem. 335. 1204. 1228
Adulterium si factum fuerit absque conscientia mariti. 1204
Adulterium si sanctimonialis femina fecerit. 322
Adunare. 85. 141. 199. 261
Adunati, id est, unanimes effecti. 48. 82. 201
Adunationem nemo faciat per sacramentum. 321
Adunationis firmitas. 142
Advocati, id est, judices. 152. 190. 333. 337
Advocati, defensores sive protectores. 707. 952
Advocari Ecclesiarum. 229. *& seq.* 435. 437. 458. Immunes ab hoste. 323
Advocati Episcoporum & Abbatum. 322. *& seq.* 337
Advocati Episcoporum justitiam faciant. 1053
Advocati jurisdictionem exercebant. 879
Advocato denuntietur ut latronem reddat. 66
Advocatio, id est, pagus in quo Advocatus justitias facit. 152
Advocatio non semper excusat ab expeditione hostili. 359
Ædui. 1231
S. Ægidij monasterium. 1099
Æneas Episcopus Parisiensis. 103. 607. 1262. 1484. *& seq.* 1491
Æneum, id est, caldarium. 700. 849
Æquale lance dividere. 412
Æqualentia dividere. 413. 456. 462. *& seq.* 505. 964
Æris inæqualitas. 1163
Æra conturbare. 1244
Æra, id est, numerus, caput. 1210
Ærarij regij scatum. 1491
Æras ordinandorum. 1128
Ætherius Episcopus Vivariensis. 245
Affatomiæ. 697. 847
Affidare per sacramentum. 1551
Aforis. 451
Aframitus. 448
Afri multùm abhorrebant ab appellationibus transmarinis. 1249
Africanæ provinciæ canones. 234. Eorum magna auctoritas in Ecclesia Gallicana. 1234
Africani Concilij statuta. 297. 597
Agathensi Concilio falsò tributum capitulum quoddam. 1232
Agaunense monasterium. 372. 870. 1295
Agelguida Imperatrix uxor Vvidonis. 1321
Agenda. 707
Agenda mortuorum. 1351. 1377
Agentes, id est, officiales, ministri. 888. 892
Agentes Ecclesiæ. 407. *& seq.* 427. 451. 473. 511. 519. 521
Agentes in rebus. 1078
Aggeres Ligeris. 707
Agilmarus Archiepiscopus Viennensis. 1188. 1441 *& seq.* 1458. 1465. 1467
Agilmarus Episcopus Arvernensis. 245. 275
Agiulfus Archiepiscopus Bituricensis. 1112
Agiulfus Abbas Solemniacensis. 1084. 1425
Agius Episcopus Aurelianensis. 17. 19. 51. 57. 607. 759. 1261. 1267. 1460
Agnati sunt qui per virilem sexum descendunt. 1238
Agnatio si de servo apparuerit. 537
Agnationis charta. 422. 447. 960
Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis. 1112. Ejus liber adversùs legem Gundobadam. 1074
Agrarium, vectigal agro impositum. 948
Agrum perdat qui censum negligit. 37
Ahyto Episcopus Basileensis explicatus & emendatus. 1208. 1211. 1226
Aimarus Episcopus Ruthenensis. 246
Aimericus Archiepiscopus Narbonensis, 634. 1301
Aimericus Episcopus Rotensis. 632
Aimericus Episcopus Ripacurcensis. 676. *& seq.* 1304
Airardus Archiepiscopus Ausciensis. 1113
Airboldus Comes. 238. 243
Aizonis defectio & irruptio in regnum. 1113
Alaone monasterium. 631. 1301
Albani, advenæ. 707. 1418
Albariæ mons. 1497
Albechouva. 223
Albericus Episcopus Lingonensis. 1149
Albericus Comes. 238. 243
Albustus Abbas Ferrariensis. 246
Albricus Cardinalis Romanæ Ecclesiæ. 1216. 1556
Albricus Episcopus Lingonensis. 1175
Alciodrisus pagus. 70
Alcuinus. 754. 1047. E Britannia evocatus à Karolo M. 1063
Abbas S. Martini Turonensis. 1401. Ejus epistola ad Candidum & Nathanaëlem. 1062. Ejus non est libellus de ordine baptismi. 1070. Libros manu sua describebat. 1161
Alcuinus illustratus. 1059. emendatus. 1245
Aldebertus hæreticus. 719
Aldiones. 686
Aldiones fieri non possunt qui per triginta annos fuerunt liberi. 330
Aldioni nova conditio non imponatur à domino suo. 334
Aldricus Archiepiscopus Senonensis. 1112
Aldricus Episcopus Cenomanensis, 51. 764. 1455
Aldrigus Comes. 1468
Alduinus Episcopus Avinionensis. 244
Alegrerus Abbas S. Germani Autisiodorensis, 1412
Alexander Archiepiscopus Viennensis, 1527
Alexander Abbas. 636
Alexander martyr quievit in monasterio Lebbraha. 59
Alienas res si quis cuilibet homini vendiderit. 335
Alienationis nomine intelligitur quæcunque traditio perpetua. 1175
Alienaverit si quis res suas & super eas resider. 322
Alienigena Clericus non ordinandus. 1556
Allocutio Missorum dominicorum. 1259
Almeradus Episcopus Helenensis. 1535
Alnini fustes. 705
Aloarius, 452. *& seq.* 962
Alode seu hereditas. 875. 895
Alodem si quis habuerit in comitatu unde fugit. 227
Alodes. 66. 70. 88. 144. *& seq.* 147. 184. 264. 480
Alodes petere. 198
Alodes in sua manu tenere. 197
Alodes in fiscum recipiantur. 230
Alodes evindicatus. 493
Alodes parentum. 382. 392. 405. 407. 412. *& seq.* 461. 463
Alodis, id est, proprietas. 54. 105
Alodis, id est, terra paterna & aviatica. 703. 707. 853
Alodis est propria cujusque possessio. 761
Alodis divisio quomodo facienda. 386. 902
Alodium. 1500
Alodium est fundus liber nullius juri obnoxius. 1183
Alodum. 287
Altapetra. 223
Altare apertum. 808
Altare statuatur si necessitas populi id exegerit. 24
Altaria ab Episcopo benedicenda. 871
Alteserra castigatus. 1192
Altfridus Episcopus Hildesheimensis, 137. 164. 208. 222. 784. 797
Altulfus Senescalcus Imperatricis. 1188
Altmarus Missus dominicus. 68
Altuimons. 224
Amalarij Abbatis eclogæ de officio Missæ. 1352
Amalarius Archiepiscopus Trevirensis. 1070. 1110
Amalarius Diaconus. 1142
Amalo Archiepiscopus Lugdunensis. 39. 760
Amalricus Archiepiscopus Turonensis. 49. 51. 57. 1267
Amalricus vocatus Episcopus. 343
Amalricus Canonicus Virdunensis. 815
Amalvvinus Archiepiscopus. 342
Amatheus Episcopus. 1112
Amba locella. 428
Amba pro *ambo* scripsum olim. 1126
Ambascia dominica. 681
Ambasciare. 1501
Ambianensis pagus. 69
Ambitiosi ab altaribus removendi. 296
Amblardus Archiepiscopus Lugdunensis. 1100
Ambo, pulpitum. 708. 1147
Ambrosianum officium. 731
S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis libros scribebat manu propria. 1161
S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis illustratus. 993. emendatus. 1120
Ambulare. 84. 485. *& seq.* 503
Amictus. 462. *& seq.* 547. 966
Amissatius. 694. 844. 990
Amortizatio. 877
Ampliare. 512
Ampullæ duæ vel tres in cœna Domini. 1170
Amulæ populorum. 2359. *& seq.*

Amulo Archiepiscopus Lugdunensis. 29. 760. Ejus locus insignis de dignitate Ecclesiarum baptismalium. 1065
Ana Abbas S. Hilarij in diœcesi Carcassonensi. 1462
Anastasius Archiepiscopus Senonensis. 1302
Anastasius Abbas Conchensis. 1424
Anathema quomodo imponendum. 36
Anathema ecclesiasticum. 96
Anathematis auctoritas. 92
Anathematis pœna ubique olim inserta. 874
Anaticula. 448
Ancilla Regis. 839
Ancilla fit mulier quæ se alieno servo jungit. 690
Ancillam si quis vendiderit. 419
Ancipire alicubi legendum pro *accipere*. 2191
Ancorata navis. 299
Andana. 224
Andedi. 1050
Andegavensis pagus. 69
Andegavus pagus. 1436
Andelangum. 525. 525. & *seq.* 532. 536. 545. 549. 555
Andelaum. 749
Andernachum. 858
Ando Abbas Stabulensis. 1084
Andorrensis pagus. 1481
S. Andreæ Suredensis monasterium. 1301
S. Andreæ Viennensis monasterium. 1507
Andreas Patriarcha Aquileiensis. 552. 1194
Andreas Archiepiscopus Mediolanensis. 1575
Andreas Archiepiscopus Tarantasiensis. 1112
Andreas Episcopus Florentinus. 238
Andreas Missus dominicus. 359
Aneta. 684. 830
Angaria, vehiculi genus. 1138
Angariæ. 116. 400
Angelorum nomina ignota non recitanda. 708. 1125
Angelramnus Episcopus Meldensis. 669
Angelvuinus Episcopus Parisiensis. 599
Angenulfus Episcopus Gabalitanensis. 244
Angilbertus Archiepiscopus Mediolanensis. 551. 1194
Angilbertus Abbas Centulensis. 734
Angilramnus Archiepiscopus Metensis. 1047 Ejus fraus notata. 1233
Anianum monasterium. 1072. & *seq.* 1099. 1118
Anianus Abbas Caunensis. 1044. 1090. 1399. 1453
Anima est pretiosior corpore. 9
Annalis optio. 575
Annona. 837
Annotina Pascha. 1317. & *seq.*
Annotinum Pascha. 1158
Annus inchoatus habetur pro completo. 1254
Annus & dies debet esse evidenter expressus in scripturis legitimis. 1540
Annouvarech Brito. 1456
Ansa villa. 1337
Anscarius Subdiaconus, pervasor Ecclesiæ Lingonensis. 130
Anscharius Archiepiscopus Hammaburgensis. 1116. 1554
Anscharius Comes. 1521
Ansegaudus Episcopus Abrincatensis. 57
Ansegisus Archiepiscopus Senonensis. 243. 248. & *seq.* 271. 275. 609. 805
Ansegisus Abbas Fontanellensis. 1206
Ansegisus collector Capitularium, instituti sui immemor. 755
Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis. 1556
Anselmus Episcopus Lemovicensis. 245
Ansgardis uxor Karoli simplicis. 812
Ansgarius Archiepiscopus Hammaburgensis. 1116. 1554
Ansovinus Episcopus Camerinensis. 1235
Anspertus Archiepiscopus Mediolanensis. 257. 243
Antecessare. 692
Antiphonarium. 1256
Antonacum oppidum ad Rhenum. 857. 987
S. Antonini monasterium. 1098. 1434
Antonium. 224
Antonius Augustinus emendatus. 994
Antrustio. 386. 898
Apennis. 460. 484. 965
Aperti honores. 808
Apium vas. 830
Apum examen dispersum revocare. 663
Apocrisiarius Romanæ Ecclesiæ. 247. 249. & *seq.*
Apocrisiarius palatij. 713
Apollinarius Abbas Flaviniacensis. 1084
Apostata est qui à fide recedit. 167
Apostatæ vocatur Clerici qui se ab Episcopis non suis ordinari procurant. 1556
Apostoli parem honorem & potestatem cum Petro acceperunt. 1369
Apostolici vocabantur olim omnes Episcopi. 874
Apostolicus Præsul. 1141
Apostolicus. 77. 165. & *seq.* 237. 248. 250. 261. 317. 319. 774. 1216. 1362. 1368
Apostolus mendum sublatum. 1173
Apparuere. 464
Appellatio injusta si comprobata fuerit. 484
Appellationes ad sedem apostolicam. 1249
Appendiciæ. 469
Appennis. 460. 484. 965
Aprincatus pagus. 69
Aprisio. 27. & *seq.* 1080. 1400. 1405. & *seq.* 1425. 1503
Aptificare. 421. 490. 508. Aptificatum. 505
Apud variæ significationes. 963
Aquæ calidæ seu frigidæ exorcismus. 639. & *seq.* 708
Aquæ ferventis judicium. 332. 849. 1189
Aquam nemo hospitibus deneget. 358
Aquense districtum. 223
Aquensis metropolis diù sine Episcopo fuit. 1072
Aquensis abbatia. 223
Aquiliana stipulatio. 975
Aquis sedes regia. 1080
Aquis palatium. 1074. & *seq.* 1184. 1423
Aquisgranensis synodus universalis. 1059
Aquisgranensis Abbatum conventus. 755
Aquisgranensis pactio inter Karolum Calvum & fratrem ejus Ludovicum. 221. 799
Aquisgrani palatij thesauri. 297
Aquitani qui à Karolo desciverant. 79. 774
Aquitania. 25. 43. 240. 1413. Karolo Calvo in partem obtigit. 51
Aquitanica afflictio. 70. 772. & *seq.*
Aquitanicum regnum. 266. 1458. 1465
Arbertus Archiepiscopus Ebredunensis. 1468
Arbor inserta, signata. 840
Arbores sacrivæ. 683
Arborum superstitiones. 1131
Arcamboldus Abba. 1267
Archicapellani dignitas imminuta in regno Italiæ. 1294
Archicapellani & Archicancellarij officia olim conjuncta. 1047
Archicapellanus apex olim fuit & caput omnium dignitatum palatinarum. 758
Archidiaconi ministerium. 872
Archidiaconi ministerium in ordinatione Episcoporum. 1372
Archidiaconi auctoritas. 1560
Archidiaconus præponitur Archipresbytero. 1111
Archidiaconus præerat libertatibus quæ in Ecclesia dabantur. 968
Archidiaconus solus solet implere oblationes priorum. 1360
Archidiaconus monachos reos ducit ad audientiam synodi. 52
Archiepiscopatus pallium. 1220
Archiepiscopi ordinandi professio. 618
Archiepiscopi sine Episcopis nihil debent præsumere. 101
Archiepiscoporum auctoritas. 1234
Archiepiscoporum est indicere conventus synodales. 102
Archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat. 755
Archiepiscopus si propter infirmitatem ministerium ecclesiasticum exhibere non potuerit. 35
Archiepiscopus si defunctus fuerit. 265
Archij publici. 532
Archij basilicæ. 529
Archimandrita, id est, Archiepiscopus vel Episcopus. 630. 1300. 1576
Archimboldus Comes. 1443
Archiminister. 1575
Archipresbyteri auctoritas. 1560
Archipresbyteri constituti sunt per decanias. 23
Archipresbyteri prohibentur reditus Ecclesiarum ad proprias domos adducere. 353
Archipresbyteris suis dominari laici præsumunt. 353
Archipresbyteros suos Episcopi non gravent quum parrochias suas circumeunt. 356
Archivi basilicæ. 571
Arcibus Ecclesiæ episcopij. 449. 457
Arcipibus publicis. 950
Arcitti tres. 70
Ardo, qui & Smaragdus. 1044. 1072
Ardobertus Archiepiscopus Senonensis. 750. 1024
Arduenna. 223. & *seq.* 268. 280. 1100

Areæ venditio. 493
Arelatenſi Archiepiſcopo contributæ civitates novem. 753
Aream ſi quis vendiderit. 418
Argentaria civitas. 39
Argentum examinatum & puriſſimum. 278
Argentum niſi purificatum non vendatur. 185
Argentum accipere ad purgandum. 178. 792
Argutarius. 819
Aribannus. *Vide* Heribannus.
Ariſonſus Abbas monaſterij Malaſti. 1537
Arimania. 586. 899. 1295
Aripennus. 463. 473. 966
Ariſiada. 338
Ariſtallium. 268
Ariſtato. 687. 701. 835
Ariſtio. 359
Arlon. 224
Arma plus poſſunt quàm preces ſacerdotum. 1133
Arma ſacerdotes non tractent. 241. 1131
Arma deponere debet qui publicè pœniter. 1114
Arma nullus extraneo dare aut vendere præſumat. 186
Arma uſurpata in juramentis. 1295
Arma infra patriam non portanda. 1211
Armorum depoſitio. 190. 333
Armaldus Epiſcopus Arvernorum. 1530
Armiſcara, id eſt, ſella. 360
Arnaldus Epiſcopus Leucorum. 246. 266. 276
Arnaldus Abbas Cauonenſis. 1557
Arno Archiepiſcopus Iuvavenſis. 1057. *& ſeq.* 1112. 1237. 1435
Arnulfus Epiſcopus Gerundenſis. 1540. *& ſeq.*
Arnulfus Epiſcopus Tullenſis. 218. 301. 303
Arnulfus Comes. 264. *& ſeq.* 1468
Arpennis. 562. 860
Arpennus. 534. *& ſeq.*
Arſanoquita, hoc eſt, cubans cum maſculo. 1372
Arthemius Epiſcopus & Miſſus dominicus. 359
Artmanus Comes. 1227
Arulenſe monaſterium. 1103. 1303. 1448. 1512
Arx Metropolitani. 1010
Aſairæ famulæ manumiſſio. 825
Aſcenſio Domini quo die celebranda. 191
Aſclipiodotus Patricius. 988
Aſcus. 837
Aſilienſe monaſterium. 1104. 1554
Aſſalituræ in domos. 162
Aſſalturæ. 228
Aſſimilare. 324
Aſſumptio ſanctæ Mariæ. 1171. 1177
Aſtenidum. 268
Aſter Abba S. Petri Taberna. 631
Aſter Abba S. Michaëlis Cuxanenſis. 631
Aſtulphus Rex Longobardorum. 1541
Aſyla Eccleſiarum. 234. Quibus opitulari non debeant. 1034
Atrium Eccleſiæ. 332. 860. Ejus infractio. 1549
Atſerus Archiepiſcopus Lundenſis. 1116
Atſerus primus Archiepiſcopus Lundenſis. 1556
Attelæ comitatus. 70
Attiniacenſis conventus. 1110
Attiniacum. 69. 234. 268
Attiniacum palatium. 135. 294. 772. 857
Atto Epiſcopus Virdunenſis. 131. 137. 163. 217. 501. 503. 782
Ava Abbatiſſa ſanctæ crucis Pictavenſis. 1097
Ava Comitiſſa Ruſcinonenſis. 1303. 1543
Avaliſus pagus. 70
Avaria. 1069
Avaritiæ & rapacitatis ignis. 155
Aucæ. 381. 893
Aucellatores. 1050
Auctorabilis firmitas. 214
Auctoritas regia. 198
Auctoritas aliquando ſignificat diploma. 883
Audacer Abbas Cormaricenſis. 1485
S. Audardi abbatia. 1435
Audax Archiepiſcopus. 342
Audegatius Abbas Iuncellenſis. 1519
Audefindus Epiſcopus Roſcellenſis. 803. ſive Helenenſis. 1497
Audet jurare. 1130
Audientia ſynodi. 52. epiſcopalis. 1547. palatina. 286
Auditorium, locus ubi ſanctimoniales conveniri poſſunt. 1143
Aventinus caſtigatus. 1178
S. Augentij monaſterium. 224
Auguſta Tricaſſium. 275
Auguſtchirche. 223
Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis nunquam locutus eſt ſolus cum feminis. 1215
Auguſtinus cum ſorore ſua noluit habitare. 1215
Auguſtini ſermo de martyribus & phylacteriis. 737
Auguſtinus emendatus. 1127. 1214
Auguſtinus Valerius Cardinalis Veronenſis. 1064
Auguſtuduni pagus. 70
Auguſtudunenſes canones. 577
Aviaticæ res. 858
Avitus Epiſcopus Viennenſis emendatus. 1186
Aula auguſtalis. 315
Aurelianis civitas. 134. 178. pagus. 70
Aurelianenſis Eccleſia laborans confuſione maxima. 17
Aurelianus Archiepiſcopus Lugdunenſis. 144. 275
Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis. 620
Auriculas puerorum torquere. 597. 1573
Aurigena monaſterium. 631
Auruco Vicecomes Ruſcinonenſis. 1541
Aurum liqueſcit in literas. 1276
Auri puriſſimè cocti libra vendatur duodecim libris argenti. 185. 793
Auſcienſis Archiepiſcopus Novempopulaniæ Metropolitanus. 1113
Auſonenſis comitatus. 1525
S. Auſtremonius Arvernorum Epiſcopus. 1483
Auſtria. 1413
Autcarius Archiepiſcopus Moguntinus. 1112
Autrannus Comes. 1468
Auva monaſterium. 1380
Avunculum ſuum ſi quis interfecerit. 1379
Azo Epiſcopus Eporedienſis. 238. 243

B

Baculi à monachis pro neceſſitate ferantur. 1092
Baculus paſtoralis. 274
Baculus, id eſt, orationes ſanctorum. 1358
Badaradus Epiſcopus. 343
Bagenſoviſus pagus. 68
Bagiſinus pagus. 69
Baierna villa. 134
Bainbergæ. 991
Baio. 236. 1282.
Bajocacenſis comitatus. 1440. 1475. epiſcopatus. 136
Balationes. 709. 1226. *& ſeq.*
Baldricus Epiſcopus Trajectenſis. 300
Balduinus Comes. 265
Balduinus Comes Flandriæ. 669. Iudith ſibi futuratus eſt in uxorem. 166. 789
Balfridus Epiſcopus Bajocenſis. 1267
Baligera, ſtulta. 1217
Baliſtæ & ſagittarum uſus cognitus veteribus Francis. 999
Ballematiæ. 1216
Balma monaſterium. 223. 1094
Balnearum uſus. 1084
Balneolenſe monaſterium. 1301. 1425. 1518
Baltfridus Epiſcopus Bajocacenſis. 57
Bannire. 143. *& ſeq.* 148. 228. 397. 785. 927
Bannire ad placitum. 321
Banniri & manniri. 176. *& ſeq.* 790
Bannum plenum ſolvere. 184
Bannum perdonare. 185
Bannum reciſſum. 318
Bannus reſiſus. 190. 436
Bannum Epiſcopi ſi quis parvipenderit. 364
Bannus dominicus. 67. 709. *& alibi paſſim.*
Bannus francilis. 151. *& ſeq.* 787
Banſatrices. 985
Baptiſmatis ſacramenta. 1136. 1402
Baptiſma celebratur in Paſchate & Pentecoſten. 1211. 1403
Baptiſmus valet ſi factus ſit in nomine Trinitatis. 1202
Baptiſmus fieri debet ſub trina merſione. 1202
Baptiſmus pretio conſtare non debet. 625
Baptiſmatis officium in ſuam Eccleſiam transferre. 339
Baptiſma parvulorum. 1559
Baptiſmales Eccleſiæ. 242. 1063. 1283
Baptiſmales Eccleſias ſi Epiſcopus cuilibet dederit. 341
Baptiſterium publicum. 1028. 1063
Baptiſterium conceſſum Eccleſiæ de Munz. 1555
Baptiſteria Preſbyteris celebrare non licet ſine licentia Epiſcopi. 233
Baptiſterium, id eſt, liber de ordine baptiſmi. 1156. 1159. Vnuſquiſque

quisque Presbyter habeat & bene sciat. 1066. 1156
Baptizandi sunt de quorum baptismo dubitatur. 1225. 1240
Baptizati à falsis Episcopis an iterum baptizandi. 1246
Baptizatus à Presbytero non baptizato. 1220
Baptizentur à paganis baptizati. 709
Baptizatur à mortuo qui mundatur fletibus à peccato. 124
Barba olim monachos literatos distinxit ab illiteratis. 1084
Barcaniare. 132. 787. 1270
Barcino civitas. 25. pagus. 233. 803
Barcinonensis Episcopus. 233. 803
Barginiare. 1270
Bargus, ramus. 706
Batigildi. 190. 795
Batmarus. 100. 777
Baro, id est, vir. 77. 566. 692. 996. 774
Baroni viam suam ostare. 1306
Baronius manu sub dominantis erat. 1260
Baronius vindicatus, 1200. castigatus. 1059. 1111. 1117
Barrense. 224
Barrisus pagus. 68
Bartholomæus Archiepiscopus Narbonensis. 1112
Basalchouva. 223
Baschara villa Ecclesiæ Gerundensis. 1416
Basilea interdum vocata Basula. 1278
Basilica sanctæ crucis. 134. S. Castoris. 137. 783. S. Martini. 469
Basilicæ omnes in Episcoporum potestate consistant. 134. 1547
Basiniacum. 225
Basiu. 84. 775
Bassallus Comitis. 359
Bassi dominici. 360
Bassum Longobardi dicebant pro vasso. 1077
Bastonicum, arctissima custodia. 160. 709. 777
Basula, id est, Basilea. 222. 1278
Batlingiæ, panni linei. 1050
Battere. 188. 709. 795
Battere hominem. 1189. mulierem gravidam. 1305
Batua. 223
Bauga, id est, armillæ. 1198
Becco Episcopus Lingonensis. 953
Bedagouva. 223
Bedense. 224
Begere Comes. 1468
Bego Abbas Conchensis. 1553
Bego Episcopus Arvernensis. 630
Belgica regio. 217
Bellum cum vitiis. 120
Belnisus pagus. 70
Belvacus civitas. 19. 77. 759
Belvacensis pagus. 69
Benco Comes. 1535
Benedicere, id est, consecrare. 886
Benedictio nostra postulatio est apud Dominum ut benedicere dignetur. 1566
Benedictus Abbas Anianensis. 755. 1044. 1072. *& seq.* 1083. 1090. 1092. 1118. 1585
Benedictus Abbas Iuncellensis. 1393. 1520
Benedictus Episcopus Cremonensis. 237. 243
Beneficij definitio. 932
Beneficia. 54. 184. 205. 287. 494
Beneficia ecclesiastica. 56. 208
Beneficia præstita. 32. 451. 454. 463. 519
Beneficia destructa. 149. instauranda. 357
Beneficia sive bona fiscalia. 875. 895
Beneficia vassallorum dominicorum. 31
Beneficium si quis acceperit ab eo cui se commendavit. 29
Beneficia illorum qui cum Rege vadunt sub immunitate maneant. 266
Beneficium amittere. 330. 360
Beneficiare usufructuario ordine. 490
Beneficiarium munus. 1433
Beneficiarium jus. 31. 60. 262. 761. 1265
Beneficiatæ res. 109
Beneventum. 358. 362
S. Benigni Divionensis monasterium. 909
Bera. 1500
Bera Comes Barcinonensis. 1286. 1490
Berardus Episcopus Viridunensis. 246
Berbices. 1011. 1139
Berch. 222
Berchitanus episcopatus. 676. *& seq.*
Berengarij ministerium. 359. comitatus. 68
Berengarius Episcopus. 1522
Berengarius Comes. 1267. 1545
Berengarius Comes Brivatensis. 1426
Berengarius Missus dominicus. 68. 79. 86. 88. 776
Bernardus Archiepiscopus Viennensis. 1111. 1162. 1403. *& seq.* 1407. 1432. *& seq.*
Bernardus Comes. 238. 243. 264. *& seq.* 267. 1468. 1496
Bernardus Comes Barcinonensis. 803. 1450
Bernardus Comes Arvernorum. 1258. 1483
Bernardus Comes, Dux, atque Marchio. 1301
Bernardus Dux Septimaniæ. 1175
Bernardus Vicecomes Vitellensis. 1304
Bernardus Comes Abbas Brivatensis. 1474
Bernardus Marchio. 1503
Bernardus Comes Bisuldunensis. 1304. 1522
Bernardus Abbas. 1267
Bernardus Abbas Tutelensis. 1098
Bernardus Abbas Solemniacensis. 1285. 1499
Bernardus Abbas S. Mauricij. 1528
Bernardus Abbas sancti Afrodisij Biterrensis. 1099
Bernarius Episcopus Gratianopolitanus. 244. 275
Berno Episcopus Catalaunensis. 276
Bernoinus Archiepiscopus Vesontionensis. 1112. 1435
Bernoinus Episcopus. 1112
Bertiniani annales emendati. 1192. 1278
Bertmundus Archiepiscopus Ebredunensis. 244
Bertrandus vassus dominicus. 1424
Bethleem monasterium. 246
Betto Missus dominicus. 84
Beudo. 698
Bibere in hoste nemo cogatur. 1166. 1186
Biblia Metensia delata in bibliothecam Colbertinam. 1276
Biblia monasterij sancti Dionysij. 1277
Biblia Fossatensia. 1273
Bibliotheca, id est, sacra Biblia. 1568
Bibliotheca divina. 1160
Bibliotheca veteris ac novi testamenti. 1456
Biduana, id est, jejunium duorum dierum. 1111
Bigo Comes. 1454
Birico Episcopus Vapincensis. 1444
Bisiane. 223. *& seq.*
Bisuldunense monasterium. 1447
Bisuldunensis pagus. 1510. 1528
Biterrensis comitatus. 1444. pagus. 1519
Bitorige. 1196
Biturigensis Archiepiscopi primatus. 1112
Biturigensis Archiepiscopus multa ausus olim est adversus Narbonensem. 1072
Blanditia. 1181
Blasphemare. 529
Blasphemia. 229
Blasphemum si quis Comiti non præsentaverit. 230
Blesum castrum. 977
Blesius pagus. 69
Blesischouva. 223
Bodina. 1512
Bodo Episcopus Aquensis. 238
Bodonis monasterium. 225
Bodradus Comes palatij. 238. 243.
Bongarsius laudatur. 879
Bonifacij IV. decretum de libertate monachorum est dubiæ fidei. 1243
Bonifacius Episcopus Moguntinus. 732. 1021. Capitula ei falsò adscripta. 1073
S. Bonifacij monasterium. 1094
Bonifacius Comes. 1175
Bonitus Abbas Balneolensis. 1425
Bonna castrum. 299
Bonnense pactum. 814
Bonoilum. 77. 773. 1061. 1266
Borrellus Comes Barcinonensis. 1541. 1545
Borrellus Dux Gothiæ. 1119
Borrellus Episcopus Rotensis. 631. *& seq.*
Boso. 165
Boso Comes. 300
Boso Abbas. 1293
Boso Dux & sacri palatij Archiminister, 238. 243. 265. 267. 804. Missus Italiæ. 1375
Boves jungere non licet die dominico. 1138
Boum mortalitas tempore Karoli M. 1069. 1199
Bovo Episcopus Catalaunensis. 300. 815
Brachile. 691
Brachij sui carnem devorare. 285
Brachium in collum ponere. 508
Brachius mancus. 1007. 1019

Braghantum. 224
Braghantenſis pagus. 75
Braidingus Epiſcopus Matiſconenſis. 57. 1267
Brantolmurij monaſterium. 1096
Brebitarij. 1056
Bremundus Vicecomes Auſonenſis. 1545
Breona villa. 135. 1269
Breonenſis tumultus. 778
Breve ſacramenti. 486. 492. & ſeq. 978
Breve in vicem venditionis. 498
Breves. 55. 68. 206
Breves reportare. 53. 203
Brevis mercatorum. 182
Breviarium, liber officiorum eccleſiaſticorum. 1159
Brioniſſi duo. 70
Brittennacus monaſterium. 615
Brittones. 69
Brittonum regnum. 266. 809. Dux. 42. Epiſcopi. 131. 782
Brittonum oppreſſio. 66
Brivatenſis comitatus. 1416. 1483 1526. 1531
Broilus Compendij. 281. 813
Brouverus caſtigatus. 1110
Brunia. 710 optima. 1400
Bruniam nullus extraneo dare aut vendere præſumat. 186. 793
Bruſtio fluvius. 293
Buccellæ. 710
Bulgari regnum Francorum invadunt. 1113
Bulla, id eſt, ſigillum. 1184. 1486
Bunuarium, modus terræ. 980
Bunuaria. 1389
Bunuaria tanta de terra arabili. 497. 545
Burchardus Epiſcopus Carnotenſis. 50. 69. 765
Burchardi Vvormacienſis Epiſcopi fraudes. 1024. 1026. 1123. 1130. 1136. 1139. 1144 1148. 1150. & ſeq. 1163. 1165 & ſeq. 1169. 1172. 1175. & ſeq. 1184 & ſeq. 1190. 1196. & ſeq. 1204. & ſeq. 1212 1219. & ſeq. 1226. 1233. 1245. 1257. 1288
Burdegala caput regionis Novempopulanæ. 1071
Burgundia. 240. 1413
Burgundiæ regnum. 196. 580. & ſeq. 1465
Burgundiæ diviſio. 1117
Burgundiones. 1231
Burire leudem. 500
Buttricularius. 711

C

CAballarij. 1069
Caballi paſtus. 199. 400. 930
Caballi pro redemptione dantur. 186
Caballi oblati Regibus. 1062
Caballos mittere ad herbam. 67
Caballos ſuos pagenſibus Francis nemo per violentiam tollat. 186
Caballum nemo comparet de ignoto homine. 698
Caballus exorticatus. 855
Caballicare. 1008. 1376
Cabillonum. 178. Cabillonenſis pagus. 70
Caciare, id eſt, venari. 268
Cadiſſe pro cecidiſſe. 502
Cadivus. 419. 497. & ſeq. 943. 1019
Caduceus. 1019
Calceus in ſcripturis nota dominationis. 853
Calciamenta monachorum. 1237
Calciamenta depannata. 157
Calculandi peritiam habeant Preſbyteri. 1135
Caldariæ exorciſmus. 661
Calmontis. 223. 224
Calumnia, id eſt, actio. 919. 970
Calumniam generare. 534. ingerere. 590. ſtabilire. 525
Calumniare. 493. 515
Calumniatoris pœna. 836
Camara. 502
Cambiare, id eſt, commutare. 152. 1019. 1541
Cambitio. 589
Cambium. 589
Camborta. 692
Camera regia. 179
Cameracum, Cameracenſis comitatus. 224
Camiſa. 703. 853
Camiſia glizzina. 741
Camiſus pagus. 68
Campio. 711
Campobas. 1373
Campum ſi quis vendiderit. 419
Campus, ſive lex duelli. 711
Cancellarij eligantur boni & veraces. 322. & ſeq. 1292
Cancellarius. 711
Cancellarius regius. 151. 787
Cancellarius palatij. 67. 194
Cancellarius dimidiam libram accipere poteſt de majoribus ſcriptis. 324. 330
Candelabra ſeptem cur portentur in Eccleſia. 1354
Candelæ cur in Eccleſia. 1356
Candelæ cur ex inguantur poſt lectum evangelium. 1359
Canigonenſe monaſterium. 1102
Canis ad vomitum ſuum rediens. 158. 1299
Canis furens ſi quem morſu in pede laceraverit. 1378
Canis ſeuſius. 829
Cani femiæ ſi quis ſe inrationabiliter miſcuerit. 1378
Canones eccleſiaſtici. 213
Canonum ſacrorum ſtatuta. 283. Eorum auctoritas. 9. 15
Canones intelligant & obſervent Epiſcopi. 25
Canones ſuos unuſquiſque Preſbyter habeat & intelligat. 1377
Canonica vita. 1479
Canonica lex conſervanda. 19
Canonicæ literæ. 597
Canonici infra dormitorium dormiant. 30. 35
Canonicorum monaſteria. 110
Canonicorum uniuſcujuſque monaſterij numerus deſcribatur. 53. 204
Canonicorum certus numerus in monaſterio Corbeienſi. 1247
Canonicorum Tornacenſium numerus tricenarius. 76
Canonicus ordo. 1416. habitus. 1115
Cantare in Eccleſia. 1168
Cantica turpia prohibeantur. 1226. & ſeq.
Cantiones ſacrilegæ. 735
Cantorum ſchola. 1184
Cantus Gallicanus. 721
Cantogilenſe cœnobium. 1537
Capatienſe monaſterium. 1102
Capella, id eſt, capſa reliquiarum. 713 925
Capella Domni Martini. 396. 924. & ſeqq.
Capella Regis. 1045
Capella de Munz. 1555
Capellæ in beneficium datæ. 54. 205
Capellæ matri Eccleſiæ ſubjectæ. 624. 1064. & ſeq. 1456
Capellæ non ſunt in vicis publicis. 1573
Capellæ quæ ſine dote & parrochia ſunt. 1577
Capellani Preſbyteri. 713
Capilli tonſio, ſignum Chriſtianitatis. 689
Capillorum cura apud veteres. 838
Capillos ſibi viciſſim detondere. 329
Capitale reformare ei qui perdiderit. 683. 1305
Capitalia crimina. 1387
Capitula epiſcopalia. 145
Capitula ſynodaliter prolata. 77
Capitula ſynodalia & imperialia. 617
Capitula, capitularia. 712
Capitula regia & ſynodalia. 159
Capitula regalia permaneant inconvulſa 140. 210. 231. & *alibi paſſim.*
Capitula regalia Franci pro lege tenenda judicaverunt. 231
Capitulorum regalium ſi quis contemptor extiterit. 325. 331
Capitula regalia pro lege teneantur. 325. 331
Capitula regalia Archiepiſcopi proponebant in ſuis provinciis. 1174
Capitula regalia relegenda. 159
Capitula à Cancellario accipienda. 67. & ſeq. 151. 194
Capitula conſenſu primorum regni accepta. 29
Capitula Regum renovanda. 283
Capitula condebantur cum conſenſu fidelium. 153
Capitula monachorum ad Augiam directorum. 1380
Capitula legalia. 209
Capitula quatuor Prudentij Epiſcopi Tricaſſini. 610
Capitulare evangeliorum de circulo anni. 1156
Capitularia Karoli Imperatoris. 54. 205
Capitulatim. 54. 204
Cappa ſancti Martini. 713
Cappi. 262. 810. 1286
Captivorum redemptio. 195
Capua. 362
Capulare. 713
Capulaturæ. 485. 978
Caput rerum eccleſiaſticarum. 280
Caput Eccleſiarum. 44. epiſcopatus. 224. 1275
Caput tondere ſervo. 330 333
Caput hominis affigere valvis. 855
Caraxaturæ. 417. 942

Carbonaria inter Cameracum & Tornacum. 698. 848
Carcassense territorium. 1408. 1428. & seq. 1461. & seq.
Carcassó, limes regni Gothici. 1287
Carcassonensis comitatus. 1534. 1537
Carcer monachorum durus. 1088
Cardinalis Diaconus. 713
Cardonense Concilium. 1036
Carentinus pagus. 70
Cariaticum. 710
Cariloci monasterium. 1506
Carisiacum palatium. 80. 87. 95. 99. 102. 151. 159. 162. 227. 259. 261. 268. 271. 281. & seq. 564. 776. 777. 807
Caritatis vinculum. 6
Carnem brachij sui devorare. 285
Carnem vendere per deneratas. 183. 792
Carnem si quis in quadragesima comederit, capite plectatur. 1039
Carnones castellum.
Carnotensis Ecclesia. 50. pagus. 223
Carrada. 535
Carralis evectio. 589. 1389
Carraria, feminini generis. 513
Carricare. 1138
Carricaturæ. 188
Carrosinij monasterium. 116
Carropera. 1096
Carroperarij. 288 425. 794
Carruca. 1387. & seq.
Carruca indominicata. 694
Carthaginense Concilium. 214
Carthaginensis collatio emendata. 597
Casa Dei. 36. 54. & seq. 59. 114. 143. 287. 198. 205. 229. & seq. 435. & seq. 450. & seq. 489. & seq. 932
Casæ Dei legem & honorem debitum habeant. 170
Casa dominicata. 574. indominicata. 1493
Casa aurea. 1541
Casa igne cremata. 461. 965
Casæ venditio. 495
Casata. 109. 714
Casati homines. 714
Casei exoreismus. 653
Cassanogilum palatium. 1402
Castella facere non licet sine permissu regio. 195
Castella super Sequanam. 267
Castellum. 222
Castellum S. Dionysij. 267
Castellum Carnones. 223
Castricia. 55. 206. 498. 500. 503. & seq. 714. 765. 981. 1503
Castitia moderata. 116
Castrationis pœna in servo. 839. 845
Castricium. 224
Castrisus pagus. 70
Catalaunicus pagus. 68
Catalonia. 1231
Catechumenus Græcè, auditor Latinè dicitur. 1403
Carecuminus. 1250
Catechumenis sacramentum non detur. 742. 1238
Catena servitutis. 1498
Catena Ecclesiarum. 1217
Cathedra episcopalis. 1127. pontificalis. 509
Cathedra Episcopi cur altior. 1357
Cathedrales Episcopi. 737
Cavaticarij. 1390. & seq.
Cauculatores. 714. 1131
Cavillonum. 178
Caunas monasterium. 1100. 1453. à Milone Comite fundatum. 1557
Causa quæ in suspenso debeat residere. 387. 906
Causæ suspensæ vel reservatæ. 522. 682
Causæ majores ad sedem apostolicam referendæ. 249
Causæ generales debent tractari in synodis generalibus. 117
Causæ commendatæ. 494
Causam deliberare. 526. 528
Causas alterius recipere. 903
Causas suas si quis prosequi nesciat. 387
Causas assumere in vice auctorum. 395. 920
Causas tenere una die in septimana. 265
Causare, id est, litigare. 1176
Causatio. 1539
Causatio sublata. 437. 439
Causationes & lites definire. 44
Causator, id est, reus. 853. 1180
Causatores. 390. 525
Causia sive Cotia.
Causidici. 268. 810
Cautela fiat erga eos qui contemnunt admonitionem Episcoporum. 329
Cautio de clavibus. 502. 981. de infracturis. 508. 984. de vinea. 463. 966. de capite suo. 29
Cautiones diverso modo factæ. 502
Cautionis epistola. 454. formula. 421. 425. 943
Cella Fraxilij. 445. 475
Cellæ cœnobiales episcopij Senonensis. 1573
Cellararius. 1421
Cellaria. 1090. 1381
Cellarinsis, tributum fisco debitum. 502
Cellarium infringere. 589
Cellotius castigatus. 508
Cenitus, id est, oculum erutum habens. 1059. 1182
Cenomanensis monachi ad canonicam vitam conversi historia. 691. 841
Cenomannica urbs. 1476
Cenomannicus pagus. 52
Censa de rebus Ecclesiarum. 69
Censales terræ. 64. 175
Censire. 198. 224. 1390
Censo pro censu. 517. 519
Censum qui negligit, perdat agrum. 1252
Censum de suo capite debere. 37
Census exigere. 187. 192
Census Ecclesiarum. 70
Census ad Ecclesiam. 27
Census dominicatus. 506. & seq. 538. 807
Census de manso ecclesiastico. 64. 175. 767
Census duodecim denariorum ad Ecclesiam. 962
Census de mansis ad partem dominicam exigatur. 189
Census ad partem Regis. 198
Centena. 505. 714. 982
Centenarij. 714. 959
Centenarij placitum. 1054
Centenarij sunt judices minores. 769
Centenarij conferuntur Presbyteris plebium. 1283
Centenarij licentiam habeant persequi latrones. 1305
Centenariorum placita. 325
Cerdanicusis episcopatus. 676. & seq.
Cerei septem cur ponantur in Ecclesia. 1354
Cerei cur extinguantur post lectum evangelium. 1359
Cerei librales. 381
Ceritania olim erat in Septimania. 1083. 1102
Certamen habere de sua opera. 216
Cessero vicus. 1099
Cessio ad filium. 454
Cessio à die præsente. 489
Cessio ad Ecclesiam. 442. 450. 515
Cessionis formula. 472
Chalcedonensis canon XX XVIII. 1152
Character indelibilis. 1146
Characteres sibi appendere. 737
Charta audientialis. 389. 915. pariela. 396. 923
Chartæ duæ uno tenore conscriptæ. 413. 420. & seq. 423. 447 478. & seq. 481. 484. 494. 503. 524. 589. 976. 1464
Charta falsa appellari non potest antequam facta esset ante veraces homines. 1292
Chartæ quæ à quibusdam personis falsæ appellantur. 325. 350
Chartellarius 758
Chartula compositionis. 536
Chartula redemptionalis. 462
Chartularij. 947
Chartularius homo. 1227
Chartulari. 1539
Chilperici Regis præceptum emendatum. 1252
Chirographi virtus. 6
Chirographum Regum. 763
Chirographum apud Marsnam. 111
Chonadus Comes. 300
Chorepiscopalis temeritas. 1240
Chorepiscopi relati in ordinem Presbyterorum. 1137
Chrenecruda, id est, cessio bonorum. 853
Chrisma Græcè, unctio Latinè dicitur. 1403. Sacramenti genus est. 1208
Chrisma Presbyteri custodiant sub sigillo, & nemini dent maleficij parrandi causa. *Ibid.*
Chrisma nulli detur sub prætextu medicinæ. 715
Chrisma aliquando usurpatum ad tegenda flagitia. 1066
Chrisma cœleste in unctione Clodovei. 220
Christi corpus & sanguinem conficit manus Episcopi. 319

Christi corpus conficitur ore sacerdotum. 602
Christi corpus & sanguinem consecrare. 440
Christus est caput Ecclesiæ. 1213
Christus & Ecclesia unum corpus sunt. 1232
Christus castam observat Ecclesiam. 335
Christus solus Rex & sacerdos fieri potuit. 9. 120. 1214. 1259
Christus est Subdiaconus & Diaconus. 1359
Christus per Paulum locutus est. 100
Christus mortuus non est pro sua necessitate, sed pro nobis. 113
Christi unum corpus nos sumus omnes. 1353
Christi sanguis fusus pro omnibus in eum credentibus. 620
Christus bis crucifixus est. 1360
Christi epistola de cœlo lapsa. 1396
Christo regnante, Regem expectante. 1535
Christiani unde dicti. 1403
Christiani nunc dicuntur qui in primordio fidei discipuli appellabantur. 107
Christianus Episcopus Autissiodorensis. 138. 163
Christianus Episcopus. 1416
Christianus Lupus castigatus. 1136
S. Christinæ monasterium. 1291. 1412. 1438. 1504. 1521
Chuonradus avunculus Karoli Calvi. 1270
Chuonradus Comes. 138. 264. & seq.
Chuonradus inclytus & nobilissimus vir. 59. 766
Chunradus Archiepiscopus Iuvavensis. 1300
Cicutæ vanitatis. 155. 1270
Cimorræ monasterium. 1573
Cineuverdunia. 991
Cingulum militiæ deponere debent parricidæ. 1379
Cinomaniæ civitatis Episcopus. 444
Circatores monasteriorum. 1384
Circuitio parrochiæ. 23
Citationis formula. 543
Civium concessio pro episcopatu. 379. 887
Clamatores. 329. 1179
Clamodici. 228. 801
Clamores tantæ. 1006
Clamosus. 230
Claudi tuitionem habeant. 337
Claustra Canonicorum vel monachorum. 35. 198. 1195. & seq.
Claustra monasterij. 1212
Claustra venerabilium locorum. 363
Claustrum proximum Ecclesiæ instituendum. 242
Clericalis ordo. 3
Clericalis reverentia in omnibus custodiatur. 240
Clerici nasci non possunt. 598. Olim fieri non poterant absque consensu Regis. 386. 901
Clericos probabilis vitæ non rejiciant Episcopi quos eis seniores obtulerint ordinandos. 212
Clerici laicorum. 1148, 1216
Clerici ab Ebbone Archiepiscopo Remensi ordinati. 49
Clerici qui nihil habentes consecrati sunt. 958
Clericum unum conscribi non licet in duabus Ecclesiis. 578
Clericum permanere oportet in Ecclesia ad quam ordinatus est. 578. 1204
Clerici Ecclesias suas deserentes quomodo puniendi. 16
Clericum alienum nullus ordinet. 1356
Clericis sine proprij Episcopi licentia peregrinari non licet. 959
Clerici alieni non recipiendi absque licentia Episcoporum suorum. 16. 553. 622
Clericorum conversatio qualis esse debeat. 351
Clerici comam non nutriant. 1237. Non habitent cum mulieribus. 1374. Arma militaria non contingant. 30. 33 1131. Non sint conductores alienarum possessionum. 620
Clerici à lege mundana extranei sunt. 1121. Secularia judicia adire non præsumant. 1224. 1375. Episcopali audientiæ reserventur. 1547. A suis Episcopis judicentur. 1216. 1213
Clericis suis si Episcopi injustè fecerint. 211
Clerici inde gradum amittunt unde seculares homines vitam perdunt. 183
Clericorum dehonorationes. 150
Clericus in custodia inclusus confugit ad Ecclesiam S. Martini Turonensis. 1062
Clerici debent intercedere pro reis ad Ecclesiam confugientibus. 983
Clerici canonici. 188
Clerici rurales. 633
Clerici hominum regiorum. 199
Clericorum certus numerus. 1110
Clericus qui in monasterio tonsoratur. 403
Clericus omnis proprio fungatur ministerio. 357
Clinga monasterium. 1095
Clocæ, id est, tintinnabula. 1039
Clocaria, turres campaniles. 1225
Clodoveus baptizatus à S. Remigio. 220. 799
Clopinel. 1008
Cloppum veteres dixere pro claudo. 1008
Cobbo Comes. 300
Cocciones. 715
Cocleatij. 715
Codices vestiuntur gemmis. 1276
Cœci tuitionem habeant. 337
Cognitamentum. 145. 148
Cognitatio. 171
Colaphi, id est, ictus. 485. & seq.
Collatio quam Episcopus exigit ab Ecclesiis. 614
Collatio in monasteriis. 1382
Collecta unde dicta oratio. 1363
Collecta quam vulgò geldam vocant. 290
Collecta ad malum faciendum prohibita. 333
Collectæ quæ dicuntur heriszuph. 65. 162. 768
Collectionis epistola. 474. 971
Collocare solem. 700
Colludium scribere. 338
Colonæ comprobatio. 458
Colonaticum. 451
Coloni fiscales & ecclesiastici. 188
Coloni non erant servi, obnoxiæ tamen sortis & conditionis. 953
Colonus evindicatus. 435. 951
Coloni flagellati. 184
Colonos si ministri Episcoporum flagellaverint cum virgis. 56. 206
Colonus foras mixtos traditionem facere non potest. 1184
Colonus si de immunitate in immunitatem confugerit. 229
Colonaticum. 451
Colonitium. 436. & seq.
Colonica. 390. 400. 570. 916
Colonia Agrippina. 221. 300. 800
Colonia villa. 1. 31. 77. 757
Colpus, ictus. 452. 688. 833. 1011
S. Columbæ abbatia. 156. 1269
Comam capitis deponere in monasterio. 930
Comam capitis coram hominibus tradere. 508
Comam capitis deponebant qui Clerici fiebant. 386. 403. 902
Comam nutrire prohibitum Clericis. 1237
Comam dimittere in pœnitentia. 715
Comedere peccata populi. 11
Comiatus. 576. 716. 1043. 1077. & seq. 1104
Comites Episcopis comparantur. 1183
Comites fratres à Principe vocabantur. 962
Comites esse qui non possint. 342
Comes & Grafio ejusdem dignitatis nomen est. 994
Comes erat judex ordinarius totius pagi. 715. 770
Comites in suis consistant domibus. 242
Comitum vita qualis esse debeat. 355. Eorum cura & officium. 265
Comites inquisitionem faciant de Vicariis & Centenariis. 321
Comites veniant ad placita Missorum dominicorum. 337
Comes placitum non habeat nisi jejunus. 329
Comites vicini mallum non teneant in una die. 190
Comites non debent premere pauperes per placita. 1106
Comites concordes sint cum Episcopis & Abbatibus. 216
Comes adsit Episcopo parrochiam suam circumeunti. 56. 207
Comes Episcopum adjuvet ad suum ministerium exequendum. 170. 210. 242. 288
Comites ministris Ecclesiæ adjutores in omnibus fiant. 162
Comites consentientes sint Episcopis suis ad justitias faciendas. 1210
Comites pacem & justitiam faciant in suis ministeriis. 214. 357
Comites si justitias non fecerint. 199
Comites qui in comitatibus suis injusta faciunt. 150
Comes si negligens fuerit in persequendis deprædatoribus. 90
Comitis negligentia à quo castiganda. 338
Comites si regiis mandatis inobedientes extiterint. 194. 196
Comiti collecta manu si quis resistere præsumpserit. 181
Comitis palatium nullus adeat cum collecta & scutis. 322
Comitis mansuetudo & lenitas. 28
Comites fortiores. 121
Comes palatij. 108. 395. & seq. 441. 456. 715. 779. 913. 912
Comites palatij plures erant uno eodemque tempore. 1187
Comes si obierit, quomodo providendus ejus comitatus. 263. 270
Comitatus actio. 380
Comitatus in centenas distributi erant. 982
Comitis liber. 1309
Commeatus veniendi ad aliam synodum. 131
Commemorationes excerptæ ex plenitudine capitulorum. 31
Commendare, id est, jubere. 147. 132. 175. 185. 199. 216. 235. 559

Commen-

Commendare, id est, beneficium dare. 1202
Commendare se alicui est fidelitatem promittere. 899
Commendare se in vassaticum Comitis. 29
Commendare se seculari potestati non licuit ulli Presbytero. 241
Commendatio, id est, justio, constitutio. 151. 185
Commendatio regia. 53. 204
Commendationes quarumlibet facultatum vel pecuniarum. 198
Commendatitia de re vendita. 506
Commendatitiæ literæ. 430. *& seq.* 443. *& seq.* 716. 959
Commendatitiæ pro peregrino. 441
Commendatitiarum epistolarum variæ formulæ. 583. *& seq.*
Commendatoria & exhortatoria ad sanctimonialem. 559
Commercium pro *confinium*. 1192
Commercius. 468. 965
Commerere. 100
Commiatus. *Vide* Comiatus.
Comminare ignem in silvam.
Commisculare. 333
Commisculatus est. 124
Commonitorium. 81. 774
Communicare quibus non liceat. 352
Communicare ter in anno debent laici. 1133
Communio Christiana & ecclesiastica. 140. peregrina. 717
Communione ecclesiastica nemo privetur sine certa & manifesta peccati causa. 56
Communionem omnibus diebus dominicis percipiant monachi. 1380
Commutandi licentia tribuatur. 36
Commutatio inter Principem & Ecclesiam. 390. 916. 1176
Commutatio inter duos Abbates. 503
Commutatio inter Ecclesiam Laudunensem & monasterium Conchense. 1423
Commutatio immobilium Ecclesiæ vetita est. 362
Commutationes rerum ecclesiasticarum. 56. 198. 208. 232. 340. 1206
Commutationes rerum ecclesiasticarum fieri non possunt absque auctoritate Principis. 1192
Commutationes rerum ecclesiasticarum confirmatæ à Principibus. 1574
Commutationes licitæ inter Episcopos & Abbates. 1541
Commutationes rescindantur quæ factæ fuerunt tempore viduatarum Ecclesiarum. 32
Commutationes quas leges Romanæ transactiones appellant. 956
Commutationes de terris. 446
Commutationis formula. 481. 589
Comparare pro emere. 445
Compatres ne sint monachi. 1085. 1251
Compendiense monasterium S. Mariæ. 259. 264
Compendiense castellum. 267
Compendium palatium. 204. 257. 268. 271. 1274
Compensatio. 232
Compensum pro *compensatio*. 420
Complices sceleratorum puniendi. 347
Complices maleficorum & veneficorum disperdantur. 231
Componere & satisfacere. 923
Compositio legis. 184
Compositionem plenam facere. 337
Compositionalis epistola. 414. chartula. 536
Compotum unusquisque Presbyter sciat. 1377
Computum omnes discant. 1135
Compremere vverram. 265. 268
Concagatus. 691. 841
Concambiare. 28. 178. *& seq.* 410. 420. 439. 516. *& seq.* 1444. 1450. 1483. 1493
Concambium. 179. 390. 439. *& seq.* 943
Concamiatura inter duos Abbates. 503
Concapulare. 684
Conceptio beatæ Mariæ. 1172. 1177. 1325
Conchense monasterium. 1417. 1424
Concidæ. 688. 824
Concilia celebrari in regno Francorum non possunt absque auctoritate Regis. 49. 1021
Concilia examinabantur olim in consistorio Principis. 1113
Concilium universale. 132. synodale. 1399
Concilium Episcopi. 1028. 1205
Concionatorum genus quoddam damnatum. 1140
Concisa. 688. 835
Concordia inter omnes fit. 214. 216
Concubinam simul & uxorem habere non licet. 335. 1233
Conculcatoria quam Abbas facit ad hominem suum. 501. 981
Condamina. 1553
Condatum. 324
Condirgere. 450. *& seq.* 463
Condita. 469. 471. *& seq.* 488. *& seq.* 518. *& seq.* 969
Conditiones sacramentorum. 1416
Condonare per fistucam. 383. 826
Condricta. 1187
Condrust. 224
Conductor, id est, generalis administrator. 1169
Conductor alienarum rerum. 613
Conductores alienarum possessionum. 626
Conductum suum quærere & habere. 66
Conductus. 189
Condustrum. 223
Confabolare. 567
Confessariorum quorundam vanitas. 1198
Confessio pura de peccatis. 123. 821. facienda sacerdotibus. 716. 1210
Confessio facienda Deo. 1145
Confessio peccatorum facienda non est monachis. 1143
Confessiones ex puro corde faciendæ. 137
Confinium. 1192
Confirmare se ad Dei voluntatem & regiam fidelitatem. 197
Confirmatio Episcoporum. 23. 33. 240. 356. 1054
Confluentes. 137. 145. 159. 163. 168. *& seq.* 201
Confluentis comitatus. 675
Confraternitas inter monasteria. 568
Confugium ad Ecclesiam. 1191
Congruitas. 524
Conjectum. 716
Conjectum accipere. 151. 258. 787
Conjectum facere ad Episcopos. 23
Conjectus pro Nortmannis. 267
Conjuga, id est, uxor. 1297
Conjugati habentes titulos in quibus deserviant. 1375
Conjugia incesta vetita. 46. 334. *& seq.*
Conjugia vetita usque ad sextum gradum. 1248
Conjugium dissolvatur quod legale non est. 190
Conjunctionem facere. 70. *& seq.*
Conjurare cum duodecim francis. 416. 418
Conjurare manu septima. 396. 923
Conjurationes servorum. 1188
Conjuratores. 698. 717. 848. duodecim. 452. 485
Conlaborare. 364
Conlaboratio. 717
Conlaborationis pars. 1189
Conlaborationum decimæ. 242
Conlaboratum. 1174
Conlimitanei Comites. 190
Conludium. 859
Conniventia. 1024
Conquas monasterium. 1098
Conquisitum. 145. 147
Consacramentales homines. 717
Conscientia peccatoris non potest latere oculos inspectoris sui. 112
Conscripti fratres. 1280
Consecratio immunitatis. 108
Conservare sæpe scriptum pro *conversare*. 1106
Consignare infantes. 614
Consignatio sive confirmatio. 234
Consiliariorum regiorum diligentia in dandis consiliis commendatur. 266
Consilium sine virtute non potest esse utile. 134
Consolationis & consultationis voces interdum promiscuè usurpatæ. 1130
Conspertus Episcopus Vercellensis. 1241
Conspiratio firmata per dextras. 329
Conspirationem si quis facere præsumpserit. 329
Conspirationes prohibitæ. 162. 148. 150. 321. 363. 1179
Constantia Alemannica. 300
Constantini lex de manumissionibus in Ecclesia. 466. 968
Constantini constitutio de judiciis Episcoporum suspecta visa est viris doctis. 1231
Constantinus pagus. 69
Constantius Chorepiscopus. 1494
Constitutio promotionis exercitus. 337
Constitutiones novæ apud Cancellarium in palatio retinentur. 151
Constris. 457
Consubstantialis. 213
Consuetudines injustæ non imponendæ. 388
Consuetudines indebitæ ab Ecclesia removendæ. 21
Consuetudo, id est, lex municipalis. 1043
Consuetudo, id est, lex Salica, Ripuaria, & similes. 936

Consuetudo justa & rationabilis. 211
Consuetudo olitana. 133. 1168
Consulere pro *consolari*. 1131
Consulem & diem præferre debent acta ordinationis Episcopi. 614. 616
Consules adscribantur tabulis emptionis. 949
Consultationis & consolationis voces interdum promiscuè usurpatæ. 1130
Consultor, qui consulit. 1130
Contemnenda non sunt quasi parva sine quibus magna constare non possunt 1016
Contemperatus divinæ voluntati. 126
Contemptibilem se facit qui jubet impossibile. 102
Contentio excusatur. 860
Contentionibus qui studere solent. 334
Contentionis auctor requirendus. 485
Contrajustitiam facere. 176
Contrarietas. 43. *& seq.* 137. 196
Controversiæ finiantur in judicio ecclesiastico quæ illic cœperint agitari. 364
Contubernium. 499
Contubernij explicatio. 846
Contulitionis epistola. 478. *& seq.*
Contumacia semel aut bis admoneatur. 1386
Conturbium. 1078
Conturno faciente. 414. 939
Conucula. 996
Convenientia. 47. 83. 142. 299. 413. 494. 1117
Convenientia firmata deinceps manent. 22
Conventio dubia quomodo definiri debeat. 361
Conventus synodales indici debent ab Archiepiscopo. 102
Conversi. 717
Conversi fratres. 1084
Convertere se ad Deum. 1127
Conviva Regis ad communionem admittendus. 368. 695. 846. 1295
Convivæ quot esse debeant in uno convivio. 847
Convivium nullus Presbyter adire præsumat occasione accepta pro mortuis. 1377
Coquina monasterij. 1382. 1384
Corbada. 1387. *& seq.*
Corbeiense monasterium. 1093
Corbiniacus villa sancti Remigij Remensis. 293. 1289
Corbonisus pagus. 69
Corilius pagus. 69
Corium servi redimere. 832
Cormaricense monasterium. 1401. *& seq.* 1413. 1431. 1477. 1485
Cornu altaris. 440. 475. 717. 957
Corona sacerdotalis. 430
Corona beatitudinis vestræ. 389
Coronationes Regum & Reginarum. 816
Corporale non licet fieri de altero panno nisi de lineo. 1360
Corporis & sanguinis Domini consecratio. 1360
Corpus & sanguinem dominicum consecrare. 440
Corpus Domini honorificè custodiatur in pyxide munda & decenti. 1208
Corrigendi aliter sunt honesti, aliter improbi. 1385
Cortica. 321. 1180
Cortis regia. 116
Cortis. 613
Costus. 381
Cotia silva. 810
Coutre etymologia. 690
Craffense monasterium. 1102
Cressiacum ad Isaram. 776
Crimen capitale & publicum. 139. 1387
Crimen indicere. 1184
Crimen confitetur qui judicium subterfugit. 298
Crimina olim certa pecuniæ summa æstimabantur. 942
Criminales actiones tres. 27
Criminalia scelera. 240
Criminalis processus in Ecclesia fieri potest. 1166
Criminosi corrigendi cum auxilio principalis auctoritatis. 46
Criminosi si ambulaverint cum Episcopo. 1221
Crines attondere non licet sanctimonialibus. 16
Crinitus. 837
Crinosi. 987
Crisiacum. 268
Crispinno. 224
Crux evindicata. 501. 981
Crux habeatur in medio denarij. 178
Cruces & reliquias sequi. 1376
Crucis gloriatio. 1155. examinatio. 718
Crucis sanctæ signum in frontibus facere. 1358
Crucis judicium vetitum 1128. Explicatur. 1153. *& seq.*
Crucis lignum superstitiosum. 737
S Crucis monasterium. 1093
S. Crucis puellarum monasterium. 1096. 1109
Cruciculæ. 750
Crudatis monasterium. 1095
Crudelitatem olim scribebant pro credulitate. 1119
Cruona. 293
Cubarias monasterium. 1102
Cubicularij. 513
Cucuciam facere. 1204. 1551
Cuculla & scapulare. 1085
Culcare solem. 694. 844. 848
Culdini monasterium. 224
Culpatorum si quis regiæ mensæ particeps fuerit. 1295
Culpatos si regia potestas fecerit mensæ suæ particips. 368. 695. 846. 1295
Cultellus, *contre*. 690
Cultrum. 1190
Culturæ indominicatæ. 114
Cunibertus Comes. 238. 243
Cunibertus Præpositus Cantogilensis. 1537
Cuniguft curtis regia. 1505
Curffodi. 1010
Curia unde dicta. 1120
Curia publica. 465. *& seq.* 470. 479. 481. 484. 576
Curiale onus declinare. 1164
Curiales. 426. 465. 949
Cursus ecclesiasticus. 1384
Curtes dominicæ. 316
Curtes monasterij. 460
Curtis. 718
Curtis, id est, villa. 964
Curtis regia. 62. 143. 147. 227. 532
Curtis fisci. 437
Curtis recta. 590
Curtis & mansus synonyma. 684
Curticisus pagus. 68
Custodes titulorum. 553
Custodia maritima. 69. 357. 1188
Custos Ecclesiæ. 32
Custrix. 457. 517
Cuxanense monasterium. 1301. 1303. *& seq.*
Cyminus. 381
Cynegius Consul cum Theodosio. 1250
Cyrianus emendatus. 1119. Ei falsò adscriptus tractatus de abusionibus seculi. 1268

D

Dacbertus Episcopus Agathensis; Dacco Abba S. Mariæ Lavajes. 634 631
Daddo Missus dominicus. 70
Dado Abbas Conchensis. 1416
Dagobertus Archiepiscopus Bituricensis. 629
Dæmoniis similibúsque passionibus irretiti non possunt promoveri ad gradus ecclesiasticos. 598
Dalmatius Archiepiscopus Narbonensis. 1104. 1554
Dalmatius Vicecomes. 1554
Damnietas. 333. 392. 418
Damnum, id est, furtum, homicidium. 1183
Damni illati auctorem si quis nominatim cognoscit. 162
Daniel Archiepiscopus Narbonensis. 1194
Daniel Abbas Caunensis. 1455
Dapifer sive Senescallus. 912
David Episcopus. 342
David Abbas S. Laurentij. 1451
Deauratura. 185
Debitum revuadiatum. 184
Decanus senior. 1385
Decani sunt minimi judices. 959
Decani monasteriorum. 1087. 1384
Decaniæ. 23
Decanica, carcer Ecclesiæ. 718. 1217
Decima litis. 903
Decima civitatis. 233
Decimæ dandæ Presbyteris. 1376
Decimæ pertinent ad antiquiores Ecclesias. 212. 1065 1149. 1177
Decimæ dandæ ad Ecclesias baptismales. 555. 1575
Decimæ dandæ, etiam à nolentibus. 339
Decimæ quas populus dare non vult. 540
Decimæ in manu Episcopi consistunt. 555. 1167
Decimæ populi ad eundem locum confluentis. 75

Decimæ dandæ ad novas Ecclesias. 442. 1065
Decimæ porcorum. 986
Decimæ conlaborationum & animalium. 242
Decimam qui dare neglexerint, excommunicentur. 340
Decimam si quis abstrahit de Ecclesia. 235. 340
Decimam major Ecclesia recipiat. 214
Decimam dent negotiatores Iudæi. 268. 1286
Decimas de Ecclesiis laici non contingant. 31
Decorticare. 690. 855
Decretale precum. 1033
Decretum electionis. 1372
Decretum canonicum singulorum manibus roboratum. 594 & seq.
Deda Abbatissa Lemovicensis. 1097
Deducere sacramentum. 337
Defensioni alterius si quis se subdiderit. 494
Defensionis tempus. 718. 1294
Defensor. 416. 465. 470. 532. 949
Defensores Ecclesiæ adversùs potentias divitum. 236
Definitio prior duriot. 37
Defuncti eleemosyna. 38
Defunctorum vigilia quomodo celebranda. 1382
Defunctorum memoriæ celebratæ in monasteriis. 1090
Dehonestare. 108. 114. 1531
Dehonorare. 23. 47. 95. 141. 209. 269
Dehonoratio. 20. 87
Dehonorationes Clericorum. 150
Deila Comes. 1511
Delapidata. 726
Delatorum infamia & pœnæ. 842
Delatura. 990
Delatura, id est, fredum. 683. 827
Delavard. 157
Deliberare. 718
Deliberare causam. 326. 328
Deliberatio, id est, traditio. 981
Delicta olim certa pecuniæ summa æstimabantur. 942
Delinquentium errores quomodo corrigendi secundùm regulam S. Benedicti. 1185
Demandare, id est, jubere. 508
Deminuatio. 383
Demorandi necessitas. 196
Denerata de cera. 815
Deneratæ. 183. 792
Denariale præceptum. 540. 904
Denariales qui ante Regem liberati fuerant, Regem patronum & defensorem habebant. 947
Denarialis homo. 718. 1227. charta. 449. 461
Denarij sunt species monetæ minutioris. 687
Denarij bene pensantes non rejiciantur. 177. & seq.
Denarij tredecim dandi sponsæ. 498. 532. 696. 980
Denarij in diversis civitatibus & oppidis monetati. 1272
Denario jactante secundùm legem Salicam. 387. 449. 461. 839. 905. 966
Denarius merus & bene pensans. 151. 786
Denarius mixtus & minus quàm decet pensans non monetandus. 178. & seq.
Denarius calefactus in fronte impressus. 152
Dentes duas. 1006
Dentium evulsione puniebatur apud Polonos qui carnem manducaverat post Septuagesimam. 1040
S. Deodati monasterium. 223
Deodatus Abbas S. Emeterij. 1480
Deodefridus Episcopus Parisiensis. 1261
Deonant. 224
Depannati drappi. 157
Depopulationes prohibitæ. 88
Deposita quomodo custodienda. 198
Deprædationem nemo facere præsumat in termino beatorum Petri & Pauli. 239
Deprædationes penitùs interdicantur. 41. 89. & seq. 177. 242. 266. 287. 317. & seq.
Deprædationes multi pro lege per consuetudinem tenent. 143
Deprædationes si homines Episcopi aut Comitis fecerint. 1294
Deprædatores Ecclesiarum prohibeantur. 22
Deprædatores ad rationem deducantur. 138
Descargare. 691
Desiderij Episcopi Cadurcensis vita emendata. 989. 1011
Desinhonorantia. 81
Desponsatam ab altero si quis raputerit. 16
Desponsatio sanctæ Mariæ. 1177
Deteriorare. 111
Detractio sacerdotum ad Christum pertinet. 1121
Devastationes prohibitæ. 242
Deum sæpe scriptum pro *eum*. 1244
Deus est Pater noster. 297
Deus est essentialiter Rex Regum & Dominus dominantium. 137
Deuterogamia. 1372
Dexter Abbas Duserensis. 1096
Dextratus manu sua tertiadecima. 485
Dexteri. 446
Diaboli filij. 1129. 1213
Diaboli veniunt ad omnes homines quando egrediuntur de corpore. 104
Diaconus Cardinalis. 713
Diaconi fidem catholicam memoriter teneant. 1374
Diaconi septem esse debent per omnes Ecclesias. 1354
Diaconum habeat Presbyter qui baptismalem Ecclesiam tenet. 1066. 1374
Diaconus in uno cubiculo cum suo Presbytero maneat. 1375
Diaconi arma non portent. 1233
Diaconi honore privati redigantur sub pœnitentia. 328
Diaconorum filij judices esse non possunt. 342
Diana paganorum dea. 365
Dies magnus, id est, dies Paschatis. 1207. vel dies cœnæ. 1574
Dies consecrati. 55. 206. 1275
Dies felicissimus nuptialis. 455. 498
Dies votorum. 993. 1330
Dies tantos facere in servitio alicujus. 421
Dies quidam numerant, & noctes non numerant cum eis. 191
Diffamare testes. 1490
Dignabilis affatus, reseriptus. 429. & seq.
Dignificare. 114
Dignitatem si quis præsumpserit quam non meruit. 296
Dignitates ecclesiasticæ an præferendæ imperatoriis. 1215
Dijudicatio synodalis. 25
Dilatatio justitiæ. 316. 560
Dimissoria Episcopi. 1076. 1372
Dimittere, id est, manumittere. 2184
S. Dionysij monasterium. 264. 1115. castellum. 267
Diptycha. 3167
Directum facere. 387. 904. dare. 452
Disciplina ecclesiastica & militaris. 52
Disciplina corporalis. 421. 507. 547
Disciplina supra dorsum. 508
Disciplina ad servos. 503
Disciplinam debitam sustinere. 66. 180
Disciplinam imponendi mancipiis potestatem habet Dominus. 446
Discipulorum delicta ad magistros referuntur. 1384
Discooperire parem suum. 196
Discordantium pacificatio. 55. 206
Discordantium nemo ad communionem admittatur. 1237
Discordia plusquam civilis. 15
Discordiæ mala. 137
Discordiæ malum. 168
Discordiis qui studere solent. 314
Discretio mater est omnium virtutum. 1179
Discupere regnum pari suo. 45. 339. 278
Disfacere. 718
Disfacere justitiam. 181. firmitates. 195
Dismannire. 554
Dismanuare. 452
Dismembrare. 254
Disordinare. 260
Dispendere. 80
Dispensa. 23. & seq.
Dispensa Missorum. 200
Dispensa quam Presbyteri dare debent Episcopis parrochias suas circumeuntibus. 356
Disperdere. 251
Disrumpere sacramenta. 225
Districtio. 1224
Districtum Aquense. 225
Districtum Trectis. 225
Distringere. 456
Divinare futura per versiculos psalterij vel evangelij. 1038
Divinus. 737
Divionensis pagus. 70
Divisio inter fratres. 505
Divites pauperibus injuriam facere soliti sunt. 352
Divortij libellus. 1358
Divortium olim licitum. 945
Doctrina & prædicatio in populum. 352
Dodilo Episcopus Cameracensis. 669
Dodo Episcopus Andegavensis. 69. 1267

Dodo Episcopus Osnobrogæ. 500
Dodobertus Presbyter. 443
Dolensis archiepiscoparus initia. 823
Dolensis controversia. 782
Dolositas. 99. 208. 226. 250
Domestica domus Regis. 32
Domestici Regis. 433. 951
Domesticorum actiones, id est, territoria. 396
Dominica dies honoranda. 718. 1173. 1226. 1371. 1398
Dominicis diebus placita non teneantur. 55. 206. Neque mercata. 182
Dominicis diebus communicent omnes monachi. 1380
Dominicis diebus jejunare non licet. 1376
Dominicæ festivitatis resurrectionisque mysteria. 429
Dominicæ nativitatis adventus. 429
Dominicam orationem unusquisque Presbyter bene intelligat. 1377
Dominicata casa. 574
Dominicatura. 796. 1358
Dominium non transfertur ex sola traditione quæ fit per investituram. 1191
Domnicellus. 433
Domnulus Abbas S. Petri Bifuldunensis. 1447
Domum si quis plenam habuerit filiorum aut filiarum. 1298
Domus domestica Regis. 113
Domus Episcopi. 917
Dona liberanda. 270. 810
Donatio quam pater facit filio suo. 500. & seq.
Donatio ad filios. 464. 967
Donatio ad Ecclesiam. 469. 570
Donatio de parva re ad Ecclesiam. 407
Donatio ad casam Dei. 456. 504. 515. 561. 964
Donatio ad Ecclesiam post obitum. 488
Donatio ad monasterium. 404. 571. 586
Donatio facta in sponsa. 476. 498. 535
Donatio voluntaria non potest trahi ad tributum vel censum debitum. 28
Donatio quam homo donat ad suam parentem. 504
Donatio mutua inter virum & uxorem. 382. 408. 477. & seq. 523. 894. 934. 974.
Donatio facta locis religiosis valet. 1191
Donationes ad Ecclesias factæ pro remedio animæ & peccatorum remissione. 929
Donationis formula. 549. epistola. 437
Donationum regiarum formulæ. 383. & seq.
Donatus [illegible]ensis. 1174. 1185. Missus dominicus. 70
Donitum. 2406
Dormitorium. 30. 55
Dos Ecclesiæ. 728. 819. 1485. 1526
Dos Ecclesiæ noviter ædificatæ. 442
Dos Reginæ Friderunæ. 293
Dotalis titulus Ecclesiæ. 1545
Dotes Ecclesiarum. 327. 1065
Dotis constitutio. 534. 590
Dotis libellus. 410. 414. 455. 464. & seq. 476. 532. & seq. 937. 1427. 1550
Drapalia. 456. 461. 500. 502. 562
Drappi. 382. 411. 413. 415. 895
Drappi depannati. 157. 788
Droco Episcopus Bellovacensis. 1221. 1549
Drogo Metensis Episcopus. 7. 17. 342. 758. & seq. 1261. 1565
Druchte, id est, sponsata. 686. 833
Drudi. 104. 778
Dua pro *duo* scriptum olim. 1125
Ducatus actio. 380. 888
Duces olim judicia agitabant. 1012
Ducum & judicum numerum & nomina sciat Princeps. 319. & seq.
Duellum successit jurejurando. 924
Dulmise. 224
Dunisus pagus. 70
Durandus Abbas S. Cæciliæ Elinlitensis. 1221. 1545
Durpilum, id est, liminare seu vestibulum. 550. 703
Durcasinus pagus. 70
Dusera monasterium. 1096
Dusmisus pagus. 70
Durresindus Abbas Miciacensis. 1406
Dux. 719

E

Ebbo Archiepiscopus Remensis. 49. 763. 1111. 1174. 1234. Ejus restitutio. 341
Ebbo Episcopus Gratianopolitanus. 1468
Eberardus ex principibus Lotharij. 1109
Eboresheim. 223
Ebricinus pagus. 70
Ebrietas fugienda. 1173
Ebrius si quis repertus fuerit. 1186
Ebrius causam suam conquirere non potest in mallo, nec testimonium dicere. 329
Ebroinus Archiepiscopus Biturigensis. 443
Ebroinus Pictavorum Episcopus. 13. 758. 1188
Eccardus Comes. 1574
Ecclesia est corpus Christi. 1213 Sanguine Christi redempta. 7. 25. Eam Christus fecit confœdere in cœlestibus. 1553. Est regnum Christi. 120. & seq. 1214 Mater nostra. 297. 1233. 1555. Navi comparatur. 1. 7. 122. Divisa in duo summa imperia. 1214 Gubernatur auctoritate pontificali & regali potestate. 9
Ecclesia quæ gemebunda peregrinatur in terris. 251
Ecclesia universalis commissa est Principibus ad gubernandum. 8. 11. 1173
Ecclesiarum omnium cura commissa est Romano Pontifici. 1496
Ecclesia vivit secundùm legem Romanam. 996. 1051
Ecclesia non debet esse venalis. 38. 625. Nullo tempore debet amittere jus suum. 361
Ecclesia miserabiliter oppressa & deprædata. 85
Ecclesiæ Dei pacem & quietem habeant. 177
Ecclesiæ Christi pristinam dignitatem honorémque retinent. 41
Ecclesiæ Dei si aliquid sui juris defraudatum fuerit. 361
Ecclesiarum honor & cultus. 29
Ecclesiarum honor & privilegia servanda. 5
Ecclesiarum infractuæ. 150
Ecclesiarum pressuras Episcopi non parvipendant. 273
Ecclesiarum invasores excommunicantur. 673
Ecclesiæ sub immunitate permaneant. 209. Attamen Ecclesia non dicitur emunitas. 1166
Ecclesiam si quis fregerit. 360
Ecclesiæ omnes sub dispositione Episcoporum consistant. 54. 205. 1238
Ecclesiæ facultates ad quid donatæ. 18
Ecclesiæ quæ sunt, Deo consecrata sunt. 118
Ecclesiæ possessiones vota sunt fidelium. 18
Ecclesiæ facultates in Episcopi potestate consistant. 1210
Ecclesiarum res sub integritate serventur. 259. 267
Ecclesiarum facultates inviolabiliter conservandæ 1547
Ecclesiarum res eo modo contineantur sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent. 251
Ecclesiarum res ab ipsarum rectoribus possideantur sine ulla contradictione. 280
Ecclesiarum reditus Archipresbyteri prohibeantur adducere ad proprias domos. 353
Ecclesiis si quis res suas fraudulenter ac ingeniosè delegaverit. 324
Ecclesiarum res nullus invadat. 1374
Ecclesiarum res distrahi aut alienari non possunt. 931. 1375. Irrationabiliter alienatæ ad jus Ecclesiæ revocentur. 324. 341
Ecclesiæ pecunias qui rapit, homicida est. 297
Ecclesiarum res ablatæ Ecclesiis restituendæ. 21. 354
Ecclesiarum res injustè retentæ in jus Romanæ Ecclesiæ celeriùs redigantur. 318. 320
Ecclesiarum census. 27
Ecclesiæ antiquitus constitutæ non priventur suis decimis. 1177
Ecclesiæ destructæ à quibus restaurandæ. 36. 95. 339. 554
Ecclesiæ incensæ. 155
Ecclesias Rex pro suo libitu dare vel tollere non potest. 118
Ecclesiæ res datæ sunt laicis in beneficium propter necessitates publicas. 1201, 1274
Ecclesiæ res in alodem datæ. 70
Ecclesiæ à laicis possessæ. 257
Ecclesiæ inter coheredes divisæ. 338
Ecclesiæ viduatæ. 9. 32
Ecclesiæ superfluæ destruantur. 327
Ecclesia cisalpina. 117
Ecclesia principalis, id est, Romana. 252
Ecclesia principalis, id est, major, sive baptismalis. 24
Ecclesiæ baptismales. 242. 1065
Ecclesia nulla baptismalis sit sine Diacono. 1374
Ecclesias majores cur nonnulli rariùs frequentent. 352
Ecclesiæ noviter ædificatæ dos. 442
Ecclesia unaquæque habeat unum mansum & duo mancipia. 327. & terminum de quibus villis decimas recipiat. 340
Ecclesiæ Imperatoris & Imperatricis. 257. & seq.
Ecclesias juxta domos suas habent potentes ac nobiles. 352
Ecclesiæ in proprietatibus liberorum hominum consistentes. 627
Ecclesiam si quis in saltu construxerit. 364

Ecclesiasticæ regulæ confirmatæ sunt Christi sanguine. 119
Ecclesiasticæ facultates sunt vota fidelium. 108
Ecclesiasticæ facultates futuro Episcopo reserventur. 243
Ecclesiasticæ res à laicis nullo modo contingantur. 273
Ecclesiasticas res nemo invadere vel auferre præsumat. 141
Ecclesiasticæ facultates datæ sunt laicis ad augendam regni militiam. 108
Ecclesiasticæ res in alodem datæ. 54. 105
Ecclesiastici viri adjutorium intercessionis & solatij debent Principibus. 12
Ecclesiastici servi. 1182
Ecclesiasticorum reditum quatuor fiant portiones. 234. 624
Ecclesiasticum jus servandum. 19
Ecclesiasticus ordo suum vigorem recipiat. 12
Ecclesiasticus homo qui commutatus fuerit. 56. 208
Ecfridus Episcopus Pictavensis. 276
Echa. 224
Echardus Missus dominicus. 136. 1269
Edictio. 566
Edilulfus Rex Anglorum occidentalium. 309. 816
Editio legibus comprehensa. 484. 977
Educere se per legem. 702
Egidon Abbas S. Hilarij in diœcesi Carcassonensi. 1419
Egilo Archiepiscopus Senonensis. 612
Eginardus Abbas Fossatensis. 1206. 1457. 1464
Eginhardus illustratus. 1048
Eilbertus Episcopus Comensis. 238
Einhardus Abbas. 1137. 1267
Eitardus Archiepiscopus Turonensis. 131
Eirardus Episcopus Lexoviensis. 69
Elaborare. 697. Elaboratus. 364
Eldebertus Abbas Exalatensis. 1490
Eldelfindus Vicecomes. 1489
Electi judices. 364
Electio Regum Francorum. 1081
Electio Episcopi libera ac regularis. 593. 596
Electiones Episcoporum faciendæ cum auctoritate Principum. 1141. in præsentia Missorum dominicorum. 1300
Electiones Episcoporum concessæ quibusdam Ecclesiis. 1141
Electiones Episcoporum factæ in Gallia per violentiam. 1496
Electrannus Episcopus Redonensis. 621
Eleemosyna defuncti. 38
Eleemosyna mittenda in Hierusalem. 1198
Eleemosynæ dispensandæ per hospites & pauperes. 1376
Eleemosynam nullus faciat nisi coram testibus. 1245
Eleemosynarij, id est, executores testamenti. 142. 264. 269. 1333
Eleemosynarij monasteriorum. 1089
Eleemosynarum laus & gratia. 399. 919
Eleemosynas facere ex rapinis. 285
Eleemosynis redimere peccata quomodo intelligendum. 1103
Elefantus Archiepiscopus Arelatensis. 1044
Elidiatus. 437. 439. 463. 956
S. Eligij abbatia in civitate Parisiensi. 1432. 1501
S. Eligius Episcopus Noviomensis. 1516
Elinlitense cœnobium. 1545
Elisatium. 223
Elischouve. 223
Elitigatus. 492. & seq. 499. & seq. 502. 507. 956
Elmeradus Episcopus Ambianensis. 1267
Elmeradus Comes palatij. 1444
Elusa excisa à Vandalis. 1071
Emaus. 223
Embolismi. 1355
Emelina Abbatissa sanctæ Mariæ Suessionensis. 1145
Emeliorare. 489
Emeliorata res. 404. 407. 478. 488. 491. 516. & seq
Emelioratio. 824. 1492. Emelioratum. 469
Emendare. 719
Emendatio, id est, compositio. 1288
Emeritani. 817
Emphyteoseos contractus. 341
Emphyteuticarium jus. 241
Emporitanus pagus. 1450. 1509. 1511
Emporitanensis comitatus. 1513
Empturium, vox ab emendo deducta. 1044
Emunitas regia. 877. sanctorum. 459. 964
Emuniter. 425
Emutare. 413. & seq. 420. & seq. 423. 494. 527. & seq.
Engelbertus Abbas Fossatensis. 1095. 1436. 1454. & seq.
Engeltrudis uxor Bosonis Comitis. 789
Engeluvinus Episcopus Parisiensis. 1492. 1501
Engilberga Ludovici II. Imperatoris uxor. 801
Engilenheim palatium publicum. 344
Engiltramnus Comes. 102. Ejus comitatus. 68
Engiscalcus Missus dominicus. 68. 102. 776. Ejus comitatus. 68
Emberber etymologia. 688
Enixa mulier potest intrare Ecclesiam. 1227
Ephternacum. 222
Epiphanij scholastici versio laudata. 1248
Episcopalem auctoritatem si quis pro nihilo duxerit. 289
Episcopalia capitula. 77
Episcopalis cathedra. 1227
Episcopalis receptio. 1373
Episcopalis audientia. 1547. judicium. 135. 356
Episcopalis sedes à nullo usurpetur proprio infirmante Episcopo. 30
Episcoparum vacantem vicinus Episcopus & Comes prævideant. 263
Episcoparus dati à Regibus. 1012
Episcoparus dati viris secularibus. 581
Episcopatuum vacantium fructus pertinent ad Regem. 1286
Episcopium, domus Episcopi. 957
Episcopus Græcè, Latinè superintentor dicitur. 1357
Episcoporum ordo & dignitas explicatur. 1368
Episcopus est in Ecclesia. 1221
Episcopi sunt Vicarij Christi. 7. 107. Successerunt Apostolis. 1369. Olim omnes vocabantur Apostoli. 874. Tenent locum Samuelis in Ecclesia. 118. Sunt propitiatores & reconciliatores populi. 164. Patres vocantur. 911. Olim omnes vocabantur sancti. 870
Episcoporum honor. 29
Episcoporum virtutes. 1370
Episcopus qualis esse debeat. 509
Episcopis debita reverentia exhibeatur. 211
Episcopi à cunctis mundi potestatibus honorentur. 273
Episcopis commissa est salus Regum. 15
Episcoporum conversatio qualis esse debeat. 351. Habere debent personas honestas conversationis suæ testes. 1215
Episcopis necessaria est scientia scripturarum. 1370
Episcopi canones intelligant & observent. 25
Episcopi prædicationem per se vel per suos congruenter exerceant. 240
Episcopi studeant prædicationi atque confirmationi. 33
Episcopus à sua recta prædicatione discordare non debet. 171
Episcopi continuas vigilias super gregem suum debent vigilare. 1046
Episcoporum electiones quomodo fierent antiquitus. 1372
Episcoporum electiones quonam modo antiquitus factæ à Regibus Francorum. 378. & seq. 884. & seq.
Episcoporum electiones quomodo faciendæ. 593. & seq. 602. 719
Episcoporum electiones faciendæ cum auctoritate Principum. 133. 1141
Episcoporum electiones factæ in Gallia per violentiam. 1496
Episcopi à Deo dati & à Rege regulariter designati. 9
Episcopi non eligantur per simoniacam hæresim. 54
Episcopus si dignitatem obtinuerit per pecunias. 297
Episcopus electus ex aliena parrochia ordinari non poterat sine consensu proprij Episcopi. 1375
Episcopi ordinandi ab omnibus qui sunt in provincia Episcopis. 1371
Episcoporum translationes fiebant olim cum auctoritate Regum. 509
Episcopi ministerium suum secundùm canones peragant. 240
Episcopis liberior libertas detur ad suum ministerium peragendum quàm hactenus habuissent. 33
Episcopis congruum tempus observetur ad suum ministerium peragendum. 29
Episcopus si propter infirmitatem ministerium ecclesiasticum implere non potuerit. 55
Episcopi in suis consistant domibus. 242
Episcoporum tenax stabilitas in sedibus suis. 9
Episcopi non secedant ad loca remotiora. 33
Episcopi quietam libertatem suas parrochias circumeundi & prædicandi ac confirmandi atque corrigendi habeant. 108. Semel in anno circumeant parrochias suas cum efficacia. 25. 33. populúmque confirment 356. Jejuni sint cùm tradunt Spiritum sanctum. 1242. Inquirant & corrigant errata populi. 23. Incestuosos perquirant. 46. Vvadias ab eis non accipiant. 340
Episcopus parrochiam suam visitans non sit oneri populis 616. 151. Neque Presbyteris. 23. & seq.
Episcopi quem conjectum à Presbyteris accipere debeant. 21. & seq.
Episcopi Presbyteris nullam inquietudinem aut exprobrationem ingerant. 21
Episcopo parrochiam suam circumeunti adsint Comites. 56. 207

Episcopi competentem monasteriorum curam gerant. 12. 1204. 1208
Episcoporum auctoritas in monasteria. 53. 203. 373. & seq. 401. 874
Episcopi sine Archiepiscoporum consensu nihil debent præsumere nisi quod ad suam tolummodo pertinet parrochiam. 102
Episcopi concordes sint cum Comitibus. 62. 216. 242. Sint consentientes Comitibus ad justitias faciendas. 1210. Veniant ad placita Missorum dominicorum. 337
Episcopi singuli in suo episcopio funguntur auctoritate missatici regij. 242. 1197
Episcopi suis & regiis & communibus Ecclesiæ & regni negotiis occupati sunt. 288
Episcopi regno egredi non possunt absque licentia Regis. 741
Episcoporum ministerio Deus utitur ad discernenda judicia. 134
Episcopi custodiant privilegia & præcepta suis Ecclesiis confirmata. 214
Episcopi excusati ab expeditionis labore. 17. immunes ab exercitu. 1235. Arma non portent. 1132. Laicos suos ad bellum mittant. 359. Suos homines mittant contra infideles Regis. 199
Episcopus si absque manifesta infirmitate non processerit ad bellum. 360
Episcopus intrans in Ecclesiam, à læva ingreditur. 1353
Episcopi sessio in Ecclesia quid significet. 1357
Episcopi non rejiciant Clericos probabilis vitæ quos eis seniores obtulerint ordinandos. 212
Episcopi Longobardi sacramenta exigebant ab his quos ordinabant. 1150
Episcopi vagantes. 1029. falsi & ignoti. 1246. Ordinare præsumunt Clericos. 1564
Episcopus proprius. 30. 111. 131. 241. 274. 338. 356. 1208. 1216
Episcopi peregrini petitio ad Episcopum proprium. 557
Episcopo peregrino locus sacrificandi detur. 1029
Episcopi non debent facere sacramentum seculare. 119
Episcopi quando immunes habeantur à culpis. 1240
Episcopi si Clericis & laicis suis injustè fecerint. 211
Episcopi admonitionem si quis contempserit. 287. & seq.
Episcopo suo si quis inobediens fuerit. 363
Episcopum proprium si quis contempserit. 233
Episcopi in palatio assiduè manentes. 1046
Episcopi delectationibus suis inhærentes. 1223
Episcopi qui nihil ex proprio suo Ecclesiæ Christi compensaverunt. 566
Episcopus si xenodochia, monasteria, vel Ecclesias baptismales cuilibet dederit. 341
Episcopi suos habeant Advocatos. 322. & seq. 337
Episcoporum filij non possunt esse judices. 342
Episcopi debent intercedere pro reis ad Ecclesiam confugientibus. 983
Episcopi non parvipendant vexationes fratrum suorum. 273
Episcopi olim solebant coëpiscopos, Reges, & amicos visitare per epistolas in præcipuis solemnitatibus. 950
Episcoporum accusationes occultè non fiant. 274
Episcopus in homicidio, fornicatione, perjurio, aut furto deprehensus deponatur. 1012
Episcopus rejectus non recipiatur sine testimonij aut literarum evidentissimo documento. 58
Episcopi viventis Ecclesiam nemo invadat. 35
Episcopus si defunctus fuerit, vicinus Episcopus ipsam sedem prævideat cum Comite. 162. Nullus res ecclesiasticas aut facultates diripiat. 270. sed futuro successori reserventur. 243
Episcoporum Remensium & Rotomagensium epistola ad Ludovicum Germaniæ Regem. 101
Epistola donationis. 457. securitatis. 499. & seq. 544. conculcaturia. 501. compositionalis. 414. 477. 536
Epistolæ pessimæ & falsissimæ de cœlo lapsæ. 719. 1157. 1396
Epistolæ generales Regum mittebantur ad universos regni Archiepiscopos. 1070. Quomodo concipi solitæ. 776
Epistolæ duæ uno tenore conscriptæ. 413. 420. & seq. 423. 447. 478. & seq. 481. 484. 494. 505. 524. 589. 976. 1464
Epistolam regiam si quis despexerit. 330
Eppaonis victus. 1433
Equitare super bestias. 365
Ercamboldus Notarius. 1442. & seq.
Erchambertus Episcopus Bajocensis. 245. 785
Erchanradus Episcopus Parisiensis. 19. 606. 608. 759. 1206. 1261. 1267. 1300. 1420. 1457. 1459
Erchanraus Episcopus Catalaunensis. 101. 121. 612
Erchembaldus Cancellarius. 1247
Erchimbaldus Comes. 1443
Erembertus Missus dominicus. 359
Erenstein. 223
Erifons Episcopus habitans Narbonam. 1101
Erifons Abbas castri Mallasti. 1534. 1537
Erinlfus Missus dominicus. 359
Erkengerus Comes. 300
Erloinus Episcopus Constantiensis. 57
Ermanfredus Episcopus Parisiensis. 1262
Ermefridus Missus dominicus. 359
Ermengardis Comitissa Cenomaniæ. 675. 678. 1304. 1315. 1522. 1535
Ermengaudus Episcopus Biterrensis. 1099
Ermengaudus Episcopus Virgellensis. 630. 632. & seq. 1222. 1545
Ermengaudus Marchio & Comes. 1545
Ermengaudus Comes, filius Borrelli. 1547
Ermesindis Comitissa. 1545
Erogatarij, id est, executores testamenti. 242
Erogator, id est, executor testamentarius. 1042
Erpoinus Episcopus Silvanectensis. 19. 37. 593. 612. & seq. 759
Errare ignorantia magis quàm studio. 16
Errare dedisce cui nemo consentit. 124
Eschanson etymologia. 685
Escuse etymologia. 689
Escrenes etymologia. 685
Escurie etymologia. 688
Essentia. 169
Essentialiter. 157
Estancher le sang. 1007
Estudier pour estre Prestre. 1132
Evacuatoria. 421. 425. 454. 494. 944. 947
Evangelia parvula. 737
Evangelij textus. 1038
Eubona Abbatissa S. Andreæ Viennensis. 1433
Eucharistiam Presbyter semper habeat paratam ad infirmos. 1169
Eucharistia sumi non potest per vicarium. 1178
Eucharistia usurpata ad probanda furta. 1090
Eucherius Episcopus Aurelianensis. 209. 779. Ejus historia fabulosa. 740
Evectio ministranda Legatis. 381. 891. 893
Evectionis numerus. 1152
Evenire adhuc potest quod semel factum est. 812
S. Eugendi monasterium. 1093
Eugenius II. constituit judicium aquæ frigidæ. 646
Evindicare. 410. 435. 437. & seq. 497. 515. 935. 952
Evindicatum judicium. 487. 552
Evindicatus. 432. & seq. 499
Evindicatus alodes. 493
Evinditale judicium. 395. 921
S. Eulaliæ ager. 236
Eulogiæ. 429. & seq. 623. 719. 950
Eulogiæ, id est, munera data ex caritate. 1037. 1190
Eulogiarum varia significatio. 950. 1091
Eulogium, id est, pars fracti panis. 1381
Eulogius Cordubensis explicatus. 1111
Eunuchus non intrabit Ecclesiam. 1219
Evrardus Comes. 138. 300
Eutychiani decreta. 1136
Euva. 719. 776. 1075. 1186
Exactare pro exigere. 720. 964
Exactationes indebitæ ab Ecclesia removendæ. 21
Exactio Nortmannis constituta. 237. 806
Exæquare. 413. 456. 462. & seq. 482. 505
Exæquatio. 386
Exaggerationes incongruæ. 118
Examen crucis explicatur. 1153. & seq.
Examen aquæ ferventis. 332
Examinare se judicio Dei. 178. 182. 792
Exartus. 710
Excambiare. 1424
Excarpsum. 1067
Excepto olim dicebant per omnes casus. 1219
Exceptuatio. 1542
Excommunicare Ecclesiam. 1029
Excommunicati à corpore & sanguine Domini. 166
Excommunicati à propriis Episcopis, ab aliis non suscipiantur. 274
Excommunicatio ecclesiastica & episcopalis 115. canonica. 213
Excommunicatio leviter ferenda non est. 213. 627. Non fiat sine certa & manifesta peccati causa. 36
Excommunicatio emendetur Episcopo. 1549
Excommunicatio vicinis Episcopis innotescenda est. 363
Excommunicationem prædonis Episcopus debet notam facere illius seniori. 287. & seq.

Excommunicationem Episcopi si quis parvipenderit. 364
Excommunicationis ferrum adversùs laicos. 1024
Excommunicationum formulæ veteres. 663. & seq.
Excommunicatis communicare non licet. 125. & seq. 131. 166. & seq. 297. 578. 783
Excommunicatum unius Episcopi alter non recipiat. 387
Excommunicatus si corrigi nequiverit, à Comite in vinculis distringatur. 323
Excondicere. 229. 287. 801
Excorticare. 694
Excubiæ publicæ. 1079
Excubias quas vvactas dicunt. 27
Excurtare. 694
Exempla sæpe scriptum pro *Ex epistola*. 1207. 1241
Exemptionum monasticarum usus exagitatus. 866
Exenia, id est, munera. 580. 622. 625. 1166. & seq.
Exercitale iter. 162
Exercitales, id est, militiam exercentes. 1079
Exercitalis expeditio. 187
Exercitus promotio. 357
Exercitus si superveneriat ad regni vastationem. 325
Exheredati. 720
Exitum se facere. 448. 456. 459. 466. 574. 961
Exmetare argentum. 178. 792
Exorcismorum formulæ veteres. 639
Expeditio hostilis. 190. 333. Quomodo facienda. 337. & seq.
Expeditionem exercitalem facere. 187
Expositi ante Ecclesiam. 720. 1213
Expositum infantem colligere. 474. 1202
Exscariti homines. 809
Extagnare. 1007
Extraneum hominem si quis in loco filiorum adoptaverit. 433. 480. 526. 936
Extravagans Ioannis XXII. emendata. 986
Exvacuatio. 2496

F

FAber si comprobatus fuerit argentum vel aurum adulterasse. 185
Fabri falsarij diligenter inquirantur. 70
Fabricaturæ. 411 413. & seq. 455. 476. 530. 533. 572
Fabricinium ex auro vel argento. 185. 793
Faculas accendere. 720
Facultaticula. 400
Facundiam dicendi non habere. 317
Fagea vagina. 741
Faida. 213 229. 720. 798
Faidam portare. 65. 228. 287. 289. & seq. 768. 1188
Faidam vocabant Franci simultatem apertam. 1195
Faidosus qui faidam exercet. 720. 855. 1193
Falcetus laudatur. 882
Falcidia. 530. 572
Falconis mons. 214
Fallire. 835
Falsa persona non habet potestatem accusandi. 1053
Falsa consignatio nominis episcopalis facta à monachis. 1547
Falsam monetam faciens puniendus. 181
Falsarij fabri diligenter inquirantur. 70
Falsarium judiciaria potestas condemnet. 470
Falsarius literarum regiarum. 52
Falsis epistolis nemo fidem adhibeat. 1137
Fame laboravit Karoli M. seculum. 1244
Famis inopia. 1164
Familia Ecclesiæ. 241. 440. 1147
Familia Ecclesiæ si oppressa sit contra legem. 55. 106
Familia erit custodita secundùm mores domini. 113
Famuli Ecclesiæ feodati & præbendarij. 1560
Fanones de lino efficiuntur. 1360
Fardulfus Abbas sancti Dionysij. 1057
Farinarium, id est, pistrinum. 689. 897
Fateri, id est, dicere. 1265
Faverniacum. 213
Faustus Reiensis emendatus. 1130
Felix Episcopus Corisopitensis. 822
Felix Episcopus Vrgellensis. 718
Fellones atque ignobiles. 720. 780
Femina quæ vestem habet mutatam, si mœcha deprehensa fuerit. 336
Femina libera Longobarda potest res suas vendere & donare. 1043
Feminæ quæ viros amittunt. 314
Feminæ non habitent in domibus Presbyterorum. 1239
Feminæ barcaniare solent. 152
Feminæ liberæ quæ sibi servos copulant. 331. & seq.
Feminæ stant in Ecclesia ad partem borealem. 1333
Feminæ quibus lex Longobardorum prohibet ante anni spatium velum suscipere. 324. 349
Feminam ingenuam trahere. 686
Feminam nullus Presbyter in domo sua habeat. 1377
Feminam liberam si servus sibi in conjugio copulaverit. 325
Feminarum familiaritas vitanda Clericis. 626
Feminarum habitatio penitùs tollatur è domibus sacerdotū. 141
Feminarum raptus vetitus. 148. 150
Feramina. 268
Feria quinta, id est, Iovis dies. 191
Feriandi per annum dies. 1226
Feriati dies venerandi. 55. 206
Ferrarias monasterium. 246. 281. & seq. 1093. 1287
Ferri candentis adjuratio. 651. 655
Ferri Spanisci. 1493
Ferro battudo facere. 486
Festivis diebus placita non teneantur. 55. 206
Festivitates illæ servandæ quas proprius Episcopus venerari decreverit. 356
Festivitates præcipuas nullus Presbyter ignoret. 1377
Festuca. 413. 417. 436. 448. 456. 458. 515. 523. & seq. 532. 536. 545. 549. & seq. 574. 896
Festuca in sinum projecta. 697
Feuda aperta. 808
Fidejussor pro solidis solvendis. 487
Fidejussores, id est, patrini. 1179
Fidejussores idonei. 347
Fidejussores credibiles. 289
Fidejussores tollere. 459. & seq. 882
Fidejussores ad palatium. 65. & seq. 159. 185. 197. 227. & seq. 333. & seq. 336. & seq. 338. 389. 395. 432. 487. 720. 1191. 1241
Fidelem Regis nemo de sua fidelitate subtrahat. 88
Fideles, id est, optimates. 1235
Fidelitas Regi promittenda. 71. 197. 230. servanda. 161
Fidelitatem sacramento promittere. 133. 1056
Fidelitatem Regi jurare debent infantes. 1185
Fidelitatis sacramentum. 720
Fidelitatis juramenti absolutio. 39
Fidelitatis promittendæ solennia. 899
Fidem promissam observare. 331. 783
Fides facta. 699. & seq.
Fiducialiùs. 173
Fieri adhuc potest quod semel factum est. 822
Filesacus caligatus. 1201
Filia admittenda in tertiam portionem servorum. 1042
Filia in alode seu terra paterna non succedit in lege Salica. 463. 703. 854. 936
Filiæ quomodo dicantur venire usque ad partum. 154
Filias suas quidam prostituebant in lupanaribus. 1203
Filiastram suam ante Episcopum ad confirmationem tenere. 1054
Filij naturales qui dicantur. 464. & seq. 967
Filiorum oblatio in monasteriis. 1088
Filiorum in monasteriis oblatorum formula. 574. 1298
Filios suos si quis in ventre matris occiderit, ita ut ad baptismi gratiam pervenire non potuerint. 1378
Filios fratris sui frater superstes adjuvabit. 202
Filios suos si quis aliqua necessitate vendiderit. 192
Filtotti. 698
Firmanus comitatus. 1538
Firmitas. 261
Firmitas, id est, pactio pacis. 145
Firmitas amicitiæ & conjunctionis. 277
Firmitas auctorabilis. 214
Firmitas adunationis. 142
Firmitatem facere. 97. & seq. 122. & seq. 777
Firmitatem quærere. 84
Firmitates factas habere. 173
Firmitates mutuæ fidelium. 107
Firmitates facere non licet sine permissu regio. 195
Firmitates, castella & munitiones. 788
Firmitates similes. 589
Firmitatis epistola. 480
Fiscales villæ. 433
Fiscalini regij. 229. 721
Fiscalini privilegiis ecclesiasticos vincebant. 1182
Fiscalinos traditionem facere non potest foras mixtos. 1184
Fisci ditiones. 890. vires. 1218
Fisco sociare. 322. 325. 491
Fisco sociato. 405. socio. 445. 447. discutiente. 497. 499
Fiscus dominicus. 232
Fistuca. *Vide* Festuca.

Flagellare uxorem. 1378
Flandra. 68. Flandrenſis pagus. 75
Flavinſacum monaſterium. 1093. 1506. 1511.
Ficumas jactat in pudore. 566
Flodegarius Epiſcopus Andegavenſis. 1111. 1205. 1430
Flodoardus explicatus. 1115
Florentia. 359
Florſacenſe monaſterium. 1093
Florus Diaconus Lugdunenſis. 1129
Flotarius Epiſcopus. 342
Focum nemo hoſpitibus deneget. 358. 442. 959
Fodrum. 67. 769
Fœnile. 688
Fœtium. 95
Folco Comes palatij. 1124
Folco Abbas. 265
Folcotous Epiſcopus Tarvanenſis. 68. 771
Foldac Comes. 300
Fons jocoſa, erecta, cooperta. 1007. 1018
Fontes facræ. 565
Fontes ſi ab Epiſcopo conſecrati fuerint in nova Eccleſia. 339
Fontes facrivi. 683
Foras mixtos. 1184
Foraticus. 460. 965
Forbanniatur qui juſtitiam fugerit. 284
Forbannire. 159. 227
Forbannitus latro. 65. & ſeq. 769
Forbannus. 177
Forbarudus homo. 451. 962
Forcia. 161. 289. 389. 453. 813. 915
Forcona. 359
Forconſiliare. 45. 138. & ſeq. 146. & ſeq. 221. & ſeq. 278. 784
Forenſes Preſbyteri. 721
Foreſtes noviter inſtitutæ dimittendæ. 1195
Foreſtes in quibus Ludovicus Karoli Calvi filius venari non debet patre abſente. 268. 810
Foreſtis. 721
Forfactis, id eſt, in bannum miſſis. 1041
Forfactum 721
Forisfacere. 784
Formariage. 839
Formatæ epiſtolæ. 445. & ſeq. 959. 1370. 1377
Formatarum epiſtolarum variæ formulæ. 556. 583. & ſeq.
Formoſus Epiſcopus Portuenſis. 245. 248. apoſtolicæ ſedis Legatus. 215
Fornicantes inrationabiliter. 1379
Fornicatio an ſit juſta cauſa dimittendi uxorem. 335. 1119. 1204. 1228
Fortia. *Vide* Forcia.
Forum Julij. 359
Foſianus villa. 1510
Foſſæ Mariliæ. 214
Foſſatenſe monaſterium. 1094. 1454. & ſeq.
Fragidis ſi quis commotionem fecerit. 360
Francho Vicecomes. 1535
Franci, id eſt, liberi. 793
Franci, id eſt, Salici. 1079
Franci duas leges habebant. 827
Franci fidelitatem Regi promittant. 71
Franci homines mundanæ legis documentis eruditi. 289
Franci qui à Karolo deſciverant. 79. 774
Franci quorum teſtimonium leges publicæ non rejiciunt. 219
Franci homines cum Comite ſuo in exercitum pergunt. 27
Franci qui cenſum de ſuo capite debent. 187. 192
Franci occidentales & orientales. 259
Francia. 240
Francilis bannus. 151. 787
Franco Epiſcopus Cenomanenſis. 1112
Franco Epiſcopus Tungrenſis. 137. 217. 246. 264. & ſeq. 302. 303. 784
Francofordienſe Concilium quo tempore celebratum. 753
Francofordienſis ſynodus. 1044
Francorum veterum origines. 825
Francorum regnum eſt hereditarium. 1082
Francorum judicium. 1185. 1286
Francorum dedecus. 1081
Francorum nomen omnes vicinæ gentes olim affectabant. 1131
Francorum pœna minor quàm Romanorum. 835. 842
Francos ſanctus Remigius ad fidem convertit. 110
Francus, id eſt, liber. 436
Francus cum duodecim ſimilibus Francis juret. 65
Fratres conſcripti. 1280
Fratres indiviſi. 359
Freculfus Epiſcopus Lexovienſis. 1112
Freda. 721. exigenda. 459. & ſeq.
Freda, id eſt, bannus, ſive regalis compoſitio. 1054
Freda compoſitio quæ fit pro injuria facta mulieri in mundio Regis habitæ. 1184
Fredi definitio. 686. 880
Fredos conceſſos poſſidere. 375
Fredum ad Eccleſiam. 327
Fredum & faidum. 988
Fredus judici reſervetur. 1305
Fredaldus Archiepiſcopus Narbonenſis. 1267. 1466
Fredegiſus Abbas S. Martini Turonenſis. 584. 1299. 1402. 1413. 1431
Fredricus. 165
Fridericus Comes. 300
Frideruna Regina ſoror Bovonis Epiſcopi Catalaunenſis. 815. uxor Karoli III. Regis. 295. 1289
Friſchinga. 760
Friſchinga valens ſex denarios. 22
Friſchinga de quatuor denariis. 23
Friſcingæ. 114. 721
Friſcingæ inter vehicula. 1107
Friſia. 223. & ſeq.
Friteſlarienſe monaſterium. 1094
Frodebertus Papa. 564
Frodinus Abbas. 1267
Frodoinus Epiſcopus Barcinonenſis. 276. 803. 1282. 1502
Fronti inuſtus denarius. 152
Frotarius Archiepiſcopus Bituricenſis. 244
Frotarius ambaſciavit. 1301
Frotbaldus Epiſcopus Carnotenſis. 607. 1267
Froterius Epiſcopus Cadurcenſis. 630. 1301
Froterius Epiſcopus Petragoricenſis. 630
Frotharius Epiſcopus Tullenſis illuſtratus. 1223
Frotmundus Comes Senonenſis. 1302
Fructuoſus Abbas Iuncellenſis. 1320
Fructus epiſcoparuum vacantium pertinent ad Regem. 1286
Frugellus Abbas S. Mariæ Alaone. 1301
Fugitivi reddantur dominis ſuis. 333
Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis emendatus. 1138. 1152
Fulcharius Epiſcopus. 1112
Fulco. 195
Fulco Archiepiſcopus Remenſis occiſus ab hominibus Baldvini Comitis Flandriæ. 669
Fulco Comes Andegavorum. 946
Fulco Abbas Corbeienſis. 1116. 1554
Fulcricus Epiſcopus Tricaſſinus. 612
Fulheradus Comes. 1468
Fulradus Abbas, Karoli Martelli nepos. 766
Fulradus Abbas ſancti Dionyſij. 59. 766 Archipreſbyter Franciæ. 1047. ſummus Capellanus Regis Pippini. 109
Functiones publicas facere. 324
Functionem regalem fugere. 1164
Furare. 827
Furo. 419. 943
Furonis, locus. 277. 812
Furor in legibus Longobardorum ſignificat fuſtem. 1189. 1193
Furti incerti à monachis patrati probatio. 1090
Furtorum probandorum exoreiſmus. 657. & ſeq.
Furtum quomodo puniretur in ſervo. 832
Furtum tertium ſi quis fecerit. 1050. & ſeq.
Fuſtes alnini. 705
Fuſtis groſſus. 180
Fuſtuarium ſupplicium. 845

G

Gabrielis Archangeli monita. 1137
Gadales. 1306
Gadericus Epiſcopus Velitrenſis & apoſtolicæ ſedis Legatus. 225. 245
Galgaudis Epiſcopus. 1435
Gaicum monaſterium. 457
Gaidulfus Epiſcopus Firmanus. 1193. 1538
Gairardus Comes. 1468
Galindus Abba S. Mariæ Varra. 631
Galli qui ſint in capitularibus. 1231
Galliarum Pontifices. 579
Gallicanæ Eccleſiæ laus. 730
Gallicia. 235. 1281
Gamactæ, id eſt, percuſſiones. 685
Ganegiacenſis Vicaria. 315
S. Gangulfi monaſterium. 222
Garum. 381. 894

Gasacchio. 699. 849
Gasindi. 387. & seq. 391. 581. 906
Gasindo suo si quis aliquid concedere voluerit. 425. 947
Gastaldij curtes dominicas providentes. 326
Gastaldius. 359
Gaufredus Comes Emporitanus ac Ruscinonensis. 1224. 1303. 1540
S. Gaugerici monasterium. 224
Gausbertus Episcopus Cadurcensis. 630
Gausbertus Præpositus Glannafolienſis. 1095
Gaustenus. 195
Gauzbertus Comes Ruscinonensis. 1335
Gauzbertus rector monasterij S. Mauri ad Ligerim. 1457
Gauzlenus Abba & Archicancellarius. 246. 264. & seq. 268. 271. 281. 810. 1267. 1501
Gauzmarus. 267
Gebehardus Episcopus. 137
Gebuinus Comes palatij. 1187
Gerla Abbas S. Gratæ. 1446
Geilo Episcopus Lingonensis. 1374
Gelasius Papa emendatus & illustratus. 1213
Gelda. 290. 813
Genava civitas. 782
Generalitas populi. 12
Generatio tertia intelligitur usque ad nepotem vel neptem. 1127
Genichiales. 706
Genicium. 336
Genitiariæ, id est, scorta. 1009
Genuculum pro propinquitate sanguinis. 751. 1023
Gentiliacus. 1501
Genua alicujus impingere. 463
Georgius Episcopus Romanus. 752. 1021, 1046. Legatus sedis apostolicæ. 109
Georgius Abba. 1267
Georgius Vesterariæ. 248
Gerardus. 265
Gerardus Episcopus Laudensis. 238. 243
Gerardus Comes. 1469. Ejus comitatus. 68
Gerbodus Episcopus Ebroicensis. 754. 1045
Gerboldus Episcopus Cabillonensis. 244. 275
Germanus interdum positus pro fratre qui germanus non erat. 1565
S. Germani Autissiodorensis monasterium. 1412
Geroldus Episcopus Ambianensis. 244. 629
Gerundensis pagus. 1450. 1480
Gesta. 426. & seq.
Gesta quomodo est conscripta. 465. 470
Gesta in singulari. 1285
Gesta publica sive municipalia. 405. 415. 426. 450. 465. & seq. 470. 479. 481. 532. 571. 948. 968
Gibborum nova genera novis medicationibus sunt sananda. 296
Gildonia. 1034
Girvoldus Episcopus Ebroicensis. 1045
Gisalbertus Karoli Calvi vassallus. 762
Gisandus Episcopus Carcassonensis. 634
Giselbertus Episcopus. 342
Gisslebertus Episcopus Carnotensis. 244. 265. 275
Gisslebertus Comes. 265
Glandifolium. 1456
Glannafolium. 1436, 1456
Glannafolienſe monasterium. 1095
Glidulfus Episcopus. 1295
Glizzina camisia. 741
Gloria Patri. 722
Gloria Patri apud omnes canteur. 1132
Glossa Decretalium illustrata. 1176
Glossographorum veterum quanta auctoritas. 827
Gocia. *Vide* Gotia.
Godefredus Comes. 300
Godefridus Abbas Fossatensis. 1206
Godelsadus Episcopus Cabillonensis. 57. 1267
Godofredus Episcopus Silvanectensis. 1112
Gondemarus Episcopus Gerundensis. 1449. 1510
Gospertus Episcopus Vercellensis. 1141
Gotbertus Comes. 265
Gotescalchus Episcopus Anicensis. 1538
Gothi. 1131
Gothi sive Hispani intra Barcinonam cohabitantes. 25
Gothicæ legis liber. 277
Gothorum provincia. 1245
Gothia. 276. 1044. 1081. 1287. 1500
Gotia tota, id est, Septimania & Marca Hispanica. 1118
Gotiæ regnum. 1525
Gotselmus Missus dominicus. 69
Goulartius castigatus. 1123. 1222
Gozso Missus dominicus. 70
Gradale. 722
Gradus propinquitatis. 1248
Gradus sacri. 871
Gradus canonici pœnitentiæ. 226
Gradus ecclesiastici. 49. 540. 598. 633. 1479
Gradus, id est, suggestum. 781
Grafia, id est, comitatus. 457. 722. 956. 964
Grafio & Comes ejusdem dignitatis nomen est. 500. 849. 994
Granarium. 1010
Grandivallis monasterium. 223. 1278
Granea. 722. Grania. 1009. Granica. 502. 982. 1389
S. Gratæ monasterium. 1446
Gratianus animum à Capitularibus abhorrentem non habebat. 1148. Emendatus. 1446. castigatus. 1141
Gregem unam. 1006
Gregorianum officium. 731
S. Gregorij monasterium. 223. 1095
Gregorius M. emendatus. 1244
Gregorius M. in libro pastorali. 91
Gregorius M. composuit libellum musicæ artis. 2134
Gregorius Nomenculator. 248
Gregorij Turonensis Episcopi laus. 861
Gretterus castigatus. 1199
Grimaldus Abbas sancti Galli. 586
Grimaldus Dux Beneventorum. 1070. 1199
Grimaltus. 2382
Grimoaldus Major domus. 564
Grimoardus Vicecomes Parisiensis. 1524
Grimoldus Abbas sancti Galli. 127. 781. Liber sacramentorum ei tributus emendatur. 1172
Grioberti precaria. 824
Grossus fustis. 180
Gualcausus, auctor antiquus glossæ legis Longobardorum. 1183
Guarinus Abbas Cuxanensis. 1304
Guenilo Archiepiscopus Senonensis. 606. & seq.
Guifredus Comes Ceritaniæ. 1304. 1522
Guiladus Episcopus. 1112
Guilleberti Episcopi capitula. 1284. 1377
Guillelmus Dux Aquitaniæ. 2159
Guillelmus Abbas Divionensis. 1295
Guillelmus Comes Cadurcensis. 630
Guillelmus Comes & Abbas Brivatensis. 1522
Guillelmus Raymundus de Montecatano Seneschallus Comitis Barcinonensis. 1296. 1358
Guillelmus Durandi emendatus. 1258
Guimera Episcopus Carcassonensis. 1534
Guisadus Episcopus Vegellensis. 1482
Gumbaldus Episcopus Vasatensis Dux Vasconiæ. 1108
Gundacher Comes. 1440
Gundemarus Episcopus Gerundensis. 1449. 1510
Gundobada lex. 754. 1074
Gundovilla. 800
Gundulfsvilla. 225. 261. 800. 1281. 1559
Gunebodigni. 722. 1036. 1130
Guntbertus Episcopus Ebroicensis. 57. 1267
Guntboldus Archiepiscopus Rotomagensis. 29. 760
Guntfanonarius. 799. 796
Guntharius Archiepiscopus Colonienſis. 121. 128, 137. 780
Gyrovagi. 1037

H

Habere jurare. 1130
Habitum non decentem sacerdotij apicem nullus Presbyter deferre præsumat. 241
Habitus laicalis. 3
Habitus religionis 37. religiosus. 110. & seq.
Hadabrannus Missus dominicus. 83
Hadebaldus Archiepiscopus Colonienſis. 754. 1112. 1247
Hadebertus Episcopus Silvanectensis. 244. 276. 595. 629
Hadebertus aurifex. 267
Hadoindus Episcopus Cenomanensis. 949
Hadrianus II. Papa. 261
Hagano Episcopus. 543
Hagano Comes. 300
Haias facere non licet sine permissu regio. 295. 796
Haiminus Episcopus. 543
Halfredus Abbas Balneolensis. 1528
Haligarius Episcopus Cameracensis. 1110. 1113
Hallæ. 695
Hamallus. 698
Hammaburgensis archiepiscopatus initia. 1116

Hanious comitatus. 224
Hardingus Comes. 238. 243
Hardoinus Miſſus dominicus. 69
Hardradi Comitis & Ducis Auſtriæ conjuratio adversùs Karolum Magnum. 1044
Harduini pagus. 69
Hariardus Epiſcopus Lexovienſis. 245. 1267
Haribannus. *Vide* Heribannus.
Hariſtallum. 752
Harmiſcara. 56. 90. 148. 184. 207. 212. 235. 263. 270. 283. 338. 723. 766
Harmiſcara, id eſt, ſella. 360
Hartgarius Epiſcopus. 343
Haſbanium. 224
Haſla Francis ſignificat locum publicum apertum. 998
Hato Comes. 300
Hattuariæ. 224
Hatuarij. 70. 772
Hebdomadarius monaſterij. 1384
Heccardus Comes. 1574
Hechiardus Comes Ambianenſis. 1309
Hedenulfus Epiſcopus Laudunenſis. 245. 276. 595. 606. 622
Hedui. 1231
Heidolo Epiſcopus Noviomagenſis. 669
Heidra villa in Otlingua Saxoniæ. 1266. 1440
Heiminus Miſſus dominicus. 1200
Heintricus Abba. 69
Heirardus Epiſcopus Lexovienſis. 245. 1267
Heirradus Abbas Magnilocenſis. 1098
Heldeſindus Abbas S. Petri Rodenſis. 1540. Poſtea Epiſcopus Helenenſis. 1303
Helegrina ſponſa Folradi. 1427
Helena oppidum pagi Ruſcinonenſis. 1254
Helenenſis Eccleſia. 634. mater Eccleſiarum Roſſilionenſium & Vallaſpirenſium. 1275. 1543
Helenenſis pagus. 1515. 1525
Helias Epiſcopus Carnotenſis. 19. 759. 1112
Helias Epiſcopus Tricaſſinus. 1112
Helingaudus Epiſcopus Ferdenſis. 1116
Heliſachar Abbas. 1175
Hemico Epiſcopus Dienſis. 246
Henricus Epiſcopus Tullenſis. 1559
Henricus Rex Germaniæ. 295. 299. 814
Herardus Archiepiſcopus Turonenſis. 133. 612. *& ſeq.* 621. 1484. Ejus capitula. 1257
Herba ad caballos. 67
Herbæ maleficæ. 453. 963
Herbarum venena. 658. 836
Herbertus Epiſcopus. 1112
Hercambaldus. 443
Herculis ſimulachrum æneum. 1214
Hereburgium. 705
Hereditas paterna vel materna diviſa inter propinquos. 482
Hereditas legitima quænam cenſeri debeat. 231
Hereditas luctuoſa. 457. 481. 964. 1297
Hereditas largior Karoli ſimplicis explicatur. 815
Hereditas ejus qui ad mortem fuerit judicatus propter homicidium in Eccleſia commiſſum, ad legitimos heredes illius perveniat. 332
Hereditates colonorum. 188
Hereditatis diviſio quomodo facienda. 386. 902
Hereditoria. 461. *& ſeq.* 465. 966
Heremi ſqualor. 28
Heribannus. 187. 452. 723. 794. 963. 1181
Heribergare. 723
Heribergum facere, in heribergo manere. 194. 795
Heribodesheim. 223
Heriboldus Epiſcopus Autiſſiodorenſis. 607. 1267
Hericus Epiſcopus Lingonenſis. 1538
Herigerus Archiepiſcopus Moguntinus. 300
Herimannus Archiepiſcopus Colonienſis. 299. 298. 300
Herimannus Epiſcopus Nivernenſis. 50. 57. 607. 763. 1265
Herimannus Comes. 300
Herinandus Epiſcopus Morinenſis. 669
Herio inſula maris Pictonici. 1096
Heriſliz. 333. 723. 1186
Heriſtallium. 268
Heriſtuph. 65. 1612. 768
Heriveus Archiepiſcopus Remenſis. 669
Herloinus Miſſus dominicus. 69
Herluinus Comes. 102
Herluinus Epiſcopus Conſtantienſis. 1267
Hermengardis Regina uxor Ludovici Pij. 435
Hermintrudis. *Vide* Hirmintrudis.
Heroldus caſtigatus. 1019
Herolvesfeld monaſterium. 1378
Herpix. 692. 843
Herpuinus Epiſcopus Silvanectenſis. 1206. 1267
Hetti Archiepiſcopus Trevirenſis. 342. 755. 1107. 1112. 1174
Hibernus, hyems. 1185
Hieremias Archiepiſcopus Senonenſis. 1421
Hieronymo falsò adſcripta homilia de aſſumptione ſanctæ Mariæ. 1171
Hieronymus emendatus. 1126
S. Hilarij monaſterium in diœceſi Carcaſſonenſi. 1102. 1409. 1429. 1462
Hildebaldus Archiepiſcopus Colonienſis. 754. 1112. 1247. 1435
Hildebaldus Epiſcopus Matiſconenſis. 1206. 1237
Hildeboldus Epiſcopus Sueſſionenſis. 244. 265. 275. 599. 629
Hildeboldus Preſbyter. 593
Hildebrandus Comes. 1175
Hildebrannus Epiſcopus Sagienſis. 57. 244. 1267
Hildegardis Regina, uxor Karoli Magni. 1040. 1043
Hildegarius Epiſcopus Meldenſis. 103. 121. 608. 781. 1205. 1229. 1267
Hildemannus Epiſcopus Bellovacenſis. 1112. 1170
Hildericus Abbas Caſaurienſis. 1338
Hildericus Abbas Caunenſis. 1433
Hildeſindus Epiſcopus Ruſcinonenſis. 1303. Antea Abbas S. Petri Rodenſis. 1540
Hildigyſus Abbas Duſerenſis. 1096
Hildradus Epiſcopus Albenſis. 238. 243
Hilduinus Abbas S Dionyſij. 1115. *& ſeq.* Archicapellanus. 610
Hilduinus Epiſcopus Aſtenſis. 238. 243
Hilduinus Abbas & Bibliothecarius. 246
Hilduinus Abba. 102
Hilduinus pervaſor epiſcopatus Tungrenſis. 295. 814
Hilmeradus Epiſcopus Ambianenſis. 57. 69. 612. 1267
Hilmeradus Epiſcopus Helenenſis. 1535
Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus. 13. 19. 29. 49. 57. 68. 87. 102. 103. 121. 127. 137. 163. 207. 217. 244. 250. 264. 275. 301, *& ſeq.* 305. 309. 593. *& ſeq.* 621. 759. 778. 823. 1267
Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis fuit primò Canonicus, dein monachus in monaſterio S. Dionyſij. 1115
Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis ſe contendebat eſſe Primatem. 1241
Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis manu ſua ſcripſit librum Adalardi de ordine palatij. 1161
Hincmari Archiepiſcopi Remenſis epiſtola de ſceleribus Karlomanni filij Karoli Calvi. 801
Hincmari Archiepiſcopi Remenſis conſilium de pœnitentia Pippini junioris. 819
Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis defenſus. 1260
Hincmarus Epiſcopus Laudunenſis. 102. 121. 163. 207. 303. 612. 778
S. Hippolyti cella. 59
Hirminfridus Epiſcopus Bellovacenſis. 1267
Hirmingardis Regina uxor Boſonis. 1507
Hirmintrudis Regina uxor Karoli Calvi. 272. 1474. *& ſeq.* 1487. 1507. Abbatiſſa Kalenſis. 1206. 1271. 1464. Ejus conſecratio 313. 817. Obitus. 1276
Hiſelmundus Epiſcopus. 359
Hiſpani. 1231. 1503. 1525
Hiſpani in comitatu Biterrenſi conſiſtentes. 1444
Hiſpania pars regni Francici. 25. 1187
Hiſpania, id eſt, Hiſpania citerior. 1187
Hiſpaniæ provinciæ. 276
Hitto Comes. 102
Hivernaticus & hivernatica ſatio. 1185
Hoenchirche. 223
Holdiſtede. 996
Homallare. 921
Homburch. 223
Homerus, id eſt, Angilbertus. 754
Homicidæ judicium pertinet ad Comitem. 27
Homicidæ impoſita peregrinatio ſacra. 441
Homicidia voluntaria. 65
Homicidia perpetrat qui pauperes expoliat & fame ac nuditate periclitari facit. 185
Homicidia ſi quis indiſcretè & præſumptiosè fecerit. 361
Homicidia in Eccleſiis vel in atriis earum commiſſa. 331
Homicidia facta propter pulverem mortalem. 1199
Homicidij inquiſitio 485. compoſitio. 417. 491. 499. 544. pœna. 1378
Homicidij crimen ſi quis aliqui objecerit. 485

Homicidium laici si in Ecclesia perpetratum fuerit. 1216
Homicidium pro simplicitate. 333. 350
Homiliæ Presbyterorum quales esse debeant. 1139
Homiliæ quadraginta sancti Gregorij. 1159
Hominem si quis in Ecclesia interfecerit ex levi causa aut sine causa. 331
Hominem si quis jussu Regis interfecerit. 918
Hominem alienum nemo recolligere præsumat. 274
Homines non convenit ad mortem judicari in Ecclesia. 234
Homines vvassallorum dominicorum. 211
Homines qui in banno & in pœnitentia missi sunt. 70
Homines majores. 786
Homines vagi & irreverentes. 280
Homines interdum positum pro *omnes*. 1076. 1219
Hominium. 462
Hominum suorum unusquisque sollicitudinem gerat. 358
Hominum interdum scriptum pro *operum*. 1240
Homo deos judicare non debet. 1113
Homo de corpore. 1561
Homo regius & ecclesiasticus. 989
Homouva. 125
Homunciuneuli. 508
Honor Regi exhibendus. 5
Honor Ecclesiarum. 259. 267. 1195. Ecclesiarum ac servorum Dei. 160
Honor ecclesiasticus in omnibus custodiatur. 240
Honorem regium obtinere. 139
Honorem suum Ecclesiæ Dei habeat. 44
Honores tenere. 69 habere. 107. amittere. 330. perdere. 359
Honores donatos habet. 88
Honores ecclesiasticos ecclesiastici sortiantur. 19
Honores tantas. 1006
Honores suos filio vel propinquo suo placitare. 264
Honores, id est, beneficia vel dignitates. 785
Honores aperti. 263 808. 1286
Honorum concessio. 140
Honorabiles semper habere. 86
Honorabilitas. 168
Honoratus Episcopus Bellovacensis. 669
Horrea. 222
Horto Episcopus. 1435
Hortamentum. 102
Hospitalia. 29
Hospitalia debent esse subjecta propriis Episcopis. 111
Hospitalia xenodochia. 34. 111. 743. 761. 1164
Hospitalitas commendatur. 290. 558. 1289. 1370
Hospitalitas jam penè adnullata est. 33
Hospitalitas supervenientium hospitum. 52. 205
Hospites supervenientes cum lectione divina suscipiendi. 1382
Hospitum susceptio negligenda non est. 111
Hostelitia. 1238
Hostem adnuntiare. 175. facere. 794
Hostilesus. 1389
Hostilia, id est, carra ad hostem. 1138
Hostilicium. 1189
Hostilis expeditio. 190. 333. apparatus. 199. 360
Hostiliter præparatus. 195
Hostis, id est, exercitus. 143. 147. 714. 963
Hucbertus Episcopus Meldensis. 57. 1112
Hucciare. 1416
Hudalricus Comes & Marchio. 1267
Hudolrichus Marchio. 1466
Hugo Karoli M. filius, Abbas Novalicienſis. 1093
Hugo Abbas S. Aniani Aurelianensis. 1145. 1498
Hugo Abbas S. Apri Tullensis. 1561
Hugo Abba. 246. 265. 599. 808
Hugo Comes. 1471
Hugo Missus dominicus. 70
Humanitas, id est, cibus. 893
Hunaldus Princeps Aquitaniæ. 1192
Hunfredus Abbas Dervensis. 1167
Hunfridus Episcopus Morinensis. 776. 1167
Hunfridus Comes. 102
Hungarius Comes. 102. Missus dominicus. 69
Hunvardus Episcopus Paderbornensis. 300
Hunulcurt. 224
Hymnus angelicus. 1225
Hypatianus Heracleæ Episcopus. 1248

I

Iactivus. 448. 508. 961
Iauuacensis Ecclesia. 131. 782
Ictus sine sanguinis effusione. 328
Idoneare. 724
Idoneum se reddere sacramento. 282. 792
Idoneum se proprio sacramento facere. 333
Idoneum se reddere ab objectis. 52
Iean de Meung dit Clopinel. 1008
Iectitio. 192
Iectivus. 190. 435. 437. 448. 456. 508. 552. 699. 795. 955. 961. 1273
Iecur canis dare manducandum ei qui à cane furente morsus est. 1378
Iejuni sint Episcopi quum Spiritum sanctum tradunt. 1242
Iejuni sint judices quum causas audiunt. 1130
Iejunia ecclesiastica. 1128
Iejunia quatuor temporum. 724. 1092. 1216. 1376
Iejunia indicta. 1173. 1208
Iejunia nullus laxare debet, nisi infans, aut senex vel infirmus. 1258
Iejunia interdum constituta auctoritate Principis. 1164
Iejunia triduana in electionibus Episcoporum. 604
Ieiuniorum dies. 1090
Iesse Episcopus Ambianensis. 1067. 1071. 1075. 1112. 1435
Iestificere. 190
Ignem si quis in silva comminare ausus fuerit. 333
Ignis avaritiæ & rapacitatis. 155
Ignoscendi soli gloria relicta Episcopis. 1222
Illicita qui commisit, à licitis abstinere debet. 128. 1238
Imaginarium jus. 418. 497. 505. 545. 942. 1297
Immancatio. 507. 982
Immeliorata res. 445. 451. 458. 506. & *seq.*
Immo Episcopus Noviomagensis. 19. 57. 68. 75. 102. 759. 1262. 1267
Immunitas Ecclesiarum servanda. 64. & *seq.* 95. 107. 209. & *seq.* 323. 556. & *seq.* 877. 1549
Immunitas Ecclesiarum & monasteriorum. 142. 147
Immunitas monasterij. 459
Immunitas rerum ecclesiasticarum. 274
Immunitas concessa bonis eorum qui cum Rege vadunt. 266
Immunitas ab expeditione hostili. 452
Immunitas patrocinari non debet falsis monetariis. 182
Immunitas de manso ad Ecclesiam dato. 212.
Immunitas sanctorum. 459. 964
Immunitatem Ecclesiæ persolvere. 239
Immunitatem Ecclesiarum si quis infregerit. 365
Immunitates Ecclesiarum quibus opitulari non debeant. 1034
Immunitatis nomine quid censeatur. 1185
Immunitatis ecclesiasticæ formulæ. 376. & *seq.* 510. & *seq.*
Immunitatis præceptum. 322
Immunitatis confecratio. 108. defensio. 54. 205
Immunitatum infractiones. 162
Immutatio significat imminutionem. 1241
Impedimentola. 48
Imperatrices augustæ. 1213
Imperialis honor ab omnibus fidelibus observetur. 240
Impiegere. 842
Impiegere genua alicujus. 463
Importunus Episcopus. 563. & *seq.*
Impositio manuum sacerdotalium. 213
Impossibile qui jubet, facit se contemptibilem. 102
Impossibilitatem adnuntiare. 394
Impræditio. 88
Impulsare. 434
Inæqualitas æris. 1165
Inantea. 866
Inbreviare. 31. 53. 97. 145. & *seq.* 182. 184. 203. 360. 724. 765
Inbreviator sive descriptor stipendiorum regalium. 613
Incadus Episcopus Parisiensis. 1061. 1112. 1262. 1428. & *seq.* 1459
Incendia vel damna passi ab hostibus. 483 & *seq.*
Incendiarij judicium pertinet ad Comitem. 27
Incertum pro *incestum*. 1188
Incesta conjugia vetita. 46. 334. & *seq.* 355. 1374. Olim frequentia in Gallia. 814
Incestam propinquam suam si quis duxerit. 139
Incesti crimen. 740. Acriter ab Ecclesia vindicatum in laicis. 1024
Incesti non sunt legitimi heredes. 1233
Incestuosi ad placitum Episcopi adducantur. 108. Iuxta canonicam sententiam pœnitentia multentur. 340
Inconvenientes personæ. 111
Inconvenientia temporis. 117
Incrementare. 155
Increpatio Domni Apostolici. 77
Increscere. 90. 155. 163

Incrocare. 706
Inda. 222
Indemnitas. 167
Indiculum generale ad omnes homines. 431. 951
Indiculus. 61. 724
Indiculus regalis. 452. 455. 460. 513. 554. 560. 961. 1179. 1194
Indiculus quem Episcopus transmittit ad Abbatem. 508
Indiculus quem Abbas transmittit ad hominem pagensem. 508
Indiculus quem Præpositus transmittit ad Abbatem. 507
Indiculus Episcopi ad alium eulogias dirigentis. 429. 950
Indiculus commonitorius ad Episcopum. 389. 914
Indiculus precatorius ad Episcopum. 507
Indiscretio Prælatorum. 53. 204
Indissolubiliter. 72
Indominicata casa. 1493
Indominicatæ culturæ. 214. villæ. 176. *& seq.*
Indominicatum. 197. 796
Indominicatus mansus. 257. 534. 1388. *& seq.*
Indulgentiæ concessio. 143. 147
Indutare. 193
Infantem à sanguine si quis emerit. 474. 974
Infantes. 45. 48. 139. 321. 465. *& seq.* 624. 724. 837
Infantes excusantur à jejunio. 1376
Infantes jurare debent fidelitatem Regi. 1183
Infantes matrem sequantur. 190
Infantes qui projiciuntur à matribus. 1202
Infantes oblati in monasteriis. 1198
Infantorum. 1014
Infantulus sanguinolentus. 474. 973
Inferenda. 724. 1251
Infidelem Regis nemo celet. 243
Infideles Regis si se adunaverint ad vastationem regni. 199
Infideles Regis locum in regno habere non permittantur. 197
Infideli Regis nemo se conjungat. 197
Infidelium Regis proprietas addicatur fisco. 197
Infiduciare. 1375
Infirmi excusantur à jejunio. 1238. 1376
Infirmi sine communione non moriantur. 1169
Infirmitas generalis. 158
Infirmorum cura habenda. 1384
Infirmorum visitationes Presbyter habeat & rectè intelligat. 1377
Infirmorum domus. 35
Infiscare. 1273
Infracturæ. 508
Infracturæ Ecclesiarum. 150
Ingelbinus Episcopus Albiensis. 630
Ingelgerus Comes. 265
Ingeltramnus Comes. 221. *& seq.* 800. 1468
Ingeluvinus Episcopus Patisiensis. 244. 265. 275. 599. 1284
Ingeniosæ machinationes. 212
Ingeniosè. 324
Ingenium, id est, artificium. 725. 921. *& alibi passim.*
Ingenuilis ordo. 494
Ingenuitas integra. 422. 466. 501
Ingenuitatem suam defensare. 435
Ingenuitates diverso modo factæ. 423. 945. 538
Ingenuitatis formula. 439. 495
Ingenuitatis charta. 444. 449. 461. 475. 541. 974
Ingenuitatis chartula. 541. epistola. 434. titulus. 540
Ingenuitatis suæ statum si quis alicui obnoxiaverit. 422. 944
Ingenuorum libertas confirmata. 530
Ingilberga Regina. 226
Ingilvinus Missus dominicus. 69
Ingiscalcus Comes. 1267
Ingobertus Comes. 1174
Inhonoratio. 291
Injuriare. 366. 388
Injustitiæ veritæ. 177. emendentur. 319
Innocentius III. castigatus. 1283
Innotescere, id est, significare. 85. 165. *& seq.* 170. 211. 249. 323. 363. 393. 441. *& alibi passim.*
Inquietudines secularium hominum. 122
Inquisitio per sacramentum. 347
Inquisitiones superfluæ tollantur. 349
Inquisitiones faciendæ per meliores & veraciores homines. 133. 336
Intrationabilitas ubi inventa fuerit. 31
Inrationabiliter fornicari. 1379
Inreptio. 247
Inripare messem alienam. 1305
Inscriptionem præcedere oportet in omni accusatione. 977
Inscriptionem de sumptibus & expensis confirmare. 484. 977
Insensibiles reddunt peccata. 89
Inservire, id est, in servitute revocare. 67. 1184
Insidiare iter agentem. 485. *& seq.*
Insolentia Presbyteri. 136
Instrumenta interdicta. 1175
Instrumenta si incensa fuerint ab hostibus. 392. *& seq.* 919
Interdicto ecclesiastico subjici jussæ terræ Matthæi Ducis Lotharingiæ. 1559
Interdonatio. 409
Interdum, id est, interim. 1015. 1019
Interpellare. 435. *& seq.* 452
Interpellatus si quis fuerit ut aliquam causam diffinire debeat in palatio. 196
Interprendere. 152
Intertiare. 987
Intertiata res. 698. 725. 847. 1155. 1185. 1228
Intervallum post matutinos & ante primam. 1385
Interventores. 715
Intestamentum pro *intestatum*. 409. 416
Inthronizare. 630. 633. 1554
Intrania. 688
Inventarium. 481
Investitura curæ de manu Abbatis suscepta. 1560
Investiturarum varia genera. 896. 960. *& seq.*
Invitare significat interdum cogere. 1168
Involare. 859
Ioannes Abbas S. Laurentij Cerritanensis. 1102
Ioannes Abbas S. Mansueti Tullensis. 1559
Ioannes Archiepiscopus Arelatensis. 1435
Ioannes Archiepiscopus Rotomagensis. 244
Ioannes Bona Cardinalis laudatus. 1306
Ioannes Episcopus Aretinus. 237. 243. *& seq.* 249. 250
Ioannes Episcopus Cameracensis. 244. 265. 595. *& seq.* 612. 619
Ioannes Episcopus Barcinonensis. 1504
Ioannes Episcopus de Forcona. 359
Ioannes Episcopus Pictavensis. 1257
Ioannes Episcopus Pinnensis. 1192. 1538. 1542
Ioannes Episcopus Ticinensis. 237. 243
Ioannes Episcopus Tusculanensis. 243. 247. 249. 250
Ioannes Episcopus in Vasconia occisus. 1207
Ioannes VIII. Papa. 237. 239. 245. 251. 274. *& seq.* Ejus epistolæ duæ nunc primùm editæ. 1495. *& seq.*
Ioannes Sacellarius. 732. 1021
Ionas Episcopus Æduensis. 57. 70. 1267. 1472. *& seq.*
Ionas Episcopus Aurelianensis. 1112. 1174
Ionas Episcopus Nivernensis. 1112
Ioseph Archiepiscopus Turonensis. 584. 1299
Ioseph Episcopus Eporediensis & Archicapellanus. 342. 352. 1294
Ioseph Episcopus Maurigianensis. 1468
Iosue Abbas sancti Vincentij de Vulturno. 1084
Iovis dies. 191. mons. 1184
Iracundiam tenere contra aliquem. 290
Isaac Comes. 300
Isaac Abbas Stellæ. 1257
Isaac Episcopus Lingonensis. 130. 244. 275. 776. Ei falsò tribuitur epistola de canone Missæ. 1257
Isarnus Abba de sancto Stephano. 631
Isarnus Episcopus Tolosanus. 1554
Isarnus Vicecomes Vrgellensis. 1503
Isembardus Comes. 102. Ejus comitatus. 70
Isimbardus Comes. 1267. Missus dominicus. 70
Isidorus Clarius Episcopus Fulginas modestè visitabat suam diocesim. 1151
Iso monachus Sangallensis. 1299. Ejus formulæ. 586
Italia. 262. 1413
Italiæ regnum. 277. 1504
Italicum littus. 359
Italici regni optimates. 237
Iter exercitale. 162
Iterantibus nemo mansionem deneget. 290
Iterantes nihil ab aliquo violenter tollant. 348
Iterare judicium. 725. 1219. negligentiam. 236
Iteratum non intelligitur quod ambigitur esse factum. 1240
Iucti sex de vinea. 1388. *& seq.*
Iuchos, sive juctos, accipere. 588. *& seq.*
Iudas est inter sanctos. 297. Eum Dominus furem esse sciebat. 1219
Iudæ traditori comparantur qui facultates ecclesiasticas diripiunt. 110
Iudæi dent decimam. 268. 1286
Iudæus si argentum mixtum protulerit. 185
Iudex emunitatis. 1014

Iudiacum villa.
Iudicare & indicare pœnitentiam. 1259
Iudicati ad mortem, pro mortuis habentur ad antè gesta. 507. 1023
Iudices publici. 1185
Iudices electi. 1219. Vnde dicti. 878
Iudicis non est sine accusatore damnare. 333. 564
Iudices esse qui non possint. 1219
Iudices jejuni causas audiant. 342. 562
Iudices an judicare possint perfidos extra præsentiam sacerdotum. 1130
Iudices pacem & justitiam faciant in suis ministeriis. 1223
Iudices inquirantur si nobiles & sapientes aut Deum timentes constituti sunt. 214
Iudices consentientes sint Episcopis suis ad justitias faciendas. 338
Iudices villarum regiarum. 1210
Iudicum numerum & nomina sciat Princeps. 115. 779
Iudices de pacto. 319. *& seq.*
Iudicum læva cupiditas. 1020
Iudicia exercenda sunt absque respectu personarum. 405
Iudicialis potestas. 15
Iudiciaria, territorium judicis. 310
Iudiciariæ potestatis minister. 1197
Iudicij formula. 27
Iudicio Dei se purgare. 552
Iudicium Dei. 229. *& seq.*
Iudicium supremum. 333
Iudicium episcopale. 106
Iudicium seculare, id est, Comitis placitum. 536
Iudicium legale. 364
Iudicium evindicatum. 166
Iudicium subvertere. 437. 487. 551
Iudicium, etiam justum, nemo vendere præsumat. 1185
Iudicium iterare. 332. 336
Iudicium civile si Clericus proclamaverit. 1219
Iudicium Francorum. 1224
Iudicium crucis. 502. 981. explicatur. 1185. 1286
Iudicium, locus haud procul à Theodonis villa. 1153. *& seq.* 7. 77. 111. 758. 1259
Iudith Imperatrix. 611 mater Karoli Calvi. 71 Ejus obitus. 1492
Iudith Karoli Calvi filia. 166. 789. 1271. Desponsata Edilulfo orientalium Anglorum Regi. 309, 816
Iugalis. 409
Iulianus Pomerius auctor librorum de vita contemplativa & activa. 1213
Iulij III. numisma. 1215
Iuncellense monasterium. 1099. 1393. 1519
Iuniores Ecclesiæ. 725. Comitum. 27. 508. 725. 879
Ivo Carnotensis Episcopus emendatus. 1179
Ivo Carnotensis habuit exemplar Capitularium diversum à nostris. 1187. 1239
Iura forensia. 236
Iuramenta vitanda. 339
Iuramenta super arma. 1295
Iuramenti fidelitatis absolutio. 39
Iuramento se excondicere. 287
Iuramentorum publicorum solennia. 451. 453. 923. *& seq.*
Iuramentum Hincmari Archiepiscopi Remensis apud Pontigonem. 250
Iurare super sacra. 298
Iurare super sacra non debet Episcopus. 119
Iurare sacramenta. 1193
Iurare super altare. 1416
Iurare sacramentum manu propria. 289
Iurare non licet per vitam Regis. 1184
Iurare manu septima. 396. 943. manu sua XIII. vel XXXVII. 485. *& seq.* cum duodecim similibus. 63. 1079. cum duodecim francis. 436. 438. 532
Iurationis sacramentum. 119
Iuratores idonei. 329
Iuratores duodecim legitimi. 331. 333
Iusjurandum dare reculandi nemo habeat potestatem. 347
Iussiaca villa. 1259. 1281. 1489
Iusta frequenter pro *juxta* positum in veteribus libris. 986. 1270
Iustini junioris constitutio mendosa. 1255
Iustinianus Imperator. 277
Iustitia omnibus conservanda. 6. 147. *& seq.*
Iustitia venalis. 156
Iustitiam reddere unusquisque debet. 1192
Iustitiam reddere & accipere. 732
Iustitiam facere & accipere. 1185
Iustitiam unusquisque faciat in suo ministerio. 214
Iustitiam & pacem habeat populus. 228
Iustitiam qui fugerit, forbanniatur. 284
Iustitiam disfacere. 281
Iustitias nemo negligat, nemo vendat. 351
Iustitias facere. 61. 199. 336. 1227
Iustitiæ facies dæ. 233
Iustitiæ regales. 64. 96. 175
Iustitiæ sancti Petri. 1132

K

KAlense monasterium datum Hirmintrudi Reginæ. 1271
Karlomannus Rex Italiæ. 1141
Karlomannus Karoli Calvi filius. 230. 801. Abbas sancti Arnulfi Metensis. 1276. 1489
Karlomannus, Ludovici Balbi filius. 279. 281. 812. *& seq.* 1287
Karolus Calvus Ludovici Pij & Iudithæ filius 71. Quo die natus. 1492. Ei pars regni tradita est à Ludovico patre. 307. 133. In Regem unctus sacro chrismate in Ecclesia Aurelianensi à Vvenilone Archiepiscopo Senonensi. 118. 134. *& seq.* 780. Interfuit synodo Suessionensi. 49. 78. Libellum proclamationis obtulit synodo Tullensi adversùs eundem Vvenilonem. 131. 133. Coronatur Metis in regno Lotharij. 215. 301. 798. 1276. Romam proficiscitur. 267. Eligitur Imperator. 237. 245. 252. 803. Præfuit synodo Pontigonensi. 249. Ejus laudes 252. 1566. *& seq.* Effigies. 1306. Liber precum. 1276. Ejus anni quomodo numerandi. 797. 809
Karolus Calvus cur bona Ecclesiarum coactus est dare laicis. 110
Karoli Regis lex de compositione sacrilegij. 276. *& seq.*
Karoli Calvi filius moritur. 1290
Karolus M. Imp. 110. Erat natione Francus. 1185. Legendi atque psallendi & computandi peritissimus. 1134. *& seq.* Adjutor apostolicæ sedis. 1032. Eum accepisse omnem honorem suum ab Ecclesia scribunt Romani Pontifices. 1232. Eleemosynam mittebat ad diversa loca. 1198. Ebrietatem in qualicunque homine abominabatur. 1173
Karoli M. egregia laus, 35. 251. 808. 1134
Karoli M. capitula synodalia. 1036
Karoli M. capitula diù observata in Italia. 1043
Karoli M. edictum de non dividendis rebus ecclesiasticis. 1058
Karoli M. Imp. epistola generalis ad Episcopos regni sui. 1402
Karoli M. epistola ad monachos S. Martini Turonensis. 1062
Karoli M. charta divisionis imperij dubiæ fidei esse visa Petro Pithœo. 1068
Karolus Martellus. 109. 779. Vindicatus adversùs Christianum Lupum. 1136
Karoli III. & Henrici Regum pactum. 299. 814
Karoli simplicis anni quomodo computandi. 814
Karolus simplex dehonestatus à Francis perfidis. 1290. 1331. 1534. in custodia positus. 1312
Karolus Rex Burgundiæ sive Provinciæ. 781. 1269
Klocxum, id est, tintinnabulum. 1225
Kyrie eleyson. 725
Kyrie eleyson quando dicendum cum genuflexione, quando non. 1585

L

LAbbeus castigatus. 1023. 1231. 1260
Laborare ad medietatem. 719
Laborare terras. 116
Laciniam vitæ facere. 687. 692. 835. 842
Lacsiuverpum. 382. 896
Laicalis habitus. 3
Laici omnes ordinari non possunt ad gradus ecclesiasticos. 598. 622
Laici expulsi à propriis Episcopis, ab aliis non suscipiantur. 274
Laici decimas de Ecclesiis non contingant. 31
Laici diebus festis ad publicas stationes occurrant. 241
Laici communicare debent ter in anno. 1177
Laici possident monasteria. 28. 732
Laici Archipresbyteris suis dominari præsumunt. 333
Laicis suis si Episcopi injustè fecerint. 211
Laicorum levitas. 581
Laidradus Archiepiscopus Lugdunensis. 1435
Laisus, id est, sinus. 697
Lalandeus castigatus. 1239. 1287
S. Lamberti martyris corpus. 297
Lambertus Comes occiditur. 764
Lanam carpere. 716
Landericus Papa. 369. Episcopus Parisiensis. 861. 865. 867
Landramnus Archiepiscopus Turonensis. 1111
Lanfredus Abbas Mauciacensis. 1483
Lantbertus Episcopus Matisconensis. 244
Lantuveri, id est, regni invasio. 44. 762. 1264
Lantuvinus. 193

Lapides pretiosi. 1007
Laquays. 1198
Lallatio. 173
Latibulosa Missarum officia. 241
Latimiosa. 399
Latro nocturnus 485
Latro forbannitus. 65. & *seq.* 769
Latro cui vita perdonata est. 228
Latronem se defendentem si occidi contigerit. 347
Latronem nullus celet. 65
Latronem si Comites vel Missi forbannierint. 227
Latrones quidam fiunt propter inopiam. 330. 1165
Latrones exturbandi sunt. 228
Latrones qui nunc nihil mali agunt, & quod jamdiu fecerunt emendatum habent. 70
Latrones qui magnam habent blasphemiam. 229
Latrones quidam occultè fovent. 346
Latronis vestigia minare. 2305
Latrocinij pœna in servo. 832
Lavajes monasterium. 632
Lavandarium. 1542
Lavandarium. 1087
Lavatio pedum exhibenda peregrinis. 224
Laubias. 764
Laudunum. 268
Laudunensis comitatus. 293. pagus. 268
Laudunisus pagus. 68
Launif. 268
S. Laurentij monasterium in pago Narbonensi. 1102. 1451
S. Laurentij Cerritanensis monasterium. 1102
S. Laurentij Leudensis monasterium. 224
Laurishamense monasterium. 1093
Laye etymologia. 691
Lebbraha monasterium. 59. 767
Lectarij. 455
Lectionarium. 1155
Lectionarius per circulum anni. 1309
Lectioni omnes monachi intersint. 1387
Lectori in Ecclesia priùs benedictionem non petat quàm omnes sedeant. 1383
Lector in Ecclesia priùs benedictionem non petat quàm omnes sedeant. 1383
Lector tamdiu legat usque dum omnes monachi in unum positi compleant. 1382
Lector accipiat mixtum post cœnam. 1381
Lectoris solius vox audiatur in refectorio. 1384
Lectuaria, supellectilis pars. 1011
Ledi. 224
Legatarij, id est, executores testamentarij. 415. 529. 571
Legatariorum tractoria. 387. 892
Legati à latere Regis ad inquirendam monachorum vitam & mores. 15. 1261
Legatorum apostolicæ sedis auctoritas. 248. 250
Legationes palatium adeuntes recipere. 116
Lemovicense puellarum monasterium. 1097
Lens. 268
Leonis I. Papæ epistola ad Flavianum receusita inter regulas fidei. 617
Leonis III. Papæ purgatio. 739. 1205
Leo Episcopus Gabinensis. 247. 249. & *seq.*
S. Leodegarius Episcopus Augustodunensis. 1495. 1518
Leodis, id est, fides. 928
Leodicum. *Vide* Leudica.
Leodoinus Episcopus Mutinensis. 238
Leonellus de Chieregatis Episcopus Concordiensis. 1214
Leonnius Abbas S. Hilarij in diœcesi Carcassonensi. 1429
Leothericus Archiepiscopus Senonensis. 1302
Leporem si quis alium vocaverit, 841
Leptinis. 225
Lesera fluvius. 1044
Letania major. 726. 1208. 1219
Letania facta. 1080
Letaniæ. 121
Letaniarum obsecrationes. 596
Letaniæ Karoli Calvi. 1486
Letaniam evertere. 1213
Letardus Comes. 265
Leudis, pretium compositionis pro homicidio. 961
Leudem componere. 331. 696. solvere. 65. 228. 464. 768. desolvere. 449. transsolvere. 499. & *seq.* ponere. 544. burire. 500
Leudesamio promittantur Regi. 396. 926
Leudica civitas. 71. 78. 773
Leudo Abbas. 1527
Levitarum perseverantia. 50
Leuseu verpire. 383. 897
Leutbertus Archiepiscopus Moguntinus. *Vide* Luitbertus.
Leutbertus Episcopus. 337
Leutfridus Comes. 221. & *seq.*
Lex aliquando significat consuetudinem & usum, aliquando pœnam sive multam. 1191
Lex fit consensu populi & constitutione Regis. 177
Lex & consuetudo uniuscujusque nationis servanda à magistratibus. 82. 380. & *alibi passim.*
Leges divinæ, id est, sacri canones. 101. 1268
Leges ecclesiasticæ. 1211
Leges divinæ & humanæ sive mundanæ. 148. 150. 166 175. 1268
Leges mundanæ & ecclesiasticæ. 209. & *seq.* 265. 270. 1111
Leges mundanæ. 178. 274. 342. 364. 1549
Legis mundanæ documenta. 289. codex. 278
Lex mundana Theodosiano corpore comprehensa, 566
Lex terrena. 484
Legis doctores. 1193
Leges seculares recipiuntur à legibus ecclesiasticis & divinis. 368
Lex Romana. 411. 415. 465. 476. 479. & *seq.* 487. 535. Secundùm eam vivit Ecclesia. 995. 1051
Legum Romanarum usus prohibitus à Regibus Gothorum. 1130
Leges Romanæ de sacrilegiis. 277
Lex Alamannorum. 588. Gundobada. 754. Salica. 192. 534. 537. 552
Lex Longobardorum emendata. 592
Liar etymologia. 682
Libellarij, id est, liberi homines. 1053
Libellarij sunt qui per chartam facti sunt liberi. 1077
Libellarium jus. 241. 804
Liberalis Episcopus Oximensis. 822
Liber homo olim non poterat fieri monachus sine permissu Regis. 1164
Liber homo si se vendiderit. 474. 570
Liber homo si se ad servitium alteri subdiderit. 321. 332. 1191
Liber homo qui se loco vvadij tradiderit in alterius potestatem. 192
Liber homo si ad patriam defendendam ire neglexerit. 325
Liber homo si Ecclesiam construxerit in sua proprietate. 339
Liber homo seniorem qualem voluerit accipiat. 44
Liberi homines qui super alterius terram residunt. 336. 349
Liberi homines qui fraudulenter ac ingeniosè res suas Ecclesiis delegant. 324
Liberi homines qui per se expeditionem facere possunt. 187
Liberi homines qui infames vel clamodici sunt de testeiis vel latrociniis. 228
Liberis hominibus nihil superponatur. 322
Liberos homines vendere non licet. 195
Liberas personas nullus judex publicus audeat pignorare in bubus. 325
Libertos ex familia Ecclesiæ facere non licet Episcopis qui nihil ex proprio suo contulerint. 566
Libertare. 995
Libertatem suam quomodo quis probare possit. 1327
Libertaticum. 462
Libertatis formula. 495
Libertinitatis gratia. 466. munus. 440. obsequium. 424. 475. 538. 540. & *seq.* 946. servitium. 444
Libra auri vendatur duodecim libris argenti. 185
Librarij veteres omnia turbarunt. 1160. Eorum incuria. 1162
Libri debent esse bene emendati & correcti. 1160
Libri de bibliotheca. 1085
Libros suos Karolus Calvus distribui jubet post obitum suum. 264
Licitis jure utitur qui illicita nulla commisit. 127
Lidemonia. 530. 572
Ligare licet furem aut alium quemlibet reum. 842
Ligaturæ maleficæ. 688. 836
Ligeris fluvius. 267
Ligeris fluvius quis in lege Salica. 1049
Ligurium. 268
Limanicus pagus. 1192
Limina B. Petri. 1191
Lindenbrogius emendatus. 988. 992
Lingonensis Ecclesia. 539
Lingua Episcopi non debet jurare super sacra. 119
Lino incito. 415. 529. 571
Linteamina altaribus præparanda. 1167
Liptinæ. 225
Liptinense palatium. 750
Liptinense Concilium. 109. Illud supposititium esse contendit Papebrochius. 1209
Liptinensis synodus duplex non fuit. 1021

Lirinenſe monaſterium. 372. 870. 1295
Liſga. 268
Litvinus pagus. 69
Litania. *Vide* Lerania.
Lithoſtrotum.
Litigantes ſi ad pacem redire noluerint. 726. 1216
Litis decima. 363
Litoſtrarum. *Vide* Lithoſtrotum. 903
Litteræ canonicæ.
Litteras regias ſi quis deſpexerit 597
Litus, id eſt, fiſcalinus. 266. 330. 1194
Litus, id eſt, fiſcalinus vel ſanctuarius. 686
Liugas. 833
Livor alienæ felicitatis. 223. *& ſeq.*
Livorare. 113
Liutfridus Comes. 390. 395. 486. *& ſeq.* 916
Liutgardis uxor Karoli M. 238
Locationem pro receptione diſpenſæ exigere. 1050
Loithihunt. 23
Lomenſis comitatus. 829
Longlarium. 224
Longobardi Epiſcopi ſacramenta exigebant ab his quos ordinabant. 280
Longobardorum regnum. 1150
Longobardorum lex emendata. 1550
Lotharingia unde dicta. 992
Lotharius Ludovici Pij filius ſit conſors imperij. 1080. Hirmingardim Hugonis Comitis filiam ducit uxorem. 756. Romam proficiſcitur juſſu patris. 1190. A fratribus ſuis vinctus 39. Pacem cum illdem facit. 7. Fit frater monaſterij S. Martini Metenſis. 1279. Ejus mors. 776. Laus. 1565. Ejus anni quomodo computandi. 1111. Ejus capitula. 367. *& ſeq.*
Lotharius Rex Auſtraſiæ ſive Lotharingiæ. 1268. 1271. Ad oſculum receptus à Ludovico & Karolo fratribus. 163. Ejus divortium ab uxore Theutberga. 166. *& ſeq.* 202. 790. 797. Obitus. 215. 302. 1277. Ejus regnum diviſum inter Karolum & Ludovicum. 221. 277
Lotſelmus Miſſus dominicus. 359
Luca. 359
Lucerna. 362
Lucrum turpe, quid. 184
Lucrum turpe non condecet in Chriſtiana religione. 151
Ludovicus Abbas S. Dionyſij. 13. 59. 69. 767. 1258. 1267
Ludovicus Balbus, Karoli Calvi & Hermentrudis Reginæ filius. 272. Coronatus Compendij VI. Idus Decembris. 271. 305. 811. 1286. 1502. Nunquam fuit Imperator. 811
Ludovicus Pius ortus ex progenie Clodovei & S. Arnulfi, in Imperatorem coronatus à Stephano Papa. 220. 799. Regni diviſionem inſtituit inter filios. 1080. 1117. Terreno imperio deſtitutus factione quorundam. 105. 220. Examinari fecit decreta quatuor ſynodorum in conventu Vvormatienſi. 1113. *& ſeq.* Ejus capitula de regula S. Benedicti. 1083. Ejus cura de rebus eccleſiaſticis. 602. Ejus effigies. 1305. Obitus. 1492. Epitaphium. 1565. Laudatur. 152. 459. 1498. Ejus epiſtola ad Emeritanos. 817. Ejus donatio facta Eccleſiæ Romanæ arguitur falſitatis. 1104
Ludovici Pij vita emendata. 1192
Ludovicus II. Imperator. 226. 277. Ejus Capitularia. 345. *& ſeq.*
Ludovicus Rex Germaniæ, frater Karoli Calvi. 7. Regnum Karoli invadit. 101. *& ſeq.* 121. *& ſeq.* 135. 137. 247. *& ſeq.* 778. 807. Ejus pœnitentia. 127. 780
Ludovicus III. Rex Francorum, Ludovici Balbi filius. 279. 281. 812. *& ſeq.*
Lugdanenſis pagus. 224. 1403
Lugdunum. 224
Lugdunum clavatum. 764
Luitbertus Archiepiſcopus Moguntinus. 207. 222. 797
Luitoſa. 224
Lullus Archiepiſcopus Moguntinus. 1123. 1500. Emendatus & illuſtratus. 1027
Luminaria Eccleſiæ. 53. 203. 443. 876
Luminaria arboribus. 726
Lunarenſe monaſterium. 1099
Lundenſis archiepiſcopatus initia. 1116. 1556
Lunis. 359
Luparij. 1074
Lupicini Epiſcopi cauſa. 1249
Lupus Abbas Ferrarienſis interfuit conventui apud Bonoilum. 1268. auctor canonum ſynodi Vernenſis. 1260. Emendatus. 1287
Lupus Comes Firmanus. 1358
Lupus Epiſcopus Albienſis. 245
Lupus Epiſcopus Catalaunenſis. 759. 1161
Luſa diabolica. 1227
Lutera. 223
Luxovienſe monaſterium. 223. 372. 870. 1295

M

Maalinæ. 224
Macedo Miſſus dominicus. 359
Machinationes indebitæ. 47. 141. 209. 269. ingenioſæ. 212
Madalveus Epiſcopus Virdunenſis. 814
Madaſciæ de lino. 1390
Madaſcius Gothus. 236
Madelgaudus frater Angilberti. 1057
Madreciſus pagus. 70. 771
Magenhardus Comes. 300
Magnardus Archiepiſcopus Rotomagenſis. 754. 1045. 1057
Magniacus vicus in comitatu Nivernenſi. 818
Magnilocum monaſterium. 1098
Magno ſive Magnos Archiepiſcopus Senonenſis. 443. 755. 960. 1057. 1071
Maholum. 687
Major domus regiæ. 388. 395
Majorata emendatio. 1492
Majores nati. 786
Malaſci ſive Mallaſti monaſterium. 1100, 1408. 1428. 1461. 1517. 1534
Malaſti caſtrum. 1537
Maldri duo degrano. 587
Malefactor ſi occiſus fuerit dum Comes eum comprehendere nititur. 228
Malefactorem ſi Comites vel Miſſi forbannierint. 227
Malefactores efficiuntur propter indigentiam. 330
Malefactores ſi de uno regno in aliud fugerint. 66. 100
Malefici diſperdantur. 230
Maleficiorum omnium reſolutio. 661
Malitias facere. 177
Mallare. 152. 423. 449. 453. 688. 1490. 1497
Mallare aliquem de aliquo negotio. 326
Mallare aliquem in ſervitio. 326. *& ſeq.*
Mallatio. 152
Mallobergia, id eſt, loca tecta. 852
Mallum. 441. 681. 727
Mallum publicum. 435. 448. 451. *& ſeq.* 498
Mallum, hoc eſt, placitum majus ſive generale. 954. 1193
Mallum Comitis. 228
Mallum conſtruatur à Comite propter calorem ſolis & pluviam. 1193
Mallus in Eccleſia non habeatur, neque in immunitatibus vel atriis Eccleſiarum. 55. 206. 233. 366
Malla Comites teneant. 265
Mallum vicini Comites non teneant in una die. 190
Mallum quibus temporibus habendum. 55. 206
Mallum interjicere. 190
Mallum Remis. 71. 773
Malum ibi emendandum ubi perpetratum eſt. 66. 227
Mamillam ſtringere. 689. 857
Manaſſe Abba de Aurigema. 651
Manaſſes Epiſcopus Cameracenſis. 1170
Mancare. 692
Mancio Epiſcopus Catalaunenſis. 669
Mancipia Eccleſiarum. 55. 206
Mancipia eccleſiaſtica in ſecularem ſervitutem non redigantur. 364
Mancipia Chriſtiana non tradantur Judæis. 725
Mancipia eccleſiaſtica nemo niſi ad libertatem commutet. 56. 208
Mancipia Eccleſiarum eo modo contineantur ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes. 231
Mancipia duo habeat unaquæque Eccleſia. 327
Mancipia emi poſſunt ante nota teſtimonia. 1052
Mancipia originalia. 446. 547
Mancipia aliena ſi intra immunitates fugerint. 96
Mancipia ſtantia. 963
Mancipiæ in feminino genere. 2078
Mancipiorum pretium varium olim fuit. 832
Mancipium ſuum quæque poteſtas recipiat. 190
Mancipium ejuſdem meriti. 474
Mandare, id eſt, mittere, notum facere. 83. *& alibi paſſim.*
Mandatarius. 1394. 1490. 1497. 1512
Mandatum ad cauſam agendam in mallo. 423. 426. 441. 449. 965. 470. 494. 949. 958. 961. 968. 970
Mandatum ad teſtamentum geſtis publicis alligandum. 531
Mandatum qualiter maritus negotium uxoris proſequatur. 479

Mandatum ad pedes lavandos 1086. Post cœnam fiat. 727
Mandatum ad eleemosynam faciendam. 555
Mandualis. 702
Manducare super tumulos. 746
Manere, verbum obscœnum. 1023. 1025
Mangones. 727. 1198
Manicas quas vulgò vvantos appellamus. 1086
Mannire. 727
Manniri & banniri. 176. 790
Mannitio. 681. 727
Mannitiones de ingenuitate & de hereditate. 1105
Mannitus. 455. 681. 964
Manoaldus Missus dominicus. 1200
Manopera. 188. 727. 794
Manoperarij. 1387. & seq.
Mansio tribuenda peregrinis. 442. 959. Deneganda non est iter facienti. 190
Mansio Presbyteri. 55. 206. 233. & seq. 157. 880
Mansiones.
Mansiones providere, 1184. requirere. 459. & seq. accipere in domibus. 548
Mansionarij. 1170
Mansionatici. 624. 728. 880
Mansionaticos requirere. 582. exigere. 580. parare. 28. accipere. 266. 809
Mansiones. 157. 880
Mansoarij. 387. 906
Mansuaria. 449
Mansuarij. 816. 882. 258. 780
Mansus. 728. Mansa. 188. 728
Mansellus. 425. 948
Mansus dicebatur certus agri modus cum structura plerunque ad mansionem. 768
Mansus est villa coloni unius habitationi propria. 906. 980
Mansus ad Ecclesiam datus. 298. 212
Mansus integer, qui habeat bunuaria duodecim de terra arabili & mancipia duo. 327. 1148
Mansus indominicatus. 257. & seq. 534. 806. 1384. & seq.
Mansi hereditarij. 214. ingenuiles & vestiti. 906. 1389. serviles. 534. 1389
Manus Episcoporum chrismate sacro peruncta. 119
Manus episcopalis sive sacerdotalis impositio. 154. 213. 1102
Manum mittere non licet in unctum Domini. 118
Manus quæ alienas sordes curat detergere, munda esse debet à sordibus. 112
Manu propria singula sacramentum jurare. 289. 1188. septima. 396. 925. tertia decima. 485. trigesima septima. 486
Manus servi si exusta fuerit in judicio. 532
Manus mortua, & manus firma. 198. 232. 340. 728
Manus regiæ subscriptio. 883
Manum perdat notarius qui falsitatem scripserit. 338
Manum perdat percutiens fallam monetam. 185
Manum perdat qui mixtum denarium & minùs quàm decet pensantem monetaverit. 179. & seq.
Manufirmata. 214
Manufirmationes & manuscriptiones. 1128
Manumissi in Ecclesia sub ejusdem Ecclesiæ tuitione consistebant. 947
Manumissio servorum propter nativitatem filij Regis. 396. 433. 926. 951
Manumissio servorum ut Clerici fiant. 1145
Manumissio per denarium. 387. 449. 461. 690. 859. 905. 996. 1127
Manumissiones in Ecclesia factæ. 968
Manumissionis formula. 423. & seq. 444. 475. 495. 539. & seq. 945. 1498
Manumissionis gesta. 466
Manumissionis libellus. 440. 956
Manutergia ad involvendos libros. 1085
Manzeres. 362
Marascalci. 67. 769
S. Marcelli monasterium. 224
Marcha. 48. 162. 187. 235. 360. 729. 803. 1188
Marchia Firmana. 1550
Marcha Hispanica. 27. 818. 1083. 1175. 1187
Marcha Tolosana. 1083
Marchio, Comes marcæ præpositus. 803
Marchionum origo. 1188
S. Marculfi corpus quiescit apud Corbiniacum. 293. 1289
Marculfus monachus auctor formularum. 369. 1295. Ejus ætas inquiritur. 861
Maresci primi monasterium. 1094
Margilam carricare. 188. 794
Maria Abbatissa Lemovicensis. 1098
S. Maria in Deonant. 224
S. Mariæ in Bisinciono monasterium. 224. 1281
S. Mariæ in Lemovicas monasterium. 1097
S. Mariæ ad Orubionem monasterium. 1102
Maricus Episcopus Biterrensis. 276
Mariscus unus. 75
Maritima custodia. 69. 772
Maritus qualiter negotium uxoris prosequatur. 479
Marito an liceat uxorem dimittere propter adulterium. 1204
Maritus si fuerit leno uxoris suæ. 1203
Marrire, id est, irrumpere. 1056
Marritio. 84. 775
Marsna. 41. 45. 78. 100. 111. 124. 170. 762
S. Martini in Bisunciono monasterium. 224
S. Martini Metensis monasterium. 1279
Martyrologium suum unusquisque Presbyter habeat. 1377
Masau subterior & superior. 223. & seq.
Masculi stant in Ecclesia ad australem partem. 1353
Masonis monasterium. 223
Mastracurij monasterium. 1098
Mater si filium suum coram Episcopo tenuerit ad confirmandum. 1054
Matfredus Comes Aurelianensis. 265. 300. 1115. 1446
Matisconensis pagus, 70. comitatus. 1506
Matriamen. 684. 1297
Matricularij. 972
Matrimonia servorum. 1245
Matrimonia vetita usque ad sextum gradum. 1248
Matrimonium non solvatur, etiam prætextu pietatis, nisi ex consensu conjugum. 335
Matrina de fonte aut confirmatione. 1202
Matrinæ. 1178
Matronarum opes venari obsequiis. 1070
Matthæus Dux Lotharingiæ. 1559
Matutinale donum. 992
Mauciacum monasterium. 1098
Mauri monasterium. 223
S. Mauri monasterium in diœcesi Argentoratensi. 1095
S. Mauri monasterium super Ligerim. 1095. 1436. 1456
S. Maxentij monasterium. 1096
S. Maximini monasterium. 222
Mea culpa dicat monachus veniam petens. 1384
Medici generalem medicinam conficiunt quando infirmitas generalis in terram venit. 158
Mediomatricum civitas. 111
Medraldus Abbas Conquensis. 1098. 1417
Megerenses. 223
Megeni monasterium. 223
Melaredum monasterium. 1094
Melcianus pagus. 69
Meldis civitas. 173
Meliorare. 58. 404. 407. 480. 516. & seq. 1406
Meliorare si quis filium aut nepotem voluerit. 411
Melioratæ res. 514. 520. 575
Melioratio. 519. & seq. 1558
Melioritissimus. 1009
Mella abbatia. 224
Mellitus Episcopus Londonensis. 1143
Melodunum castellum. 136
Melundense monasterium. 1094
Membra perdonare. 1191. obtinere. 1209
Membra in gyro tanta. 495
Memoria interdum sumitur pro altari in quo positæ sunt reliquiæ sanctorum. 1128. interdum pro ipsis reliquiis. 1117
Memorialia capitula Missis dominicis tradita. 369. 599. 765
Mempiscus pagus. 1188
Menadinij monasterium. 1098
Menardus castigatus. 1206
Menate monasterium. 1098
Mendici per regiones vagari non permittantur. 1165
Mensæ regiæ si quis culpatorum particeps fuerit. 68. 1295
Mensura de palatio accipienda. 182
Mensurabiles panes. 183
Mensuræ æquales sint. 1187
Mensuram adulteralse si quis reputatus fuerit. 182
Mercada. 460. 965
Mercata die dominico in nullo loco habeantur. 182. 1173
Mercata omnia unusquisque Comes inbreviari faciat. 182
Merces, id est, eleemosyna. 790. 1042
Mercoralis Abbas Balneolensis. 1415
Merere. 81. 100
Meretricem si quis clamaverit, 841

Merita accolanorum. 570. servorum, 573.1017
Meriti ejusdem mancipium. 474
Merebecchi. 224
Merfio trina in baptismate. 1201, 1211
Messem alienam si quis intripaverit. 1305
Messes si quis vastaverit tempore defensionis. 1294
Metis civitas. 121.208 216.223
Metensis comitatus. 1181
Metensis cantilena. 712.1067
Metropoles regni Francorum XXI. in testamento Katoli M. 1071
Metropolitani Ducibus comparantur. 1183. Sine Episcopis comprovincialibus nihil debent præsumere. 101
Metroplitani arx. 1020
Metropolitani instituti à Pippino Rege. 1027
Metropolitano commissa est cura totius provinciæ. 628
Metropolitanus pallio sublimatus. 1220
Metropolitanus non debet mittere falcem in provinciam alterius Mettopolitani. 219
Metullum. 178.791
Meursius castigatus. 1138
Meurtre etymologia. 1020
S. Michaëlis Velontiouensis monasterium. 224.1094.1281
S. Michaëlis Cuxanensis cœnobium. 674.1303
Miciacense monasterium. 1406.1439
Micio. 1061
Milarium. 690
Miliduniſſus pagus, 70
Militaris res dispendium pati non debet propter absentiam Episcoporum. 17
Militia Regi debetur ab Ecclesiis. 136
Militia regni aucta ex rebus ecclesiasticis. 108
Milo Comes Narbonensis. 1394. 1557
Milonis comitatus. 70
Mimmogerneferda, id est, Monasterium in Vvestphalia. 816
Minare. 685. 831. Minare vestigium. 844.1305
Minimissimus. 1198
Minister judiciariæ potestatis. 27
Minister Dei multò pretiosior est quàm atrium templi vel parietes. 1549
Ministeriales, id est, coloni, villici. 979
Ministeriales villarum. 729
Ministeriales dominici. 189. Comitum. 27. 183. 263. 269. 330. Missorum dominicorum. 200. 1273. Regni. 214. Advocatorum. 152
Ministerium Ecclesiæ. 627
Ministeria Ecclesiæ vendere non licet. 297
Ministerium perdere. 360
Ministerium pro territorio. 962
Ministri Ecclesiæ. 162. 189. Subdi non debent arbitrio potestatum temporalium. 1126. Non debent esse obnoxij humanæ servituti. 1145
Ministri Episcoporum. 23. 56. 206. 212. 289. id est Archipresbyteri & Archidiaconi. 624. *& seq.*
Ministri Regis, regni, reipublicæ. 46. 55. *& seq.* 65. 67. 117. 140. 174. 177. *& seq.* 180. 182. *& seq.* 206. 229. 324. 325. 333. 356. 359. 340. 356. Quales constituendi. 114
Ministri reipublicæ iniqui. 1106
Ministri Comitum. 115. 200. 229. 289. *& seq.* 360
Minorare. 183. Minoratio. 1546
Minorationem contra legem facere. 28
Minuare. 375. 407. 410. 427. 451. 522. 580
Minuatio. 428
Miraumontius castigatus. 1195
Miro Episcopus Gerundensis. 674. 1303. 1541
Misceant quatuor fratres juniores. 1384
Misculare. 185
Misericordia, id est, eleemosyna. 1203
Misericordia temperet severitatem potestatis. 15
Misericordia rationabilis. 140
Misericordia erga iniquos noxia est. 125
Misericordiam concedere pœnitentibus. 80
Misericordiam rationabilem exhibere. 101
Misfacere. 144. *& seq.* 147. 280. 786
Misprindere. 147. *& seq.* 786
Missam celebrare. 335. 1123. cantare. 561. 1168
Missam nemo solus cantet. 1377
Missam facere liceat soli Presbytero. 1209
Missas celebrare non licet Presbyteris ignotis. 353
Missas celebrare non licet Presbytero ignotis. 233
Missas Presbytero celebrare non licet sine licentia Episcopi. 233
Missas in domibus suis nemo celebrare præsumat sine licentia Episcopi. 241
Missas Archiepiscopus sine Pallio dicere non præsumat. 735
Missa ordine Romano celebretur. 719
Missa nullo modo celebrari potest absque perceptione corporis & sanguinis Domini. 1377
Missa celebranda non est nisi cùm adsint communicantes. 1209
Missa quam sacerdos pro se canet. 1350
Missarum solemnia. 1478
Missa judicij. 647
Missa pro defunctis. 1384
Missa an cantanda sit pro servo fugitivo in fuga mortuo. 1010
Missa, id est, dies festus. 1173. S. Ioannis. 44. 1079. S. Iuliani. 1522. 1553. S. Martini. 177. *& seq.* 189. 731. S. Remigij. 139. 185. 189
Missæ decensitæ. 1393
Missalem unusquisque Presbyter bene & distinctè perlegat & intelligat. 1377
Missalis Gregorianus. 1155. plenarios. 1176
Missatici ubi simul venerint, Missi simul veniant. 61
Missatici regij potestate funguntur Episcopi in suis diœcesibus. 1285
Missaticum. 36. 56. 66. *& seq.* 100. 137. 145. 158. 199. 208. 227. *& seq.* 241. 261. 265. 770. 775. 1157.
Missi discurrentes. 145. 150 452. 459. *& seq.* 511. 521. 560. 786
Missi dominici. 439. 441. 731. Majores. 146. 150. Eorum nomen explicatum. 769 Per omne regnum constituti. 165. Fideles & strenui per singulos comitatus regni mittantur. 31. Quales constituendi. 117. Constituantur à Papa & ab Imperatore. 318. Iustitias faciant. 199. Eorum officium. 15. 30. *& seq.* 42. 53. *& seq.* 61. 65. *& seq.* 69. *& seq.* 203. 205. 228. 955. Pacem & justitiam faciant in suis ministeriis. 214. Episcopos adjuvent ad exequendum ministerium suum. 288. Eorum negligentia quomodo castiganda. 359
Missi de palatio 386. ex latere Regis. 398. 927
Missi dominici ad perspicienda loca monasteriorum. 53. 203. 1261. 1383
Missorum dominicorum nomina. 68. placita. 317. 1188
Missorum dominicorum allocutio ad clerum & plebem electionis causa congregatam. 601
Missi Episcoporum & Comitum. 258. 289. *& seq.* 359
Missi reipublicæ & Episcoporum. 152. 189
Missus S. Petri. 732. 1200. Romanæ Ecclesiæ. 247. 250
Missum in vice sua dirigere ad placitum. 456
Mittius. 387. *& seq.* 907
Mixtum accipere super constitutam annonam, 1381
Mixtura auri vel argenti. 185
Modius justus ubique fiat. 182
Modoinus Episcopus Augustodunensis. 1472
Moguntiacum Concilium emendatum. 1209
Molbarium. 224
Molinæus castigatus. 1148. *& seq.*
Monachare. 1553
Monacha nulla fiat ante annos XXV. ætatis. 1163
Monachi olim erant extra clerum. 871
Monachus si quis fieri voluerit. 431
Monachus nullus fieri potest sine consensu domini sui. 1145
Monachi non facilè recipiendi. 574. 1110
Monachi regularem ordinem teneant. 317. Eis omnia necessaria ministrentur ab Episcopis. 1207. Ipsi verò subjecti sint Episcopis suis. 1204. Aliò transferri non possunt sine Abbatis sui & proprij Episcopi atque Archiepiscopi licentia. 782. Eis olim non licebat proficisci in regionem longinquam absque permissu Episcopi sui. 1223. Fugitivi & apostatæ revocandi & puniendi. 16. 576. *& seq.* 1299
Monachum alienum si quis susceperit. 577
Monachus si monasterium suum dimiserit. 1221. *& seq.*
Monachi cupiditatis causa vagantes. 16. Venditant falsas reliquias. 1128
Monachorum uniuscujusque monasterij numerus describatur. 53. 204
Monachi communionem percipiant omnibus diebus dominicis. 1380
Monachi bis in die reficiunt per æstatem. 1381. Penuriam cibi & potus ac vestimentorum patiuntur. 18. Manducare non debent in domo infirmorum. 1092. Eis vetitum habere peculiare. 1086
Monachi judicentur à suis Episcopis. 1126. in synodis. 52
Monachorum carcer dotus. 1088
Monachus junior benedictionem petat à Priore. 1385
Monachus veniam petens dicat *Mea culpa*. 1384
Monachis incognitis ad lectionem omnis occurrit congregatio, 1382
Monachi ad palatium non veniant. 30. 36
Monachi non possunt esse compatres. 1085. 1231

Monachi de locis suis expulsi. 155
Monachi dæmoniaca invidia moti. 1063
Monachi falsarij. 1072
Monachi quidam sunt ditiores quàm fuerant seculares. 1070
Monachi regulares qui jussu imperiali cœnobia instruant. 1380
Monachorum Sangallensium capitula. 1383
Monachis confessio peccatorum fieri non potest. 1243
Monachismum deserere licet sponte propria. 1479
Monasterialis religio significat canonicam ac regularem vitam. 1115
Monasteria Canonicorum & monachorum. 110. 203. 349. 354.
Canonicorum & sanctimonialium. 12
Monasteriis condendis olim Principes dabant loca. 1195
Monasterium si quis voluerit construere. 399. 929
Monasteriorum in proprio qui ædificat, qualiter chartam faciat. 579
Monasteriorum regni Francici alia fuere regalia, alia episcopalia. 1041
Monasteria esse debent in potestate Episcoporum. 53. 203. 354. 628. 1478. Eorum status fuit aliquando protàs in potestate Regum. 1115. Circumeunda sunt à Missis dominicis. 53. 70. & ab eis simul cum Episcopis emendanda. 203. cum auctoritate videlicet Principum. 1161
Monasteria virorum subjecta puellaribus. 1110
Monasteria Reginæ & filiis ac filiabus data. 176
Monasteria laicis data. 9. 11. 18. 731. 1257. 1274
Monasteriorum facultates confirmatæ à Rege. 394
Monasterij immunitas. 459
Monasteriorum libertas sanciebatur olim in conventu Episcoporum. 874
Monasteriorum privilegia. 373. & seq. 870. Vnde orta. 866
Monasterium positum in mundeburde palatij. 522
Monasteriorum status. 77
Monasteriorum rectores quam curam habere debeant de servis & ancillis Domini. 111
Monasteria si Episcopus cuilibet dederit. 341
Monasteria multa à sua professione deviarunt. 15
Monasteria destructa à Normannis. 1274
Monasteria quæ dona & militiam debent. 1092
Monasterium S. Arnulfi. 208. 797. S Benedicti. 132. S. Dionysij. 59. S. Germani Autissiodorensis. 131. S. Medardi. 49 51. S. Trudonis. 109
Monasticam vitam multi profitentur tædio servitutis. 1163
Monasticus ordo à Deo inspiratus. 9
Moneta non fiat nisi in palatio. 178. 791. Hinc moneta palatina. 1181
Moneta nova. 178. & seq.
Moneta occulta vel fraudulenta non fiat. 180. & seq.
Monetam falsam si quis fecisse comprobatus fuerit. 1194
Monetam falsam percutiens manum perdat. 185
Monetæ falsæ diligenter inquirantur. 70
Monetarij fideles eligantur. 178
Monnellus Abbas sancti Hilarij in diœcesi Carcassonensi. 1409
Monogramma nominis regij. 178. 791. 1271
Mons Falconis. 224
Montisolivi monasterium. 1100
Morbach. 223
Morborum genera pestifera salubria medicamentorum quæruntur experimenta. 623
Morborum nova genera nova quæruntur medicamentorum experimenta. 159. 296
Mordridatus. 1108
Mordridus. 986
Morgangebæ definitio. 992
Morgincap. 992. 1550
Morinus emendatus. 1210
Morire. 988. 1303
Mortaudus. 1009
Mortuus homo. 551
Mortui in Ecclesia sepeliendi non sunt. 58. 744
Mortuorum corpora ad sepulturam ducuntur cum psalmis & hymnis. 278
Mortuorum memoriæ celebratæ in monasteriis. 1090
Mortuorum officium. 1092
Mortuum post baptisma tangit qui culpas post lacrymas repetit. 124
Morvisus pagus. 70. 772
Mosa fluvius. 221. 223. 265
Mosensis comitatus. 223. 1281. pagus. 1489
Mosminse. 224
Movita. 486. 578
Muffulæ. 732
Muffulæ berbicinæ. 1139
Mulier lege viri non tenetur quousque marito conjungatur. 1031
Mulier si virum accusaverit frigiditatis. 1220
Mulier quæ se alieno servo junxisset, libertatem & substantiam amittebat. 690. 859. 944
Mulier quæ velata est, non potest nubere. 1210
Mulierem gravidam si quis battiderit. 1305
Mulieres ad altare non accedant. 1215
Mulieres Romanæ quæ viros habuerunt Longobardos. 323. 1192
Mulieres pro uxoribus. 796
Mulieri libidinosæ pœnitentia ridicula injuncta. 1198. 1363
Mulierum accessus intra portas monasterij nullatenus fiat. 582
Mundeburdis. 496
Mundeburdis Ecclesiarum. 143. 147. 444. 447. 785. 960
Mundeburdis vel defensio. 538. & seq. 522. 541. 732
Mundeburdis & defensio Romanæ Ecclesiæ. 108
Mundeburdis regius. 166
Mundeburdis Regis & Principis. 388. 907. & seq.
Mundeburdum & defensio. 825. 1425. 1446. 1504
Mundialis lex. 1121
Mundium Regis. 1184
Mundium, id est, defensio. 1079
Mundium, id est, pretium pro mundio. 1043
Mundoburdum. 494
Mundus regitur per regiam potestatem & pontificalem auctoritatem. 231
Munera aperiunt viam ad justitiam. 156
Munerum excœcatio cavenda in judiciis. 15
Munus à lingua, à manu, ab obsequio. 114. 622
Munera Comites non diligant. 114
Munera Scabinei ne accipiant. 232
Munuscula gratiosa vel infidiosa. 400
Murdrida. 1020
Muriones. 566
Muscæ comedunt corpus hominis ad arborem alligati. 1550
Musciacum monasterium. 1098
Mystica Nicæna synodus. 597.

N

NAmpio Abbas S. Hilarij in diœcesi Carcassonensi. 1409
Nantuadis monasterium. 1094
Napina. 840
Narbo omissa in testamento Karoli M. 1072. Metropolis Hispaniæ Tarraconensis. 803. 1282
Narbona. 178
Narbonensis comitatus. 1525. 1537. provincia. 276. pagus. 1406. 1451. 1453. 1466
Narbonensis seu Redensis Ecclesia. 1466
Narbonensis inscriptio de initiis episcopatus Rustici. 1256
Nares sibi invicem præcidere. 329
Natalis sancti Remigij. 733
Nativitas beatæ Mariæ. 1171. 1177. 1226
Naturales filij qui dicantur. 464. & seq. 967
Naturalibus filiis quæ pars bonorum relinqui à patre possit. 967
Navalis evectio. 513
Naves si bene custoditæ non fuerint. 200
Naves quæ vadunt sub pontibus. 69
Naves concessæ monasteriis exemptæ à teloneo. 1187. 1228
Navium compositio. 151
Naufragare. 502. 1197
Naufragium sive damnum. 491. 502. 506. & seq. 517
Naufragium rerum & facultatum ecclesiasticarum. 57
Naufragosum seculum. 112
Naufum, id est, sarcophagum ligneum. 687. 855
S. Nazarij monasterium. 1093
Necatores pauperum. 34. 110
Necessitas si in aliqua parte regni subitò evenerit. 265
Necessuosi. 114. 779
Nefrattes ignes. 733
Negare, id est, præfocare in aqua. 1010
Negligentiam iterare. 256
Negotia, id est, commercia. 1126
Negotia secularia. 1203. 1233
Negotiandi causa. 1181. 1218
Negotiatores Christiani dent undecimam. 268. 1286
Negotium, mercatura, negotiatio. 1165
Negotium, merx sive res venalis. 965
Nemausensium canonum auctoritas excutitur. 1243
Neophytus, id est, noviter attonsus. 598
Nepotes in loco filiorum instituti ab avo. 411. 480. 514. 935. & seq. 976
Nepta. 1023. & alibi passim.
Neustria. 140. 143
Nibridius Archiepiscopus Narbonensis. 1072. 1425

Nicænæ synodi decretum de monachis fugitivis. 577. 1199. de precariis. 1264. 1199
Nicolai Papæ epistolæ ad Karolum Calvum & alios. 165
Nicolao Papæ revelatum fuit Karolum Calvum futurum Imperatorem. 253
Nielfa villa. 84. 775
Nifridius Episcopus Gerundensis. 1416
Nigelli monasterium. 1093
Nitachouva. 223
Nithardus Episcopus Mimmogerneferdæ. 300
Niu monasterium. 222
Nivernense oppidum. 50. comitatus. 818. pagus. 70
Nivillungus Missus dominicus. 70
Niustria. 2413
Nobiles habent basilicas juxta domos suas. 352
Nobilium filij quomodo offerendi in monasteriis. 1038
Nobiliacum monasterium. 1531
Nocere patrem suum si quis voluerit. 62
Nocere interdum conjungitur cum accusativo. 1015
Nocivum. 226. 250
Noctes non numerantur à nativitate Domini usque ad purificationem sanctæ Mariæ. 192
Noctium numero spatia temporis definita. 846. 955. 963. 1184
Noffum *Vide* Naufum.
Nomenoius Dux Britonum. 761. Tres novos episcopatus fecit in Britannia. 782. 822
Nomina recitanda in Missa. 733. 1128. 1366
Nomina sua inscribere donis suis. 1062
Nonæ & decimæ 36. 55. 95. 109. 198. 205. 214. 236. 733. 1484. 1508. De quibus rebus solvendæ. 362
Nonam & decimam si quis dare contempserit. 362
Nonna, id est, sacrata Deo. 1372
Nonnæ. 141. *& seq.* 147. *& seq.* 784
Nonnanes. 733
Nonni. 734
Nortmanni. 69. 151. 176. 186. 189. 257. 267. communes inimici. 173. Destruxerunt Ecclesias & monasteria multa. 1174
Nortmannis quid datum per commendationem regiam. 33. 204
Nortmannorum oppressio. 66
Nortmannorum Rex. 42
Nortmannorum sedes in loco Pistensi. 153
Nota Romana & Francisca. 712. 1134
Notæ musicæ. 1134
Notarum grammaticarum usus difficilis. 1162
Notarij esse qui non possint. 342
Notarium esse Presbytero non licet. 1169
Notarij legibus eruditi & bonæ opinionis constituantur. 318. Debent esse boni & veraces. 1192. Nullum scripeum falsum faciant. 324. 331. Chartam veram efficiant si quis illam falsam appellaverit. 325. 350
Notariorum veterum imperitia. 1162
Notho Archiepiscopus Arelatensis. 1150. 1444
Notingus Episcopus Constantiensis. 300
Notitia judicij. 552
Notitia sacramentalis. 453. traditionalis. 466
Notitia de colono evindicato. 435. 952
Novalia rura quæ juxta cultos agros fiunt. 363
Novalicium monasterium. 1093
Novempopulanæ provinciæ mentio non est in decreto Ludovici Pij de Conciliis habendis. 756
Novempopulania fuit aliquandiu sub Archiepiscopo Burdegalensi. 1071. 1113
Novigeldos. 1008
Noviomisus pagus. 68
Novitiorum domus. 574
Nubere, verbum obscœnum. 1219. *& seq.*
Nubium vestigia remanere solent post condensos aëris turbines. 3
Nudi cum ferro. 1198. *& seq.*
Numero Deus impare gaudet. 1353
Numerus Canonicorum certus in Ecclesia Tornacensi. 76
Nuptiale mysterium. 1234
Nuptialiter. 96
Nuptiarum dies felicissimus. 455. 498
Nuptiarum fœdera sacrilega. 16
Nutrimen. 734
Nutrimenta congrua & necessaria. 116. 779
Nutrimentum domni & genitoris sui. 85. *& seq.*
Nutriti Presbyterorum. 1135

O

OBjecta si quis expurgare noluerit. 367
Oblata ad sepulchra. 416. 424. 941
Oblatarum fractio. 1353. 1364
Oblatio regularis. 131
Oblatio ejus non debet recipi in altario qui ad pacem revertere non vult. 1137
Oblationes offerendæ in Ecclesia. 1360
Oblationes in altario. 872
Oblationes Ecclesiæ si quis extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit. 160
Oblationes olim pertinebant ad Episcopos in unaquaque diœcesi. 873
Oblationes fidelium, id est, tertulæ vel vineolæ. 1149
Obligationis formula. 472. 970
Obligatores. 734
Obmiallare. 595. 693. 921
Oboxiare. 422. 474
Obnoxiatio. 461. 466. 547
Obnoxiationis formula. 446
Obnoxiationis charta à patre in filiis facta. 410. 939
Obnoxij si ambulaverint cum Episcopo. 1212
Obseques etymologia. 1020
Obsequium regale. 329
Obsequium ad remp. pertinens. 35
Observatio prior durior. 188
Occupationibus pro *occasionibus* interdum librarij scribebant. 1045. 1264
Odalricus Comes. 102. 587. 1167
Oddo Vicecomes. 1535
Odelricus Missus dominicus. 68
Odilbertus Archiepiscopus Mediolanensis. 1071
Odilo Comes. 1425
Odissendus Episcopus Rotensis. 1301
Odo Episcopus Bellovacensis. 163. 222. 244. 246. *& seq.* 264 *& seq.* 301. 303. 596. 612. 628
Odo Missus dominicus. 70
Odo Abbas Corbeiensis. 1167
Odo Comes. 202
Odonis Regis promissio. 291
Odornense quod Bernardus habuit. 223
Odornense quod Termarus habuit. 224
Odreia villa. 268. 810
Oeconomus numeratur inter ministeriales ecclesiasticos. 615
Oeconomus constituendus in Ecclesia vacante. 242
Officia divina agantur cum summa reverentia. 1183
Officium Ecclesiæ. 1306
Officium suum si Clericus reliquerit. 1214
Officinæ congruæ construendæ in monasteriis. 203
Offonis villa. 223. 1573
Offunuillarij monasterium. 1094
Olei sacrati unctio. 1235
Oliba Episcopus Ausonensis. 1304
Oliba Comes Carcassonensis 1286. 1500
Oliba Comes Bisulduncnsis & Ceritanensis. 674. 1303. *& seq.* 1515. 1523
Olicæ. 456. 461. 465. 562. 824
Olitana consuetudo. 133. 1268
Oliverius Canonicus sanctæ Radegundis Pictavicnsis. 1097
Olomundus Abbas castri Malasti. 1408
Olonna curtis regia. 321. 327. 1191. 1422. 1438. *& seq.* 1504. 1521
Omnes interdum positum pro *homines*. 1076. 1219
Operationes exigere. 70
Operum interdum scriptum pro *hominum*. 1240
Oppressio pauperum liberorum hominum. 329
Oppressores pauperum & viduarum puniantur. 95
Optimates. 911
Oraenla, id est, Ecclesiæ baptismales. 1065
Orandum pro Regibus & Principibus. 1157
Oratium. 734
Orationem dominicam unusquisque Presbyter bene intelligat. 1377
Orationibus Ecclesiæ magis innitendum est quàm in armorum defensionibus. 1133
Oratoria viri nobiles habebant in domibus suis. 1117
Oratoria carebant baptisterio. 1067
Oratoria nova. 1177
Oratorium monasterij. 1381
Ordinare. 263. 269. 1202
Ordinare, id est, constituere, jubere. 1146
Ordinati à falsis Episcopis an iterum ordinandi. 1246
Ordines ecclesiastici. 1556
Ordinum vocabulo interdum intelliguntur canones & regulæ ecclesiasticæ. 1146
Orendillus judex. 1057
Orgellitanus comitatus. 1545

Originalia mancipia. 446. 547
Originalis conditio. 597
Originariæ conditionis homines. 1145. 1498
Ornamenta mulierum facere non licet de sacris vestibus Ecclesiæ. 1375
Orphani tuitionem habeant. 337. Non oppimantur. 95
Orso Archiepiscopus Viennensis. 1305. 1403
Osbertus Comes 102. Missus dominicus. 69
Oscarensis pagus. 1518
Oscellus insula Sequanæ. 134. 788. 1185. 1269
Ossa similium. 1524
Ossa cujuslibet mortui nemo de sepulchro suo ejiciat 38
Ostare viam. 1306
Ostensolia. 455
Ostofredus Abbas. 1503
Otfridus Episcopus Silvanectensis. 669
Otgarius Archiepiscopus Moguntinus. 342
Otgarius Episcopus Ambianensis. 669
Otgisus Presbyter. 75
Otlingua Saxonia. 69. 771. 1166. 1440
Otramnus Archiepiscopus Viennensis. 244. 275. 1283. 1507
Otto Archiepiscopus Auscensis. 1573
Otto Comes. 500
Ottulfus Episcopus Tricassinus. 245. 275
Oxmisus pagus. 69

P

Pacificare. 81. 146. 159
Pacificare se possunt rectores Ecclesiarum. 1541
Pactionis epistola. 456
Pactum cum Deo facere. 1179
Pactum Francorum. 144. explicatum. 994
Pactum inter parentes de eorum hereditate. 413. 482. 936. 976
Pactum divisionis inter fratres. 505
Padus fluvius. 359
Pagalia. 417
Paganæ observationes. 1235
Paganæ superstitiones vetitæ. 1374
Paganiæ. 735
Paganorum ritus. 1227
Paganorum superventio. 88. 97. 99
Pagenses. 779
Pagenses Franci qui caballos habent. 186. 793
Pagenses de qualibet expeditione hostili reversi. 190
Pagensium relatio ad Regem directa. 392. 919
Pagi appellatio latè patet. 915
Palatium quare ita vocetur. 106
Palatium regium quale esse debeat. 285
Palatium debet esse sacrum, & non sacrilegum. 106
Palatia in quibus Ludovicus Karoli Calvi filius morari non debet patre absente. 268
Palatina audientia. 286
Palatium fœpe scriptum pro *placitum*. 1077. 1291
Paleam nemo hospitibus deneget. 358
Palepruft. 1007
Palla altaris manu involuta. 574. 1298. 1552
Palla quæ sanctum tegit tumulum. 687
Pallium archiepiscopale. 735. 1291. 1372
Pallium Metropolitani. 1220
Paludium transitus. 187
Pamphilus martyr libros Origenis manu sua descripsit. 1160
Pandulfus Dux & Marchio. 1538
Panem coctum vendere. 183
Panes mensurabiles. 183
Panes oblationum. 1536
Panes civiles. 1175
Panis Deus. 1201
Panis & vinum offeruntur in consecratione corporis & sanguinis Christi. 1360
Panis & aqua tribuantur peregrinis. 442. 958
Panis hordeacei exorcismus. 653
Panis misera descriptio. 565
Papa universalis. 237. 239. 243. evangelicus. 255
Papæ nomen olim commune omnibus Episcopis. 881. 865
Papæ nomen tributum Episcopo Arvernensi Arnaldo. 1531
Papebrochius castigatus. 1200
S. Papuli monasterium. 1104
Parabola rustica. 1574
Parabolare. 63. 97. 104. 767. 777. 1166
Paranymphi. 1242
Paratæ. 880. 882. 891
Paratas exquirere. 116. 459. *& seq.* 780. facere. 27
Paravereda. 116. 400. 736. 930
Paraveredi. 187. 198. 893
Paraveredos Episcopi non tollant. 24
Parcere seculariter & spiritaliter. 47. 142
Pardulus Episcopus Laudunensis. 51. 57. 68. 764. 1267
Parentela uxoris ita sit viro sicut propria parentela. 335
Parentem suum propinquiorem si quis gladio jugulaverit. 491. 1198
Parentes, id est, proximi ac consanguinei. 937
Parentorum. 1014. 1027. 1490
Pares. 82. 85. *& seq.* 188. 199 *& seq.* 736
Pares sunt socij & æquales. 518
Pari suo nemo suum regnum discupiat. 45. 139. 178
Pari suo si aliquis superstes fuerit. 73
Pari suo si quis suppriestis extiterit. 382. 407. 416. 428
Pari suo si quis audiverit necessitatem evenisse. 197
Parem suum unusquisque fideliter adjuvet. 45. 139
Parem suum unusquisque adjuvet contra paganos. 278
Parem suum nemo forconsiliabit. 147
Parem suum nemo discooperiat vel prodat. 256
Parem suum nullus dimittat facere contra legem. 82
Parem suum si quis nocere voluerit. 62
Paricla charta. 396. 923
Pariculæ epistolæ, 503. causæ. 1049
Paris sui regnum. 277
Parisiacus pagus. 69. 1464. 1514
Parisiaga terra. 564
Parisiense Concilium anni 829. habitum in Ecclesia sancti Stephani. 1112
Parisiense Parlamentum constitutum à Philippo Valesio. 911
Parisius civitas. 44. 178. 267
Parloir, locus in quo sanctimoniales convenire consueverunt. 1243
Parricidij crimen majori subjicitur vindictæ. 1379
Parrochiæ Presbyterorum non dividantur ab Episcopis propter inhonestum lucrum. 24
Parrochiæ rusticanæ. 235
Parrochianum alterius nemo sollicitet. 1167
Parrochianum alterius excommunicare alieno Episcopo licet pro causa deprædationis. 288
Parrochias suas Episcopi circumeant cum officij efficacia. 33. 240
Parvuli fide illorum salvantur qui eos de sacro fonte suscipiunt. 1178
Parvuli excusantur à jejunio. 1238
Parvulus infirmus. 1169
Pascasius Episcopus. 275
Pascha annotina. 1258. 1327. *& seq.*
Paschæ dies transigendi absque luxu & tumultu. 1176
Pascuarium, vectigal ex animalium pastione. 948
Pasta. 564
Pastiones. 116
Pastoralis liber. 91. Pastoralis Gregorij. 614. Pastoralis regula sancti Gregorij. 627
Pastoralis virga interdum significat excommunicationem. 287
Pastum exactare. 582
Pastus caballorum. 199. 400. 930
Pater naturalis. 481. 527
Pater filios vel nepotes suos meliorare potest. 480
Paterij liber. 797
Paternica. 1005. 1011
Patriæ defensionem si quis omiserit. 187
Patriam defendere omnes tenentur. 325
Patriarchæ titulus nullam olim prærogativam tribuebat Archiepiscopo Biturigensi. 1113
Patriciatus actio. 380
Patrini. 737. 1242
Patrini sunt qui baptizatos de sacro fonte suscipiunt. 1178
Patris donatio facta filio. 500. *& seq.*
Patritij, majorum gentium senatores. 919
Pattocinia sancta. 250
Patrocinia sanctorum. 226
Patrocinia sancti Remigij. 1289
Patronaticum. 462
Patronatus obsequium. 447. 466. *Vide* Libertinatis obsequium.
Patroni *pro* patrini. 1242
Patroni liberorum hominum. 336. 350
Patronorum ecclesiasticorum & laicorum jura in præsentandis Clericis. 212
Pauli I. Papæ epistola emendata. 1046
Paulinus Patriarcha Aquileiensis. 1058. Ejus epistola de uxore sine culpa interfecta. 1212
Paulo II. regnante. 1214
Paulus Archiepiscopus Rotomagensis. 57. 69. 1267
Paulus Episcopus Placentinus. 238
Paulus, per quem locutus est Christus. 160

Pauperes non opptimantur. 95. 184. 359. 1106. 1164
Pauperes homines defensionem habeant. 143
Pauperes ecclesiastici. 116
Pauperibus debita stipendia erogare. 241
Pauperum alimonia. 1404
Pauperum susceptio negligenda non est. 111
Pauperum receptio in monasteriis. 53. 203
Pauperum causæ primò audiantur. 1190
Pauperum necatores. 54. 110
Pauperum spoliator est qui falsam monetam percutit. 179
Pax per omne regnum servanda & exequenda. 175. 285
Pax communiter confirmata servetur. 196
Pax in exercitali itinere servanda. 162
Pacis & dilectionis unanimitas. 25
Pacis leges. 41
Pacem Christus reliquit fidelibus suis. 9
Pacem & justitiam unusquisque faciat in suo ministerio. 214. 265
Pacem si quis recipere noluerit. 1193
Pax regni turbata per vagos & irreverentes homines. 280
Pacis violator dignas pœnas persolvat. 161
Peccantes publicè subjiciendi pœnitentiæ publicæ. 355
Peccare mala voluntate. 384
Peccata quasi insensibiles reddunt. 89
Peccata redimenda per peregrinationem sacram. 442. 958
Peccata populi qui comedere dicantur. 11
Peccati se participem facit qui quod emendare potest emendare negligit. 161
Peccatum qui repetit post pœnitentiam. 124
Peccator si ad emendationem redimere noluerit. 213
Peccator quomodo alienandus à Christiana communione. 140
Pecia de terra arabili. 501
Pecora majora vel minora. 162. 406. 408. 411. 530. 572
Peculiare servorum. 422. 424. & seq. 444. 462. 475. 496. 537. 559. & seq. 573. 946. 1147
Peculiare habere vetitum monachis. 1086
Peculium utriusque sexus majore vel minore. 406. 408. 411. 430. 464. 488. & seq.
Peculium, id est, pecora, animalia. 1182
Pecunia commodata vel commendata. 1201
Pecunia, id est, res cujusque propria. 1216
Pecunia accipitur pro qualibet substantia. 1192
Pecunia significat quamlibet rem quam quis de pecunia sua comparavit. 1182
Pecunia, id est, animalia. 1182
Pecunia significat res proprias Ecclesiarum. 1201
Pedes fugitivos recipere. 396
Pedes cum silentio lavandi. 1382
Pedes peregrinorum in unaquaque feria lavandi. 1380
Pedum lavatio non negligenda. 1086
Pedules, id est, pedam operimenta. 737. 1085
Pelagius hæreticus. 619
Pellicium berbicinum. 1133
Pensa argenti. 178. & seq. 792
Pensantes denarij non rejiciantur. 177. & seq.
Pensare solidos. 1306
Perdonare. 72. 82. 112, 183. 210. 269. 271, 281
Perdonare, id est, parcere. 127. 144. 358
Perdonare, id est, remittere. 146
Perdonare, id est, concedere. 228
Perdonare membra. 1191
Perdonatio. 83. 112. 261
Perdonationis scriptura. 272
Peregrinatio ad loca sacra. 503. ad limina Apostolorum. 432. 740. 951
Peregrinatio sacra inter pœnas canonicas. 1198
Peregrinatio Episcopo indicta pœnitentiæ causa. 958
Peregrini ab Episcopi petitio ad Episcopum proprium. 557
Peregrini ab extraneis Episcopis recipi non poterant sine literis commendatitiis proprij Episcopi. 959
Peregrino Episcopo dandus est locus sacrificandi. 1029
Peregrinorum susceptio. 1404
Peregrinorum pedes lavandi. 1086
Peregrinorum pedes in unaquaque feria lavandi. 1380
Peregrinus commendatur. 442
Perjuratus si quis comprobatus fuerit de sacramento. 178
Perjuri quomodo puniendi. 183
Perjuria caveantur. 1180
Perjuria olim valde invalnerant. 924
Perjurij periculum. 340
Perjurium si quis alicui suaserit. 337
Perjurium in altari. 737
Permittente Apostolico. 1237
Perpetualiter. 514. & seq. 519. 521. 531. 545. 570. 572. 579
Persona bona. 1030
Personæ majores. 786
Personæ inconvenientes. 111
Pertensis pagus. 293
Pertisus pagus. 68
Pertinacia Romana. 2110
Pervenrus sit in istas partes. 189
Pessanum monasterium. 1574
Pestilentia laboravit Karoli M. seculum. 1244
Pestus. 1230
Petrasicta villa. 2509
Petralatensis comitatus. 1529. 1540. pagus. 1552
Petruncuti. 684
S. Petro primatus datus est à ceteris Apostolis. 1369
Petro Vicecomes. 1311
Petrus Abbas S. Christinæ. 1422. 1438
Petrus Abbas Miciacensis. 1439
Petrus Abbas Rodensis. 1552
Petrus Episcopus Comenensis. 633
Petrus Episcopus Forosempronienſis. 247. 249. & seq. 275
Petrus Episcopus Virdunensis. 1044
Petrus Episcopus & Missus dominicus. 359
S. Philiberti monasterium. 1096
Philippus Abbas Soricinij. 1104
Phylacteria. 735. 737
Phytonis consultor. 1130
Pibo Episcopus Tullensis. 1064. 1555
Picianum monasterium. 1574
Pictaciola. 742
Pictaciola decalogi. 737
Pictavienſe puellarum monasterium. 1096
Pigmenta. 626
Pignora sanctorum. 928. 1236
Pignora sancti Iuliani. 1350
Pillo & fistuca. 374
Pincesisus pagus. 1427
Pippinus Rex Francorum. 109. Ejus capitula synodalia omnia non extant. 1030. Ejus anni quomodo numerandi. 731
Pippini Regis Italiæ conjuratio adversùs Karolum M. 733
Pippinus Rex Aquitaniæ. 45. 51. 762. 764. 1189
Pippini junioris Aquitaniæ Regis pœnitentia. 820
Pila. 359
Piscaria. 362
Piscariæ insula. 1541
Pistis. 173. 209. Locus super Sequanam, ubi aliquandiu fuit sedes Nortmannorum. 353. 788. 1270
Pistoris. 539
Pithœi fratres clarissima lumina. 861
Pittacium. 1378
Placentini, id est, adulatores. 1045
Placitum olim generaliter pro die dicta usurpabant. 921
Placita, id est, judicia. 145. 147. 737. Tenenda in singulis parrochiis & comitatibus. 99. Non habeantur in exitibus & atriis Ecclesiarum. 55. 206. 366. 1193
Placita minora ubi habenda. 234
Placita quibus temporibus non habenda. 55. 206. Die dominico prohibita. 1173
Placita habenda ter in anno. 325
Placita frequentia pauperem populum affligunt. 355
Placita plura nonnulli Vicarij & Centenarij tenent propter cupiditatem. 321
Placita regia cum quibus personis haberi solita. 388. 909. 911
Placita generalia. 225. 228. 231. 1090. 1115. communia. 43
Placitis generalibus interesse debent Episcopi, Missi, Comites, & Vassi dominici. 89
Placita Missorum dominicorum. 337. 1188
Placita Comitum. 364. Ad quid tenenda. 114. Habenda à jejunis. 319
Placita Comitum nullus adeat cum collecta vel scutis. 322
Placitorum intervalla. 326. 328
Placitum suum custodire. 83. 395. 448. 456. 486. & seq. 552. adimplere. 487
Placitum condictum. 44. 87. legale. 158
Placitum Episcopi. 108
Placitum hominis. 1239
Placita quæ Episcopus ordinatus ab ordinatoribus & electoribus suis suscipere debet. 614. 616. 618. 622
Placitum Remis. 101
Placitum sæpe scriptum pro *palatium*. 1077
Placitare, id est, tributare. 264. 808
Plagare. 486
Plateola. 1162
Plebem sibi commissam qualiter unusquisque sacerdos instrue-

re debeat. 1402
Plebes singulæ secundùm antiquam consuetudinem fiant restauratæ. 324
Plebes, id est, Ecclesia parrochialis. 241
Plebes, id est, Ecclesiæ baptismales. 242. 1065. 1283. 1292. 1575
Plebium, id est, æneum. 860
Plenitudo capitulorum & synodalium actionum. 32. 150. 760
Plenitudinem hominum suorum unusquisque dirigat contra infideles Regis. 200
Pluvium. 737. 1173
Pœna non solet inseri in cessionibus. 489. 573. neque in chartulis libertatis. 1184
Pœnam accusati accusator excipiat si objecta non probaverit. 485
Pœnitentes pœnitentiam publicè accipiant in capite jejunij. 192
Pœnitens publicè deponere arma debet. 1114. 1212
Pœnitentes nullus invitet carnem manducare aut vinum bibere. 1168
Pœnitens publicus non potest promoveri ad gradus ecclesiasticos. 598
Pœnitentia publica. 37. & seq. 159. & seq.
Pœnitentia abolet peccata. 138
Pœnitentia ab Episcopo suscipienda. 148
Pœnitentia agenda de crimine publico. 140
Pœnitentia ibi agenda ubi crimen admissum est. 740
Pœnitentiam suscipere cogantur criminosi. 46
Pœnitentia suscipienda secundùm sacros canones. 213
Pœnitentia danda Presbyteris & Diaconis honore privatis. 328
Pœnitentia ridicula imposita mulieri libidinosæ. 1563
Pœnitentiæ gradus. 226
Pœnitentiæ leges ab Episcopis injungendæ. 138
Pœnitentiæ publicæ subjiciantur publicè peccantes. 355
Pœnitentiæ publicæ modus debet esse in consideratione Episcopi. 287
Pœnitentiæ tempora. 1189
Pœnitentiæ episcopalis vindicta. 175
Pœnitentiæ morientium. 1559
Pœnitentiam publicam agat qui hominem in Ecclesia interfecerit. 331
Pœnitentiam fervidè gerens, citiùs indulgentiam obtinebit. 1378
Pœnitentiam judicare & indicare. 507. 1013
Pœnitentiale. 1419
Pœnitentiales libelli. 737
Pœnitudinis ignis. 274
Poledrus. 694. 844
Polemniacum. 223
Polepticus publicus. 386. 901
Polyptici. 188. 794. 901. 1273
Polypticus monasterij Fossatensis. 1387
Poncio Episcopus Magalonensis. 634
Pons curvus. 362
Pontaticus. 460. 965
Pontes restaurandi. 69. 738
Pontes ab ecclesiasticis hominibus restaurandi. 338
Ponticulus, mos antiquæ sepulturæ. 851
Pontifex proprius. 76
Pontificalis auctoritas. 231
Pontifices summi. 737
Pontifices Romani debitum honorem conservare debent Regibus Francorum. 208
Pontificis parva negligentia, ingens animarum discrimen est. 1233
Pontificium, id est, potestas. 407. 409. & seq. 414. 428. & seq. 451 458. 499. & seq. 506. 518. 520. 549. 933
Pontigo. 238. 240. 246. 804. in pago Pertensi. 293
Pontiu pagus. 69
Pontius Comes Emporitanus. 1298. 1552
Pontius Episcopus Bigorritanus. 1574
Populi generalitas. 12
Populus Christianus commissus est Regibus. 47. & seq.
Populus justitiam & pacem habeat. 202. 204. 228
Populi errata Episcopi inquirant & corrigant. 23
Populorum alicubi scripcum pro *pupillorum*. 1246
Porci ubi accipiendi. 168
Porcus qui se lavat in luto. 158
Portæ reliquiis sanctorum consecratæ. 532. 1105
Portarius monasterij. 1090
Portense. 224
Portianus pagus. 68
Possedonius Episcopus Vrgellensis. 1446. 1546
Possessiones Ecclesiarum nemo à Pontificibus suppetere præsumat. 273
Possessionis descriptio. 843
Possessor, id est, ingenuus. 695. 846
Post consulatum. 1252
Postulare, id est, causas agere. 598
Potentes affligunt populum. 348
Potentes habent basilicas juxta domos suas. 352
Potentis alicujus proprietas. 285
Potentum seculi vita qualis esse debeat. 115
Potentum si quis Clericum aut quemlibet pauperem expoliaverit. 160
Potestas reipublicæ. 213. 1275
Potestates exteræ, id est, seculares. 234. 1240
Potestati à Deo constitutæ obediendum est. 137
Potestati alterius si quis se commendaverit. 493
Potestatis judiciariæ minister. 27
Potestativa manu. 1245
Potestativè. 287. 289. 1288
Potiones malas temporare. 453
Poulier unde dictum. 901
Præbenda. 1247
Præbendarij. 1560
Præcantatorem adhibere. 737
Præcepta Ecclesiis concessa serventur. 22. 33. 107
Præcepta regalia super precariis ecclesiasticis. 32
Præcepta illicita de rebus Ecclesiæ rescindantur. 21
Præcepta super rebus Ecclesiarum. 56. 208
Præcepta de rebus Ecclesiarum ad proprium facta. 50
Præcepta inlicita. 11
Præcepta injusta cassentur. 236
Præcepta largitatis regiæ. 262
Præcepta falsa regio nomine compilare. 52
Præceptum emunitatis. 322
Præda diabolica. 140
Prædæ prohibitæ. 242. 346
Prædas si quis egerit. 289
Prædatores damnandi. 89. & seq. 99
Prædestinationis doctrina. 620
Prædia omnia aut propria erant aut fiscalia. 875
Prædia Ecclesiæ venundari non possunt à Presbyteris. 1375
Prædicare nemo debet ut sumptus accipiat. 626
Prædicatio, munus episcopale. 885
Prædicatio Episcoporum & Presbyterorum. 352
Prælati monasteriorum. 54. & seq. 205
Prælatorum indiscretio. 53. 104
Prælationem Ecclesiæ suscipere. 203
Præpositi. 333
Præpositi monasteriorum, secundi post Abbates. 1087
Præpositi monasteriorum sub Abbatibus laicis. 1257
Præpositura monasterij S. Vedasti. 613
Præpositus monasterij. 507
Præpositus locum Abbatis absentis teneat. 1385
Præscriptio triginta annorum. 979
Præscriptio an locum habeat pro servo qui ad clericatum promotus est sine conscientia domini sui. 1145
Præscriptus pro *proscriptus*. 1250
Præsentaliter. 85
Præsidij definitio. 936
Præsidium utriusque generis & sexus. 456. 461. 562
Præsorium. 461
Præstandarij. 1539
Præstare, id est, mutuum dare. 1165
Præstaria ad Ecclesiam. 451. 516. 518. & seq.
Præstaria de re Ecclesiæ ab Episcopo facta. 428. 950
Præstariæ. 56. 208
Præstariæ formula. 458. 488. 490. 588
Præstariæ & precariæ vocabula confundi olim solita. 1275
Præstitum beneficium. 32. 451. 454. 463. 519
Præsumptiosus. 1122
Pragmatica sanctio. 1176
Prata defensoria. 96
Prata si quis vastaverit tempore defensionis. 1294
Precare. 79. & seq.
Precaria ad casam Dei. 457
Precaria constituitur ad certum tempus. 932
Precaria de ipsa villa, dum vivit. 406
Precariæ. 29. 59. 109. 488. 738. 761. 1265
Precariæ formula. 428. 450. 506. 516. & seq. 549
Precariæ exemplum. 814. 1403
Precariæ renoventur de quinquennio in quinquennium. 32. 407. 410. 428. 451. 458. 473 516. & seq 520 549. 934 1264 1404
Precariæ de rebus ecclesiasticis quomodo fieri possint. 32
Precariæ rescindantur quæ factæ sunt tempore viduatarum Ecclesiarum. 32

Precariæ quæ à rectoribus Ecclesiarum inrationabiliter fiebant. 314.
Precariam de rebus Deo dicatis nemo facere cogatur. 32
Precarium jus. 60. 1165
Precationes inconvenientes. 116
Precator mendax careat impetratis. 236
Precaturia pro *precaria*. 472. 914
Preces nostræ cur à Deo non recipiantur. 285
Preces pro Episcopis vivis & mortuis. 132
Prendere. 136. 1406
Presbyter multò pretiosior est quàm atrium templi vel parietes. 1549
Presbyteri honorandi sunt. 95. 142. Eis honor congruus & jura debita conferuentur. 108. Eis debita reverentia exhibeatur. 111
Presbyteri ministerium est fortem esse in Ecclesia. 1360
Presbyteros quæ necessariò nosse oporteat. 1377. Eidem catholicam memoriter teneat. 1374. Bene sciant signacula & baptisteria sua. 1066. Habeant peritiam calculandi. 1135
Presbyterorum insicitiam graviter redarguit Isidorus Clarius. 1131. *& seq.*
Presbyteri quibus virtutibus ornati esse debeant. 53. Eorum conversatio qualis esse debeat. 351
Presbyterorum ordinationes quomodo faciendæ. 353
Presbyteri non constituantur in Ecclesiis neque expellantur sine consensu Episcoporum. 64. 175. 199. 211. 235. 338
Presbyteri ad gubernandas plebes legitimè provecti non repellantur à suis Episcopis. 353
Presbyteri non recipiendi absque licentia Episcoporum suorum. *Ibid.*
Presbyter nullus esse præsumat absque uno Clerico. 1377
Presbyteri subjecti sint Episcopis propriis, & in eorum dispositione consistant. 54. 205. 241. 1028. Eisque reddant rationem villicationis suæ. 1150. Eis debent sacramentum fidelitatis. *Ibid.*
Presbyter unusquisque non habeat ampliùs quàm unam Ecclesiam. 1149. 1219. 1377. Eam nullus relinquat. 241. In aliena parrochia non ministret sine formata. 1377
Presbyteris ignotis non licet Missam celebrare. 353
Presbyteri liceat soli Missam facere. 1209
Presbyter totics communicet quoties Missam cantat. 1124. 1178. 1221. 1377
Presbyteri è monasteriis sanctimonialium egrediantur statim post expletam Missam. 1243
Presbyteri rusticanarum parrochiarum. 595. forenses. 721. 1228. villani. 188
Presbyteri parrochiani suis senioribus debitam reverentiam impendant. 211. *& seq.*
Presbyteri quam dispensam dare debeant Episcopis in eorum visitatione. 21. *& seq.*
Presbyter seorsim ab Episcopo conventus agens. 233
Presbyter eucharistiam semper habeat paratam ad infirmos. 1169
Presbyterorum uxores an possint habitare in domibus maritorum suorum. 1023
Presbyter nullus feminam in domo sua habeat. 241. 1239. 1377
Presbyteri arma non portent. 1132. Neque venationem exerceant. 241
Presbyteri non possunt esse Notarij. 1169
Presbyteri non accipiant procurationes seculares. 1374
Presbyteris homines abuntur tanquam vilissimis mancipiis. 1169
Presbyterorum facultates, quas comparaverint post consecrationem suam, pertinent ad Ecclesias ad quas titulati sunt. 441 958. 1168.
Presbyteris etiam suspicio malæ opinionis fugienda. 1374
Presbyteri inde submoventur ab officio altaris unde laici excommunicantur. 1014
Presbyterorum negligentiæ. 340
Presbyteros accusare qui non possint. 1205
Presbyteri examinentur in synodis. 16
Presbyteri honore privati rediguntur sub pœnitentiam. 328
Presbyteros flagellare non licet. 64. 175
Presbyterum si quis percusserit aut verberaverit. 332. 1221
Presbyter si ante altare peremptus fuerit. 1216
Presbyterorum filij non possint esse judices. 342
Presbyteri in palatio assiduè manentes. 1046
Presbyterum si quis se esse finxerit. 1202
Presbyteratus gradus canonico judicio amitti potest. 441
Prestibus. 1207
Pretium non exigatur pro baptizandis infantibus nec pro sepultura. 615
Pretium de terra concessa putredini. 38
Primatum duo genera. 1240
Primatus Petro datus est à ceteris Apostolis. 1369
Primatus Galliæ & Germaniæ. 248
Primitiæ de fructibus & de laboratu afferendæ ad altare. 1376. In manu Episcopi consistunt. 1167
Princeps, id est, Rex. 1186. sive Dux vel Comes. 1011. 1183
Princeps si permutare voluerit rem immobilem cum locis sanctis. 1176
Principales Ecclesiæ. 624
Principalis Ecclesia. 24. 252
Principalis potestas. 259. 268
Principes, id est, primates, proceres. 1109
Principes olim per semetipsos præfuerunt pluribus conventibus ecclesiasticis. 1100
Prisciani ars grammatica. 1161
Privatus, id est, amicus. 170. *& seq.* 790
Privilegia Romanæ sedis. 214
Privilegia Ecclesiarum servanda. 5. 107. 225. 259. 268. 357
Privilegia monasteriorum. 394
Privilegia monasteriorum indigent consensu Episcoporum Gallicanorum. 379. 381. 1045
Privilegium manibus Episcoporum roboratum. 75
Privilegia indigent confirmatione Principum. 893
Privilegij regularis auctoritas. 152
Privilegij condendi formula. 581
Privilegij definitio. 866
Privilegium legis ecclesiasticæ. 364
Privilegium canonicum Episcoporum. 271. 287
Procambiare. 1534
Procaspis super fluvium Mosam. 221. 800
Processus criminalis in Ecclesia fieri potest. 1166
Proclamationes necessariæ. 68
Procuratio Episcopis debita pro visitatione. 22. 624
Procuratorem constituere olim quomodo liceret. 903
Professio Episcopi ordinandi. 616. 618
Professio monachi fit præsente Abbate. 1299
Professio Regi facta in Carisiaco, Gundulfi villa, Remis. 161
Prolongare justitiam. 326
Promissio monachi. 576. *& seq.*
Propinquam suam si quis uxorem duxerit. 46. 139
Propinquarum conjunctio. 62
Proprietarium jus. 482
Proprietas dominicalis. 719
Proprietas alicujus potentis. 181
Proprietas interdicta monachis. 1086
Proprietas infidelium Regis recipiatur in indominicatum Regis. 197
Proprietas cujuscunque si tulta fuerit. 359
Proprietatem suam si quis perdiderit. 280
Proprietatem ejus terræ si quis habere voluerit quam excolit. 428
Proprietates suas si quis spontanea voluntate alicui delegaverit. 355
Proprietates dicebantur bona quæ nullius juri obnoxia erant. 875
Proprindere. 231. 453. 802
Proprindere, invadere. 301. 981
Proprium dominicum. 718
Proprium perdere. 360
Prosecutio idonea. 1242
Prosper creditus auctor librorum de vita contemplativa & activa. 1213
Protelare justitiam. 66
Provenda, Provendarij. 1247
Provincia. 240. 1413
Provincia tota. 1118
Provinciæ totius cura commissa est Metropolitano. 628
Provinisus pagus. 70
Provocare non licet à judicibus electis. 364
Prudentius Episcopus Tricassinus. 607. 619. 1267
Prumia abbatia. 225
Psalmodium monasterium. 1099
Psallentium. 739
Psalmi modulentur. 1132
Psalmi an cantandi sint pro servo fugitivo in fuga mortuo. 1010
Psalmos suos unusquisque Presbyter rectè decantare debet. 1377
Psalterium Gallicanum. 719
Puellæ non velentur ante annos XXV. ætatis. 1163
Puellæ monasteriis traditæ in tenera ætate. 1163
Puellam invitam si quis sibi sociaverit. 414. 477. 536. 959
Pueris nono die nomina imponebantur. 689
Pueri, id est, Clerici in tenera ætate constituti. 1135
Puer in monasterio oblatus à patre. 1553
Pueris monachis non eadem quantitas cibi præstanda est quæ ceteris. 1381

Puerorum legentium ſcholæ. 1134
Puerorum auriculas vellere. 997. 1573
Puerorum vocabulo ſervi intelliguntur. 1155
Pugna teſtimonium approbare. 350
Pugnare cum feſtibus & cum armis. 1185
Puleticus publicus. 901
Puliſlac. 1006. 1014
Pulmentum cum potu & orto ſeu pomis. 1384
Pulſatorium, locus in quo noviter converſi ſuſcipiuntur. 1028. 1135
Pulveraticum. 739
Pulvis montalis. 1199
Pupilli qualiter recipiantur. 487
Pupilli rattionem habeant. 337
Pupillorum cauſæ primò audiantur. 1190
Purgare ſe judicio Dei. 229. *& ſeq.*
Purgatio canonica. 924
Purgatio Clericorum ſecundùm ſanctorum patrum ſtatuta. 38
Purgatio Leonis Papæ. 1205
Purgatio argenti. 178
Purificatio ſanctæ Mariæ. 191. 1177. 1478
Purificatum argentum. 185
Puriter. 1209
Purpriſum habet. 277
Pyrenæus, limes Hiſpaniæ. 803

Q

Quadrageſimæ tempus. 33
Quadrageſimæ tres in anno. 714
Quadrageſimalis abſtinentia ſervari præcepta ſub pœna capitis. 1039
Quadrageſimalis temporis reverentia. 360
Quæſtionalis ratio. 57
Quentovicus. 378. 791
Quercolus emendatus. 1201
Quinquagenarius evectionis numerus. 1151
S. Quintini monaſterium. 57. 777

R

Racimburgij. 435. 437. *& ſeq.* 508. 699. 702. 739. 849. 951
S. Radegundis monaſterium. 1097
Rado Archicancellarius. 1247
Radulfus Comes. 122
Radulfus electus Rex Francorum contra legem. 1290-1334
Ragamfredus Archiepiſcopus Viennenſis. 1470. *& ſeq.*
Ragamfridus Diaconus Eccleſiæ Remenſis. 52. 764. 1265
Raganboldus Epiſcopus Dinienſis. 1262
Ragembertus Epiſcopus Vercellenſis. 1575
Ragemundus Princeps Aquitanorum. 1538
Ragenardi Comitis Senonenſis excommunicatio. 671. 1502
Ragenarius Epiſcopus Ambianenſis. 19. 759
Ragenarius Epiſcopus Noviomagenſis. 756
Ragemberus Comes. 300
Ragenfridus Epiſcopus Meldenſis. 245
Raginelmus Epiſcopus Noviomenſis ſive Tornacenſis. 244. 265. 612. 629
Raginoardus Archiepiſcopus Rotomagenſis. 1112
Ragonfredus Comes Palacio. 1416
Riamundus Comes Palliarenſis. 1203. 1551
Rainerus Comes. 265
Rama ſignificat congeriem ramorum. 989
Rambertus Epiſcopus. 343
Ramno Epiſcopus Helenenſis. 1497
Rampo Comes. 1425
Rampo Marchio. 1447
Rantgarius Epiſcopus Noviomenſis. 756. 1112. 1174. 1262
Rapaces regnum Dei non poſſidebunt. 285
Rapinæ prohibitæ. 41. 88. 99. 346
Rapinam nullus deinceps faciat. 97. 283. *& ſeq.* 338
Rapinam facere ſi quis aggreditur. 485. 978
Rapinas ſi quis infra regnum fecerit. 90. 95. 99. 160. 162
Rapinas multi pro lege per conſuetudinem tenent. 143
Raptam ſi quis uxorem duxerit. 46. 139
Raptor adulterij criminis reus teneatur. 334. 1155
Raptor incurrere debet vitæ periculum. 536
Raptor ſi volentem rapuerit & ſibi ſociaverit. 487. 978
Raptor viduæ Romanæ omnem ſubſtantiam ſuam perdat. 1190
Raptores quomodo puniendi. 26. 160
Raptores rerum alienarum quomodo puniendi. 1294
Raptores coërceantur. 71
Raptores ad rationem deducantur. 138
Raptoris pœna, vitæ periculum. 414. 422. 477. 939
Raptoris judicium pertinet ad Comitem. 27
Raptum facere nemo præſumat. 42
Raptus feminarum prohibiti. 148. 150. 162
Raptus virginum & viduarum vetitus. 96
Ratbertus Epiſcopus Valentinus. 244
Ratbodus Comes. 102
Ratbornus Epiſcopus Auguſtanus. 238
Ratherius Epiſcopus Veronenſis. 1141
Rationare. 423
Ratiſbonenſis ſynodus adversùs Chorepiſcopos. 1223
Ratoldus Preſbyter, vocatus Epiſcopus. 343
Rauba. 396. 464. 500. 508
Raubam ſuam alicui tollere. 390. 395. 916. 921
Ravenna. 362
Ravennatenſis ſynodus. 273. 812
Raupa. *Vide* Rauba.
Raymundus de Pennaforti caſtigatus. 1024. execuſatus. 1144
Raynardus Comes Tullenſis. 1556
Readunari. 162
Rebaptizatio quo caſu permiſſa. 1202
Rebellis pro *rationabilis*. 1114. 1282
Rebello faciente. 391. 918
Recapitulare. 144
Recelare. 68
Receptum invenire. 98. 777
Receſindus Abbas Arulenſis. 1448
Reclamare. 79. 199. 221. 225. 329. 537. 740
Reclamatio. 285. 459. *& ſeq.* 505
Reclamatio Preſbyterorum. 21
Reclamatores. 329
Recognoſcere ſe. 80
Reconciliatio pœnitentium. 225
Reconjungere. 141. 216. 507
Recoſindus Gothus. 1504
Recredere. 435. 459. 823. 954
Rectitudo. 143
Rectum conſentire. 44
Redebere. 436. *& ſeq.* 453. *& ſeq.*
Redemptio vitæ. 487. captivorum. 193. peccatorum. 504
Redemptionale. 462. 966
Redenſis comitatus. 1537. Eccleſia. 1466
Redibitio. 27
Redimere cotium ſervi. 832
Redintegrante, explicatur. 815
Refectorium. 35. 1381. 1384
Referendarij. 912
Reffare. 690
Refugium habere. 177
Refurare. 1180
Refuunt. 1007
Regalis ſublimitas. 36
Regiæ poteſtati ſi qui contumaces fuerint. 29
Regiam auctoritatem ſi quis pro nihilo duxerit. 289
Reginboldus Chorepiſcopus Moguntinus. 1378
Reginimis locum nemo obtineat per ſimoniacam hæreſim. 34
Reginarij comitatus. 68
Regimbertus præceptor. 1382
Reginerius Abbas. 238
Regino emendatus. 3281
Regnante Paulo II. & Sixto IV. 1214
Regnum Chriſti, id eſt, Eccleſia. *Ibid.*
Regnum, id eſt, provincia. 1013
Regni ſoliditas. 3. 201. *& ſeq.*
Regnum paternum hereditario jure relictum tenere. 11. 278
Regni diviſio inter filios Ludovici Pij. 757
Regni diſpoſitio per abſentiam Karoli Calvi. 260. 269
Regnum ſi quis invaſerit. 139
Regula S. Benedicti. 349. 354. 575. *& ſeq.* 1382
Regulæ eccleſiaſticæ confirmatæ ſunt ſanguine Chriſti. 119
Regulæ monaſterium ad Garumnam. 1092
Regulæ monaſterium in civitate Lemovicenſi. 1097
Rei ad Eccleſiam confugientes. 983
Reos ibi neceſſe eſt puniri ubi miſericordiam conſequuntur. 55. 206
Reicherſpenſe chronicon caſtigatum. 1142
Reicula. 740
Reiculam Eccleſiæ ſi quis petierit à Regibus. 34. 761
Reippus. 696
Reipublicæ adminiſtratores. 259. 268
Relatio cum judicio. 485. 977
Relatum quod dicitur apennis. 460. 965

Relaxare servum.
Religio in immensum aucta & exculta à Karolo M. 444
Religionis Christianæ cultus omnis per sacerdotum officia celebratur. 252
Reliquiæ sanctorum. 1350
Reliquias auferre ab Ecclesia. 332
Remallare. 339
Remandare. 544
Remanducare. 200
Remansio. 158
Remedius Episcopus Abtincatensis. 1073
Rememorare. 1267
Remensis parrochia. 201. 204
Remensis Ecclesiæ proclamatio adversùs Ludovicum Regem Germaniæ. 52
Remensis & Trevirensis Ecclesiæ sorores & comprovinciales habentur. 149
Remergere. 217. 798
Remerire. 227
S. Remigius Francorum Apostolus. 220. Francos ad fidem convertit. 307. 560
Remigius Archiepiscopus Lugdunensis. 110
Remis. 133. 1468. & seq.
Remorum Episcopus Primas inter Primates extitit. 101. 178. 261
Remorum Ecclesia diù multùmque pastore destituta, 17. Decem annis sine Archiepiscopo. 1241
Remota dominationis vestræ sinceritate. 759
Remtianus pagus. 104
Renuntium. 48. 770
Repastos exigere. 1339
Replicare ad servitium. 580
Repromittere fidelitatem. 326
Repudij jus. 1056
Repudij libellus. 855
Res alienas si quis cuilibet homini vendiderit. 423. 479. 944. 1296
Res in contentione posita. 335
Res locis Deo dicatis conlatæ usufructuariò teneri possunt à datoribus. 1216
Res per precariam possessa in fiscum decidere potest. 313
Res suas si quis alienaverit & super eas residet. 1500
Rescellæ. 322
Rescecanda qui non corrigit, ipse illa committit. 795
Resisus bannus. 166
Respectualis traditio. 190. 436. 1114
Responsorium convocationi Apostolorum convenit. 526
Resultare ministerio episcopali. 1358
Resurrectio mortuorum. 236
Resurrectionis dies. 1140
Resurrectionis dominicæ mysteria 105
Retonare. 429
Retornare. 144
Retorta, funis genus. 84
Retrahere se. 692. 842. 994
Retributiones exactare 101
Revellare. 459. & seq.
Revenire. 428
Reverentia seniori debita. 177. 227
Revestire. 82
Reuvadiare. 499. bannum. 235. servitium. 823. xenium. 1167
Reuvadiatum bannum persolvere. 184. 795
Rex à regendo dicitur. 106. pater patriæ. 164 Dei & populi electione constitutus. 273
Regi exhibendus est honor. 5. Eum enim Deus voluit vice sua appellari Regem & Dominum. 137
Regum corda sunt in manu Dei. 216
Reges olim se fratres vocabant. 380. 890
Regis domus dicitur schola. 113. 779
Regium officium. 111. & seq.
Regis ministerium est impios de terra perdere. 125. 230
Rex justus non debet habere ministros & colonos impios & iniquos. 116. A sua cognitatione deviare non debet 171. Largus ac liberalis esse debet. 116. Motari debet in illa parte regni ubi major necessitas fuerit. 266
Regum salus commissa est Episcopis. 15
Reges sunt filij & protectores Ecclesiæ. 49. 271. 281
Reges olim per semetipsos præfuerunt pluribus conventibus ecclesiasticis. 1200
Regum filij legitimam hereditatem recipiant. 42
Reges Francorum ex genere prodeunt. 133. 1082. Vocantur inclustres. 916. Olim justitiam per se proprio ore reddebant. 455. 909. Eorum auctoritas in electionibus Episcoporum, & in monasteria. 1141
Reges Francorum petebant olim à Pontificibus Romanis Episcopos & Presbyteros qui assiduè in palatio manerent. 1046
Regi si filius natus fuerit, tres servi manumittendi sunt. 396. 432. 926. 951
Regi sæpe scriptum pro *rei*. 1060
Rex & sacerdos solus Christus fieri potuit. 9. 1259
Rhabani Abbatis Fuldensis epistola ad Regimboldum. 1378
Rhanne. 683. 827
Rhenus fluvius. 295. 299
Ricavudo Episcopus VVormatiensis. 300
Richardus Comes. 238. 243
Richerus electus Episcopus Tungrensis. 298. 814
Richildis uxor Karoli Calvi. 807. 1492
Richomirus Abbas Mallasti. 1461
Richuinus Missus dominicus. 68. 80. 86. & seq.
Ricofindus Gothus. 236. 1504. mandatarius Salomonis Comitis. 1192. 1282. 1490
Riculfus Archiepiscopus Moguntinus. 740. 754. 1435
Riculfus Episcopus Helenensis. 634. 1302. & seq.
Riculfus Episcopus Suessionensis. 669
Riga, tributi & vectigalis species. 425. 948
Rigrannus monachus Cenomanensis. 1477
Rimmo Missus dominicus. 359
Ripacurrensis comitatus. 630
Ripuariæ. 223
Ripuarij. 989
Robertus Marchio. 1319
Robertus Comes Nannetensis. 976
Roccus. 741
Rodallus Episcopus Biterrensis. 654
Rodaticus. 460. 965. & alibi passim.
Rodbertus Episcopus Cenomanensis. 621
Rodense monasterium. 1552
Rodgerus Archiepiscopus Trevirorum. 300
Rodingus Episcopus. 342
Rodmundus Comes Senonensis, Ragenardi filius. 671. 1302
Rodulfus avunculus Karoli Calvi. 79. 774
Rodulfus Archiepiscopus Bituricensis & Abbas sancti Benedicti. 132. & seq. 783
Rodulfus Episcopus. 1483
Rodulfus Episcopus Laudunensis. 669
Rodulfus Comes. 102
Rodulfus Missus dominicus. 69. 80. 86. & seq.
Rodulfus Abbas S. Christinæ. 1528
Rogare significat interdum cogere. 1187. 1249
Rogationes. 1220. Celebrandæ cum humilitate & contritione cordis. 1376
Rogerius Comes Lemovicensis. 1096
Rolandus Bignonius, Hieronymi pater. 984
Romam orationis causa pergere. 345
Romana Ecclesia est magistra, mater, & caput omnium Ecclesiarum. 239. 254. Ejus primatus. 1235. Eam Karolus M. multis honoribus extulit. 251. Ejus defensio ad eum & ejus posteros transiit cum hereditate paterna. 1032
Romanæ Ecclesiæ mundeburdis & defensio. 208
Romana Lex. 179. & seq. 183. 185. 188. 190. & seq. 198
Romana lingua. 39. 144. 1074
Romana synodus, id est, capitula Angiltrammi. 1249
Romana peregrinatio imposita pœnitentibus. 1198
Romana peregrinatio non suscipienda sine licentia sui Episcopi. 740
Romana pertinacia. 1110
Romanæ mulieres quæ viros habuerunt Longobardos. 323. 1292
Romanus populus interrogandus quali lege vult vivere. 318. 320
Romanus populus lege Romana vivit. 1191
Romanorum nomine quinam intelligantur apud Marculfum & alios. 916.
Romanus Pontifex caput omnium in terris est vice Christi. 256. Vicarius B. Petri. 1285. Vicarius Apostolorum Petri & Pauli. 237. Ei cura commissa est omnium Ecclesiarum. 1496. Ei in omnibus justa servetur obedientia. 317. 320. & seq. Quicquid secundùm sacrum ministerium apostolica auctoritate decreverit, ab omnibus suscipiatur. 239. Non potest tamen simul esse Rex & Episcopus. 1259. Ejus monarchia temporalis. 1214
Romani Pontificis electio à quibus facienda. 317. 319. Olim fieri non poterat sine auctoritate Principum. 1105. 1141. neque extra præsentiam Missorum dominicorum. 1300
Romani Pontifices olim postularunt episcopatus à Regibus. 1141
Romerici mons. 213
Romipetæ pace fruantur. 345
Rimoldi comitatus. 70

Rorigo Comes. 1188, 1217. 1260. 1436
Roſſillionenſis comitatus. 1523. 1525
Roſſoorenſis pagus. 586
Roſtagnus Archiepiſcopus Arelatenſis. 244. 255
Rota civitas. 631. 1301
Rotaticum. 741
Robertus Epiſcopus Cenomanenſis. 1476
Roibertus Vicecomes. 1533
Rotbertus Miſſus dominicus. 69
Rothaldus Epiſcopus Sueſſionenſis. 19. 52. 57. 612. 759. 1112. 1174 1267
Rotgerius Comes. 1538
Rotlannus Archiepiſcopus Arelatenſis. 1468
Rotmenſis pagus. 69
Rotomagus. 178
Rotrudis primogenita Karoli M. 1258. 1260
Rotrudis filia Bertæ Comitis. 1490
Roſelmus Miſſus dominicus. 359
Rua S. Germani. 1491
Rubricatus fluvius. 1083. 1187. 1251
Rugituſit. 268
Ruſcinonenſis comitatus. 1543
Ruſcinonenſis pagus erat olim in Septimania. 1083. Diviſus eſt in partes tres. 1103
Ruſſilionenſis pagus. 1488
Ruſticorum filij non debent ordinari abſque aſſenſu domini. 1145
Ruſticus Epiſcopus Narbonenſis. 1255

S

Sabbatinus Epiſcopus Ienuenſis. 238. 243
Sabbatizare. 1226
Sabbatum æternum ſive divinum. 1226
Sablonariæ. 169. 172
Sacerdotalis reverentia in omnibus cuſtodiatur. 240
Sacerdotem ſi quis percuſſerit. 332
Sacerdotem ſi quis verberaverit. 1221
Sacerdotes immunes ab exercitu. 1255
Sacerdotes non dehonorentur. 95
Sacerdotes vigorem eccleſiaſticum & debita privilegia obtineant. 259. 268
Sacerdotes ſtolas porteot. 1225
Sacrdotibus debitus honor impendendus. 351
Sacerdotibus ſi qui obtemperare noluerint. 556
Sacerdotibus homines abutuntur tanquam viliſſimis mancipiis. 1169
Sacerdotis teſtimonium credibile habeatur. 337
Sacerdotum nulli licet ignorare canones. 1377
Sacerdotum incuria nullatenus eſt excuſanda. 352
Sacerdotum percuſſores ipſo jure excommunicati ſunt. 1549
Sacerdotum vita dedecoroſa. 381
Sacerdotum præſentia an neceſſaria in judiciis. 1223
Sacerdotij apex. 241
Sacire. 507
Sacire ad proprietatem. 428. 548
Sacramenta Chriſti, 1209. baptiſmatis. 1402. redemptionis noſtræ. 167
Sacramentum ſanguinis & corporis Chriſti. 119
Sacramentum fidelitatis. 71. 146. 720. 772. 699. 1056
Sacramento fidelitatem promittere. 136
Sacramentum jurationis. 1190
Sacramenta legalia. 190
Sacramenta Regi facta. 260. *& ſeq.*
Sacramenta ſi ab Epiſcopis exacta aut facta fuerint. 119
Sacramentum indebitum non exigendum ab ordinatis. 623
Sacramenta quæ Epiſcopi Longobardi exigebant ab his quos ordinabant. 1150
Sacramenta pertinent ad legem mundanam. 1121
Sacramenta in palatio jurentur. 1185
Sacramenta poſt quadraginta noctes legaliter juranda accipiuntur. 190
Sacramenta ubi percurrunt. 436. 453. ſuper capella Domni Martini. 396. 424. *& ſeq.*
Sacramentorum ritus & ſolemnia. 452. 453. 923. *& ſeq.*
Sacramentum de obſervanda pace. 164
Sacramentum de re poſſeſſa per triginta annos. 492
Sacramentum de homicidio perpetrato ab eo qui ſe defendebat. 486
Sacramento promiſſum ſolatium. 135
Sacramentum juratum habere contra alium. 74
Sacramento ſi quis ſe obligaverit ut ad pacem non redeat. 363
Sacramento firmare conſpirationem. 329
Sacramento ſe idoneum reddere. 182
Sacramentum melioris hominis. 289
Sacramentum adhramire. 1193. deducere. 337, diſrumpere. 225. explere, jurare. 552
Sacramentum adhramitum. 435
Sacramentum ſeculare. 119
Sacramentorum liber. 1038
Sacramentarium. 1206
Sacramentalis charta. 435. 454. notitia. 453
Sacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt. 160
Sacratam Deo nullus ſibi conjugio ſociet. 96
Sacrificantis vocabulo quid intelligendum. 1222
Sacrilega fœdera nuptiarum. 16
Sacrilegi ipſo jure excommunicati ſunt. 1549
Sacrilegij compoſitio. 276. pœna. 277
Sacrilegium facit qui Eccleſiæ aliquid fraudarur aut tollit. 118. 160. 297
Sacrilegium eſt ſi quis oblationes Eccleſiæ rapuerit. 1132
Sacrivus. 683. 818
Saga, veſtimenti genus. 741
Sagibarones dicuntur quaſi ſenatores. 700. 851
Sagiſus pagus. 69
Sagitta toxicata. 688. 835
Sagittarum uſus cognitus veteribus Francis. 999
Saio. 1396
Sal fieri ſolet in areis maritimis. 1189
Sal catechumenis dandum. 742
Salaco Epiſcopus Alcenſis. 822
Salamon Epiſcopus Helenenſis. 1497
Salica lex. 192. Proximiores tantùm admittit ad ſucceſſionem. 935. Pœnam ponit in chartulis libertatis. 1184
Salicæ legis editiones duæ. 1048
Salicæ legis textus ad varia exemplaria caſtigatus. 1047
Salica terra. 704
Salici, id eſt, Franci. 1218
Salij Franci. 825
Salla Epiſcopus Vrgellenſis. 675. *& ſeq.* 1303. 1546
Salmonciacus. 268. 810
Salmoringa villa. 1468
Salmoringum. 224
Salodorum. 223
Salomon Dux Brittonum. 231. 783. Rex. 809
Salomon Comes. 1489
Salomon Epiſcopus Conſtantienſis. 127. 137. 163. 781
Saltationes vetitæ in diebus feſtis. 1227
Saltus fluvius. 293
Salvamentum. 97. *& ſeq.* 100. 143. 147. 176. 201. *& ſeq.* 262. 279
Salvamentum fidelium. 196. *& ſeq.* 261. populi. 138. 147. 165 commune. 47. 141. regni. 151
Salvari nemo poteſt niſi quem Deus ſalvaverit. 620
Salvatio. 79. 101. 167. *& ſeq.* 204. 216. 225. 260. 279. 346
Salvatio populi. 129. 347. rerum eccleſiaſticarum. 57
S. Salvij monaſterium. 224
Salutatorium, locus in quo ſanctimoniales conveniri poſſunt. 1243
Salutes mandare 83. 85
Salz palatium regium. 1063
Samio. 916. 918
Samuel Epiſcopus. 543
Samuelis locum in Eccleſia tenent Epiſcopi. 118
Sancti qui in cœlo regnant, & in terris miraculis coruſcant. 110. 160. 112
Sancti noviter inventi. 742
Sanctorum corpora de ſepulchris ſuæ requietionis effoſſa. 155. 1270. furto ſublata. 1128
Sanctimonialem ſi quis uxorem duxerit. 16. 46. 139
Sanctimonialis laudatur. 519
Sanctimonialium habitacula. 110
Sanctimonialium uniuſcujuſque monaſterij numerus deſcribatur. 53. 204. 1110
Sanctimonialium monaſteria adire quomodo permiſſum Preſbyteris. 1243
Sanctimonialem nullus ſibi conjugio ſociet. 37. 96. 355
Sanctimonialium conjunctio. 62
Sanctimoniales contra auctoritatem nuptæ. 31
Sanctimoniales non opprimantur. 95
Sanctimoniales de locis ſuis expulſæ. 155
Sanctimonialis femina ſi adulterium fecerit. 322
Sanctimoniales ſi virilem habitum ſumpſerint. 16
Sanctio pragmatica. 1176
Sanctuarius, id eſt, eccleſiaſticus. 833
Sandalia. 742

Sangallensis bibliothecæ catalogus. 1083
Sangallensium monachorum capitula. 1382
Sanguinis effusio in Ecclesia facta cum fuste. 327
Sanguis Christi fusus pro omnibus in eum credentibus. 620
Sanila Abba S. Andreæ. 631
Sapere pro *sevre*. 48. 68. 72. 260
Sapienti sufficit semel loqui. 442. 959
Saponariæ, locus in suburbio Tullensi. 333. 781
Sarabaitæ. 1037
Sarachouva subterior & superior. 223
Sarlatense monasterium. 1092
Sarmasia villa. 1500
Sarraceni Aquitaniam devastarunt. 1417
Sarracenorum jugum crudelissimum. 25
Sartatecta Ecclesiæ. 36
Satisfactio pœnitentiæ. 356
Satisfactionis ecclesiasticæ pœnitentia. 164
S. Saturnini monasterium. 30. 1263. 1444
Savaro Arvernorum Præses laudatur. 863. 875
S. Savini monasterium. 1096. 1574
Saviniacum monasterium. 1095
Savirum. 71. 773
Saxones divisi in orientales, Angarios, atque Vvestvalos. 1047
Scabinei. 743. Iidem cum Racimburgiis. 952. Quomodo eligendi. 232. Boni mittantur ubi non sunt 232. Mali ejiciendi, & boni in loco eorum eligendi. 336. Ad omnia placita adesse debent. 321. 325. 552. justè non judicent propter munera 336
Scabini in mallo residentes. 498
Scabiniorum judicium. 177. 329. 790
Scabinorum judicio si quis non acquieverit. 363
Scach. 68. 769. Scachcator. 68
Scadebolt. 268
Scamnum super tensus. 694. 845
Scantio, pincerna. 685
Scapellare. 684
Scapulare & cuculla. 1085
Scaræ ordinandæ. 262. 807
Scarite. 230. 802. Scariti. 265. 358. 809
Scarponinse. 224 1281
Scarsale. 1156
Scastlegi. 190. 795
Scatum ærarij. 1491
Scenici vestem sacerdotalem usurpantes. 1219
Schilla de metallo una. 1225
Schisma nuper ortum in Ecclesia. 119
Schola dicitur domus Regis. 113. 779
Schola cantorum. 1375
Schola Turonica. 613
Scholæ ad pueros erudiendos. 1134
Scholæ à Karolo M. institutæ. 743
Scholæ cantorum & lectorum. 712
Scholastici, id est, disciplinati & bene correcti. 113
Schutera monasterium. 1094
Scintulæ. 1339
Sclavorum partes. 1179
Scluſa. 689. 817
Scorticatus. 743
Scoti qui se Episcopos dicunt. 743. 1245. & *seq.*
Scotorum hospitalia. 743. 761
Scotus mendax. 566
Screuna. 685. 832
Scribæ olim vacantes pagellas implebant bonis interdum rebus, sæpe malis. 1144
Scribendorum ars olim inter præcipua eruditorum studia censebatur. 1160
Scrinium sanctæ metropolis Remorum. 628
Scriptorium, locus ubi scribæ manibus operabantur. 1161
Scripturæ valeant quæ diem & annum habuerint evidenter expressum. 1540
Scripturæ quæ annum & diem non habuerint, nullum habeant vigorem. 341
Scripturarum series necessaria ad firmitatem eorum quæ fiunt. 414. 937
Scrova. 990. ducaria. 683. 818
Scrutinium à scrutando dicitur. 1403. Agendum in ordinatione Episcopi. 1371
Scrutinium baptismi. 744. 1217
Scubiæ publicæ. 321. 1292
Scudingum. 223
Sculdingum. 333. 345
Sculdasij. 342
Sculdasij esse qui non possint. 342
Scura, id est, horreum in quo grana colliguntur. 1010
Scuria. 188. 687. 795
Scutis & fustibus decertare. 1192
Scutum habere in mallo. 696
Scutum reliquisse, præcipuum flagitium. 692
Secale. 744
Seculares possideant honores seculares. 19
Seculares pastoralem locum sulcipiunt post mortem Episcoporum. 581
Seculo renuntiare si quis voluerit. 164
Seculum dimittere. 1070
Securitas pro homicidio facto. 417. 463. 449. 491. 499. 544. 941
Securitatem facere. 87. & *alibi passim.*
Sedentibus in corona. 277
Sedere nullus audeat coram Episcopis. 273
Sedes Episcopi cur altior. 1337
Segare, id est, herbam pratorum secare. 1012
Seguinus Archiepiscopus Senonensis. 1302
Selave. 1302
Sellam retinere. 701
Selme. 288. 795
Sena. 223
Senes excusantur à jejunio. 359
Seniæ cartæ quasi senes. 1238. 1376
Seniorale. 509. 863. 1296
Senioralis reverentia. 8
Senioratum alterius hominis eligere. 58
Senioratus. 28
Seniorem qualem voluerit accipiat liber homo. 83. 86. 189
Seniorem quærere qui se de rebus temporalibus adjuvet. 44
Seniorem suum nullus sine justa ratione dimittat. 444. 164 338
Seniores, id est, domini feudales. 1149
Seniores Presbyterorum. 211
Seniori obsequium exhibere de beneficio. 29
Senioribus non licet ejicere Presbyteros de Ecclesiis sine conscientia Episcoporum. 199
Senischalci. 912
Senischalci etymologia. 685
Senissimi testes. 823
Sennensis Ecclesia. 672
Senonense monasterium. 224
Senodochium. 1041
Senonensium Archiepiscoporum vita scripta ab Vrbano Reverso. 731
Senonica Ecclesia. 440. 556
Senonicæ plebis humillima devotio. 610. & *seq.*
Senonicus comitatus. 1500. pagus. 70
Senonis. 50. 178
Senonum metropolis. 138
Sensu suo. 1139
Sensus crescit in pueris, in juvenibus viget, in senibus minuitur. 369
Senus. 452
Sepelire mortuos cum ornamentis. 701. 852
Sepem alienam aperire. 685
Septenario numero universitas Ecclesiæ designatur. 1353
Septimania. 21. 25. 235. 240. 760. 1282. 1482
Septimania vel Gotia. 1083. 1118
Septimaniæ regnum. 1445. 1488. 1513. limites. 1098
Septimæ septem. 1049
Septuaginta hebdomadæ. 1355
Sepulchrorum violatores rei mortis sunt. 38
Sepultura mortuorum fit cum psalmis & hymnis. 278
Sepultura gratis tribuenda est. 625
Sepulturæ infra Ecclesiam. 31
Sepulturam cujusquam nemo temerario ausu violet. 38
Sequana fluvius. 154. 258. 265. 267
S. Sequani monasterium. 1094
Sergius Papa. 1202
Sermo Regis. 702
Sermo tuitionis regiæ. 388. 394. 908. 910
Serra. 1515
S. Servatij monasterium. 224
Servi, id est, coloni. 1145
Servi fiscalini, ecclesiastici, beneficiarij. 332. 1182
Servi ecclesiastici aut Comitum. 179
Servi Ecclesiarum quibuscunque potestatibus subdici. 37
Servi non possunt fieri monachi sine licentia dominorum suorum. 1163
Servum alterius nemo sollicitet ad monachalem vel clericalem ordinem. 1126
Servus ordinari non potest absque licentia domini sui. 1144. & *seq.* 1147. 1498. 1561. & *seq.*
Servus manumissus ut ad gradus ecclesiasticos promoveri possit. 540

Servus si conscio domino factus fuerit Clericus. 361
Servus fugitivus ab Episcopo ignorante in Presbyterum ordinatus. 1146
Servi Ecclesiarum quomodo ad gradus ecclesiasticos promovendi. 440. 956
Servus datus monasterio. 588
Servum monasterij si quis se esse negaverit. 436
Servi manumittendi propter nativitatem filij Regis. 396. 431. 916. 951
Servo suo si quis aliquid concedere voluerit. 425
Servus de peculio suo redemptus. 462
Servus fieri non potest qui per triginta annos fuit liber. 330
Servus quem colonus comparat. 438
Servum si quis vendiderit 419 943
Servi venditio. 473. 970
Servi venditio ad Ecclesiam. 498
Servi venditi formula. 448. 497. 961
Servorum matrimonia. 1245
Servus si liberam & ingenuam feminam in conjugio sibi copulaverit. 325 422. 447. 501. 944
Servus si extraneam puellam sibi sociaverit absque voluntate parentum. 537
Servus si comprobatus fuerit ignem in silvam comminasse. 333
Servi condemnantur patibulo pro furto aut latrocinio. 832
Servus si homicidium commiserit in Ecclesia. 332
Servi fugaces retrahendi. 561. 567
Servi fugitivi reddantur dominis suis. 335
Servum fugitivum si quis receperit. 396. 923
Servus fugitivus in fuga mortuus. 1010
Servorum tertiam partem quomodo accipiat filia. 1042
Servi regij non opprimantur à judicibus. 116
Servos alienos si quis accusaverit. 485
Servum si liber homo se fecerit. 422. 446. 474. 944
Servum clamosum si dominus non præsentaverit Comiti. 230
Servus nudus ad palum vapuletur. 330
Servissima omnium ancillarum. 562
Servilis conditio. 1563. *& seq.*
Servitores. 1.1. 1381
Servitium Dei & sanctorum ejus. 264. *& seq.*
Servitium divinum. 188. dominicum. 200. Regis. 326. 328. temporale. 1110
Servitia regalia facere. 28
Servitium teneioribus debitum à Presbyteris. 1149
Servitio si quis francus se addixerit. 192
Servient pro *servientur*. 1133
Serviuntur pro *serventur*. 1046
Sessum. 824
Severitatem potestatis misericordia temperet. 25
Seusius canis. 829
Sextarius æquus ubique fiat. 182
Sexus perfectior. 1353
Sias ingenuus. 462
Sicharius Archiepiscopus Burdegalensis. 755
Sigeberti regnum. 564
Sigebodus Archiepiscopus Narbonensis. 275. 277
Sigele. 744
Sigenandus Episcopus Constantiensis. 245
Sigifridus Abbas S. Leonis. 1561
Sigilaus Abbas S. Martini Metensis. 1565
Sigillis recognitis. 415. 529. 571. 939
Sigillum regium penes Comitem palatij. 265
Signacula sua bene sciant Presbyteri. 1066
Signum sanctæ crucis facere in frontibus. 1358
Signa, id est, tintinnabula. 744. 843. 1225. 1380. *& seq.*
Signa diuturna sive nocturna. 1385
Signum non sonetur ad coquinam. 1384
Signum quod ad refectorium sonat. 1385
Signum ad potum. 1381
Signa arborum. 691. 840
Signata arbor. 840
Signius mons. 1503
Signealdus Abbas S. Martini Metensis. 1572
Silentium in oratorio tenendum. 1380
Silentium teneant monachi in hebdomada Paschæ & Pentecostes. 1092
Silentium inter manducandum teneant monachi. 1381. 1384
Silentium post refectionem omni tempore teneatur. 1384
Silvacum. 69. 77. 268
Silvæ custoditæ. 55 206. custodiendæ propter pastiones. 116
Silvæ in quibus Ludovicus Karoli Calvi filius venari non debet patre absente. 268
Silvæ venditæ. 149
Silvam si quis incendere ausus fuerit. 333
Silvanectensis Ecclesia. 593. pagus. 69
Silvanectis civitas. 179
Silvaticum. 63. 767. 1266
Simare, abscindere superiorem partem alicujus rei. 1011
Simeon Episcopus Laudunensis. 29. 759
Similium ossa. 1524
Simillæ firmitates. 589
Simon Abbas sancti Albani. 1161
Simoniaca hæresis. 9. 30. 34. 212. 597. 602. 621. 623
Simoniacæ ordinationes vetitæ. 353
Simulare. 85. 775
Sinodochiæ. 1041
Sire etymologia. 719
Sirmundus laudatur. 863. 896. castigatus. 1109
Sisebutus Episcopus Ugellensis. 1545
Siuvaldus Comes. 1506
Silvestre abbatia. 224
Sixto IV. Pont. Max. regnante. 1214
Skellam. 690. 840
Smaragdus. 1044. 1072
Smaragdus Abbas sancti Michaëlis Virdunensis. 1206
Soc. 1390
Societas inter monasteria. 568
Sodis capita tanta. 455
Sodomiæ peccatum. 1244
Sola est ea calcei pars quæ sub pedibus est. 1086
Solatiari. 346
Solatiatores reipublicæ. 4
Solatium, id est, auxilium. 135. 988. *& alibi passim.*
Solemniacense monasterium. 1415. 1499. 1516
Solida æternitate serventur. 1222. 1547
Solidus & denarius uxori dantur in nuptiis. 498. 532. 980
Solidi secundùm legem Salicam constant ex quadraginta denariis. 682. 744. 1031. *& seq.*
Solidi duo solvantur Episcopo pro jure visitationis. 22
Soliditas regni. 3
Solocense. 223
Solfatire. 395. 487. 922
Sonia nuntiare. 448. 456. 487
Soniare, id est, curare, inquirere, investigare. 1035
Sonitum aliquem si quis fecerit. 1381
Sonnis. *Vide.* Sunnis.
Sonoritas virtutum. 285
Sonum audire ad accipiendum latronem. 65. 768. 823
Soricinij monasterium. 1391
Sorores portionem cum fratribus non habent de terra paterna. 412. 936
Sororibus duabus si quis nupserit 1210
Sortes Gothicæ & Romanæ. 704
Sortes de paginis evangelicis. 1038
Sortiariæ disperdantur. 830. 802
Sortiariarum stultitia. 365
Sortilegi prohibeantur. 363
Spadare. 1108
Spadatus, id est, castratus. 694. 844
Spani. 1525
Spanisci ferri. 1493
Sparnacus villa Remensis Ecclesiæ. 29. 77. 760. 1263
Sparvarius. 684
Spallare. 1108
Spata India. 1400
Sperare, id est, credere. 1019. 1031
Spicarium. 687
Spinæ vitiorum. 155
Spiritus sanctus tribuitur hominibus per impositionem manuum sacerdotalium. 213
Spoliatus ante omnia restituendus. 1148
Sponsæ aliorum. 31
Sponsam alienam si quis rapuerit. 57. 334. 1153
Sponsarum aliorum conjunctio. 62
Sponsaliorum solennia secundùm legem Salicam. 498. 531. 980. Dissolutio. 855
Sportulæ contradictæ. 1030
Squilla. 690. 840
Stadinisus pagus. 68
Stabilimentum. 1104
Stabilis Episcopus Missus dominicus. 1414
Stabilitas regni. 459
Stabilitas tenax Episcoporum in sedibus suis. 9
Stabilitatis in monasterio promissio. 574. *& seq.* 1198
Stabolau abbatia. 223 1095
Stagnare. 1007
Stampisus pagus. 70

Staplum super tumulum missum.
Stapplum. 687
Stare ad crucem. 991
Statica castrorum. 502
Statio ad mallum tenendum. 1558
Stationes publicæ. 55. 206
Statum ingenuitatis suæ si quis alicui obnoxiaverit. 241
Status ingenuitatis. 422. 944
Statuta sacrorum canonum. 744
Strava. 283
S. Stephani Ecclesia. 691
S. Stephani monasterium in Strasburch. 236
Stephani Papæ privilegium pro monasterio sancti Dionysij. 59 223. 1278
Stephanus Archiepiscopus Tolosanus. 1088
Stephanus Comes Parisiensis. 1057. 1060
Stephanus Episcopus Cameracensis. 300
Stephanus Secundicerius. 248
Stipulas tenere. 745
Stipulatione subnixa. 931
Strivagium. 223
Strobis urbs Macedoniæ. 1250
Strolas portent sacerdotes. 1225
Stopharius. 695
Strastura. 1196
Strata. 1503
Strazburg civitas. 39. 221
Strenuitas illustrium virorum. 259. 268
Striæ. 855
Striga, malefica. 706
Strumenta chartarum. 392. 405. 461. 483. & seq 530. 572. 579. 1175. 1420
Strumenta chartarum ab igne cremata. 542. 563
Strumentum. 469. 824
Stuba. 1020
Stuprum omne est adulterium. 839
Sturmio Comes. 1445
Suarixaha monasterium. 1094
Subbattere, id est, porcellos in ventre matris occidere. 685
Subdiaconi fidem catholicam memoriter teneant. 1374
Subdiaconorum ministerium. 1361
Subdiaconorum superbia notatur. 1225
Sublimare. 261
Subpravida commemoratio. 466
Subsannus Episcopus Venetensis. 822
Subsidium Ecclesia debet Principibus. 12
Substantialis victus. 400
Substantialiter. 133
Subvectio Legatorum. 27
Successio in beneficiis ecclesiasticis. 819
Successorum nemo in antecessoris sui pœna statuta sit obligatus. 324. 341
Sudes, id est, porcorum stabulum. 683. 827
Suentifium. 223
Suessionense S. Mariæ monasterium. 1093
Suessionum urbs. 49. 53
Suessonica synodus. 78
Suessonicus pagus. 68
Suggestio, id est, literæ rogatoriæ. 1372
Suggestiones. 985
Summiacum. 224
Sunia nuntiare. *Vide* Sunnia.
Suniarius Episcopus Heleonensis. 673. 1303. 1540. & seq. 1543
Suniarius Comes. 1444. 1511. 1535
Sunifredus Comes Urgellensis. 1545
Suniefridus Marchio. 1444
Sunnia nuntiare. 395. 532. 922
Sunnis. 681. 745. 827
Superabreptio. 208
Superdictiones. 417. 941
Superpositio excepto. 21
Superventio paganorum. 88. 97. 99
Superventus, id est, latrocinium. 687. 835
Supplantator. 135
Supplicatio ad Regem. 562
Supplicaturia. 431. 931
Suppo Comes. 238. 243
Suppressis. 382. 407. & seq. 411. 416. 424. 727. & seq. 461. 463. 478. 480. 1207
Suprapositum. 970
Suredense monasterium. 1301
Suricinium monasterium. 1104
Susceptores, id est, patrini. 1178
Sustentationem præstare. 243
Susurrones occulti. 45
Sylvestri canon. 745
Symbolum unusquisque Presbyter bene intelligat. 1377
Symmachi Papæ definitio. 34
Synodale collegium. 273. Concilium. 277
Synodales conventus secundùm jussionem canonicam frequentandi. 129
Synodalia judicia exercere. 217
Synodalica præcepta. 1108
Synodi provinciales & speciales liberè celebrentur. 108. Debent indici ab Archiepiscopo. 102
Synodi propter discordiam Regum frequentari non poterat. 129
Synodi generalis tractatus. 21
Synodos tantùm duas à Presbyteris exigant Episcopi. 26
Synodus regia & ecclesiastica. 1018
Synodus magna in Aquis. 1059
Synodus generalis, id est, placitum generale. 1090
Synodus Tricassina. 273
Synodus Ravennatensis. 273. 812
Synodus Episcoporum. 99. 777
Synodus apud Carisiacum. 87. 95
Synodus novus. 1006. 1030. sanctus. 1402
Synodus frequenter est masculini generis. 1263

T

Taberna monasterium. 631. 1501
Tabernas Clerici non frequentent. 626
Talamitensis comitatus. 1330
Tangano, id est, adjuro, interpello. 702. 853
Tardanisus pagus. 68
Tarraconensis provincia attributa Archiepiscopo Narbonensi. 803
Tascha. 1547
Tassilo. *Vide.* Thassilo.
Tatto. 1382
Tauriacus villa. 1308
Taurus gregem regens. 828. & seq.
Tausiacus villa. 1128
Te Deum laudamus quando primùm cantari cœptus. 1109
Te igitur quando inchoandum. 1225. Cur secretò canteur. 1362
Tectum nemo hospitibus deneget. 358
Tectum Ecclesiæ à quibus restaurandum. 2555
Telam nostri videntur dixisse pro telo. 1015
Tellau pagus. 69. 771
Telonea non exigantur à Gothis sive Hispanis. 27
Telonei immunitas pro Ecclesia. 513
Teloneum civitatis Tornacensis. 75
Teloneum non exigatur de navibus quæ vadunt sub pontibus. 64
Tempestarij. 1131
Tempora sacratissima quadragesimæ & adventus Domini. 13
Tempus canonicum. 117
Tensus super scamnum. 694. 845
Teodacrus Missus dominicus. 68
Teodericus Abba. 69
Teodisca lingua. 39. 65. 144. 162. 333
Teodrfredus vassus dominicus. 1445
Termarus. 224
Terminationes. 294
Terminus beatorum Petri & Pauli. 259
Terra censalis. 198. 214. 1194. 1390. sacerdotalis. 11. evindicata. 459. vicina episcopio. 1196
Terræ venditæ formula. 497
Terracinense castrum. 236. 803. 1282
Terracium castellum. 25. 1263
Terrulæ ac vineolæ datæ pro loco sepulturæ. 199
Tertium & Dangerium. 1195
Tertullum. 683
Tesceia. 68. 769
Testamentarius tutor. 481
Testamenti faciendi formula. 323. 529. 571. 573
Testamentum duarum personarum qualiter in uno volumine condatur. 415. 919
Testare. 691
Testeia. 228. & seq.
Testes quomodo habendi. 330
Testes legitimi. 1166. veraces. 231. senissimi. 823. necessarij. 325
Testes duo sufficiunt. 339
Testes in perjurium si quis scienter produxerit. 337
Testes eligere licet reo. 1180
Testes diffamare. 1490
Testes separentur ab invicem. 1180

Teſtes cogi poſſunt ad dicendum teſtimonium. 848
Teſtes facere falſos 1191
Teſtes de ipſo pago eligendi. 1187
Teſticulum ſi quis alteri amputaverit. 1050
Teſtificari qui non poſſint. 362
Teſtificari adversùs Presbyteros qui non poſſint. 1205
Teſtimonia de quibus capitulis non recipiantur. 337
Teſtimonium falſum ſi quis dixerit, ad teſtimonium poſtea non admittitur. 1053
Teſtimonium dicere ebrius non poteſt. 519
Teſtimonium ſacerdotis credibile habeatur. 337
Teſtimonium approbare per pugnam. 330
Teſtimonium & teſtamentum ſynonyma. 997
Teſtimoniare. 396. 437. 461. 542. 563
Teſtis per aurem tractus. 997. 1019
Teſtrebant comitatus. 223
Teudericus Comes. 265
Teudericus Epiſcopus. 137
Teudiſca lingua. *Vide* Teodiſca.
Teudonis villa. 7. 77 111
Teutboldus Epiſcopus Lingonenſis. 37. 70. 1267
Teutulfus Epiſcopus Tertonenſis. 237. 243
Texaga. 466. 990. 998. 1000
Tevandrus comitatus. 224
Textus evangeliorum à Lothario Imp. oblatus in monaſterio S Martini Metenſis. 1279
Thaſſilo ſobrinus Karoli M. 1044. vitam duxit in monaſterio. 753
Theada. 698
Theganus emendatus. 1106
Theobaldus Miſſus dominicus. 359
Theodemanus Patriarcha Aquileienſis. 1294
Theodericus Abbas Solemniacenſis. 1516
Theodericus Comes. 1511
Theodericus Dux Lotharingiæ. 1555
Theodiſclus Epiſcopus. 1112
Theodora Comnena, Andronici conjux. 1210
Theodoricus Archiepiſcopus Veſontiorum. 246. 275
Theodoricus Epiſcopus. 127
Theodoricus Comes. 222. *& ſeq.*
Theodoricus Miſſus dominicus. 136
Theodorus Cantuarienſis emendatus. 1011
Theodoſiani corpus. 474. 566. 974. codex. 996
Theodoſio tributa quædam lex quæ eſt Conſtantini. 1232
Theodoſius Abbas S. Emeterij. 1480
Theodoſius Memorialis ſcripſit manu ſua artem grammaticam Priſciani. 1161
Theodricus Comes. 300
Theodulfus Epiſcopus Aurelianenſis. 1062. 1410. 1455. Ejus liber de ordine baptiſmi. 1071. capitulare. 1219
Theomarus Abbas S. Manſueti Tullenſis. 1555
Theoratius Epiſcopus Gerundenſis. 246. 275. 803. 1285. 1509. 1511 1513
Theotimus Preſbyter. 1309
Theſauri eccleſiaſtici ne vendantur Judæis. 1150
Theſaurorum Karoli M. diviſio. 1072
Theutbaldus Archiepiſcopus Viennenſis. 1300
Theutmundus Miſſus dominicus. 359
Theutperga uxor Lotharij Regis. 789
Throni Dei. 134. 1221
Thuribalum ſignificat corpus Chriſti. 1354
S. Tiberij monaſterium. 1099
Ticina civitas. 347. 351. 356. 359
Ticinum palatium. 237
Ticlivinni. 224
Tinea adulationis. 113
Tintinnabulum quod ante Abbatem pendit. 1384
Tintinnus 690. 839
Tituli, id eſt, Eccleſiæ. 745. 1377
Titulorum cuſtodes. 353
Toletanum Concilium de totius mundi partibus congregatum. 91
Toletanum Concilium VII. emendatum. 1151
Tollere, vi auferre. 915
Tollianenſis comitatus. 1469
Toloſa civitas. 21 760. Obſeſſa à Karolo Calvo. 1262. 1444. *& ſeq.*
Toloſanus pagus 1083. 1104. 1391 1461
Tolvionenſis comitatus. 1469
Tonitrualis Evangeliſtarum vox. 399
Tonſorare comam capitis ſui. 386
Tonſura capitis, ſignum Chriſtianitatis. 689
Tonſura clericalis. 811. 1562
Tonſura Scotorum. 1246
Tonſurare. 745
Torneamentum. 1088
Tornedriſus pagus. 70
Totonica regio. 564
Tortoldus Diaconus, invaſor Eccleſiæ Bajocacenſis. 129. 136. 781
Tottum ſi quis in ſuo comitatu fecerit. 185. 187
Tractoria. 200. 746. 796. 1194
Tractoria Legatariorum. 381. 891
Tractoria pro peregrino. 503
Tractoria pro itinere peragendo. 441. 938
Tractoria quæ propter Miſſos recipiendos dirigitur. 330
Tractoriæ Epiſcoporum. 612, 615. 619
Traditio reſpectualis. 526
Traditio ad ſponſam. 476. 535
Traditio ad monaſterium. 586
Traditionalis notitia. 550
Traditiones injuſtæ pro nihilo habeantur. 197
Traditionis formulæ. 549. *& ſeq.*
Traditoria de terra. 447. 458. 466. 960
Trahere, id eſt, rapere. 833. 840
Tramiſium. 1387. *& ſeq.*
Tranſactiones. 976
Tranſituræ. 746
Tranſlationes Epiſcoporum fiebant olim cum auctoritate Regum. 509
Tranſolvere. 417
Tranſpoſitio ſubitanea, id eſt, mors. 402. 405. 489
Tranſtura. 1196
Triapa. 565
Traloaldus Abbas S Chriſtinæ. 1504
Trangum, foramen. 994
Trebia. 559
Trecaſinus pagus. 70
Tectis. 223
Trejectum municipium. 41. 45. 987. 1169
Tremaculum. 691. 840
Treſmirus Abbas caſtri Mallaſti. 1014
Treſpellius. 685
Trevirenſis & Remenſis Eccleſia ſotores & comprovinciales habentur. 217. 798
Treveris. 111
Tribattere. 694
Tribulatio ſive commotio. 1164. 1208. 1350
Triburienſe capitulare. 1107
Tributarius Romanus. 695
Tributum quod tranſitoria vocatur. 1196
Tricaſſina ſynodus. 273
Tricenaria lex. 858
Triduana pœnitentia. 1211
Triduana, id eſt, jejunium trium dierum. 1211
Triens, tertia pars ſolidi. 693. 845
Triginta annorum poſſeſſio valet. 492
Triginta annorum præſcriptio. 979
Trina merſio in baptiſmate. 1402
Triſcabina charta. 537
Trithemij locus inſignis de cura eccleſiaſtica Karoli M. 1039
Trupchiacus villa. 1511
Truſtem & fidelitatem conjurare. 386. 900
Truſtes commovere. 96
Truſtis, id eſt, ſervitium regale. 695, 846. 1034. 1304
Truſtis dominicus. 266. 809
Trutbertus Epiſcopus Adtenſis. 1468
Turri paſſiva ſignificatione. 1158
Tuitio eccleſiaſtica. 166
Tullum. 224
Tullenſe territorium. 229. 224
Tulta ſi fuerit cujuicunque proprietas. 359
Tultis fidejuſſoribus. 390. 916
Tunbas. 223. *& ſeq.*
Tunginus. 696
Tunicam Chriſti ſcindere milites auſi non ſunt. 11
Tungrenſis epiſcopatus controverſia. 295. 814
Tungris. 224
Turbela. 76
Turgauvenſis pagus. 586
Turonenſes monachos acriter reprehendit Karolus M. 1062
Turonica urbs. 51. 470. 484. pagus. 69. 613
Turreceremata emendatus. 1144
Tuſcani. 362
Tuſcia. 341
Tuſiacus villa. 165. 196. 201. 789

Turelense monasterium. 1092
Tutoris dandi formula. 481
Tytius Presbyter Cordubensis. 233
Tzangæ. 746

V

V & O literæ invicem permixtæ. 990
Vaccæ domita. 828
Vaccæ inferendales. 1251
Vaccis si quis se irrationabiliter misceuerit. 1378
Vvacta. 748. Vvactæ. 27. 187. 794
Vvadaldus Episcopus Helenensis. 634. 1301. 1535
Vvadarilicus Episcopus. 1416
Vade in pace, carcer monachorum. 1089
Vvadiare bannum. 338
Vvadiam dare de homine ad placitum adducendo. 326
Vvadias accipere ab incestuosis & ab his qui decimas non dant. 340
Vvadiam dare de libertate probanda. 327
Vvadium. 192. 417. 544
Vvadium componere. 508
Vvadij. 748
Vvadij ad partem Regis venientes. 146. 786
Vvadios dare pro redemptione vitæ. 487. 979
Vadianus castigatus. 1113. 1177. 1195
Vadisius pagus. 68
Vvadri. 515. 537. 523. 555
Vagationes cum canibus. 1201
Vvaifarius Aquitanorum Princeps. 109
Vvala Episcopus Autisiodorensis. 246. 265. *& seq.*
Vvalbertus Episcopus Portuensis. 275
Valdesius castigatus. 1032
Valdo Abbas. 1327
Valentianæ. 61. 63. 159. 162. 767
Vvalefridus Episcopus Uceciensis. 275
Valfredus Episcopus Eporediensis. 1375
Vvalfridus Comes. 238
Vallis Asperi cœnobium. 674. 1103. 1303
Vallis Asperi comitatus. 673. 1315
Vallis Clusæ. 223
Vvaltarius. 195
Vvalteaudus Missus dominicus. 68
Vvalterius Archiepiscopus Senonensis. 291
Vvalterius Episcopus Aurelianensis. 244. 265. 1284. 1508
Vvaltkeras Comes. 300
Vvanci. 1086
Vvara. 268
Vvarnio. 694
Vvarasch. 213
Vvargus, hoc est, dejectus & expulsus. 701. 1049
Vvarinus Comes Arvernorum. 1. 757. 1206. 1257. 1266
Vvarmatia, civitas Vangionum. 300
Vvarniti. 267
Vvarnitus. 243. 247. 785
Varra monasterium. 631
Vas, sepulchri genus. 1049
Vasa sacra danda non sunt in pignus. 1150
Valatenses Episcopi se vocaverunt olim Episcopos Vasconiæ. 1107
Vvasloi. 224
Vassallaticum. 119
Vassalli dominici. 179. 196. 242. 289. Condignum apud omnes honorem habeant. 176
Vvassalli Episcoporum. 211. 345. Episcoporum & Abbatum. 215
Vassalli Ecclesiarum. 108
Vassalli Ecclesiæ Remensis. 601
Vassalli Ecclesiæ Lingonensis. 130
Vassallorum dominicorum beneficia. 31
Vvassallorum dominicorum homines. 111
Vassallus dominicus. 323
Vassaticum Comitis. 29
Vassi. 104. 746
Vassi dominici. 786. Concordes sint cum Episcopis. 216
Vassi dominici adesse debent in placitis Missorum dominicorum. 1188
Vassi dominici pacem & justitiam faciant in suis ministeriis. 214
Vassi, fideles qui servitium exhibent. 940
Vassus justitiam facere renuens. 560
Vastenisus pagus. 70
Vvastinensis pagus, 457. 517
Vaurense. 224
Veci. 485. 978
Vectia. 224
Vepoldus Comes. 1468
Vdalgarius Episcopus Helenensis. 1167
S. Vedasti monasterium. 613
Velamen sacrum. 262
Velanda non est vidua statim post mortem mariti. 334. 1151
Velandæ non sunt puellæ ante annos XXV. ætatis. 1163
Vvelpho Abbas. 265
Velsatum. 224
Veltris. 684. 829
Velum suscipere lex Longobardorum viduis prohibet ante anni spatium. 324. 349
Venationem nullus Presbyter exercere præsumat. 241
Vendere cariùs hospitibus quàm vicinis non licet. 358
Vendi cariùs nihil debet transeuntibus. 290
VVendilmarus Episcopus Tornacensis. 1195
Vendiscensis Episcopus Ecclesia. 1101
Vendita est vectigal rerum in foro venditarum. 965
Venditas exactare. 460
Venditio de terra. 497
Venditio de semetipso. 474. 970. de servo. 497. de servo ad Ecclesiam. 498. Venditio ad Ecclesiam. 490. ad monasterium. 505
Venditio de area vel de casa infra civitatem. 493
Venditionis formula. 445. 447. *& seq.* 471. 473. 545. 553
Venefici disperdantur. 530
Venereda monasterium. 1104
VVenilo Archiepiscopus Rotomagensis. 102. 103. 121. 133 612. 781
VVenilo Senonum Archiepiscopus 13. 17. 19. 29. 49. 57. 70. 130. 131. 133. 759. 1161. 1267. 1269
Venna, id est, piscatura 1074
Verba alia nullius portet nisi quæ Deo sint placita. 142
Verbum Regis. 686. 833. 1202
Veredi. 893
Veredos donare ad subvectionem Legatorum. 27
Verergari ministerium. 359
Vermendisus pagus. 68
Vermeria palatium. 57. 76. 82. 84. 310. 751. 766
Vernaculus, id est, servus. 748
Vernaculum dimittere ingenuum. 495
Vernaculi absoluti formula. 538. 541
Vernaculi venditio ad Ecclesiam. 498
Vernaculi venditi formula. 497
Vernis sive Vernum palatium. 13. 77. 168. 283. 751. 758. 813. 1027. 1203. 1260. 1465
VVerpire, id est, dimittere. 417. 897
VVerra si in regno surrexerit. 265. 268
VVerras commovere noa debent Episcopi. 119
VVerrire. 146. 786
Vertivolum. 691. 840
Vervices. 381. 1138
Vesontium. 224
Vestem mutare. 324. 336
Vestigium minare. 844. 1305
Vestimenta milites habeant ad annum unum. 360
Vestitura, id est, possessio. 54. 205. 764. 1508. 1195
Vestitura regia & ecclesiastica. 231 802
Vestitus. 492
VVestini monachi Augiensis visio. 1244
Vgobertus Abbas Montisolini. 1317
Viæ per aquas. 69
Viaticum. 747
Viaticum de seculo transeuntibus non negandum. 16
Viatores nihil ab aliquo violenter tollant. 348
Vicarij Christi. 7
Vicarij sedis apostolicæ. 249
Vicarij Comitum. 187. 747. 954
Vicarij, id est, Vicecomites, vel Vicedomini. 1054
Vicariorum placita. 321
Vicarios Episcopi constituant Presbyteros cautos atque prudentia temperatos. 288
Vicarium mittat qui ad placita Missorum dominicorum venire non potest. 337
Vicarius Apostolorum Petri & Pauli. 237
Vicecomes, minister Comitis. 179
Vicedomini. 747. 1211
Vicedomini jurisdictionem exercebant. 879
Vicinus, civis. 1003
Victoriacum castrum. 1426
Victualia milites habeant usque ad novos fructus. 360
Victus injustè infra tres menses reparet causam. 567
Vicus Vrgellensis. 1304
VVido Archiepiscopus Rotomagensis. 669

VVido Episcopus Silvanectensis. 1221
VVido Episcopus Vallavensis. 244
VVidonis honores. 267
VVidricus Abbas S. Apri Tullensis. 1556
VVidricus Comes. 265
VVidrigild. 332. 335. 337
Vidua velanda non est statim post mortem mariti. 334 1151
Viduas lex Longobardorum prohibet ante anni spatium velum suscipere. 324 349
Vidua quæ semel velata est, non potest rursum nubere. 1210
Viduæ non opprimantur. 95
Viduæ tuitionem habeant. 337
Viduam si quis rapuerit infra triginta primos dies viduitatis. 1190
Viduam si quis furatus fuerit in uxorem. 166
Viduarum causæ primò audiantur. 1190
Viduarum & orphanorum tutores sublevandi ab Ecclesia. 342
Viduas nemo rapere præsumat. 96
Viduas sanctimoniales in conjugium sumere prohibitum. 37
Viduatæ Ecclesiæ. 932
Vienna. 224
Viennense. 224
Viennensi Archiepiscopo contributæ civitates quatuor. 753
Viennensis synodus. 1527
Viennensis pagus. 1469. 1493
VVisa. 340. VVisare. 339
VVifredus Comes Ceritaniæ & monachus Canigonensis. 1099
Vigarius. 498. 501
S. VVigberti monasterium. 1094
VVigerigus Comes. 1466
Vigilia defunctorum quomodo celebranda. 1382
Vigor ecclesiasticus. 5
VVilafredus Abbas Mallasti. 1428
VVilardus Episcopus Constantiensis. 1112
Villa-magna monasterium. 1099
Villæ fiscales 433. dominicatæ. 223. indominicatæ. 176. & *seq.*
Villæ regiæ ædificandæ moderatis castitiis. 216
Villæ quomodo fiant destructæ. 188
Villæ incensæ sunt. 155
Villæ eorum qui cum Rege vadunt sub immunitate maneant. 266
Villam si quis alicui vendiderit. 418
Villani, id est, pagenses. 290
VVillebertus Archiepiscopus Rotomagensis. 1175
VVillebertus Episcopus Catalaunensis. 245. 266. 612. 629. 1300
VVillelmus Brito explicatus. 999
VVillelmus Comes Virgellensis. 630. 632
VVillelmus Episcopus Cadurcensis. 245
VVillericus Episcopus Bremensis. 1117
VVimarus Episcopus Gerundensis. 1449
Vinculum caritatis. 6
Vindicatio traditionis. 588
Vindicta liberare. 968
Vindicta episcopalis pœnitentiæ. 157
Vindoilisus pagus. 69
Vinduinisus pagus. 70
Vinea oppignorata. 463
Vineas excolere. 116
Vinedarius Episcopus Helenensis. 1497
Vinericia. 1389
Vinitori altior sit locus ad custodiendam vineam. 1357
Vinum sacrificio ministrandum. 1489
Vinum per sextaria vendere. 183
Violentiam passi ab hostibus. 483
Vir castum debet custodire conjugium. 335
Vira id est, femina. 455. 1297
Virare, id est, flectere in aliam partem. 1010
Vircasinus pagus. 69
Virgæ minutæ. 152
VVirgildus. 386. 748. 900. 1191
Virgines sacræ benedicuntur ab Episcopis. 1371. Quo tempore velandæ. 1128
Virgines sanctimoniales in conjugium sumere prohibitum. 37
Virgines nemo rapere præsumat. 96
Viri ante feminas cur offerant in Ecclesia. 1361
Virum si conjux accusaverit frigiditatis. 1021. 1220
Viridunum. 224
Viriduninse. 224
VVirpire. 550
Virtudisus pagus. 68
Virtus sine consilio utilis esse non potest. 254
Virtus pro vi. 586. 833. 1186
Vis hostilis. 162
Vis pro virtute. 989
Vuisadus Episcopus Virgellensis. 203. 1546
Viscerabilis affectus. 255
VViselmus Episcopus Mimigarnafurdensis. 816
Visitatio Episcoporum onerosa non sit populis. 1151
Visitator canonicus. 593. & *seq.*
Visitator dandus vacanti Ecclesiæ. 263
Visitatorium officium. 38
Visores. 486
Vita perdonata, id est, concessa. 228
Vitæ contemplativæ laus. 1356
VVitgarius Abba. 138
VVitgarius Episcopus Augustanus. 207. 797
Vitia majora & minora. 1169
VVitiza Abbas Exalatensis. 1283. 1490
Vitnau pagus. 69
VVitonis ministerium. 359
Vituli qui ex vaccis humano semine pollutis nati sunt. 1379
Vivarias. 224
Vivas Episcopus Barcinonensis. 677. 1104
Viventum. 507
Vivianus monachus sancti Martini Metensis. 1176. 1572
Vltimissima. 562. 1297
Vlusid. 359
Vnanimitas pacis & dilectionis. 25
Vnanimitas fidelium. 5. 85. 190
Vnanimitatis pactum. 299
Vnctio sacrati olei. 1235
Vnctos Domini tangere non licet. 118
Vndecimam dent negotiatores Christiani. 268. 1286
Vnfredus Comes Retiarum. 1057
Vniformiter. 231
Vocatus Archiepiscopus. 1262
Volatilia quando comedere licitum monachis. 1091
Volterra. 359
Volveradus Levita. 1303
Voluntariè, *volontiers*. 1268
Voluntate mala peccare. 184
Vomeres igniti. 747
Vonxisus pagus. 68. 770
VVormatia. 127. 785
VVormaciensis synodi capitula distinguenda. 1148
VVormatiense Concilium emendatum. 1209
VVormatiensis conventus in quo examinata sunt decreta quatuor Conciliorum. 1113. & *seq.*
Vota ad arbores vetita. 1374
Vorivus. 683. 818
Votorum dies. 993. 1550
Vrba civitas. 251. 806. 1285
Vrbanus Reversus Præcentor Senonensis. 732
Vrcisus pagus. 68
Vrgellensis civitas erat olim in Septimania. 1083
Vrgellensis tractus, pars olim Septimaniæ. 1119
Vrielis Angeli nomen vetus. 1115
S. Vrsi monasterium in Salodoro. 223
Vrsio Archiepiscopus Viennensis. 1305
Vrsmarus Archiepiscopus Turonensis. 29. 760
Vrso sacerdos Cenomanensis. 1476. & *seq.*
Vrta flumen. 223. & *seq.*
Vrticæ peccatorum. 155
Vsare. 450. & *seq.* 458
Vsitare. 516. & *seq.* 1376
Vsualiter tenere aliquam rem. 458. 488. 518. 520
Vsitare. 517
Vsufructuare. 506
Vsufructuario ordine beneficiare. 490
Vsufructuario jure præstare, possidere. 516. & *seq.* 519. & *seq.*
Vsufructuario si quis res proprias & ecclesiasticas tenere voluerit. 32
Vsufructuarium jus. 1404
Vsufructuarius ordo. 407. & *seq.* 427. 472. 478. 932
Vsufructus rerum Ecclesiis datarum. 323
Vsura vetita Clericis. 625
Vsuram nemo facere præsumat. 323
Vtilitas publica non remaneat propter calorem & pluviam. 234
Vttrech. 221
Vvlfadus Abba. 138
Vvlfardus Abba. 246
Vvlfarius Archiepiscopus Remensis. 1056. & *seq.* 1435
Vvlferius Missus dominicus. 359
Vvlfoleudus Archiepiscopus Biturigensis. 1021

Vvlframnus.
Vvlpecula. 267
Vxor ducenda per solidum & denarium. 691. 841
Vxorem si quis contaminatam invenerit. 498. 532. 980
Vxorem habens, neque pellicem neque concubinam habere potest. 1031
Vxorem propriam si quis dereliquerit vel sine culpa interfecerit. 1235
Vxorem suam si quis dimiserit & aliam duxerit. 1114
Vxorem relinquere non licet excepta causa fornicationis. 1212
Vxor non est dimittenda propter fornicationem. 335
Vxorem alienam si quis adulteraverit. 1119. 1228
Vxorem flagellare. 321
Vxores duas uno tempore habere non licet. 1378
Vxores Presbyterorum an possint habitare in domibus maritorum suorum. 335
Vxoris parentela ita sit viro sicut propria parentela. 1023
Vxoris negotium qualiter marius prosequatur, 479

X

Xenodochia, id est, hospitalia. 111
Xenodochium si quis voluerit construere. 399. 919
Xenodochia si Episcopus cuilibet dederit. 342

Y

Yminfridus Episcopus Bellovacensis. 57. 69. 87. 102

Z

Zexæ fraudis mercator. 930
Zonam solvere, id est, bonis cedere. 853

FINIS.

Errata in tomo secundo.

Pag. 70. *lin.* 10 *leg.* Abbo Abba
Pag. 110. *lin.* 4. *dele quæ ex additione quarta sæculi sequentis in margine, & repone:* Lib. 1. cap. 77.
pag. 124. *cap.* 7. *lin.* 6. *adde in marg.* Concil. apud S. Macram, c. 7.
pag. 147. *lin.* 6. *leg.* consilio
Ibid. cap. 5. *lin.* 1. *leg.* qui in isto regno
pag. 155. *lin.* 11. *leg.* increscere
pag. 158. *cap.* 2. *lin.* 13. *leg.* Comites
pag. 195. *cap.* 1. *lin.* 9. *leg.* communem utilitatem
pag. 232. *cap.* 8. *lin.* 27 *leg.* rationabilis esse videatur.
pag. 237. *in titulo leg.* XLVII. *Et sic emenda in titulis sequentibus.*
pag. 247. *cap.* 2. *lin.* 7. *leg.* Quas epistolas
pag. 283. *tit.* 3. *lin.* 4. *leg.* DCCCLXXXIV.
pag. 328. *cap.* 33. *lin.* 3. *leg.* Inter placitum & placitum
pag. 334. *cap.* 10. *lin.* 2. *leg.* studere solent
pag. 345. *cap.* 1. *lin.* 7. *leg.* adjunctis secum vassallis Episcoporum, si necessitas
pag. 355. *leg.* CAPITVLA VI.
pag. 357. *cap.* 2. *lin.* 6. *leg.* dictaverit
pag. 370. *lin.* 12. *leg.* delinamenta
pag. 405. *cap.* 3. *lin.* 12. *leg.* judicum
pag. 407. *cap.* 6. *lin.* 14. *leg.* adtractu
pag. 408. *cap.* 7. *in lemmate leg.* intredonationis
pag. 419. *cap.* 22. *lin.* 5. *leg.* sano
pag. 427. *cap.* 39. *in lemmate lin.* 1. *leg.* ulum
pag. 622. *cap.* 1. *lin.* 23. *leg.* fortius
pag. 632. *cap* 30. *lin.* 13 *leg.* Ermengaudus, *& lin.* 28. Ermengaudo
pag. 640. in lemmate capitulorum, post numerum 19. *Item de eadem re, adde* 20. *Alia formula excommunicationis diversa à superioribus.*
pag. 689. *tit.* 26. *lin* 27. *leg.* Romani. *Festus Lusticia,*
pag. 751. *lin.* 30. *leg.* opinor
pag. 771. *in margine leg.* Supra To. I. pag. 378.
pag. 803. *tit.* 48. *lin.* 5 *leg.* adscitis etiam ex diversis exemplis
pag. 818. *cap.* 3. *lin.* 12. *leg.* ab illo vos avertere
pag. 819. *lin.* 42. *leg.* festivitate
pag. 987. *lin.* 6. *leg.* alterum quod
pag. 989. *lin.* 25. *leg.* Ribuariorum.
pag. 1021. *lin.* 32. *leg.* Georgium
pag. 1035. *lin.* 41. *leg.* DCCLXXIX.
pag. 1094. *lin.* 35. *leg.* Innocentium III. lib. 1. epist.
pag. 1118. *lin.* 23. *adde in margine.* Pag. 483.
pag. 1155. lin. 37. leg. *Capitulare* nimium de
Ibid. pag. 42. *leg.* Allatius
pag. 1170. *lin.* 2. *leg.* Tiliana
pag. 1183. *lin.* 38. *leg.* annotatio
pag. 1222. *lin.* 35. *leg. legitimam*
pag. 1228. *lin.* 60. *leg.* negationem
pag. 1228. *lin.* 60. *in marg. leg.* c. 179.
pag. 1239. *lin.* 22. *leg.* prout in Pœnit.
pag. 1242. *lin.* 38. *leg.* spectantium
pag. 1244. *lin.* 21. *leg.* Visio Wettini.
pag. 1253. *lin.* 49. *leg.* synodorum
pag. 1257. *lin.* 3. *leg.* pars
Ibid. lin. 22. *leg.* In iis autem emendandis
pag. 1290. *lin.* 32. *leg.* XVIII. capitulorum Karoli Calvi confer
pag. 1302. *in.* 38. *leg.* ut utriusque
pag. 1304. *tit.* 15. *lin.* 9. *leg.* anno XXVI. Pippini
pag. 1396. *tit.* 17. *lin.* 4. *leg.* quem per manus sacerdotis nomine Eros
pag. 1417. *lin.* 2. *leg.* locellum
pag. 1422. *tit.* 38. *lin.* 4. *leg.* per ordinem adnotando
Ibid. lin. 7. *leg.* cavendas omnimode contentiones
pag. 1427. *lin.* 8. *& in. leg.* Rampo
pag. 1432. *lin.* 14. *leg.* Anlleduna
pag. 1491. *in marg. leg.* An. 862.

PRIVILEGE DV ROY.

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre à nos amez & feaux les gens tenans nos Cours de Parlement, Grand Conseil, Requestes ordinaires de nostre hostel & de nostre palais, Baillifs, Seneschaux, Prevosts, leurs Lieutenans, & tous autres nos Officiers & Iusticiers qu'il appartiendra salut. Nostre bien amé Estienne Baluze Prieur de Beauvais nous a fait remontrer qu'il a travaillé pendant plusieurs années à ramasser les Capitulaires de Charlemagne & des autres Roys de France de la seconde race nos predecesseurs de glorieuse memoire, & que pour en faire un corps complet & les rendre plus corrects & plus amples qu'ils n'estoient, il les a reveus & corrigez sur une grande quantité d'anciens manuscrits tirez de nostre bibliotheque publique & de plusieurs autres, dans lesquels il a mesme trouvé beaucoup de Capitulaires qui n'ont pas encor esté publiez, & qu'il desireroit faire imprimer le tout ensemble avec les formules de Marculse, qui sont tres-utiles pour l'intelligence & l'usage desdits Capitulaires, s'il nous plaisoit luy accorder nos lettres sur ce necessaires. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter ledit Baluze, de nostre grace speciale, pleine puissance & auctorité royalle, Nous luy avons permis & permettons par ces presentes signées de nostre main de faire imprimer ledit ouvrage en un ou plusieurs volumes par tel Imprimeur & Libraire, & en tel volume, marges & characteres, & tout autant de fois que bon luy semblera durant le temps & espace de vingt années, à compter du jour & datte de l'impression d'iceluy achevée pour la premiere fois; pendant lequel temps nous avons fait & faisons tres-expresses inhibitions & défenses à tous Imprimeurs, Libraires, & autres personnes, de quelque qualité & condition qu'elles puissent estre, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou debiter ledit Livre sans la permission dudit Baluze ou de ceux qui auront droit de luy, sous pretexte d'augmentation ou autres changemens, à peine de dix mil livres d'amende applicable un tiers à nous, un tiers à l'Hospital General de nostre bonne ville de Paris, & l'autre tiers audit Baluze ou ayans cause, & de confiscation des exemplaires qui se trouveront contrefaits; à la charge de mettre deux Exemplaires dudit Livre en nostre bibliotheque publique, & un en celle de nostre tres-cher & feal le sieur Daligre Chevalier Chancelier de France, avant que de les exposer en vente, & de faire registrer ces presentes sur le Livre de la Communauté des Libraires, à peine de nullité; du contenu desquelles nous vous enjoignons de faire joüir pleinement & paisiblement ledit Baluze ou ayans cause, cessans & faisant cesser tous troubles & empeschemens. Voulons aussi qu'en mettant au commencement ou à la fin dudit Livre copie des presentes ou extraits d'icelles, elles soient tenuës pour deuëment signifiées. Commandons au premier nostre Huissier ou Sergent sur ce requis de faire pour l'execution des presentes toutes significations, défenses, saisies, & autres actes & exploits necessaires, sans pour ce demander autre permission; nonobstant Clameur de Haro, Charte Normande, & autres choses à ce contraires. Car tel est nostre plaisir. DONNE' à S. Germain en Laye le vingt-septiéme Decembre l'an de grace mil six cent soixante-quatorze, & de nostre regne le trente-deuxiéme. Signé LOUIS. *Et plus bas*, Par le Roy, COLBERT. Et scellé.

Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris le 18. *Janvier* 1676. *suivant l'Arrest du Parlement du* 8. *Avril* 1653. *& celuy du Conseil Privé du Roy du* 27. *Fevrier* 1665. Signé, *Thierry Syndic.*

Le sieur Baluze a cedé son droit dudit Privilege à François Muguet Imprimeur & Libraire ordinaire du Roy & de Monseigneur l'Archevesque de Paris, pour en joüir pendant le temps porté par iceluy.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 28. *de Novembre* 1676.

Les Exemplaires ont esté fournis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


CAPITVLARIA
REGVM
FRANCORVM
TOM. II.